

Par
245

Par. 245

2279



HOMERVS POETA

SALOMON REX

HESIODVS



ARISTIDES

DEMOSTH

PLATO

ARISTOT

EURIPID

ARISTOPHAN



PLVTARCV

LVCANVS



CICERO

QVINTIL



PENIVS

A: GELLIVS

*omnio oporo. Et p. mi caute sunt legenda
tam multa. in suis curis non sign. et. et. et.
omnio. et. et. et. et. et.*
IO. PROBENIVS LECTORI. S.

Accipe studiose lector obujs (quod aiunt) manibus Prouerbiorū Erasmi Roterodami Chiliades, sic ab autore nuper auctas, ut operi supra priores euulgationes plus q̄ quarta pars accesserit. Equidem hanc nouissimā additionem cunctis impendio profuturam credimus, tum quod sit oppido q̄ castigata, tum quod ob nouā accessionē ex optimis autoribus affatim sit locupletata. Nos sane nec sumptui, nec operæ parcendum putauimus, quo minus tā frugiferum opus nitidissime, castigatissimeq̄ prodiret in publicum. Bene Vale.

APVD INCLYTAM BASILAEAM.



THEOCRIT

PINDARVS



VERGIL


HORATIVS



LIVIUS

SALVSTIVS





*omnino spero. Erasmus mi causa sunt agenda
 ram multoq. in suis curis honeste qd. est vix
 omnia qd. in meo p. s. t. d. n. s.*

IO. PROBENIVS LECTORI. S.

Accipe studiose lector obujs (quod aiunt) manibus Prouerbiorū Erasmi Roterodami Chiliades, sic ab autore nuper auctas, ut operi supra priores euulgationes plus q̄ quarta pars accesserit. Equidem hanc nouissimā æditionem cunctis impendio profuturam credimus, tum quod sit oppido q̄ castigata, tum quod ob nouā accessionē ex optimis autoribus affatim sit locupletata. Nos sane nec sumptui, nec operæ parcendum putauimus, quo minus tā frugiferum opus nitidissime, castigatissimeq̄ prodiret in publicum. Bene Vale.

APVD INCLYTAM BASILAEAM.



AVTORVM CATALOGVS, NON OMNIVM. NAM ID fuerat bibliothecæ indicē scribere, sed præcipuorū, e quorū monumētis collectæ Chiliades sunt Adagiorum, præter eos, quos ab alijs citatos deprehendit.

AVTORES GRAECI.

POETAE

Homerus
Eustathius huius in-
terpres
Pindarus
Pindari interpres
Aeschylus Tragicus
Sophocles
Euripides
Aristophanes
Epigrammata Graeca,
diuerforum.
Callimachus
Aratus
Apollonius
Argonauticorū autor & huius interpres
Nicander
Oppianus
Lycophron & huius interpres.
Phocylides
Theognis
Theocritus
Hesiodus
HISTORICI
Herodotus
Thucydides
Plutarchus, de uitis.
Dionysius Halicarnasensis
Xenophon
Pausanias
Iosephus
Herodianus
Diogenes Laertius
COSMOGRAPHI
Strabo
Stephanus
Ptolemaeus
Mela
ORATORES
Demosthenes
Interpres
Aeschines
Isocrates
Aristides
Lysias
Synesius

Alciphron
Aphthonius
Lucianus
Philostratus
Hermogenes
Syrianus

PHILOSOPHI

Plato
Proculus
Aristoteles
Themistius
Io. Grammaticus
Alexander Aphrodisias
Theophrastus
Plutarchus
Dioscorides
Hippocrates
Galenus
Aesopus
Horus

THEOLOGI

Origenes
Basilus
Nazanzianus
Chrysostomus
GRAMMATICI MIXTI.

Suidas
Eudemus
Erymologicon
Stephanus
Iulius Pollux
Atheneus
Ni. Stobeus
Zenodotus
Apostolus Bizantius
Diogenianus
Phumutus

AVTORES LATINI.

POETAE

Plautus
Terentius
Vergilius
Horatius
Ovidius
Catullus
Lucanus

Lucretius
Martialis
Persius
Iuuenalis
Aufonius
Tibullus
Propertius
Claudianus
Publius Mimogra.
Stadius
Silius Italicus

HISTORICI

Salustius
Liuus
Aelius Lampridius
Iustinus
Iulius Capitolinus
Valerius maximus

GRAMMATICI

Nonius Marcellus
Festus Pompeius
M. Varro
Diomedes
Donatus
Seruius
Porphyrius
Acron

ORATORES

M. Cato
M. Tullius
Quintilianus
Seneca
Plinius Cecilius
Asconius Pedianus

MIXTI

Plinius auunculus
Aulus Gellius
Macrobius
Arbiter Petronius
Angelus Politianus
Hermolaus Barba.



PHILOSOPHI

Pandectae Iuris
Columella
Vitruuius
Vegetius
Finis.



ERASMVSVS ROTERODAMVSVS AD CANDIDVVM LECTO
REM DE SECVNDA CHILIADVSVS SVARVVM AEDITIONE.

FVturum auguror candidissime lector, ut simul atq; nasutior aliquis uiderit hoc adagionū opus iam tertium in lucem exisse, cauilletur Bacchum apud poetas non nisi bis natum esse, Librum hunc iterū atq; iterum renasci. Sed quid tandem est obsecro flagitij, cum serpentes & infecta quaedam, sapius in anno senectam exuant, quasiq; renascant, si liber item subinde nouus prodeat, modo castigatior, elimatior, locupletior: Etenim si in animantiū genere, quæ quinos aut, ternos adunt catulos, ob numerosiorē foetū, partū eijcere solent rudem etiā nū & informē, quē postea labendo fingant & absoluant, cur nos in tot prouerbiorū milibus exemplū natura dubitemus sequi? Præsertim cū hoc sibi pmiserint, sūmates illi, ac uere literarū pceres, Aristoteles in Rhetoricis & Ethicis. M. Tullius & Quintilianus in dicendi præceptis, Origenes in enarratiōe mystici epithalamij. Diuus Hieronym⁹ in Abdiæ sacri uatis enarratiōe, ut Senecā interim Tertullianū & Bæotiū omittā, cūq; his cōplureis alios, probatissimos scriptores, qui nō ueriti sunt superiorē æditiōnē noua uel corrigere, uel uincere. Ego uero, qui nihil omīno sum ad illos, cur nō idem mihi faciendū existimem, primū in re nō perinde seria, deinde in hoc argumēti genere, cuius ea natura est, ut quotidiana lectiōe uel crescat, uel elimef, præsertim emergētibus indies in lucē nouis, ueterū monumētis? Quid si forte fortuna repta fuerint, quæ de puerbijs scripsit Clearchus, quæ Aristoteles, quæ Chrysippus, quæ Didymus, num pudore, phibebor, quo min⁹ ex eorū cōmētarijs, nostras has Chiliades denuo, uel copiosiores emittam, uel castigatiores? Utinā hac mens esset, cæteris quoq; scriptoribus, ad hunc modum subinde seipfos uincere. Quo quidē uictoriæ genere Plato negat aliud esse pulchri⁹. Et placuit & profuit prima illa qualiscūq; præcipitatio uerius, q̄ editio. Multo magis placuit secunda, uel hoc argumēto, quod intra trienniū toties opus illud formulis excusum est, tū apud Italos, tū apud Germanos, non absq; meo sane dolore, qd̄ anteuertissent, ut q̄ iā tum summis uigilijs, hāc tertā editionē adornarē. In qua quoniā rursū me ipsum superauī, multo magis etiā placiturā cōfido. Certe nouū uideri nō debet, cū hoc ipsum in ipso statim opis uestibulo fuerim testatus. Sed huius rei iudiciū omne penes lectorē esto. Ego, quicqd̄ est, simpliciter fatebor. Decet hominē Germanū ingenue tū facere, tū dicere. In prima siquidē apud Parrhisios editiōe, quæ plus q̄ tumultuaria fuit, argumētū prorsus imposuit iuueni, Existimabā negociū esse leuioris operæ. Cū ipsa re cōpererim, nō aliud esse scripti genus æque laboriosum, & deorat Græcorū codicū supellex, sine qua de prouerbij uelle cōscribe re, nihil est aliud, q̄ sine pēnis, ut ait Plaut⁹, uolare. Porro cū iterū parare editionē apud Venetos, haud tū quidē ignorabā argumenti suscepti pondus, ac difficultatē, sed tamē totū hoc negociū intra menses, plus minus, octo cōfectum est, & tantum laborū, quantū nō unū requirat Herculem, uni homūcioni erat exhauriendum. Superfunt, qui possint refellere, siquid mentiar, Aldus Manutius, in cuius ædibus opus hoc simul & elaboratū a nobis, & illius formulis excusum est. lohā/



nes Lascaris, tum regis Gallorū orator, Baptista Egnatius, Hieronymus Alcander, cunq; his alijs complures, quibus testibus laboris hoc a nobis desudatum est. At quamobrē hic quoq; præcipitarim euulgationē, abunde mihi ratio reddita est, in primo tertiæ Chiliadis prouerbio. Quod si nō multū laudis promeritus esse uideor, Certe ueniam dabunt, & parū æqui, si primus ille partus Adagiorum rudior fuit, cum primus apud Latinos argumentū hoc attentarim, & uel iuxta prouerbium *συγγνώμη τῷ πρώτῳ πείρω*. Iam in altera æditione quantū mihi tribuendum sit eruditionis, aut eloquentiæ, per me quidem, suo quisq; animo æstimet, licebit. At illud tamē ipsa res, opinor, indicat, me tum diligentia, tum copā, longo præcurrere interuallo, non Latinos modo, uerū etiam Græcos. De his loquor, quorū extant in hoc genere commentarij. Nihil enim extat præter ieiunam congeriem Zenobij, ieiuniorem Diogeniani, & hac rursus ieiuniorem Plutarchi, si modo nō fallit inscriptio, Tum Apostolij Bizantijs copiosiorē, aut, ut uerius dicam, numerosiorem aliquanto, sed omnibus his & indoctiorem & mendosiorē. Post hæc & locupletior mihi contigit bibliotheca, & oclij plusculū, idq; mira quadā, ac prope incredibili benignitate uiri, uel potius herois omnium sæculorum memoria digni GVLIELMI VARAMI Archiepiscopi Cātuariensis, totius Angliæ primatis, imo totius orbis, siq; hominē suis æstimet uirtutibus. Cuius laudes siq; conetur meritis prosequi præconijs, pluribus opus foret Chiliadibus, q̄ quib⁹ Adagia sumus complexi, & longius extenderetur decorū illius catalogus, q̄ numerus prouerbiorum. Verū id nec huius est loci, nec illius patiatur modestia, quæ sola in illo pene, ut ita dicā, immodesta est, & nimia. Qui cum modis omnibus sit maximus, mihi tamen hoc nomine præcipue magnus uidetur, quod ipse solus magnitudinē suam non agnoscit, ut hæc ipsa sit illius summa laus, quod cum meritis suis omnem superet laudem, haud tamen ullam quantumuis moderatam laudem admittat. Sed ut quod ad hoc institutum proprie pertinet dicam, hic uir, in tantis negociorum fluctibus, quibus undiq; tunditur, tum his plane ferreis tēporibus, quibus usq; adeo bellorum incendijs ubiq; terrarum feruent, perstrepunt, miscentur omnia, ut nec in Italia bonarum parente literarum, ullus bonis literis, uel honos sit, uel locus, solus tamen tristes camœnas, non respicit solum, uerum etiā præmij excitat, liberalitate demeretur, comitate allicit, benignitate retinet, humanitate fouet, auctoritate sua tuetur, splendore ornat, atq; illustrat. In summa modis omnibus singularem quendam agit Mœcenatem in omneis, quos animaduenerit egregiam eruditionem, cum integritate morum copulasse. Inter quos me quoq; licet omnium extremum, & candidatum magis huius laudis, q̄ possessorem, ita complexus est, ut quicquid in tam multis orbis proceribus Romæ reliquerā, in uno mihi uiderer repperisse. Huius igitur adiutus & excitatus beneficētia, prouerbiorū commentarios denuo sub incudē reuocaui, totoq; opere a capite, quod dici solet, ad calcem usq; recognito, Primum typographorum errata, quæ sane nō pauca deprehensa sunt, emendaui. Ad hæc complusculis locis, ubi Græcorū uerborū interpretationem alio properans, omiseram, quādoquidem id a multis desyderabatur, addidi. Præterea, quæ nudiora uidebantur, ex non passim obujs autoribus, aliquanto reddidi locupletiora, Deinde nomēclaturas autorum, quæ tum aut non succurrebāt, aut nō uacabat ascribere, passim adiunxi. Deniq; sunt, in quibus a me ipso dissentio (Cur enim dissimulem?) & ingenue sequor laudatū a laudatissimis uiris prouerbiū, *δευτέρῳ ἀμνόνωμ*. Nōnulla uelut ex adagionū ordine mouimus, quæ præter meritū, a collectoribus, uel oscitantibus, uel ambiosis ascita uidebant. At rursus nouorū Adagiorū mediocrē numerū Centurijs adiecimus, ut ex his & alijs auctarijs, ad superioris magnitudinē uoluminis, plus q̄ quarta pars accesserit. Habes igitur optime lector, idē Adagiorū opus, aut si mauis, aliu d, sed tamē & emēdatius, & locupletius, atq; oino, ni fallor, melius. Omneis musas habeā iratas nisi hæc Chiliadū instauratio, haud multo minoribus uigilijs mihi cōstitit q̄ superior editio. Quæ quantis cōstitit, ne credat qdē fortasse, nisi qui periculū fecerit. Verū quādoquidē hoc intriuerā, ut rusticorū prouerbio dicit, mihi fuit exedundum. Siue mea temeritate memet in hos labores cōieci, stulticiæ pœnas dedi, Siue fatis huc natus sum, qd oportuit *δεομαχῆν*. Quod si quam ex his meis sudoribus, uel utilitatem capient, uel uoluptatē, ij, quibus bonæ literæ cordi sunt, haud me pœniterit operæ, Sat præmij fuerit, nimirum assecuto, qd unum spectabam. Quod si gratus & candidus lector, gratiæ quoq; nō nihil aut laudis deberi putabit, id totum in duos illos Mœcenates meos partiatur, Gulielmū Montioium inelytum Britanni regni Baronem, & Archiepiscopū Cantuariensem, quorū alteri sortem, alteri uluram & accessionem Chiliadum acceptam ferri par est, Bene uale, *καὶ ὄναιο*, quisquis es, nostrarum studiosus lucubrationū. Londini Nonis Ianuarijs. An. M. D. XII.

INDEX PROVERBIORVM PER ORDINEM ALPHABETI

INDEX CHILIADVM
ERASMI ROTERODA/
MI SECVNDVM ORDI/
NEM ALPHABETI

A B



B asino lanā. 115
Ab asinis ad bo/
ues transcēde-
re. 177
Ab asino dela-
pius 177
Abdera pulchra Teiorum 10/
lonia. 332
Ab equis ad asinos. 176
Ab Ercobutadis ducit ge-
nus. 483
Abhorretis ac detestatis. 566
Abiecit hastā Rhipsaplis. 298
Abijt & taurus in syluam 31
Ab incunabulis. 182
Ab ipso lare. 165
Ab impijs egressa est iniqui/
tas. 220
Abis septem undis. 465
Ab ouo usq; ad mala 337
Abronis uita. 346
Absit clamor in colloquio, aut
lusu. 557
Absq; baculo ne igreditor. 492
Abstinenta uis a regibus. 567
Ab uno diagraphate. 623
Abydena illatio. 345

A C

A capite usq; ad calcem. 56
Acanthia cicada 121
Acanthia uincit cornix 209
A carceribus 160
A carcere 356
A carnici equi 605
Accersitum malum 599
Αγχείο γελως 599
Accessai luna. 140
Accipit & glebam erro 306
Accissare 299
Acesei & Heliconis opa 368
Acesias medicatus est 368
Acetum habet in pectore 313
A coelo ad terram 356
Actum est 85

A D

Adactum iusurandum 464
Adamantis tenere 546
Ad aquam malus 159

Adamantinus 180
Ad ambas usq; aures 303
Ad amussim applica lapi-
dem. 346
Ad aras 570
Ad calcem peruenire 503
Ad cōsiliū ne accesseris anteq;
uoceris 69
Ad coruos 278
Ad cynofarges 447
Ad cribrū dicta 604
Addere manum 131
Ad deorū aures peruenit 368
Ad digituli crepitum 389
Aderit Temesleus Genius 41
Ad felicem inflectere parie
tem 79
Ad finem ubi perueneris, noli
reueri 15
Ad fractam canis 155
Ad Græcas calendas 140
Ad Herculis columnas 501
Adhortatis ad gloriam 552
Adhuc aliquis deus respicit
nos 558
Adhuc cœlum uoluitur 618
Ad id, quod erat opus 464
Adiuratis se facturū aliqd. 545
Ad mensurā aquā bibunt 345
Admeti nœnia. 361
Admicula uitæ 568
Admirabiles in nectendis ma-
chinis Aegyptij 368
Adorio ad Phrygium 355
Adonidis horti 19
Ad pedem 406
Ad pileum uocare 261
Ad phasim usq; nauigauit 331
Ad porcellum da mihi mu-
tuo 517
Ad pristina præsepia 214
Adrastia Nemesis. Ramnusia
Nemesis 364
Ad restim funiculum 500
Ad restem res redijt 123
Ad suū queq; quæstum æquū
est esse cal. 537
Ad satietatem 400
Ad scolon nec proficisceris
ipse 332
Adsint dij beati 463
Aduersum necessitatem ne dij
quidem resistunt 307
Aduersus solē ne loqtor 16

Aduersus solem ne merjto 16
Ad uiuum refecare 324
Ad umbilicum ducere 55
Ad unguem 141
Ad utrumuis paratus 548

A E

Aedibus in nostris, quæ praua,
aut recta geruntur 165
Aedilitatem gerit sine popu
li suffragio 438
Aegæum nauigat. 443
Aegroto dum anima est, spes
est. 323
Aegre quidē 551
Aegre, sed tamē cōtingit 565
Aegypti nuptiæ 438
Aegyptius laterifer 506
Αγυπηάριον 504
Aequa cōcertatio 547
Aequitas haud parit bellū 607
Aequalē tibi uxore quære 194
Aequales calculi 520
Aequalis æqualē delectat 513
Aesopicus graculus 521
Aesopicus sanguis 368
Aestate penulā deteris 251
Aetate prudentiores reddi/
mur. 559
Aethiopem lauas 111
Aethiopē ex uultu iudico 222
Aethiops nō albelcit 1573
Aetna Athon 621
Aetnæus cantharus 369

A F

A fabis abstineto 14
Afra auis 536
A fronte atq; a tergo 445
A fronte præcipitium, a ter-
go lupi 495
A fronte simul, & occipitio
oculatus 552
A furijs oriundus 599

A G

Agamemnonis hostia 350
Agamemnonis putei 368
Agas asellum 570
Agathonia cantio 334
Αγεωμέτρης οὐδεις εἰστω 480
Αγοσι φέρουσι 538
Aiæcis risus 181

A L

A lasso rixa quæritur 157
Alabanda fortunatissima 279
Alba auis 288


INDEX PROVERBIORVM

Albo rete aliena cap. bona	537	A lupi uenatu	464	Annosa uulpes	573
Albæ gallinæ filius	40	Alibanti hospitis munera	591	Annus clibanum	246
Album calculum addere	131	A M		Annus est	342
Album panē pinso tibi	463	Amazonū cantilena	265	Ansam quærere	101
Albus. an a ter sis, nescio	169	Amaza Azefiā reperit	385	Ante mysteria discedere	266
Alcedonia sūt apud forū	367	Amantium iræ	450	Anteq̃ incipias, cōsulto	316
Ale luporū catulos	275	Ama tanq̃ osurus	271	Añ uictoriā Encomiū canis	182
Alia committenda, alia cæ-		Ambabus manib⁹ haurire	217	Ante tubam trepidas	399
landa	565	Ameles angulus	399	Ante barbā doces senes	475
Alia dantur, alia negant	554	Amens longus	491	Antehac putabam te habe-	
Alia Lacon, alia asinus illius		Amicitia personam	535	re cornua	476
portat	296	Amico amicus	80	Ante lentē augere ollam	451
Aliam atate alia decent	557	Amicorū ē monere mutuū	549	Ante pedes	536
Alia Meneles, alia porcel-		Amicorū cōmunia om̃ia	12	Anthericū metere	114
lus loquitur	439	Amicos tragædos æmulat	521	Antiopæ luctus	492
Alia uita, alia dieta	214	Amicicia æqualitas	12	ΑΥΤΙΠΕΛΑΡΓΕΡ	235
Alia uoce psittacus, alia cotur-		Amicus alter ipse	12	Antiquior q̃ Chaos	396
nix loquitur	350	Amicitia stabiliū, felicitas		Antiquior Codro	609
Aliam quercū excute	127	temperantium	317	Antigora diphthera loqr̃is	124
Alieno auxilio potētes	548	Amicus magis necessarius,		Antiqs debet ueneratio	564
Alieno ferox præsidio	547	q̃ ignis & aqua	294	Antronius asinus	358
Alienā metis messem	109	A mortuo tributū exigere	215	Anulus aure⁹ in narib⁹ suis	175
Aliena iacis	127	ΑΜΟΥΣΙ	360	Anus bacchatur	214
Alienū arare fundum	443	Amphidromiam agis	602	Anus cothonissat	492
Alij sementē faciunt, alij me-		ΑΜΦΙΔΑΛΗ ΕΡΩΣ	599	Anus Eriphus	392
tent	126	Amphicitionū cōfessus	502	Anus hircum olet	492
Alijs lingua, alijs dentes	463	Amyclas pdidit silentiū	213	Anus hircissans	214
Alijs prospiciēs, nō libi	551	Amyris insanit	304	Anus simia sero quidē	343
A limine salutare	231	ΑΜΥΣΙ ΠΙΝΕΡ	601	Anus saltat	392
A linea incipere	160	A N		Anus subsaltans multū exci-	
Alio relinquente fructu, ali-		Anagyrim cōmoues	36	tat pulueris	392
us exceptit	152	ANannaco	592	Anus uelut equus profundā	
Aliorū medicus	620	Anceps euentus rei	556	habebis fossam	392
Aliorum medicus ipse hul-		Ancipitis animi	553	A P	
ceribus scates.	347	Ancipitis cōsiliij	551	Apage hospite i tēpestate.	362
Aliqd malij pp̃t uicinū malū.	28	Ancora domus	87	ΑΠΑΡΘΟΦΥΣΙΩΝ	601
Aliiter catuli longe olent, ali-		Ancoras tollere	360	Apertæ musarū ianuæ	380
ter sues.	208	Andabata	328	Aperte simpliciterq̃ loqui	560
Aliiter cum alijs agendū	550	ΑΝΕΡΙΒΑΣ ΘΥ	462	Apertis tibijs	142
ΑΛΙΤΕΡΙΘΥ	595	Anguillam captare	520	Aperto pectore	503
Aliud cura	564	Anguillam uolare doces	117	Aphyā in ignem	282
Aliud genus remi	378	Aniculi:rum deliramenta	536	Aphyarū honos	392
Aliud noctua sonat, aliud		Animā debet	237	Apio mollior, aut mitior	178
cornix	463	Anima & uita	319	Apio opus est	428
Aliud stans, aliud sedens	480	Animo ægrotanti medicus		Apologus Alcinoi	328
Ali⁹, alijs in reb⁹ præstator	555	est oratio	452	Apros imittere fontibus	600
Alpha penulatorum	325	Animus heptabœus	589	Apta prouincia	555
Alterā manu fert lapidē al-		Animus est in corijs	538	Apud fimum, odorum uapo-	
tera panem ostentat	199	Animus in pedes decidit	208	rem spargis	112
Alterā nauigatio	493	Animus præsens	563	Apuro pura defluit aqua	464
Alter Hercules	179	Anno senior fio	540	A Q	
Alter Ianus	607	Annas clibanum	573	Aqua præterfluit	462
Alterū pedem in cymba Cha-		Annus producit, nō ager	32	Aquam igni miscere	616
rontis habere	267	Annosā arborē trāsplātare	110	Aquam bibens nihil boni pa-	

PER ORDINEM ALPHABETI

ries.	357	Asini cauda	604	Augiæ stabulū repurgare	326
Aquā in mortario tridere	268	Asini caput ne laues nitro	478	Auicinis exēplū habet	604
Aquā e pumice postulas	114	Asini mandibula	479	Aulædus sit, qui citharedus	
Aquilā cornix prouocat	476	Asinus auis	537	esse nō possit	307
Aquilam testudo uincit	186	Asin ^o esuriēs fustē negligit	381	Aurææ cōpedes	326
Aquilam nocturæ cōparas	217	Asinus in ter apes	130	Aureo piscari hamo	290
Aquila in nubibus	218	Asinus in unguento	130	Aureos montes polliceri	217
Aquila nō captat muscas	462	Asinus inter simias	129	Aurem uellere	179
Aquilæ senectā	226	Asinus ad lyram	107	Aureus in Olympiā stato	197
Aglæ senectā, Corydi iuuen		Asinū sub freno currere do-		Auribus arrectis	461
ta.	226	ces.	169	Auribus lupum teneo	124
Aquila Thripas aspiciēs	228	Asinum tondes	115	Auricula infima mollior	178
A quinq; scopulis	461	Asinus apud Cumanos	172	Aurificē te futuræ crede.	489
A R		Asinus portans mysteria	280	Auro habet supactū solū	570
Aranearū telas texere	110	Asinus in paleas	350	Auro loquente nihil pollet	
Aranearū eiicere	615	Asinus ad tibiam	593	quæuis oratio	476
Arare litus	111	Asinū in rupes protrudere	596	Aurum igni probatū	594
Arabicus tibicen	177	Asinos nō curo	611	Aurum subaratum	611
Aratro iacularis	381	Asinus balneatoris	623	Aurum habet Tolosanū	251
Arbore deiecta quiuis ligna		Aspera uita, sed salubris	565	Ausculta & perpende	549
colligit	450	Aspersisti aquam	461	Austrum perculi	230
Arcades imitans	461	Ασπινδρος πολεμῶ	483	Aut min ^o animi, aut plus po-	
Arcadiam me postulas	461	Asseuerantius dicere	561	icentia	607
Arcadicum germen	477	Assidua stilla saxū excauat	475	Aut cucurbitæ florem, aut cu-	
Archidamicū bellum	477	Assueuit malis	567	curbitam	382
Archilochia edicta	290	Astutior coccyce	608	Aut ipse fuisti, aut tui simil.	557
Archilochi patria	290	A subeunte portū nauī	464	Aut manenti uincendum, aut	
Archilochum teris	574	A T		moriendum	499
Archytæ crepitaculum	381	A teneris unguiculis	182	Aut mortu ^o est, aut docet li-	
Arctū anulum ne gestato	14	Atheniēsū incōsulta teme.	201	teras	243
Ardens uestis	430	Athos calat latera	465	Aut oportet Tragoedias age	
A remo ad tribunal	494	Atlas cœlum	36	re omnes, aut insanire	460
Arena sine calce	313	Atqui nō est apud aram con-		Aut regem, aut fatuum nasci	
Areopagita	222	sultandum	488	oportet	71
Argentanginā patitur.	174	Atrei oculi	388	Autoritas diuinitus	566
Argentis hastis pugnare	380	Attagene nouiluniū	613	Autor omniū & fons	556
Argenti fontes	302	Attagen	587	Aut bibat, aut abeat	241
Argi collis	381	Attica bellaria	322	Aut Plato philonissat, aut	
Argiua calumnia	486	Atticus testis	198	philosophus	385
Argiui fures	587	Attica fides	198	Aut quinq; bibat, aut treis,	
Aries nutritionis merce-		Attica musa	209	aut ne quatuor	299
dem persoluit	355	Atticus aduena	271	Aut ter sex, aut tres tessera	315
Aries cornibus lasciuens	521	Atticus aspectus	222	Αὐτολήκθοι	624
Arietem emittit	301	Atticus in portum	236	Αὐτόθρη κατὰ βαλλε	500
Ariolari	502	Attici Eleusinia	351	A Z	
Aristophanis & Cleanthis lu-		Attic ^o moriēs porrigit manū	381	Ακλος πλοῦτος	475
cerna	187	Attollere superciliū: & Ponere		B A	
Arripere negocij curam	547	supercilium	203	Acchæ more	157
Arripienda quæ offerunt	561	A V		Baceli similis	146
Arrogantia nō ferenda	566	Audi Chelidonē	604	Bata tū hyeme, tū	
Artem quæuis alit terra	178	Audiens nō audit	557	æstate bona	536
A S		Audi quæ ex aio dicunt	241	Balb ^o balbū recti ^o itelligit	229
A sacris abstinedæ manus	558	Aues quæris	479	Balneator	157
Ascisce ad extremū sciētia	516	Aufer Mothionē a remo	461	Barbam uellere.	335

INDEX PROVERBIORVM

Barbarus ex triuio	260	cus	536	Callicyrijs plures	457
Barbetenus sapiētis	70	Bonorum glomi	338	Callum ducere	442
Batalus	147	Bonorum Myrmecia	82	Calidam ueruti partem	372
Battologia, Laconismus	277	Bonorū mare	82	Calidū prādiū comedisti	35
Batti Silphium	277	Bonorū aceruus	82	Caliga Maximini	24
C E		Bonis auib ⁹ , & malis auib ⁹	39	Caligare in sole	353
 Ecce felenus	491	Bonus cantor, bonus cupe-		Calliphanes	590
Bellerophontes li-		diarius	346	Callipides	156
teras	371	Bonus dux, bonū reddit co-		Caluus comatus	350
Bellicū canere	510	mitem	212	Caluum uellis	395
Bellū haudquaē lachrymo-		Bonus e pharetra dies	392	Camelus saltat	394
sum	361	Bos aduersus seipsum	353	Camel ⁹ desiderās cornua	499
Bellū Cononi curā fuerit	476	Bos ad praeſepe	264	Camelus uel scabiola cōplu-	
Bellum omniū pater	503	Bos alienus subinde foras p		riū asinorū gestat onera	226
Benefactorū memoria	569	Bos aduersus seipsum	353	Cancer leporē capit	336
Bene plaustrū perculit	147	Bos aduersus seipsum	353	Canere ad myrtū	360
Bene lit	522	Bos apud aceruum	460	Cane Tellenis cātilenas	358
Beneuolus trucidator	454	Bos Cyprius	250	Cancros lepori cōparas	210
Benignior pellace uulpe	601	Bos Homolottorū	460	Cancrū ingredi doces	572
Betizare, Lachanizare	335	Bos in ciuitate	487	Canens uitæ palmū	602
B I		Bos in lingua	174	Cancre de Telamone	486
Bibe elleborum	203	Bos lassus forti ⁹ figit pedē	33	Canis das paleas, asino ossa	509
Bipedum nequissimus	180	Bos porrecto ultra & c.	604	Canē excoriatū excoriare	313
Bis dat qui cito dat	211	Bos sub iugum	370	Canina faciūdia	328
Bis ac ter quod pulchrū	60	Botrus oppositus botro, ma-		Canis festinās cæcos parit ca-	
Bis interimis, q̄ suis armis	598	tureſcit	460	tulos	285
Bis pueri senes	127	Bouem in faucibus portat	301	Canis	573
Bis septē plagis Polypus cō-		Boues messis tempus expe-		Canis circum intestina	326
tusus	356	ctantes	460	Caninū prandiū	240
Bithus contra Bacchium	356	Boue uenari leporem	622	Canis pctm̄ sus depēdit.	485
Blandius alloqui	548	Brasidas q̄dem uir bon ⁹	487	Canis mendico auxiliās	606
B O		B V		Canis reuerſus ad uomitū	499
Bocchyris	384	Bubo canit Lusciniæ	618	Canis uindictam	181
Bœotica sus	234	Budoro more	459	Canis in praeſepi	236
Bœoticū ingenium	301	Bulbos quærit	490	Canis digna sede	357
Bœotica cantilena	301	Bullatæ nugæ	522	Canis tanq̄ delūna:	459
Bœotica ænigmata	301	Bunus iudex est	370	Canis in uincula	384
Bœotijs uaticinare	301	Buthus obambulat	370	Canis panes somniās	573
Bœotica auris	460	βυθος δὲ μέγαν	599	Canis uiuēs e magdalia	590
Boliti pœnam	282	C A		Canis ſæuiens	600
Bolus ereptus e faucibus	522	Admea uictoria	394	Cantharo astutior	459
βωμολοχος βωμολοχενιδης	542	Cæcior Leberide	89	Cantheriū in fossa	149
Bonæ fortunæ	158	Cæca dies, & ocu-		Cantherius in porta	138
Bona Porſenæ	191	lata dies	199	Cantilenā eandē canis	353
Bonæ leges ex malis morib ⁹		Cæca ſpeculatio	201	Capere prouinciā	329
procreantur	244	Cæcus cæco dux	201	Capra ad festum	572
Bona est etiam offa post pa-		Cæcus auribus	611	Capra gladium	35
nem	334	Cæcum infomnium	611	Caprā portare nō possum	389
Bona Cilicon	342	Cædimus inq̄ uices, prabe-		Capra cōtra ſeſe cornua	36
Bona terræ	441	mus crura ſa.	512	Caprā cœleſtem orientē cō-	
Bona ſpes oſtenſa	566	Canei haſta	596	ſpexerunt	572
Boni uiri lachrymabiles	384	Cærā auribus obdis	608	Capra nondum peperit	358
Boni ad bonorū cōiuiā	239	Calabri hospitis xenia	522	Capra Scyria	236
Boni paſtoris est tōdere pe-		Calcar addere currenti	60	Caprarius in æſtu	373
		Calculo mordere	539		

PER ORDINEM ALPHABETI

Captantes capti sumus	236	Cestheus ieiunat	81	Clauā extorq̄re Herculi	598
Caput sine lingua	247	Cestum habēt Veneris	458	Claudiana tonitrua	455
Caput scabere	522	C H		Claudi more tenere pilā	455
Caput	269	Chalcidissare	459	Claud ^o optime uirū agit	410
Caput uacuum cerebro	489	Chameleonte mutabilior	485	Clauē findere ligna	371
Carcini poemata	457	Charetis pollicitationes	372	Clauū clauo pellere	48
Carica musa	209	Charontis ianua	393	κλειτορίαζαμ	455
Carica uictima	457	Charybdis barathrum	539	Clematis Aegyptia	24
Caricum sepulchrum	608	Chironiū uulnus	393	Cleocritus	456
Caricus hircus	522	Chius ad Choum	384	Cleomenes superat cubile	611
Carpathius leporem	274	Chius dominū emit	319	Climacides	621
Carpes citius aliquis, q̄ imita		Chius	602	Clisthenem uideo	456
bitur	296	Chœnici ne insideas	13	C N	
Cascus cascā ducit	63	Chordæ uice	483	Cnips in loco	455
Catastrophæ fabulæ	56	χρησολογος	243	C O	
Catella Melitæa	482	C I		Cochleare crescet	283
Catulæ dñas imitantes	359	Cibo opus duraturis in labo		Cocta numerabim ^o extij	122
Cauam Arabiā serere	267	re.	555	Codali chœnix	454
Cauda blandiri	591	κιδκλος, i. adulterinus	485	Cœlum digito attingere	613
Cauda de uulpe testatur	222	Cibū in matellanī ne immit-		Cœlum territat	323
Cauda tenes anguillam	117	tas.	15	Cœnare me doce	506
Caudæ pilos equinæ paula-		Cicada cicadæ chara, formi-		Cœno purā aquā turbās	372
tim uellere	211	ca formicæ	54	Colophonia felicitas	259
Cauendum ab eo, qui semel		Cicadæ apem cōparas	208	Colophonem addidit	308
impoluīt	549	Cicadam ala corripuisti	220	Colophoniū suffragiū	572
Cauendum a potentiore	548	Cicada uocalior	233	Colossi magnitudine	453
Cauentis clancularias insidi-		Cicadis pleni	484	Colubrum in sinu fouere	600
dias	545	Ciceris emptor	502	Columen familiare	85
Caue thoracem	332	Cicernus Bacchus	366	Columnas rumpere	614
Caunius amor	459	Cilitij imperatores	456	Cominus atq; æminus	106
Caute loquacior	517	Cilicium exitium	456	Cōmunis Mercurius	274
Cautus enim metuit	597	Cilix haud facile uerum di-		Cōmune naufragiū	608
C E		cit,	441	Cōpluriū Thriorum ego stre-	
Cecidis & buphonorū	620	Cimmeriæ tenebræ	363	pitum audiui	249
Cedendū multitudini	559	Cinclus	295	Compressis manibus	261
Celinis in ferro	458	Cinyræ opes	448	Cōpluriū masculi canis	419
Celerius elephāti pariūt	214	Circumtondere comam	131	Cōpēdiaria res improbitas	466
Celerius, q̄ Butes	373	Circulum abfoluere	272	Concordia	559
Centaurice	456	Cissamis cous	467	Concha dignus	454
Centū plaustri trabes	615	Citis quadrigis	105	Cōciliāt homines mala	271
Cepas edere, aut olfacere	459	Citi ^o , q̄ asparagi coquunt	535	Cōcordia fulciunt opes	550
Cephus parturit	285	Citi ^o q̄ asparagi coquunt	215	Confringere tesseram	242
κερασολογος	615	Citius usura currit, q̄ Hera-		Cōcupiuit assam farinam	276
Cera tractabilior	457	clitus	373	Cōgregare cū leonibus uul-	
Cercopissare	380	Citius in nauī cadens a ligno		pes.	217
Cercopum cœtus	379	exciderit	302	Connæ calculus	283
Cercyræa scutica	284	Citius elephantū sub ala ce-		Connuere	203
Cereri sacrificant	595	les.	350	Conos artoxya	595
Cerite cera dignus	147	Citra arationem	139	Cōsciētia mille testes	249
Certamē nō accipit excu.	481	Citra puluerem	138	Cōsilijs simul & facto ua.	565
Certum prospitio	560	Citra uinū temulentia	75	Cōsiliū in meli ^o cōmutādū	553
Ceruinus uir	379	Ciuitates ludimus	456	Consulendū & consilij pa-	
Ceruus canes trahit	618	C L		rendum	546
Celcon habiras	372	Clamior lauro ardente	378	Cōtemnentis dicitur	547

INDEX PROVERBIORVM

Cōtēnentis inimicum	549	Crater litium	591	Cum mula pepererit	139	
Cōtingit & malis uenatio	341	Crepitu probabis	603	Cum musis	521	
Conto nauigare	455	Creta notare	132	Cū nibas coccyssauerit	479	
Cōtorquet piger funiculū	105	Cretensis Cretensem	55	Cum paruula est, bona uide		
Contrahere supercilium, in-		Cretensis cum Aeginita	55	tur spina.	482	
flare buccas	508	Cretensis mare	55	Cū plurimū laborauerimus,		
Contra retiaram ferula	353	Crenses sacrum	449	eodē in statu sumus	268	
Contra stimulum calces	87	Cretissa cum Cretense	55	Cū principe nō pugnādū	560	
Coetra torrentē niti	454	Cribo aquā haurire	112	Cum puluisculo	401	
Contribulis factus serua or-		Cribo diuinare	235	Cum sis Nauus, cede	610	
dinem	605	Crobyli iugum	382	Cū uterq; cōcedit alteri	546	
Conuenerūt Attabas & Nu-		Crocodyli lachrymæ	334	Cupidinum crumena porri		
menius	453	Crælo Crasso ditior	163	folio uincta est	69	
Conuiuia, non cōuiuia	561	Crotone salubrius	330	Cura esse, quod audis	597	
Copix cornū	144	Crotoniarū postremus	330	Curare cuticulam	336	
Κορυθαυτιῶν	539	Crudelis Bacchus	489	Curetum os	449	
Corinthiari	138	C V			Cur nō suspendis te	392
Corinthijs non indignatur		Cubito emungere	323	Currentem incitare	59	
Illium	592	Cucumerem rodens	593	Currus bouem trahit	176	
Corinthus & collibus surgit		Cucurbitas lippis	272	Cursu lampada trado	57	
& uallibus deprimitur	329	Cucurbita sanior	448	C Y		
Cornea fibra	181	Cucurrit qspiā, ne pluuia ma-		Cyclobori uox	455	
Cor ne edito	14	desceret, & in pluuia præ-		Cyclopi donum	101	
Cornicari	173	focatus est	484	Cyclopica uita	244	
Cornicibus uiuacior	161	Cui ista arident	542	Cydi pœnam debet	455	
Cornicū oculos cōfigere	93	Cui multum est piperis, etiā		Cygnea cantio	61	
Cornix scorpionum	35	oleribus immiscet	478	Cyparissi fructus	608	
Cornutam bestiam petis	40	Cuiusmodi portento me in-		Cyprio boui merendā	250	
Coronā quidem gestans	282	uoluit fortuna	409	Cyrcia iactura	571	
Coronā ne carpito	17	Culicem colant	574	Cyrcia terra	446	
Corpus sine pectore	247	Culicē elephanti cōferre	441	Cythnicæ calamitates	448	
Corpore effugere	297	Cū adsit uia semitā quæ.	598	Cythonyini probum	448	
Correctio dicti	553	Cum amico nō certandū	565	Cyziceni stateres	448	
Corrigentis qd dictū est	550	Cumani sero sapiunt	134	D A		
Corrumpunt mores bonos		Cū adsit urfus, uestigia quæ,		Aedali alæ	447	
colloquia praua	246	ris.	239	Dædali opera	314	
Corrupta iudicia	554	Cū aqua fauces strāgulet	257	Da mihi mutuum		
Coruū delusit hiantem	173	Cū cane simul & lorum	609	testimoniū	193	
Coruus aquat	453	Cum Care Carissa	55	Danace	572	
Coruus serpentē	596	Cum cessat Boreas	487	Danda uenia lapsō	568	
Corui Luscinijs honoratio-		Cum Coryco luctari	449	Dare manus	229	
res.	608	Cum deo quisq; gaudet &		Dares Entellū, puocas	447	
Coryceus auscultauit	58	flet.	449	Dare uerba	131	
Corytheo deformior	454	Cū delphis sacrificauerit	424	Dasytus carnes desyd.	146	
Cotem alis	113	Cum dñs nō pugnandū	556	Date mihi peluim	447	
Cothurnissare	456	Cum dñs pugnare	347	Dathus bonorum	83	
Coturno uersatilior	44	Cū exossis suū rodit pedē	615	Dat ueniam coruis & c.	508	
Coturnix Herculem	38	Cum hasta, cum scuto	399	Datylī dies	338	
C R		Cum laruis luctari	61	Daulia cornix	521	
Crambe bis posita, mors	128	Cum licet fugere, ne quæras		Dauus sum, nō œdipus	84	
Crassa minerva pinguis mi-		litem.	495	D E		
uerua	29	Cum minerva manum quo-		Dea impudentia	446	
Crassore musa	29	q; moue	148	Dea alieno liberalis	567	
Crassioticus nodus	346	Cumini fector	257	De alieno ludis corio	297	

PER ORDINEM ALPHABETI

De calcaria in carbonaria	338	D I		Domus habet domi nascit	242
Decempes umbra	493	Diagoras melius	493	Domus manendum	538
Decere quod facias	630	Dicas tria ex curia	475	Domus recta	631
Decernes equa Thessalica	590	Dicendo dicere discunt	152	Donum quodcumque dat aliquis	589
Decora teiplum	599	Dictum ac factum	521	Dorica musa	348
Decipula murem coepit	495	Dies adimit agritudinem	342	Dormientes rete trahit	139
De curru delapsus	303	Difficilia quae pulchra	258	Δούρειος Ίππος	598
Decorus publicum	551	Dij facientes adiuuant	148	D R	
Dedit malum & accepi	296	Difficilis uir	445	Drachmae grandis	439
De facie nosse	230	Digna canis pabulo	357	Duabus ancoris fultus	23
De fece haurire	234	Digna cedro	593	Duabus sedere sellis	170
De fera comedisti	368	Dignus pilo	196	Dubia coena	326
De fructu arboris cognosco.	222	Dignus obelisco	197	Ductus per phratores ca.	522
De fumo disceptare	89	Dignum propter quod uadimo		Dulce bellum in expertis	576
De gradu deicere	99	niuum deseratur	197	Dulce pomum cum abest cu.	629
De grege illo est	521	Dignus argiuo clypeo	197	Dulcis cubitus	263
De gustu cognosco	222	Dignus qui cum in tenebris mi.	198	Dum clauum rectum tencam	441
Deinde expurgiscebar	447	Dignum patella operculum	245	Dum uident genua	619
De lana caprina	89	Dimidium plus toto	231	Duobus malis resistere dif.	552
De lapide emptus	447	Dimidio uitae nihil differunt		Duobus pariter cubitibus	444
De lauticijs	559	felices ab infelicibus	258	Duobus pedibus fugere	153
Delius natator	152	Diolygium malum	371	Duodecim artium	439
Delphicus gladius	316	Diomedea necessitas	214	Duplices uiros	439
Delphinum cauda alligas	117	Diomeidis & glauci pmi.	45	Duos parietes de eadem deal	
Delphinum natare doces	117	Dionis gry	200	bare fidelia	170
Delphinum syluis appingit		Dionysius Corinthi	40	Duos inseques lepores, neu	
fluuctibus aprum	336	Dij, hominibusque plaudere.	39	trum capit	478
Demittere sese ad aliorum	563	Dij lanios habent pedes	247	Duplex cappa	521
Demulcere caput	442	Δις διὰ πρῶτον	63	Durus alloquijs	488
Dentata charta	521	Dij tibi dent tuam mentem	597	E A	
Dentem dente rodere	362	Diu delibera	605	Adem cara	398
Dente theonino rodi	289	Dix dissimulatum apientis	546	Eadem mensura	29
Deo, fortunaeque committo	553	Diuersarum partium	547	Eadem oberrare cor.	121
Deorum cibus	210	Diues aut iniquus est	223	Eadem per eadem	141
Deorum manus	76	Diues	611	Eadem pensare trutina	122
De pilo pendet	228	Diues factus iam desijt gau-		Eadem tibi, & Pythia &c	371
De plautro loqui	187	dere lente	395	Eandem tundere incudem	238
De possessione deicere	446	Diuitiae non semper optimis		Ea tela texitur	261
De pulchro ligno uel strā.	281	contingunt	563	E B	
De pulmone reuellere	505	D O		Ebur atramento caefacere	93
Deserta causa	138	Docui te urinandi artem	494	E C	
Desertum obtueri	606	Dodoneum aes	20	E cantu dignoscitur auis	600
De tuo capite agunt co.	595	Domestice notus	231	E canis podice	600
Deum esse	143	Domesticum dissidium	567	Echino asperior	336
Deus undecumque iuuat, si mo-		Domesticum malum	550	Echinus partum differt	336
do propitius	559	Domesticum thesaurum calum.	157	E Creta raptus	629
Deum sequere	285	Domesticus testis	300	Εκ τῆς Σικελίας	501
Deuotionis templum	68	Domus manere oportet	439	Εκ λυισσῶν	503
Deus ex improviso appa.	36	Domus Milesia	102	Eculmo spicam conijcere	599
Deus ulciscetur	560	Domum cum facis, ne relin-		E N	
Dextro Hercule, aut amico		impolitam	150	ENassa escam petere	628
Hercule	39	Domus amica, domus opti.	478	Eupariphus ex Comedia	629
Dextrum pedem in calceo.		Domus optima	566	E D	
sinistrum in pelui	446	Domus coniecturam facere	242	Edax currus	334

INDEX PROVERBIORVM

Ede nasturtium	205	Equi senecta	263	Ex diametro opposita	241
Edētulus uelcētū dētib ⁹	438	Equo senescenti	397	Ex eodem ore calidum & fri-	
Edolio hauris	276	Equus me portat, alit rex	174	gidum efflare	199
Eduobus tria uides	438	Equū habet Seianum	250	Ex eo prope tantum	589
E F		E R		Exercitatio potest omnia	289
Effeminatorū etiā oratio	405	Eretriensium rho	397	Ex fronte perspicere	322
Efficimus pro nostris opibus		Ergini cani	483	Ex habitu bonum uirum præ-	
mœnia	184	Erinnis ex Tragœdia	607	se fert	557
E flamma cibum petere	593	E S		Ex harena funiculū nectis	114
Effœta senecta	565	E Seruius cū pacidiano	356	Exigit & a statuis farinas	465
Effugi malū, iuueni bonū	438	Εσκιμαλίχθαι	483	Exigua res est ex iusticia	270
E fimbria de texto iudico	222	Esquilla nō nascitur rosa	920	Exiguū malū, ingēs bonū	351
E G		Est pilus ante pilum	396	Exiguū oboli precium	506
Εγκέωλις ημερα	588	Esto promus	606	Eximere e manu manub.	591
Ego ac tu idē trahimus iu.	491	E sublimi me derides	68	Ex manibus paleis	388
Ego ex bono in bon tra. sū	520	E T		Ex Iouis tabulis testis	198
Ego faciā omīa more Nico.	520	Et tantali horto fructus col.	610	Ex ipso boue lora sumere	67
Ego tibi de allijs loquor, tu re-		Et tardigradis asinis equus		Ex minimis uitrys	547
spondes de cepis	489	prodijt	396	Exordiri telam	369
E I		Et fama fuit & cras	413	Ex ore lupi	384
Eidē inhiantes testamēto	554	Etiā betylū deuorares	607	Ex ouo prodijt	99
Eiusdem musæ æmulus	262	Etiā capillus unus	503	Expecta anus	494
E L		Etiā Corchor ⁹ inter olera	175	Expecta bos aliquē herbā	494
Elephantū ex musca facis	228	Etiā dormiēs somniat	483	Expedit habere plura co.	540
Elephātus nō capit murē	228	Etiā in deorum cœtū	590	Expertes inuidentiæ musa-	
Elucet egregia uirtus	550	Etiā quercus bacchatur	607	rum fores	68
E M		Etiā si lupi, meminisses	391	Ex quercubus, ac saxis nati	210
Emassylia uenisti	575	Et me mater	618	Ex se fingit uelut araneus	622
Embarus sumi	572	Et meū telum cuspidem ha-		Ex stipula cognoscere	240
Emerere malo, q̄ rogare	80	bet acuminatam	69	Extis pluit	462
Emori risu	597	Et nati natorum	451	Extra cantionem	287
Empedoclis similtas	567	Et puero perspicuū est	264	Extra chorum saltare	369
Emultis paleis paulum fra-		Et tribus malis unum	508	Extra oleas	281
ctus colligi	67	E V		Extra organū	442
Emunctæ naris, Mucosis	398	Euenit malo male	549	Extra periculum	550
E N		Euētus præter expectatio.	554	Extra querere sese	347
Endymionis somnū dor.	227	Euitata charibdi	119	Extra telorū iactum	98
E O		Eum ausculta, cui quatuor		Extra lutū pedes habere	68
Eodem cubito	241	sunt aures	77	Extrema extremorū mala	483
Eodem bibere poculo	209	Eundē calceū oī pedi ind.	624	Extremis digitis attingere	221
Eodem in ludo docti	397	Euripus homo	227	Extremū occupet scabies	617
Επαύλια δώρα	606	Euribatillare	68	Ex tripode	192
E P		Eurycles	592	Extritum ingenium	410
Epatrocli domo	519	Eurynnus	599	Ex tua officina	369
Epeo timidior	397	E X		Ex umbra in solē	68
Ephesiæ literæ	397	Ex academia uenis	487	Ex uno omnia specta	67
Ephemerū uita	606	Exacta uia uaticū quære.	490	Ex uno multa facere	266
Epiphyllides	601	Ex amphitheto bibisti	600	F A	
Episcythizare	302	Ex æquo partire	606	Faber cum sis	615
Epimelidium corium	397	Ex arena funiculū nectis	367	Faber cōpedes quas	
Epimenideū corium	605	Ex aspectu nasci amor	67	fecit, ipse gestat	41
Epoculo pforato bibere	485	Excubias agere, aut dītari	425	Faciem pfricare	202
E Q		Excubias agere in Naupa.	68	Facile cum ualemus, recta cō-	
Equis albis præcedere	105	Excubiarū causa canens	189	silia ægrotis damus	162

PER ORDINEM ALPHABETI

Facies tua cōputat annos	376	Ficus post piscem	590	Frustra currit	449
Faciunt & sphaceli immuni-		Ficus auibus gratæ	590	Frustra habet qui nō utit̃	556
tatem	69	Fiducia pecunias amisi	480	Frustratus conatus	548
Facta iuuenū, cōsilia medio-		Fidus amicus	564	F V	
crium, uota senum	498	Figuli opes	242	Fucum facere	131
Factum stultus cognoscit	27	Figulus figulo inuidet, faber		Fuere quondā strēnui Mil.	223
Falces postulabam	288	fabro	54	Fuga tutior	565
Fallacia aliā aliā trudit	291	Filius degenerans	554	Fuge pcul a uiro maiore	492
Fames & mora. bitem	398	Filum cōtētionis tūc erat	482	Fuit & Mādroni ficula na.	194
Fames Melia	228	Finem uitæ specta	84	Fuimus troes	224
Famis campus	228	Fixis oculis intucri	409	Fulgur ex pelui	387
Farcire centones	333	F L		Fumantem nasum ursi	508
Fastuosus maximus	67	Flagitiorū turpis exitus	564	Fumi umbra	322
Fatale uitæ tēpus exactū	558	Flāma fumo est pxima	123	Fumos uendere	89
Fatis adactus	562	Flere & nouercæ tumulū	214	Fumū fugiēs in ignē incidi	120
Fatis imputandum	546	Flet uictor, uictus interijt	361	Funem abrumperē	136
Fatum immutabile	559	Flocci nō facio, aut flocc. fa.	196	Fungus	592
Fatum ineuitabile	562	Fluuius cum mari certas	229	Funiculū fugiūt miniatū	66
Faustus exitus	559	Fluuius nō semper fert sc.	612	Furari litoris harenas	602
F E		Fluuius quæ procul absunt,		Furemq; fur cognoscit, & lu-	
Fecē bibat qui uinū bibit	163	irrigat	443	pum lupus	315
Feles Tartesia	66	F O		Fures clamorem	66
Felicitas a deo	607	Focus luculētus in ædib ⁹	569	G A	
Felicitas multos habet a.	499	Fœdū est & mansisse diu	401	Allorum incusare	
Feli Crocoton	67	Fœmina nihil pestilent ⁹	565	uentres	429
Feliciū multū cognati	450	Fœnū esse, ambrosia alen.	450	Gallos quid exca-	
Felicibus sunt, & trimestres li-		Fœnum habet in cornu	40	cas ?	445
beri	179	Folio ficulno tenes anguil.	117	Gallus in suo sterq; linio plu-	
Felix Corinthus, at ego sim		Folium Sibyllæ	192	rimū potest	619
Teneates	350	Fontes ipsi litiunt	183	Gallus in silis	477
Felix qui nihil debet	389	Fontibus aptos, florib ⁹ au.	519	Gaudium dolori iunctū	568
Fenestram aperire	101	Foras Cares, nō amplius an-		G E	
Feras nō culpes	78	thisteria	66	Generosioris arboris statim	
Ferreas ahaneus	180	Fores aperire	519	planta cū fructu est	93
Ferrū ferro acuitur	194	Fores habet tritas	428	Generosior Codro	394
Ferre iugum	67	Formica camelus	130	Generosior Sparta	398
Fertilior leges est alieno in ar-		Fortes fortuna adiuuat	59	Generosus es ex crumena	393
uo	163	Fortis in alium fortiorē in.	575	Genius malus	38
Festina lente	252	Fortuna æstuarua	519	Genuino mordere	290
Festiuus sermo	560	Fortuna prius aduersa	547	Genusura propius	97
Festo die, si quid prodegeris		Fortuna reddit insolentes	562	G I	
& cætera	66	Fortunator Stroblyli Car.	66	Gigantum arrogantia	574
Festucā ex alterius oculo eij		F R		G L	
cere	167	Frater uiro adlit	192	Gladiatorio animo	94
Festum multas habens	573	Fratrum inter se iræ sunt acer-		Gladiator in harena consiliū	
F I		bissimæ	60	capit	157
Ficos diuidere	257	Fricantem refrica	194	Gladiū dedisti q se occi.	443
Fictilis homo	429	Frigidā aquā suffundere	242	Glauci ars	394
Ficulnus	190	Frons occipitio prior	53	Glaucus alter	605
Ficulnus gladius	398	Frontem exporrigere, fron-		Glaucus poto melle resur.	394
Ficum cupit	300	tem contrahere	203	Glaucus comesa herba habi-	
Ficum Mercurio	399	Frustra Herculi	363	tat in mari	574
Ficus ficus, ligonem ligonem		Frusto panis	94	Gleba aruum	394
uocat	300	Frustra carnis	106	Gloria futuri	575

BB

INDEX PROVERBIORVM

Gloriosum & apud poste.	556	Herculei labores	431	Humi serpere	429
G N		Hercules & simia	499	H Y	
Gnomon & regula	269	Herculis cothurnos	519	Hydrum secas	235
G O		Heri & nudius tertius	347	Hydrus in dolio	575
γοργὸν βλέπεται	487	Hermionis uice	351	Hylam inclamas	113
Gorgonē Perseus aggred.	605	Hermoniū officiū	366	Hyperberetæa	424
G R		Herniosus usq; ad gulam	601	Hyperii uertigo	391
Graculus inter musas	175	Heroum filij noxæ	152	Hyppolitum imitabor	518
Græca fide	198	Hesiodi senectæ	383	Hypseæ cæcior	90
Grata breuitas	630	Hesperidum mala	608	I A	
Grata nouitas	557	Heterognathus es	484	Actantiæ comes	567
Gratia gratiam parit	28	Heteromolia causa	429	Iactare iugum	569
Grauiora Sambyco patif	40	H I		Ialemo frigidior	428
Grues lapidē deglutiētes	519	Hiberæ naniæ	323	I B	
γυζαί	274	Hic bonorum uirorum est		Ibyci grues	218
G V		morbus	544	I D	
Gutta uini	604	Hic funis nihil attraxit	223	Idem Accij, quo Titij	247
G Y		Hic Rhodus, hic saltus	477	I E	
γυζαί	599	Hinc belli initium	502	Iecit Achilles duas tesse.	396
Gygis anulus	44	Hinc illæ lachrymæ	93	I G	
H A		Hinnulus leonem	88	Ignauis semper ferie sunt	359
Habet & musca sple		Hipparchi murus	597	Ignauū uertitur color	69
H nem	499	Hipparchorum tabula	429	Ignem igni ne addas	48
Habet	590	Hipponactē preconiū	289	Ignem dissecare	111
Hæc Helena	93	Hirundinū musca	280	Ignem palma	428
Hæc iusticia	488	Hirudo totos schenos te.	609	Ignis ad torrem	518
Hæc potior	151	His Medus nō insidiabit	425	Ignis, mare, mulier, tria ma.	288
Hæret in uado	63	Hiltricis seta	607	Ignis nō extinguit igni	479
Hæsitantia cætoris tussis	410	H O		Isdem e literis Comœdia ac	
Hamaxiæa	462	Hoc calciamentū cōsuiit Hi-		Tragœdia componit	495
Hanc technā in teipsum stru-		stia, Aristogoras iduit	489	Isdem uescētes cepis	438
xisti	34	Hoc nouerā priusq;	616	I L	
Harena cedere	230	Hodie nullus, cras maxi.	597	Ilias malorū	81
Harenam metiris	110	Holerū appositiones	429	Illico hyems erit	623
Harenæ mandas semina	111	Homerici uersus aliquot pro		Iliensis Tragœdos cōdux.	329
Harmodij cantilena	429	uerbiales	544	Illo respicient	513
Hasta Caduceum	429	Hoies frugi oia recte fa.	290	Illotis manibus	225
Hastam abijcere	230	Homo Bombylius	370	Illotis pedibus	225
Haud annuncias bellum	440	Homo bulla	308	I M	
Haud canit paternas can.	429	Homo homini deus	37	ἡμῶν κριτοῦ	617
Haud contra ostium	621	Homo homini lupus	38	Imis ceris eradere	614
Haud ipune uindemiā fa.	282	Homo Thales	538	Imi subsellij	570
Haud perficiet	559	Homo Trellis	196	Imitabor nepam	598
Haud quacūq; difficile Atheni-		Homo Trioboli	196	Imodo uenare leporem	516
ensem Athenis laudare	269	Honos alit artes	211	Immolare boues	460
Haud unq; arcet ostium	282	Horna messis	594	Immunem uenire	622
H E		Hospes indigenam	495	Impator bonus, & idē ro.	569
Hedera post Anthisteria	487	Hospitis habenda cura	563	Impit? subligaculo indu.	491
Herbam dare	229	Hostimentū est opa p pe.	324	Impete peritum artis	378
Hercules hospitatur	590	Hostis nō hostis	492	Impossibilia captas	235
Herculana scabies	326	Hostiū munera, nō mune.	83	Improbi cōsiliū, in extre.	463
Herculana Balnea	315	H V		Improbitas muscæ	53
Herculanus nodus	223	Huius nō facio	196	I N	
Herculanus morbus	326	Humi hauris	428	In absurde locutū	545

PER ORDINEM ALPHABETI

In acie nouaculae	23	Inertium chorus	407	dormitandum	555
In aere meo est	182	Inescare homines	352	In planiciem equum	209
In aere piscari	114	Inest & formica & Ser. bi.	346	In portu nauigare	33
In alieno choro pedē po.	288	Ineuitabile fatum	563	In portu impingere	138
In alieno foro litigare	297	Inexorabilis	549	In pulicis morſu deū inuo.	485
In alio mundo	70	Inexorabilis	569	In puteo cōſtrictus	263
Inanis conatus	545	Inexplebile dolium	238	In puteo cū canibus pug.	239
Inani ſpe flagrat	608	In fermento iacere	427	In Pythij tēplo cacare	605
Inaniter aquam cōſumis	113	Infixo aculeo fugere	19	In quadrum redigere	234
Inaniū inania cōſilia	502	Inflige plagā ab aratro	612	In qnq; iudicū genib ⁹ ſitū ē.	398
In antro Trophonij uatici.	188	Influit quod exhaurit	305	In re mala animo ſi bono uta	
In antrū haud legitimū	495	In foribus adesse	296	re adiuuat	492
In apes induxiſti	426	In foribus urceum	269	In ſaltu uno, duos apros ca.	518
In Aphannis	464	In formidoloſum	548	Inſana laurus adest	328
In aqua haeret	117	In fugitiuū	556	Inſania nō omnib ⁹ eadē	575
In aqua ſementem facis	111	Ingens diſcrimen	552	In ſaxis ſeminas	111
In aqua ſcribis	111	Ingens diſcrimen	560	In ſe descendere	166
In area latitas	495	Ingens interuallum	613	In ſeditione uel An.	297
In armis acciſſat	606	Ingens telum neceſſitas	307	In ſenem libidinoſum	546
In aurem dicere	87	Ingratitudo uulgi	561	In ſenem ne quod collocaris	
In beatam	278	Ingredi Iunoniū	590	beneficium	242
In caducū parietē inclina.	369	In harena aedificas	112	In ſimpulo	293
In canis podicē inſpicere	285	In harenā descendere	230	In ſinu gaudere	78
In capras ſylueſtres	463	In herba eſſe	297	In ſinu manū habere	421
In caput præcipitari	483	In holmo cubabo	397	In ſola Sparta ſeneſcere	605
In Care periculum	147	In hoſtio formoſus	522	In ſpem fruſtratam	545
Incidit in foucā quā fecit	34	Ingens rerum multitudo	546	Inſperabilem uitā uiuis	491
Incita equū iuxta Nyſſā	628	Inimic ⁹ & inuid ⁹ uici. ocu.	440	In ſyluam ligna ferre	183
Incitare currentem	548	Iniquū petēdū ut equū fe.	303	Inteſtina beneuolentia	186
In clamoroſo	553	Initio cōfidēs, in facto ti.	486	In tpe cauēda poena mali	560
In cœlo eſſe	143	Initium belli	427	In tenebras ſaltare	222
In cœlum expuiſ	494	In lapidinas	262	Inter cæcoſ regnat Strab ⁹	495
In cœlum iacularis	117	In laqueū inducere	234	Interfecta muſica	485
In Cotyla geſtaris	426	In laqueoſ lupus	236	In tergo bouis deſedet	495
Incudi reddere	142	In lente unguentū	175	Inter indoctos etiam Cory-	
In culmo arare	613	In limine deficere	138	duſ ſonat	297
Incus maxima nō me. ſtre.	441	In lypſidrio pugnas	606	Inter lapides pugnabāt, & la-	
In dextram aurem	197	In magnis & uoluiſſe ſat ē.	397	pidē cape nō poterāt	70
In diē uiuere, ex tpe uiue.	206	Im matellam immeiere	136	Inter ſacrum & laxum	28
Indignus q illi matel. por.	142	In muri aquā quæriſ	229	Inter malleum & incudē	23
In diſcrimine apparet, q ui.	552	In me hæc cudetur faba	41	Inter os & offam	119
Indoctor Philonide	362	In nihil ſapiēdo iucū. uita	428	Inter pueros ſenex	605
In dolio figularē artē diſ.	147	In nocte cōſiliū	287	Inter caſa & porrecta	90
Induitis me leonis exuuiū	91	Innocuus aliū aſpiciam	413	In terra pauperē	605
Indulgere genio	336	Innumerabilis, ut Cæne ⁹	488	Interuallo perit fames	491
Indurū & implacabilem	623	In numero	614	In toga ſaltātis perſonam in-	
Indus elephātus haud cu.	244	In occipitio oculos gerit	479	ducere	346
Induſtriam adiuuat deus	559	In omnia potentes	617	Intra tuū pellem te cōtine	167
In eadem es nauī	258	In omni fabula & Dædali	428	Intra ſuas præſepes	182
In eadem anſas ueniſti	263	In orbem circūiens	306	In tranquillo eſt.	281
In eburna uagina plū. gla.	176	In orci culum incidas	425	In tranſcurſu	628
Inelegātor Libethrijs	157	In pte uel ignē prædeſ ali.	428	Intra ſeptimam	425
In eodem heſitas	117	In pedes retrocedit	606	In triuio ſum	60
In coipſo ſtas lapide	427	In periculoſo negotio nō eſt		In tua ipſius harena	518

INDEX PROVERBIORVM

In tus canere, Aspendius	262	Ita fugias ne præter casam	119	Lemnium malum	220
In tuo regno	182	Iterū ad lapidē eūdē offen.	121	Lenticulam angulo tenes	506
In tuo luco & phano est si.	182	Iterū atq; ite. ad Pithū uia	424	Lentiscum mandere	199
In tus & in cute	230	Iterū tranquillitatē uideo	281	Leonē ex unguibus æsti.	221
In tuū ipsius sinū inspue	167	Ithorus	589	Leonē radere	342
In tuū ipsius malū lunā de.	453	I		Leonē larua terres	155
In us dolores	427	I V		Leonē uidere	518
In uado	33	Iucunda uicissitudo rerū	185	Leonina societas	191
In uenatu perijt	236	Iucundī acti labores	307	Leonis catulum ne alas	317
In ueni, nō qd̄ pueri in fa.	415	Iucūdiſſima nauigatio iuxta		Leonis exuuiū sup Croco.	511
In uino ueritas	173	terrā, ambulatio iux. ma.	69	Leonis uestigia quæris	594
In uita Minerua	30	Iugulare mortuos	61	Leporem nō edit	259
Inuitos boues plauſtro in.	185	Iungere uulpes	88	Lepori esurienti etiā pla.	517
Inuitis canibus uenari	185	Iuppiter aquilam delegit	606	Leporis uita	614
Inuitus Iupiter nouit	425	Iuppiter orbus	229	Lepos Atticus elequētia	62
In uoti compotem	550	Iuſticiæ oculus	588	Lepus apparens	422
Inutilior blace	595	Iuſticia in se uirtutē cōplec.	317	Lepus dormiens	243
In utrūuis dormire aurē	197	Iuſticia iuſtior	589	Lepus pro carnibus	273
In utrūuis dormire oculū	592	Iuuenari	596	Leonē ſtimulas	35
I		Iuuenta uiribus pollet	551	Lerij mali	331
I O		Iuxta cubitū profecit	595	Lerna malorum	81
Ioca, ſeriacq;	261	Iuxta fluuiū puteū fodit	482	Leſbia regula	142
Io pæan	327	Iuxta melam	510	Leſbiari	543
Iouem lapidem iurare	363	Iuxta nauem	595	Leſbijs digna	422
Iouis cerebrum	160	L		Leſbius Prylis	570
Iouis Corinthus	266	Abyrinthus	423	Leuiſſima res, oratio	440
Iouis ſandalium	386	Labore laboroſuſ	423	Λευκηπατία	597
Iouis ſuffragiū	354	Laborem ſerere	423	Lex & regio	517
Iouis uellus	604	Labrax Mileſius	424	L I	
I P		Lac gallinaceū	145	Liberorū amātor, & Gel.	394
Ἰππομανῆρ	451	Lacerat lacertum largi mor-		Nibera capræ ab aratro	422
Ipsa dies quādoq; parēs, quā		dax memmius	233	Libera Corcyra, caca ubi li.	590
doq; nouerca	207	Laciadæ	423	Liberi poeta & picto.	444
Ipsa olera olla legit	183	Laconicæ lunæ	345	Libyca fera	535
Ipsa ſenectus morbus est	164	Laconiſmus	423	Lignū tortū haud unq; re.	422
Ipsē ſemet canit	354	Lampon iurat p anſerē	591	Limen ſenectæ	422
Ipsē dixit	354	Lapido loqueris	116	Λιμοδωριῆς	540
Ipsē ſibi perniciem accer.	553	Lapſana uiuere	621	Lindij ſacrum	344
Ipsē ſibi mali fontē reppit	34	Laqueus laqueū cœpit	477	Lingere ſalem	619
Ipsi curandum	424	Laqueus auxiliari uidet	601	Lingua amicus	480
Ipsō cratere	604	Largitio nō habet fundū	238	Lingua quo uadis	285
Ipsis placet	339	Lari ſacrificant	222	Lingua iurauit	347
Ipsi teſtudines edite q̄ cœ.	41	Larus hians	423	Lingua bellare	422
Ipsō horreo	518	Larus in paludibus	518	Lingua ſeorſum incidit	539
Ipsum oſtij limē tetigiſti	477	Larus parturit	216	Linum lino necūſ	206
I R		Larus	285	Lis litem ſerit	422
Ira omniū tardiffime ſe.	172	Laterem elixas	111	Litem incipere	548
Ira per extentum	342	Latum unguem	120	Litem mouebit, ſi uel aſinus	
Iro Codro pauperior	163	Laterem lauas	110	canem momorderit	212
Irrifibilis lapis	350	Late uiuens	423	Litem parit lis, noxa item no	
Irritare Crabrones	35	Lauares peliam	424	xam parit	212
I S		Laudant ut pueri pauonē	597	Littore loquaciōr	408
Iſſa	518	Laureū baculū geſto	40	Littori loqueris	116
Iſthmum perfodere	619	L		Lityerſam cantionē canis	493
Ἰσθμίου	424	L E			
I T		Lemnia manu	422		

PER ORDINEM ALPHABETI

Loetale mullum	205	Lyfistrati diuitias habes	494	Malum est bonum	607
L O		Lytiersam cantionem	493	Malum Hercules	50
Locrense pactum	346	M A		Malum lucrum, æquale di-	
Locrensis bos	398	Achinas post bel-		spendio	479
Locupletum reditus	563	lum adferre	440	Malum munus	608
Loetale mullum	205	Macilē manu pin-		Malum uas nō frangitur	607
Lolio uictitant	262	M		Malus cum malo collique-	
Longe regum manus	48	guem pedem	615	scit uoluptate	317
Longe lateq;	245	Maetata hostia lenior	351	Malus ianitor	603
Longe uicit	564	Magis gaudet eo, qui sene-		Mandare laqueum	334
Longum ualere iussit	300	ctam excipit	544	Manica	621
Loripedem rectus deri.	456	Magis impius Hippome.	420	Manu fingete	346
Lotum gustauit	384	Magis ipse Phryx	393	Manum admouenti fortuna	
L V		Magis sibi placet	393	est imploranda	295
Lubentis aperte loqui	545	Magistratū gerens audi & iu-		Manum admouere	610
Lucri bonus est odor exre		ste & iniuste	387	Manū ferulæ subduxim ⁹	369
qualibet	536	Magistratus uirū indicat	246	Mandrabuli more res suc.	62
Lucrum pudori præstat	536	Magis uarius q̄ hydra	44	Manibus pedibusq;	104
Lucernā adhibes in meri.	342	Magis mutus q̄ pisces	126	Maniuoro uinculo	420
Lucerna pinguior & lecytho		Magna ciuitas, magna soli.	332	Manliana imperia	248
pinguior	345	Magna de re disceptatio	557	Manticulari	530
Lunam detrahere	594	Magnetum mala	419	Manus manū fricat	28
Lumen soli mutuas	183	Magno flumini riuulū in.	443	Manū de tabula	80
Lupi alas quaris	115	Magnorum fluminum nauī		Manum nō uerterim	80
Lupi decas	374	gabiles fontes	93	Manū habere sub pallio	421
Lupinum potum	376	Magnum os anni	377	Manu sercū, nō thyla.	444
Lupi illū priores uiderūt	191	Magn ⁹ uersator in re pu.	494	Maras	592
Lupo agnum eripere	386	Mala senium accelerant	568	Mare alluit omnia mortaliū	
Lupus ante clamorē festi.	386	Mala ultro adsunt	604	malā	486
Lupus circū puteū cho.	294	Mala proditio	421	Mare exhauris	572
Lupus hiat	314	Mala attrahens ad sese	134	Mare malorum	82
Lupus aquilam fugit	386	Maleam legens quæ sunt do-		Mare coelo miscere	95
Lupus pilū mutat, nō me.	477	mi obliuiscere	330	Mare prius uitem tulerit	335
Lupus in fabula	550	Male coniugatis	562	Margites	317
Lusciniæ deest cantio	520	Male parta, male dilabunt	190	Mari e fossa aquam	462
Lusciniæ nugis insidētes	280	Mali cōmatis	453	Mari nā auditionem fluuia-	
Lutum luto purgare	244	Mali bibūt iprobitatis fe.	421	li abluit sermone	477
Lutum nisi tundatur, non fit		Mali corui malum ouū	219	Maritimus cum sis, ne uelis	
urceus	479	Malis ferire	335	fieri terrestris	499
Lutū sanguine maceratū	422	Malis ter mala	484	Mars haud cōcutit sua ar.	488
Lux affulsit	386	Mali thripes, mali ipes	421	Mars rex	587
Lychnobij	623	Malis mala succedunt	563	Martis campus	380
Lydi mali post hos Aegy.	422	Malo accepto stultus sa.	27	Martis pullus	488
Lydio more	421	Malo nodo, malus quæren-		Maschalam tollere	393
Lydius currus	294	dus Cuneus	48	Matiolœchus	608
Lydius lapis	140	Malorum thesaurus	82	Matris ut capra dicitur	419
Lydorum Caricæ	374	Malorum Panegyris	420	Matura satio saepe decipit, se	
Lydū in planiciem pro.	494	Malorum obliuio	547	ra semper mala est	228
Lydus cauponatur	373	Malorum assuetudo	562	Mature fias senex	62
Lydus hostium clausit	373	Malum bene conditum ne		Mazā pinsuit a me pistā	417
Lydus in meridie	373	moueris	35	M E	
Lynceo perspicacior	268	Malū malo medicare	48	Mea est pila	337
Lyficates alter	494	Malum consiliū	50	Mediū ostendere digitū	334
		Malū bono pensatum	564		

INDEX PROVERBIORVM

Medius teneris	117	Minus habet mētis, q̄ dithy.	419
Megarensium lachrymæ	344	poctæ	284
Megarenses, neq; tertij, neq;		Minus de istis laboro, q̄ de	
quarti & c.	273	ranis pa.	448
Megaricū machinamentū	314	Minxit in patrios cineres	393
Megaricæ sphinges	377	Miscebis sacra, pphanis	95
Melanione castior	418	Miseram messem metere	541
Meliacum nauigium	418	Miserrimū fame mori	516
Meliores nancilci aues	377	Mitior columba	517
Melitæus catulus	624	Mitte in aquam	278
Melius nobis est q̄ heri	449	Mitte ad extremū	278
Melle litus gladius	205	M O	
Melle teipsum pungis	418	Moderator negocij	562
Mellis medulla	377	Modio demetiar	418
Memorem mones, doctum		Modis omnibus incitat	554
doces & similia	49	Mœnia ferrea, nō terrea	486
Me mortuo terra misceat.	95	Mœnia Semyramidis	610
Mendax Atraphaxis	612	Molestum sapientem apud	
Mendico ne parêtes qdē	603	stultos loqui	418
Mendacē memorē esse o.	317	Molest ^o interpellator uē.	564
Mendici pera nō implef	345	Molli brachio	105
Mendicorū oculi sp̄ ina.	418	Momo satifacere	137
Mense Maio nubūt ma.	102	μονογαμμοι	620
Mens est in tergoribus	282	Mons cū mōte nō misce.	479
Mens leua	555	Monstrari digito	241
Mens nō inest centauris	418	Monstrum alere	338
Mens peregrina	517	Mopso Nifa datur	356
Mentam bellī tempore	278	Morbū mordo addere	48
Mentiunt̄ multa cātores	299	Mordere franū	104
Meos corymbos necto	466	Mordere labrum	543
Mercator est	589	Mordicus tenere	105
Mercurius infans	418	Mores hominū regiōi re.	609
Mercurius superuenit	629	Mores amici noueris	356
Merxultronea putet	225	Mors omnibus cōmunis	555
Messe tenuis p̄pria uīue	166	Mors optima rapit	558
Metum inanem metuisti	318	Morsus aspidis	449
Metus infamiæ	557	Mortui nō mordent	516
M. I		Mortuis nō cōuitiandū	569
Midæ diuitiæ	149	Mortuo uerba facit	116
Midas auriculas asini	92	Mortuos uidens	116
Midas in tessaris, consultor		Mortuum flagellas	113
optimus	416	Mortuū ungueto perun.	477
Mihi curæ erit hoc nego.	563	Mortuus iacet pedens	478
Mihi ista curæ futura sunt	573	Mortuus p̄ somnū, uaca.	589
Mihi istic nec serif nec me.	165	Moschus canēs Bozoticū	482
Mihi ipsi balneū ministra.	239	Mouebo talum a sacra li.	25
Militauit cū Erasimade	419	Mouere Camarinam	35
Milium torno sculperere.	418	Mox sciemus melius uate	572
Mineruæ felem	237	M V	
Mineruæ suffragium	491	Mulgere hircum	88
Minimo prouocare	516	Mulierē ornat silentiū	598
Minore finire pomerio	516	Mulier imperator & mulier	
Minutula pluuia imbrē pa.	75	miles	353
		Mulier ne credas	419
		Mulierum exitia	420
		Mulieris animus	517
		Mulieris oculus	493
		Mulieris podex	517
		Mulier pudica ne usq; sit	558
		Muli Mariani	627
		Multa docet fames	603
		Multa in bellis inania	419
		Multam siluam gestas	518
		Multa noris oportet	420
		Multæ rotæ uoluentē	618
		Multas amicitias	261
		Multa Syrorū olera	205
		Multa nouit uulpes	122
		Multæ manus onus leuius	
		reddunt	321
		Multæ regū aures atq; oculi.	47
		Multa cadūt inter calicem, su	
		premaq; labra	118
		Multi discipuli præstantio-	
		res magistris	501
		Multi boniq;	152
		Multi Mannij Ariciæ	420
		Multi te oderint	420
		Multis parasangis præcur.	318
		Multi Thyrsigeri, pauci B.	171
		Multi qui boues stimulent,	
		pauci aratores	172
		Multis ictibus deijci quer.	211
		Multitudo imperatorū Ca-	
		riam perdidit	375
		Multorum Iouis festorū glā	
		des comedit	603
		Muneribus res agitur	548
		Muneribus uel diij capiuntē	80
		Munerū animus optimus	375
		Munerū corruptela	561
		Munus exiguū, sed oppor.	563
		Munus leuidensæ	501
		Murē ostēdit pro leone	440
		Muris circūcurrētibus	615
		Muris interitus	451
		Muris in morem	508
		Murus Aheneus	420
		Mus albus	375
		Muscas depellere	541
		Mus nō ingrediens antrum,	
		cucurbitam ferebat	482
		Muscum demetere	462
		Mus picem gustans	316
		Mustelæ sæuum	103
		Mustelam hebres	67

PER ORDINEM ALPHABETI

Mutabilior Metra Erifich.	482	ab omnibus	324	Nephalia ligna	416
Muta persona	247	Nec sibi, nec alijs utilis	349	Nephalium sacrum	417
Muti magistri	52	Nec uno dignus	106	Nephafti dies	492
Mutua defensatio	550	Ne depugnes in alieno ne.	551	Ne pucro gladium	343
Mutua defensio tutissima	551	Ne dii quidē a morte libe.	558	Ne punctum quidem	628
Mutus Hipparchion	388	Ne Execestides quidem ui-		Necq; compluitur, necq; sole	
Mutus magis scapha	395	am inuenerit	366	aduritur	349
Mutuuum muli scabunt	193	Ne genu quidem flexo	264	Necq; cum malis, necq; sine	
N A		Ne gladiū tollas mulier	349	malis	416
N Aara & Charmi.	515	Neglectis urenda filix inna-		Ne quare mollia, ne tibi con-	
Nam illi iam nō sūt		litur hortis	417	tingant dura	366
atq; sunt, mali	408	Negocium nō aptum	561	Necq; cæcum ducem	482
Naribus trahere	260	Negocium ex ocio	417	Necq; amentē cōsultorē	482
Malo suspendere	198	Ne gry quidem	195	Necq; enim ignari sumus	568
Naturā expellas furca	377	Ne guttam quidem	544	Necq; nulli sis amicus, necq;	
Nauci non facio	196	Ne Hercules quidem aduer-		multis	515
Nauēs onuste cōuitijs	207	sus duos	128	Necq; natate, necq; literas	103
Naufracton tueri	417	Ne ignifer quidem	237	Necq; pessimus, necq; pri.	619
Nauibus atq; quadrigis	104	Ne in pelle quidem	416	Necq; quātū Lusciniæ dor.	409
Nauiget Anticyras	204	Ne intra uestibulū quidē	416	Necq; cœlum, necq; terram at-	
Nauiges in Massiliam	321	Ne in Melampygū inci.	264	tingit	130
Nauiges Troezenem	321	Ne in neruū erumpat	363	Necq; lydorū Carycas	630
Nauis annoſa haud quaſq; ibit		Ne inter apia quidē sunt	249	Ne quid moueare uerborum	
per mare	377	Ne Iuppiter quidem omni-		strepitu	555
Nauis aut galerus	417	bus placet	382	Ne quicq; sapit, q; sibi nō	149
Naulon Naucrati	417	Neligula quidē dignus	595	Necq; mel, necq; apes	161
N E		Ne magna loquaris	288	Nequid nimis	168
Ne a Chytropode cibū non		Ne maior Thilaco acces.	605	Nequid suo suat capiti	445
dum sacrificatū rapias	150	Ne malorū memineras	277	Nequis unq; megarēſibus	514
Ne ad aures quidem scalpen-		Ne mihi Suffenus essem	343	Ne ramenta quidem, ne fe-	
das ocium est	302	Ne mihi uacuā abstergas	610	ſtuca quidem	235
Ne Aefopū quidē triuisti	362	Nemini fidas, nisi cū quo	259	Ne ſi bos qdē uocē edat	443
Ne allia comedas & fa.	589	Nemo bene imperat, nisi qui		Nescit capitis & inguinis di-	
Ne allij quidem caput	543	paruerit imperio	18	ſcrimen	375
Ne altero quidem pede	241	Nemo cogēd ^o officij cau.	564	Nescis qd ferus ueſp ue.	171
Ne bolus quidē relictus	504	Nemo cogēdus amicus	549	Ne ſignifer quidem reliquus	
Nebulas diuerberare	516	Nemo benemerito bouē im		est factus	237
Nebulæ in pariete	329	molat, præter Pyrrīā	322	Ne ſis patruus mihi, ſapere	
Ne caprea cōtra leonem	336	Nemo malus hoc ſciet	486	patrus	329
Ne cinerem uitans, in prunas		Nemo nos inſequitur	486	Ne ſpina quidem uulnera-	
incidas	482	Ne moue ſtucam	482	bit bonos	515
Ne cōtra bouem opta	414	Ne moueto lineam	232	Nestorea ſeneſta	162
Nec aures habeo, nec tan.	511	Nemo mortalium omnibus		Nestorea eloquentia	61
Nec dignus q me intueat	549	horis ſapit	327	Ne ſupra pedē calceus	348
Ne decima quidem Syracu-		Nemo quēq; ire phibet	502	Ne ſutor ultra crepidam	148
lanorum pars	330	Ne mulca quidem	274	Ne temere Abydum	192
Ne de lite pronuncies	444	Ne my quidē facere audet	195	Ne teruncū qdē inſūpſit	196
Nec Epicurcos talia fabulan-		Ne nimū callidū hoc ſir	348	Ne terra quidem iuuit	479
tes audiuit	269	Ne nomen quidem	618	Ne tria quidē Steſichori	416
Necſſarium malum	125	Ne nūmus quidē plūbeus	541	Ne uidit quidē oleum	618
Nec mulieri, nec gremio cre-		Neoptolemi uindicta	42	Ne uia quidem eadem	287
dendum est	629	Ne patris quidem nomen di-		Ne uities muſicam	608
Nec obolum habet	88	cere poſſit	443	Ne umbrā quidē eius no.	230
Nec omnia, nec paſſim, nec		Ne per ſomnum quidem	90	Ne unī nauī facul.	618

BB 4

INDEX PROVERBIORVM

Ne uerba pro farina	360	Non decet principem solidā	550
Ne unq̄ uiri senis	385	dormire noctem	388
N I		Nō equouis ligno	348
Nihil alia ciuitates ad Cro-		Nō enim spinā	414
tonem	573	Nō est beatus, esse q̄ sene.	631
Nihil ad Bacchum	332	Nō est oleum in lecytho	544
Nihil ad rem	566	Nō est dithyrābus, si bi.	612
Nihil ad Parmenonis suē	21	Nō est meū negociū	418
Nihil agere	518	Non est eiudem & multa &	
Nihil graculo cū fidibus	107	opportuna dicere	71
Nihil de uitello	611	Non es laudandus ne in cœ-	
Nihil ex agro dicis	515	na quidem	376
Nihil graue passus es nisi	515	Nō eras in hoc albo	178
Nihil cū amaricino sui	108	Non est cuiuslibet Corin-	
Nihil ad uersum	130	thum appellere	99
Nihil ad fides	130	Nō est curā hippoclidī	235
Nihil facri es	200	Nō filius Achillis	623
Nihil fanum	200	Nō impetum lingua	313
Nihil minus expedit	535	Nō inest remedium	362
Nihil differs a Chareph.	416	Nō inest illi dentale	574
Nihil ab elephāte differs	416	Nō interpellāduš fameli.	546
Nil est ab omni pte be.	450	Nō liberat podagra calci ⁹	627
Nihil cocio est	609	Nō licet bis in bello pec.	441
Nihil profuerit bulbus	603	Nō luctu, sed remedio opus	
Nihil recusandū qd̄ dona.	567	in malis	558
Nihil simile	619	Nō magis parcem ⁹ , q̄ lu.	284
Nil homini amico est oportu-		Nō mislura cutē nisi ple.	337
no amicus	596	Nō mouenda moues	160
Nil intra est oleam	229	Nō nostrum onus	414
Nil extra est in nuce duri	229	Nō nauigas noctu	609
Niobes mala	478	Nō nouit natos	169
Ni pater esses	377	Nō nauigamus ad hippo.	601
Ni purges & moles, nō co.	416	Nō omnibus dormio	145
Nisi siqua uidit auis	284	Non omnino temere, quod	
N O		uulgo dicitant	149
Nocte lucidus	610	Nō omnibus cōtingit	566
Noctua Lauriōticā	394	Nō omnia eueniunt, quā in	
Noctua uolat	39	animo statueris	440
Noctuinū ouum	265	Nō omnes qui habent citha-	
Nocuit & nocebit	552	ram, sunt citharadi	171
Nodum soluere	20	Nō omnia possumus oēs	320
Nodum in scyrpo quæris	336	Nō omnis fert omnia tel.	619
Nolens uolens	87	Nō persuadebis, ne si persua-	
Nomine tantum notus	230	seris quidem	383
Nō abijcit animū	563	Nō potes Tethydē simul &	
Nō absq̄ Thescō	125	Calateam amare	479
Nō admodū misces	604	Nō possum nō dicere	566
Nō capit somnū, nisi hoc aut		Nō pluet post noctem	347
illud fecerit	540	Nō probantis	545
Nō cedendum malis	552	Nō quiduis cōtinget	568
Nō certat de oleastro	429	Nō semper erit æstas	615
Nō Chius, sed Cius	281	Non sum ex istis heroib ⁹	348
Nō curat numerū lupus	338	Nō sunt amici, amici qui de-	
Nō cutē, nisi plena cruo.	337	gunt procul	319
		Nō suscipiēdū negociū te.	550
		Nō statim decernendū	549
		Nō statuar læna	414
		Nō tam ouū ouo simile	121
		Nō tam lac lacti simile	121
		Nō tā aqua similis aquæ	121
		Nō uidemus, Mantice quod	
		in tergo est	168
		Nō una uehit nauis	594
		Nō ut prior lædam	601
		Nosce teipsum	168
		Nosce tempus	186
		Nos decem Rhodienses, de	
		cem naues	382
		Nōstræ farinae	505
		Nōstris ipforū alis capi.	158
		Nōstro quoq̄ Marte	148
		Nota res mala optima	415
		Notari ungui	133
		Notū lippis actōsoribus	162
		Nouacula in cotem	24
		Noua hirundo	160
		Noua hymettia, falerna uē.	293
		Noui Simonē, & c.	348
		Nouit qd̄ albū, qd̄ nigrū	169
		Nouit hæc Pylæa & Tytti.	383
		Nouit mala & bona	568
		Nouos parās amicos, ne ob-	
		liuiscere ueterum	482
		Nox humida	515
		N V	
		Nuces relinquere	126
		Nucleum amisi	413
		Nudæ gratiæ	392
		Nudior Paxillo	430
		Nudior Leberide	26
		Nudo capite	492
		Nudus tanq̄ ex matre	396
		Nudo mandas excubias	413
		Nudo uestimēta detrahe.	114
		Nugas agere	116
		Nulla candidorū uirorum	515
		Nullam hodie lineā duxi	103
		Nullius indigens deus	431
		Nullō scopo iaculari	505
		Nullū aial, qd̄ animal	274
		Nullum ociū seruis	308
		Nullus delectus	548
		Nullus sum	87
		Nullus emptor difficilis	479
		Nullus malus magnus pi.	320
		Numeris Platonicis obscu.	515
		Numerus	303
		Numero dicis	541

PER ORDINEM ALPHABETI

Nunc leguminū messis	378	Oenoe charadram	332	Omnibus anteuertenda ul-	
Nunc dñi beati	378	Octaus genius	438	te cura	549
Nunc cōtingat seruari	413	Octaus genius	519	Omnibus armis, praesidijsq;	
Nunc bene nauigauit	414	O F		destitutus	556
Nunc in regione ueni	414	Officiū ne collocaris in in.	566	Omni pede standum	442
Nunc illa aduenit	414	Officium humilium	567	Omnis herus seruo mono-	
Nunc ipsa uiuit sapiētia	477	O G		syllabus	484
Nunc ipsa floret musa	477	Ogygia mala	410	O N	
Nunc meae in arctum cogun-		O L		Onus nauis	477
tur copia	23	Oleo tranquillior	178	O P	
Nunc pluit & claro, nūc lup-		Oleo incendiū restringe.	49	Opera Sylofontis	248
puter aethere fulget	207	Olet lucernam	187	Oportet omnibus Cory.	481
Nunc tuū ferrū in igni est	630	Oleū camino addere	49	Oportet remum impellere	
Nuncq; efficies ut recte ingre-		Oleum & operā pdidi	112	qui didicit	67
diantur cancri	539	Oleū & salē oportet eme.	514	Oportet testudinis carnes	
Nūq; em meos boues abe.	389	Oleum in auricula ferre	135	aut edere &c.	243
Nūq; ex malo patre bo. fi.	152	Ollae amicitia	124	Oppedere & oppedere con-	
Nunqd & Saul inter pro.	269	Ollam alere	514	tra tonitrua	188
Nutricū more, male	502	Ollam exornas	113	Optat arare caballus	163
O B		Ollaris deus	118	Optat ephippia bos piger	163
Obijcere canibus agnos	413	Ollas lippire	272	Opta uicino ut habeat	499
Obluionis campus	411	Ollas ostentare	286	Optimū opsoniū labor se.	481
Obliquus cursus	382	O M		Optimū aliena insania frui	306
Obolum reperit Parnoe.	380	Ominabiū aliquis te cō.	604	Optimū nō nasci	310
Obsequiū amicos &c.	411	Omissa hypera, pedē in se.	491	Optimū cōdimētū fames	385
Obtestatio ueterū merito.	561	Omissis nugis, re expia.	557	O R	
Ob textoris erratū	612	Omitte uatem	412	Orci galea	426
Obtrudere palpum	514	Omne aēs alienū cepe &c.	481	Ordinem deserere	378
Obturbas frustra uelut.	481	Omne facultatē indut ⁹ est	492	Oresti pallium texere	593
Obujs ulnis	411	Omne tulit punctū	134	Ornatus ex suis uirtutibus	101
O C		Omnes sibi melius esse ma.	97	O S	
Occasiōe dūtaxat op ⁹ im.	270	Omne mouere lapidē	106	Osce loqui	628
Occisionis ala	457	Omne rudentē mouere	106	Oscitante uno, deinde osci-	
Occultae musices, nullus re-		Omniem iacere aleam	106	tat & alter	495
spectus	190	Omnia ex sententia	553	Osculana pugna	628
Occultae manus	199	Omnia sapiētibus facilia	411	Os inest orationi	612
Ociosus esto	559	Omnia esculenta obsessis	411	Os infrene	490
Octapedes	221	Omnia similia	411	Ostium obdite, pphani	500
Octopedem excitas	35	Omnia bonos uiros decēt	411	Os sublinere	130
Oculis magis habenda fides		Omni telorū generi oppu.	106	O V	
q; auribus	46	Omnia sub unā Myconū	331	Ouem lupo cōmisti	103
Oculus dexter mihi salit	329	Omnia chnaumata	410	Ouium mores	451
Ocyor accipitre	553	Omnia secūda saltat senex	442	Ouium nullus usus	378
O D		Omni conatu inuadere	547	Ouo prognatus eodem	303
Oderint dum metuant	412	Omni deuorata boue	481	Ouum adglutinas	113
Odi memorē cōpotorē	170	Omni ⁹ uestigijs ingre.	600	P A	
Odi puerulos praecocis.	598	Omni ⁹ neruis	104. & 560	Aetoli opes	163
Odit cane peius & angue	412	Omni certaminis genere	564	Palinodia cane.	226
Odium agreste	272	Omniū horarum homo	96	Palumbē p co.	441
Odium nouercae	298	Omnia octo	176	Palma m ferre	75
Odium uatinianum	298	Omnia idem puluis	176	Palpari in tenebris	410
Odorari	164	Omnes attrahēs, ut magnes		Palpo percutere	591
O E		lapis	183	Pamphili uindicatio	693
Oedipi imprecatio	183	Oim rerū uicissitudo est	184	Panagaea Diana	410

INDEX PROVERBIORVM

Pandelitias sententias	593	Pepones	596	Picifer	614
Panicus casus	534	Per antiquū diem	507	Pili nō facio	196
Panidis suffragium	442	Perdere naulum	509	Pilos pro lana	208
Pannus Bacer	318	Perdicitis crura	284	Pinguis uenter nō gignit fen-	
πανολεβία	238	Perdidisti uinū infusa aq̄	298	sum tenuem	513
Papæ Myxus	506	Perendinū uentū prædis.	517	Pinus in morem	387
Papyri fructus non postulat		Pergræcari	594	Piscator ictus sapiet	27
magnam spicam	459	Per hastæ cuspidē currere	439	Piscem natate doces	513
Pardi mortem adsimulat	334	Peribis, si nō feceris	622	Piscis nequā est, nisi recēs	596
Paries dealbatus	514	Periculū ne temere sube.	562	Piscis repositus	70
Parieti loqueris	116	Periculum proræ felis	378	Pistillo caluor	611
Pari iugo	146	Periculosum est canem inte-		Pistillo retusius	513
Parit puella etiam si male ad		stina gustare	326	Pistillo nudior	611
sit uiro	379	Perierunt bona	507	Pitana sum	513
Parui Scaphula	343	Per ignem incedis	579	Pithon formosus	510
Par pari referre	28	Perijt sus	599	P L	
Partitio, nō præfocatio	513	Per mediū anulum traharis		Placiadæ	588
Parturient montes	216	oportet.	214	Placide bos	257
Paruo emptas carnes	610	Per nebulam, p caliginē	91	Plaustra cōuitijs onusta	188
Paruus semp tuus pullus	379	Per parietem loqui	491	Plena manu	260
Pascitis semiobolus	379	Perplex ⁹ animiq̄ cōster.	549	Plūbeo iugulare gladio	342
Pastillos Rufillus olet	410	Perplexus	566	Plures adorant solem orien-	
Patatione calumniosior	442	Per publicā uia ne ambu.	15	tem, q̄ occidentem	476
Patria sua cuiq̄ iucūdissi.	565	Perq̄ enses, perq̄ ignē opor-		Plures Thriobolos, paucos	
Patriæ fumus igni alieno lu-		tet irrumpere	313	est cernere uates	171
culentior	52	Per sæpe sacra haud sacrificia		Pluris est oclat ⁹ testis un ⁹	367
Patris est filius	610	ta deuorat	319	Pluriū calcul ⁹ uincit. 419. & 611	
Patrocli occasio	508	Per tenebras quæ apud	276	Plus aloes, q̄ mellis habet	207
Patroclo sordidior	484	Pertinax cōtentio	546	Plus apud Campanos	287
Pauciloquus, sed eruditus	552	Per Trāsemia inspicere	444	P O	
Paup̄tas sapiētia sortita est	123	P H		Podex lotionē uincit	249
Pauper, sed ingeniosus	567	Phalaridis imperiū	248	Pollicētis se promissa re præ-	
Paulone mēdicior	612	Phallus deo	481	stiturum	545
P E		Phaniae ianua	503	Polycrates matrem pascit	388
Pecuniarū cupiditas	388	Phani ostium	385	Polypi	320
Pecuniæ obediūt omnia	96	Phaselidarū sacrificiū	379	Polypi caput	251
Pecuniæ uir	395	Phicidissare	459	Polypi mentem obtine	43
Pedē ubi ponat nō habet	121	φιλαιῶι	98	Pomarius Hercules	374
Pedere tus	539	Philippi gallus	378	Pontificalis cœna	458
Pedetentim	256	Philoxeni non	466	Porcellus Acarnanius	314
Pedibus trahere	260	Phocensium desperatio	617	Porcum immola	205
Pedibus ingredior, natate em̄		Phocensium amolitio	159	Porrectis dormire pedi.	197
non didici	283	Phocensium execratio	159	Post acerba prudentior.	612
Pedibus in sententiā dif.	376	Phoci conuiuium	395	Post bellum auxilium	513
Pedum uisa est uia	506	Phœnice rarior	376	Posterioribus melioribus	84
Pegaso uelocior	603	Phœnice uiuacior	268	Post festum uenisti	225
Peius Babys tibia canit	379	Phœnicum pacta	506	Post folia cadūt arbores	399
Pellem caninam rodere	336	Phormionis thori	412	Postica fanna	596
Pellenæa tunica	476	Phrynichi lueta	512	Post Lesbium cantore	156
Penelopes telam texere	110	Phryndas alter	537	Post mala prudentior	99
Penicissare	484	Phryx plagis emendatur	200	Post marathone pugna.	608
Pennas nido maiores exten-		P I		Post principia	98
dere	167	Pica cū Lucinia certat	208	P R	
Pensum persoluere	90	Pica certat cū Luscinia	619	Præbere uiros	554

PER ORDINEM ALPHABETI

Præ diues	551	Profundum sulcum	600	Q V A		
Præmālium in os habere	421	Pro malo cane suem repo.	512	Q	Valis uir, talis ora	
Præmatura mors	554	Promeri caues	387		tio	158
Præsens abest	387	Pro mea uirili	553		Quam apes apū si	
Præsentē fortunā boni cō.	408	Promus magis q̄ condus	335		miles	121
Præsentem mulge, quid fugi		Pronomi barba	600		Quā curat testu	
entem insequeris	465	Pro perca scorpionum	358		do muscam	403
Præstat habere acerbos	614	Propria uineta cadere	165		Quā facile uulpes pirū co.	508
Præstat inuidiosum esse	628	Proprij nominis obliuisci	321		Quāq̄ nō dixeris	495
Præter Sibyllā leget ne.	602	Prora & puppis fossa & ual.	20		Quam quisq̄ norit artem, in	
Præuertit ancōre iactum	609	Prorsus ignotus	556		hac se exerceat	296
Premenda occasio	560	Proteruā fecit	223	Quādo id fieri nō potest	512	
Premere pollicem, cōuerte		Proteo mutabilior	293	Quanta mus apud pisam	315	
re pollicem	202	Protinus apparet	599	Quanto asino præstantiores		
Præmouere uenatum	500	Prouoluitur ad Miluios	512	muli	445	
Præstat unī malo obnoxium		Prudens in flamma mittere		Quantum habet	614	
esse, q̄ duobus	602	manum	513	Quātū nō Milu ^o oberret	512	
Priensis iusticia	512	Prudentia cōiuncta cū ui.	551	Quarta luna nati	40	
Prima facie, prima frōte	230			Quasi Millus cani	627	
Primorib ⁹ labijs degustare	231	P S		Quali lutrium eant	624	
Primū Mars in filijs lau. est	512	Pfaphonis aues	71	Quatuor obolis nō æsti.	404	
Primū recte ualere	450	Psecas aut ros	409	Quauis re dignus	197	
Primum Agina pueros opti		πεδνη οὐ πιηεύα	158	Q V E		
mos alit	350	τευδ'όστυρα	489	Quæ apud inferos	115	
Principū fauor necessari ⁹	561	Pfyra Bacchum	489	Quæcūq̄ in somnio uident ^r	191	
Princeps indiligens	567	Pfyrice facta	250	Que dantur	603	
Principatus Scyrius	156	P T		Que diuinitus cōtingūt	546	
Principes inter se noti	562	Ptolemaica lis	512	Que dolēt, ea molestum est		
Principiū dimidiū totius	57	περυγίση	475	cōtingere	594	
Prior occupat	558	P V		Que ex antiqua	571	
Prius antidotū q̄ uenenū	616	Pudebat recusare	452	Quē fortuna pinxerit & c.	69	
Prius lupus ouē ducat ux.	539	Pudor & metus	555	Que nō posuisti, ne tol.	490	
Priusq̄ assa sit farina	476	Pudor in oculis	270	Querendæ facultates, dein		
Priusq̄ maſtaris, exco.	476	Puer glaciem	286	de uirtus	409	
Priusq̄ gallus iterū ceci.	542	Pugnis & calcibus	440	Querens opsonium, uestem		
Priusq̄ sortiaris	511	Pulchre dixti, belle narras	243	perdidi	349	
Prius testudo leporem præ		Pulchrorum etiam autūnus		Queruli in amicitia	611	
uerterit	210	pulcher est	93	Que sero cōtingunt, sed ma		
Prius locusta bouē pariet	276	Puluerē oculis offundere	409	gnifica	545	
Prius duo Echini amicitiam		Punica fides	198	Que sub alis fiunt	295	
incant	337	Pura a nuptijs	407	Que sup̄ nos, nihil ad nos	162	
Proba est materia & c.	513	Purgatis auribus	338	Queuis terra patria	297	
Pro beneficentia	358	Purior clauo	338	Q V I		
Pro bonis glomi	509	Purpura iuxta purpuram di		Qui apud inferos sunt	409	
Pro cæco exoculatus est	539	iudicanda	272	Qui amāt, ipsi sibi omnia fin		
Procidis telum	387	Pusillus quātus Molon	507	gunt	320	
Procul ab auribus	464	Putre salsamentū amat Ori		Qui arat oliuetū	258	
Procul pedibus equinis	98	ganum	318	Qui bene conijciat, hunc ua		
Pro delo calauriam	609	P Y		tem	317	
Prodico doctior	603	Pygmaeorū acrothinia	597	Quibus nec ara necq̄ fides	538	
Pro dignitate cuiusq̄	553	Pyrausta gaudes gaudiū	475	Qui canē alit externū	479	
Pro eleganti mendico, ma		Pyraustæ interitus	224	Qui circa salem & fabam	22	
lus poeta	494	Pyrrhandri commentū	475	Qui cōtinet arcanum	568	
Profectus ad Apaturia	488	Pyrrichen oculis præ se fe.	543	Qui cōturbat omnia	562	
		Pythagore symbola	13			

INDEX PROVERBIORVM

Quicqd in buccā uenerit	137	Qui uitat molā, uitat fa.	480	Re opitulandū, nō uerbis	554
Quicqd in linguā uenerit	137	Q V O		Rapariāzare	462
Qui cū cōtemptu	550	Quoad uixero	556	Reperire rimam	463
Quid Achiuos a turri iudi-		Quocūq; pedes ferant	244	Reperit deus nocentem	358
catis	465	Quod adest boni, cōsule	566	Rephensio cogitatiōis	554
Quid ad farinas	515	Quod ali ⁹ cōdiuit coquus	598	Rerum omniū uicissitudo	560
Quid ad Mercuriū	465	Quod alibi diminutū	551	Res ad triarios redijt	24
Quid ceco cū speculo	541	Quod alijs uertas, ipse ne fe-		Res cannacæ	398
Quid distent aera lupinis	94	ceris	557	Res est in cardine	24
Quid cani & balneo	108	Quodcūq; in solū uenit	512	Res iudicabit	492
Quid de pusillis magna pro-		Quod dedi datū nollem	333	Res in foro nostro uertit	512
cœmia	484	Quod factum est, infectū fie-		Respublica uirum docet	615
Qui domi cōpluitur	610	ri nō potest	317	Res sacra cōsultor	265
Quid opus erit longis cane-		Quod in animo sobrijs, id est,		Reti uentos uenaris	113
re tibijs	142	in lingua ebrij	268	Rex aut asinus	504
Quid nisi uictis dolor	357	Quod index auro, id aurum		R H	
Quid non fies, profectus Ar-		homini	332	Rhadamantheū iudiciū	407
belas	392	Quod nō est opus, asse cha-		Rhadamāthi iusiurandū	407
Quid primū aut ultimū	289	rum est	630	Rhamnusus	506
Quid si cœlum ruat	135	Quod scis, nescis	511	Rheginis timidior	407
Quid tandem non efficiant		Quo properas, Nū ad Ephe-		Rhodij sacrificiū	365
manus	538	bum	264	Rhodiorū oraculum	365
Quid tibi Apollo cecinit	392	Quo semel est imbuta	325	R I	
Qui eget, in turba uersēt	567	Quos non tollerent centum		Risus Chius	137
Qui e nuce nucleū esse uult,		Aegyptij	506	Risus Ionicus	136
frangit nucem	408	Quot hoies, tot sentētia	76	Risus Megaricus	137
Qui iure perierunt	569	Quot seruos habemus, toti-		Risus Sardoneus	496
Qui modus equitum	393	dem habemus hostes	304	Risus Syncrusius	364
Qui mori nolit ante tēpus	70	R A		R O	
Qui multa rapuerit, pauca		Adit usq; ad cu-		Romanus sedendo uincit	238
luffragatoribus dederit, sal-		tem	478	Rore pascitur	618
uus erit	293	Rana aquam	513	Rosam cū Anemona cō.	365
Qui nimīū properat, seri ⁹ ab-		Rana Scriphia	126	Rosam quæ præterierit, ne	
soluit	507	Rana Gyrina sapiētior	263	quæras iterum	365
Qui nocere potest, & idem		Ranis uinū præministras	302	Rosas loqui	365
prodesse.	561	Rapina cotitijs	571	R V	
Qui nō litigat cœlebs est	602	Rapina rerum Cinnari	407	Rubo arefacto præfract.	279
Qui obticescit	555	Rara auis	260	Rudē accipere, rude do.	218
Qui omī in re, & omī tē.	408	R E		Rudentes & remos cum ar-	
Qui patus ad resistendū	552	Recipe animum	569	mis commutauit	478
Qui per se sufficit	568	Rectam ingredi uiam	500	Rudius ac planius	29
Qui possum ab hoc epulo ab-		Reddidit Harpocratem	593	Ruminare negocium	543
esse	263	Refricare cicatricem	164	Rupta ancora	592
Qui probus Atheniensis	593	Refutantis laudem immodi-		Ruris fons	368
Qui quæ uult, dicit, quæ non		cam	545	Rus ciuitas	366
uult, audiet	26	Regia uaccula	407	Rusticanū oratorem ne con-	
Quis aberret a ianua	153	Reiicientis autorem formi-		temperis	365
Qui semel scurra, nunq; pa-		dinis	547	Ruta caesa	621
terfamilias	323	Reiicientis culpam	565	R Y	
Qui sese nō habet	190	Relinque qppiā & Medis	76	ΡΥΠΟΧΟΝΔΥΛΟ	596
Quis parentē laudauit, nisi in		Rem acu tetigisti	338	S A	
felices filij	408	Rem factam habere	85	Aburratus	541
Quisquis is fuerit	551	Remis, uelisq;	104	Sacra celerius absol ⁹	
Quis usus cepis putridi	465	Rem nouam aggredior	568	uenda	558

PER ORDINEM ALPHABETI

Sacra hæc nō aliter cōstāt	337	Scytharum solitudo	305	Seruū haud ueho	571
Sacram ancoram solue	25	S E		Seruus seruo præstat	314
Sacra nihil sunt	510	Secundo æstu	343	Seruus cū sis, comā geris	406
Sacrum sine fumo	235	Secundis uentis	343	Sexagenarios de pōte de.	128
Sape etiā est holitor	143	Sedecim pedibus supauit	493	S I	
Saguntina fames	228	Sedens columba	509	Sibi canere	509
Salaminia nauis	475	Seiūcta sunt Merrhæ, & c.	489	Si bouē nō possis, asinū	391
Sale emptū mancipium	190	Sellam oleo ne absterse.	17	Sibi malum repperit	568
Salem & fabam	500	Sellissare	619	Sibylla uiuacior	593
Salem lingere	538	Semel rubidus, ac decies	510	Si caseum haberem	495
Salem & mēsam ne præ.	146	Semper agricola in nouū	405	Sic est ad pugnae partes	410
Salem uehens dormis	190	Semp aliqs in Cydonis do.	282	Si coruus possit tacit ⁹ pa.	597
Sale punctus, hic adiu.	488	Sp graculus affidit graculo	54	Si crebro iacies, aliud alias	49
Salis onus unde uenerat	190	Semp Ilío mala	590	Siculæ nugæ, gerræ, Perfo.	323
Saluam imbibere	325	Semp uirgines furia	405	Siculissare	509
Salitudo nō inest illi	312	Semp similem ducit deus	54	Siculus mare	300
Saluginosa uicinia	155	Semp feliciter cadūt Iouis	77	Siculus omphacizat	343
Sambucā citius	505	Semp Leontini iuxta po.	81	Siculus miles	509
Samiorū flores	406	Sp affert Lybia mali qp.	535	Si deus uoluerit	562
Samiorū laura	570	Semp Africa noui aliqd	535	Signū bonū, aut malum	478
Samiorū mala metuīs	597	Semp me tales hostes in.	391	Si iuxta claudū habites	245
Samiu comatum	571	Semp tibi pēdeat hamus	223	Silentij tutum præmiū	499
Sanguine flere	334	Senescit bos	487	Sileni Alcibiadis	466
Sanior es pisce	629	Senecta leonis præstator	430	Si leonina pellis nō fatis	509
Sapientes tyranni	511	Senem erigere	487	Si meus stilus ille fuisset	244
Sapiens sua bona secū fert	631	Senes mutuū fricant	193	Simia barbata, siue cauda.	509
Sapiētia uino obumbrat	290	Semp seni iuuenulā subij.	510	Simia fucata	542
Sapientū octauus	210	Semp superioris anni melio.	510	Simia simia est, etiam si	172
Sardanapalus	538	Senis doctor	62	Simia in purpura	172
Sardi uenales	145	Senis mutare linguam	63	Simia nō capif laqueo	238
Sarone magis nauticus	474	Senesco sp multa addi.	206	Simiarū pulcherrima de.	349
Sarpedoniū littus	406	Senex bos nō lugetur	405	Simile gaudet simili	54
Satietas ferocitatē parit	541	Senum prudentia	560	Similes habēt labra lact.	245
Satis quercus	100	Senum prudentia	569	Similior ficu	391
Satius est initijs mederi, q̄	58	Septēnis cū sit, nōdū edi.	281	Similes uidentur captiuīs	599
Satius est recurrere, q̄	221	Septē cōuiuū, nouē cōui.	99	Simonidis cantilena	405
Saturniæ leniæ	272	Septimus bos	244	Simulare cupressum	123
Saturni podex	480	Sequit uer hyemē	337	Simul & da & accipe	391
Saxum uoluere.	329	Sera in fundo parsimonia	291	Simul & dictū & factum	413
Saxū uolutū, nō obducit	493	Serenitati nubē inducit	620	Simul & misertū est	449
S C		Serere ne dubites	58	Simul forbere & flare diff.	295
Scabrosior Leberide	464	Sero molunt deorū molæ	628	Sine capite fabula	23
Scarabei umbræ	459	Sero sapiunt phryges	26	Sine cortice nabis	201
Scarabco nigrior	459	Sero Iuppiter diphtherā	243	Sine Cerere & Baccho fu.	321
Scarabeus aquilā quærit	523	Sero uenisti, sed in colo.	406	Sine ope diuina	559
Scindere glaciem	511	Sero uenisti	616	Sine pennis uolare	509
σκύτη βλέπει	283	Serpēs ni edat serpentē	481	Sine riuali diligere	260
Scindere penulam	46	Serpentis oculus	232	Si nō adsunt carnes Tari.	334
Scipioni arundineo inniti	370	Seruabas bouem	572	Sinopissas	466
Scit quō Iuppiter duxerit	619	Seruatori tertium	390	Siphniassare	510
Scopæ dissolutæ	142	Seruire scenæ	42	Siqd mali, in Pyrrham	453
Scopum attingere	238	Seruilis capillus	303	Sigs iuxta ciuitatē clype ⁹	592
Scythæ accissans asinū	299	Seruilior Messena	406	Sirem amicū nūciat apīs	391
Scytharum oratio	305	Seruorū ciuitas	406	Sisyphi artes	593

CC

INDEX PROVERBIORVM

Sisyphi commentū	594	Sub cultro liquit	428	Sutorium aframentum	508
Si tanti uitrū, quāti marga.	613	Subdititius es	611	Suū cuiq; pulchrū	51
Si tibi amicū, nec mihi ini.	263	Subiugus homo	611	Suus cuiq; crepitus bñ ol.	485
Si tibi Machara est	405	Subere leuior	323	S Y	
Si uinū postulet pugnos	357	Subito alius	623	Sybaritica mensa	291
Si uultur es, cadauer expe.	173	Subitum remedium	548	Sybaritica calamitas	292
Smaragdus in luce ob.	488	Sublata lucerna, nihil	494	Sybaritæ per plateas	292
S O		Subuentanea paret	537	Sycophanta	318
Solæ lacenæ uiros pariūt	609	Sub oī lapide scorpūs do.	107	Sydera addere cœlo	603
Solidos e clibano boues	439	Suem irratat	390	Sylofontis chlamis	248
Soi lumen inferre	342	Succisua opera	260	Syncretismus	22
Solus currens uicit	221	Sui cuiq; mores fingūt for.	327	Syncerū uas incrustare	93
Solus sapit	313	Sui dissimilis	566	Syrbenæ chorus	383
Somnium	269	Summaria indicatura	407	Syracusana mensa	292
Sonus absit ab oculis	395	Summa uī defendere	547	Syrus cū nō sis ne syrissa	482
Sophocles Laudicent	304	Summis ingredi pedibus	613	T A	
Sotherichii lecti	622	Summis labijs	231	T Acite stomach.	562
S P		Sūmo digito caput scalpe	200	Tacito pede	257
Spartā nactus es hanc or.	339	Sūmam manum eddere	56	Taciturnior py.	613
Spem precio emere	322	Sūmis naribus olfacere	244	Tanariū malū	570
Spes alunt exules	451	Sūmis unguibus ingredi	282	Talare & indurre	58
Sphæra per precipitiū	125	Sūmum fastigiū imponere	56	Talpa cætor	89
Sphæram iter se redde.	452	Sūmū ius, summa iniuria	237	Tam in pcliui q̄ humber	518
Spithania uita	293	Summis uti uelis	303	Tā perit q̄ extrema faba	627
Spōdyla fugiens pessime	539	Sūmū cape & mediū hēbis	303	Tangere hulus	164
Sponde noxa prelo est	169	Suo ipsius laqueo captus	34	Tanq; Argiuū clypeū	396
Spongia mollior	179	Suo quisq; studio gaudet	563	Tanq; conchiliū discerpe	396
Sponli uita	412	Suo sibi hūc iugulo gladio	34	Tanq; de Narthecio	630
Spontanea molestia	631	Suo iumento	33	Tanq; heros i clypeo exci.	386
S Q		Suo ipsius iudicio perijt	91	Tanq; suber	514
Squillas a sepulchro uellas	370	Suo telo	34	Tanq; calcidica	425
S T		Supate es a gallo quopiā	606	Tāq; i speculo, tanq; in ta.	312
Statherā ne transgrediaris	13	Super te hæc oīa Leparge	601	Tanq; meū nomen	338
Statuam faucibus colas	491	Sūpmū fabulæ actū addere	56	Tanq; digitos	338
Statua taciturnior	616	Surdaster cū surdastro li.	494	Tantali horti	265
Stellis signare obelo notare	133	Surda testimonia	509	Tantali pœne	359
Stellis signare	505	Surdior Toronæi portu	405	Tantali lapis	405
Stentore clamorior	306	Surdior Turdo	405	Tantali talenta	149
Sterilior Agrippa	354	Surdo canis	116	Taricus assus est simul	319
Stilum uertere	134	Surdo oppedere	110	Taurinū tueri	540
Strychnū bibit	204	Sursum ac deorsum	97	Taurū tollet qui uit. sust.	60
Stultior Melitide	626	Sursum uersus	79	T E	
Stultior corcebo	412	Sus acina dependes	487	Tecum habita	166
Stultior Moricho	403	Suspensa manu	617	Teipsum inspice	610
Stultitia est iouem putare	412	Sus in uolutabro cœni	612	Teipsum non alens, canes	355
Stulto ne permittas digi.	499	Sus per rosas	537	Teipsam laudas	383
Stultus stulta loquitur	46	Sus Mineruam	30	Telemachi olla	593
Stultus qui patre cæso,	242	Sus cū Minerua certamē	30	Telenico pauperior	610
Stupa feniculus	412	Suspēdio diligēda arbor	236	Telenitia echo	610
Stupidior Praxillæ Ado.	405	Susq; deq;	95	Telluris onus	177
S V		Sus saltauit	508	Temporis punctū	293
Suade lupis ut infaniant	618	Sus sub fustem	391	Tempus oīa reuelat	324
Suadeo quod ipse factur.	528	Sus tubam audiuit	107	Temulērus dormiēs nō ē	521
Suam quisq; hō remme.	592	Sustine & abstine	376	Tenedius homo	587

PER ORDINEM ALPHABETI

Tenedius patronus	588	Titanas imploras	308	Turture loquator	126
Teneri calidis balneis	446	Titanicus aspectus	372	Turdus ipse sibi malū cacat	34
Tenedia bipennis	220	Tithoni senectā	161	Turpis iactantia	558
Tentantes ad Troiam	285	Tithymallus laconicus	402	Tusis pro crepitu	361
Tenuem nectis	404	Titio ad ignem	402	Tute hoc in tristi	41
Tenui filo	370	T O			
Tenui uena diuite uena	370	Tolle calcar	284	Tute lepus es & pulpita	146
Tenui canale	370	Tolle digitū	487	Tuū tibi narro somniū	412
Tenuis spes	540	Tollenda mali occasio	567	Tyria maria	627
Tenuiter deducis	541	Tollenti onus auxiliare	15	V A	
Ter	404	Tollat te, qui nō nouit	188	V Aleat amicus	621
Tertium caput	571	Tollere cornua	207	V Vale charū lu.	630
Tertius Cato	210	Tollere cristas	208	V Vale charū lu.	380
Terebintho stultior	610	Tolle tolle mazam	417	V Valere panora.	401
Termeria mala	42	Tota erras uia	33	Vallus uitem decepit	284
Terra amat imbrem	315	Toto cælo errare	33	Vana coniecturæ	559
Terra uolat	81	Toto organo	442	Vapula papyria	627
Terra mariq;	105	Toto corpore	105	V B	
Terra defossum habes	487	Toto pectore	105	Vbi amici, ibi opes	81
Terra mihi prius dehi.	446	Totum subuertere	440	Vbi cerui abiiciūt cornua	352
Terre intestina	355	Totus echinus asper	411	Vbi cognitū est quod erat	265
Terrestria balnea	404	T R			
Terræ filius	210	Tradunt operas mutuas	193	Vbi timor ibi & pudor	65
Terram pro terra	302	Tragicus theocrines	610	Vbi per harma fulgurarit	140
Testudinē Pegaso cōpa.	208	Tragicū malum	611	Vbi nō sis qui uelis	202
Testulæ transmutatio	267	Tragica simia	402	Vbi paueris impera.	619
Testa collisa teste	538	Tragœdias i nugis agere	402	Vbi quis dolet ibidē	287
T H					
Thasiū infundis	455	Tragice loqui	347	V E	
Thassus bonorum	83	Tragicum tueri	347	Vehementer cupientis	550
Theagenis pecuniæ	404	Tragicus rex	353	Vel acum inuenisses	537
Theagenis hecateum	480	Tragulā iniicere	401	Vela mortuo tributū.	270
Thericlei amicus	480	Tranqlū æthera remigas	113	Velut e specula	616
Thersite facies	614	Transuerfum agere	402	Velut in crathere	616
Thesaurus carbones erant	221	Tralybulo dyonyfiū di.	402	Vela uentis pmittere	107
Thessalorū cōmentū	78	Trepidat in more galli.	284	Vel cæco appareat	211
Thessalorū alæ	78	Tria cappa pessima	521	Vel capra mordeat no.	212
Thessala mulier	78	Tribus bolis	540	Vel hosti miserandus	519
ø præfigere	132	Trice apinæ	58	Velut umbra scqui	540
Thracæ fœdera nesciunt	372	Tribus uerbis	628	Vel muscas metuīt	136
Thratiū cōmentum	238	Tribus minis insumptis	329	Velis equisq;	104
Thunni more	499	Tributis potiora	402	Velocem tardus asseqtur	185
Thunnissare	373	Triceps Mercurius	571	Veneri suem imolauit	441
T I					
Tibiam tubæ cōparas	208	Tristis scytale	279	Venter auribus caret	401
Tibitinis uitam uiuis	305	Triū literarū homo	402	Vento loqueris	116
Timidi nuncq; statuerūt	362	Trium dierū comeatns	402	Ventos coles	112
Timidior es prospiciente	213	Trutina iustius	354	Ventis tradere	490
Timidior Pilandro	213	T V			
Timidus Plutus	534	Tua res agitur	519	Venia primū experienti	227
Tinctura sardonica	403	Tuā ipsius terrā calcas	618	Venimus ad summā lineā	541
Tinctura cycigenica	572	Tuis te pingā coloribus	101	Ventus neq; manere sinit	344
Tineas pascere	402	Tunc canent cygni	484	Ventorū stationes	351
Tiresia cetior	80	Tunica pallio propior est	97	Venti campus	352
		Tuo te pede metire	166	Ventre pleno melior cō.	540
		Turpe silere	375	Ventrem mihi obijcis	375
				Ventres	406

INDEX PROVERBIORVM.

Verba importat Hermo,	374	Vixit dū uixit bene,	507	Vorare hamum	352
Verberare lapidem	352	V L		Vorsuram solucere	237
Verbotenus amicus	567	Vltra catalogū	507	Votum munificum	400
Verbis pugnas nō re.	555	Vltra hypbolum	612	V R	
Verecundia inutilis uīro	374	Vltra linum	442	Vrbanus nihil aequi cogit.	484
Veriora his q̄ apud Sagra	218	Vltra peram sapere	507	Vrit absq̄ torre	618
Verisimiliter mētens	568	Vltra Epimenidē dormis	227	V S	
Veritatis simplex oratio	97	Vltra septa transilire	250	Vsq̄ ad aras amicus	454
Verfatilis Artemon	588	Vltro citroq̄	95	Vsq̄ ad rauim	595
Vertere uela, funē redit.	226	Vltro deus suppeditat.	400	V T	
Vespa cicade obstrepēs	208	Vltra pensum uiuit	162	Vt Bagas constitisti	572
Veste circūfers ignem	607	Vltraires callicratis	399	Vt carus enilo	229
Vestis uīrum facit	446	Vltra uires nil aggrediēdū	553	Vt corinthia uideris	571
V I		Vlulas athenas	49	Vtere curru, de asinis nihil	535
Vīa qui nescit ad mare	386	Vlysses pannos exuit	623	Vterq̄ ambo	611
Vias nouit q̄bus effugit	401	Vlysseum cōmentum	400	Vt fici oculis incūbunt	399
Viciat lapidem longum	466	Vlyssis remigium	424	Vti foro	43
Vitiosa nuce nō emam	196	V M		Vtinā contingant mihi ea	143
Victū nō audent hiscere	614	Vmbram suam metuere	136	Vtinam domi sim	400
Vicitant suo succo	400	Vmbra pro corpore	466	Vtinā male quē admodū	400
Victoria nō incruenta	554	Vmbræ	21	Vt in uelabro olearij	569
Videberis me uidens	487	V N		Vt nūc sunt hoies	550
Videre mihi labda	596	Vna cū templis & aris	629	Vt possumus q̄n ut uolu.	201
Vincula Tyrrena	605	Vna cū ipso canistro	276	Vtranq̄ paginā facit	324
Vindicta tarda, sed grauis	556	Vna cū ipsiis manipulis	362	Vtrē mergis uēto plenū	488
Vino uendibuli suspensa	360	Vna dom ⁹ nō alit duos ca.	283	Vtrem uellis	113
Vinū caret clauo	302	Vna hirundo nō facit	193	Vtrem cædis	113
Virgo primum	507	Vna lauabor	387	Vtre territas	155
Vinū senē etiā uel nolētē.	302	Vna scutica omneis ipel.	425	Vtroq̄ nutans sententia	521
Virgulæ scaphula Aeg.	268	Vndas muneris	110	Vtrunq̄	602
Vir fugiens haud morat	240	Vndecūq̄ lucrū captant	561	Vt sementem feceris, ita	208
Vir fugiēs & denuo pug.	240	Vnde excoquat sæuū	569	V V	
Virgula diuina	45	Vnguiū, criniūq̄ p̄legmina	15	Vulcaniū uinculum	399
Viri senis astaphis caluar.	399	Vnica filiā, duos parare ge.	171	Vulcanus tibi uaticinatus ē	353
Viri ifortunati, pcul amici	400	Vnico digitulo scalpit ca.	200	Vulgus suspicax	564
Viri iureiurando	479	Vnicū arbutū, haud alit	283	Vulpes bouem agit	362
Viro senī maxillæ baculus	359	Vno digitulo	627	Vulpes nō iterū capis la.	345
Viro lydo negociū nō erat	385	Vno falce complecti	146	Vulpes haud corrupitur	236
Virtutē & sapientiā uincūt	337	Vno ore	217	Vulpinari cū uulpe	55
Viro esuriētī necesse ē fu.	507	Vno tenore	234	Vulpi esuriētī sōnus ob.	368
Vir uidebat nauis suppli.	507	Vnū ad unum	286	Vulturis umbra	386
Virū im, pbū uel mus mor.	221	Vnū auguriū optimum	445	X	
Vita macerata	207	Vnus de ⁹ & plures amici	495	Xenocratis caseolus	503
Vita doliaris	206	Vnus multorū instar	549	Z	
Vita mortaliū breuis	568	Vnus uir, nullus uir	129	Zaleuci lex	425
Vitandæ potentū offensæ	567	V O		Zenone moderatior	248
Vitiligator	350	Vocatus atq̄ nō uocatus	305	Zoili	342
Vita molita	607	Volantia sectari	218	Zonam perdidit	122
Viua uox	52	Volaticū iusiurandum	606	Ζοφοροδωρωιδες	542
Viuit incende ignem	401	Volens nolente animo	386	Zophyti talenta	425
Viuorum oportet memi.	61	Volentem bouē ducito	509		
Viū cadauer, uiuū sepul.	322	Voluitur dolum	608		
Viuus fueris	511	Voluptas fœda	565		
Viuus uidensq̄	614	Vorator purpura	318		

AD LECTOREM

Index Chiliadū iuxta locos & materias, ut tum forte uenerūt in mētē. In quo sciat lector ratio nē habitā, contrariorū, similiū, & affiniū. Veluti paupras cōtraria est diuitijs, & his affinis munerū corruptela. Hoc admonendū putauī, quo qui uolet his uti puerbijs, hanc eandē secutus rōnem facilius quod querit, inueniat. Qd si quis sibi uolet alios locos uel plures uel exactiores fingere, uiam indicauius in secūdo de copia cōmētario. Tū quēadmodū idem adagiū ad uarios sensus accōmodari possit, ostendimus in huius operis initio, cum utendī rationem explicauius.

Ipsos locos, duplici digestos ordine reperies in calce huius indicis.

1	2	3	4
DIVIŦIAE.	Zonā perdidit 122	Simiarū pulcher. 349	ITERATVS ERror.
Croeso grasso di. 163	Animam debet 237	μονογάμματοι 620	Eadem oberrare 121
Midæ diuitiæ 149	Saguntina fames 228	TAEDIV MEX	Iterū ad lapidem 121
Lyſistrati diuitias 494	Fames Melia 228	iteratione.	Nō licet bis in bcl. 441
Pactoli opes 163	Famis campus 228	Iterū atq; iterū 424	Vulpes nō iterū ca. 345
Cinyræ opes 448	λιμοδοσιῆς 540	Iterū tranquillitatē 281	Cauendum ab eo 549
Pelopis talenta 149	Aquam bibens 357	Iouis Corinthus 265	Venia primū exp. 227
Ad ambas usq; au. 303	Nō est dithyrābus 612	Crambe bis mors 128	Sus in uolutabrū 612
Ne decima qdē 330	Quarēdæ facul. 409	Eandē tūdere incu. 233	Canis reuersus ad. 499
Ultra res Callicra: 399	Paulone mēditior 612	Cantilenā candem 353	ERROR IN INITIO.
Zopyri talenta 425	Qui eget in turba 567	Eadem per cadem 141	In limine offendere 138
Diues aut iniquus 223	Mēdico ne paren. 603	Hyperī uertigo 391	In portu ipingere 138
Satietas ferocitatē 541	Oēm facultatem 492	Date mihi pel. 447	Cātherius in porta 138
Octopedes 221	Theagenis pecu. 404	Parni scaphula 343	GARRVLITAS.
Quātū nō miluus 512	Cleomenes supat 611	Sardi uenales 145	Archytæ crepita 381
Tantalī talenta 149	MVNERV M COR	Callicyrījs plures 457	Arabius tibicen 177
Dextro Hercule 39	ruptela.	Nō missura cutem 337	Turture loquatior 126
Prædiues 551	Argētāginā patif 174	Linū lino nectis 206	Daulia cornix 521
Quantū hēt qsq; 614	Bos in lingua 174	Ad restim funiculū 500	Hirundinū musca 280
Pecuniæ uir 395	Bouem in faucibus 301	Rhodiorū oraculū 365	Lulcinia ungis insi. 280
Vnde excoquat se. 569	Lupi illū priores 191	ITERATIO CI	Dodonaum as 20
Adminicula uitæ 568	Malis ferire 335	tra tedium;	Caute loquatior 517
Diuitiæ nō semp 563	Muneribus uel dij 80	Bis terq; qd pulch. 60	Littore loquatior 408
Vestis uirū facit 446	Virtutē & sapiam 337	MOLESTI INTO-	Cicada uocalior 233
Lyſicrates alter 494	Dorica mufa 348	lerabiles.	Non est eiusdem 71
Magnū os anni 377	Pecuniæ obediūt 96	Onus nauis 477	Os infrene 490
Nullius indigens 431	Munerū corrup. 561	Quos nō tollerēt 506	Tanq; suber 514
Euparīphus ex co. 629	Muneribus res ag. 548	Qui cōturbat oia 562	Telenitia echo 610
Atrāgene nouilu. 613	Argenteis hastis 380	Anno senior 540	Balneator 157
PAUPER TAS.	Qui multa rapue. 293	Vt fici oculis 399	Battologia 277
Nec obolū habet 88	Vulpes haud cor. 236	Αγοραϊ ή φέρουσιμ 538	Mose ⁹ canēs Bœo. 482
Nudior leberide 26	Corrupta iudicia 554	Athos celat latera 465	Si coruus possit 597
Iro codro paupe. 163	FORMA deformitas.	Maniuoro uiculo 420	Quicquid in buccā 137
Nudior paxillo 430	Ominabit aliquis 604	Aetna athon 621	Quicquid i linguā 137
Telenico paupior 610	Afurijs oriūsus 599	INGRATA OB	Citra uinū temulen. 75
Nudus tāq; ex ma. 396	Leporē nō cedit 259	uetustatem.	Meliacū nauigiū 418
Ne in pelle quidē 416	Myconius caluus 257	Piscis nequam 596	Interfecta musica 485
Araneas eijcere 615	Pistillo caluor 611	Piscis repositus 70	Lingua quo uadis 285
Cū exossis suū ro. 615	Multā sylvā gestas 118	Ex eo prope tm 589	Leuissima res ora. 440
Macilenta manu 615	Pronomi barba 600	Antiqora Diphte. 124	Saburratus 544
Pedē ubi ponat 112	Nauiges Troezenē 321	ANannaco 592	Cane tellenis 358
Cinclus 295	Perdicis crura 284	Res cannacæ 393	Sarcire centones 333
Pistillo nudior 611	Ex ouo prodijt 99	Antiqora q; chaos 396	Sine capite 23
Paupertas sapiētīā 123	Pulchrorū etiam 93	Pellenæa tunica 476	BREVILOQVĒtia.
Pauper sed ingeni 567	Simia est simia 172	NVPERA.	Grata breuitas 630
Multa docet fames. 303	Thersitæ facies 614	Heri & nudius ter. 347	Laconismus 423

5	6	7	8
Tribus bolis 540	INFACVNDIA:	Nec sibi nec alijs 349	Alia lacon, alia aff. 296
Pauciloquus sed. 552	βραχυλογος 544	Claudi more 455	Paries dealbatus 514
Minore finire po. 516	Canere ad Myrtū 369	Equi senecta 253	Nō oibus dormio 145
Numero dicis 541	Ialemo frigidior 428	Libera caprae 422	Lepus dormiens 243
Vno fasce cōple. 146	Peius Babys canit 379	Ne Aesopū qdem 362	Mortuus iacet pe. 478
Grata breuitas 630	FACVNDIA.	Nullam hodie 103	Crocodili lachry. 334
Tribus uerbis 628	Attica musa 209	Neglectis urenda 417	Beneuolus truci. 454
CLAMOSVS.	Lepos atticus 62	Ameles angulus 399	Extra quarere 347
Septem conuiuū 99	Cignea cantio 61	Ignauis semper fe. 359	Aesopicus graculus 521
Clamosior lauro 378	Tūc canēt cygni 484	Mulieris podex 517	Aurū suberatū 611
Vsq; ad rauim 595	Nestoria eloquētia 61	Qui domi cōpluīt 610	Diu dissimulatū 546
Claudiana tonitr. 455	Nihil ex agro dicis 515	Ne uidit qdē oleū 618	LIBERTAS
Apertis tibijs 142	Nūc ipsa uiuit sa. 477	INGRATITVDO.	ueritas.
Cyclobori uox 455	Nunc ipsa floret 477	Ale luporū catu. 275	De plaustro loqui 187
Sarpedoniū lītus 406	MVNVS NON	Aries nutritionis 355	Iubentis apta loqui 225
Stetore clamorior 306	munus.	Qui canē alit ext. 479	Obsequiū amicos 411
In clamoros 553	Cyclopis domū 101	Pro beneficentia	Byzēna libertas 599
Abydena illatio 345	Hostiū munera 83	Agamennonem. 358	Afseuerantius dice. 561
Abiit clamor 557	Malum munus 608	Pro perca scorpīū 358	Nō possum nō di. 566
Colūnas rūpere 61	Cū Delphis sacri. 424	Ingratitudo uulgi 561	Et fama fuit & eras 413
RIXOSVS.	EXITIUM.	Nemo bñ merito 322	Aperto pectore 503
Rhodij sacrificiū 365	honestum.	Simul & misertū 449	Apta, simpliciterq; 560
Insana laurus adest; 28	Depulchro ligno 281	In senē ne qd be. 242	Veritatis simplex 97
Lindij sacrum 344	MALVM IMME-	Hostis nō hostis 492	Ad cribrum 604
Litem mouebit 212	dicabile.	GRATITVDO.	Qd in aio sobrij 268
Erethriensū Rho. 397	Chironiū uulnus 393	ΑΥΤΙΠΕΛΑΡΧΩ 233	In uino ueritas 173
Canina facundia 328	Podex lotionem 249	Pro bonis glomī 509	Ficus ficus 300
Litem incipere 548	Accisias medicatus 368	Sylofōtis Chlamis 248	Audi quæ ex aio 241
Ne allias comedas 589	Nō liberat poda. 627	Bñfactorū memo. 569	Profundū sulcū 600
Ptolemaica lis 512	INDVSTRIA.	Lingua scorfum 539	Os inest orationi 612
Syrbernae chorus 383	Dij facientes adiu. 148	Obtestatio ueterū. 561	Libera corcyra 590
Ultra hyperbolū 612	Cū mincrua manū 184	SIMVLATIO.	Liberi poetæ 444
TACITVRNITAS	Ni purges & mo. 416	dissimulatio.	Ter 404
illaudata.	Necq; mel neq; apes 161	Salem & fabam 500	Subiugus homo 611
Baccha more 157	Qui uitat molā ui. 480	Plures thriobolo 171	VANITAS.
Magis mutus q̄ pi. 126	Industriā adiuuat 559	Multi Thyrsigeri 171	Quæ apud inferos 115
Rana seriphia 126	Manū admouere 610	Multi qui boues 172	Deinde expergi. 447
Caput sine lingua 247	Optimū obsoniū 481	Nō oēs q habent ci. 171	Cilix haud facile 441
Muta persona 247	Lutū nisi tūdatur 479	Asinus apud cuma. 172	Cretissa cū cretēse. 55
Muti magistri 52	Manu fingere 346	Ficre & nouerca 214	Mendacē memorē 317
Ne gry quidem 195	Serere ne dubites 58	Megarcnsiū lachr. 299	Mentiunt multa 299
Mut ⁹ magis q̄ sca. 369	Qui arat oliue:ū 258	Accissare 299	Fumos uendere 85
Mutus Hipparchi. 388	Quid tandē nō effi. 538	Hæsitantia cātoris 410	Somnium 269
Acanthia cicada 121	Proba est materia 513	Tussis pro crepitu 161	Ne si bos qdē uo. 443
Reddidit Harpo. 593	Artē quæuis aut 178	Cretenis mare 55	Nec epicureos ta. 269
Statua taciturnior 616	Ex umbra in solē 683	Connuere 203	Hiberæ nenix 323
Taciturnior Pyra. 613	Mulī mariani 627	Simia fucata 542	Epiphyllides 601
LADVTA:	IGNAUIA ET	Simia barbata 509	Tantalī horti 265
Silērij tutū p̄miū 499	inscitia.	Sileni Alcibiadis 466	Anicularū delira. 536
Mulicrem ornat si. 598	Necq; compluitur, necq;	Vulpi esurienti 368	Asini mortes 461
Alia cōmittēda 565	sole aduritur. 349	Audiens nō audit 557	Subuentanea parit 537
Quod scis nescis 111	Necq; natate, necq; li. 103	Illo respiciens 513	Cyparissi fructus 608
Qui obticescit 555	Ne tria quidem 416	Patrocli occasio 506	Cacū insomniū 611
In sinu gaudere 78	Inelegantior libe. 157	Melle litus gladius 205	CVRIOSITAS.
Qui continet arch. 568	ΑΥΜΟΤΙ. 601	Alterā manu fert la. 199	Mylus oia audiēs 352

Coricaus	58	Aspersisti aquā	461	Ipsō horreo	518	parfimonía.	
Multæ regū aures	47	AVDACIA,		Plena manu	260	Tribus minis.	329
Nodū in scyrpo	336	Fortes fortuna ad.	59	Cupidinū crumena	69	Cumini sector	257
CRVDELITAS.		Animus præsens	563	Festo die liquid	66	Ficos diuidere	257
Manliana imperia	248	Animus heptaboe	563	Bello parta	625	Nullus emptor.	479
Opera sylofontis	248	Aqua præterfluit	452	Glaucus alter	605	E patroclics domo	625
Phalaridis	49	Martis pullus	488	Immolare boues	460	Cocleæ uita	625
Ois herus seruo	484	Alter Hercules	179	Caricū sepulchrū	608	Immunē	622
Budoro more	459	Nō abiicit animū	563	Cui multū est pi.	478	Lapsana uiuere	621
Lemnia manu	422	Ne quid moueare	555	Non nauigamus	601	Lingere salem	619
Crudelis bacchus	489	In discrimine appa.	552	Drachmæ grādo	439	Rore pascitur	618
Nō magis parce	284	Nō cedendū malis	552	RAPACITAS		Vicitat succo suo	400
Lutum sanguine	422	Qui cū cōteptu ui.	551	auaritia.		Patroclo sordidi.	484
Nō est oleū in le.	544	Im pbitas mulcæ	463	Amortuo tributum		Nephaliū sacrum	417
Boni uirilachry.	384	FORTITVDO.		exigere	215	Caninum prædiū	240
TIMIDITAS.		Adamantinus	180	Exigit & a statuis	455	Cereri sacrificant	595
Vmbra suam me.	136	Aut manenti uic.	499	Necoia nec passim	324	Cyprio boui mer.	250
Timidior es ppi.	213	Mœnia ferrea	486	Lucri bonus est odor		Bos cyprius	250
Timidior piland.	213	Præbere uiros	554	ex re qualibet	535	Tolle tolle	417
Epeo timidior	397	Rehicietes autore	547	Mendici pera	345	Psyricæ facta	250
Timidus plutus	534	Inflige plagam	612	Mendicorū oculi	418	Paruo emptas car.	610
Timidi nunq̄ sta.	362	Vnū auguriū opti.	545	Larus	285	Psyra bacchum	489
Abiecit hastam	298	In lysidrio pugnas	606	Vna cū ipsis mani.	362	Tenuiter diducis	541
Vel muscas metuit	136	Solæ lacenæ	609	Cū puluisculo	401	Sacrū sine fumo	235
Rheginis timidi.	407	CEDENDVM		Lucrū pudori præ.	536	Nephalia ligna	416
Añ tubā trepidas	399	multitudini.		Manticulari	530	Carica uictima	457
Ignauī uertit color	69	Ne hercules quidē	122	Charibdis barath.	539	Phaselitarū sacri.	379
In pulicis morfu	485	Cedendū multitu.	559	Megaricæ sphiges	377	In sinu manū hab.	436
Mulier imperator	353	Pluriū calculus	419	Boni pastoris est ton-		Lari sacrificat	222
Ceruinus uir	379	Vnus uir, nullus uir	129	dere pecus:	536	Epatrocli domo	519
Gallus insilit	474	LIBERALITAS.		Canis circū intesti.	326	ἑυποκόνδουλῶ	596
Vir fugiens	240	Bis dat qui cito dat	211	Rapina cocytijs	571	Canens uita pal.	602
Leonis uestigia	594	Ambab ⁹ manibus	217	Ne a chytropode	150	Tantalipoene	359
Initio confidens	486	Ipsō horreo	518	Persepe sacra	319	Cōiuiua nō cōiuiua	561
Lingua bellare	422	Promus magis	335	Vulturis umbra	386	Sacra nihil sunt	510
Cū adsit ursus ue.	239	Larus in paludibus	518	Vorator purpura	318	PERFICIENDI SI/	
Cū adsit uia	598	Virgo primū	597	Nouit hæc pythias	383	ue absoluendī.	
In formidolosum	548	Codalī choentæ	454	Edax currus	334	Nodum soluere	20
In fugituum	556	Bona porfenæ	191	Atticus moriens por-		Tenedia bipennis	220
Ne my quidē face.	195	De alieno libera.	567	rigit manum.	381	Colophonē addi.	308
κοῦρα	274	Cōis mercurius	274	Pamphili uindica.	603	Colophoniū suf.	572
Corinthijs nō in.	592	TENACITAS.		Nō curat numerū	358	Summum fastigium	
Verbis pugnas	555	Auarus nisi cū mo.	631	Argiui fures	587	imponere	56
λακκοπατία	597	HOSPITALITAS,		Vorare hamum	352	Summā manum	56
In pedes retroce,	606	Haud unq̄ arcet	282	Polypī	320	Supramo fabulæ	56
Myforū præda	249	Semp aligs in cy.	282	ἡμπεροκοιτῶ	617	Ad umbelicū du.	548
Animus in pedes	208	Hospitis hnda cu.	563	Candidum linum	461	Seruatori tertiū	390
Trepidat in morē	284	Scindere penulā	46	Nutricū more	502	Domū cū facis	150
Quæ mater amict.	94	Fores hēt tritas	428	Pecuniarū cupidi.	388	Omnia octo	176
Nulla candidorū	515	PROFVSIO.		Inexplebile doliū	238	Si meus stilus ille	244
INANIS METVS.		Gallorū icusare uē.	429	Larus hians	423	Ad Herculis col.	501
Panicus casus	534	Proteruiam fecit	223	Labrax milesius	424	Ad Phalim usq; na.	331
Metū inanē metui.	318	Relinque qppiam	76	Buthus obābulat	370	Oi deurato boue.	481
Multa in bellis ina.	419	Edolio hauris	276	Serpens ni edat	481	Belicū cancre re.	510
Theagēis hecateū	480	Vna cū ipso cani,	276	SORDESSET		Rudem accipere	218

13	14	15	16
Finē uitæ spectā 84	Ouo pgnatus eo. 363	Nunquid & saul in. 269	Issa 518
Haud perficiet 559	Similes hnt labra 245	Syrus cū non sis 482	Mens leua 555
Capere puinciā 329	Catula dñas imi. 359	Asinus in unguen. 130	Genius malus 38
Cursu lāpada tra. 507	Dignū patella coo. 245	Asinus portās my. 280	Vel hosti miseran. 519
AB INITIO AD	In matellā imeiere 136	Feli crocoton 67	Mala ultro adfūt 604
finem.	Co nto nauigare 455	Caluus comatus 350	Per mediū anulū 214
Ab ipso lare 165	Ipsa olera olla legit 183	Simia in purpura 172	E tribus malis 508
A capite ad calcē 56	Surd: ster cū sur. 494	Iuditis me leonis 91	Extrema extremo. 483
Prora & puppis 20	Cascus cascā ducit 63	Ne puero gladiū 343	Ogygia mala 410
Venimus ad sum. 541	Oia idem puluis 176	In eburna uagina 176	Diolygiū malum 371
A carcere 356	Oia sub unā Myco. 331	In lente ungentū 175	Labore laboriosus 423
Ad calcem 503	Idē Accij qd Titij 247	Cōgregare cū leo. 217	Lemnium malum 220
A carceribus 160	Cōuenerūt Attab. 453	Aufer Mothonē 461	Magnetum mala 419
Ab ouo usq; ad ma. 337	Eundē calceū om. 624	Canis in præsepī 236	Malis mala succe. 563
A linea incipere 160	Naufon Nauera. 417	Seruus cū sis 406	Tanariū malum 570
Ab incunabilis 182	Noui Simonē & 348	Extra olcas 291	Tam perit q; ex. 627
A teneris unguicu. 182	Cretenis cū Aege. 55	Extra cantionem 287	Viuus uidenq; 614
Principiū dimidiū 57	Cretenis cū Cret. 55	Extra organum 442	Ilias malorū 81
Caput 269	Sequit̄ uer hycmē 337	MVNVS APTVM	Lerna malorum 81
Quodcunq; in solū 512	Cretenis Creten. 55	aut ineptum.	Semper ilio mala 590
Exordiri telam 369	Chius ad Coum 384	Ranis uinum 302	Sybaritica calami. 292
Scindere glaciem 511	Vulpinari cū uulpe 55	Nō nostrū onus 414	Mare malorum 82
Ea tela textur 261	Clauū clauo pelle. 48	Negociū non aptū 561	Alio relincente 152
Toto organo 442	Cū care carillas 55	Nō equouis ligno 348	Malorū thesaurus 82
A fronte atq; a ter. 552	Mali Thripes ma. 421	Officiū humilius 567	Cyrbes malorū 355
A cœlo ad terrā 113	Balbus balbū rect. 229	Apta prouincia 555	Malorū panagyris 420
Ne interapia qui. 249	Efernius cum paci. 356	Putre falfamentū 318	Per tenebras que apud
Fores aperire 519	Bithus contra bac. 356	Ad pedem 406	quercum. 2 76
SIMILITVDINIS	Non filius achillis. 623	Iuxta nauem 595	Grauiora sambyco 40
& congruentiæ	Ab uno diagram. 623	Pygmeorū Acrot. 597	Quæ ex antiqua 571
De grege illo est 521	Eodē i ludo docti 397	Veneri suem 192	Cuiusmodi port. 409
Noltra farina 505	Eiusdē musæ armu. 262	INFORTVNII	My fortitus es 604
Nō cras in hoc al. 178	Iisdē uescētes cepis 438	siue exitij.	Nephasi dies 492
Nō sum ex istis he. 348	Bonus cantor. bo. 346	Asinus inter simias 129	Seruabis bouem 572
Patris est filius 610	Mars haud cōcu. 488	Nouacula in cotē 24	Inus dolores 427
Aphyarum honos 192	Stultus stulta loq; 46	Asinus inter apes 130	Niobes mala 478
Terra amat imbrē 315	Inaniū inania cōsi. 592	In apes induxisti 426	Antiopæ luctus 492
Scop e dissolutæ 142	Malo nodo malus 48	Dicas tria e curia 575	Cythnice calami 448
Vno tenore 234	Mons cū monte 479	Ad aquā malus 159	Cyrnea iactura 571
Boni ad bonorū cō. 239	Mores hoium re. 609	Bos sub iugum 370	Argi collis 381
Simile gaudet sim. 54	DISSIMILITVDI-	Canis in uincula 384	Archidamicū bellū 381
Malus cū malo col. 317	nis & incongruentiæ	Mitte in aquā 278	Ardens uestis 430
Acqualis æqualē 513	Nihil graculo cū si. 107	Ad cynosarges 447	Aegypti nuptie 438
Acqualē tibi uxo. 194	Nihil cū amaricio 108	Ad coruos 278	Militauit cū Eras. 491
Ego ac tu idem tra. 491	Nihil ad uersum 130	In lapidicinas 262	Excubias agere 68
Cicada cicadæ cara 54	Nihil ad fides 130	In puteo cū canib ⁹ 239	Lepus apparens 422
Nō tā ouū ouo sim. 121	Nihil ad bacchū 332	In beatam 278	Minxit i patros ci. 393
Quā apū apes simi. 121	Quid cani & Bal. 108	In orci culū 425	Fortuna prorsus 547
Nō tam aqua simi. 121	Asinus ad liram 107	Charontis ianua 393	Rupta ancora 592
Nō tam lac lacti si. 121	Quid cæco cū spe. 541	Terrestria balnea 404	Cōe naufragiū 608
Furc; fur cogno. 315	Asinus ad tibiam 591	Aurū habet tolo. 251	BONAE FORTV-
Semper simile du. 54	Aliud noctua so. 463	Equū habet seianū 250	na copiae felicitatis :
Semp graculus affi. 54	Aliter catuli longe 208	Tragicū malum 611	aut ominis.
Similior ficu 391	Alia uoce psittacus 350	Multelam habes 67	Asinus in palcas 350
Aut ipse fuisti 557	Graculus inter mu. 175	Cadmea uictoria 394	In uoti cōpotem 550

17	18	19	20
Munc illa aduenit. 414	Ilicensis Tragœd. 329	Cornutā bestiā pe. 40	Momo satiffacere 137
Procridis telū 387	Suo iumento sibi 33	Cicadā ala corri. 220	Omne tulit pūctū 134
Albæ gallinæ filius 40	Suo sibi hunc iug. 33	Irritare crabrones 35	Vno ore. 217
Virgula diuina 45	Suo ipsius laqueo 34	Octopedē excitas 35	Ne iupiter qdē oib ⁹ 382
Gygis anulus 44	Suo ipsius iudicio 91	Anagyru cōmoues 36	Seruū haud ueho 571
Orci galea 426	Incidit in foueam 34	Suem irrat 390	Sit tibi amicū 253
Secundo æstu 343	Captātes capti su. 236	Leonē stimulas 35	IVDICANDI,
Bonīs auibus 39	In uenatu perijt 236	Fontihus apros im. 519	In qnq; iudiciū ge. 398
Oia ex sententia 553	Hanc technā in te. 34	Leonē radere 342	Panidīs suffragiū 442
Secundis uentis 343	Ex ipso boue lora 607	Malū bñ cōditū 35	Sus tubam 107
Datili dies 338	Chius dñm emīt 319	Mouere camarinā 35	Auris batua 632
Dij̄s hoībusq; 39	Viro lydo negociū 385	Pyrausta interitus 224	Qd̄ index auro 332
Semp̄ foeliciter ca. 77	Mala attrahens ut 134	Ipsa ollera olla legit 183	Lydius lapis 140
Sapicns sua bona 631	Oēs attrahēs ut ma. 183	Ipsō cratere 604	Gnomon & regula 269
Iecit Achilles 396	Neq; suo suat ca. 445	Docui te urinādī 494	Emuncta naris 398
Trangllo ql̄ibet. 630	Spontanea molest. 631	Fecem bibat q uinū 163	Tenedius homo 587
Effugi malū inue. 438	Arcadiā me post. 461	SERA POENITĒtia	Tenedius patron ⁹ 588
Inueni nō quod 415	In cœlū expuis 494	Sero sapiunt phry. 26	Manū ferule sub. 369
Sardi uenales 145	In tuū ipsius malū 453	Cumani sero sapiūt 134	Nouit quid album 169
Locupletū reditus 563	Lunā detrahere 594	Malo accepto Itul. 27	Nouit mala & bo. 568
Bonorum mare 82	Euricles 592	Piscator ictus sapiet 27	Purpurā iuxta pur. 272
Thassus bonorū 83	Dares Antellū 447	Factū stultus agno. 27	Amussis alba 141
Bonorū aceruus 92	Ipsē sibi perniciē 533	Mus picē gustans 316	Nullus delectus 548
Horna messis 594	Accersitū malū 599	Post acerba prudē. 612	Lesbia regula 142
Bonoz; myrmecia 82	Atlas cœlum 36	Sera i fundo psimo 291	ALIA ALIIS placēt.
Dathus bonorū 83	Coruus serpentē 596	Qd̄ dedi datū nollē 333	Felix Corinthus 350
Bona terre 441	Bis interimīt q suis 593	Satius est recurrere 221	Quot hoies tot 51
Ingens rerū mul. 545	Colubrū in sinu 600	Optimū aliena isa. 306	Suū cuiq; pulchrū 51
Bonorū glomi 338	Pyrausta gaudiū 475	Hedera post anti. 487	ABERRANDI.
Copix cornu 144	Capra gladium 35	Post bellū auxiliū 513	Quis aberret 153
Lac gallinaccū 145	Prudēs in flāmam 513	Atq; nō est apd̄ arā 488	Toto cœlo errauit 33
Caprā celestem 572	Calidū prandiū co. 35	SERVM REMEDI/	Tota erras uia 33
Bona fortuna 158	Malū consiliū con. 50	um aut tempestiuū	CAECVTIENTIA.
Oculus dexter mi. 329	Bœotij̄s uaticinare 301	Satius est inijt̄s 58	Lolio uictitant 263
Bonīs auibus 39	Camelus desyde. 499	Sero uenisti 616	Saturnie lemæ 272
Bona spes ostensa 566	Sibi malū reperit 568	Post bellū auxiliū 513	Cucurbitas lippis 272
Deus undecunq; 559	Cœno purā aquā 372	Senem erigere 407	Ollas lippire 272
Lux affullit 385	Bellerophōtes lit. 371	DAMNANDI.	Hylpea cæcior 90
Noctua uolat 39	Ale luporū catulos 275	Notari ungue 113	Talpa cæcior 89
Laureū baculū por. 40	Phoci cōiuiū 395	Creta notare 123	Cæcior Leberide 89
Midas in tessaris 416	Puer glaciem 286	Cōtra retiariū ser. 353	Tiresia cæcior 98
Boues messam. 450	Turdus ipse sibi 34	Ni pater esces 377	In canis podice 285
Bos apud aceruū 460	Tute hoc intristi 41	Calculo mordere 539	Cimeria tenebræ 363
Bos ad præsepe 254	Faber cōpedes 41	Aequales calculi 520	Cæca speculatio 201
Faultus exitus 559	Ipsē sibi mali fontē 34	Nō probantis 545	Cæcus cæco dux 201
Que diuinitus cō. 546	Ipsi testudines edī. 41	Ne nomē quidē 618	Neq; cæcū ducē 482
Autoritas diuinit ⁹ 566	Bos aduersus seip. 353	o præfigere 132	Palpari in tenebris 410
Felicitas a deo 607	Eschinā partū dif. 336	In absurde locutū 545	E duobus tria 438
Primū recte ual. 450	Nostris ipsorū alis 158	Abijciendū pcul 626	Pulcrem ob ocu. 409
Deum esse 143	cœnoe charadrā 332	APPROBANDI.	Nox humida 515
In cœlo esse 143	Capra cōtra se cor. 36	Premere pollicē 202	PERSPICACITAS
Quæuis terra pa. 297	Carpathius lepo. 274	Albū calculū adde. 131	Lynceo pspiciator 268
MALVM ACCBR/	Calidā ueruti par. 372	Creta notare 132	Serpentis oculus 232
litum aut retortum;	Cornix scoriū 35	Pedib ⁹ i sniam dif. 376	Qdorari & similes 164

PERSPICVITAS .	Simul forbere & fla. 295	Canē excoriatū ex. 313	De fumo disceptare 89
Vel cæco appareat 211	Sine pēnis uolare 509	Nudo uestimēta 114	De asini umbra 88.
Et puero pspiciū 264	Impossibilia captas 255	Nudo mandas 413	Harenā metiris 110
Notū lippis ac tō. 162	statuā faucibus co. 491	Caput artis 630	Harenæ mādas scia 111
Tanq̄ in speculo 312	nūq̄ efficies ut rec. 539	Boue uenari lepo. 622	De lana caprina 89
Rudius ac planius 29	Sambucā citius. 505	Serenitati nubē 620	In aqua scribis 111
Electro lucidius 625	Lēticulā āgulo te. 506	Dū uirent genua 619	Reti uētos uenaris 113
Velut e specula 616	Ex harena funiculū 114.	Ceruus canes tra. 618	Ignem dissecare 111
OBSCVRITAS .	Asini cauda nō fa. 604	Aquam igni mis. 616	līthmū pfodere 619
Per nebulam 91	Augie stabulum 506	Faber cum sis 616	In harena ædificas 112
Delius natator 152	Veste circūfers. 607	Elephātū ex musca 228	Parieti loqueris 116
Numeris platōicis 515	Lupo agnū eripe 386	Ebur atramēto cā. 93	Cribrō aquā hauris 112
Dauus sū nō œdip ⁹ 84	Lulcinia deest cāt. 520	Exacta uia uaticū 490	In aqua sementē fa. 111
Bœotica ænigmata 301	Quid si cœlū ruat 135	Qui sese nō hēt 190	In saxis seminas 111
In canis podice 295	bos porrecto ultra 604	Leonis exuuiū sup 511	Vtrem mergis 488
SVRDITAS .	ABSVRDA INDE	Canteriū in fossa 149	Inter lapides pug. 70
Surdior toronæi 405	cora seu præpostera	Caligari in sole 353	Cauā arabia serere 167
Surdior turdo 405	Fluuius quæ pcul 443	Te ipsū nō alens 355	Aranearū telas tex. 110
ATTENTIO ET	Frustra habet 556	Mari aquā e fossa 462	Arare littus 111
contra	Asinus aues 537	Mus nō ingrediēs 482	Emultis paleis. 67
Purgatis auribus 339	herculis cothurnos 519	Ad mensurā aquā 345	Ouū adglutinas 113
Mens peregrina 517	Lumen soli mutuas 183	Aliorū me. 620 & 347	Penelopes telā re. 110
Præfens abest 387	Rane aquam 513	Anus eriphus 392	Olcū & operā pdidi 112
Auribus arrectis 461	Soli lumen 342	Anus saltat 392	Perijt sus 599
Ausculat & ppēde 549	Sus mineruam 30	Anus cothonissat 492	Ollam exornas 113
Cōsulēdū & cōsi. 546	Mercurius infans 418	In togā saltātis pl. 346	Ollas ostentare 286
Cārā auribus ob. 608	Sus cū Mīnerua 30	Camelus saltat 394	Quid opus crit lō. 142
OBSECVNDANTIS	Pica cū lusciniā cer. 208	Lucernā adhibes 342	Nihil agere 518
Ad digituli crepitū 389	Vespa cicadæ ob. 208	Clauē findere ligna 371	Cū dñs nō pugn. 556
Cū uterq̄ come. 546	Currus bouē tra. 176	Canī das paleas 500	Asinum sub freno 109
Lex & regio 517	Cācer leporē capit 338	Vulpes bouē agit 362	Ferrū natate doces 112
Nō statuat læna 414	Velocem tardus 185	Ante barbā doces 475	Cauda tenes āguil. 117
CORRECTIO DI-	Virgultea schaph. 268	Dasyppus carnes 146	Austrum parculi 230
CTI.	Sus saltauit 508	Tute lepus es 146	Lapidi loqueris 116
Corrigētis qd' dic. 550	Mulgere hircum 88	Sydera cœlo add. 603	Linū lino nectis 206
Correctio dicti 553	Iungere uulpes 88	Culicē colant 574	Surdo oppedere 110
COMMODVM	Noctu lucidus 610	Smaragdus i luce 488	Laterem lauas 110
interuersum .	Cū aqua fauces ex. 257	INNANIS OPERA	Anthericū metere 114
Alij sementē faciūt 126	Tuū tibi narro sō. 412	Asinum tondes 115	Laterē elixas 111
mazā pinxit a me 417	Nil intra est oleā 229	Aquā e punice po. 114	Surdo canis 116.
IMPOSSIBILIA.	Iupiter orbus 229	Ab asino lanā 115	Vtrem cædis 113
Prius lupus ouē du. 539	h̄ ἰεῖδῆ ὀδ̄ π̄ ἰπ̄εῖδῆ 158	Vtrem uellis 113	Verberare lapidē 352
Prius duo echini 337	Iugulare mortuos 61	Caluum uellis 395	Impete pitū artis 378
Prius locusta bo. 276	mortuū unguēto 477	æthiopem lauas 111	Laborē serere 423
Mare prius uitem 335	Iuxta fluuiū pu. 482	Mortuum flagellas 113	A lupi uenatu 464
Prius testudo lepo. 210	Per parietē loqui 491	mortuo uerha facit 116	Alienū arare fun. 443
Sursū uersus fluuiū 79	Priusq̄ assa sit fa. 476	Littori loqueris 116	Hylam inclamas 113
Fontes ipsi sitiunt 183	Priusq̄ maclaris 476	Bulbos querit 490	Hic funis nihil at. 223
Citius in nauī cad. 302	Prius antidotū q̄ 616	Aqlā uolare doces 117	Hydrum secas 235
Aqlā testudo uicit 586	Crapa nōdū pepit 358	Delphinū natate 117	Cotem alis 113
Terra uolat 81	Anulus aureus 175	Delphinū cauda li. 117	Cū corico luctari 449
citius elephātē sub 350	In mari aquā que. 229	Nebulas diuerbe. 516	Cū dñs pugnare 347
Capram portare 389	Vmbrā suā metue. 136	Asini caput ne la. 478	Cū plurimū labo. 268
Ab asino lanam 115	Furari littoris har. 602	De asini p̄spectu 91	Cū laruis luctari 61

Canis	573	Clauā extorq̄re H.	598	Eadem mensura	29	Si uinū postu. pu.	357
Vtre territas	155	Nēo mal ^o hoc sci.	486	Par pari referre	28	In parte uel ignē	428
Inaniter aquā cōsu.	113	Nō omib ^o cōtin.	466	Hostimētū ē ope.	324	ALIBI DIMINVTUM,	alibi redditū
Vndas numeras	110	Aegre, sed tñ cōti.	565	Pro bonis glomi	509	Claudus optime	410
In cœlum iacularis	117	Aegre qd ē, sed tñ	551	Vt semētē feceris	208	Nō oia possumus	320
In eodē hāsitas lu.	117	Præter Sibyllā le.	602	MALVM CONDVPlicatū,	aut renouatū	Facta iuuenum	498
Voluif doliū	608	Centū plaustri tra.	615	Ignem igni	48	Qd alibi diminutū	551
Vlulas Athenas	49	Azanea mala	158	Ignis nō extiguit	479	Semp seni iuuēcu:	510
In syluā ligna ferre	183	PROCLIVITAS		Oleū camino ad.	49	Nō ois fert oia tel.	619
Cōtorquet piger	105	Currentē incitare	59	Oleo incēdiū rest.	49	FRVSTRATA	spes
Trāglū æthera re.	113	Bñ plaustrū p̄cu:	147	Morbū morbo ad.	48	Coruū delusit hian.	173
Ventos colis	112	Auiciniē exēplū	604	Lutū luto purga.	244	Theaur ^o carbones	221
Vento loqueris	116	In planiciē equū	209	Pro cæco exocula.	539	Bolus erept ^o e fau.	522
Nugas agere	116	Mustelæ sæuū	103	Præstat unī malo	602	Murē ostēdit p̄	440
Actum agis	113	Calcar addere cur.	60	Post Maratho. pu.	608	Cōcupiuit aslam	276
Aquā in mortario	268	Vna scutica oēs	425	Lis litem ferit	422	Nep somniū qdē	90
Volantia sectari	218	Lydū in planiciē	494	Litem parit lis	212	Alīcna iacis	127
Vorsurā soluere	237	Sphæra p̄pcipitiū	125	Est pilus ante pilū	396	Larus parturit	216
Saxum uoluere	329	Vno digitulo	627	Fallacia alia aliā tru.	291	Cepphus parturit	285
Ex inanibus paleis	388	Suadē lupis	618	Refricare cicatricē	164	Parturiēt mōtes	216
Frustra canis	116	In numerato ha.	614	Ilico hyems	624	Lup ^o circū puteū	294
Frustra currit	449	Tarichus assus est	319	MALVM MALE	uitatum	Lupus hiat	314
Miliū torno sculp.	419	Titio ad ignem	402	Fumū fugiēs in jg.	120	Aurificē te futurū	489
In orbē circūis	305	Ignis ad torrem	518	Euitata charybdi in	119	Quarēs opsoniū	349
Obturbas frustra	481	Incitare currentē	548	Ne cinerē uitans	482	Ne quare mollia	366
Memorē mones	49	Quāfacile uulpes	508	Cucurrit quispiā	484	Duos insequēs le.	478
Cācrū ingredi do.	572	Tā in p̄cliuī, q̄ im.	518	MALVM AS	fuetum	Hic funis nihil ar.	223
Apud fimū odorē	112	Tā q̄ de Nathecio	630	Callum ducere	442	In spem frustratā	545
Inuitis canibus ue.	185	Tam in procliuī	625	Assueuit malis	567	Inani spe flagrat	608
Inuitos boues plau.	185	CONTRA		Dies adimit agrī.	342	Fluuius nō sp̄ fert	612
Cōtra torrētē ni.	454	Canteriū in fossa	149	Malorū assuetudo	562	Spem p̄cio emere	322
Cōtra stimulū cal.	87	In puteo cōstrict ^o	263	Neq̄ em̄ ignari su.	568	Sp̄ agricola in no.	405
Leonē larua terri.	155	Nūc meā in arcū	23	Nota res mala	415	Nucleū amisi. reli	413
Vtre territas	155	Inuitā Minerua	30	MALI RETA	liatio	Præuertit ancorā	609
Inanis conatus	545	NVNQVAM		Neoptolemi uindī.	42	In cadūcū pa. inclī.	369
Senis mutare ling.	63	Cū nibas coccyf.	479	Termeria mala	42	Scipioni arūdineo	370
Senis doctor	62	Ad Græcas calen.	140	Cædim ^o inq̄ uicē	512	DESPERATIO	
Herculei labores	431	Cū nulla pepererit	139	Dedi malū & acce.	296	Actum est	85
Quasi lutriū cant	624	Posthac nō pluet	230	Qui quæ uult, dicit	26	Nullus sum	87
Alinus balneatoris	623	SEMPER		Eodē bibere pocu.	209	Pinus in morem	397
Mare exhauris	572	Quoad uixeris	556	INAEQVALIS	pensatio	Perierūt bona	507
Phrynichi lucta	512	NVSQVAM		Neuerba p̄ farina	360	Ad restim res re.	500
Muscas depellere	541	Vbi cerui cornua	352	Pro parca scorpīū	358	Suspēdiō deligēda	236
Aues quaris	479	In aphanis	464	Vmbra p̄ corpe	466	Ad porcellum	517
Humi hauris	428	PENSATIO BE		Palūbē p̄ colūba	441	A quinq̄ scopulis	461
Excubiarū cau. ca.	189	neficij, uel officij		Pilos pro lana	208	Oibus armis, præsi.	556
Influit qd exhaurit	305	Man ^o manū fricat	28	Pro malo cane suē	512	Tenuis spes	540
Et tantali horto	610	Botrus oppositus	460	Diomedis & Gla.	46	PRAETER SPEM	bonum aut malum
Dentē dēte rode.	362	Da mihi mutuū te.	193			Coturnix Herculē	38
Oresti palliū texe.	593	Senes mutuū fri.	193			Omnia secūda	442
ῥύσασθαι φουάε	599	Mutuū muli sca.	193			Homo hoi deus	37
DIFFICVLTATIS		Pro delo calauriā	609				
Nō ē cuiuslibet co.	99	Fricantē refrica	194				
Difficilia quæ pul.	258	Eodem cubito	241				

Deus ex improbi. 36
 Deorū manus 76
 Negociū ex ocio 417
 Faciūt sphaeli im. 69
 Euetus prater ex. 554
 Mopso Nifa dat 356
 Glaucus poto mel. 394
 Insperabilē uitā ui. 491
 Subitū remediū 548
 MALVM VBR
 tens bono
 Nūc bene nauī. 414
 Laqueus auxi. uī. 601
 Bellū haud quaē 361
 SVBITI INTER/
 uentus
 Lupus in fabula 550
 Etiāsi lupi me. 391
 Subitus interuē. 629
 MAGNIFICA
 promissa
 Aureus in olym. 197
 Aureos mōtes pol. 217
 Solidos e clibano 439
 Charetis pollicita. 372
 Albū panē pinso 463
 Ariolari 502
 ἐπαύλια δῶρα 606
 Modio demetiar 418
 Verba ipor. Her. 374
 Alibārij hospitis 591
 Hesperidū mala 608
 Ad pileū uocare 261
 Bona Cillicon 342
 Ego faciā oia mo. 520
 Spōdā noxa prae. 169
 VOTVM
 Vtinā cōtin. mihi 143
 Omē æs alienū ce. 481
 Votū munificū 400
 Alia danē, alia ne. 554
 Canis panes som. 573
 Etiā dormiēs som. 483
 Nō qd uis cōtingit 568
 Quæcūq; in sō. uī. 191
 Qui amat, ipsi 320
 Quid nō fiet 392
 Semp superioris 510
 SPES PERTINAX
 Aegroto dū aia est 323
 Spes alunt exules 451
 Adhuc coelū uol. 616
 Adhuc deus aliq; 558
 Spes seruat 625

EXCELLENTIA
 inæqualitas
 Apuila noctuæ cō. 217
 Cicada apē com. 208
 Acanthia uicit cor. 209
 Cancros lepori cō. 210
 Testudinē pegaso 208
 Senecta leonis p. 430
 Camelus uel scabi. 226
 Crotoniarū post. 336
 Plus apud cāpa. 287
 Aquilæ senecta 226
 Equis albis præce. 105
 Culicē elephāti 441
 Multis parasangis 318
 Testudinē eqs in. 626
 Pica certat cū Lus. 619
 Nihil simile 619
 Bubo canit Lusci. 618
 Si tanti uitium 613
 Sedecim pedibus 493
 Δίς διὰ πασσῶν 63
 Tibiā tubæ cōpa. 208
 Quāto alinis præ. 445
 Fluuius cū mari 229
 Hirūdo totos sch. 609
 Hinnulus leonē 88
 Mineruæ felem 237
 Nihil ad Parme. suē 21
 Post lesbiū cātorē 156
 Longe uicit 564
 Nihil alia ciuitates 573
 Indignus q illi por. 142
 Nec dign⁹ q me in. 549
 Celmis in ferro 458
 Aquila in nubibus 218
 Manica 621
 Multi discipuli 501
 Pedibus trahere 260
 Solus sapit 313
 Formica camelus 130
 Hercules & simia 499
 Elucet egregia uir. 550
 Cū sis Nanus, ce. 610
 Hæc potior 151
 Corui Luscinij; 608
 Seruus seruo præ. 314
 Antiquis debet 564
 Acarnici equi 605
 Inter cæcos reg. 495
 Qui pbus Athe. 593
 Vnus multorū in. 549
 Alabāda fortuna. 279
 Alpha penulato. 325

Prodico doctior 603
 Quo properas 264
 Alius alijs in reb⁹ 555
 Nō oia possu. oēs 320
 DIFFERENTIAE
 Longe, lateq; 245
 Quisq; is fuerit 551
 Δίς διὰ πασσῶν 63
 Myforū ac Phry. 331
 Seiūcta sunt mar. 489
 Quid distet ara lu. 94
 Ingēs interuallū 613
 Ne punctū quidē 628
 Valeat amicus ini. 621
 Pastillos rufillos 410
 AEQVALITAS
 Aequa cōcertatio 547
 Pari iugo 146
 Pertinax cōtētio 546
 VINCERE ET
 uinci
 Palmam ferre 75
 Solus currens 221
 Occupet extremā 617
 Ἀντὸδερ κα τὰ θαλάσσι 500
 Dare manus 229
 Herbā dare 229
 Harena cedere 230
 Hastā abijcere 230
 Mea est pila 337
 Quid nisi dolor 357
 Victi nō audēt hi. 614
 Tolle digitū 487
 VICTORIA
 utriq; tristis
 Flet uictor 361
 Testa collisa testæ 538
 Victoria nō incru. 554
 NON SOLVS ille.
 Brasidas quidē 487
 Multi Mānij Ari. 420
 Multiq; boniq; 152
 SECVRITATIS
 & tutæ rei
 In tranquillo est 281
 In uado 33
 Duabus ancoris 23
 In portu nauigare 33
 His medus nō inf. 425
 Ociosus esto 559
 Rem factā habere 85
 Hermonionis uice 351
 In terra pauperē 605
 Moenia Semyra 610

In tuo regno 182
 In tuo luco & fano 182
 Intra suas præse. 182
 Aliud cura 564
 In diem uiuere 206
 Canis rāq; Delū 459
 Porrectis dor. pe. 197
 In utrūis dormi. 197
 Leporis uita 614
 In utrūis dor. ocu. 592
 In dextrā aurē 197
 Alcedonia 367
 Vita molita 607
 Equus me portat 174
 Extra lutū pedes ha. 68
 Extra periculū 550
 Procul a pedē. equi 98
 Extra telorū iactū 98
 Porro a loue 98
 Post principia 98
 Quid Achiuos 465
 Quasi Millus ca. 627
 CONTEMPTVS
 & uilitatis
 Tineas pascere 402
 Homo tressis 196
 Concha dignus 458
 Neligula quidē 595
 Tithymallus laco. 402
 Semp me tales ho 392
 Incus maxima 441
 Aqla nō cap. mu. 462
 Elephātus nō ca. 228
 Aqla thripas aspi 228
 Aquilā cornix p. 476
 Alinus cōpluic 461
 Susq; decq; 95
 Manū nō uerterim 80
 Quod nō est op⁹, asse
 charum est 630
 Vapula papyria 627
 Alinus esuriēs neg. 381
 Pili nō facio 196
 Quā curat testu. 403
 Nauci nō facio 196
 Flocci nō facio 196
 Ne terenciū qdē 195
 Frusto panis 94
 Nec uno dignus 196
 Ne nūm⁹ qdē plū. 541
 Ne umbrā qdem 230
 Ne allij qdē caput 543
 Ne terra qdē iu. 479
 Ne guttā quidē 544

Ne ramēta quidē	235	Coclearē crefcit	283	Vīa q̄ nescit ad ma.	386	Magis uari ⁹ q̄ hy.	44
Nihil sacri es	200	Cōnæ calculus	283	Vt possum ⁹ q̄n ut	201	Sisyphi artes	538
Nihil sanum	200	Inertiū chorus	407	Quādo id fieri nō	512	Pyrrhādri cōmē.	475
Homo trioboli	196	Megarēses neq̄	273	Bona est etiā offa	334	Megaricū machi.	314
Exiguū oboli p̄ciū	506	Rulticanū oratorē	365	Si nō adsint car.	334	Vlylseū cōmentū	400
Holerū appolitiōes	129	Caricus hircus	322	Aulædus q̄ citharœ/ dus esse nō pōt	307	Vias nouit qb ⁹ ef.	401
Multa syroꝝ olera	205	Indoctor philo.	362	Si bouē nō possis,	391	Libyca fera	535
Huius nō facio	196	Calabri hospitis xe.	522	Alterā nauigatio	493	Αἰγυπτιακάρι	504
Quatuor obolis	404	Principatus Syri ⁹	156	Præsentē fortunā	408	Epoculo pforato	485
Tricæ Apinæ	58	Ciceris emptor	302	Præsentē mulge	455	Expedit habere	540
Nebulæ in pariete	329	Cubito emungere	323	Quæ dantur	603	Si leonina pellis	509
Triū literarū hō	402	Canis uiuens	590	Quod adest, boni	566	Nō chius, sed cius	281
Vitiosa nuce non emam	196	Nō est curæ hippo.	235	INCONSTAN- tia, pfidiæ, uerfutia.		Dextrū pedē in	446
Etiā corcorus	175	Nō admodū mis.	604	Ventorū statio	351	Multa noris opor.	420
Inter indoctos	297	Cōtēnētis inimicū	549	Panagæa diana	410	Ex eodē ore frigi.	199
Mandare laqueū	334	Cōtēnētis dicte.	547	Venti campus	352	Oblīquus cursus	382
Mediū ondere di.	334	Tanq̄ cōchiliū	396	Mutabilior metra	482	Cantaro astutior	459
Minimo puocare	516	Tragicus rex	353	Chameleonte mu.	485	Cassioticus nodus	346
Antehac putabā	476	Vterq̄ ambo	611	Proteo mutabilior	293	Pardi mortem adli- mulat	334
Plumbeo gladio	342	βατακάρας	606	Polypi mentem	43	Sphondyla fugiēs	539
Hoc nouerā priusq̄		Pannus bacer	318	Mulieris animus	517	MVTANDAE sententia.	
Theognis nat ⁹ ē	616	Quis usus cepis	465	Euripus homo	227	Palinodiā canere	226
Locrensis bos	398	Inutilior blace.	595	Cnips in regione	455	Calculū reducere	132
Scarabei umbræ	459	Extritū ingeniū	410	Cothurno uersati.	44	Vertere uela, Funem reuertere	226
Bos homolottorū	460	Barbam uellere	335	Aliud stās, aliud se.	480	Cōsiliū in melius	553
Septimus bos	244	Nihili cotio est	609	Duab ⁹ sedere sellis	170	Imitabor Nepam	598
Generosus ex bal.	393	Fumi umbra	322	Diuerfarū partiū	547	Rephensio cogi.	554
Attagen	587	Fulgur ex pelui	387	Duos parietes de	170	MVTATI INSTI tuti.	
Sale emptū man.	190	Oppedere cōtra to.	188	Duplices uiros	439	Nuces relinquere	126
De lapide empt ⁹	447	Dionis gry	200	Duodecim artiū	439	Longū ualere iul.	300
Siculus miles	509	DIGNITATIS		Thessalorū cōmē.	78	Rudētes & re.	478
Imi subfellij	570	Canis digna sede	357	Phoenicū pacta	506	Pro elegāti me.	494
Seruorū ciuitas	406	Digna canis pabu.	357	Locrense pactum	346	De calcaria in car.	338
De fece haurire	234	Dignus obelisco	197	Thraciū cōmentū	238	A dorio ad Phry.	355
Carica musa	209	Dignus cedro	593	Hoc calciamentū	489	Maritimus cū sis	499
Asinos nō curo	611	Dignus Argiuo	197	Thraces foedera	372	Subito aliū	623
Pomarius Hercu.	374	Dignū ppter qd	197	Quibus nec ara	538	Vlysses pānos ex.	623
Malum Hercules	50	Dignus qui cū	198	Alterā manu fert	199	Sui dissimilis	576
Munus leuidenæ	501	Quauis re dignus	197	Repariazare	462	FORTVNAE commutatio.	
Cicernus Bacchus	366	Regia uacula	407	Lingua iurauit	347	Testulæ transmū.	267
Ollaris deus	118	Batti Silphium	277	Punica fides	198	Alia uita, alia dia.	214
Soterichi lecti	622	Decernetur equa	590	Græca fide	198	Nūc pluit & claro	207
Cecidis & bupho.	620	Bos in ciuitate	487	Nō sunt idē scriptu.	510	Cū deo quisq̄ &	449
Ficulnus	190	Sapientū octauus	210	Dædali opera	314	Ipsa dies q̄nq̄ pa.	207
Ficulnus gladius	398	Columen familiæ	86	Admirabiles in ne.	368	Omnīū rerū uicif.	184
In foribus urceū	269	Vtrāq̄ paginā fa.	324	Multa nouit uul.	122	Multæ rotæ uol.	618
Ficum Mercurio	399	Esto promus	606	Magnus uersator	494	Rerū omnīū uicif.	560
Merx ultronea pu.	225	Iupiter aquilam	606	Simia nō capiē la.	238	Res in foro nostro uertitur	512
Numerus	303	Glaucus comesa	564	Volaticū iusturā.	606	DD	
Telluris onus	177	Antiquior Codro	609	Semp adfert libya	535		
Myria cantharis	418	Pro dignitate cu.	553	Semp africa noui	535		
Minus de istis la.	448	Myrteā coronā	609	Sisyphi cōmentū	594		
Indus clephātus	244	Omnibus anteuer.	549				
		PROXIMIS utēdū.					

Catastrophæ fabu. 56
 Vbi nō sis q fueris 202
 Ad pristinā præse. 214
 A remo ad tribu. 494
 Dionysius corin. 40
 Nemo mortaliū 327
 Pitana sum 513
 Qd alius cōdiuit 598
 Bona nemini ho. ē 631
 Osculana pugna 628
 TEMPERANTIA
 Zenone modera. 248
 INTEMPERAN-
 tia, libido.
 Myconius uicin^o 516
 Vnico digitulo scal-
 pit caput 627
 Baceli similis es 146
 Herniosus usq; ad 601
 Batalus 147
 Tibicinis uitam 595
 Samiorū flores 406
 Voluptas fœda 565
 Sponli uita 412
 Melle teipsum p. 418
 Samiorū laura 570
 Samius comatū 571
 Sardanapalus 538
 Vale charū lumē 630
 Lesbijis digna 422
 Lesbiani 543
 Corinthiari 613
 Lydus in meridie 373
 Lydus cauponā 373
 Pepones 596
 Lydio more 421
 Videre mihi lamb. 596
 Adonidis horti 19
 Vt corinthia uide. 571
 Agathonia catio 334
 Sūmo digito sca. 200
 Chalcidissare 459
 Phicidissare 459
 ΑΥΤΟΛΗΚΥΘΟΙ 624
 κλητορ. ἄρεμ 455
 Clisthenē uideo 456
 Cleocritus 456
 Sinopissas 456
 Sus per rosas 537
 Aries cornib^o lafci 521
 ΠΡΟΜΑΝΕΙΡ 451
 Caprarius in æstu 373
 Quæ sub alis fiūt 295
 Emassilia uenisti 565

Lentiscū mādere 199
 Penicissare 484
 ΠΡΟΡΥΖΕΜ 475
 MODESTIA
 moduscq;. 158
 Nosce teipsum 158
 In se descēdere 166
 Intra tuā pellē te. 167
 In tuū ipsius sinū 167
 Tecū habita 166
 Efficim^o p nostris 184
 Manu serēdū nō 444
 Ita fugias ne præ. 119
 Demittere sese 563
 Arabicus tibicen 177
 Ne uities musicā 608
 Nihil minus expe. 535
 Nequid nimis 168
 Dimidiū plus toto 231
 Vbi paucis 619
 Domus recta 631
 Neq; Lydorū Ca. 630
 Neq; pessimus, neq;
 primus 619
 Funē abrumpere 135
 Ne supra pedē cal. 348
 Messic ten^o ppria 166
 Iucūdissima nauī. 69
 Iucūda rerū uicissi. 185
 Iniquū petendū 303
 Summū cape, & me
 diū habebis 303
 Pastillos rufillus 410
 ARROGANTIA
 iactantiacq;. 40
 Gallus in suo 619
 Tollere cristas 208
 Attollere supciliū 203
 Nauphracton tue. 417
 Tollere cornua 207
 Arrogātia nō ferē. 566
 Tuo te pede meti. 166
 Ultra peram 507
 Videberis me uidēs
 plane Martē ui. 487
 Amaxiæa 462
 Sophocles laudī. 304
 Phaniæ ianua 503
 Sybaritæ per pla. 292
 Ingredi lunoniū 590
 Summis unguibus 282
 Cœlum territat ar. 323
 Ex uno multa fa. 266
 Cœlum digito attin.

gere 613
 Iouis sandalium 386
 Imperitus subliga. 491
 Fastuosus maxim^o 67
 Tāq; argiuū cly. 395
 Homo bombylius 370
 De pulmone reuel. 505
 Ipse dixit 354
 Auro loquēte 476
 Ne mihi suffenus
 essem 343
 Pennas nido maio-
 res extendere 167
 Ne sutor ultra cre. 148
 Cenei hasta 595
 Gigantū arrogātia 574
 Magis sibi placet 393
 Hic rhodus, hic 474
 Atticus in portū 236
 Calliphanes 590
 Bullatæ nugæ 522
 Vino uendibili suspē
 sa hœdera 360
 Sellissare 619
 PHILAVTIA.
 Nō uidemus maticæ
 qd in tergo est 146
 Papæ myxus 506
 Amicos Tragædos
 æmulatur 521
 Tragice loqui 347
 Turpis iactantia 558
 Ne magna loqua. 288
 Argēti fontes lo. 302
 Fœnū habet in cor. 40
 Colophonā fero. 259
 Olcū in auricula 135
 Fortuna reddit in. 562
 Ab creobutadis 483
 Ne intra uestibulū 516
 Aut minus animi 607
 Mēdax atraphax. 612
 Suū cuiq; pulchrū 51
 Suo quisq; studio 563
 Festucam ex alieno
 oculo 167
 Suus cuiq; crepit^o 485
 Ipsi placet 339
 Pedre tus 539
 In armis accissat 606
 ΦΙΛΑΥΤΟΙ 98
 Et me mater 619
 Teipsam laudas 383
 Teipsum inspice 610

patriæ fumus 52
 Multi te oderint 420
 Sine riuali diligere 260
 CONTRARIUM
 philautiæ
 Non est beatus esse
 qui se nesciat 631
 ΑΖΗΛΟ ΠΛΟΥΤΟΣ 475
 MANSVETVDO
 Mactata hostia le. 351
 Auricula infima 178
 Sedens columba 509
 Spongia mollior 179
 Apio mollior 178
 Miltior columba 517
 Cera tractabilior 457
 ASPERITAS.
 morositas.
 Inexorabilis 549
 Inexorabilis 569
 Ferreus, aheneus 180
 Cornea fibra 181
 Scytharū oratio 305
 Scabrosior Lebe. 464
 Totus echinus asp 411
 Durus alloquijs 488
 Echino asperior 336
 Corinthus & colli.
 sur. & uallibus 329
 Etiam quercus 607
 Agamēnonis host. 350
 Matioloæchus 608
 Ne moue festucā 482
 A lasso rixa quærit 157
 Difficilis uir 445
 In durum & in pla-
 cabilem 623
 ΚΡΑΣΕΟΛΟΣ 615
 OCCASIO
 Ansam quarere 101
 Eximere e manu 591
 Fenestram aperire 101
 Gladium dedisti 443
 Tollenda mali oc. 567
 Premēda occasio 560
 Nunc tuū ferrum in
 igni est 630
 Nō semp crit æstas 615
 SVMPTVOSA.
 Hipparchi murus 597
 FRVGALITAS
 Phormionis thori 412
 Cilicij impatores 456
 Vita doliaris 206

41	42	43	44
Salem lingere 538	Fames & mora 398	Tacito pede 257	Ultra linum 442
Si caseū haberē 495	Milerrimū fa. mori 516	Nō statim decer. 549	Cornicib ⁹ uiuacior 161
Zenocratis caseo. 503	Molest ⁹ interpel. 564	Celerius elephāti 214	Heliōdi senectā 383
Aspera uita, sed fa. 565	Non interpellandus	Bunas iudex est 370	Tithoni senectā 161
Indulgere genio 336	fame 546	Accessæi luna 140	Phœnice uiuacior 268
Vita macerata 207	Vētre pleno meli. 540	Laconicæ luna 345	Sibylla uiuacior 593
Curare cuticulā 336	Etiā bætylū deuor. 607	Machinas post bel-	Facies tua cōputat 376
Pontificalis cœna 458	FESTINATIONIS	lum 440	Alterū pedem 267
LXVVS ET MOL	Nauibus atq; qua. 104	Sero uenisti 406	Viro seni astaphis 359
licies.	Citis quadrigis 105	Coruus aquat 453	Mature fias senex 62
Pergræcari 594	Equis albis præce. 105	Profect ⁹ ad Apa. 488	Mala seniū accele. 568
Sempl contini circa 81	Talaria induere 58	Post festū uenisti 225	Sexagenarios de 128
Thericlei amicus 480	Citius q̄ asparagi 535	Callipides 156	Vitiat lapidem 466
Sale punctus hic 488	Celerius q̄ butes 373	Diu delibera. 605	Mors optima rapit 558
Thessalorū alæ 78	Simul & dictū & c. 413	Annus est 342	In sola sparta 605
Sapientia uino ob-	Duob ⁹ pedibus fu. 153	Sic est ad pugnae 410	Fatale uita tēpus 558
umbratur 290	In foribus adesse 296	Ad aras 570	Senex bos nō lug. 405
Sine cerere & bac. 321	Velis, equisq; 104	Amæa azesiam 385	Viui cadauer 322
Heterognathus 484	Vir fugiēs haud 240	ζοφοροδ'ορπιδες 542	Danace 572
Siculissare 509	Ocyor accipitre 553	Hercules hospitat 590	Epimenidiū coriū 605
Asini mandibula 479	Pegaso uelocior 603	Expecta bos 494	Idem 247
Decēpes umbra 493	Salaminia nauis 475	Expecta anus 449	Viro seni 359
Ventres 400	Parit puella 379	Hyperberctæa 424	Efficeta senectā 565
Vēter auribus ca. 401	Ignem palma 426	Inter casa & porre. 90	Limen senectæ 422
Ventrē mihi obij. 375	Aphyā ad ignem 282	Quæ sero cōting. 545	Senescit bos 487
Abrōnis uita 346	Ne nimiū calidū 348	Myforū ultimus 164	IVVENTA
Epischyttisare 302	Intra septimā 425	Interuallo perit fa. 491	Iuuēta uirib ⁹ pol. 551
Sybaritica mensa 291	Priusq; gall ⁹ iterū 542	Summis ingredi pe-	Iuuenari 596
Syracusana mensa 292	Viuit, incēde ignē 401	dibus 613	VITA HOMINIS
Vixit dum uixit 507	A subeūte portū 464	SALVBRTAS	misera & breuis.
Nauiges in Massy. 321	Matura satio 228	Crotone salubri ⁹ 330	Homo bulla 308
Teneri calidis b. 446	Prior occupat 558	Cucurbita sanior 448	Spithama uita 293
Amazōnū cātile. 265	Sacra sceleri ⁹ absol. 558	Valcre pancratice 401	Tēporis punctū 293
amphidromiā agis 602	Lupinū potū 376	Sanior es pisce 629	Optimū nō nasci 310
Ex amphitheto bi. 600	Vt canis e nilo 229	Tria saluberrima 626	Dimidio uita 258
Maschalam tollere 393	FESTINATIO	INSALVBRTAS	Fictilis homo 429
Vinū senem etiā 302	præpropera.	ιδιωδ'εμ 424	Stupa seniculus 412
Vinū caret clauo 302	Qui nimiū pperat 507	Qui mori nolit 70	Vita mortaliū bre. 568
Coronā quidē 282	Canis festinans 285	Herculan ⁹ morb ⁹ 326	Ephemeru uita 606
LAVTICIAE	Ante uictoriam 182	Herculana scabies 326	PRVDENTIA
Iouis cerebrū 160	Aestate penulā de. 251	Ipsa senectus mor-	senilis.
Deorū cibus 210	Muscū demetere 462	bus est 164	Multorū iouis fe. 603
De lauticijs 559	Sicul ⁹ omphaciss. 344	DIVTVRNUM	Annosa uulpes 573
Mellis medulla 377	Præmouere uena. 500	Et nati natorum 451	Eum ausculta 77
Optimū condimen-	Odi puerulos 598	HAEREDIPETAE	Anus subsaltans 392
tum fames 385	TARDITATIS	Si uultur es 173	Actate prudētio. 559
Afra auis 536	& cunctationis.	Eidē inhiātes test. 554	Senum prudentia 569
Anima & uita 319	Nemo nos inseq. 486	SENIUM PRAE	Senescit semp ali. 206
Coturnissare 456	Romanus sedēdo 239	maturū aut mors	PRVDENTIA.
Dubia cœna 326	Festina lente 252	Erigini cani 483	A fronte simul 552
Lydorū caricæ 374	Pedetentim 256	Præmatura mors 554	Aiter lanus 606
Qui possū ab hoc 263	Manu serendū 444	LONGAEVITAS	Homo Thales 558
Thasiū infundis 455	Placide bos 257	Nestorea senectā 162	Acetum habet in pe
FAMES	Caudæ pilos equi. 211	Ultra pēsum uiuit 162	ctore 313

45	46	47	48
In holmo cubabo 397	Hæret in uado 613	Ibici grues 218	Alia Meneclæ 439
Perendinū uentū 517	In aqua hæret 117	Dij laneos habēt 247	Neq; cœlū, neq; ter. 130
Amyris insanit 304	Nūc meæ in arcū 23	Oeteus genius 519	Quid ad Mercu. 465
Non pluit & 626	In puteo cōstricī ⁹ 263	Aderit Temes. Ge. 41	Ego tibi de allijs 489
Leibius pryliis 570	Perplexus 566	Adraſtæa Neme. 364	Falces poſtulabā 288
ALIIS SAPERE	Perplexus, animiq; const. 549	Ad deorū aures p. 368	Extra chorū faltare 369
Alijs proſpiciens 551	Ne exceſtides q. 366	Bos laſſus fortius 33	Vltra ſeptra trāſilire 350
Facile cū ualemus 162	Labyrinthus 423	Euenit malo male 549	Extra oleas fertur 281
Quarta luna nati 40	De gradu deijce. 99	Salis onus unde 190	Incita equū iuxta 628
PRVDENTIA.	De poſſeſſiōe de. 446	Habet & muſca 499	Haud contra oſtiū 621
coniuncta uiribus.	Peribis ſi nō fece. 622	Ductus p phrato. 522	Nihil ad rem 566
Cōſilijs ſimul & c. 565	DECRETVM	Inuitus Iuppiter 425	Meos corymbos 466
Prudētia cū uirib ⁹ 551	Murus aheneus 420	In tergo bouis 495	Omiſſa hypera 491
INSTANS	IN DEPREHEN-	Ineſt & formicæ 346	De curru delap. 303
Ante pedes 536	SOS	Stultus q patre cæ. 242	Me mortuo 95
ANCEPS ET	Folio ficulno 117	Nunc dij beati 378	Mihi iſtic nec ſerit 165
dubius.	Medius teneris 117	Sup te hæc oia 601	Nō luctu, ſed reme. 558
Necceſariū malum 125	Decipula murem 495	Anus ſimīa ſero 343	Omi pede eundē 624
Neq; cū malis 416	In laqueos lupus 236	Boliti pœnam 282	ALIENA CV-
Polypī caput 251	In area latitas 495	Vel capra morde. 212	rantis.
Gaudiū dolori iun. 568	In eaſdē anſas 263	In me hæc cudeſ 41	Bellū Cononi cu. 476
Plus aloes 207	Laqueus laqueū 477	Ob textoris erratū 612	In alieno choro 288
Quid primum, aut	Laciade 423	Aelopicus ſanguis 368	Ne depugnes in 551
ultimum 289	Hinc illæ lachrymæ 93	Deus ulciſceſ 560	Quæ ſupra nos 162
Etiā capillus unus 503	Vbi cognitū eſt 567	Flagitiorū turpis 564	Aedib ⁹ in noſtris quæ
Ad utrūuis patuſ 548	Hæc Helena 93	Virum improbū 212	praua aut recta 165
Vtroq; nutās ſen. 521	Hydrus in dolio 575	Male parta, male 190	Stultior morycho 403
Volens nolentia iō 383	Tēpus oia reuelat 324	Mala prodiſtio 421	AD RFM PER
Nolens uolens 87	METVS EX CON	Malis ter mala 484	tinentia.
Vnica filia 171	ſcientia	Miferā meſſem 541	Nunc in regionē 414
Inter pueros ſenex 605	Fures clamorem 66	Canis ſauies in la. 600	Ipfum oſtij limē 477
Aut cucurbitæ flo. 382	Lupus aquilā fugit 386	Canis peccatū 485	Rem acu tetigiſti 338
Aut Plato Philo. 385	Lupus ante clamo. 368	Fortis in aliū for. 575	Aedib ⁹ in noſtris 165
Aut oportet Tra. 460	Cōſciētia mille te. 249	Ne ſpina qdē uul. 515	Ipfī curandum 424
Oportet teſtudinis 243	VINCVLVM	Sui cuiq; mores 327	Omiſſis nugis tē 557
Aut mortuus eſt 243	inſolubile.	Fumantē naſum 508	LACESSENTIS
Aut quinq; bibe. 299	Vulcaniū uinculū 399	Vindicta tarda 556	Arietem emittit 301
Excubias agere 68	Herculan ⁹ nodus 223	Vitādæ potētū of. 567	Comin ⁹ , atq; emi. 106
Quocūq; pedes 244	VLTIO MALE-	Aratro iacularis 381	Nō ut prior lædā 601
In triuio ſum 60	facti.	Dulce pomum 629	Nūq; enim meos 389
Ancipitis conſilij 551	Canis uindictam 181	Sero molūt deorū 628	Omi conatu inua. 547
Ancipitis animi 553	Ornatus ex ſuis uir. 101	METVS POENAE	Pugnis & calcib ⁹ 440
Haſta caduceū 429	Repit deus nocētē 358	Funiculū fugiunt 66	Tangere hulcus 164
Vtrūq; 602	Sero Iupiter diph. 243	Metus infamiæ 557	Temulentus dor. 521
Delphicus gladius 316	Semp uirgines fu. 405	Manū de tabula 80	Thunniſſare 373
Iiſdem literis 495	Mali bibūt impro. 421	Absq; baculo ne, 492	INSIDIAE
Qui nocere poteſt 561	Sus acina depē. 487	Cautus enim 597	ΒΥΑΘΟΔΟΜΕΥΦΗ 599
Nauis aut galerus 417	Placiadæ 588	In tēpore cauēda 560	Cauētis clancular. 545
Tertium caput 571	Hipparchorū tab. 429	Samiorū mala 597	ΔΟΥΡΕΑΘ' ΙΠΠΟΣ 598
Triceps Mercuri ⁹ 571	Habet 590	ALIENA A RE	Ineſcare homines 352
Pſecas aut ros 409	Longæ regū man ⁹ 48	Nihil ad uerſum 130	Oportet oibus co. 481
PERPLEXVS	Scarabæus aquilā 523	Nihil ad fides 130	Tragulam inijce. 401
Vētus neq; manē. 344	Promeri canes 387	Nihil ad Bacchum 332	CONIECTVRAE
Auribus lupum 124		Quid ad farinas 515	Leonem ex ungui. 221

Esimbria textum 222	Vulgus suspicax 564	Argiuos uidet 587	Ecretu raptus. 629
De gustu cognosco 222	Pellcm caninam 336	Admetinænia 361	AMICITIA.
De fructu arborem 222	Vitiligator 360	Canere de telam. 486	Amicitia stabiliū 317
De facie nosse 230	Zoili 342	Lytiersam cationē 493	Ama tanq̄ osurus 271
Aethiopē ex uultu 222	Archilochū teris 574	Tragicum tueri 347	Amantium iræ 450
Cauda de uulpe 222	Dēte Theonino 289	Taurinū tueri 540	Mores amici noueris
Ex fronte perspi. 322	Carpet citius 296	Titanicus aspectus 372	non oderis 356
Ex habitu bonū ui. 557	Genuino mordere 290	Cepas edere 459	Nouos parās ami, 482
Ex stipula cogno. 240	Dentata charta 521	Supatus es a gallo 606	Non potes tethi. 479
Ex culmo spicam 599	Hipponactēū præ. 289	Tristis scytale 279	Vnus deus & plu. 495
Ecantu dinoscitur 600	Archilochi patria 290	Areopagita 222	Neq̄ nulli sis amic⁹ 5
Effœminatorū etiā 405	Etiā in deorū 590	Erinnys ex tragœ. 607	Amicorū communia
Ex uno omnes 67	Archilochia edi. 290	Ne sis patruus mi. 329	omnia 12
Domī coniecturā 242	Plaustra cōuitijs 188	Frontem exporrig. 203	Amicitia æqualitas 12
Prima facie 230	Naues onustæ cō. 207	Festiuus sermo 560	Amicus amico 80
Cribo diuinare 235	Morsus aspidis 449	Cōtrahere supciliū 508	Amicus magis ne. 294
Signū bonū aut 478	Hyltricus leta 607	Sanguine flere 334	Naara & charmiōe 515
Stellis signare 133	Eurymnus 599	Sarōe magis nau. 474	Qui circa lalē ac fa. 222
Vna hirundo nō 192	CAUSA INDE-	SOLLICITVDO,	Salē & mēsam ne 146
Oibus uestigijs 600	fenſa.	Tantali lapis 405	Intēpestiua bñuo. 186
Qui bene cōñciat 317	Heteromolia cā. 429	σύντη βλέπει 283	Nō sunt amici qui 319
Certum p̄spicio 560	Deserta causa 138	Mens est in tergo. 282	Multas emicitias 261
Rem acu tetigisti 338	Ne de lite p̄nūc. 444	Animus est in co. 535	Abijt & taurus 31
Scopū attingere 238	Haud impune uin. 282	Similes uidentur 599	Vbi amici, ibi opes 81
Crepitu probabis 603	CARPENTIS,	NVNTIVS	Vsq̄ ad aras ami. 454
Qualis uir talis or, 158	seipsum.	latus.	Amicorū est adm. 549
Quāq̄ nō dixeris 494	Domesticū thesau. 157	Haud annūtiās 440	Animo agrotanti 452
Vanz coniecturæ 599	Propria uineta cæ. 165	Prouoluitur ad mil. 512	ἀμφιθαλής ἔρωε 599
Protinus apparet 599	NECESSITAS.	Quid tibi apollo 392	Fidus amicus 564
Leonem uidere 513	Ineuitabile uatum 563	Vulcanus tibi uati. 353	In ære meo est 182
Mortuos uidens 516	Fatum ineuitabile 562	Siren amicum 391	Syncretismus 22
Mortuus p̄ somniū 589	Fatū immutabile 559	MINANTIS	Conciliant hoies 271
CALVMNIA.	Fatis adactus 562	Et meum telum 405	Cum amico non cer-
Sycophanta 318	Fatis imputandū 546	Si tibi machara ē 405	tandum 565
Tragic⁹ theocrines 610	Diomedea necessi. 214	ἰσθόπυρα 489	Queruli in amicitia 611
Albo rete aliena 537	Ingens relū necessi. 305	Cōpluriū thiorū 249	Lingua amicus 480
Nō inest remediū 362	Feras nō culpes 78	Ollam alere 514	Felicitas multos ha-
Argiua calūnia 486	Quod factū est 317	Tolle calcar 284	bet amicos 499
Boliti pœnam 282	Trāsuersum agere 402	Qui paratus ad re. 552	Feliciū multi cog. 450
Cydi pœnā debet 455	Vocat⁹ atq̄ nō uo. 305	Ne mihi uacuā 610	Amicus certus in re in-
Chius 602	Ne dii quidem a 558	VEHEMENTIA.	certa cernitur. 631
Patatiōe calūnio 442	Mors omnibus, 555	languor.	Ollæ amicitia 124
Crater litium 591	Omnia esculenta 411	Oestro percitus 397	Viri infortunati pro-
Frustra herculi 363	Lepori esurienti 517	Pyrrichen oculis 543	cul amici 400
OBTRECTATIO	Viro esurienti ne. 507	Vehemēter cupiē. 550	Plures adorāt so. 476
& maledicentia.	Adactū iusiuran. 464	Manū habere sub 421	Ad foelicē parietē 79
Mortui nō mordēt 516	Volentem bouē 590	AMOR,	Nudæ gratiæ 392
Mortuis nō conui. 569	Nemo cogendus 549	Caunius amor 459	Sapientes tyranni 511
Cū laruis luctari 61	Nemo cogēd⁹ of. 564	Liberorū amātor 394	ADVLATIO.
Iugulare mortuos 61	Officiū ne colloca. 566	Cestum habet ue. 458	In hostio formosus 522
Nō impetū lingua 313	TRISTITIA	Ex aspectu nasciē 67	Pithon formosus 510
Tuis te pingā colo. 101	letitia.	Adamātis tenere 546	Refutantis laudē 545
Spharam inter se 452	Irrisibilis lapis 350	Paruus semper tu⁹ 379	Haud quacq̄ diffi. 169
Infixo aculeo 19	In antro trophonij 188	Auræ cōpedes 326	Cura esse quod au. 597

De fera comedisti 368
 De mulcere ca. 442
 Blandius alloqui 548
 Cauda blandiri 598
 Prestat habere 614
 Benignior pellace 601
 Letale mullum 205
 χρυσολογος 243
 Io pæan 327
 Polycrates matrē 383
 Ipse semet canit 354
 Magis ipse phryx 393
 Pulchre dixti 243
 Climacides 621
 IN DELITIIS:
 Porcellus acarna. 314
 Mus albus 375
 Catella Melitæa 482
 Meliteus catulus 624
 ODIVM:
 Odium agreste 272
 Odiū uatinianum 298
 Odium nouercale 298
 Oderint dum me. 412
 Odit cane peius 412
 Empedoclis simul. 367
 Ἀσπιδος πόλεμος 483
 Archidamicū bel. 474
 Cui ista arrident 542
 Ne uia qdē eadam 287
 Fratruū inter se iræ 60
 Ira omniū tardissi. 172
 Principū fauor 561
 IRA.
 In fermēto iacere 427
 Mordere frenum 104
 Mordere labrum 543
 Tacite stomachari 562
 INUIDIA AEMV-
 latio.
 Figulus figulo 54
 Inimicus & inuid. 440
 Vnicū arbutum 283
 Vna domus nō alit 283
 Zoili 342
 Edentulus uescen. 438
 Expertes inuiden. 68
 Iactantiæ comes 567
 Turpe silere 375
 Optat ephippia 163
 Fertior seges in al. 163
 Prestat inuidiosū 628
 DIFFIDEMTIA.
 Simul & da & ac. 391

Nemini fidas 259
 Fiducia pecunias 480
 Cōfringere tessera 242
 Cæca dies, oculata 199
 Oculatæ manus 199
 Pluris est oculo. 367
 Nō persuadebis 383
 Quot seruos hab. 304
 Hostiū munera nō 83
 Homo homini lup. 38
 Lydus ostiū clausit 373
 Tuā ipsius terrā 618
 FRAVS AB AMICO.
 Vallus uitem 284
 Canis mendico 606
 DILIGENTIAE.
 Adamussim 141
 Thunni more: 499
 Iuxta melam 510
 Ad unguem 141
 In quadrum redi. 234
 In nocte consiliū 287
 Vltro citroq; 95
 Ruminare nego. 543
 Fixis oculis itueri 409
 Vnū ad unū 286
 Incudi reddere 142
 Ruris fons 368
 Ithorus 589
 Caput scabere 522
 Aristrophāis & de. 187
 Olet lucernā 187
 Nō nauiges noc. 609
 Sōnus absit ab ocu. 395
 Neq; q̄tū lusciniæ 409
 Succisua opera 260
 Vel acū inuenisses 537
 Grues lapidē dei. 519
 Frons occipitio por 53
 Arripe negocij 547
 Mihi curæ 563
 Mihi ista curæ 573
 ASSIDVITAS,
 Minutula pluuia 75
 Assidua stilla saxū 475
 Bis septem plagis 356
 Dicendo dicere di. 152
 Latum unguem 120
 Velut umbra seq 540
 Ne altero qdē pe. 241
 Saxū uolutū nō. 493
 Multis ictibus dei. 211
 Exercitatio pōt oia 289
 Ne genu qdē fle. 264

INDILIGENTIAE.
 Princeps indiligēs 567
 Si quis iuxta ciui. 592
 Malus ianitor 603
 Phani hostium 385
 Alimine salutare 231
 Vt canis e nilo 229
 Per transennā in. 444
 Per nebulā, p cali. 91
 In transcursu 628
 Sūmis labijs degu. 231
 Sūmis naribus ol. 244
 Extremis digi. 231
 Primoribus labijs 231
 Mollī brachio 105
 Suspensa manu. 617
 Cōpressis manibus 261
 SOMNOLENTIA.
 Endymionis som. 227
 Vltra epimenidē 227
 Salem uehens dor. 190
 Nō decet princi. 388
 OCCVPA tio ocium.
 Ne ad aureis quidē 302
 Nullū ociū seruis 308
 Festū multas ha. 573
 Vincula tyrrihena 605
 Cū licet fugere 495
 IUSTITIA.
 Partitio nō prafo. 513
 Iustitia in se uirtutē 317
 Hoies frugi 290
 Exigua res ipsa iu. 270
 Trutina iustius 354
 Iusticiæ oculus 588
 Iusticia iustior 589
 Maras 592
 Rhamnusus 506
 Prienensis iusticia 512
 Rectā ingredi uia 500
 Dū clauū rectū 441
 Ad amussim ap. 346
 Ne moucto lineā 232
 Ex æquo partire 606
 Aequalitas haud 607
 Quæ nō posuisti 490
 A sacris abstinedæ 558
 Nemo quenq; ire. 502
 Zaleuci lex 425
 Hæc iusticia 488
 Dat ueniam coruis 508
 Qd alijs uitio uer. 557
 Urbanus nihil æq 484
 INIVSTITIA.

Malum lucrum 479
 RIGOR.
 Sūmū ius, sūma in. 237
 Ad uiuū refecare 324
 Radit usq; ad cu. 478
 VIS INIVSTA.
 Leonis catulū ne 317
 Leonina societas 191
 Atticus aduena 271
 Centaurice 456
 Mars rex 587
 Rus ciuitas 366
 Hospes indigenā 494
 Ἀγεωμετρητος 480
 Priusq; fortiaris cōia su
 Nō mouenda mo. 160
 In antrū haud le. 495
 Abstinentia uis 567
 Celcon habitas 372
 Cyclopica uita 244
 Cynia terra 448
 Martis campus 380
 In caput p̄cipitari 483
 INCVLPA TVS.
 Purior clauo 338
 Apuro pura de. 454
 Aurū igni pbatū 594
 Aurū colophoniu 461
 TEMERITAS.
 Oportet remum im-
 pellere. 67
 Quā qsq; norit 296
 Cœnare me doce 506
 Nō suspiciendū 550
 Illotis manibus 225
 Andabata 328
 Aedilitatem gerit 438
 PVDOR.
 Pudor in oculis 270
 Pudebat recusare 452
 Pudor & metus 555
 Verecundia inu. 374
 Tictura sardonica 403
 Tinctura cizenica 572
 Vbi timor, ibi pu. 65
 IMPVDENTIA.
 Faciem perfricare 102
 Dea impudentia 416
 Nudo capite 492
 Atticus aspectus 222
 PVDICITIA.
 Hippolitum imita. 518
 Melanione conti. 418
 Impudicitia osce 628

ORIGINIS:	PROPRII COM-	Imis ceris erude 614	Domestice notus 231
ETardigradis asi. 396	modi studium.	MEMORIA.	Intus & in cute 230
Ex quercubus nati 210	Tunica pallio pp. 97	Iucundi acti labo. 307	Principes inter se 562
Nunq̄ ex malo pa. 152	Intus canere 262	Quæ dolēt ea mo. 594	OCCVLTA.
Esquilla nō nascit̄ 320	Nequicq̄ sapit 149	Vbi quis dolet, ibi 287	Terra defossū 487
Ex minimis uitijis 54-7	Ad suū quēq̄ que. 537	Aurem uellere 179	Occultæ musices 190
Exiguū malum 351	Decora te ipsum 599	Tanq̄ meū nomen 338	Qui apud inferos 409
Bonæ leges ex 244	Anguillā captare 520	ELABENDI.	Nisi si qua uidit 284
Hinc belli initium 502	Vna lauabor 387	ἐκπερδικίσαι 501	Attici Eleufina 351
Piscis primū a ca. 607	Manū admouere 610	ἐκλινίσαι 503	In tenebras saltare 222
Ab impijs egressa 220	Vndecunq̄ lucrū 561	EX SESE.	Muris circūcurren. 615
Mali corui malū 219	Genu sura ppius 97	Domī habet 242	Sūmis ingredi pe. 613
Autor omniū 556	Oēs sibi melius esse 97	Domesticū malū 560	In aurem dicere 87
Ex tua officina 369	Simonidis cantile. 405	Emerere malo q̄ ro. 80	Ostium obdite 500
Generosioris arbo. 93	Mihī ipsi balneū 239	DOMI VIVERE:	In simpulo 293
Magnorū fluminū 93	Sibi canere 509	Domī manendum 558	Admoto capite 626
NOBILITAS	Astutior coccyce 608	Domus amica do. 478	Vita absq̄ torre 618
obscuritas:	Opta uicio, magis 499	Domī manere 439	VICES OFFICII.
Generosior codro 394	Veniat hospes 380	Domus optima 566	ἐγκεῶτις ἡμέρα 588
Generosior sparta 398	Suā q̄sq̄ hō rem 592	FOEMINAE.	Ordinem deserere 378
Subdititius es 611	Mercator est 589	Fœmina nihil pest. 565	Pensum persoluere 90
Ne patris quidē 443	Ciuitates ludimus 456	Ignis, mare, mulier 288	Contribulis factus 605
Terræ filius 210	LVCRYM ex scelere	Sublata lucerna 494	FIDES ET GRA-
Matris ut capra 419	Tributis potiora 402	Male coniugatus 562	uitas.
Lichnobij 623	INTERNITIO.	Mulierī ne credas 419	Folium sibyllæ 192
DEGENERAN-	Ne ignifer quidē 237	Nec mulierī nec 629	Ex tripode 192
tium in peius.	Nebolus qdem. 504	Mulierū exitia 420	Ex louis tabulis 198
Ab equis ad asinos 176	Pinus in morem 387	Mulieris oculus 493	Atticus testis 198
Mādrabuli more 62	Totū subuertere 440	Mulier pudica ne 558	Attica fides 198
Heroū filij noxæ 152	Perdere naulum 509	Qui non litigat 602	Rhadamantheū 407
Haud canit pater. 429	Cum cane simul 609	Tanq̄ chalcidica 425	Iouem lapidem iu. 353
Filius degenerans 554	Fuimus troes 224	Thessala mulier 78	Rhadamanthi ius. 407
Quis parentē lau. 408	Qui iure perierūt 569	ὑπεφιννομένη 611	Viri iureiurādo 479
Acesias medicatus 368	Omitte uatem 412	AEQVANIMITAS.	Iouis suffragium 354
Taurū tollit qui 60	SVBITVM EXITIŪ.	In re mala 492	Amphycionū cō. 502
Vt nunc sunt hoies 550	Occasionis ala 457	Magistratū gerens 387	Pollicentis se pm. 545
INITIVM Laudatū.	Muris interitus 451	lactare iugum 569	Dictū ac factum 521
Cū paruula est bo. 482	Muris in morem 508	SOLITVDO.	Mineræ suffragiū 491
Primum Aegina 350	Eadē tibi & pithia 371	Ne musca quidē 274	Veriora his quæ 218
Primū mars in filijs 512	TOTVM VTNI	Nullum animal 274	Oculis magis ha. 46
PROFICIEN-	hil reliqui.	IGNORATIO.	Domesticus testis 300
tium in melius	Oia chnaumata 410	In alio mundo 70	Venereū iusiuran. 337
Ab asinis ad boues 177	Cū puluisculo 401	In alieno foro 297	PERFIDIA:
Diues factus desijt 395	Vna cum ipsis 362	In tua ipsius harena 518	Altera manu fert 627
Satis quercus 100	Vna cum templis 629	Albus aut ater sis 169	CONSILIVM,
Non enim spinæ 414	Ruta cesa. 621	Non nouit natos 169	Res sacra cōsultor 265
Effugi malū, iueni 438	OBLIVIO.	Prorsus ignotos 556	Suadeo quod ipse 562
Iuxta cubitū pfert 595	Obluionis cāpus 411	Nomine tm̄ notus 230	CVM AVXILIO
Meliores nancisci 377	Proprij nois oblit ⁹ 321	Late uiuens 423	citra auxilium.
Melius est nobis 449	Malorū obliuio 547	NOVITAS.	Frater uiro adsit 192
Ego ex bono i bo. 520	Ne malorū memi. 277	Aliud genus rem 378	Sine ope diuina 559
Fuit & mandroni 194	Odi memorē com. 170	Grata nouitas 557	Ne gladium tollas. 349
Hodie nullus cras 597	Viurum oportet 61	Qui modus equitū 393	Non absq̄ Theseo 125
Imodo uenare 516	Ventis tradere 490	NOTVS:	Duobus pariter 444

61	62	63	64
Nihil p̄ fuerit bul. 603	Domimilesia 102	Addere manum 131	Ne temere abydū 192
Tradunt operas 193	Phallus deo 481	Os sublinere 130	Ad scolon ne profi. 322
Alieno auxilio po. 548	Sacra hæc nō aliter 337	Obtrudere palpū 514	Caut thoracem 332
Alieno ferox præ. 547	SERVIRE Tempori	Fucum facere 113	Acgæum nauigat 443
Titanas imploras 308	Seruire scenæ 42	Circūtondere co. 131	Ne in neruū erum. 363
Ancora domus 87	Vti foro 43	Noua hirundo 160	A bis septē undis 465
Column familiae 86	Aut bibat, aut abe. 241	In laqueū inducere 234	Ne pucro gladium 343
Noſtro quoq; mar. 148	Gladiator in hare. 157	Obolū reperit Par. 380	Perq; enſes, perq; ig. 313
Sine cortice 201	Polypimentē ob. 43	Ephesiæ literæ 397	Nō certat de olea. 429
Vnus uir nullus 129	Spartā naſtus 339	FORTVNATA	Maleam legens, 330
Qui per se ſufficit 568	Oium horarum 96	ſtultitia.	Per haſtæ cuſpidē 439
ἐνοπίνας 462	DEPRECANTIS	Athenienſiū incō. 201	Lepus p̄ canibus 273
Multe manus onus 321	abominantis.	Dormientis rete 139	Ex ore lupi 384
Re opitulandum 554	In capras ſylue. 463	In nihil ſapiendo 428	Certamen nō acci. 481
Chordæ uice 483	Siquid mali in pyr. 453	Malum uas non. 607	Corpore effugere 297
Vuius fueris 511	Procul ab aurib⁹ 464	CITRA LABOREM	In periculoſo nego. 555
Papyri fructus 459	Abhorretis ac de. 566	Citra puluerem 138	Ingens diſcrimen 552
Si deus uoluerit 562	Dulcis cubitus 263	Citra arationem 139	ALIENO PERICULO
Sūma ui deſedere 547	Reſcientis culpā 547	Vltro deus ſuppe. 400	De alieno ludis co. 297
Tāq; heres in cly. 386	Terra mihi prius 446	INCITARE.	Nō eſt meū nego. 418
INTEMPESTIVA	EXECRANDI.	Cur ceſſatū eſt 626	Alienā metis meſ. 109
& inepta.	Deuotionis templū 68	Frigidā aquā ſuf. 242	Innocuus aliū aſpi. 43
Simulare cupreſſū 123	Oedipi imprecatio 183	Modis oibus inci. 554	EXPERIENTIAE,
Inteſtina bene. 186	Phocēſiū execratio 159	DISCRIMINIS.	ſeu periclitationis.
In lente unguentū 175	Phocenſiū amolitiō 159	Apio eſt opus 428	In care periculum 147
Aeſtate penulam 251	Adiurantis ſe fact. 545	Sub cultro liquit 428	In dolio figulariā 147
Menſe maio nub. 102	In oi fabula Dedali 428	Sus ſub fuſtcm 391	In harenam deicen. 230
Menthā belli tpe 278	OMINANDI.	In Pythij templo 605	Quanta muſ apud 315
Rofam quæ præc. 365	Bene ſit 522	Vtinā domi ſim 400	Oēm mouere lapi. 106
Foras cares nō am. 66	Cum muſis 521	Fuge p̄cula uitro 492	Oēm rudentē mo. 106
Anus hirciſſans 214	BENEFICIUM	Fuga tutior 565	Reſpub. uirū docet 615
Anus bacchatur 214	corruptum.	Poſt folia cadent 399	Oēm ſacere aleā 106
Feltrocoton 67	Perdidisti uinum 298	Nunc contingat 413	Aut ter ſex, aut tres 315
Apage hoſpitem 362	Capra ſcyria 236	De tuo capite 595	Rex, aut aſinus 504
Quid de puſillis 484	Panis lapidoſus. 625	E canis podice 600	Vela uentis p̄mit. 167
Tragœdias in nu. 402	RISVS.	Aſciſe ad extremā 516	Deo fortunæq; cō. 553
Annofam arborē 110	Riſus ionicus 136	In eadē es nauī 258	Reſ ad triarios red. 24
Ne unq; uiri ſenis 385	Riſus megaricus 137	De pilo pendet 228	Sacrā ancorā ſol. 25
In ſenem libidino. 546	Riſus chiſus 137	Periculū proræ 378	Mouebo talum 25
Moleſtem ſapiētē 418	Riſus ſardoneus 496	Inter ſacrū & ſaxū 23	Semp̄ tibi p̄deat 223
Malum eſt bonū 607	Aiacis riſus 181	Flāma fumo eſt p̄x. 123	Tentates ad Troiā 285
TEMPESTIVA.	Ἀγείονελα 599	Tua reſ agiſ tunc 519	Et poſt malē ſege. 625
Nunc leguminū 378	Riſus ſincruſius 364	Per ignem incedis 579	SECUNDAE EX-
Bata tū hyeme. 536	Stultior melitide 626	In neruum ire 354	perientia.
Cū ceſſat boreas 487	Emori riſu 597	Nocuit & nocebit 552	Poſterioribus me. 84
Noſce tempus 186	DERISIO.	Inter malleū & incu. 25	Danda uenia lapſo 568
Aliam atatem alia 557	E ſublīmi me deri. 68	Io acie nouacula 23	IMPERITIA.
Capra ad feſtum 573	ἐπιμαλῆσαι 483	Reſ eſt in cardine 24	Dulce iexpto bel. 576
Munus exiguū 563	Naſo ſuſpendere 198	E Naſſa eſcā pcte. 628	Pedū uifa eſt uiā 506
Occaſionē arripere 94	Poſtica ſanna 596	Ne unī nauī. 618	CONATVS.
Audi Chelidonē 604	In coiplo ſtas lapi. 427	Filum cōtentionis 482	Omnibus neruis 104
Oleum & ſalem 514	Loripedē reſtus 456	Obſcere canibus 413	Omnibus neruis 560
Iouis uellus 604	IMPOSTVRAE.	Ouem lupo cōmi. 103	Omni telorū gene. 106
Nū hoie amico eſt 596	Dare uerba. 131	Ne in Melāpygū 264	Manibus pedī. 104

65	66	67	68
Pro mea uirili 553	Ne quis unq̄ Mega' 514	Puſill ^o quātus Mo. 507	ſerere 421
Remis, ueliſq; 404	renſibus 514	IMPROBI	Crassa Minerua 29
Omi pede ſtādū. 442	Midas auriculas aſi. 92	Lydi mali 422	Crassiore muſa 29
Toto pectore 105	Fungus 592	Lerij mali 331	RARITAS
Cū haſta, cū ſcuto 399	Aut regē, aut fatuum	Mali commatis 453	Phoenice rarior 376
Oī certaminis ge. 564	naſci oportet 71	κίεθ' ἄλλοι, id eſt adul	Vbi p harma ful. 140
Surſum ac deorſū 97	Stultior Melitide 626	terinus 485	Lac gallinaceū 145
Rem nouā aggre. 568	Nefcit capitis & c. 375	Bipedū neqſſimus 180	Rara auis 260
Summis uti uelis 303	Vir uidebaſ na. 507	Phryundas alter 537	Noctuinū ouum 265
In magnis & uol. 397	Terræ inteſtina 355	Euribatiffare 68	Veluti craterē 616
Miſcebis ſacra p fa. 95	Larus hiāns 423	Tria cappa peſſi. 521	CONCORDIA
Mare coelo miſce. 95	κορυβαυτιῶν 539	Duplex cappa 521	Cōcordia fulciunī 550
Terra, mariq; 105	Lucerna pinguior 345	βαμολοχός 545	Concordia 559
Fruſtratus conat ^o 548	Bœotica ſus 234	Inexploratus hō 246	Mutua deſenſatio 550
PERTINACIA	Bœoticū ingeniū 301	Diagoras melius 493	Mutua deſenſio 551
Mordicus tenere 105	Bœotica cantilena 301	Nō capit ſomniū 540	Tradūt opas mu. 193
Toto corpore, omni	Bœotica auris 460	Lacerat lacertū 233	Vt in uelabro 569
bus unguiculis 105	Salſitudo nō ieſt il. 312	Lupi decas 374	DISCORDIA
Gladiatorio aīo 94	Bibe Elleborū 203	Cercopū coetus 379	Bellū omniū pater 503
INCERTVS	Strychnū bibit 204	Cercopiffare 380	Domesticū diſſi. 567
euentus	Porcū immola. 205	ΑΙΤΗΡΙΟΙ 295	FVERVNT
Inter os & offam 119	Squillas a ſepulch. 307	Ferre iugum 67	non ſunt.
Multa cadunt inter	Min ^o habet mētis 284	Magis impius Hip-	Nam illi iam nō ſunt
calicem 118	Piſtillo reuſus 513	ponius 420	atqui 408
In herba eſſe 297	Embarus ſum 572	Mare alluit oīa 486	Fuere quondā ſtrē. 223
Nefcis qd ſerus ue. 171	Phryx plagis 200	Qui omni in re 408	Fuimus troes 224
Nulla ſcopo iacul. 505	Seruilior Meſſe. 406	Seruilis capillus 303	Omnia bonos uī. 411
Anceps eūētus 556	Stultior Corcœbo 412	Vlyſſis remigiū 424	Sæpe etiā eſt olitor 143
Si crebro iacies 49	Stultior Morycho 403	Dij tibi dent tuam	Sūmaria indicatu. 407
EX EVENTV	Stupidior Praxil. 405	mentem 597	EXILIVM
indiciū.	Corp ^o ſine pecto. 247	Nō eſ laudandus 376	Seruabis bouem 572
Mox ſciemus meli-	Antronius aſinus 351	Compendiaria res	Terram pro terra 302
us uate 572	Naribus trahere 260	impro. 466	ACCESSIO PV
Cocta numerabim ^o 122	Arcadicū germē 477	Infania nō omībus 575	ſilla, aut nimia.
Res indicabit 491	Arcades imitans 471	INGENII MALI-	Gleba aruū 394
Magiſtratus uirū in/	Aſinū in rupes. 596	cia & inſtitutio	Gutta uini 604
dicat 246	Feles Tarteſſia 66	Lupus pilū mu. 477	Ne maior thylaco 605
MVLTIV	Stulto ne pmittas 499	Naturā expellas 377	FOCVS
Nō una uehit na. 594	Nō ineſt illi dēta. 574	Lignum tortum 422	Focus luculentus 569
IN STVPIDOS	Septēnis cū ſit 281	Aethiops nō albe. 573	VSVRA
Ede naſturcium 205	Stulticia eſt louē 412	Qui ſemel ſcurra 323	Citius uſura currit 373
Nihil ab elephante	Vt bagas 237	Podex lotionē uī. 249	Eſt pylus ante py. 396
differs 416	Deſertū obtueri 606	Occaſione dūtax. 270	Felix q nihil debet 389
Nihil differs a chare	Terebintho ſtul. 610	Saluā imbibere 325	Animā debet 237
phonte 416	Cæcus auribus 611	Quo ſemel eſt im. 325	Semel rudibus 510
Mens non ineſt cen	Bis pueri ſenes 127	MALVS VICINVS	PROBRVM
tauris 418	Saturniæ lemæ 272	Saluſiſoſa uici. 155	gloria
Becceſelenus 491	PRAELONGI	Aliquid mali ppter	Glorioſum & apud
Saturni podex 480	Coloſſi magnitu. 453	uicinum 28	poſteros 556
Caput uacuū cere. 489	Caliga Maximini 24	Si iuxta claudum ha	Gloria futuri 575
Margites 317	Clematis Aegyptia 24	bites 245	Nō oīno temere 149
Rana gyrina ſapi. 263	Amens longus 491	APERTE ET	Sutoriū atramentū 508
Ouiū nullus uſus 378	Nullus malus 320	crasſe	Scarabeo nigrior 459
Ouiū mores 451	Pinguis uenter 513	Præmanſum in os in	Dedecus publicū 551

Cythonymi pro. 448	Apertæ musarū fa. 380	Alijs lingua, alijs 463	Magna ciuitas ma: 332
Cerite cera dign ^o 147	Bos alienus subin. 244	REPĒLLENTIS	OMNIA
Hic bonorū uiro. 544	Vtinā domi sim 400	Aliā quercū excu. 127	Ioca, seriacq; 261
Quē fortuna pinx. 69	DIVITVM	Tollat te gnō no. 188	ILLECEBRA mali
Adhortātis ad glo. 552	prærogatiua.	MIRA NOVA	Lotum gustauit 384
Cur nō suspēdis te 392	Felicibus sunt & tri-	Agamēnonij putei 368	Periculosū est ca. 326
MVNVS BONI	mestres liberi 179	Annus clibanum 246	CONTAGIO morū.
consulendū.	Multitudo impa. 375	Annas clibanū 573	Oscitante uno 495
Munerū animus 375	πολυαρχία 375	Cyziceni stathe. 448	Corrūpūt mores 246
Nihil recufandū 567	Nemo bene impe. 18	Carcini poemata 457	Si iuxta claudū 245
Donū quodcūq; 589	Bonus dux, bonum	Cornicū oculos 93	COMMODO MA
Arripiēda quæ of. 561	reddit comitem 212	ἀπ' ἀνεσφυσίωμ 601	gno emptum.
LIBENTER	Vmbra 21	Glauciars 394	Vale charū lumē 630
Obuijs ulnis 411	Recipe animū 569	Cercyrea scutica 284	TVMVLTVS
REFVGIVM	Arbore deiecta 450	Tenui filo 370	Tyria maria 627
Abdera pulchra 323	Viua uox 52	Agas afellum 570	POTENTES
DOCILITAS	Annus producit 32	Ad id qd̄erat op ^o 464	In omnia potētes 617

LOCI SECVM CONGRVENTIVM ET PVGNANTIVM MATERIARVM.
NUMERVS COLUMNAS SVPERIORIS INDICIS DEMONSTRAT.

Diuitiæ 1	Inanis metus 9	Surditas 21	Votum 29
Paupertas 1	Audacia 10	Attentio & contra. 21	Spes pertinax 29
Munerū corruptela 2	Fortitudo 10	Obsecundantis 21	Excellentia, inæqua-
Forma deformitas 2	Cedēdū multitudini 10	Correctio dicti 21	litas 30
Tædiū ex iteratione 3	Liberalitas 10	Cōmodū interuersū 21	Differentiæ 31
Iteratio citra tædium 3	Tenacitas 10	Impossibilia 21	Aequalitas 31
Molesti intolerabiles 3	Hospitalitas & cō. 10	Absurda, indecora,	Vincere & uinci 31
Ingrata ob uetustatē 3	Profusio 10	præpostera 22	Victoria utriusq; trist. 31
Nupera 3	Rapacitas, auaricia 11	Inanis opera 23	Nō solus ille 31
Iteratus error. 4	Sordes & parsimo. 11	Difficultatis 25	securitatis & tutæ rei 31
Error initio 4	Perficiēdi, absoluēdi 12	Procliuitatis & con-	Cōtēptus & uilitas 32
Garulitas 4	Ab initio ad finem 13	tra. 26	Dignitatis 34
Breuiloquentia 4	Similitudinis, & con-	Nunquā 26	Proximis utendū 34
Clamorus 5	gruentiæ 13	Semper 26	Inconstantia, perfu-
Rixosus 5	Dissimilitudinis & in-	Nusquā 26	diæ, uersutiæ 35
Taciturnitas illauda. 5	congruentiæ 14	Pensatio beneficij uel	Mutandæ sententiæ 36
Laudata 5	Munus aptū ut inep. 15	officij 26	Mutati instituti 36
Infacundia 6	Infortunij exitij 15	Malum conduplica-	Fortunæ cōmutatio 36
Facundia 6	Bonæ fortunæ copiæ	tum, aut nouatū 27	Temperantia 37
Munus nō munus 6	augurij 16	Malū male uitatū 27	Intēperantia, libido 37
Exitium honestum 6	Malum accersitū 17	Malum assuetū 27	Modestia, modusq; 38
Malū immedicabile 6	Sera poenitentia 19	Mali retaliatio 27	Arrogantia, iactantiaq; 38
Industria 6	Serum remediū 19	Inæqualis pensatio 27	Philautia 39
Ignauia, inscitia 6	Damnandi 19	Alibi diminutum, ali-	Cōtrariū philautiæ 40
Ingratitudo 7	Approbandi 19	bi redditum 28	Manfuetudo 40
Gratitudo 7	Iudicandi recte 20	Frustrata spes 28	Aspitas, morositas 40
Simulatio, dissimu. 7	Aliā alijs placent 20	Desperatio 28	Occasio 40
Libertas ueritas 8	Aberrandi 20	Præter spem bonum	Sumptuosa 40
Vanitas 8	Cæcutientia 20	aut malum 28	Frugalitas 40
Curiositas 8	Perspicacitas 20	Malū uertens bene 29	Luxus & mollicies 41
Crudelitas & cōtra 9	Perspicuitas 21	Subiti interuētus 29	Lauticia 41
Timiditas ignauia 9	Obscuritas 21	Magnifica pmissa 29	Fames 41

Festinationis	42	Tristitia, laticia	50	Internicio	58	Imperitia	64
Festinatio prapropo.	42	Sollicitudo	51	Subitū exitiū	58	Conatus	64
Tarditas & cōtatio	42	Nuncius lætus	51	Totū ut nihil reliq.	58	Pertinacia	65
Salubritas	43	Minantis	51	Obluio	58	Incertus euentus	65
Insalubritas	43	Vehemētia lāguor	51	Memoria	59	Ex euentu iudiciū	65
Diuturnum	43	Amor	51	Elabendi	59	Multi	65
Hæredipetæ	43	Amicitia	52	Ex sese	59	In stupidos	65
Senium præmatu- rum, aut mors	43	Adulatio	52	Domī	59	Prælongi	66
Longæuitas	43	In delitijs	53	Fœminæ	59	Improbi	67
Iuuenta	44	Odium	53	Aequanimitas	59	Ingenij malicia & in- stitutio	67
Vita hoīs & misera	44	Ira	53	Solitudo	59	Malus uicinus	67
Prudentia	44	Inuidia, æmulatio	53	Ignoratio	59	Aperte & crasse	67
Prudentia senilis	44	Diffidentia	53	Nouitas	59	Raritas	68
Alijs sapere	45	Fraus ab amico	54	Notus	59	Concordia	68
Prudētia cōiūcta ui.	45	Diligentiæ	54	Occulta	60	Discordia	68
Instans	45	Affiduitas	54	Vices officij	60	Fuerunt, nō sunt	68
Anceps & dubius	45	Indulgentiæ	55	Fides & grauitas	60	Exilium	68
Perplexus	45	Somnolentia	55	Perfidia	60	Accessio pusilla, aut Focus	68
Decretum	46	Occupatio, ocium	55	Consilium	60	Vsura	68
Indeprehensos	46	Iusticia	55	Cū auxilio Citra au.	60	Probrum gloria	68
Metus ex cōsciētia	46	Iniusticia	55	Intēpestiua inepta	61	Munus boni cōsu.	69
Vinculū insolubile	46	Rigor	56	Tempestiua	61	Libenter	69
Vltio malefact.	46	Vis iniusta	56	Seruire temporī	62	Refugium	69
Metus pœnæ	47	Inculpatus	56	Depcātis, abominā.	62	Docilitas	69
Aliena a re	47	Temeritas	56	Execrandi	62	Diuitū prærogati.	70
Aliena curantis	48	Pudor	56	Ominandi	62	Repellentis	71
Ad rem ptinentia	48	Impudentia	56	Beneficiū corruptū	62	Mira noua	71
Lacessentis	48	Pudicitia	56	Derisio	62	Omnia	72
Insidiæ	48	Impudicitia	56	Imposturæ	62	Illecebra mali	72
Coniecturæ	48	Originis	57	Fortunata stulticia	63	Contagio morum	72
Calumnia	49	Nobilitas, obscuri.	57	Citra laborem	63	Commodo magno emptum	72
Obtrectatio & ma.	49	Degeneratiū in pei ⁹	57	Incitare	63	Tumultus	72
Causa indefensa	50	Initiū laudatū	57	Discriminis	63	Potentes	72
Carpentis seipsum	50	Proficiētū in meli ⁹	57	Alieno periculo	64		
Necessitas	50	Proprij cōmodi stu.	58	Expientia seu picl.	64		
		Lucrū ex scelere	58	Secūda expientia	64		

INDEX LOCORVM SECVDVM SERIEM LITERARVM, QVO FACILIVS LECTOR ID QVOD QVAERIT, INVENIAT.

A	Amicitia	52	Cæcutientia	20	Contra	26	
Berrandi	20	Amor	51	Calumnia	49	Cōtrariū philautiæ	40
A initio ad finem	13	Anceps & dubius	45	Carpētis seipsum	50	Correctio dicti	21
Absurda in decora prapost.	22	Aperte & crasse	67	Causa indefensa	50	Crudelitas	9
Accessio pusilla aut	68	Approbandi	19	Cedēdū multitudi.	10	Cum auxilio	60
Ad rē ptinentia	48	Arrogātia, iactātia	38	Citra auxiliū		Curiositas,	8
Adulatio	52	Aspitas, morositas	40	Citra laborem	63	D	
Aequanimitas	59	Affiduitas	54	Clamorus	5	Damnandi	19
Aequalitas	31	Attētio & cōtra.	21	Cōmodum magno emptum	72	Decretum	46
Alia alijs placent	20	Audacia	10	Cōmodū interuer.	21	Degeneratiū in pei ⁹	57
Alibi diminutū, ali.	28	B		Conatus	64	Depcātis, abominā.	62
Aliena a re	47	Beneficium	62	Concordia	68	Dēprehenſio	46
Aliena curantis	48	Beneficiū corruptū	62	Coniecturæ	48	Derisio	62
Alijs sapere	45	Bonæ fortunæ, Copiæ felicitatis	16	Consilium	60	Desperatio	28
Alieno periculo	64	Breuiloquētia	4	Cōtēptus & utilitas	32	Difficultatis	25
		C		Contagio morū	72	Diffidentia	53
						Differentiæ	31

Dignitatis	34	Ingeniū malum	67	Mira noua	71	Pudor	56	R	
Diligentiæ	54	Inconstantia, perfidia, uersutia	35	Modestia, modusq;	38	Rapacitas, auaricia	11		
Discordia	68	Inculpatus	56	Molesti intolerabi.	3	Raritas	68		
Discriminis	63	In delitijs	53	Multi	65	Refugium	69		
Dissimilitudinis & i	14	In deprehensos	46	Munerū corruptela	2	Repellentis	71		
Diuitiæ	1	Indiligentiæ	55	Munus nō munus	6	Rigor	56		
Diuitū prerogati:	70	Industria	6	Munus aptū & inep.	15	Risus	62		
Diuturnum	43	Infacundia	6	Mun ⁹ boni cōsulē.	69	Rixosus	5		
Docilitas	69	Infortunij siue exi.	15	Mutadæ sententiæ	36	S			
Domi uiuere	59	Ingenij malicia & c.	67	Mutati instituti	36	Salubritas	43		
E		Ingratitudo	7	N		Secūda expientia	64		
Elabendi	59	Ingrata ob uetustate	3	Necessitas		Securitatis & tu. rei	31		
Error initio	4	Initiū laudatū	57	Nobilitas, obscuri.	57	Semper	26		
Excellentia, inæqua.	30	Iniusticia	55	Nō solus ille	31	Seniū prematu.	43		
Execrandi	62	Insalubritas	43	Notus	59	Sera poenitētia	19		
Ex euetu iudiciū	65	Insidia	48	Nouitas	59	Serū remediū	19		
Exitiū honestum	6	Insperatum	28	Nunq̄	26	Seruire tempori	62		
Exilium	68	Instans	45	Nupera	3	Similitudinis & cō.	13		
Expientia piclita.	64	In stupidos	65	Nulq̄	26	Simulatio, dissimu.	7		
Ex sese	59	Intēperātia, libido	37	Nuncius bonus	51	Solitudo	59		
Facundia	6	Intāpestiua & inep.	61	Nuncius latus	51	Sollicitudo	51		
Fames	41	Internitio	58	O		Somnolentia	55		
Felicitatis copia	16	Inuidia, æmulatio	53	Obliuio	58	Sordes & parsimo.	11		
Festinatio	42	Ira	53	Obscuritas	21	Spes pertinax	29		
Festinatio præpro.	42	Iteratio citra tædiū	3	Obscundantis	21	Stupidi	65		
Fides & grauitas	60	Iteratus error	4	Obrectatio, male.	49	Subitum exitiū	58		
Fœmina	59	Iudicādi recte, sec ⁹	20	Occasio	40	Subitus interuētus	29		
Focus	68	Iuuenta	44	Occulta	60	Sumptuosa	40		
Forma, deformitas	2	Iusticia	55	Occupatio, ocium	55	Surditas	21		
Fortitudo	10	L		Odiū	53	T			
Fortunæ cōmutatio	36	Lacessentis	48	Ominandi	62	Taciturnitas laudata	5		
Fortunata stulticia	63	Laticia	50	Omnia	72	Taciturnitas illau.	5		
Fraus ab amico	54	Languor	51	Originis	57	Tædiū ex iteratione	3		
Frugalitas	40	Laudata taciturnitas	5	P		Tarditas & cōtati.	42		
Frustrata spes	28	Lauticia	41	Paupertas	1	Temeritas	56		
Fucrunt, nō sunt	68	Libenter	69	Pesatio bñficiū uel	26	Tenacitas	10		
G		Liberalitas	10	Perficiēdi siue absol.	12	Temperantia	37		
Garulitas	4	Libertas, ueritas	8	Perfidia	60	Tempestiua	61		
Gratitudo	7	Longauitas	43	Perplexus	45	Timiditas ignauia	9		
Hæredipetæ	43	Lucrū ex scelere	58	Perpicacitas	20	Totū ut nihil reliq	58		
Hospitalitas & cōtra	10	Luxus & mollicies	41	Perpicuitas	21	Tristitia, laticia	50		
I		M		Pertinacia	65	Tuta	31		
Ignauia, inscitia	6	Magnifica pmissa	29	Philautia	39	Tumultus	72		
Ignoratio	59	Mali retaliatio	27	Potentis	72	V			
Impossibilia	21	Malū cōduplicatū	27	Prælongi	66	Vanitas	8		
Illecebra mali	72	Malū uertēs bene	29	Præter spem bonū	28	Vehemētia, lāguor	51		
Imperitia	64	Malum assuetum	27	Probrum, gloria	68	Vices officij	60		
Impostura	62	Malū accersitū ac re.	17	Procliuitatis	26	Victoria utriusq; tri.	31		
Improbi	67	Malū male uitatū	27	Proficiētū in meli ⁹	57	Vincere & uinci	31		
Impudentia	56	Malū imedicabile	6	Profusio	10	Vinculū insolubile	46		
Impudicitia	56	Malus uicinus	67	Proprij cōmodi ftu.	58	Vis iniusta	56		
Inanis metus	9	Manfuetudo	40	Proximis utendū	34	Vita hois misera	44		
Inanis opera	23	Memoria	59	Prudentia	44	Vltio malefactori	46		
Inæqualis pensatio	27	Metus ex cōsciētia	46	Prudentia senilis	44	Totum	29		
Incertus euentus	65	Metus poenæ	47	prudētia cōiūcta ui.	45	Vsura	68		
Incitare	63	Minantis	51	Pudicitia	56	Finis			



Lim Lutetia¹ prouerbiorum, ceu sylvulam quãdam, pauculis sane diebus, nec id quidẽ admodum accurate, deniq; in summa Græcorum inopia uoluminũ cõgesseram ornatissime Gulielme Monioie, uidelicet ut tibi priuatim commentarioli uice foret, quod animaduertissem te hoc genere peculiariùs delectari. Eam quidam, sedulo quidem illo. sed sinistro, nimioq; studio meo, publicãdam etiam, ac formulis excudendam curarunt, sed adeo deprauate, ut alioqui dedita factũ opera uideri posset. Attamẽ sic cõgestam, sic editam, maior opinioẽ fauor excepit, siue is tuus, siue operis fuit genius. Tantũ autẽ adiuuenti uidebat̃ attulisse politioris literaturæ candidatis, ut plurimũ amplitudini tuæ, nõ nihil etiã industriæ nostræ debere sese faterẽtur. Proinde quo simul & superioris editionis alienam culpam sarcirem, & cumulatiorẽ munere studiosos omneis nostrũ utriq; demererer, peculiaritẽr autẽ Angliæ tuæ, indices magis ac magis gliscentia studia hac parte iuuarem, nactus iustam propemodum Græcanicorũ librorum supellectilem, idem illud operis sub incudem reuocaui, supraq; Chiliadas adagiorum treis, & centurias duas (cur enim hæc non ceu Thesauros numeremus etiam?) e plurimis autoribus in commentariũ redegĩ. Erat animus, ueluti de eodem oleo, quod aiunt, adiungere metaphoras insignes, scite dicta, sententias eximias, allusiones uenustiores, allegorias poeticas, quod omnis ea supellex adagiorum generi cõfinis esse uidebatur, ac pariter ad locupletandam, uenustandamq; orationem conducere, accuratius autem arcanarum literarum allegorias ex ueteribus illis Theologis statueram annectere, quod ibi tanq; in mea harena, proprioq; meæ professionis munere mihi uidebar uersaturus, quodq; ea pars nõ solum ad ingenij cultum, uerum etiam ad uitæ pietatem pertineret. Sed cum uiderem hanc operis partem, in tantam molem assurgere, deterritus infinita prope magnitudine laboris, reduxi calculum, & hoc cursu contentus, alij quicũq; uolet operis uices capessere, lampada trado. Me quidem huius laboris non admodum adhuc poenitet, ut qui mihi puerilium studiorum iam obsolescentem memoriã aliquã ex parte renouauit. Sed hæctenus peregrinatũ esse licere uidebatur. Cæterum in alieno negotio consensescere, magnãq; uitæ partem insumere, id neq; decorum mihi, neq; calumniã cariturum existimabam. Itaq; Theologicas allegorias, quando nostri sunt muneris, cum erit Græcorum in hoc genere uoluminũ copia, tractabimus, & hoc tractabimus libẽtius, quod uideam multis iam sæculis Theologos hac uel præcipua parte neglecta, omnem operam in quæstionũ argutis contere, re non perinde reprehendenda, nisi solum hoc ageretur. Reliquas autem partes hoc libẽtius prætermittam, quod intellexerim iam dudum suapte sponte ad eas accinctum Richardum Paceum iuuenem, ea utriusq; literaturæ scientiã præditum, ut unus omnẽ Britannia ingenio suo possit illustrare, ea morum puritate, modestiãq; ut tuo, tuiq; similitium fauore sit dignissimus. Hoc itaq; tam idoneo successore pariter fiet, ut & nos non solum nulla studiosorum iactura, uerum etiam lucro aliquo reliquũ illum laborem fugerimus, & totum hoc, quicquid est operis, uestræ Britannia debeatur. Habes quibus adductus rebus hoc operis, & hoc tantũ susceperim. Nunc quid secutus sim, paucis accipe. Ordinis uice (si modo ullus in his ordo) substituimns indicem, in quo prouerbia, quæ uelut cõsimilis monetæ, confiniaq; uidebantur, in suam quæq; tribum digessimus. In colligẽdo nec usq; adeo supersticiosi fuimus, ut uereremur adscribere, nisi quod *ῥησισμῶν*, aut eiusmodi manifestarium aliquod symbolum præ se ferret, neq; rursus ita temerarij, ut quicquid quocunq; pacto, ad aliquam adagij speciem accederet, ilico conuerteremus, ne plane, quem admodum Mida in aurum, itidem nobis quicquid forte cõtigissemus, protinus in adagium, uerti iure quis calumniari posset, Græca, quæ citamus, omnia ferme latine reddidimus, haud nescij, cum præter ueterum consuetudinem id esse, tum ad orationis nitorem inutile. Sed nostri tẽporis habuimus rationem. Atq; utinam, Græcanicæ literaturæ peritiã sic ubiq; propage tur, ut is labor meus tanq; superuacaneus merito cõtẽnatur. Sed nescio quo pacto sumus ad rem tam frugiferam cunctantiores, & quãuis eruditiois umbram citius amplectimur, q̃ id sine quo nulla constat eruditio, & a quo uno disciplinarũ omniũ sinceritas p̃det. Carminum, quorum hic infinita uis incidit, suo quodq; metri genere reddidimus, pauculis admodũ exce

ptis, nempe Pindaricis aliquot Choricisq; quod ridiculae cuiusdam anxietatis uidebam fore, si totidē syllabis ea reddidiffem, rursus ineptum, si diuersum e proxima serie genus uoluiffem affluere. In reliquis autē, quod ad metri legem attinet, rarius quidem, sed tamen aliquoties nobis idem permiffimus, quod sibi permiferunt autores, a quibus ea mutuamur, uelut in Aristophanicis trimetris, Anapæstum in paris numeri locis, in Homericis hexametris *μείουρον* ac syllabæ finalis ecstasin in prima cuiuslibet pedis arsi, & siqua sunt huiusmodi. Quod ideo duximus admonēdū, ne quis temere tāq; inscitia factum calumniaretur. Nos sane quoad licuit in tam infinita rerum turba, præsertim antiquarū, deinde in tanta codicum, cum incipia, tum uero de prauatione, deniq; tam angusto temporis spatio, quod otio nostro magis, q̄ operis ratioe metiri fuit necesse, sedulo dedimus operam, nequid ab æquo lectore desyderaretur. Restant tamen nōnulla, quæ nec mihi faciunt satis. De quibus siquid posthac compertius, uel posterior cogitatio, quæ iuxta prouerbiū melior esse consueuit, uel uberior librorū copia suppeditabit, haudquāq; pudebit *παλιμωδῆιν*, idq; ueterū exēplo. In quo siquis alius anteuertit, nostraq; castigari, huic multam etiam gratiam habituri sumus, tātum aberit, ut nobis iniuriā esse factam arbitremur. Equidē ut probo diligentia eorum, qui id conantur, ita felicitate admiror, qui præstare quoq; possint in scriptis suis, nequid Momo reliqui fiat, quod queat carpere. Nostra certe mediocritas non istud ausit polliceri, præsertim in hoc argumenti genere. Verum si quid incognitū uulgo potuimus eruere, cuiusmodi nō parum multa (ni fallor) in hoc uolumine reperies, libenter, citraq; iactantia impertimus, cōtra siquid sefellit, nō minus libetē admoneri nos patiemur, iuxta parati, uel cādide docere, quod scimus, uel ingenue discere, qd ignoramus. Neq; enim unquā mihi placuit istorū exemplū, qui pro uocula siquā inuenerint, perinde quasi Babylonas cœperint, ita gestiunt, exultant, triumphant, officiiq; suum studiosis uelut exprobrant. Rursus siquis uerbo dissentiat, ibi nō aliter, atq; pro focus, arisq; digladiātur. Spes est autē, ita uel maxime candido lectori probatū iri uigilias nostras, Siquidē tu eas, fronte, qua soles acceperis, unice studiorū meorū Mecœnas. Nam quo alio uerbo breuius, pleniuse complectar, uel tuū istum tam singularem in nos animū, uel laudū tuarū summā? Qui quidem es unus pulcherrimo illo, Apulei dignus elogio, inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter utrosq; optimus, illud ad hñciendum, inter omneis modestissimus. Ut enim antiquā generis claritate eruditione, eruditionē miro uitæ candore decorasti, sic his omnibus omniū pulcherrimū apicem & colophonē (ut aiunt) addidisti, admirabilem animi modestiam. Quin istud tibi absolutæ laudis, & uel longissimi Encomi instar fuerit, placuisse Regi, non modo quos nostra uidit ætas, sed quos ueterum etiam annales referunt, cordatissimo, quæq; præcipua regum uirtus, in deligendis, quos diligat diligētissimo. Quāquā autē is mos est scriptoribus, ut eorū laudibus quibus suas nuncupant lucubrationes bonā præfatiōis partem occupent, & hoc ueræ uirtuti præmiū deberi uidetur. ut eius memoria posteritati consecratur, id quod nō alijs monumentis rectius fit, q̄ libris, mihi uero tantus uere, citraq; fucū laudandi campus patebat, quantus aliorū memini, tamen quoniā & mea simplicitas tibi nō ignota, nō ab adulatione tantū, uerū ab omni blandiloquentiæ specie uehementer abhorret, & tua singularis modestia nihil minus pati solet, q̄ laudes etiam modestissimas, prætermiffis his ad adagiorū tractationē accedemus, quā quidē uisum est, a finitione, iuxta philosophorū præceptum auspiciari. Tu lege, ac uale, uel interim potius, q̄ maxime mecum esto.

ERASMI ROTERODAMI PROVERBIORVM CHILIAS PRIMA.

¶ Quid sit Parœmia



Parœmia (definitore Donato) est accommodatum rebus, temporibusq; prouerbiū. Diomedes autē finit hunc ad modum, Parœmia est prouerbiū uulgaris usurpatio, rebus, temporibusq; accommodata, cum aliud significatur, q̄ dicitur. Apud Græcos scriptores uaria feruntur finitiōes. A nōnullis scribitur hoc pacto, *παροιμία ἔστι λόγος ὠφέλιμος ἐν τῷ βίῳ ἐπικρύψαι μεθ' ἑαυτῶν ἢ ἐν αὐτῷ, id est, Prouerbiū est sermo ad uitæ rationē cōducibilis, moderata quadā obscuritate, multam iu sese cōtinens utilitatem. Ab alijs hoc finitur modo, παροιμία ἔστι λόγος ἐπικαλύπτων τῶν σαφῶν ἀσαφῶν. Prouerbiū est sermo rem manifestam obscuritate tegens.*

Nec; me clam est, cōplures alias, & apud Latinos, & apud Græcos paroemiā finitiōes extare. Verum eas omneis hic referre, nō arbitratus sum operapreciū fore, cum quod in hoc opere, præcipue propositū sit, breuitatē illam, quā a docete requirit Horatius, ubiq; quoad licebit sequi, tum qd eandē fere cantilenā canūt, eodēq; recidunt, maxime quod inter tam multas, nulla reperitur, quæ usm, naturāq; prouerbij sic cōplectat, ut nō aliquid uel redundet, uel diminutum sit. Siquidē Donatus, ac Diomedes (ut interim alia nō excutiam) in omni paroemia require uident inuolucrū aliquod, ut qui eā allegoriæ speciē fecerunt. Deinde γνωμικόν, id est, sententiale quiddā expectant, cū addunt, rebus tēporibusq; accōmodatum. Græcorū item quot quot sunt finitiōes, aut sententiā ad uitā instituēdam cōducibilem, aut metaphoriæ tectoriū admiscēt. Quædā utrūq; cū altero cōiungūt, Atqui p multa reperias, apud ἀκνήτους, id est neuitiū uiolandæ autoritatis scriptores, prouerbij nomine citata, quæ nulla methaphora tegatur. Rursum nō pauca quæ nihil omnino ptineāt ad institutionē uitæ, & a sententiæ ratioē, prorsus ἐκ διαμέτρων, (quod aiunt) dissideant. Exempla pro multis duo suffecerint, μηδὲν ἄγασθαι, id est, nequid nimis, nemo nō ponit inter adagia. Nihil tamē habet integumētī. Et τίς ἄρ' ἀπὸ δύρας ἀμάρτησιν, hoc est, Quis abiret a foribus, ab Aristotele, paroemiæ titulo refert. At id non uideo qd cōferat ad uitæ rationē. Iam uero nō omne puerbiū allegoria quapiā tegi, uel ex Fabio liquet, cuius hæc uerba sunt, libro institutionū quinto. Cui confine est paroemias genus illud, quod est, uelut fabella, breuior, Videlicet palā indicat, & alia paroemiarū esse genera, quæ nō sint allegoriæ cōfines. Quāq; haud inficias iuenim, maximā adagiorū ptē aliqua metaphoriæ speciē fucatam esse. Tum optimas fateor eas, quæ pariter & translationis pigmēto delectent, & sententiæ p sint utilitate. Verum multo aliud est cōmendare paroemiam, & quamnam sit optima demonstrare, aliud quid ea sit in genere definire. Mihi (quod grammaticorū pace fiat) absoluta, & ad nostrum hoc institutum accōmodata, paroemiæ finitio tradi posse uidetur ad hūc modum. Paroemia est celebre dictum, scita quapiā nouitate insigne. Ut dictum generis, celebre, differentiæ, scita quapiam nouitate insigne, proprij uicem obtineat. Quandoquidē his tribus partibus, perfectam constare definitionē Dialecticorum consensus est.

Quid Paroemiæ proprium, & quatenus.

Itaq; peculiariter ad prouerbij rationē pertinent duo, τὸ θυλακόμενον ἢ καινότης, hoc est uti celebratum sit, uulgoq; iactatum. Nam hinc etiā paroemiæ Græcis uocabulū uidelicet ὁπὸ τοῦ οἴμου τὸ ὀδὸς ὡσπερ ξίμμα ἢ παροδικόν, quod passim per ora hominū obambulet, & adagij Latinis, quasi dicas circumagiū, autore Varrone. Deinde scitum, & aliqua, ceu nota discernatur a sermone cōmuni. Nec; enim protinus, quod populari sermone tritū sit, aut figura nouatū, in hunc catalogū adlegimus, sed quod antiquitate pariter & eruditione commedēt, id enim scitum appellamus. Quibus ex rebus accedat nouitas adagijs, mox ostendemus, Nūc quot modis celebritas contingat, paucis indicabimus. Veniunt igitur in nulgij sermonē, uel ex oralibus numinū, quod genus illud, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, id est, neq; tertij, neq; quarti. Vel a Sapientū dictis, quæ quidem antiquitas oraculorū instar celebrauit. Quale est illud δύσκολα τὰ καλά, hoc est, ardua quæ pulchra, Vel e Poeta quopiā, maxime uetusto, ut Homericum illud, βεχθὲν δέτε νήπιος ἔγνω, id est, Rem factā etiā stultus intelligit. Itē illud Pindaricū, πρὶ κέντρον λακτιζέμεν, id est, Contra stimulū calcitrare. Et illud Sapphus μήτε μὲν μήτε μέλισσα, id est, Nec; mel mihi, neq; apis. Siquidē dum linguæ adhuc incorruptæ mauerent, Poetarū uersus in conuiujs etiā canebant. Vel e scena, hoc est Tragicorū & Comicorū actis fabulis, quod genus illud ex Euripide, ἄνω ποταμῶν. Rursum illud ex Aristophane, βάλλ' ἐς κόζακας. Præcipue uero Comœdia, mutuo quodā cōmercio, & usurpat plerāq; iactata uulgo, & gignit, traditq; uulgo iactanda. Nōnulla ducunt ex fabularum argumentis, ut ἄπολκτος πίθος ex Danaidum fabula, Ἀδου κωῆς, Orci galea, ex fabula Persei. Quædā trahunt ex apologis, e quibus illud, At non uideamus, mantica qd in tergo est. Aliquot ex euentu nascunt, sicut hoc ἄλλα μὲν λεύκωμ, ἄλλὰ δὲ λεύκωγος ὄνος φέρει, id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. Ex historijs aliquot mutuo sumpta sunt, quorū est illud, Rhomanus sedēdo uincit. Quædā pfecta sunt ex apophthegmatis, hoc est, scite, breuiterq; responsis. Sicut illud, ὅς ἀντὶς ἀντὶμ οὐκ ἔχει, σέμου δέλα. i. Qui se met ipse nō habet, Samū petit. Sunt quæ ex uerbo temere dicto sunt arrepta, uelut, οὐ φροντιστὶς ἢ ποκλείδρι id est, Nō est curæ Hippoclididi. Deniq; mores, ingeniū, seu gētis, siue hois alicuius, siue etiā animātis, postremo rei quoq; uis quapiā insignis, ac uulgo nota, locū fecerūt adagio. Cuiusmodi sunt, σύροι πρὸς φοίνικας id est, Syri cōtra Phœnices, ἀκίβηρ, p eo, qd est sicte recusa

re, quod accipere cupias, & ἀλώπηξ οὐ δ' ὠροδοκείτη, id est uulpes non capitur humeribus, & δὲ κράμβη δάναρος. Bis Crambe mors, & κληματὶς αἰγυπῆια, Clematis Aegyptia.

Quibus ex rebus accedit nouitas paroemiae.

Iam quod de nouitate diximus, id ne utiquam simplex est. Nam hanc nonnunquam ipsa res se cum adfert, ut κροκοδείλου δάκρυα, Crocodili lachryme. Nonnunquam eam figura conciliat, cum per omnes ferme schematum species adagium uarietur, quas singillatim persequi non est necesse. Eas duntaxat attingam, quas frequentissime recipit. Metaphora pene semper adest. Multas autem parteis ea complectitur. Allegoria non minus crebra, quanquam & haec quibusdam metaphora species est. Exemplum prioris, Res omnis in uado est, Posterioris, λῆκος ἔχανεμ, Lupus hiat. Nec infrequens hyperbole, uelut, γυμνότερος λεβήιδος, id est, nudior exuuiio serpētis. Nonnunquam usque ad aenigma peruenit, quod (auctore Quintiliano) nihil aliud est, quam obscurior allegoria, quod genus πάλειον ἤμμοσι πάντες, Dimidiū plus toto. Nonnunquam allusio Venerem adiungit paroemiae, ueluti βάλλ' οὕτως. Sic ferito, & σὺ δὲ δ' ἄνερχομένω, id est duobus simul eūtibus, & ὑπὲρ οὐρανῶν μετὰ τοῖς κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται, id est, adibus in proprijs, quae recta ue praua ue fiant. Aliquoties αὐτὴ γλῶττα, id est uerbi proprietates, prouerbij simulacrū addit, ut ὠγύγιον κακόν, id est ingēs malum. Fit interdū, ut ipsum ἀμφίβολον, hoc est, ambiguitas decus apponat prouerbio. Cuius generis est βὸς ἐπὶ γλώσσῃ, Bos in lingua, & ὄσα μῦς ἐν πύσῃ, Quaecūque mus in pisa. Siquidem bos & animal significat & nomisma. Mus item animantis est nomen, & idē athlete cuiusdam uocabulum. Et pisa nomē urbis, accessione literulae auctum, picem significat πύσα. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas, paroemiā efficit, ut ἐν ὄνῳ ἀλήθεια, In uino ueritas. Nam si dicas, ebrios uera loqui, non uidebitur adagiū. Item si dicas, Sine cibo & potu, languet libido, non habebit adagiū faciē. Contra, Sine Cerere & Baccho friget Venus, nemo non agnoscit adagiū specie. Quamquam haec ipsa nouitas, ut omnia alia, proficit a figura. Decorat interim & antiquitas, ut ἔγνια πάρα δ' ἄτη. Spōde, praesto est iactura. Denique in paroemijs omnes τ' γελοίου, id est, ridiculi formas inuenies. Sed haec minutim persequi, molestae cuiusdam diligentiae fore uideatur. Tametsi de figuris prouerbialibus paulo post, aliquanto copiosius dicturi sumus.

Quomodo paroemia differat ab his, quae uidentur illi cōfinia.

Sunt autem quaedam affinia paroemijs, puta γνώμαι, quas nostri sententias appellant, ad haec αἴνοι, qui a nostris apologi uocantur, tum ἀποφθέγματα, quae latine breuiter ac scite dicta, uertere licent. Praeterea σκώμματα, id est false dicta. Denique quicquid allegoriae, aut aliam quampiam figuram puerbialem, ceu personam praese gerit. Ea tametsi difficile non sit, ab adagiorum genere secernerre, aliquis ad finitionem tanquam ad gnomonem, & regulam unumquodque norit applicare, tamē quo facilius satis etiam imperitoribus, haud grauabor, rudius & pinguiore (quod aiunt) Minerua, rem explicare, ut plane constet, quid in hoc opere sum sequutus. Primum inter sententiam & paroemiam eiusmodi ratio est, ut utraque cum altera coniungi, utraque rursus ab altera queat seiungi, non aliter, quam album ab homine. Vt enim non statim album, quod homo, neque, prout homo, quod album, nihil tamē uetat id album esse, quod sit homo, ita non raro fit, ut sententia paroemiā complectatur, at non statim quod paroemia fuerit, idem erit & sententia, neque contra, uelut, Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet, & Pascitur in uicis liuor, post fata quiescit, non ut sententiae sunt, ita sunt & adagia. E diuerso, Ego in portu nauigo, ut est prouerbium, ita sententia non est. Rursum μὴ παιδί τινὲ μάχαιρα, id est ne puero gladium, pariter & paroemiam sententiaque rationem complectitur, denique & allegoriae. Neque defuere tamē, potissimum apud graecos, qui grauari non sunt, operam in hoc genere sumere, γνωμολογίαν, id est sententiarum collectionem describentes, inter quos praecipuus Ioannes Stobaeus. Quorum ego certe labore praeparim libentius, quam aemulari uelim. Sed ad reliqua. Αἴνον Aphthonius in progymnasticis, simpliciter μῦθον, id est fabulam uocat. Huius sunt (ut ait) uaria ex inuētoribus cognomina, σθεαρῆτης, κίλιξ, κύπριος, αἰσώπιοι. Quintilianus αἴνον a Graecis appellatum λόγον μυθικόν, & αἰσώποικτον, a Latinorum nonnullis apologationem, non satis in usum recepto nomine. Neque negat αἴνον paroemiam cōfinem esse, uerum ita distinguit, ut αἴνος totus sit apologus, paroemia ueluti fabella breuior. Exempli loco posuit. Non nostrum onus, bos clitellas. Ad hunc quidem modum usurpauit Hesiodus, γὰρ δ' αἴνον βασιλεὺς ἔρεω, νοέουσι καὶ καὶ πρὶς ὧδ' ἔρηξ προσέειπε μὲν ἀκρόνα ποικιλόδ' ἄρον, id est, Aenon principibus referam, norint licet ipsi. Vocalem accipiter sic affatus philomenam est. Utitur eundem ad modum & Archilochus & Callimachus. Etiam si Theocritus ἐν κωμίσκαις, αἴνον pro paroemia uideat usurpasse, Αἴνος δὲ λέγεται κωμῆς, ἔβα καὶ τ' αἴνος ἀμύλαμ. Iam uero apophthegmata, non alio discrimine dissident a paroemijs, quam

sentētiā. Quemadmodū enim illud ὅς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμην δέλει. simul & adagiū est & apophthegma, Ita illud Simonidis ad quendam in cōiuiū tacentē, εἰ μὲν ἡλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα πρῶτος, εἰ δὲ σοφὸς, ἡλίθιος, id est, Siquidem stultus es, sapientē rem facis, Si uero sapiens, stultam. Item illud, Decet cæsaris uxore, nō solam crimine, uerum etiā criminis suspitiōe uacare. Apophthegma quidem est, at nō item paroemia, Item, Soles duabus sedere sellis, simul & prouerbiū & λογιώριον est. Contra, Mater nunquā, pater persape. Item illud, Turonij ad molas sunt, σκώμματα quidem est, at non item adagiū. Quāquā sunt in hoc genere quædam, adco cōmode dicta, ut facile possint in adagiorū ordinem ascisci, uelut illud, μέγχι βωμῶν φίλος ἐμί id est, Vsq; ad aras sum amicus. Ad est enim simul & breuitas, & sententia, & figura. Hæc paulo uerbosius inculcauimus, ne quid a nobis in hoc expectet opere, nisi quod sub paroemiā cadit appellationē, neue quis per negligentiam præteritū existimet, quod prudētes, consultoq; tanq; ab argumento alienum prætermisimus.

Commendatio prouerbiorum a dignitate.

Porro autē ne quis hanc doctrinæ partē, tāq; nimīū humilem & impendio facilem, peneq; puerilem fastidiat, atq; aspernetur, paucis exponā, quantū hæc (sicuti uident) minutula, apud antiquos illos obrinuerint dignitatis. Deinde quantū adferant cōmoditatis, si quis in tempore, sciteq; utatur. Postremo nō usq; adeo cuiuslibet esse, recte prouerbijis uti. Principio cognitionē adagiorū nō in postremis habitam apud summos uiros, uel illud sat argumēti puto, qd̄ primi nominis autores nō indigna duxerint, de quibus diligenter uoluminibus aliquot conscriberent. Quorū primus est Aristoteles, nimirū tantus philosophus, ut unus hic pro multis suffecerit. Reliqui is (teite Laertio) de paroemijs uolumen unū. Chrylippus item ad Zenodatum, duos de prouerbijis libros cōscripsit. Scripsit eadem de re Cleanthes. Quorū uirorū labores si extarent, nobis non fuisset necesse, tanto sudore, quædam ex minutis istis scriptoribus, & iisdem ut indiligētibus, ita deprauatissimis etiā, explicari. Repcriuntur nōnulla prouerbiorū collectanea, Plutarchi nomine, sed pauca, eaq; ferme nuda. Inter paroemiographos, subinde citatur, tum ab alijs, tum ab Athenæo in Dipnologia Clearchus solensis. Deinde, Zenodotus, qui Didymi, Tharthæiq; paroemias in compēdiū redegit. Citatur & Theophrastus in prouerbijis in cōmentariolis Demosthenis. Vnde liquet & illos his de rebus cōmentarios reliquisse. Neq; me fugit id operis Zenobij nomine circūferri. Verū quoniā inuenio quædā apud Aristophanis interpretē, Zenodoti eius, qui Didymū ac Tarrhæum in compēdiū redegerit nomine relata, quæ ad uerbū in huius cōmentarijs legunt, uelim mihi citra fraudem esse, quod is quocūq; fuerit nomine (quid enim refert?) in hoc opere Zenodoti titulo adducatur. Hic præter alios, Mylonem quendā paroemiographū allegat. Citatur & Damon q̄spiam qui multos libros uidet cōposuisse, Nam citatur liber quadragesimus. Extāt & Diogeniani collectanea. Suidas, qui & ipse in hoc numero ponendus est, Thæetæum quædā adducit, qd̄ de prouerbijis cōscripsit. Sed quid ego hos, cum sapientes illi Hebræi, nō dubitarint hoc titulo libros aliquot edere, & arcani numinis adoranda mysteria paroemijs includere. In quibus eruditis tot tantorū theologorū ingenia defudarunt, hodieq; defudant. Nec illud argumentum leue, quod inter bonos autores, ut quisq; fuit eruditissimus, eloquentissimq; ita quāplurimū adagiorū suis libris asperlit. Et ut a Græcis exordiar, quid magno illo Platone, ne dicā diuino, παροιμιωδῆσιον, ut sic dixerim? Aristoteles, serius alioqui philosophus, haudquaq; grauat, suis illis disputatiōibus paroemias crebras ceu gemmulas intertexere. Quem quidē sicut in cæteris, ita hac quoq; in parte Theophrastus est æmulatus. Plutarchus grauis, sanctusq; ac pene tetricus autor, quā multis undiq; scatet adagijs. Quē ne piguit, inter problemata, quædam paroemias, & pponere, & excutere, idq; Aristotelis exēplo, lam ut ad Latinos ueniā, omissis utroq; in genere grāmaticis, ac poetis, nisi si q; in his M. Varronē existimat annumerādum, qd̄ Menippeis illis suis, prouerbiales indidit titulos, ut plane consentaneū sit illū argumēta fabularū, nō aliunde, q̄ a prouerbijis sumpsisse mutuo. Rhomani principes nō existimarunt inferioris esse maiestate imperiali, ut magnis de rebus cōsulti, prouerbio respōderēt, qd̄ etiā nūc extat in Digestis, οὐτε πάντα, οὐτε πάντα, οὐτε παρὰ πάντων, id est, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Deniq; q; ausit hoc genus fastidire, cū uideat sacrorū uatū oracula quædam, prouerbijis cōstare. Quorū de numero est illud, Patres nostri comederūt uuam acerbā, & dentes nostri obstuperūt. Quis nō etiā ueneret ut rem quāplā sacrā, & mysterijs accōmodatā, cum ubiq; nobis imitandus Christus ipse, peculiariter hoc sermonis genere delectatus fuisse uideatur?

Apud Græcos hoc adagiū fert̄, ἐκ τοῦ καρποῦ δὲ δένδρου γινώσκω, id est, E fructu arborē iudico. Apud Lucā item legit̄, οὐ γὰρ ὄβρι δένδρου καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρὸν, οὐδὲ δένδρου σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν, id est, Nō em̄ est arbor bona, quæ fructū faciat uitiosum, neq; arbor uitiosa, quæ fructū faciat bonū. Apud Græcos Pittacus philosophus cōsultorē suum ad pueros turbine ludentes mittit, a quibus de ducenda uxore prouerbio doceat̄, audiatq; πλὴν ἢ τῆσάντην ἔλα, Christus puerorum citat parœmiam, sic in foro ludentium. καλὴ σάμυξ ἢ μῆτρ, ἢ οὐκ ὠρχήσασθε ἐδρηνίσσασθε ἢ μῆτρ, ἢ οὐκ ἐκλάσασθε, id est cecinimus uobis tibijs, & non saltastis, cecinimus lugubre, & nō plorastis. Cui simillimū est illud Theognidis (si sacra licet conferre profanis) οὐδὲ γὰρ δὲ θεῶν, οὐθ' ἄνω πάντας ἀνδάνει, οὐτ' ἐπέχωμ, id est, Neq; enim Iuppiter, neq; pluens omnibus placet, neq; abstinens. Quod si quem mouet antiquitatis autoritas, nullum doctrinæ genus antiquius fuisse uidetur, q̄ parœmiarum. In his ceu symbolis tota ferme priscorum philosophia continebatur. Quid aliud ueterum illorum sapientum oracula, q̄ prouerbia? Quibus tantum honoris habitum est olim, ut non ab homine profecta, sed cœlitus delapsa uiderentur. Hoc uerbū (inquit Satyricus) e cœlo descendit γινώδι σὲ αὐτὸν, id est, Nosce te ipsum. Proinde pro foribus templorū ueluti dignaldijs inscribebant̄, passimq; columnis, ac marmoribus in scalpta uisebatur, tanq̄ immortalī digna memoria. Quod si minutula quæpiā res uidetur adagiū, meminimus ista nō mole, sed precio æstimari oportere. Quis enim sanus non pluris faciat gemulas quasdā perpusillas, q̄ laxa quædā ingentia? Et ut (autore Plinio) in minutissimis animatibus, uelut araneolo culiceq; maius est naturæ miraculū, q̄ in elephanto, si quis modo propius contemplet̄, itidem in re literaria, nō nunq; plurimū habent ingenij, quæ minima sunt.

Ad quot res utilis parœmiarum cognitio.

Reliquum est, ut paucis ostendamus, non minus utilitatis inesse puerbijs, q̄ olim adfuerit dignitatis. Conducit autē parœmiarū cognitio, cum ad alia permulta, tum potissimū ad quatuor, ad philosophiā, ad persuadendū, ad decus & gratiam oratiōis, ad intelligēdos optimos quosq; autores. Principio ne cui mirū uideat̄, quod puerbia dixerim ad philosophiæ scienciā pertinere, Aristoteles apud Synesium, existimat nihil aliud esse parœmias, q̄ reliquias priscæ illius philosophiæ, maximis rerum humanarū cladibus extinctæ. Easq; seruatatas esse, p̄tim ob cōpendiū breuitatēq; partim ob festiuitatē ac leporē. Ideoq; non segniter nec oscitanter, sed pressius, ac penitus inspiciendas, subesse enim uelut igniculos quosdā uetuste sapientiæ, quæ in peruestigāda ueritate multo fuerit perspicacior, q̄ posteriores philosophi fuerint. Plutarchus item in cōmentarijs, cui titulum fecit, quo pacto sint audiēdi poeta, ueterū adagia simillima putat sacrorū mysterijs, in quibus maxime quæpiā res, ac diuinæ, minutulis, & in speciē pene ridiculis cerimonijs significari solent. His euim tā breuibus dictis, per inuolucrū quoddam eadē innui, quæ philosophiæ principes tot uoluminibus tradiderunt. Neq; enim aliud sibi, uelle parœmiā illam Hesiodiā, πλέον ἡμῶσι παντὸς, q̄ qd Plato tum in Gorgia, tum in libris politicis, tā multis argumētis conatur ostendere, βέλτιον εἶναι δ' ἐδικεῖσθαι τῷ ἀδικεῖν, id est, Satius esse iniuriā admittere, q̄ iniuriā inferre. Quod autem unquā dogma proditum est a philosophis, uel ad recte instituendam uitam salubrius, uel Christianæ religioni uicinius? At rem tantam, uidelset, tantillum prouerbium cōplectitur πλέον ἡμῶσι παντὸς, id est, Dimidiū plus toto. Nam qui totum aufert, is alterū fraudat, ut cui nihil reliqui faciat. Contra, qui dimidiū dumtaxat accipit, is aliqua parte fraudatus uidetur. Præstat autem fraudari, q̄ fraudare. Præterea si quis pythagoricū illud, κοινὰ τὰ ἅν' ὀλίγωμ, id est cōmunes res amicorum, diligētius penitiusq; discutiat, nimirū inueniet in tam breui dicto, felicitatis humanæ summā esse comprehensam. Quid enim aliud ait Plato tot uoluminibus, q̄ ut cōmunitatem persuadeat, & huius autorem amicitiam? Quæ si mortalibus persuaderi queat, ilico cessant e medio, bellum, inuidia, fraus. Breuiter uniuersum malorū agmen simul e uita demigret. Quid aliud egit princeps nostræ religionis Christus? Nimirum unicū dūtaxat præceptū mundo tradidit, charitatis, admonēs ab ea una, summā & legum & pphetarū pendere. Aut, quid aliud hortat̄ charitas, q̄ ut omniū, omnia sint cōmunia? Videlicet, ut amicitia coagmentati cū Christo, glutino nimirū eodem, quo ille cum patre cohæret, absolutissimā illam cōmunionem, quoad licet imitantes, per quam ille & pater idem sunt, nos item idem cum illo simus, & ut ait Paulus, unus spiritus, & una caro cum deo efficiamur. Iamq; amicitia iure, omnia illi nobiscū, omnia nobis cum illo sint cōmunia? Deinde paribus amicitia uinculis alij cū alijs inter nos copulari, uelut eiusdem capitatis membra, tanq̄ idem & unū corpus, eodem animemur spiritu, ijdem dolea-

mus, iisdē gaudeamus. Id qđ etiam mysticus ille panis e plurimis granis in eadē coactus farina, & uini potus e multis racemis in eundē liquore confusus, admonet. Postremo, ut cū sūma rerū creaturarum sit in deo, deus uicissim in oibus, omniū uniuersitas, uelut in unū redigat. Vides quantū Philosophiæ, uel Theologiæ magis Oceanū, nobis parœmia tantilla aperuit.

Ad persuadendum conducere prouerbia.

Quod si cui satis non sit ipsum sapere, uerum etiā alijs persuadere cupiat, qđ non inutilis sit hæc prouerbiorum supellex, uel Aristoteles ipse satis declarat, qui nō semel in Rhetorices præceptis, parœmias inter testimonia cōnumerat. Quemadmodū, inquit, si quis suadere uelit, ne cum homine sene copulet aliquis necessitudinem, utetur huius prouerbij testimonio, *μη ποτ' εὐ εἶδ' εἰμ γέροντα*, id est, ne unq̄ benefacias seni. Rursum si quis persuadere studeat, ut liberos item interficiat, qui parentē occiderit, huic usui futurū est hoc prouerbiū, *μηπιος δε πατ' εἶσα κτείνου, παῖδας καταλείπεις*, id est, Stultus qui patre occiso, filios relinquit. Quātum autē adserat ad psuadendi facultatē momenti testimonia, cui non cognitū est? Neq̄ mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoq̄ idem prouerbia collocat. Quintilianus item in institutionum libris, cō pluribus locis prouerbiorū mentionē facit, tanq̄ non una ratione, ad benedicendum conducentiū. Nam quinto libro parœmias exemplis adiungit, ut parem cum illis uim obtinētes, quorū est uel præcipua. Rursum easdē codē in libro, in argumentorum genere collocat, quas græci *κρίσεις* appellant. Quorū & frequentissimus usus, & ad persuadendum, mouendumq̄ nō mediocris utilitas. Quin magis ipsa Fabij uerba libet adscribere. Ne hæc quidem (inquit) uulgo dicta & recepta psuasionē populari, sine usu fuerint testimonia. Sūt enim quodāmodo uel potētiora etiā, quod non caulis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantū dicta, factaq̄, quia aut honestissima, aut uerissima uidebant. Pauloq̄ inferius. Ea quoq̄, quæ uulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctore habent, uelut omniū fiunt. Quale est, Vbi amici, ibi opes. Et cōscientia mille testes. Et apud Ciceronē, Pares cū partibus (ut est in ueteri, prouerbio) facillime cōgregant. Neq̄ enī durassent hæc in æternum, nisi uera omnibus uiderent. Hactenus Fabij uerba retulimus. Idem autē paulopost, deorū oracula parœmij subnectit, uelut his affinia, cognataq̄. Iam quid, M. Tullius, nōne in actione p. L. Flacco, prouerbio fidē testibus abrogat? Id est huiusmodi *ἐν καρι τὸ κίνδυνον*, id est, in Care periculum. An nō in eadē totius gentis græcorū, in ferendis testimonijs fidē cleuauit? hoc prouerbio, Da mihi testimoniū mutuū. Quid, quod ipsi etiam philosophi passim suas rationes prouerbij fulciunt? Quo minus mirandū, si frequēter historiographi, narrationis fidem ex adagio quopiam petūt. Adeo quod in litteris intercidit, qđ titulis, quod colossis, qđ marmoribus seruari nō potuit, prouerbio seruat incolume. Ut & hanc obiter adagiorū landē indicē. Deniq̄ nō grauat diuus Hieronymus euangelicā sententiā adagij uulgati testimonio cōfirmare, Diues, aut iniquus, aut iniqui hæres. Ne Paulus quidē ipse dedignatur locis aliquot prouerbiorū uti testimonijs, neq̄ iniuria. Etenim si *τὸ πιθανόν*, id est probabilitas, ad persuadendum, uel primas obtinet partes, Quid (quæso), pbabilius, qđ quod nemo non dicit? Quid uerisimilius, qđ id, quod tot ætatū, tot nationū consensus, & uelut idem suffragiū cōprobauit? Inest nimirum, inest in his parœmij, natia quædā & genuina uis ueritatis. Alioquin qui fieri potuit, ut eandem plarumq̄ sententiam in centum dimanasse populos, in centum uideamus trāssusam linguas, quæ ne tot seculis quidem, quibus nec pyramides obstiterunt, uel interierit, uel cōsenuerit? Ut merito dictum illud uideatur, Veritate nihil esse robustius. Deinde fit, nescio quo pacto, ut sententiā prouerbio, quasi uibrata, feriat acrius auditoris animum, & aculcos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nam longe minus tanget animum, si dixcris, caduca & breuis est hominis uita, qđ si prouerbiū cites, homo bulla. Postremo quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarum, quæ nullis argumentis dissolui queant, ioco eludi, id uel maxime præstat parœmia.

Ad ornatum conducere parœmiam.

Porro quantū uel dignitatis, uel ueneris adiungat orationi tempestiuus prouerbiorum usus, non arbitror pluribus explicandū. Primū enim quis non uidet quantū maiestatis, uel ex ipsa antiquitate conciliet orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinē ac sublimitatem apponat sermoni, rursum si quod ad gratiam dictionis facit, deniq̄ si qua ratio festiuitatis, cū parœmia plarūq̄ p omnes figurarū species, per omnes facetiarū formas uariet, nimirum quicquid illa solēt adferre, conferet, ac genuinam quandā, peculiarēq̄ gratiā de suo insuper adiū.

get, Proinde si scite & in loco intertextantur adagia, futurum est, ut sermo totus, & antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, & figurarū arrideat coloribus, & sententiarum nitescat gemmulis, & festiuitatis cupedius blandiatur, denique nouitate excitet, breuitate delectet.

Ad intelligendos autores conducere parœmiam.

Iam ut non sit alius parœmiarum usus, certe ad intelligendos optimos quosque, hoc est uetustissimos autores, non utiles modo sunt, uerum etiam necessaria. In quibus cum pleraque sunt deprauata, tum hæc uel deprauatissima sunt. Propterea quod fere ænigmaticum quiddam habent, ut etiam a mediocriter eruditis non intelligantur, tum quod plerumque uelut ex abrupto interferuntur, nonnunquam etiam mutilatim, ut ἄνω ποταμῶν, id est, sursum fluminum. Aliquoties unico uerbo notantur, ut apud, Ciceronem in epistolis ad Atticum, subueni quaeso, dum est ἀρχή, id est, principium. Indicat autem illud prouerbium ἀρχὴν ἰσθλαῖ πολὺν λῳισμόν ἢ τελευτήν, id est, principio mederi multo melius, quam fini. Hæc itaque multum offundunt tenebrarum, si ignoretur. At rursum lucis plurimum adferunt, si fuerint intellecta. Hinc illæ tum Græcorum, tum Latinorum codicum prodigiosa deprauationes, hinc foedi interpretum lapsus, græca latine uertentium, hinc quorundam etiam eruditorum, in enarrandis autoribus ridicula somnia, meraque deliramenta. Quorum equidem hoc loco nonnulla referrem, nisi placabilius iudicarem, meoque accommodatius instituto, ut nostris perlectis commentariis, sua cuique cogitatio suggerat, quâ opere magni nominis scriptores quibusdam in locis delirarint. Denique fit nonnunquam ut scriptor tacite ad prouerbium alludat, quod si nos fugerit, etiam si uidebitur intellecta sententia, tamen magna uoluptatis pars aberit, ignorata parœmia. Quod genus est Horatianum illud, Equus ut me portet, alarum rex. Et apud Vergilium, Fatis nunquam concessa moueri, apparet Camerina procul. Subest enim in illo prouerbium ἴππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ ξέρει, in hoc, μή κινῆν τὴν καμαρίνην.

Commendatio a difficultate.

Quod si iuxta prouerbium, δύσκολα τὰ καλά, eaque uulgo ceu uilia fastidiuntur, quæcunque facilia uidentur, ut de me interim nihil dicam, quantis sudoribus opus hoc mihi constiterit, ne quisquam arbitretur usque adeo procliuue, uel intelligere uel sermoni parœmiam intexere. Siquidem ut non mediocres est artificij, gemmulam scite includere anulo, & aurum purpuræ intertextere, ita non est (mihi crede) cuiusuis parœmiæ apte, decenterque orationi inserere. Quodque Fabius scribit de risu, nihil affectari periculosius, idem de prouerbio non iniuria dixeris. Etenim in huiusmodi, quemadmodum & in musica, nisi summum præstes artificem, ridiculus sis, & aut laudem eximiam, aut risum auferas, oportet.

Quatenus utendum adagijs.

Proinde quateuis quibusque modis uti conueniat adagijs, indicabimus, ac primo loco meminisse oportebit, ut quod eleganter Aristoteles in commentarijs rhetorices admonuit, de adhibendis epithetis, id nos in usurpandis adagijs obseruemus, nempe, ut illis utamur non tanquam cibus, sed ueluti condimentis, id est non ad satietatem, sed ad gratiam. Præterea, ne quouis inseramus loco, quemadmodum enim ridiculum sit, si quibusdam locis gemmam alligaris, itidem absurdum, si non suo loco adhibueris adagium. Quod uero Fabius libro institutorum octauo de sententijs usurpandis præcepit, id totidem ferme uerbis de parœmijs præcipi queat. Primum ne quemadmodum dictum est, nimis crebriter utamur. Densitas enim carum obstat inuicem, quo minus eluceant. Quemadmodum nec pictura, in qua nihil circumlitum est, æminet. Ideoque artifices, etiam cum plura in unam tabulam opera conferunt, spatijs distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Subsistit enim omnis parœmia, ideoque post eam utique aliud est initium. Vnde soluta fere oratio est, & e singulis non membris, sed frustris collata, structura caret. Porro ut adfert lumen clauus purpuræ loco insertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis uestis. Accedit hoc quoque incommodi, quod crebras captanti parœmiâs, nonnullas necesse est admiscere uel frigidâs uel coactas. Non enim potest esse delectus, ubi de numero laboratur. Postremo gratiam amittit, quicquid aut immodicum, aut intempestuum. In epistolis tamen familiaribus licebit paulo liberius hoc genere ludere, in oratione seriâ, sicuti parcius, ita etiam accuratius adhibenda.

Variis prouerbiorum usus.

Hoc in loco non ab re futurum arbitror, si paucis uelut indicaro, quibus rationibus uariari queat parœmiarum usus, ut possis idem adagium alia atque alia forma producere. Principio nihil uetat interdum, quo mihi idem dictum ad complures sensus accommodes, ut illud, τῆξι μὲνος

πίδος, id est pertusum dolium, uel ad obliuiofum, uel profusum, uel ad auarum, uel ad futile, traduci potest. Effluit enim, quicquid infuderis in animum immemoris. Apud prodigum nihil durat. Auari cupiditas nunquam expletur, futile & garrulus nihil continet. Nonnunquam per ironiam ad contrarias etiam sententias deflectitur, quod genus, si de mendacissimo quopiam loquens, dicas ἀκούε τὰ ἐκ τριπόδος, id est, Audi e Tripode dicta. Fit interim ut unius uoculae commutatione diuersis conueniat, ut ἐχθρῶν ἄδ' ὦρα δ' ὦρα, id est, Hostium munera non munera, & πενίτων ἄδ' ὦρα δ' ὦρα, κολάκων ἄδ' ὦρα δ' ὦρα, ποικίτων ἄδ' ὦρα δ' ὦρα. Breuiter ad omnia in quae quocumque modo haec similitudo competit, accommodes, licebit. Illa ratio ferme communis omnibus, quoties a persona ad rem, aut contra fit deflexio. Ad personam hoc pacto. Prouerbum est μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, id est, Ne Hercules quidem aduersus duos. Ego uero; Thersites magis quam Hercules, qui possum utriusque respondere. Ad rem torquebitur hoc modo. Prouerbio dictum est μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, Ego qui possum pariter et morbo & inopiae tolerandae par esse. Variatur, & inuersione prouerbum, ut dictum est, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, Et tu unus contra duos Hercules audes congregari. Item hoc pacto. Contra tritum graecis prouerbum, Expectatis carbonibus thesaurum reperi. Et commutauimus, non χρυσέα χαλκείω, id est aurea arcis, sed plane, χάλκεα χρυσαίω, id est, aerea aureis. Praeterea nonnunquam explicatur, adagium, & confertur, nonnunquam simplex allegoria refertur. Aliquoties etiam mutilum proponitur, ut si quo respondente, quod nihil ad rem pertineat, dicas, ἄμαρ ἀπήτω, id est, falces postulabant. Et apud Ciceronem τὰ μὲν διδόμενα, id est, quae dantur. Interim satis est unico uerbo alluisse. Ut apud Aristotelem, omnes eiusmodi inter ipsos κερამεῖς, id est, figuli. Sunt & aliae uariandi rationes. Verum eas, si quis exactius persequi cupiet, e nostris commentarijs, quos de duplici copia conscripsimus petat, licebit.

De figuris prouerbialibus.

Reliquum est ut ad paroemiarum catalogum accingamur. Sed si prius figuras aliquot prouerbiales ostenderimus. Quaedam enim dicta sunt, specie non magnopere prouerbiali. Quaedam autem παροιμιώδεις, id est prouerbiali figura, ut facile possint in paroemiarum ordine conoptari. Igitur in totum prouerbiorum generi confinis est omnis sententia, praeterea metaphora, peculiariter allegoria. Et in his praecipue quae sumuntur a rebus insignibus, & uulgo celebratis, ut a navigatione, a bello. Quod genus sunt illa, secundis nauigare uentis, naufragium facere, uertere uela, tenere clauum, & exhaurire sentinam, & tradere uentis uela, contrahere uela. Item illa, Bellicum canere. Et uorsis gladijs pugnare. Receptui canere, cominus, atque eminus pugnare, conferre pedem, conferre manus, atque id genus alia sexcenta. Quae si paulo longius traducantur, abeunt in paroemiacae formam. Item quae ducuntur a rebus notis, ac uehementer quotidiano sensui familiaribus, ut quoties corporis gestus ad animi rem transferuntur, cuiusmodi sunt, premere pollicem, pro fauere, corrugare frontem, pro moleste ferre. Ringi, pro indignari, exporrigare frontem, pro hilarescere. Praeterea quae trahuntur a sensibus corporis, uelut olfacere, pro resciscere, degustare, pro experiri. Prouerbia fere faciem habent, quoties quae sunt artibus peculiaris uocabula, alio detorquentur, ut δις δια πασῶν, id est, bis per omnia, a musicis, ἐκ διαμέτρου, id est, ex diametro, a mathematicis. Item sesquipedalia uerba. Incudi redde re a fabris ararijs, ad amussim a fabris lapidarijs, nullam lineam duxi a pictoribus. Extremum aestum adiungere, a scenis. Interdum citra figuram tacita allusio prouerbiale quiddam adfert. Ea tum erit optima, quoties ad autorem aut rem spectat magnopere celebre, nullique incognitam, qualis est apud graecos Homerus, apud latinos Vergilius. Quod genus est illud apud Plutarchum ἐπεὶ μάρτυρες γὰρ τῶν πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ τε πᾶρσιμ, id est, quandoquidem testes sane Platoni, multique bonique adsunt. Allusum est enim ad morem sacrorum, in quibus sacerdos dicere consuevit, τίς τῆς δε, id est, quis hic. Deinde qui aderant, respondebant, πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ τε πᾶρσιν, id est, multique bonique adsunt. Item apud Ciceronem ad Atticum σὺν τε δὴ ὑπερχομένω, id est, simul duobus euntibus. Et apud Lucianum, ἰατρῶν παῖδες, id est, medicorum filij, pro medicis ipsis. Accedunt ad prouerbij speciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδύνατα, ἀναγκαῖα, ἀτοπία, ὁμοία, ἐναντία, id est, impossibilia, necessaria, absurda, contraria, similia. Adύνατα sunt huiusmodi. ἀλλ' ἴσως ἂν ὁ μόχθος ἐπ' ἄονι κύματα μεξείμ, id est, Sed aequalis enim labor, in litore undas numerare. Et apud Vergiliū, Ante leues ergo pascunt in aethere cerui. Et freta destituet nudos in litore pisces. ἀναγκαῖα sūt hmōi. Dū iuga motis aper, fluuios dū piscis amabit. Et apud Senecā, Lucida dū curret annosi sycera mudi, ἀτόπωμ expleū hoc erit. Atque idē iungat uulpes & muli

geat hircos. Cōtrariorū hoc, Nūc uirides etiam occultant spineta lacertos, Me tñ urit amor. Item apud Theocritum, ἡνὶ δὲ σιγαῖ μου πόρθη, σιγαῖντι δ' ἄηται. Ad ἔμα οὐ σιγαῖ σέφρων ἔντοδερμ' ἀνία. id est. Ecce autem tacet quidem pontus, tacentq; flumina. Mea uero non tacet, intra pectora, ægritudo. Similium. Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam. Et apud Theocritū, Α αἶξ ἤρ κίτυσόν, ὁ λύκος πλὴν ἀίγα διώκει. id est, Capra Citysum, Lupus capram insequitur. Sunt & aliæ duæ figuræ maxime confines parcemiarum generi, quæ cōstant, uel eiusdem, aut simili-
 teratiōe uocis, uel cōtrariarū cōtextu. Quod genus sunt ἀπὸ ὀδῶν κακῶν κακῶς, κακοῦ κῆρακος κακοῦ ὄν, id est pdam te malū male. Mali corui malū ouum. Et δρέμμα σοφοῦ σοφόν, id est, Alū-
 nus sapiētis sapiens, id qd est apud græcos comicos pariter ac tragicos pene solenne. Et euentunt digna dignis. Amicō amicus. Malis malus. Bonis bonus, Vterq; utriq; cordi. Suus rex, re-
 ginæ placet. Et manus manū fricat. Graculus ad graculum. Contrariorum genus sic habet, κοῖ δίκαια κᾶδ' ἴκα, εὖ ἠμμερῶς, id est, Et iusta & iniusta, pbe & improbe, apud Aristophanem, ἔκουσά τε ἠ' ἄκουσά, id est, Volentibusq; & nolentibus, apud Platonem. Item οὐδὲμ ἔπος οὐδὲ ἔργον, id est nullum dictum, neq; factum, apud nostros item. Verum ubi fas uersum atq; nefas. Facta, atq; infecta canebat, Quo iure, quaq; iniuria, quiduis & facere & pati. Digna atq; indigna. Quid dixit, aut quid tacuit. Domi, bellicq; publice, priuatim. Quod scis, nescis, clamq; palamq; ioca-
 t; & seria, Manibus, pedibusq; noctesq; diesq;. Quæ prima, aut ultima ponas, neq; magnū, neq; paruum. Iuuenesq; senesq;. Dijs, hominibusq; plaudentibus. Ad hanc formā pertinent etiam hæc passim apud poetas obuia. ἤδενος ἀπαρθενος, ἄνυμφος νύμφη, ἄγαμος γάμος, ἀπολις πόλις, δ' ἄπασαρις πάρις, διυδαίμων ἐνδαιμονία, ἀδωρα δ' ὄρα, ἄδειε δ' ἔος, ἀπόλεμος πόλεμος, ἄκοσμος κόσ-
 μος, ἄχαρις χάρις, id est, Virgo non uirgo. Sponsa non sponsa, Nuptiæ non nuptiæ. Nō ciuitas ciuitas. Malus paris, paris. Infelix felicitas. Non dona dona. Non metuēdus metus. Non bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Hæc ἐναντίως ἢ ὀνυμῶν accidit & in dictione
 composita, ut μωρόσοφος, id est, Stulte sapiens, & γλυκύπικρος, id est dulciter amarus. Sic etiam Plutarcho teste, suū affectū uocāt amātes ex uoluptate & dolore mixtū, ita ut libētē cōtabe-
 scāt. Huc p̄tinet & illa ἐναντίως ἐπιγματοῦδες, ut φέρω οὐ φέρω, ἔχω οὐκ ἔχω, εὐ ἀνής ἢ οὐκ ἀνής, ὄρα δα, καὶ οὐκ ὄρα ἢ ἰδῶν τε ἢ οὐκ ἰδῶν, ἐπὶ ξύλου ἢ οὐ ξύλου κακῆμένη ἢ οὐ κακῆμένη, λίθω ἢ οὐ λίθω, βάλλει τε ἢ οὐ βάλλει. id est, Contrarietas ænigmatica, Portans nō porto. Habens nō habeo. Vir & non uir, Auem & non auem. Vidensq; & nō uidens. In ligno & nō ligno. Sedentem & nō se-
 dentem, Lapide & non lapide. Iaculatur & non iaculai. Quod ænigma referē & apud Athe-
 naum, & apud Triphonem, cuius meminit Plato quocq;. Neq; respuit adagiorum ratio æni-
 gmaticam obscuritatem, quāq; alias improbatam, immo ueluti familiarem libenter amplecti-
 tur. Quod genus fuerit, si quis parum sane locutum, iubeat Anticyram nauigare, aut porcum
 cedere, aut squillam e sepulchris uellere, quorum primum est apud Horatium, alterum apud
 Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde & oracula plæraq; in ius prouerbiorum abie-
 runt, & Pythagoræ symbola ad parcemiarum naturam uidentur pertinere. Præcipue peculi-
 aris est adagiorum generi hyperbole, ut cœlum territat armis, & laxa clamore rumpit, & risa
 diffluo. Maxime si qua metaphoræ species admisceatur. Effertur autem uarijs modis, uel per
 denominationē, uel per comparisonem, uel per similitudinem, uel per epitheton, Exempla
 sunt. Alter Aristarchus, Et noster hic Phalaris. Et Stentore clambsior. Velut leana in Machæ-
 ra, Stentorea uox, Nestoria facundia. Neq; ucro pigebit ceu fontes aliquot, indicare, a qui-
 bus genus hoc figurarum duci possit.

Ab ipsa re.

Sumitur enim interdum ab ipsa re, quoties hominem scelestum, scelus appellamus, de-
 decorosum, dedecus, pestilentem, pestem, lurconem barathrum, Tenebrionem, tenebras,
 contaminatum, labem, spurcū, coenum, contemptum, quisquilias, impurum, sterquilinium,
 portentosum, portētum. Molestum ulcus, carcere dignum, carcerem. Quorum unūquodq;
 fere, potest & per comparisonem efferi. Ut χρυσόν χρυσότερα, id est auro magis aurea, & ipsa
 nequitia nequior. Cæcitate cæcior, loquacitate loquacior, deformitate deformior, ipsa siti siti-
 culosior, paupertate pauperior, infortunio infortunacior, ipsa infantior infantia. Ad hanc clas-
 sem pertinent & illa, Pater esuritionum, & omnis eloquentiæ fons. Et plusq; infantissimus.
 Et plusq; perditus.

A rebus similibus.

Huic proxima sunt, quæ a rebus similibus trahuntur, Vt melle dulcior. Pice nigrior. Niue

cādidior. Oleo tranquillior. Infima auricula mollior. Auro purior. Plumbo stupidior. Stipite tardior. Littore surdior. Iracundior Adria. Aequore surdior. Spongia bibacior. Harenis fictentior. Pumice sicciior. Aere Dodonæo loquacior. Vitro fragilior. Pila uolubilior. Cothurno instabilior. Clemate ægyptia gracilior. Alno procerior. Cote durior. Sole clarius. Sydere puchrior. Buxo pallidior. Sardois herbis amarior. Alga uilior. Aetna æstuantior. Beta insulsiior. Trutina iuiliior. Spina distortior. Ampulla uanior. Pluma leuior. Vêto instabilior. Mor-te odiosior. Barathro capacior. Labyrintho inuolutior. Corcoro uilior. Subere leuior. Dolio pertuso incontinentior. Laterna punica pellucetior. Clepsydra perstillantior. Fonte purior. Euripo mobilior. Oculis charior. Luce dulcior. Vita antiquior. Rubo arefacto praefractior. Crambe recocta molestior. Clauo purior. Floralibus licentiosior.

¶ Ab animantibus.

Item ab animantibus, Vt muliere loquacior. Passere salacior. Hirco libidiniosior. Ceruo uiuacior. Cornice annosior. Graculo magis obstreperus. Luscinia uocalior. Dipfide nocentior. Vipera uirulentiior. Vulpe fraudulentior. Echino asperior. Porcello acarnanio lenior. Anguilla magis lubricus. Lepore timidior. Limace tardior. Pisce sanior. Pisce magis mutus. Delphino latciuior. Phœnice rariior. Scrophæ fœcūdiior alba. Nigro cygno rariior. Hydra magis uersipellis. Albo coruo rariior. Vulture edacior. Scorpis improbiior. Testudine tardior. Glire somniculosior. Sue indoctior. Afello stolidior. Hydri immitior. Dama pauidior. Hirundine bibacior. Cane rixosior. Vrsio hispidior. Tippula leuior, cuiusmodi quadā cōgerit Lucianus, ὀργιλώτεροι ἢ τῶν κωιδίων ὄντες, δ' φλότεροι δὲ ἢ τῶν λαγῶν, κολακηυτικώτεροι ἢ τῶν πιθίκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἀρπακτικώτεροι δὲ ἢ τῶν γαλῶν, θλιονικώτεροι δὲ ἢ τῶν ἀλεξήσωνων. id est. Cū sint iracundiores catellis, timidiiores leporibus, adulantiores simijs, libidiniosiores asinis, rapaciores felibus, contentiosiores gallis. Item Plutarchus aduersus usuram. ἀπειθανώτερος ὢν κολοιοῦ, ἀφωνότερος πέρδιος, ἢ κωιδίος ἀγεννέστερος. id est. Cum minus fidei tibi habeatur quā graculo, magis mutus sis quā perdis, abiectior, seruiliorque cane.

¶ A personis deorum.

Ducuntur a personis deorum. Diana intactior. Iphis charitibus humanior. Priapo salacior. Venere formosior. Mercurio facundior. Momo mordacior. Vertumno incōstātiior. Proteo mutabilior. Empusa magis uariius.

¶ A personis fabulosiis.

A personis fabulosiis. Tantalositientior. Atreo crudelior. Cyclope immanior. Horestes infamior. Vlysse dolosior. Nestore facūdiior. Glauco stupidior. Iro paupior. Penelope castior. Ni-reo formosior. Tithono uiuacior. Erisitone esurientior. Niobe fœcundior. Stentore clamosior. Tiresia cæcior. Busiride illaudatior. Sphinge iuolutior. Labyrintho itricacior. Dædalo ige-niosior. Icaro audacior. Gigātib⁹ elatior. Gryllo stultior. Lynceo pspicacior. Excetra ptnatior

¶ A personis comœdiarum.

A personis comœdiarum. Thrasone terentiano gloriosior. Demea iurgiosior. Gnathone adulantior. Phormione confidentior. Dauo uersutior. Thaide blandior.

¶ A personis historiarum.

A personis historiarū. Zoilo inuidentiior. Catone seuerior. Timone inhumanior. Phalaride crudelior. Timotheo felicior. Sardanapalo nequior. Numa religiosior. Phocylene iustior. Aristide incorruptior. Cræso ditior. Crasso nūmatior. Codro pauperior. Aesopo luxuriosior. Herostrato ambitiosior. Fabio cunctantior. Socrate patientior. Milone robustior. Chry-sippo acutior. Thrachalo uocalior. Curione obliuiosior. Nostri temporis Aristarchus. Christianorum Epicurus. Item praeposterus Cato.

¶ A gentibus.

A gentibus. Pœno perfidior. Scythasperior. Scythotauris inhospitalior. Cretensi mendacior. Parthis uanior. Thracibus bibacior. Thessalo perfidior. Care uilior. Sybarita fastosior. Milesijs effœminatior. Arabis ditior. Pigmæo breuiior. Arcade stolidior.

¶ Ab officijs.

Ab officijs. Lenone magis periurus. Cinædo mollior. Milite gloriosior. Arcopagita tristior. Tyranno uiolentiior. Carnifice immanior.

¶ De præmollienda parœmia.

Iam illud tamen si minutulū, humiliusque uideatur, tñ postea quæ docendi munus suscepimus,

nō grauabimur ppter imperitiores, admonere. Videlicet, ut in usurpandis adagijs meminerimus, qđ in uerbis nouatis, aut durius trāslatis fieri Fabius iubet, id quod ait a grācis elegantissime p̄ceptum esse, uidelicet *προεπιπλήθημ τῆ ὑπεβολῆ*, ita nos oportebit, *προεπιπλήθημ τῆ παροιμίας*, hoc est p̄caſtigare, & uelut occurrere parōmiā, ſi qñ uel obſcurior, uel alioqui durior uidebitur. Recipit em hoc genus, ſicuti paulo ſuperius oſtēſum eſt, & metaphoras quantumlibet duras, & nouationes uocum licētioſas, & hyperbolas parum pudētes, & allegorias ad aenigma uſq; obſcuras. Grāci *προεπιπλήθηουσιν* his ſerme modis, *κατὰ πλὴν παροιμίαν, ὡς φασι, φασι, τὸ λεγόμενον, τὸ τοῦ λόγου, ὡς παλαιός φησι λόγος, ὡς λέγουσιν, ὡς λέγει, ὡς λέγομεν παροιμιαῖοι, ὡς λέγουσιν δι παίζουτες, καλῶς ἔρηται*. id eſt, iuxta p̄uerbium, ut aiunt. Aiunt, quod dicit, qđ dici ſolet, ut antiquum ait dictū, ut dicunt, ut dicitur, ut dicimus p̄uerbio, ut dicunt iocantes, recte dictum eſt. Iiſdem ſerme rationibus utuntur latini. Aiunt, ut aiunt, ut eſt in ueteri p̄uerbio, iuxta uulgo tritum ſermonem, quemadmodum uulgo dici conſueuit, ut uetus uerbum uſurpem, ut adagio dictum eſt, uere hoc dicunt.



Amicorū cōmunia omnia.

Prouerbiū primum.

LA *ἡνὶ φίλων κοινά* id eſt, Amicorū cōia ſunt omnia. Qm̄ nō aliud hoc p̄ uerbio neq; ſalubrius, neq; celebratius, libuit hinc adagiorū recēſſionē uelut omine felici auſpicari. Quod quidē ſi tā eſſet in hominū animis q̄ nulli nō eſt in ore, profecto maxima malorū parte uita noſtra leuaret. Ex hoc p̄uerbio Socrates colligebat, omnia bonorū eſſe uirorū nō ſecus q̄ deorū. Deorū inq; ſunt omnia, Boni uiri deorū ſūt amici, & amicorū inter ſe cōia ſunt omnia. Bonorū igitur uirorū ſūt omnia. Refert apud Euripidē in Hecleſte. *κοινά γὰρ τὰ ἡνὶ φίλων, ἰ*. Inter enim amicos cūcta ſunt cōia. Idē in Phoeniſſis. *κοινὰ δὲ φίλων ἄχρη*. Cōis omnis ē amicorū dolor, Idē in Andromacha *φίλων γὰρ οὐδὲρ ἴδιον, οἱ τινες φίλοι ορθῶς πεφύκασ, ἀλλὰ κοινὰ χεῖματα*. Nā uere amicis propriū proſius nihil. Sed inter ipſos cūcta ſunt cōia. Tercētius in Adelphis. Nam uetus quidē hoc uerbū. Amicorū inter ſe cōia eſſe omnia. Teſtantur & apud Menandrū fuiſſe in eadē fabula. M. Tullius libro officiorū primo, ut in grācorū, inquit, p̄uerbio eſt, Amicorū omnia cōia, Citatur & ab Ariſtotele libro moraliū octauo, & a Platone de legibus quinto. Quo loco conatur demonſtrare feliciffimū reipublicæ ſtatum, rerum omnīū cōmunitate cōſtare *πρώτη μὲν ῥήσις πόλις τὴν ὅτι καὶ ἡ πολιτεία ἢ νόμοι ἄριστοι ὅπου τὸ πάλαι λεγόμενον ἄρ γίνεσθαι κατὰ πάσαν πλὴν πόλιν ὅτι μάλιστα, λέγεται θεῶς, ὡς ὄντως ὅτι κοινὰ τὰ φίλων* id eſt, Prima quidem igitur ciuitas eſt & reipublicæ ſtatus, ac leges optimæ, ubi quod iam olim dicit, per omnē ciuitatē, q̄ maxime fieri poteſt, obſeruabit. Dictū eſt aut uere, res amicorū cōmuneis eſſe. Idē ait felicem ac beatā fore ciuitatē, in qua nō audirent hęc uerba, meū & nō meū. Sed dictu mirū q̄ nō placeat imo q̄ lapideā a Chriſtianis Platonis illa cōmunitas, cū nihil unq; a gentili philoſopho dictū ſit magis ex Chriſti ſententiā. Martialis libro ſecūdo iocatur in quedā Candi dum, cui ſemper in ore fuerit, hoc adagiū, cum alioqui nihil impartiret amicis. Candide *κοινὰ φίλων*, ſint hęc tua Candide *πάντα*, Quæ tu magniloquus, nocte, dieq; ſonas, Atq; ita concludit epigramma, Das nihil & dicis, Candide *κοινὰ φίλων*. Eleganter Theophrastus, apud Plutarchum in cōmentariolo, cui titulus *πρὸ φιλαδέλφειας*, *Εἰ κοινὰ τὰ φίλων ὅτι, μάλιστα δεῖ κοινούς ἡνὶ φίλων εἶναι τὸς φίλους*, id eſt, Si res amicorum cōmunes, maxime conuenit, ut amicorū itē amici ſint cōmunes. M. Tullius libro de legibus primo uidet hoc adagiū Pythagoræ tribuere, cū ait, Vnde enim illa Pythagorica uox, *τὰ φίλων κοινὰ, ἢ φίλων ἰσότης*. id eſt res amicorū cōmunes. Et amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenē Laertium tradit, hoc dictum primū a Pythagora profectum fuiſſe. Aulus Gellius noctium atticarū libro primo Capite nono, teſtatur Pythagoram non ſolum huius ſententiæ parentē fuiſſe, uerū etiam huiusmodi quandā uitæ ac facultatū cōmunionē induxiſſe, qualē Chriſtus inter omnes Chriſtianos eſſe uult. Nā quicūq; ab illo in cohortē illam diſciplinārū recepti fuiſſent, qđ quicūq; pecuniæ familiæq; habebāt, in mediū dabant, qđ re atq; uerbo Romano appellatur *κοινόβιον*, id eſt cōenobium, nimirum a uitæ fortunarūq; ſocietate.

Amicitia æqualitas. Amicus alter ipſe.

II

Hęc quoq; ad Pythagoram autorē referunt, quod eandē cōplectunt ſententiā, *πλὴν φίλων ἰσότης εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν, τὸ φίλων ἔπερον ἀντὶν*, id eſt amicitia æqualitatē eſſe, & eandem animā, & amicū alterū ipſum. Neq; enim quicquā non cōmune, ubi fortunarū æqualitas, neq; diſſen-

fito, ubi idem animus, neq; diuortiu, ubi coaginetatio duorum in unum. Plato libro de legibus scripto, citat tanquam uetus dictum, & ceu puerbio iactatum. παλαιός γὰρ ὁ λόγος ἀληθὴς ὢν, ὡς ἰσότης φιλοκτήτα ἀπεργάζετο, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηκε, ἢ ἐμμελῶς, id est, Nam uetus illud uerbum, & uere & eleganter dictum est, æqualitate amicitiae auctorē esse. Neq; tamen id sentit Plato, iuuenibus ac senibus, doctis atq; indoctis, stultis ac sapiētibus, robustis ac debilibus, omnia æqualia exhibenda esse, sed cuiq; p sua dignitate distribui oportere, alioqui, quemadmodū ait inibi Plato, τῆς ἀνίστοις τὰ ἴσα ἄνισα γίνονται ἂν, id est in æqualibus, æqualia erunt inæqualia. Et ut summū ius in summā iniuriā uertit, ita summa æqualitas, summa fit inæqualitas. Quemadmodū festiuiter dixit Plinius, æq̄litate in ferendis sententijs nihil inueniri posse inæqualius. Quāq; hoc quoq; quidam ex Homero sumptū existimant, apud quē est illud aliquoties, ἴσῳ ἐμῆ κεφαλῇ, id est, Aequē, atq; meū ipsius caput. Nec ab hoc dissidet Hebreorū lex, iubens ut pximū, perinde ut nosmetipsos diligamus. Atq; hæc omnia Aristoteles li, mora, 9, Prouerbij titulo citat.

Pythahoræ symbola.

Sed quandoquidē in Pythagoræ mentionē incidimus, nō grauabor, & reliqua illius symbola, priscis illis oraculorū instar celebrata adscribere, quæ quidē in præsentia licuit apud græcos inuenire scriptores. Nam ea tamen si prima (quod aiunt) fronte superstitionis quæpiā ac de ridicula uideantur, tamen si quis allegoriam eruat, uidebit nihil aliud esse, q̄ quædam recte uideūdi præcepta. Nihil enim opus est, Tyrrenorū imitari superstitionē, qui hæc etiam citra ullam allegoriam obseruant, ut testatur in symposiacis Plutarchus.

Ne gustaris quibus nigra est cauda.

μη γινέσθῃς τῶν μελανούρων, id est, Ne gustes ex ijs, quibus est nigra cauda. Interpretatur Plutarchus in commentarijs de liberis instituendis, ne commercium habeas cum improbis, & ijs, qui sunt nigris ac infamibus moribus. Tryphon grammaticus, inter ænigmatis exempla, hoc quoq; cōmemorans, interpretatur hoc modo, ψευδῆ λόγον μὴ προέσθῃς, τὸ γὰρ ψεῦδος ἐμ τῆς ἐσχάτης μέρεσι μελανιότη, καὶ ἀμαυροῦσθῃ, id est, ne mendacem sermonem protuleris. Mendaciū enim in extremis partibus nigrescit & obscuratur. Quidam ad sepiam piscem referunt, qui atramēto, quod in cauda gestat, semet occultit.

Statheram ne transgrediaris.

μη ζυγῶν ὑπεβαίνεμεν, id est, Stateram ne transtillas, hoc est, ne quid facias præter ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse uulgo, uel doricum illud prouerbum indicat σταχάνης δικαιοτέρος, id est trutina iustior.

Chœnici ne insideas.

χοίνικι μὴ ἐπικάσῃσαι, id est, Chœnici ne insidias. interpretat diuus Hieronymus, de uictu ne fueris sollicitus in diem crastinū, Est enim Chœnix dimensum, & cibus diurnus, ut apud Homerum Odysseas. τ. οὐ κρηὶ ἀεργὸν ἀμέξομαι, ὄσκει μῆτις γε, χοίνικος ἀπήκη, Nāq; operæ immunē haud patiar, quicūq; meā unquā Chœnica cōtigerit. Eodem pacto Laertius & Suidas exponunt. Plutarchus autē longe diuersius, puta, nō indulgendum ocio, sed industria prospiciendum uictū, ne desit in posterū. Idem in Symposiacis huius symboli meminit, his qdē uerbis, μετὰ τῆς πυθαγορικῆς χοίνικος, ἐφ ἧς ἀπηγόρευε κατῆσθαι, διδασκῶν ἡμᾶς, αἰεὶ τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ἀπολιπέμεν, ἢ τῆς αὔριου ἐμ τῆ σήμερον μνημονεύεμεν. Hoc est, una cum Pythagorica Chœnice, in qua uetuit desidere, docēs nos, ut ex eo q̄ præsens est, semp aliquid in futurū relinquamus, & crastini dici, in hodierno meminerimus, Existimat autem idem maiores significare uoluisse, quibus religiosum habitū est, menfas inanes tollere. Ego certe (quandoquidē in huiusmodi symbolis diuinare nō solum licet, uerum etiā necesse est) opinor Pythagoricum hoc ænigma, sumptum ex Homeri loco, quē modo citauimus, significariq; nō oportere, per inertiam ocium & cibum alienū sectari, sed sua quēq; industria sibi parare facultates, quibus mundiciem uitæ sustineat. Parasiticum enim ac fœdum, aliena uiuere quadra, Nec ullam artem callere, qua possis δικόσιπος uiuere. Notat id Homerus etiam in Iro, cum ait Odysseæ decimo octauo, μετὰ δ' ἔπειτα περὶ γαστέρι μάρνη, ἀζηχὲς φαγέμεν, ἢ πιέμεν, οὐδ' ἐοίημεν, οὐδ' ἐβίη, id est, Sed uentre insignis inerti. Assidue bibere, atq; edere, ast industria nulla, Nullaq; uis aderat. Nec abhorret hinc illud Pauli apostoli, ne ipsum quidem in celebri uulgo. Qui non laborat, non manducet.

Ne cuiuis dextram inieceris.

μη παντὶ ἐμβάλλω δειξιῶν, id est Ne cuiuis porrigas dexterā, hoc est, Ne temere quilibet in familiaritatem admittas, sed delegas quem diligas. Idem citatur, atq; exponitur a Plutarcho, ἢ

τῷ περὶ κτλ πλυθιλίας. Conuenit cum illo Solonis apophthegmate, quod ex Apollodoro refert Diogenes Laertius, φίλους μὴ ταχύ κτῶ, οὐς δ' ἄμ κτήσῃ μὴ ἀπδοκίμαζε, Amicos ne cito pares, quos autem paraueris, ne reijce:

Arctum anulum ne gestato.

Μὴ φορεῖν σενὸν δακτύλιον, id est Arctū anulū ne gestato, id est (interpretē diuo Hieronymo) ne uixeris anxie. Et ne temet in seruitutē conijcias, aut in eiusmodi uitā institutum, unde te non queas extricare. Siquidē quisq; anulum angustum gestat, is sibi quodāmodo uincula inijcit.

Ignem ne gladio fodito,

πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. Ignem gladio ne fodito, id est ira percitū ne laceffas, quin magis concedere cōuenit, & blandis uerbis tumidum animum placare, Ita diuus Hieronymus. Diogenes Laertius exponit, potentium & ferociū iracundiam non esse conuictijs exagitantā, Propterea quod flamma, quo magis exagitat, hoc magis atq; magis inualefcit. Neq; dissentit ab hoc interpretamento Plutarchus. Quāq; Plato libro de legibus sexto, sic usurpauit, ut de ijs dici solitum uideatur, qui frustra moliuntur, quod effici nullo pacto queat, ostendens id lusus genus quoddam fuisse, ut ignem gladio dissecarent. Ad eundem ferme sensum retulit diuus Basilus in epistola ad nepotes, ut idem sibi uelint ignem gladio dissecare, & cribro haurire aquam. Huc nimirum allusit Lucianus in secundo uerarum narrationum libro, cum ex insulis fortunatis dimitteretur, fingens se a Rhadamantho admonitū, ut si quando rediret in hunc nostrū orbem, tria quædā obseruaret, μὴ πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, μήτε δέριμον ἐδίημ, μήτε παιδί ὑπὲρ τὰ ὠκτοκαίδεκα ἔτη πλκισιάζειν, id est ne gladio ignem diuerberet, ne lupinis uesceretur, ne se puero, decimumoctauū annum egresso, adiungeret. Siquidē horum meminisset, futurum, ut aliquando ad eam insulam reuerteretur.

Cor ne edito.

μὴ ἐδίημ τὴν καρδίαν, id est, Cor ne edito, id est ne curis tuum ipsius animū excurties, aut ne sollicitudinibus uitam reddas breuiorem. Aristoteles enim libro de partibus animalium tertio, narrat cor esse fontem omniū sensuum, uitæ, sanguinis. Aristophanes in nebulis, ὁμοῦ δ' ἔστ' ἄν θυμὸν δακνῶν φημι, id est, Animū tamen mordens meū, sic inquā. Itē Theognis, καὶ δάκνομαί ψυχῆμ' ἐδίχα θυμὸν ἔχω, id est, Et rodor mentem, sumq; animi ambiguus. Videtur ex Homero sumptum apud quem est Illiados. Ζητοὶ δ' ἀπὸ καπιδίου τ' ἀλίου διομ' ἀλάτο ὅμ θυμὸν κατέδωμ, πᾶσιν ἀνθρώπων ἄλλεϊνῶν, id est, Solus at ille quidem uacuis errabat in agris. Cor adedens curis, hominum uestigia uitans. Et. ὦ. σὺ ἐδεαι καρδίην, id est tuum edis cor. Idem Odyssæ. ι. εὐδα δύο νύκτας, δύο τ' ἡμέματα σίλωνεχέσ' αἰεὶ, κείμεθ' ὁμοῦ καμάτω τ' ἢ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, id est, Hic solles, nocteisq; duas consedimus, usq; Rodentes animū, curis simul, atq; labore. Idem Illiados. Α. σὺ δ' ἐνδοθὶ θυμὸν ἀμύξεις, Tu intus præcordia rodes.

A fabis abstineto.

κυάμων ἀπέχεσθαι, id est, A fabis abstineto. Hulus ænigmatiſ uaria reperitur interpretatio; Plutarchus in cōmentario de liberis educandis, ad hunc enarrat modum. Abstinedum a tractandis reipublicæ muneribus, propterea quod antiquitus in creādis magistratibus, suffragia per fabas uice calculorum ferebantur. Quāquā idem in probematis diuersam adfert causam. Nempe quod omnia legumina uentum & humorem impurū adferant corporibus, atq; hanc ob causam ad Venerem incitent. In eadem sententia M. Tullius item fuisse uidetur, qui in libro de diuinatione primo, scribit ad hunc modum. Iubet igitur Plato sic ad somnū proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationēq; adferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quæ res habet inflationē magnam. Is cibus tranquillitatē mentis quærentibus, constat esse cōtrarius. Aristoxenus tamen apud Aulum Gellium libro quarto, capite undecimo, refellit hanc opinionē affirmans Pythagorā nullo legumine sæpius usum, q̄ fabis, quod is cibus & aluū sensim subduceret, & læuigaret. Porro Gellius de cyamo nō esitato, causam erroris fuisse putat, quod in empedoclis carmine, q̄ diſciplinas Pythagoricas sectatus est, uersus hic inuenit, δαλοί πως δαλοί κυάμων ἀπ' χεῖρας ἐδέδω, id est, Ah miseri a cyamo, miseri subducite dextras. Opinati enim sunt platiq; κυάμων legumentū uulgo dici. Sed qui diligētius, scitiusq; carmina Empedoclis arbitrati sunt (Vtar enim uerbis Gellianis,) κυάμων, hoc in loco testiculos significare dicunt, eosq; more Pythagoræ operte, atq; symbolice κυάμων, appellatos, quia sint εἰς τὸ κνίμ δεινοί, ἢ ἄτιοι τῷ κνίμ, id est ad ferendum uterum efficaces, causeq; ferendi uteri, & genituræ humanæ uim præbeant. Idcirco

Co Empedoclem uersu isto non a fabulo edendo, sed a rei ueneræ proluuio uoluisse hōmī-
nes deducere. De causis interdictæ fabæ hæc ex Aristotele refert Lactius, φασί ἡ Ἀριστοτέλης ἐν
τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ τῶν κνύμων παρεπέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κνύμων ἥτις ὅτι αἰδίους εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι αἰδίου πύ-
λαις, ἀγρόαση γῆς μόνον, ἢ ὅτι φδείει, ἢ ὅτι τῆ τοῦ ὄλου φύσει ὁμοίον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν, κληροῦνται γούῳ
αὐτοῖς. Ait aut Aristoteles in libro de fabis, illū iussisse a fabis abstineri, uel qđ pudēdis essent
similes, uel quod inferorū portis, Vnū enim hoc legumen expers genituræ, uel quod corrup-
pat, uel quod uniuersi naturæ simile, uel quod ad oligarchiam pertineat. Nam fabis sortiunt̄.
Plutarchus apud eundem Gellium testatur Aristotelem scriptum reliquisse, quod Pythago-
ras, μήτρας ὁ καρδίας, καὶ ἀκαλυφῆς, καὶ πριούτωμ τινῶν ἄλλων ἀπίχεται, id est uulua, corde, & marina ur-
tica, atq; id genus quibusdam alijs abstinerit. Theon grāmaticus apud Plutarchum in Sym-
posiacis narrat apud Aegyptios tantam esse fabarum religionem, ut eas neq; serant, neq; cō-
medant, immo nec aspicere fas sit, Herodoto teste. Quin & apud Rhomanos, inter funesta
habebant̄ fabæ, quippe quā nec tangere, nec nominare Diali flamini liceret, quod ad mortu-
os pertinere putarentur. Nam & de lemuribus iaciebant̄ laruis, & parentalibus adhibebant̄
sacrificijs, & in flore earum literæ luctus apparere uident̄, ut testatur festus Pompeius.
Plinius existimat ob id a Pythagora damnatā, quod hebetet sensus, & pariat infomnia. Vel
quod animæ mortuorum sint in ea. Qua de causa et in parentalibus assumitur. Varro ob hoc
flaminem ea nō uesci tradit, quoniā & in flore eius literæ lugubres inueniuntur.

Cibum in Matellam ne immittas.

Σιτίον εἶναι ἀμίδια καὶ ἐμείδω, id est, Cibum in Matellā ne immittas. Interpretat̄ Plutarchus, nē
sermonē urbanū immittas in animū hominis improbi. Nam oratio cibus animi. Is corruppi-
tur & putrescit, si in animū insyncerū inciderit. Hoc est, qđ apud Gellium admonet Epitectus
etiā atq; etiā uidendū, in cuiusmodi mittamus sermonē. Etenī si in uas insyncerū immiserim⁹,
in acetū, aut lotiū uerti. Huc allusit Horatius. Syncerū est nisi uas, quodcūq; infundis, accescit.

Ad finem ubi perueneris, ne uelis reuerti.

Μὴ ἐπιστρέφου εἰς τὸν ὄρου ἐλθόντας, id est, Ne reflectas ubi ad terminos pueneris, id est (inter-
te Plutarcho) Cū adcrit fatalis dies, uiderisq; uitæ finē adesse, æquo anio feras, neq; turpi uitæ
cupiditate exanimeris. Hieronymus aliter. Post mortē hāc ne desyderes uitā. Quēadmodū
uulgo quosdā dicētes audimus, Vergilianū illud, O mihi prateritos referat si Iupiter annos.

Per publicam uiam ne ambules.

Λεωφόρου μὴ βαδίζω, id est, Per publicam uīā ne ambules. Diuus Hieronymus exponit, Ne
uulgi sequaris errores. Nunq̄ enim tā bene cum rebus humanis actum est, ut optima pluri-
mis placuerint. Vnde quidam hoc sic efferunt, Viam regiam declinato, per semitas ingredi-
tor. Quod quidem præceptum non abhorret ab Euangelica doctrina, quæ monet, ut decli-
nata uīa spatiosa, per quam ambulant pleriq; per angustam ingrediamur uīam, a paucis qui-
dem tritam, sed ducentem ad immortalitatem.

Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaq̄.

φορτίον συγκαταρῆμ, καὶ δὲ σωματικὸν τίθεναι, id est, Diuus Hieronymus hoc ita refert. Oneratis sū
per imponendū onus, deponentibus nō cōnitendū. Putatq; hūc esse sensum, Ad uirtutē ince-
dentibus augēda præcepta, tradētes se ocio, reliquēdos, Vnde pferendū hoc pacto. φορτίον
συγκαταρῆμ, καὶ δὲ σωματικὸν τίθεναι. id est, Tollēti onus auxiliandū, haud adiuuādus tñ, qui depo-
nat. Hoc admonēdū putat̄, qđ in quibusdā impressis codicibus deprauatū est hoc symbolū.

Ollæ uestigium in cinere turbato.

χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ, id est, Ollæ uestigium in cinere turbato. Plutarchus in Sym-
posiacis interpretatur nullū euidentis iracundiæ uestigiū oportere relinqui, Sed simulatq; de-
ferbuerit, atq; rescederit animi tumor, omnē præteritorū malorū memoriā penit⁹ tollēdā esse.

Vnguium, criniumq; præsegmina ne cōmingito.

Ἀπονεχίσματα καὶ κουραῖς, καὶ ἐπουρέμ, καὶ δὲ ἐπιμαδαί, id est, unguium, criniūq; præsegmina ne cō-
mingito, neq; inlilito. Huius nullum adhuc interpretamentum reperi. Verum conñcio sen-
sum hunc esse, siquos habeamus affines, aut cognatos humiles, & inutiles, eos tamē non esse
usq; quaq; spernendos, & contumelijs insectandos.

Extra publicam uiam ne deflectas.

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζω, id est, Extra uīam publicam ne ingrediaris. Hoc quoq; refertur in-
ter Pythagorica symbola a Diogene Laertio, Tametsi superiori diuersum. Neq; est, qđ hæc

miremur pugnantiam, quādoquidē ut recte præceptum est, loquendum ut plures, sapiendum ut pauci. Et sunt quædam, in quibus cum uulgo cōuenire, dexteritatis est. Sunt rursum, in quibus a uulgo quæ maxime dissidere uirum bonum oportet.

Quæ uncis sunt unguibus ne nutrias.

γαμψώνυχα μὴ βέβρω, id est, Quæ sunt unguibus uncis ne nutrias. Rapacitatē fugito. Interpretatur Tryphone. Equidē arbitror cōuenire cū illo Aeschylī dicto, quod suo reddemus loco, Catulum leonis non esse alendum in Rep. hoc est non admittendos, δημοβόρους (ut ait Homer⁹) βασιλείας, id est, reges populi deuoratores.

Aduersus solem ne loquitor.

πρὸς τὸν ἥλιον τετραμυδύον μὴ λαλεῖν. Aduersus solē ne loquitor, id est manifestis ne repugnes. Nam quod maxime cōstat, maximeq; in cōfesso est, id sole clarius dicimus. Ergo contra solē loquitur, qui dicit, Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Gladium acutum auertas.

ὄξεια μάχαιρα μὴ ἀπρξέφειν, id est, Ensem acutum auertas. Opinor innui, a periculosis negocijs abstinentium. Nam fertur & aliud prouerbium, μὴ παιδί μάχαιρα. Ne puero gladium, Subaudiendum, committas.

Aduersus solem ne me ihto.

πρὸς τὸν ἥλιον τετραμυδύον μὴ ὀμιχέειν, id est, Aduersus solem ne me ihto. Opinor cōmēdari uerecundiam, Tametsi Plinius superstitiosam huius rei causam reddit libro uigesimo octauo, capite sexto, uerba ipsius subscribam. Auguria ualitudinis ex urina traduntur. Si mane candida, dein rufa sit, illo modo cōcoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubra, pessima nigra. Mala bullantis, & crassa, in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos, aut uiscera dolorem imminere. Eadem uiridis morbū uiscerū. Pallida bilis, rubens sanguinis. Mala & in qua ueluti furfures, atq; nubeculae apparēt. Diluta quoq; alba, uitiosa est. Mortifera uero crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uetant eius rei causa contra solem, lux namq; nudari, aut umbram cuiusq; ab ipsa aspergi. Heliodus iuxta obstantia reddi suadet, ne deum nudatio aliquem offendant. Locus hic, quem Plinius citat, & ex quo symbolum Pythagore sumptum apparet, est in opere, cui titulus, Ἔργα ἢ ἡμέραι, μὴ δ' ἀντ' ἡλίου τετραμυδύος ὄρδος ὀμιχέειν, ἀντ' ἀρ' ἐπέικε δ' ἡ μεμνημύος ἐστ' ἀνιόντα, μὴ τ' ἐμ' ὄδῳ μὴ τ' ἐκτὸς ὄδου προβάδω οὐρήσας· μὴ δ' ἀπρξυμνωθεῖς, μακάρα μὴ νύκτες ἕασιν, ἐλόμονος δ' ὅ γε δῆιος ἀνήρ πεπνυμύια εἰδῶς, ἢ ὄγε πρὸς τῆχου πελάσας ἐνεκείος ἀύλης. Aduersus solem rectus ne me ihto, uerum ut Occiderit, donec redeat, facere ista memeto. Sed neq; progrediens, lotiū desperferis unq; In ue uis, extra ue uias, neq; mēbra renudes. Micturus, siquidem diuis nox sacra beatis. At qui uir fuerit, prudēsq; piusq; recumbens, Siue domus muris admotus corpore meiet.

Hirundines sub eodem tecto ne habeas.

ὀμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Hoc est, hirundines ne habeas sub eodem tecto. Diuus Hieronymus Aristotelis autoritatem secutus, interpretatur, abstinentium a cōmercio garrulorū, & susurronum. Verum hoc interpretamentū refellit apud Plutarchum Symposiacion, Decade octaua. Nam haud æquum uideri, ut auem domesticam, & humani conuictus citra noxā amantem, perinde ut sanguinariā & rapacem propellamus. Quod enim de garrulitate causantur, id esse friuolum, cum gallos, graculos, perdices, picas, cūq; his alias complurcis, multo magis obstreperas non arceamus a domestico contubernio. Immo nihil pene minus in hirūdinem conuenire, q̄ garrulitatem. Ne id quidem accipiendum uidetur, quod quidā Pythagoricum symbolum, ad Tragœdiam, quæ de hirundine fertur, referunt, quasi triste omen secum adferat. Nam hac ratione Philomenam item eijci oportere, ut quæ ad eandem p̄tineat Tragœdiam. Itaq; uero propius uidetur, ob id improbatam hirundinem, quod eidem malo uideatur obnoxia, quo infames habentur aues ad uncis unguibus. Siquidem carnibus uictitat, & cicadas, animal maxime uocale, ac musis sacrum, uenatur. Præterea humi uolans, minutis animantibus insidiatur. Deinde sola auium in tectis uersatur, nullam adferens utilitatem. Nam Ciconia cum ne tecto quidem utatur nostro, tamen haud quāq; mediocrem cōtubernij gratiam refert, bufones, serpentes, hostes hominum e medio tollens. Contra, hirūdo, potest q; sub nostro tecto, suos educauit pullos, ab ita nulla relata gratia commutati hospitij. Deniq; (quod est omnium grauissimum) duo dumtaxat animalia domestica sunt, quæ nunq; humano conuictu mansuescunt, neq; tactum admittunt, neq; cōsuetudinē, neq; ullius rei, aut

disciplinæ cōmunionem. Musca semper pauitatur, nequid mali patiatūr, & ob hanc causam indocilis ac semper fera. Hirundo item, natura uidetur hominem exolum habere, proinde nec curatur, utpote diffidens semper, semperq; suspicans mali quippiam. His de reb⁹, recte Pythagoras conuictorem ingratum, parumq; firmū, hirundinis symbolo monuit, ablegādum. Huiusmodi ferme Plutarchus, eo quem ostendi, loco. Quibus illud unum uidetur addendū, Cicronem (seu quisquis is fuit) in Rhetoricis ad Herennium, Infidæ amicitia similitudinē ab hirundinibus mutuari, quæ uere incunte præsto sint, hyeme instante deuolent.

Stragula semper conuoluta habeto.

τὰ σρώματα ἀει σωθεδέμεμα ἔχει, Id est, Stragula semper conuoluta habeto. Id his quoq; temporibus inelegans, & inurbanum habetur, si quis stragula lecti non componat. Quid autem sibi uelit hoc symbolum, alijs diuinandum relinquo. Tamen si suspicor cōmendatam uerecūdiam, etiam his in rebus, quibus cogimur naturæ necessitati satisfacere.

In anulo, dei figuram ne gestato.

Ἐμ δακτυλίῳ θεοῦ ἐκόννα μὴ περιφέρῃ, Id est, In anulo, dei imaginem ne circūferas. Fortassis admonet, non passim admiscendam dei mentionem.

Sellam oleo ne absterferis.

λαδίῳ ἔνδρακον μὴ ὁμόρυνουσαι, Id est, Ne sedē absterferis oleo. Nec hui⁹ interpretamētū occurrit. Arbitror innuī, nō esse abutendū rebus optimis ad ea, q^b, neq; dignæ uident, neq; utiles.

Coronam ne carpito.

στέφανον μὴ δρέπεισαι, Id est, Coronam ne carperis, Diuus Hieronymus aduersus Rufinū interpretatur, urbium leges obseruandas esse, non uiolandas, neq; reprehendendas.

Quæ deciderint, ne tollito.

τὰ πεσόντα μὴ ἀναρῆσαι, Id est, Quæ deciderint ne tollas. Admonet, ut assuescamus moderatius cibum sumere. Aristophanes in Heroibus, teste Laertio, Superstitiosam huius symboli causam adfert. Heroum enim esse quæ ceciderint e mensa, eoq; nefas gustare. μη δὲ γένεσθ' ἀτὲ ἔμ' ἐν τῷ τῆς ἑσπέρας κατὰ πέσον, Id est, Ne gustate, quæcūq; in mensa deciderint.

A gallo candido abstineas.

Ἀλεξήουτος μὴ ἀπιτεσαι λουκοῦ, Id est, Albo gallo ne manū admoliaris, quod Mensi sacer sit, utpote horarum nuntius.

Panem ne frangito.

ἄρτον μὴ καταγνύει, Id est, Panem ne frangito. Admonet non esse dirimendam amicitiam. Propterea quod antiquitus amicitia pane conciliabatur. Proinde non conuenire frangi id, quod amici conglomerarentur.

Salem apponito.

τὸν ἅλα παρατίθεισαι, Id est, Salem apponito. Admonet iusticiā & æquitatem omni adhibendā negotio. Sal enī quicquid occupauerit, seruat, & ex rebus purissimis constat aqua & mari.

In uia ne feces ligna.

Ἐμ ὁδῷ μὴ χίζαμ ξύλα, Id est, In uia ne feces ligna. Quidam exponunt, non esse discutiandā, & abbreviandam uitam curis, & anxijis cogitationibus.

Ne libaris dñs ex uitibus non amputatis.

μὴ σπένδειμ θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτωμ, Id est, Ne libaris Dñs ex uitibus nō amputatis. Nihil gratum superis, quod non purum, purgatumq;.

Ne sacrificio sine farina.

μὴ θύειν ἄτερ ἀλγίτωμ, Id est, Absq; farina ne sacrificio, Morum mansuetudinem cōmēdat. Adorato circumactus.

προσκυεῖμ περιφερόμενος, Id est, Adorandum circumactu corporis. Nimirum ad imitationē cœli perpetua uertigine circumacti, Cœlum autem, Deum antiquitas credidit.

Adoraturi sedeant.

καθῆσαι προσκυήσοντας, Id est, Adoraturi sedeant. Significat uota certa concipere oportere, & in his quæ sunt optima, perseuerare.

Surgens e lecto, uestigium corporis confundito.

Ἀναστὰς ἐξ ἐδνῆς σιωτάρηται τὰ σρώματα, Id est, Cum surrexeris, stragulas confundito. Videtur idem cum superiore, de stragulis complicandis.

A piscibus abstineto.

ἰχθύων μὴ γένεσθαι, Id est, Pisces ne gustato. Quamobrē Pythagoras ab urtica marina iussit abstinere, fortassis illud in causa fuit, quod is piscis Hecate sit sacer, propter mysterium Ternionis, quem, aiunt huic Deae dicatum. Sed qua gratia reliquorum, item piscium esum interdixerit, non aequè promptum fuerit expedire. Quamvis apud Plutarchum in quaestionibus conuiuialibus, quispiam huiusmodi causam adfert. Pisces quodammodo Pythagoricae disciplinae contubernales uideri, propter εχεμυδίαν, id est, silentium, ita ut etiam in prouerbio abierit, ἄφω νότερος ἰχθύος, id est, Magis mutus, quam piscis. Theon grammaticus apud eundem Plutarchum diuersam rationem allegat. Nam piscem maris indigenam, & alumnū esse, elementi uidelicet non solum alienissimi, uerum etiam inimicissimi naturae hominis. Neque enim deos hinc aliquemadmodum de stellis opinantur stoici, quin parentem & seruatorem regionis Aegyptiorum, Osiridem in hoc deiectum, perisse. Proinde nec aqua maris ad potum utuntur, neque quicquam eorum, quae in eo gignuntur, alunturque, purum & ad hominis usum accommodatum existimant, ut cum quibus nec aerem communem, neque regionem habeamus communem. Quinimmo aer hic, per quem reliqua omnia uiuunt, alunturque, illis perniciem adfert, tanquam praeter naturam, citraque usum & genitricis & uiuentibus. Neque mirum (inquit) si ab animantibus abstinent, propter elementum maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis, quae cum nostro spiritu, ac sanguine miscantur, quando neque nautas alloqui dignantur Aegyptij, si quando fiant obuij, quippe qui ex mari uictum sibi parent. Rursum Sylla eodem in loco causam aliam adducit. Nempe Pythagoram fere uesci solitum his, quae fuissent dijs immolata, primitijs illis dicatis. Atqui nullus piscis idoneus ad sacrificium. Plutarchus ipse, rationes superiores, ita refellit, ut dicat hoc ipso nomine magis oportere uesci piscibus, quod peregrini generis esse uideantur. Inmane enim, planeque Cyclopicum esse, si quae sunt eiusdem generis mutuo laniatu pascantur. Nam quod narrant aliquando Pythagoram empto retium iactu, pisces captos emisisse, non eos contempsit uelut hostes, & alienigenas, sed tanquam amicis iam factis & captiuis pepercit, persoluto illorum nomine pretio. Reddit autem duplicem causam, quare Pythagorae non probaretur piscium esus, partim quod res cum iniusticia coniuncta uideretur, persequi, occidere, uorare animal, quod ipsa natura nullo pacto laedat hominem, aut laedere possit. Deinde quod non ad necessitatem, sed ad luxum, superuacaneamque gulam uoluptatem, pertineat piscium esus. Hinc esse, quod Homerus fecerit, non Gracos solum, cum circa Hellespontum militarent, a piscibus abstinentes, uerum etiam Phaeacas ipsos, alioqui helluones. Ne prociis quidem lurconibus marinum obsonium apposuit, cum utriusque insulares essent. Neque socij Vlyssis unquam aut hamo, aut retibus usi sunt, donec farina suppeteret. Verum omni comensu absumpto paulo priusquam sacros soli boues deuorarent, piscari ceperunt, non obsonij causa, sed ob famem depellendam. Commemorantur hoc loco apud Plutarchum & alia nonnulla de piscium abstinentia, sed haec ad symboli interpretationem satis esse uisa sunt. Tribuit Pythagorae & illa nobilis sententia, teste Plutarcho in commentario de exilio, ελου βίον τὴν ἀριστον ἢ δὲ αὐτὴν σωκίθεα ποιήσει, Id est, Optimam uitae rationem elige, eam iucundam reddet consuetudo. Diuus Hieronymus hoc etiam dogma Pythagoricum refert, quo uir ille totius moralis philosophiae summam complexus uidetur. Δεῖ φυγαδένειν πάντα ἔσποτον ἐκκόπτειν. πλὴν νότον ἀπὸ τοῦ σώματος· πλὴν ἀπαιδευσάμεν ἀπὸ τῆς ψυχῆς· πλὴν ἀσέλγησιν ἀπὸ σαρκός· πλὴν σάσιν ἀπὸ πόλεως· πλὴν διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας· καὶ κοινην ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές, Id est, Fugere comensum ac modis omnibus refecare, Morbum a corpore, Inscitiam ab animo, Luxuriam a uentre, Seditionem a ciuitate, Discordiam a familia. In summa ab omni negotio intemperantiam.

Nemo bene imperat, nisi qui paruierit imperio.

III

οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχεσθαι μὴ ἀρχθέντα, Id est, Fieri non potest, ut bene gerat imperium, qui non tulerit imperium. Manet hoc adagiū, hodieque uulgo celebre, neminem recte dominum agere, qui non ante ministrum gesserit. Citat autem Aristoteles Politicorum libro tertio, διὸ λέγεται, κῆ τοῦτο καλῶς· ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχεσθαι, μὴ ἀρχθέντα, id est, Quapropter illud etiam recte dicitur, Neminem bene imperium gerere, qui non ipse prius sub imperio fuerit. Rursum eodem libro, τὸν τε γὰρ μέλλοντα ἄρχεσθαι καλῶς, ἀρχθῆναι φασὶ δεινὸν πρῶτον, id est, Eum enim, qui bene sit administraturus imperium, aiunt, imperium ferre oportere. Magis prouerbialiter extulit Plato libro de legibus sexto, δεῖ δὲ πάντ' ἀνδρῶν διανοεῖσθαι περὶ ἅπαντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γέμοιτο ἄξιος ἐπαίνου, id est, iam illud oportet unumquemque de mortalibus uniuersis cogitare, Qui non seruerit, eum haud quaquam deum fore laude dignum. Plutarchus ad ducem imperium, οὐτε γὰρ πίπτορτος ἔστιν ὀρθοῦν, οὐτε διδάσκειν ἀγνοοῦν, οὐτε ἀκοσμοῦντος κοσμεῖν, ἢ τὰ πρῶτα ἀτακτοῦντος, ἢ ἄρχεσθαι μὴ ἀρχομένου, id est, Neque enim lapsi partes

sunt, alios erigere, neq; inscijs docere, neq; incompofiti componere, neq; ordinare inordinati, neq; imperare, qui imperium non fit passus. Natum adagium a nobili illo Solonis apophthegmate, quod in eius uita refert Diogenes Laertius, Ἀρχε πρῶτον μαθῶν ἄρχεσθαι. Imperium gerere, sed ubi prius imperium ferre didiceris. Itaq; referri potest uel ad eos, qui prius alieno parēdo imperio, discunt imperium in alios gerere. Vel qui prius cupiditatibus imperāt suis, q̄ in alios exercent imperiū. Neq; enim idoneus est, ut alijs dominetur, qui ipse seruit affectibus. Neq; rex alijs esse potest, nisi quem ratio rexerit.

Adonidis horti.

III

Ἀδωνίδος κήποι, id est, Adonidis horti, de rebus leuiculis dicebatur, parumq; frugiferis, & ad breuem, praesentemq; modo uoluptatem idoneis. Pausanias testatur Adonidis hortos olim in delitijs fuisse, lactucis potissimū, ac foeniculis frequentes, in quibus semina, haud aliter, atq; in testa deponi consueuerint, coq; rem in prouerbium abisse, contra futiles, ac nugones homines, & uoluptatibus ineptis natos, cuiusmodi sunt cantores, sophistae, poetae lasciuī, cupediarij, atq; id genus alij. Erant autem ij horti Veneri sacri, propter Adonidem eius amasium, primo aetatis flore praereptum, atq; in florem conuersum. Horum mentionem facit Plato in Phaedro, ο νοῦν ἔχω γεωργός, ὡς σπειράτων κίθονος, ἢ ἔγκασπα βούλοις γενέσθαι, πότερα αὐτοῦ ἢ ἄμ δέρας εἰς, Ἀδωνίδος κήπους ἄρῶν χαίροι. Δεωρῶν καλοῦς ἐμ ἡμέραισι, ὅκτῶ γιγνομύους, id est, Nū agricola, qui sapiat, semina, quae cura haberet, quaeq; cuperet aliquando fructum adferre, aetatis tēpore, summo studio in Adonidis hortos mitteret, gauderetq; eos intra dies octo iam pulchros effectos. Item Plutarchus in commentario, cui titulus περὶ τῶν βραδείων ὑπὸ Δείου Τιμωροῦ μύου, id est de eo qui a numine sero puniū. Ἀλλὰ μικρὸς τις, ἢ κενόσπονδος ὁ Δεός ὄσμη, ὡς τε μὴδὲμ ἡμῶν ἐχόντων Δεῖον ἐν ἄνθρωποις, μὴδὲ προσόμοιον ἀμοσγέτως ἐκείνῳ. ἢ διαρκές ἢ βέβαιον, ἀλλὰ φύλλοις, ὡς ὁμηρος ἔφη, παραπλοκίως ἀπομαραίνουμένων παντάπασι καὶ φθειρόντων ἐμ ὀλίγῳ ποιεῖσθαι λόγον τοσοῦτον, ὡς περὶ αἱ τοῦς Ἀδωνίδος κήπους, ἐπὶ ὄσμη τοῖς τιθικνούμενοι ἢ Δεραπέουσαι γωαῖκες, ἐφῆμι ἔσθαι ψυχὰς ἐμ σαρκί, ἔσφραξ, ἢ βίου ρίζαν ἰχυρὰν οὐ δεχουμένην βλασανούσας, εἴτα ἀποσθενουμένης αἰὲν ὑπὸ τῆς τυχοῦσας προφάσεως, id est, Immo morosior quispiam & leuicularū rerum curiosus est Deus, qui cum nihil habeamus diuinum in nobis, neq; quod ullo modo ad illius similitudinem accedat quodq; constet, ac stabile, perpetuumq; sit, quin magis foliorum ritu (quemadmodū ait Homerus) unde quaq; marcescamus, intereamusq; in re momentaria tātam adhibeat curam, nō aliter q̄ mulieres Adonidis hortos, ad dies pauculos uernantes, in testulis quibusdam nutriunt, fouētq;. Itidem nos animū alamus, in carne tenera, molliq;, quaeq; ualidam uitae radicē nō admittat, pululantem. Deinde mox, uel quauis occasione extinguendum. Meminit & Theocritus Idyllio. β. παρὶ δ' ἀπαλοὶ κήποι πεφυλαγμένοι ἐμ ταλερίσκοις Ἀργυρείοις, id est, Adfunt & teneri calathis candentibus horti, Seruati. Effertur paroemia etiam hoc modo, ἀκαρπότερος ἢ ἡ Ἀδωνίδος κήπων, id est, Infructuosior Adonidis hortis,

Infixo aculeo fugere.

V

βάλλωμ φευξέσθαι οἶσι, id est, Iaculo immisso fugiturum te putas. Metaphora prouerbialis, ubi quis dicto conuitio, seu maleficio quopiam peracto, statim subducit sese, ne uel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuū recipiat. Eryximachus medicus in conuiuio Platonis, Aristophani discedere parātū, ne cogeretur & ipse laudare Cupidinem, ac iocis quibusdam pocticis eludenti, βάλλωμ γε φάναι ὃ Ἀριστόφανες οἶσι ἐκφουξέσθαι, ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν, ἢ οὕτως λέγε ὡς δῶσωμ λόγον, ἴσως μὲν τοῖς ἄμ, δὲ ἔμ μοι ἀφήσω σε, id est, ut uideatur Aristophanes, immisso in nos iaculo, fugiturum te credis. Quin tu animū aduerte, atq; ita loquere, tanquā rationem, redditurus. Sane (si mihi uidebit) fortassis te dimittā. Utitur item in Phaedone, & primo de rep. libro, quaeq; hoc loco mutat metaphorā, & ad balneatorē iniecta aqua discedentē refert, ταῦτα ἐπῶμ ὁ θεὸς σύμαχος ἐμ μῶ εἴχεμ ἀπιέναι, ὡς βάλανος ἡμῶν κατὰ τὴν λήσας ἢ τὸν ὄτων ἀθεόμ καὶ πολὺν ἢ λόγον, id est, haec locutus Thrasymachus in animo habebat discedere, ceu balneator quispiā offusus in aures copiosis ac multis uerbis. Ac mox eodem in loco, ὅμοι ἐμβαλῶμ λόγον ἐμ νῶν ἔχθες ἀπιέναι, id est uelut iniecto dicto, paras discedere. Respexit ad prouerbium Plutarchus in commentario de ijs qui tarde puniuntur a numine. ἀλλ' οὐ δ' εἰ βαλῶμ εἴπεμ ἀπὸ κλάγκ καλῶν εἴχε περιούριον τὸ βέλος ἐγκείμενον, id est, Quin etiam si discessit inquit, immisso iaculo non conuenit telum inhaerens negligere. Allusit ad hanc paroemiam Aristoteles in quarto naturalium auditionū libro. Refellens enim Anaxagorae sententiam, qui dixisset infinitum immotum esse, & in se ipso conquiescere. Negat satis esse dixisse tantū, & aufugere, cum causam etiam reddere de-

buerit, quāobrem infinitū moueri nō posset. Quadrabit igitur in eos, qui uelut oracula quaedam pronunciant, alijs coniectandi materiā ministrantes, ut qui non interpretentur, quāobrem ita senserint. Translatū uidetur ab apibus, aut uespis, quæ infixō aculeo, statim aufugiūt. Id enim innuit Plato in Phædone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostē, mox equis uersis se fuga proripiunt, nec audent cominus congrēdi.

Nodum soluere.

VI

κόθαμμα λύψι, id est, Nodum soluere dicebatur, qui negocium alioqui impeditum facile cōficeret. Natum hinc aiunt, quod tradūt Midam curru, nodis quibusdam inexplicabilibus cōnexo uectari solitum. De hoc, in templo reposito, proditus erat apud Phrygas rumor, ut qui uinculum illius soluisset, eum Asiæ imperio potiturum, Alexander Magnus explicuit. Quidam aiunt gladio dissecuisse, cuius historiæ alio loco mētionem faciemus. M. Tullius epistolarum ad Atticum libro quinto. Cæsari nullus honos a senatu habeatur, dum hic nodus expeditur, id est, dum hoc negocium conficitur.

Dodanæum æs.

VII

Δωδωναῖον χαλκείον, id est, Dodanæum cymbalum, aut tintinnabulum. In hominem dici cōfueuit, improbæ atq; importunæ loquacitatis. Zenodotus citat ex Ariphoro Menandri. Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in altera positā peluim æream, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis. Quoties autem uentus uehemētius flauerit, fieri, ut scutica impulsā crebrius lebetem feriat, isq; percussus tinnitum reddat, ad multum etiā tēporis resonantē. Alij referunt ad ara corinthia, quæ præ cæteris clarius tinniant. Meminit huius adagij, Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad adagium allusisse uidetur, cum ait, Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas pulsari. Muliebrem garrulitatem taxans. Suidas diuersam adagij adfert interpretationem ex Dæmone. Ait enim oraculum Iouis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis undiq; cinctum iuisse, ita ut inuicem se se contingerent. Itaq; necessum erat fieri, ut uno quopiam pulsato, uicissim & omnes resonarent, sonitu per contactum ab alijs ad alios succedente. Durabatq; in longum tempus tinnitus ille, uidelicet in orbem redeunte sono. Putatq; parœmiā dictam in sordidos, & quantumuis puilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentū, ut ficticiū refellit, adferens aliud interpretamētum, quod modo retulimus, de columnis duabus, & simulacro pueri. Plutarchus in commentario περί τῆς ἀπολεχίας indicat in olympia porticum quādam fuisse, ratione mathematica ita compositam, ut p̄ una uoce multas redderet, atq; ob id ἐπιάφωνον appellatam. Cumq; hac confert homines impendio loquaces, quos si uerbulo tangas, continuo referūt tantū uerborū, ut nullus omīno sit garriēdi finis. Meminit huius Adagionis & Iulius Polux libro sexto, capite de loquacibus, his uerbis τὸ ἐκ δωδώνης χαλκείον.

Prora & puppis.

VIII

πρῶρα ἢ πρῦμνη, id est, Prora & puppis. M. Tullius libro Familiarium epistolarū ultimo scribens ad Tyronem suum, parœmiā hanc refert his uerbis, Mihi prora & puppis (ut Græcorum prouerbiū est) fuit a me tui dimittēdi, ut rationes meas explicares. Prora itaq; & puppi, summam consilij nostri significamus. Propterea quod a prora & puppi, tanquā a capite, & calce, pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronunciatam hoc pacto, τὰ ἐκ πρῶρας, καὶ τὰ ἐκ πρῦμνης ἀπόλλυται, id est, a prora pariter, atq; a puppi pereunt, hoc est, ad interitum. Cōsimili figura dictum est in Apocalypsi, ἐγὼ εἰμι ἄλφα καὶ ὦ, Ego sum alpha & ω. Ego sum rerum omnium summa. Omnia proficiscuntur a me uelut a fonte, & ad eundem omnia referuntur, tanquā ad felicitatis portum. Nam Alpha Græcis prima littera est, ω magnū postrema. Neq; dissidet hinc illud Theocriticum in Encomio Ptolemæi. ἀνδρῶν ἀπὸ πρῶτος, ἐν πρώτῳσι λεγέσθω, καὶ πῦμας, καὶ μέσος, ἰ. Ast hominum in numero decantetur Ptolemæus Primus, & ultimus, ac medius. Item Vergilianum illud, A te principium, tibi desinet. Huc pertinet, quod Demosthenes pronunciationem, τὸ πρῶτον, ἔ δὲ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον esse dixit, uniuersam eloquentiam intelligens. Plato libro de legibus quarto. ὁ μὲν δὲ θεὸς, ἄσπερος καὶ ὁ παλαιὸς λόγος ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσος τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων, id est, Iam Deus quidem ipse, quemadmodum uetusto uerbo dicitur, tum initium, tum finem, tum medium rerum omnium complectens. Aristoteles libro Rhetoricorū tertio, refert ex Alcідamante quodā, qui Philosophiam, legum uallum, ac fossam appellarit, omne legum præsidium in philosophia litū innuens. At Philosophus eam metaphoram tanq; duram, ac frigidā damnat. Quasi uero nō

durior etiam sit illa superior, *πρόρα καὶ πρύμνη*. Verum in oratiōe seria, fortassis uitiosa fuerint. In adagijs non item offendit duricies, ut quæ sæpenumero, uel ænigmatū simillima sint, quæ ferme laudatissima uideantur, quæ paulo longius detorta fuerint. Proinde quoties summam totius negocij & omne momentū, præsidiumq; significabimus, proram & puppim, aut fossam, & uallum dicemus. Ut pietas, studiorum nostrorum prora & puppis esse debet. Quibusdā omnium rationum prora & puppis, est pecunia. Aduersus Carthaginensium uim, Scipio fossa pariter & uallū erat, id est præcipuū tutamentū, Umbra.

Σκιά, id est, umbra, prouerbiali ioco dicebantur olim ij, qui uenirent ad conuiuū, non ipsi quædem uocati, sed comites eorum, qui uocati fuerant, sic illos sequentes, uelut umbra corpus ultrō sequitur. Ad hanc parœmiā allulit Horatius Epistolarū libro primo, scribens ad Torquatū. Brutam tibi, Septimūq; Et nisi cœna prior, potiorq; puella Sabinum, Detinet. Ad summam locus est & pluribus umbris. Sed nimis arcta premunt olidæ cōuiuia capra. Hoc loco, neq; Acron prouerbij facit mentionem (opinor) quod rem uulgo iactatam, ceu notam præterierit. Christophorus Landinus, uir alioqui doctus, umbras interpretatur loca in rure operata umbris, in quibus commode discumbant conuiuæ. Præterea capras interpretatur scurras mordaces. Postremo, dic quotus esse uelis, ad hunc exponit modum. Rescribe cuius fortunæ homines tibi conuiuas adhibeam. Nam si cupis digniores te, eris postremus, si inferiores, eris primus. Hæc non fueram adscripturus, nisi conduceret ostendisse, in quæ deliramenta uirum eruditum adigat nonnūquā unius prouerbioli ignorantia. Sensus autem Horatiani carminis sic habet. Admonet Torquatū ut ad cœnam ueniat, paucis comitatus, uidelicet Brutam, Septimio, & Sabino, non quod sit defuturus in accubitu locus, si uelit plurcis umbras secū adducere, uerum id futurum incommodi, ut alarum odor offendat conuiuū suauitatem, si angustius sedeatur. Deinde si uelit omnino plureis umbras, id est comites, præmoneat se de numero, ne non respondeat apparatus, Brutam itaq; Septimium, & Sabinum, umbras Torquati uocat, si ueniant, non ipsi quidem inuitati, sed a Torquato, quem uocarat Horatius, ceu comites adducti. Idem alibi. Cum Seruilio Balatrone Vibidius, Quos Meccenas adduxerat umbras, id est ultroneos comites. Plutarchus *συμποσιακῶν* libro septimo, quid sint umbra, narrat his uerbis, τὸ δὲ πρῶτον ἐπικλήτωρ ἔειπεν, οὗς νῦν σκιάς καλοῦσιν, οὐ κεκλημμένους αὐτοὺς, ἀλλ' ἢ πρῶτον κεκλημμένους ἐπὶ τῷ δειπνοῦ ἀγομμένους, ἐχρήσατο πρότερον ἔχει τὴν ἀρχήν, ἐδοκίμη δὲ ἀπὸ σωκράτους ἀριστοκροῦ ἀναπεισάντες, οὐ κεκλημμένους εἰς ἀγάθωνος ἵεναι σὺν αὐτῷ, καὶ παρόντα τι γελοῖον, ἔλαθε γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν ἢ πολλοὺς φθίσις ὁ σωκράτης, ὁ δὲ προεσθλίδην ἀτεχνῶς σκιά πρὸς ἀδίκισσα σώματα ἐξόπισθεν δὲ φῶς ἔχοντας, id est, Mos autem adducendi comites, quos nunc umbras appellant, non ipsos quidem uocatos, sed ab alijs, qui uocati fuerant ad conuiuium adductos, quæsitum est, unde nam inoleuerit. Existimabant natum a Socrate, qui Aristodemo persuaserit, ut nō uocatus, secum ad Agathonis conuiuium accederet. Acciderat enim Aristodemo ridiculum quiddam. Siquidē cum inter cundum, non sentiret Socratem post se relictum, prior ingressus est, plane uelut umbra corpus præcedens, lumine a tergo sequente. Hactenus Plutarchus. Est autem hæc de Socrate, & Aristodemo fabula, Apud Platonem in Dialogo, cui titulus *συμπόσιον*.

Nihil ad Parmenonis suem.

οὐδὲμ πρὸς τὴν παραμύοντες ἔμ, id est, Nihil ad Parmenonis suem. De æmulatiōe dictum, quæ longo interuallo abesset ab eo, quod imitaretur. Plutarchus in Symposiacis quintæ Decadis, secundo problemate, quo pacto natum sit adagium, narrat ad hanc ferme sententiā. Parmeno quispiam fuit ex hominū eorum genere, qui nostris etiam temporibus, uarias animantiū & hominum uoces ita scite imitantur ac representant, ut audientibus tantum, non etiam uidentibus, ueræ, non imitatae uoces uideantur. Neq; defunt, quos hoc artificium maiore in modum delectet. Parmenon igitur hac arte uulgo, ut iucundissimus, ita etiam celeberrimus fuisse perhibet. Quæ cum reliqui conarent æmulari, ac protinus ab omnibus diceret illud, *εἶ μόνον, ἀλλ' οὐδὲμ πρὸς τὴν παραμύοντες ἔμ*, hoc est, recte quidem, uerū nihil ad Parmenonis suem, Quidam prodijt, ueram fuculam sub alis occultatam gestans. Huius uocem cum populus imitatiōis esse crederet, Statimq; sicuti solent, reclamaret, *τι οὐμ αὐτῆν πρὸς τὴν παραμύοντες*, id est, Quid hæc ad Parmenonis suem? uera sue deprompta, ac ppalam ostensa, refellit illorū iudiciū, utpote non ex uero, sed ex imaginatiōe profectum. Meminit idem Parmenonis ac suis adumbrata, in commentarijs de audiēdis poetis. Nec inuestiuitur utemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat. Veluti si quis epigramma parum cruditum

ac neotericum supra modum admiraretur, persuasus antiquū esse. Rursum si quod antiquum esset & eruditum, ceu nuperum damnaret. Tantum enim ualet hæc imaginatio, ut eruditissimis etiam uiris in iudicando frequenter imponat.

Sycretismus.

XI

ΣΥΚΡΗΤΙΣΜΟΣ. Cretico prouerbio dicebat, quoties fieret, ut qui modo uidebantur hostes acerrimi, repente in summā concordia redigerentur. Id quod frequenter euenire solet, maxime si quādo malum aliquod inciderit utriusq; cōmune. Plutarchus in cōmentario, *περί φιλαδέλφειας*, id est de fraterna charitate recenset, simulq; explicat parcemā his uerbis, *επί τοίνω ἐκείνο δειμνημονεύει ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς ἢ φυλάττει τὸ τοῖς φίλοις αὐτῶν ὀμιλεῖν* & *ὡλκισιάζει τότε μάλιχα. φεύγα δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἢ μὴ προσδέχεσθαι, μιμούμενον αὐτὸ γοῶ τοῦτ' ἐκρητῶν, οἱ πλάκις σασιάζοντες ἀλλήλοις* & *πολεμοῦντες, ἕξωθεν ἐπιόντων πολέμιων, διελύοντο ἢ σώσαντο.* & *τοῦτ' ἦν ὁ κολούμβος ὑπ' αὐτῶν συγκρητισμός*, id est, Præterea oportebit & illud meminisse, Fratribus inter se dissidentibus, obseruareq; ut potissimū eo tempore cōsuetudinē habeas, & conuictum cum illorum amicis. Rursum, inimicos fugias, neq; admittas ad familiaritatem, illud uidelicet Cretensium exemplum sequutus, qui frequēter, cum factionibus & bellis intestinis inter ipsos pugnarent, inuadentibus aliunde hostibus, ommissa contentione coniuncti sunt. Atq; is erat, quē illi Syncretismus appellabant. Hactenus Plutarchus. Pertinet huc, quod alias ex Aristotele referemus, *συνάγει τοὺς ἀνθρώπους τὰ κακὰ*, id est, Conciliant homines mala. Adagiū recte accommodabitur & in illos, qui amicitiam ineunt, non quod sese ex animo diligāt, sed quod alter alterius opis egeat, aut quo ueluti coniunctis copijs cōmunem inimicū pessudent. Referē & ab Apostolio quodā Bizantino, recentissimo apud Græcos, prouerbiorū coaceruatore,

Qui circa salem & fabam.

XII

περί ἄλα ἢ κύμινο id est, iuxta salem & fabam. In eos dicebatur, qui se simularent scire, quod nescirent. Siquidem diuini, responsuri fabam, & salem apponebant. Vnde qui inter sese de rebus arcanis communicarent, *τοὺς περὶ ἄλα καὶ κύμινο* appellabant. Ad hunc quidem modum scriptum legitur in Dio geniano reliquisq; græcarū parœmiarū collectoribus. Verū Plutarchus in Symposiacorū problematū Decade quarta, nō fabam, sed cuminū scribit, nisi forte de prauatus est codex. *ἐκείνο δ' ἔπος ὑμᾶς λίληδε τοὺς περὶ ἄλα καὶ κύμινο, ὅτι ἐ μὲν ποικίλον ὄζει τὸ δὲ ἥδιον*, id est, At illud fortasse uos fugit, quod aiunt, qui iuxta salem, ac cuminum, quod illud quidem lautius, hoc suauius. Rursum eiusdē operis Decade quinta *εἰρήτη φλώρος ἐσιωμνῶν ὑμῶν παρ' αὐτῶν, τίνες ἄρ' εἴη οἱ περὶ ἄλα καὶ κύμινο ἐν παροιμία λεγόμενοι*, id est, Quærebat Florus, cum apud ipsum cœnaremus, qui nam essent, qui in prouerbio iuxta salem & cuminum dicerentur. Apollonphanes autem Grammaticus sic eam quæstionem dissoluit, ut dicat adagiū summam familiaritatem significare. Siquidem qui magnopere inter se familiares sunt, hi uel salem & cuminum una cœnant, neq; requirunt apparatus ullum ciborum. Vnde & ille iocus est Octauij cæsaris ad Mecœuatem, a quo fuerat conuiuio perparco, frugalique acceptus, *Νεσκιεβαν με τὸν ἐσσε τὰν ἐμὴν*. Huc pertinet etiam illud, quod suo loco referemus, *ἄλα ἢ πᾶπτερον μὴ παραβαίνεω*, id est, non oportet transgredi, salem & mensam hoc est amicitia ius quod his rebus conciliatur, non est uiolandum. Porro salis nomine frugalem uictum innuī, passim ex poetis licet cognoscere. Horatius in Odis, Viuitur paruo bene, cui paternū splendet in mensa tenui salinum. Idem in sermonibus. Modo sit mihi mensa tripes, & concha salis puri. Verum in diuinationibus uidetur magis religionis causa solitus apponi. Cur autem hic honos salis potissimum sit habitus, quæritur apud Plutarchum in eo, quem modo citauī loco. Nam & Homerus salem diuinum appellat, & Plato scripsit salem rebus diuinis amicissimum, familiarissimumq;. Proinde Aegyptij honoris causa prorsum a sale abstinet, adeo ut ne panibus quidē uescant sale conditis. Tametsi Plutarchus arbitrat Aegyptios hac gratia potius abstinuisse, si quando pure uiuere uellent, quod præcipue libidinem irritare putatur, idq; propter calorem. Præterea non est ueri dissimile illos abdicasse sibi salem, tãquā condimentū omniū suauissimū, ita ut nō immerito, opsoniorum opsonium appellari possit. Nam sunt, qui hac de causa, salem gratiam nominarint, quod citra hunc, omnia uideant insipida, ingrataq;. Quancq; illud maxime diuinum in se sal habere uidetur, quod a corporibus uita destitutis, putrefactionē, ac tabem arcet, neq; sinit prorsum interire, diu morti uelut resistens, animæ quoque licet uice fungens. Atqui nihil est anima diuinius. Huius, ut est officij, animatua tueri, continereq; neq; sinere compaginem dilabi, itidem sal, animæ exemplo, cohibet corpo-

tum harmoniam ad tabem tendentiū, & membrorum inter sese amicitiam conseruat. Hæc ea dem ratione fulgurum ignem sacrum, ac diuinū arbitrantur, quod ictorum corpora multo tē pore perdurent, neq; putrescant. Habet & illud quasi diuinū sal, quod uim quandam gignen di genuinā habere credatur, uel hoc argumento, quod (sicuti paulo superius dictum est) semi nalem uigorem experget facit, acuitq;. Proinde, qui canibus alendis dant operam, falsis carni bus, ac fallamentis eos pascunt, quo ad gignendū reddant alacriores. Accedit huc, quod e na uibus marinis, immensa murium uis soleat enasci. Neq; desunt, qui dicant, mulieres etiam ci tra uirilem operam fieri grauidas, si salem lingant. Præterea putant huc alluisse Poetas, q non sine causa finxerūt Venerem genituræ principem, e salo natam fuisse, quam etiā ἀλιγενή, id est saligenam cognominant. Quin ijdem deos omneis marinos foecundos, & plurimorū libero rum progenitores faciunt. Deniq; nullum est animal, neq; terrestre, neq; uolatile, perinde foec undum, ut sunt omnia marina. Huiusmodi ferme de sale differuntur apud Plutarchum, quæ quidem hoc magis libuit referre, quod in Christianis etiā mysterijs, præcipue baptismi, quo renascimur, ac denuo gignimur ad salutē, sal in primis admisceatur, ut ex his, quæ ueteres de sale senserunt, nō nihil etiam Theologus ad suum usum possit accommodare.

Duabus ancoris fultus.

XIII

Ἐπίδουϊν ὄρμει, id est, Duabus nixus in portu sedet, Subaudiendū ancoris. De firmis & immo tis, & q rem suā probe cōstabilierūt. Ductū a nauibus intra portum tuto manētibus, a prora si mul, & a puppi proiectis ancoris. Meminit Aristides, in Panathenaicis. Ab eadē metaphora ductū est, quod aduersus Ctesiphontem dixit Demosthenes. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὄρμει τῆς πολ ῶϊς, Subaudiendū, & γκῆρας, id est, haud eadē ancora nixus est, qua uulgius hominum.

Sine capite fabula.

XIIII

Ἀκέφαλος μῦθος, id est, Sine capite sermo dicitur imperfectus, ac mutilus. Plato libro de legi bus sexto. οὐκοῦν δὴ που λέγω γε ἄρ, μῦθον ἀκέφαλον ἐκὼν κατὰλίποισι. πλανώμενος γὰρ ἄρ ἀπάντη τοιοῦτε ἄρ, ἀμορφος φαίνεται, Nequaq; pfecto, posteaq; dicendi parteis suscepi, sermonem absq; capite libens reliquerim. Etenim si oberrans talis occurrat alicui, foedus uideretur. Fortassis al ludit ad id, quod refert Plutarchus in Dialogo de desertis oraculis. Apud Crætenes festum quoddam nouis & absurdis cerimonijs agebatur, ostenso hominis simulacro, sine capite, hūc aiebant Homerioni patrem fuisse, Qui constuprata per uim nympha, sine capite fuerit rep tus. Prouerbiū refertur a Zenodoto.

Inter sacrum & saxum.

XV

Tyndarus apud Plautum, alter e captiuis, cum iam proditis dolis esset deprehēsus, nec ha beret, qua nam arte posset elabi. Nunc ego (inquit) omnino occidi. Nunc ego inter sacrum, saxumq; sto, nec quid faciam, scio. Apuleius asini sui libro undecimo. Plurimum ergo duri cia paupertatis intercedente (quod ait uetus prouerbiū) Inter sacrum & saxum positus cru ciabar. Explicat autem Apuleius allegoriam adagij, uidelicet alludēs ad sacerdotium, cui erat initiandus, & paupertatem saxo duriozem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex prius foederis feriendi cerimonijs, in quibus Feialis porcum saxo feriebat, hæc interim pronuncias. Qui prior populus foedus rumpet, Iuppiter ita cum feriat, quemadmo dum ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecunq; fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur.

Inter malleum & incudem.

XVI

μεταξὺ τοῦ ἄκμονος καὶ σφύρας. Inter incudem & malleum. Huic nō dissimile refertur ab Orige ne Theologo, quadam in Hieremiam homilia, his quidem uerbis, iam quoddā est apud na tiones tritum uulgi sermone prouerbiū, ut de his, qui anxietatibus, & ingentibus malis pre muntur, dicant, Inter malleum sunt & incudem.

Nunc meæ in arcum coguntur copia.

XVII

Rem eandem diuersa significat allegoria Terentius in Andria, cum ait. Nunc meæ in arcū coguntur copia. Metaphora sumpta ab exercitu, qui laborat, iniquo cōclusus loco, & undiq; oblidetur ab hostibus, ut difficile sit effugere.

In acie nouacula.

XVIII

Nec aborret a superioribus illud, quod ab Homero sumptū, maximisq; celebratum autori bus in adagionem abiit. ἐπιξυροῦ ἀκμῆς, id est in nouacula cuspide siue acie. Pro eo quod est in summo discrimine. Sic enim in Iliadis decimo loquit Nestor, νῶν δὲ δὴ πάντας ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται

ἀκμῆς; ἢ μάλα λοιγρός ἄλεθρος ἀχαιοῖσ' ἢ βιῶναι, id est, Nunc etenim cūctis sita res in cuspide ferri est. Vivant ne, an tristi exitio absumantur Achiui. Sophocles in Antigone. φρόνει βεβώς αὐτῶν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. Sunt autem Tiresiæ uatis uerba, Cretonem admonentis, ut sapiat, in tanto constitutus periculo. Rursum in epigramatibus Εὐρώπης ἀσίης τε δορυδεινέας βασιλῆας, ἡμίρᾶμφο τέροισιν ἐπὶ ξυροῦ ἴσαται ἀκμῆ, id est, Europæ, atq; Asiæ reges Mauorte potentes. Nunc uobis utrisq; nouaclæ in acumine res est. De Menclao, ac Paride, singulari certamine decernētibus uter Helena potiret. Theocritus in Dioscuris Αὐθρόπῳ σωτήρῃ ἐπὶ ξυροῦ ἠδ' ἠέοντῳ, id est, Certa salus hominū iam ferri in cuspide stantū. Sumptum uidetur a circulatoribus, qui in cuspi- de gladiatorum ingrediuntur, aut ab ijs, qui ferrum manu contrectant.

Res est in cardine.

XIX

Huic nō omnino diuersum est illud, Res est in cardine. Quod Seruius puerbium esse ad- monuit, enarrans illud Maronis, Haud tāto cessabit cardine rerū. Putatq; pinde ualere, quasi dicas, Res est in articulo. M. Tullius In eo cardo rei uertitur, dixit, p eo quod est, ex hoc tota res pendet. Quintilianus libro duodecimo, Nam ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert, ubi litium cardo uertatur. Idem libro quinto. Nam si fateat, multis ex causis potuit cruet esse uestis, Si negat, hic causæ cardinem ponit, in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Sumptum ab ost ijs, quæ cardinibus sustinentur, uoluunturq;.

Nouacula in cotem.

XX

Ξυρός εἰς ἀκόντιον, id est, Nouacula in cotem. Dicitur solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime uolebant, neq; nouacula potest incōmodius cadere, q̄ si in cotē incurrat. Ab hoc nō ita multum abhorret illud Horatianū, Et fragili quærens illidere dētem illidet solido. Recte accōmodabit & in cum, qui lædendi cupidus, tandem hominē nactus est, a quo uicis/ sim lædatur, cum illi nocere nō possit. Siquidem nouacula, si in molle quippiā inciderit, disse- cat, si in cotem retunditur. Huc respexit ille, qui dixit sibi in animo esse, ut nouacula cotem di- scinderet, significans in cotem nihil posse nouaculam.

Caliga Maximini.

XXI

Caliga Maximini uulgo dictitatur est, in homines insulos & imodica proceritatis. Id ada/ gij refert Iulius Capitolinus, in uita Maximini imperatoris. Nam cū esset (inquiēs) Maximi/ nus pedum (ut diximus) octo & prope semis, calciamentū eius, id est campagium regiū, qui- dam in luco, qui est inter Aquilegiā, & Aritiam posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis uestigio, atq; mēsurā. Vnde etiā uulgo tractū est, cum de longis, atq; ineptis homini- bus dicere, Caliga Maximini. Hactenus Iulius. Ergo prouerbiū rectius usurpabitur, si cum odio, cōtemptu ue dicatur. Propterea qd is Maximinus unde natū esse constat, inuisissimus esset, pariter & populo Rhomano & Senatū, quippe Thrax natione, deinde sordido gene- re, postremo moribus barbaris, ac feris. Quin etiam nunc homines insignitæ proceritatis uul- go male audiunt, tanq̄ socordes, atq; inertes.

Clematis Aegyptia.

Huic confine est quod a Phalero Demetrio refertur. κληματὶς αἰγυπτία, Id est, Clematis Aegyptia. Id ait ioco dici solitum in eos, qui corpore præter modum proceri, atq; atro colo- re essent, natum haud dubie, ab eius herbæ specie, de qua meminit Dioscorides libro quarto, Plinius libro. xxiiij. capite. xv. Itali inquit, Centunculū uocant, rostratis folijs, ad similitudinē capitis penularum, iacens in aruis. Græci autem Clematidē appellant. Sed cum Clematidis multæ sint species, quas inibi recenset Plinius, una dūtaxat puerbio locum fecisse uidetur, ea nimirū quæ Clematis Aegyptia cognomine dicitur. Dicitur aut, quod haec maxime gignat Aegyptus, folio lauri, lōgo, tenuiq; aduersus serpentes & priuatim aspides, ex aceto pota effi- cax, quæ eadem, ab alijs Daphnoides, ab alijs Polygonoides uocatur. Lactius in uita Zeno- nis ex autoritate Apollonij scribit Zenonem gracili fuisse corpore, statu proceri, atra cute. Deinde autorem citat Chrysippum, qui in secundo puerbiorum suorum libro scripserit, ob eam causam, a quodam Clematidem Aegyptiam fuisse dictum.

Res ad Triarios redijt.

XXIII

Rhomanum extat adagium elegans cum primis, & annotandum. Res ad Triarios redijt. Eo licebit uti, cum significabimus re eo periculi redactā esse, ut extremo conatu, summisq; ui- ribus sit enitendū, & ad suprema cōfugiendū cōsilia, quibus si nihil pficiat, iam nihil reliquū esse uideat, unde subsidiū sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiā literaria, mediocri

bus ambigentibus, ad unum aliquem summæ doctrinæ uirum, rem deferre cogemur. Aut in ancipiti negotio, potentissimorū amicorum opem implorare compelleremur, quos nō nisi maxima quadam adacti necessitate soleamus interpellare. Deniq; si cum uulgaribus illis cōsilijs res explicari nequit, ad nouum aliquod, & egregie callidum confugitur. Quemadmodū in Phormione Terentiana, Geta cum significaret, neq; in Antiphone, neq; in Phœdria, neq; in se satis esse præsidij, ad retundendam lenis sæuiciam, Ad te inquit Phormio summa redit: Natum est adagium e ratione, modoq; componendi Rhomani exercitus. Refertur autē pater & explicatur a Tito Liuio, primæ Decadis, libro octauo, cuius uerba libuit subscribere. Postremo in plureis ordines acies distribuebatur. Ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicū spatium. Manipulus leuis, uicenos milites, aliam turbam scutorū habebat. Leues autem, qui hastam tantū gessaq; gererent, uocabant. Hæc prima frons in acie, florē iuuenū pubescētiū ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorū, qbus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabāt, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisq; tres parteis habebat. Earum unāquancq; primum pilum uocabant. Tribus ex uexillis constabat. Vexillum centum octogintatres homines erant. Primum uexillum Triarios ducebat, ueteranū militem spectatæ uirtutis. Secundū Rorarios minus roboris, ætate, factisq;. Tertium accensos, minimæ fiduciaē manū. Eo & in postremam aciem reiciebant. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primū pugna iniebant. Si hastati profligare hostem nō possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinū, principes recipiebant. Tum principū pugna erat, Hastati sequebant. Triarij sub uexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspe in terra fixas, ut haud secus, q̄ uallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prospere esset pugnatū, a prima acie ad Triarios sensim referebant, inde rem ad Triarios redisse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij cōsurgentes, ubi in interualla ordinū suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus uelut claudebāt uias, unoq; continente agmine, iam nulla spe post relicta in hostem incidebant. Id erat formidolosissimū hosti, cum uelut uictos insecuti, nouam repente aciem exurgentē auctam numero cernebant. Hactenus Titus Liuus, cuius ex uerbis satis arbitror liquere prouerbiū, ut nostra interpretatione iam non sit opus. Item Vegetius de re militari, libro secundo, declarat post omnes acies solere collocari Triarios omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant, ut si primam aciem uinci contigisset, ab ijs integrato prælio, uictoria repararetur. Modestus in libello de uocabulis rei militaris, Sextus inquit ordo post omnes, a firmissimis & scutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebantur, quos antiqui Triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius inuaderent hostes, post ultimas acies sedere consueverunt, & siquid in primis ordinibus accidisset, de eorū uiribus repationis spes tota pendeat.

Sacram ancoram soluere.

XXIII

Huic finitimū illud quod apud Græcos celebratur. *ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζην*, id est, Sacram soluere ancoram. Quoties ad extrema præsidia cōfugitur. Translatum a nautis, qui maximam, ac ualidissimā, ancoram sacram uocant, eamq; tum demū mittunt, cum extremo laborant discrimine. Lucianus in Ioue Tragoedo. *Ἀκουσον δὴ ἱερὰν φασίην ἄγκυραν, ἢ ἢ οὐδὲ μιά μυχανὴ ἀπορρηξείε*, id est Audi iam sacram (ut aiunt) ancoram, quāq; nulla uiqueas abrumpere. Sic em̄ appellat argumentum insolubile. Rursum in Drapetis, *ἔδοξεν δὲ σκοποῦ μύλους πλὴν ὑστέρῳ ἄγκυρα, ἢ ἢ ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμοιοί φασί καδίεναι*, id est, Visum est igitur re perpensa, extremā ancoram, quam nauæ sacram nominant, demittere. Rursum in Apologia, *μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἐπί ἄεφοχος*, Mihi fortassis una illa ancora adhuc superest integra, id est, illud mihi adhuc superest, quo possim confugere. Euripides in Helena, *Ἀγκυρα δὴ μου τὰς τύχας ὀχρεῖ μόνη*. id est mihi ab unica fortuna pendet ancora, hoc est, una duntaxat spes mihi superest. Aristides in Themistocle, *καὶ ὡσπερ ἐν ἱερᾷς ἀγκύραις ἐν ἐκείνου φωμῆς ἐχόμενοι*, id est, ac uelut a sacra ancora de illius uoce pendentes.

XXV

Mouebo talum a sacra linea.

Idem pollere putat Diogenianus, *κινῶ τὴν ἀφ' ἱερᾶς*. Sacra lineæ talum mouebo. De ijs, q̄ extrema parant experiri. Id Iulius Pollux expones, ait a ludo quopiā tesseraū esse natū adagi-

c

um. Lusum autē fuisse huiusmodi, ut utriusque ludentiū essent calculi quinque, totidem impositi lineis. unde & Sophocles dixerit, *πεντᾶ γραμμάς*, id est tessere quinque linearū. Inter eas lineas, utriusque quinque, unam fuisse mediā, quā sacrā uocabāt, unde qui talum mouisset, is sacræ lineæ calculum mouere dicebāt. Id uero nō fiebat, nisi cū res posceret, ut ludēs ad extrema cōfugeret anxilia. Vsurpat hoc adagiū Plato libro de legibus quinto, *καθάπερ πεπηγὼν ἀπὸ ἱεροῦ*, id est, Tanquā a sacra tessera. Plutarchus in libro qui inscribitur, an seni sit gerenda Respub. *τελευταία ὥσπερ πλὴν ἀπὸ ἱεῶνος ἐπάγουσιν ἡμῖν δὲ γῆρας*, id est, Postremā nobis, tanquā a sacra linea senectam allegant, hoc est ueluti causam grauissimā. Idem in cōmentario de cōparatiōe terre striū ac marinorū, *φέρει κινήσασθαι τὴν ἀφ᾽ ἱεῶνος βραχέα περὶ θότους αὐτῶν Ἐμαντικῆς ἑπιωμας*, id est, age moto talo a sacra linea, paucis de diuinitate eorū & diuinatione dicamus. Rursum idem aduersus Colotam Epicureū, *εὐθύς οὖν τὸν ἀπὸ ἱεῶνος κενόνηκεν ὁ κολώτης*, id est, protinus igitur talū a sacra mouit colotes, hoc est, statim id quod est grauissimū, aggressus est, ut impugnet Apollinis de Socrate iudicium. Huc alludit & Theocritus in Bucoliastis. *καὶ τὸν ἀπὸ γραμμάς κινεῖ λίθον*, id est, Atque a lineola lapidem mouet.

Nudior Leberide.

XXVI

Γυμνότερος λεβηρίδος, id est, Nudior Leberide, de uehemēter tenuibus. Leberis enim serpentis exuuiū significat, quo nihil esse potest inanius. Accidit autē hoc omnibus fere, quæ cortice integunt. Sed molliore, uelut stellioni lacerto, præcipue serpentibus, atque hæc feræ bis exuūt, Vere & Autūno, præsertim uipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, ita ut obcæcari uideat̄ ἡς, qui rem nō intelligūt, Atque una nocte & die, senectus tota exuīt a capite atque ad caudam. Ex insectis reuiuenscūt & Silpha, culex, eaque quorū pennæ naginis obteguntur, ut scarabæi. Item locustæ & cicadæ, in genere marinorū exuit & cancer, idque sæpius anno. Atque hoc exuuiū Græcis etiā *σύφαρ* dicit̄, cuius mira sentit̄, tum leuitas, tum siccitas. uniuerso humore in nouū fortū cōsumpto. Auctor Aristoteles libro de natura animantiū octauo. Ait Suidas Leberidē hominē fuisse, supra modū pauperē, ita ut uulgari sermōi locū fecerit. Atheus. *σαντὴν ἀποφάνειος κενώτερον λεβηρίδος*, id est, Ostendit teipsum inaniorem Leberide.

Qui quæ uult, dicit, quæ non uult, audiet.

XXVII

Si dixeris quæ uis, quæ non uis, audies, Diuus Hieronymus in Rufinum, nominatim pro uerbi loco citat. Nihil super hoc audies (inquit) nisi illud e triuo, cum dixeris, quæ uis audies, quæ non uis. Terētius in Andria. Si mihi pergat, quæ uult dicere, quæ non uult, audiet, Rursum in prologo Phormionis, Benedictis si certasset, audisset bene. Eodem alludit in prologo Andriæ. Definant male dicere, malefacta ne noscant sua. Primus autē huius adagi pater Homerus fuisse uidet̄. Apud quem hic uersus est in Iliadis. *κ. οπιτοῖον ἢ ἔπινοδα ἔπος, τοῖον ἢ ἐπάκουσας*, id est, Talia dicent̄ tibi, qualia dixeris ipse, Item Hesiodus in libro, cui titulus, Opera & dies. *Εἰ δὲ κακὸν τὸ ἔπος τάχα καὶ τὸς μῆτορ ἀκούσας*, id est Fors male dicenti, dicent̄ plura uicissim. Rursum in eodē. *Εἰ δὲ κενῶσθε, ἢ τι ἔπος ἐπιὼν ἀποδύμοι, ἢ ἢ ἔρξας, Δίς τόσα τίνυσσαι μεμνημένος* id est, Si quod prior ipse, Aut uerbū, aut factum, dicas ue, gerasque molestum. Ad te cum dupli rediturū fœnore noris, Euripides in Alcestide, *Εἰ δὲ ἡμᾶς κακῶς εἰρῆς, ἀκούσῃ πολλὰ καὶ ψευδῆ κακά*, id est, Si dixeris nobis male, Mala inuicem permulta, nec falsa audies. Longe uenustius idem extulit Sophodes citante Plutarcho. *φιλέω γὰρ γλῶτταν ἐκχέας μάπτω ἀκῶν ἀκούειν οὐς ἐκῶν εἶπκ λόγους*, id est, Etenim solet, qui dicta temere iecerit, Audire nolens, uerba, quæ dixit uolēs. Quinetiā his nostris tēporibus eiusmodi quiddā uulgo dicitant. Ut salutabis, ita & refalutaberis, Hoc est, ut tua fuerit oratio, ita tibi respōdebit̄. Plautus, Cōtumeliā si dices, audies. Cecilius in Chryso apud Gelliū. Audibis male, si male dicis mihi. Eodē pertinet Euripideum illud apud autores passim obuiū. *ἀχαλίωμ σομάτωμ, ἀνόμου τὸ ἀφροσύνης δὲ τέλος δυστυχία*, id est, Infrānis oris, & iniquæ uacordiae finis calamitas. Celebrať & hoc inter Chilonis apophthegmata, *μὴ κακολογῆν τῶς πολλοῖσιν, ἢ δὲ μὴ ἀκούσασθαι ἐφὸς οἷς λυπησίομαι*, id est nō esse maledicendū ἡς, quibus cum agimus. Alioquin audituros, quæ molestiam adferant.

Sero sapiunt Phryges.

XXVIII

Hoc prouerbiū ex uetustissima Tragœdia Liuī Andronici mutuo sumptū est, quæ inscribitur, equus Troianus. Sero sapiūt Phryges. Vsurpatur a Cicerone in epistolis familiaribus, In equo (inquit) Troiano scis esse, sero sapiunt Phryges. Conuenit in eos, quos stulte factorū sero poenitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus, uix decimo demū anno de restituta Helena cōsultare cœperūt, quā si statim initio reposcēt̄ Menelao reddidissent, innume

rabilibus sese calamitatibus subduxissent. Euripides in Oreste. οὐδέ γε φρονεῖς εἶ, τότε λιποῦσ' ἔμ-
 χρῶς δ' ὄμους. At nunc profecto serius sapi bene, Cum tunc penates trypiter reliqueris. Nam
 uerba sunt ad Helenā Electræ, Refert & a Festo pompeio prouerbij titulo. Demades auto-
 re Plutarcho dicere solebat. Atheniēses nunq̄ decernere pacē, nisi pullis uestibus indutos; in-
 nuēs eos esse bellādi cupidiores, q̄ sat esset, nec nisi clade suorū admonitos de pace cogitare,
 Piscator ictus sapit.

XXIX

Eandē habet sententiā illud apud Græcos celebratissimū, Ἀλεύς ὡλκγεις νόου ὄσει, id est, Pesca-
 tor percussus sapit, Idē serunt ab huiusmodi quodā euentu natū. Cum piscator quispiā pisci-
 bus, quos intra rete tenebat, manū adimouisset, atq; a scorpio feriret, Ictus (inquit) sapiā. Itaq;
 suo malo doctus cauit in posterū. Plinius lib. 32. demōstrat id esse peculiare Draconī, & scor-
 pio pisci, ut lædāt aculeis, si manu tollant. Zenodotus ait parcemiā extare apud Sophoclem.

Factum stultus cognoscit.

XXX

Idem aliter effertur ab alijs. ρεχθέρμ δέ τε νήπιος ἔγνω. Rem peractam stultus intelligit, Sumptū
 est autem ex Homero, qui pluribus locis, hanc usurpat sententiā. Ut in Iliadis. ι. ω. μήτε ἄντιος
 ἰσαδ' ἐμοιο, πρῆμι τι κακῶν παδέμ, ρεχθέρμ δέ τε νήπιος ἔγνω, id ē, Mihi obuius ire caueto, prius q̄ no-
 xæ aliqd capias, nam factū nouit & excors. Huc allusit Euripides in Bacchis. κακῶν γ' ἔγγυς ὄμ
 ἔμάνθανεμ. id est, Nā didicit affinis malo, De Pentheo, qui sero nec nisi sua pernicie doctus, cœ-
 pit reuereri Bacchū. Neq; huic diuersum est, qd admonet Senari' ille, inter Græcicas sentē-
 tias celebris. ἡ δέ μετάνοια γίγνεται ἀνθρώποις κρείσις, id est, Tum iudicant homines, ubi iam pœni-
 tet, Eodē pertinet Vergilianū illud, Discite iusticiā moniti, & nō temnere diuos. Itē illud De-
 mosthenicū, Nō emo tauti pœnitere. Vnde perq̄ eleganter Fabius apud Titum Liviū, euen-
 tum, stultorū magistrū appellat. Nec euentus doceat hoc, inquit, qui stultorū magister est,
 sed ratio. Plinius in Panegyrico, quē Traiano dixit, huiusmodi seram & infrugiferā prudenti-
 am, miseram uocat. Terror (inquit) & metus, & misera illa ex periculis facta prudentia, mone-
 bat, ut a Rep. (Erat autē omnino nulla Respub.) oculos, aures, animos auerteremus.

Malo accepto, stultus sapit.

XXXI

Paulo diuersius extulit Hesiodus, eandē tamē sententiā, cū ait in libro, cui titulus, Opera &
 dies, Δίκη ὑπερέβριον ἴχθαι, ες τέλος ἐξελοῦσ' α, παδάμ δέ τε νήπιος ἔγνω. Tandē sua pœna nocentē
 Cōsequitur, passusq; sapit tum deniq; stultus. Ad quā sententiā uideēt alludere & Homerus in
 Iliados. ι. ινα γνοίης ἀποτίνωμ, id est Vti tuo damno cognoscas. Plato in Symposio. Ex his, quæ
 mihi acciderūt, hunc cognoscito, rebusq; tuis cōsulito, ne iuxta prouerbij, stultorū more post
 acceptū malum, ita demū erratū agnoscas. Huc referendum & Plautinū illud, Feliciter sapit,
 qui alieno periculo sapit. Huc alludunt & ille sero sapientiū uoces. Nunc scio, quid sit amor.
 Nunc ego & illam scelestam, & me miserum esse sentio. Ah, uix tandē stolidus. Videēt adagū
 um ex illa uetustissima fabula manasse, de duob' fratribus, Prometheo atq; Epimetheo, quæ
 quidē refert apud Hesiodum ad hanc ferme sententiā. Iuppiter iratus Prometheo propter
 ignem furto sublatū e coelo, ac mortalibus reddidit, cupiensq; illum simili retaliare dolo, Vul-
 cano negociū dat, ut e luto puellæ simulacrū, quanto maximo possit artificio fingat. Id simul
 atq; factum est, singulos deos, deasq; monet, ut ei simulacro suas quisq; dotes adiungeret. Vn-
 de & uirgini Pandore nomen affictum apparet. Hanc igit̄ om̄ibus formæ cultus, ingenij, lin-
 guæq; dotibus cumulātā, Iuppiter cum pixide pulcherrima quidē illa, sed intus omne calamī-
 tatū genus occultente, ad Prometheū mittit, is recusato munere, fratrē admonet, ut siquid mu-
 neris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora, persuasosq; Epimetheo, pixidem
 donat. Eam simulac aperuisset, euolantibusq; morbis, sensisset Iouis, ἄδωρα δ' ὄρα, sero nimirū
 sapere cœpit. Vbi Hesiodus palam ad adagionem alludens ait, Ἀὐτὰρ ὁ δεξάμενος ὅτε δ' ἠ κακῶν
 εἰχ' ἐνόησεμ, id est, Accipit, tactusq; malo, tum deniq; sensit. Idem significat in Theogonia. Hæc
 inq; pepit, προμηθεῖα ποικίλον ἀολομητῆμα μαρσι νόοντ' ἐπιμηθεῖα. Prometheū uasfrū nominās, ac ua-
 rijs instructū cōsilijs, Epimetheū post erratū sapientē. Quod ipsa etiā indicant uocabula. Nā
 προμηθεὺς Græcis, eū significat, cui priusq; rem aggrediaī, suppetit cōsiliū. ἐπιμηθεὺς, cui re per-
 acta, tum demū consiliū in mentem uenit. προμηθεύεσθαι, est consiliū malis imminentibus oc-
 currere. Lucianus in Dialogo quodam, Ex comico quopiam citat hūc uersiculum dictum in
 Cleonem, quod sero nec nisi confecto negocio saperet. κλέωμ προμηθεὺς ὅστι μετὰ τὰ πράγματα-
 Rebus peractis est Cleon Prometheus. Idem in calce eiusdem dialogi, ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύ-
 εσθαι, ἐπιμηθεὺς ἔργου, οὐ προμηθεὺς ὅστιμ, id est, Nam illud quidem post rem consulere, Epimethei

C 2

est non Promethei. Effertur etiam ad hunc modum paroemia, *παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος*, id est, post mala prudentior. Rursum hoc pacto. *εἰ ὦν ἔπαδες, ἔμαδες*, id est, Quae nocent, docet. At multo cōsultius alienis malis prudentiorē reddi, iuxta Gracā sententiā. *εὐλέπωμ πεπαίδουμι* *εἰς τὰ ἄλλω κακά*, id est, Aliena spectans doctus euasi mala, Circumfertur & illud uulgo iactatum. Mortaleis, pudore & iactura doctiores euadere:

Aliquid mali propter uicinum malum.

XXXII

Dorippa apud Plautum in Milite. Nunc ego uerum esse illud uerbum experior, aliquid mali esse propter uicinum malum. Quibus ex Plauti uerbis fati liquet, hanc sententiā uulgari ferme fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter expressit in opere, cui titulus Opera & dies. *εἰ γὰρ τι ἐν γῆμ' ἐγχεώριον ἄλλο γένηται, γείτονας ἄζωσοι ἔνιομ, ζώσαντ δὲ πκοί, πῆμα κακὸς γείτων;* *δοσοντ' ἀγαθὸς μὲν ὄνειρα, ἔμμορε τι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐβλοῦ, οὐδ' ἄρ' ἄρ' ἄπολοιτ' ἔμμη γείτων κακὸς εἶη*, id est, Si qua domi incidit tibi res, tunc ilico missis Adfunt uicini zonis, cinguntur at ipsi Affines, noxa est, uicinus ut improbus ingens, Contra ita maxima cōmoditas, si cōmodus adsit, Decet honos huic, bona quae uicina deficit, at nec Intereat bos, ni uicinus ubi improbus adsit. Neq; tantum inter priuatos uicinos haec sententiā locum habet, uerum etiā experimentis obseruatum est, populos a uicinis subuersos. Quemadmodū Aetolis & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus cuerterunt, inter sese finitimi. Item Chartaginensibus & Byontinis. Quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes. Huc uidetur leuiter alluisse Vergilius in Eclogis, cum ait, Nec mala uicini pecoris contagia laedent. Admonet autem paroemia uti bonorum conuictum, & consuetudinē expetamus, a malis nos cōmaxime possumus, abducamus. Proinde scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum, qui cū praedictum quoddam uenderet, hoc quoq; praconem addere iussit. *οτι ἢ ἀγαθὸς ἔχει γείτονας*, id est, quod uicinos etiam haberet bonos quasi uicini cōmōdatione futurum esset longe uendibilis. Neq; multum abhorret hinc, illud eiusdem Hesiodi carmen, *πολλάκι ἐξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ*, id est, Saepe mali malefacta uiri, populus luit omnis.

Manus manum fricat.

XXXIII

Socrates in Axiocho Platonis ait Prodicus sophistae, hunc Epicharmi Comici uersiculū semper in ore fuisse, *ἢ δὲ χεῖρ, τὴν χεῖρα κριζει, δὸς τι ἢ λάβοις τι*, id est, Affricat manū manus, da quid / dam & aliquid accipe, Videlicet hominis quāstum facete taxans, qui neminē gratis doceret, & a quo se quoq; quae tum dicturus esset didicisse affirmat. At ne id quidem gratuito, imo numerata mercede. Sententiā digna tum homine Siculo, tum uastro poeta. Sic enim illum appellat Cicero. Monet autē neminē ferme mortaliū iuueniri, qui uelit in quempiā beneficiū collocare, a quo non speret aliquid emolumentum uicissim ad se reducturū. Sed officiū inuitari officio, beneficiū benefico prouocari. Idem adagium effertur & hoc pacto, *χεῖρ χεῖρα νίπτει*, id est, Manum manus lauat. Idem pollet utraq; metaphora. Nam mutua cōmoditas est. quoties uel fricat, uel abluit manus manū. Circumfertur inter Gracanicas sententias huiusmodi distichon, *Ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὰ ἐ πόλις ὄζει πόλιμ, χεῖρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον*, id est, Vrbs seruat urbē, seruat itidem uir uirum. Manus manū, digitūq; digitus abluit.

Gratia gratiam parit.

XXXIII

Eandem sententiā Sophocles simpliciter extulit in Oedipo, Coloneo, *ἢ χάρις χάριμ φέρει*, id est gratiam adfert gratia. Rursum apud eundem in Aiace Mastigophoro, *χάρις χάριμ γὰρ ἔζη ἢ τίκτησθ' αἰεὶ*, id est beneficium semper beneficium parit. Quod Hesiodus uelut enarrans in primo Georgicon, *τὸμ φιλέομαι φιλεῖμ, ἐ τῷ πρσοπῶντι προσεῖναι, καὶ δόμου ὄσκειν δῶ καὶ μὴ δόμμεν ὄσκειν μὴ δῶ, δῶτῃ μὲν τις ἔδωκεμ, ἀδῶτῃ δ' οὐ τις ἔδωκεμ*. Quibus significatur beneficium inuitari beneficio, & officium officio prouocari. Euripides in Helena, *χάρις γὰρ ἀντιχάρις ἐλθέτω*, id est beneficium beneficio respondeat.

Par pari refertur. *ισομ' ἴσω ἐπιφέρειμ*.

XXXV

Terentius in Eunuchō paroemiam usurpat, superiori non admodum dissimilem, par pari referto. Qua monemur, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. Ac iuxta Medecā Erupideam amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, parcos parci, clamoros clamoli, impudentes improbi. Deniq; utcunq; meritum merito simili retaliamus. Idem in prologo Phormionis, Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatū putet. Non inconcinne tū quoq; usurpauerimus, siquando uerba uerbis, blanditias blanditijs, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud non illepidum, quod refert Aristoteles libro moraliū nono, Dionysius Ci

tharœdū accersuerat, ut sibi caneret in nuptijs, atq; cum eo his pactus est legibus, ut quo dō-
ctius meliusq; caneret, hoc copiosiore ferret mercedem. Annixus est omni artificio citha-
rœodus, uti q̄ scitissime caneret, sperans amplissimū præmiū. At postridie pactam mercedem
repositenti musicō, qui conduxerat, ait iam persoluisse sese, quod esset pollicitus. Nempe par
pari retulisse, proq; uoluptate reposuisse uoluptatē, spem lucri significans, quæ quidē hoc ma-
ior fuerat, quo magis ex arte cantasset. Verū hoc loco negat Philosophus, par pari relatū. Pro-
pterea, quod alter id, quod uolebat, accepit, alter eo, quod expectabat, frustratus est. Huc ui-
detur respexisse Euripides, cū ait in Andromache, σωφρων καθ' ἑμᾶς, σώφρον' ἀντιλήψετ' θυμολύμει-
τος δ' ἐπύξετ' θυμουμένων, id est, Modestus in nos sentiet modestum item. Cōmotus autē me re-
periet cōcītum. Porro prouerbiū natum uideri potest a cōpotationibus ueterum Græcorum
apud quos æq̄libus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone secūda apud Athe-
næū. τίς ἐκέρασε σφῶν ὧ κακόδαιμον ἴσον ἴσω, id est, Quis par scelestē miscuit nobis pari? Itē Cra-
tinus in Pytine. τὸν Δίῳ ἴσω φέρομ' ἐγὼ Δ' ἐκτίσσομαι, id est, At par pari reddentē, ego autē acce-
pero. Erat hæc uox, ἴσον ἴσω, solēnis inter propinandū, ut ex eodē autore facile liquet.

Eadem mensura.

XXXVI

Quod modo retulimus, uidet̄ pariter, & ad officij, & ad iniuriæ retaliationē pertinere. Ve-
rū ad beneficij pensationē magis referendū, quod ait Hesiodus, ἀὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λῶιον, αἶκε δ' ἴ-
ναι, id est, Aut mēsurā eadem, aut melius quoq; si qua facultas. Quo docet officij remetiendū
esse, eadē mensura, aut etiā copiosiore, si suppetat facultas, prorsumq; hac partē imitādos esse
fœcundos agros, qui sementē depositā, multo cum fœnore reddere cōsueuerunt. Citat̄ a Lu-
ciano puerbī uice in imaginibus, ἀὐτῷ μέτρῳ φασὶ καὶ λῶιον, id est eadem mensura (qđ aiunt)
aut melius. M. Tullius epistolarū ad Atticum, libro decimotertio. Ego autē me parābā ad id,
qđ ille mihi misisset, ut ἀὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λῶιον, si modo potuissem. Nam hoc etiā Hesiodus ad-
scribit, αἶκε δ' ἴναι. Hoc adagio nō grauatus est uti præceptor noster Christus in Euāgelio, cū
ait futurū, ut qua mensura fuerimus alijs emensi, eadem nobis alij remetiantur. Sic enim lo-
quit̄ apud Matthæū, ἐν ᾧ ᾧ κρίματι κρίμετε, κριθήσθε, ἐν ᾧ ᾧ μέτρῳ μετρήσθε, μετρηθήσθη ἡμῖν, id est, In
quo iudicio iudicatis, in eo iudicabimini, Et in qua mensura, metiemini, in ea metiet̄ uobis.

Crassa Minerua, Pingui Minerua Crassiore musa.

XXXVII

Minerua, artibus atq; ingenijs prælidet. Vnde & illud fluxit, inuita Minerua. præterea il-
lud, Pingui, seu crassa Minerua, quod quidē iam olim prouerbī uice celebratur. Columella li-
bro de re rusti, xij. In hac autē (inquit) ruris disciplina nō cōsideratur eiusmodi scrupulositas,
sed (quod dicit̄) pingui Minerua, quantūuis utile continget uillico tempestatis futuræ præsa-
giū. Idem in primi libri præfatione. Potest enim nec subtilissima, nec rursus (quod aiunt) pin-
gui Minerua, res agræstis administrari, Dicit̄ Pinguiore Minerua, fieri, quod inconditius sim-
pliciusq; qualisq; indoctius fit, nō aut̄ exquisita arte, nec exactissima cura. Vnde & Priapus il-
le, cū rem obscenā, quā poterat urbanus, per inuolucra uerborū petere, nudis uerbis rogat.
Crassa (inquit) Minerua mea est. Et Horatius philosophū describens, nō exactis illis Stoico-
rum ratiōibus, atq; argutis instructū, sed ueluti citra artem, philosophiā moribus exprimen-
tem, neq; tam disertum, q̄ simplicem, ac syncerū. Rusticus (inquit) anormis sapiens, crassaq;
Minerua. Aulus Gellius libro, xiiij, ca, primo. Nequaq; tamē id censebat in tā breui, exiguoq;
uitæ spatio quantūuis ingenio cōprehendi posse, & percipi, sed cōiectari pauca quæ-
dam (& ut uerbo ipsius utar) παχύτερον, id est, crassius & pingui Minerua.

Crassiore musa.

XXXVIII

παχύτερα μούση, id est, Crassiore musa. Eandem parœmiā sic extulit Quintilianus, institutio-
nū oratoriarū libro primo. Libet propter quosdā imperitiores etiā Crassiore (ut uocant) mu-
sa, dubitationē hui⁹ utilitatis eximere. Inuenit̄ aliquoties apud scriptores nō in idoneos, Pin-
guiore formula, pro eo quod est planius, atq; intelligibilius.

Rudius ac planius.

XXXIX

Inelegantius quidē est illud apud Græcos, sed idem tamen pollet, Αμαθέσιον καὶ σαφέσιον ἐ-
πέ. Quod apud eundē refertur Gellium. Nosti enim (inquit) credo uerbum illud uetus, & p-
uulgatū, Αμαθέσιον ἐπέ καὶ σαφέσιον, id est indoctius rudiusq; quodāmodo loquere, & aper-
tius, ac clarius fare. Sumptū apparet ex Aristophanis comœdia, cui titulus, βάτραχοι, id ē, Ra-
næ. Αμαθέσιον πῶς ἐπέ καὶ σαφέσιον, id est Indoctius proloquit̄, atq; clarius. Quo carmine
Bacchus Euripidis obscuritatem taxat, qui nescio quid parum dilucide proposuerat. Suidas

c 3

& interpretes admonent subesse prouerbiū, quod hunc admodum feratur, *σὰφ' ἔσετόν μοι ἡ ἀμα-
βέστερον φράσσου*, id est, Apertius mihi loquere, atq; indoctus. Suspicio inde sumptū, quod anti-
quitus illi σοφοί, quos uocant, solcant mysteria sapientiæ quibusdā anigmatū inuolucris obte-
gere, uide licet ne profana turba, ac nondū philolophiæ sacris initiata, posset intelligere.

Sus Minercuam.

XL

Tritissimū apud Latinos autores adagium, *ἡ τῆμ ἀθηνᾶμ*, id est, Sus Mineruam, subaudien-
dum, docet, aut monet, dici solitum, quoties indoctus quispiam, atq; infusus, cum docere co-
natur, a quo sit ipse magis docendus, aut ut Festi Pompei uerbis utar, cum quis id docet alte-
rum cuius ipse est infcius. Propterea, quod Mineruæ artium & ingeniorum (ut diximus) tu-
tela tribuitur a poetis. Porro sue nullum aliud animal magis brutum magisq; sordidum, ut
quod stercorebus impense gaudeat, uel ob iecoris magnitudinem, quæ sedes est concupiscen-
tiæ, ac libidinis, uel ob narium crassitudinem & olfactum ebetem, unde fit, ut non offendatur
fetore, tum adeo prouum ciboq; deditum, ut si forte sursum aspicere cogatur, protinus stu-
pore sileat ob insolentiā, ut tradit Alexander Aphrodiseus. Nec est aliud magis indocile, pro-
inde non ad usum aliquem, quemadmodum pecudes nonnullæ, sed ad epulas duntaxat a na-
tura donatū uidetur. Cui rei testis est Plinius, libro octauo, ca. 51, Animalium (inquit) hoc ma-
xime brutum, animāq; ei pro sale datam, non illepide existimabatur. Idem affirmat Varro li-
bro de re rustica secundo. Suillum (inquit) pecus donatum a natura dicunt ad epulandum.
Itaq; his animā datam pro sale, quæ seruaret carnem. Atq; hæc quidem uerba quid sibi uelint
explicat. M. Tullius libro de finibus bonorum quinto. Etenim omniū rerum inquit, quas &
creat natura, & tuæ quæ aut sine animo sunt, aut nō multo secus, eorū summū bonū in corpo-
re est, ut non inscite illud dictum uideatur in suem, animū illi pecudi datum, pro sale ne putre-
scret. Sunt autem bestię in quibus inest aliquid simile uirtutis, ut in leonibus, ut in canibus,
ut in equis, in quibus non corporū solum, ut in suis, sed etiam animorū aliqua ex parte mo-
tus aliquos uidemus. Aristoteles in Physiognomicis, scribit exigua fronte homines indoci-
les, & ad disciplinas ineptos uideri, atq; ad suum genus pertinere, tāq; a docilitate, humanisq;
artibus lōge omniū alienissimū. Nam reliqua ferme docilitatis esse capacia. Vnde nūc quoq;
uulgo, insipidos istos, & quasi uentri, atq; abdomini natos, sues appellare cōsueuimus. Quin
& Suetonius in catalogo illustrium grammaticorū, refert. Pala monem arrogantia tanta fuisse,
ut, M. Varronem Porcum appellaret, secum & natas & morituras literas. Præterea, siquid
indoctum, atq; illiteratum significare uolumus, id ex ara profectum dicimus. Quemadmo-
dum. M. Tullius in Pisonem. Ex hara productæ non schola. Hinc igitur natum adagiū, Sus
Minercuam. Lucius cesar apud Ciceronem, libro de oratore, secundo. Sic ego (inquit) Crasso
audiente, primū loquar de facetijs, & docebo. Sus (ut aiunt) oratorem, cum, quem cum Catu-
lus nuper audisset, foenum alios aiebat esse oportere. Idem Cicero libro de natura deorū pri-
mo. Nam & si non sus Minercuam (ut aiunt) tamen inepte, quisquis Minercuam docet. Hiero-
nymus in Rufinum. Prætermitto Græcos, quorum tu iactas scientiam, & dum peregrina se-
ctaris, pene tui sermonis oblitus es. Ne uetere prouerbio, Sus Minercuam docere uideatur.
Usurpat idem uerbis cōmutatis in epistola ad Marcellum, cuius initium, Mensuram charitas
non habet. M. Varro & Eumerus adagium ad fabulas retulerunt, id, quod ex Pompeij uer-
bis licet conijcere. Quam rem inquit in mediō, quod aiunt positam, ineptis μύθοις inuolucra
maluerunt q̄ simpliciter referre. Celebratur a multis Demosthenis scomma, qui cum Dema-
des uociferaretur in eū, *δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἢ ὕς τῆμ ἀθηνᾶμ*, id est Demosthenes, uult
me corrigere sus Minercuam respōdet *αὐτῆ μὲντι πέρυσσι ἢ ἀθηνᾶ μοι χέρονσα ἔλκίφθῃ*, id est, Atqui
nuper hæc Minercua in adulterio fuit deprehensa.

Sus cum Minerua certamen suscepit.

Cum hoc, aut idem, ut certe q̄ maxime finitimū, quod apud Theocritum legitur in Hodæ-
poris. *ἡ ὑπὲρ ἀθηνᾶίαν ἔριμ ἤρισε*, id est, Cum diua est ausus sus decertare Minerua. Quoties in-
docti, stolidiq; & depugnare parati, non uerentur summos in omni doctrina uiros in certa-
men literarium prouocare. Theocriti enarrator sic efferri uulgo *παροιμίαν* scribit *ἡ ὡμ πρός
ἀθηνᾶμ ἐρίεις*, id est, Sus cum sis, cum Minerua contendis.

Inuita Minerua.

Latinis & illud est celebratissimū, Inuita Minerua, pro eo quod est refragante ingenio, re-

pugnante natura, nō fauente celo. Cicc. in officijs, Inuita, ut aiunt, Minerua. Hora. Tu nihil inuita, dices, faciesue Minerua. Huc allusit Seneca, cū dixit, male respondere coacta ingenia:

Abijt & taurus in syluam.

XLIII

Ἐβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαμ, id est, Abijt & taurus in syluam. Pastorale prouerbiū, allegoria subturpicula, significans diuortii, ac neglectū ueteris amicæ. Tamen si licet in usum uerecundiorē trahere hōc modo. Si per iocum accommodabitur ad eos, qui pristinos amicos negligere uidentur, & a familiaritū, congerronumq; grege disuescere. Aut in illos etiam, qui a solitis desciscunt studijs, diuersumq; uitæ sequunt̄ institutum. Theocritus in Idyllio, cuius titulus est Theonycho, nominatim etiā prouerbiū uice refert. Αἴνος δὴ λέγεται τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαμ, id est, Fertur & hoc olim, in syluam secedere taurū. Quærit autē amans se iā pridē ab amica relictū, plurimūq; iam esse tēporis ostēdit, quod illa sese Lyco quodam oblectet, neq; omnino curet ad pristinam redire cōsuetudinē, non magis q̄ tauri, qui & ipsi nōnunq; a uaccarū armentis secedunt, & aut reliquis aggregant̄ tauris, aut solitarij per nemora uagantur, nullo fœminarum desiderio tacti. Eum secessum, eumq; uaccarum neglectum, qualiq; diuortium, pastores peculiari uerbo uocant ἀτιμαγελεῖμ, uoce nimirum composita, ἐκ τοῦ ἀτιμῆμ τὸ ἀτιμάζωμ καὶ καταφρονεῖμ, quod est despiciere, negligereq; ac pro nihilo ducere, & ἐκ τοῦ ἀγέλη, quod armentū sonat. Ac tum ἀτιμαγελεῖμ, dicuntur tauri, cum segregati a uaccarū cōmercio, adeo nou curāt illas, ut non modo coitum non appetant, sed ne pascuis quidem iisdem uti uelint. Hunc animantis morem, simulq; uocē ipsam ei tributā rei demonstrat Aristoteles libro de natura animalium sexto, his uerbis, Ὁ δὲ ταῦρος ὅταν ὦρα τῆς ὀχέας ἦ, τότε γίνεται σύννομος, καὶ μάχεται τοῖς ἄλλοις τὸν δὲ πρότερον χρόνον μετ' ἀλλήλων εἶσιν, ὃ καλεῖται ἀτιμαγελεῖμ, πολλακίς γὰρ οἶγε ἐν τῇ ἠπιείρῳ, οὐ φαίνονται τριῶν μηνῶν ὅλως δὲ τὰ ἀγρία πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, οὐ συννέμονται ταῖς θηλείαις πρό τῆς ὥρας τοῦ οὐχέειμ. Ea uerba nos appendemus magis q̄ annumerabimus hoc modo. At Taurus, cum tempore coitus adfuerit, tum demum incipit cōmunibus cum uaccis pascuis uti, cumq; reliquis tauris dimicat. Nam ante id temporis inter sese pascuntur, quod quidem appellant, ἀτιμαγελεῖμ. Sane, qui sunt in Epiro prouincia tauri, sæpenuero trium mensium spacio non apparent. Porro fera animantia, aut omnia, aut certe pleraq; ante tempus coenndi, non aggregantur ad cōmunes cum fœminis pascuas. Illud admonitu dignum mihi uisum est in traductiōe Theodori Gaçæ, pro græca uoce, ἀτιμαγελεῖμ, quam Rhomana lingua nullo pacto reddere pōt, scriptum esse coarmentari. Idq; uerbi, doctis etiam uiris nō parum caliginis offudit, ita ut deprauatum apud Aristotelem locum existiment, cōmutataq; lectiōe, longe diuersum sensum inducant, putentq; Theodorum in transferendo non mediocriter hallucinatum. At ego re tota diligentius pensiculata, uidere uideor Aristotelicorum uerborum sententiam citra ullius uocis cōmutationem ad amussim quadrare. Videlicet taurum aggregari cum uaccis, & in iisdem uersari pascuis, appetēte coitus tempore, eiq; non cōuenire cum reliquis taurorū armentis, sed bellum cum alijs gerere. Reliquis autem temporibus tauros cum tauris socialiter, iisdem uti pascuis, neq; fœminarum cōuictum sequi, sed inter sese agere, quod idem accidat in feris ferme omnibus. Hanc autem taurorum cum tauris societatem, neglectis uaccarum armentis, uocari ἀτιμαγελεῖμ. Quæso, quid hic scrupuli, cur Aristotelicam lectiōem mutadā existimemus? Nisi siquid offendit mutatus numerus in ταῦρος & εἶσιν, id quod Aristoteli, præsertim eo in opere pene familiare deprehenditur. Dictionem autem illam coarmentari, non germanam, sed suppositiciam esse, dubium non est, & aut librariorum incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate inductam. Suspicio enim legendum, uel de armentari, uel ab armentari. Neq; enim adduci possum, ut credam Theodorum, hominem tam in omni doctrinæ genere absolutum, fuisse lapsum, præsertim in uoce, neq; magnopere prodigiosa, nec inusitata græcis autoribus, utpote cuius uim uel ipsa statim indicat etymologia. Præterea quæ apud Theocritum, autorem usq; adeo notum uulgatumq; legatur, ἐν νομῆι, ἢ βοκόλοις, id est, in pastore, siue bubulcis, καὶ μὴ ἀμὰ βοσκόωντο καὶ ἐν φύλλοισι πλανῶντο οὐδὲ ἀτιμαγελεῦντες. Atq; hi pascuntur simul, inq; comantibus herbis. Errant, & non ulla gregis diuortia quærunt. Ad hæc Suidas ostendit, ταῦρον ἀτιμάγελομ appellatum τὸν φιλ' ἀγέλης καταφρονούντα, id est, qui negligeret armentū. Huc mihi uidet̄ nō nihil alluisse Vergilius in Sileno, Ah uirgo infœlix, tu nūc in montibus erras, Ille latus niueū molli fultus hyacintho Illice sub nigra pallētes ruminat herbas, Aut aliquā in magno sequit̄ grege, claudite nymphæ Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite saltus. Si qua forte ferat, oculis sese obuia nostris Errabūda bouis uestigia, forsitā illū,

nota de tauris

Aut herba captum uiridi, aut armenta secutū, Perducant aliquæ stabula ad Gortynia uaccæ. Cum enim ait, Ille latus niueū molli fultus hyacintho Illice sub nigra pallentes ruminat herbas, taurum innuit, *Ατιμάγελορ*. Item cum ait, Errabunda bouis ueltigia. Significat autē poeta taurum quem adamabat Pasyphæ, aut prorsus, *Ατιμαγελείρ*, aut eatenus *Ατιμαγελείρ*, ut suo armento neglecto, uaccas alias sequeretur. Porro de pugna tauroŕū inter ipsos coitus tempore, meminit idem Maro libro Georgicon tertio. Nec mos bellantes una stabulare, sed alter Victus abit, longeq; ignotis exulat oris. Multa gemens ignominiam, plagasq; superbi Victoris, tum quos amilit inultus amores, Et stabula aspectans regnis excessit auitis. Equidē arbitror hanc ipsam uocem si deflectatur alio, prouerbialē esse, quemadmodū sunt & illæ, *καπροῦν*, & *ἰωσομανείρ*, ad eamq; potissimum respexisse Theocritum, cum ait prouerbio dici, *εβα καὶ ταῦρος ἀν ἕλαμ*. Vnde non incōcinne quis dixerit, maritum diutius ab uxore secubātem, *Ατιμαγελείρ*. Et eum, qui familiares deserit interuiscere, *Ατιμαγελείρ*. Et qui diutius a multis ac librorum abstinuerit contubernio, *Ατιμαγελείρ*. Item, qui conuictu hominū abhorreat, secumq; uiuat, *Ατιμάγελορ* licebit appellare. Et qui a legitimo contubernio aberrarit, secesseritq; non inepte dicitur *Ατιμαγελείρ*.

Annus producit non ager.

XLIII

Ετος φέρει οὐχι ἄρουρα. Annus producit segetem, nō aruum. Hemistichion prouerbiale, quod refertur a Theophrasto, libro de plantis octauo. *πρὸς ἀνεκκῆμ δὲ καὶ τροφήμ μέγισα μὲρ ἢ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται καὶ ὄλωε, ἢ τοῦ ἔτους κατὰσασῆς ἐνακέρωρ γούρ ὑδάτωρ καὶ ἐυδῖωρ καὶ χαιμώνωρ γινόμενωρ, ἀπαντᾶ ἔυφορα καὶ πολὺκαρπια, κάρ ἐμ ἀλμώδεσι καὶ λεπτογέσις ἢ διὸ καὶ παροιμιαζόμενοι λέγουσιν, οὐκ ἄλλως, ὅτι ἔτος φέρει οὐχι ἄρουρα· μέγισα δὲ καὶ ἡ χῶραι διαφέρουσιμ, id est, Ad incrementū autem alimentumq; plurimū quidē cœli temperies, & in totum anni conditio iuuat. Etenī si imbres, serenitates, & hyemes accidant opportunæ, cuncta foelicius, atq; uberius prueniunt, etiā saluuginosis, ac parum pinguibus agris. Vnde non ab re est, quod prouerbio dicunt. Annum producere fructum, non aruum. Verūtamen non parui refert, quæ sit regionum ratio. Hic illud obiter admonendum duxi, in impressis exemplaribus legi *οὐ καλῶε*, id est non recte, atq; hoc ipsum, ut mea quidē est opinio, *ὄν καλῶε*, partim, quod Theodorus Gaza uerterit hoc loco nō perperam, partim quod non perinde quadrat ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur uerū esse plurimū habere momenti cœli cōditionē, id quod etiam prouerbio testatum sit, quo nō sine causa tota prouentus ratio tribuitur acri. Tamen nō nihil etiam discriminis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendū suspicor pro *ὄν καλῶε*, *οὐκ ἄλλως*, id est nō temere. Quancq; equidē uideo & illud *ὄν καλῶε*, utcūq; posse defendi. Nimirū ut Theophrastus improbet uulgare dictum, quod cœlo momentū omne tribuit, cū & a soli ratiōe magna pars pendeat. Mihi tamen superior lectio magis arridet, atq; huic meæ sententiæ, doctos calculū suū addituros existimo. Repetit idem adagium libro de causis plantarum tertio, rationē red dens, cur in frigidis pariter & calidis regionibus triticum proueniat, haud negans agrī naturam nō nihil conferre ad fertilitatem, sed multo maximū momētū habere aerem circūfusum, & eiusmodi cœli uentorūq; temperies contingat, tum ad quos flatus oppositus sit ager. Meminit & Plutarchus in Symposiacis, decade septima, pblemate secūdo. Porro si libebit usum pruerbii dilatare, nō in tepestiuiter accōmodabitur in hanc sententiā, si quis dicat ad uirtutem educationis rationē longe plus adferre momētū q̄ genus, ac plane pparui referre, quibus maioribus sis natus, sed multo maxime qbus rationibus educatus, qbusq; moribus sis institutus. Nā cœlū uelut educat, qd̄ p̄gignit terra. Ad hoc adagii uideē alluissse Euripides in Hecuba, quā ita loquentē facit. *οὐκουμ δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακὴ τυχοῦσα κωροῦ διόδεμ, εὐσάχυμ φέρει, χρῆσται δ' ἀμαρτοῦσ, ὡμ χρεῶν ἀντήμ τυχεῖμ, κακόν δ' ἰδῶσι καρπὸμ ἀνθρώπουε δ' αἰί, ο μὲμ πονηρός, δυδὲμ ἄλλο, πλῆμ κακός οδ' ἐσθλός, ἐσθλός, οὐδὲ συμφορᾶε ὑπὸ φύσιν διεφθειρ' ἀλλὰ χρεσός ἐστ' αἰί. Αἰ οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί· εχα γέτοι τι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶε Διδάξμ ἐσθλοῦ, id est, Non nouū ergo, si mala Fauente cœlo, terra, fert segetē bonam, Bona, destituta, quibus opus fuerat, malum Fructū edit: At mortaliū, quisquis malus. Nil possit aliud esse, q̄ semp malus, Frugī usq; frugī. Sors nec ingenū uiri, Aduersa uitiat, sed pbus semp manet. Vtrū id parentū, an educatiū magis? Recte educari, scilicet nonnullā habet doctrinam honesti. Videtur Hecuba plusculū tribuere genituræ q̄ institutioni, miraturq; proinde non idem euenire in mortaliū moribus, quod in prouentu segetum accidat. Porro quanto plus ualeat institutio, q̄ genus, Lycurgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinē duobus canibus, quorum alter ingenerosa ma-**

tre natus; propter institutionem gnauiter feram est insecutus, alter generosis ortus parentibus, q̄ institutus non esset, tupiter relicta fera, ad odorem, panis, ac cibi restitit.

In uado.

XLV

Metaphora prouerbialis, In uado esse, p̄ eo quod est, in tuto, citraq; discrimē, sumpta a uatantibus, aut nauigantibus. Terentius, Omnis res in uado est. Plautus in Aulularia, Hæc pro p̄modū iam esse in uado salutis res uidet. Vadum aut̄ est aquæ fundus, iu quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

In portu nauigare.

XLVI

Affinis est huic allegoria, ἐν λιμένι πλεῖν, id est, in portu nauigare, qua significamus nos iam a periculo abesse. Propterea, q̄ qui medijs adhuc in fluctibus nauigat, hi uentorū & æstus arbitrio nauigant. Contra, qui iam intra portum sunt, nihil habent negocij cum undis, ac uentis. Vnde uulgatissima metaphora, hominem, in cuius præsidio conuiescimus, portum appellamus, & qui sese ad tranquillam tutamq; aliquam uitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicunt. Terentius in Andria, Nunc huius periculo fit, Ego in portu nauigo. Maro paulo diuersus in Aeneidos libro septimo. Nunc mihi parata quies, omnisq; in limine portus.

Bos lassus fortius figit pedem.

XLVII

Diuus Hieronymus oppidoq; elegans adagium usurpauit, ad beatū Augustinū scribens, eumq; deterrere cupiens, ne iuuenis senem puocet. Propterea q̄ tardius quidem ad pugnam excitant hī, qui iam sunt ætate quasi fessi. Verū ijdem grauius sæuiunt atq; atq; urgent, siquādo senilis illa uirtus irritata recaluit. Memēto, inquit, Daretis & Entelli, & uulgaris prouerbij, q̄ bos lassus fortius figat pedem. A ueteri triturae more ductum apparet, cū circumactis a bubus sup̄ manipulos plaustris, grana excutiebant, partim a rotis in hoc armatis, partim a tauro rum unguis. Et lex illa Mosaica, quam citat apostolus Paul⁹ ad Timothæū uetat, ne boui trituranti os obligetur. Itaq; bos lassus, quoniā grauius figit pedem, magis est ad trituram idone⁹. At non item equus ad cursum. Potest allusum uideri, & ad hoc, q̄ iuuenes corporis agilitate præpollent, Senes in stataria pugna, ac uiribus superiores sunt, id quod & Vergilius in Daretis & Entelli congressu declarat. Nec admodum hinc abludit illud, ἀτρεμας βους, id est, Lente bos, subaudiendum mouet pedem. Nam sensim quidem mouet, ar grauius premit.

Tota erras uia.

XLVIII

τῆ πάσῃ ὁδῷ ἀφασμαστάνεος, id est, Tota aberrare uia. Prouerbiū est in eos, qui uehementer aberrant. Terentius in Eunucho, Tota erras uia. Translatum a uiatoribus, qui nonnunq; ita solent aberrare a uia, ut non sine dispendio quidem, tamen quo tendebant, perueniant, nonnunq; sic aberrant, ut longe diuertant. Vnde & exorbitare dicunt, qui a uero aberrant, Aristoteles in Ethicis, Haud tota aberrant uia. Idem naturalium libro primo, scribit præscos illos philosophos naturalium causarū scutatores, exorbitasse, ac uelut e uia depulso, prorsus aberrasse a uero. Sumptū est ex Aristophanis pluto, ἢ τῆς ὁδοῦ τὰ παράπαν ἡμαρτήκαμεν, id est, Via ne tota prorsus exerrauimus. Quinetiā hodie dicuntur eos in uia esse, qui recto cōsilio quippiā instituit. Extra uiam qui qua non oportet ratione, rem aggrediuntur. Sunt ferme prouerbiales & illæ metaphora, doctis usitatissima. Depellere a uia, reducere in uia, monstrare uia, facere uiam, sternere uiam, aperire uiam, præcludere uiam, intercludere uiam. Cicero in prima philippica, Quod si putas, totam ignoras uiam gloriae. Celebre habet & illud apophthegma Bene currunt, sed extra uiam. καλῶς μὲν τρέχουσιν ἀλλ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ.

Toto cælo errare:

XLIX

Huic cōfine est, quod usurpat Macrobius Satur. libro tertio. Nunq; ne, inquit, Prætextate tibi uenit in mentē, toto (ut aiunt) cælo errasse Vergiliū. Sumptū uidetur ex Aristophanis ranis. εὐθύς ἢ ἡμαρτήκαμεν οὐρανίου ἴεασον. Ab Euripide dicit in Aeschylum, qui plurimū errasset in his quæ dixerat Metaphora dicta, uel a Phaethontis, aut Cereris fabula, Vel a nauigantibus, qui cæli, siderumq; obseruatione, cursum moderantur, proinde naucleri, cum uehementer aberrant, in cæli parte longe diuersa, cynosuram imaginantur nonnunq;, totoq; aberrant cursu. Nisi malumus cælum pro regione accipere. Velut Horatius, Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Suo iumento sibi malum accersere.

L

Qui ipse sibi malorum est autor, suo iumento sibi malum accersere dicitur, tanq; suo sumptu suaq; opera, quasi suo pte plastro, malorum sarcinam adportet sibi. Plautus in Amphitriōe,

Ipsē homo sibi a mē malā rem arcessit iumēto suo. Sumpta metaphora a plaustris onerarijs. Nam id quoq; significat iumētum, autore Gellio, Aut animalibus tergo uectantibus onera.

Suo sibi hunc iugulo gladio, Suo telo.

LI

Suo gladio, suoue telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suo pte inuēto, doloue capitur, deniq; in quem quocūq; modo, seu dictū, seu factum retorquet, quod ab ipso profectum sit, Veluti si quis exemplo Protagoræ Antistrephon dilemma in eū, qui proposuerit retorqueat, aut si quemadmodū Phalaris, Perillum, mali repertorem, suo inuēto cōficiat. Itaq; in Adelpis Terentijs, Mitio senex fratris Demeæ seuitiam increpans, huiusmodi utitur sententia. Hoc unū adfert uitij senecta. Attentiores ad rem sumus, q̄ oportet. Eandē, Demea paulopost in fratrē rctorquens. Postremo (inquit) nō meū illud uerbum facio, quod tu Mitio bene, & sapienter dixisti dudum. Vitium cōmune omnīū est, quod nimīū ad rē in se necta attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cū Mitio cōstringeret, adigereturq; ut agrum, quē rogabatur, daret, Tum Demea, Suo sibi hūc iugulo gladio. Trā lata metaphora, ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties cōfodiunt. Plautus in Amphitryone, Atq; hūc telo suo sibi, malitia sua, a foribus pellere. Cicero pro Cecinna, Aut tuo (quēadmodū dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua cōficiatur, necesse est. Huc allusit Ouidius in epistolis Heroidū, Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires. Heu patior telis uulnera facta meis. Eodem pertinent & illa Ciceronis, In tuum ipse mucronē incurras, necesse est. Rursum, Hic est defensionis tuæ mucro, in eū incurrat oratio tua, necesse est. Neq; uehemēter hinc abludit Liuianū illud, Sentiebat Hannibal suis se artibus peti. Lucianus in piscatoribus. Ως παρ̄ ἡμῶν τὰ τοξενύματα, ὡς φησὶ, λαβῶν καὶ ἡμῶν ἐτοξενεῖς, id est, Quæ quidē tela a nobis uti fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. Tradit Plutarchus Brasidam ducē educto e corpore telo, eodem confodisse eum qui miserat.

Incidit in foueam, quam fecit.

LII

Idem pollet illud, quod in odis Dauitici refertur psalmo septimo. Λάκκον ὄρυξε καὶ ἐπέσκαψεν αὐτόν, καὶ ἐμπεσείται εἰς βόθρον, ὃν ἐργάσατο. Lacum fodit & aperuit eū, & incidet in foueam, quam fecit. Translatum uel ab ijs, qui foueis effossis, aut reliquis id genus decipulis, feris insidiant, uel a bellis, in quibus aliquoties suffossis cuniculis, hostis hostem captat.

Suo ipsius laqueo captus est.

LIII

Nec aliud sibi uult, quod apud eundē legit, psalmo nono, ἐμ παγίδι ταύτην, ἣ ἐκρυψαμ, συνέλιψεν ὁ πούς αὐτῶν. In ipso laqueo, quem absconderant, comprehesus est pes eorum. Nota metaphora, nempe mutuo sumpta ab ijs, qui instructis pedicis, auibus, aut feris insidias tendunt.

Hanc technam in teipsum struxisti.

LIIII

Eandem sententiā aliter expressit Lucianus. Ως τε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας, id est, Itaq; cōmentū in tuū ipsius exitiū reperisti. De heredipeta, qui ueneno, quo senē appetiuerat, ipse forte fortuna captus, interijt. Utendum erit cum dolus in alterum excogitatus, in caput autō ris recidit, ita ut non raro consueuit accidere.

Turdus ipse sibi malum cacat.

LV

His finitimū est illud Græcorum adagiū. κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν, id est, Turdus ipse sibi malū cacat. In eos dici solitū, qui sibiipsis ministrarent exitij causam. Siquidem uiscum, autore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in uentre, ac redditum per auium aluum, maxime palumbium, ac turdorū. Cuius rei meminit & Seruius in sextū Aeneidos. Aristoteles item libro de natura animantium nono, tria turdorum genera facit, quorum primū. ἰξίβορον, uocatum ait, nimirum, quod uisco uescatur. Quoniam autem uisco capiuntur aues, ipsæ sibi malum cāt, uidelicet. Plautus paulo diuersius extulit. Ipsa (inquiens) sibi auis mortem creat. Quāq; eundem non dubitem affirmare, a Plauto cacat, nō creat fuisse scriptum, deinde locū a quopiam semidocto, & græcanici prouerbij ignaro deprauatum, supposita uoce adulterina creat. Sophocles in Antigone. οἷς δ' ἀνωφέλιτα φυτεύει τέκνα τί τὸνδ' ἄμ' ἔποιε, ἄλλο, πλὴν αὐτῶ πόνου φῦσαι. πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλωμ. id est, Inutiles quicūq; liberos serit. Quid aliud hunc, q̄ sibi creare dixeris, Ipsi dolores, atq; risum maleuolis. In hos igitur quadrabit parœmia. Aut in eos, qui potentes sibi generos asciscunt, a quibus postea per uim opprimantur.

Ipsē sibi mali fontem reperit.

CVI

Extat item apud eisdē senarius prouerbio celebratus. Αὐτὸς γὰρ εὔρε τὸ κακοῦ τῆμ πηγάσιν. Ipsus malū sibi reperit coagulū. Aut Αὐτὸς εὔρε τοῦ κακοῦ πηγῆμ. Ipsē reperit mali fontem.

Capra gladium.

LVII

Eodem ferme pertinet, *αἰξ μάχαιρα*, id est, Capra gladium, subaudi reperit. In eos dicitur: qui ipsi reperiunt quo percant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim cum Corinthi in Iunoni Acrææ (nam id illi cognomen) rem diuinam facere pararent, cuius Iunonis statuam aiunt a Medea positam fuisse, atq; in, qui ad præbendam hostiam erant conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese adsimilarent, Capra pedibus exscalpens eum eruit, perdiditq; itaq; ita macata est. Quidam sic efferunt Parœmiã, *αἰξ δούσα τὴν μάχαιρα*, id est, Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto: οἷς τὴν μάχαιρα, id est, Ouis cultrum.

Cornix scorpionum.

LVIII

His confine est & illud, *κορώνη τὸν σκορπίου*, id est, Cornix scorpionum. Subaudi, rapuit. Quædrat in hos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali sint uicissim accepturi, Quemadmodum cornix correpto, scorpio, arcuata illius cauda, uulnus accepit letale, perijtq;. Extat super hac re græcum Epigramma Archiæ, quod non grauabor adscribere. *ἐν ποτὶ παμφαίνοντι μελάυτερος αἰθέρι ναίω. σκορπίου ἐκ γαίης εἶδε βορόντα κόραξ. ἢ μάχαιρα ὠρουσέμ', ὁ δ' αἰξάντος ἐπ' οὐδ' ἀρῶν οὐ βραδύς, εὐκένεω πέλας ἔτυψε βέλῳ. καὶ ῥοῆς μὴ ἀμερσεμ', ἰδ' ὅσσον ἔτευχεμ' ἐπ' ἄλλω. ἐκ κένου τλημῶν αὐτὸς ἔδεκτο μόρον*, id est, Scorpius a terra proreplerat, idq; uidente Coruo, qui cælo uiscitat in liquido Corripuit uisum, fugitq;, sed hic ut humiles Contigerat, telo mox ferit, atq; necat Ecce tibi, quod in hunc auis insidiola parabat. Inde sibi accinit ipsa necem misera. Atq; id in rebus humanis frequenter usu uenire solet, ut qui cœpisse uideatur, ipse captus sit. Quemadmodum & Horatius Græcia capta ferum uictorem cœpit.

Calidum prandium comedisti.

LIX

Huc alludere uidetur & Plautinum illud, Calidum hodie prandium comedisti, id est, fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxijs, ac lætiferis ingurgitatibus postea uentris tormina sensuri.

Irritare crabrones.

LX

τὰς σφηκὰς ἐρεῖζεν, id est, Irritare crabrones. Ad hanc sententiam referendū est & illud, quod est apud Plautum in Amphytrione. Irritabis crabrones. Id dictum est a poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neq; sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine uespis pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo. Siquidem refert Plinius naturalis historiæ libro undecimo, capite. xxi. Crabronum ictus haud temere, sine febris esse. Additq; traditum a quibusdam, ter nouenis huius animantis punctis, interfici hominē. Aristoteles libro de partibus animalium nono, præter alia quæ de crabronibus commemorat illud quoq; tradit, cum in apum genere, quædam aculeis careant, ut fuci, & reges, uespæ quoq; nonnullæ, sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quæq; de duce, num aculeatus sit, non nihil addubitat. Utitur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam epistola. Eandem sententiam sic idem extulit Plautus, mutata allegoria. Bacchæ bacchanti, si uelis aduersari, Ex insana, infanior facies, feriet sapius. Sin obsequaris, una te soluas plaça. Nā mos erat, uti bacchanalia celebrantes obuios thyrsis ferirēt. Aristophanes in *Lysistrata*. *ἢ μὴ τις, ὡς περ σφηκῶν βλίττη μὲν ἐρεῖζεν*. i. Ne siqs ueluti crabronem extimulet me, puocetq;.

Leonem stimulas.

LXI

Consimilem uim habet, quod a Diogeniano refertur, *τὸν λέοντα νύττας*, id est, Leonem pugis seu uellicas. De ijs, qui potentem, ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant, atq; extimulant. Notior est metaphora, q̄ ut sit explicanda.

Malum bene conditum ne moueris.

LXII

Idem pollet & illud, *μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον*, id est, Ne moueris malum bene recōditū, siue quiescens. In eos, qui sua stulticia sibi turbas excitant, aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant, renouantq;. Huic simillimum illud, *Sopitos suscitāt ignes*.

Octipedem excitas.

LXIII

Cratinus in Thrattis apud Suidam. *οκτώπονον ἀνεγείρεις*, id est, Octipedem excitas, nimirum scorpionum, cui pedes sunt octo, ac plerūq; sub saxis abditus cubat, quæ non nisi tuo periculo suscites propter uenenum, quod in cauda gestat.

Mouere Camarinam.

LXIII

κινεῖν τὴν καμαρίνην, id est, Mouere camarinam, est sibi ipsi malū accersere. Lucianus de apo-phrade, *ὁρῶς ὡς ἀμεινον ἢ σοὶ ἀκίνητον τὴν καμαρίνην ἔαμ*, id est, Vides, quāto satius tibi fuerit, Ca-

merinā immotā sinere. Vnde natum sit adagium. Seruius grāmaticus explicat Vergiliū in il-
lum locū enarrans in tertio Aeneidos, Et fatis nūq̄ cōcessa moueri. Apparet Camariua p-
cul. Camarina (inquit) palus est iuxta oppidum eiusdē nominis, quæ cum olim siccata, pestilē-
tiam creasset, cōsuluerunt oraculū, an penitus eam desiccare præstaret. Veruit Deus Camari-
nam moueri. At illi exsiccant, nō obtemperantes oraculo, & cessauit quidē pestilentia, sed
per eam ingressis hostibus pœnas dederunt. Eadem ferme cōmemorat & Suidas, Illud insu-
per addens, quibusdam Camarinam esse fruticem, cuius ramos si quis commoueat, quatitq̄
tetrum quendam odorem edere. Verum mihi superior sententia magis uidetur, ad ueri simi-
litudinem accedere. Meminit huius adagij Stephanus quoq̄ uersu Heroico effertq̄ ad hūc
modum, ΜΗ ΚΙΝΕΙΤΗ ΚΑΜΑΡΙΝΑΜ, ἀκίνητος γὰρ ἀμίνωμ. Ne moueas Camarinam, etenim non tangere
præstat. Ait autem Camarinam oppidum, & eiusdem nominis paludem esse in Sicilia.

Anagyrim cōmoues.

LXV

Superiori neutiq̄ dissimile uidetur illud apud Græcos celebratū, Ἀνάγυρον κινεῖς, id est, Ana-
gyrum cōmoues, in eos, qui sibi ipsi malorum autores essent, quicq̄ in suā ipsorum perniciem
quempiā irritarent. Vnde ducta sit parœmia, uarie narratur ab autoribus. Alij ad fruticis na-
turam referūt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quē quidam Magyrum, quidā Ana-
gyrum appellant. Nōnulli acopon, medicamētis quidem efficacem. Verum odore maiorem
in modū graui, maxime si manu terat. Cuius fructus gustatus, uehementē uomitū prouocet.
Vnde uel ab odoris molestia, quæ carpentē cōsequitur, adagiū ductum uideri potest, quādo
quidem & Acopi uocabulū indidē apparet repertum. Vcl a cōcitandi uomitus efficacia. Me-
minit huius & Plinius libro. xxv ij. capite. ii ij. Sunt qui dicant Anagyrum locum esse in Atti-
ca, quæ ad tribū pertineat Erechteidē, autore Stephano, ubi frutex quidam grauissimi odoris
plurimus proueniat, ut Anagyru p frutice, nō secus accipiamus, q̄ Anticyram pro elleboro.
Rursum alij Anagyrum Genium quendā existimāt, qui propter uiolatum sacellum suū, uici-
nos omnes funditus euerterit. Atq̄ huius adagij mētione fieri apud Aristophanem in Lysi-
strata. Suidas huiusmodi ferme cōmemorat. Anagyra sion quēdam genium fuisse, sic a loco,
quem diximus, cognominatū, qui senem uicinum, quod lucum suū incidisset, hunc ad modū
ultus sit. Senis cōcubina, insanum quendā amorē immisit in illius filium. Quæ cum adolescē-
tis animū pellicere nō posset, eū ultro apud patrem detulit, quod sese de stupro nō desineret
interpellare. Pater persuasus a muliere, filiū e tecto præcipitem dedit, atq̄ interemit, Deinde
facti pœnitēs, semetipsum laqueo præfocauit. Postremo mulier sese in puteum abiecit. Atq̄
huius fabulæ citat autorem Hieronymū in opere de Tragœdiarum scriptoribus.

Capra contra sese cornua.

LXVI

Ἡ δὲ κατ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, id est, Capra contra semetipsam cornua, Ad superiorum classem p-
tinet, ab Apologo natum. Capra quæpiam cum esset iaculo uulnerata, circumspiciens unde
nam id mali sibi aduenisset, arcum contemplans, caprinis cornibus compactum, dixit ad hūc
modum κατ' ἑμαυτῆς ἔφρουσα τὰ κέρατα. In meam ipsius perniciem produxi cornua.

Atlas cœlum.

LXVI

Ἀτλας τὸν οὐρανόν. Atlas cœlum, subaudiendū. ὑπεδέξατο, id est, suscepit. Dicit solitū de ijs, qui
sese magnis & molestis inuolunt negotijs, ipsiq̄ sibi malum accersunt. Nam hic cœlum ho-
spitio excepit. Deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præceps datus est in mare
Athanticum. Porro notior est, q̄ ut hoc loco sit referenda de Atlante fabula, cœlum hume-
ris & uertice sustinente.

Deus ex improviso apparens.

LXVII

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανέας, id est, Deus ex improviso apparens. In eos dicit, quibus in rebus
perplexis præter spem exoritur aliquis, qui salutē adferat, negocij q̄ difficultatem expediat.
Sumptum est a consuetudine Tragœdiarum, in quarum plerisq̄ machinis quibusdā Deus
aliquis ostendebatur, idq̄ non in scena ipsa, sed e sublimi, qui repente cōmutatis rebus, fabu-
læ finem imponeret. Id, quod testatur et. M. Tullius libro De natura Deorum primo, cum sic
ait. Quod quia quemadmodū natura efficere sine aliqua mente possit, non uideretis, ut Tragi-
ci poetæ, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum, cuius operam
profecto nō desyderaretis, si immensam & interminatā in omnes partes magnitudine regio-
num uideretis. Idem subobscurè, sed sane q̄ eleganter indicat Aristoteles, libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ. primo. ἀναξαρτοῦς τε γὰρ, ingens, μηχανῆς κρηται τῷ νῦν πρὸς τὴν κοσμοποιίαν ὅταν γὰρ ἀπο-

είση διά τινά αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ὅτι τότε ἔλκει αὐτόν, ἢ δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μάλλον αὐτιάται τῶν γινόμενων ἢ νοῦν. Quæ quidem uerba sic licebit uertere. Nam Anaxagoras mēte perinde, quasi Deo quopiam Tragico, qui repente solet ostendi, utitur ad condendū mundum. Etenim cum hæret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porro reliquis in rebus, quiduis potius causam facit eorū, quæ fiunt, quæ mentem. Vnde in Græcorū Tragœdijs illud penes solenne est, πολλὰ μορφὰι τῶν δαιμονίων, id est multæ formæ Deorum, & cætera. Cum inducto numine fabulam explicant, ueluti in Oreste Euripidis. Apollo in medijs tumultibus apparatus res turbatissimas subito cōponit. Huiusq; rei exemplū uidetur ab Homero ductum, qui, quæ admodum Iliados primo, palladem inducit, ut ferocientem Achillem compesceret, ita cōpluribus alijs locis numen aliquod allegat. Quod quidem Horatius in arte poetica uetat in Comœdijs fieri, nisi rerum difficultas maior sit, quæ ut possit humana ope explicari. Nec Deus inter sit nisi dignus iudice nodus. Qua ratiōe Plautus in Amphitryone Iouē induxit, eorū Tragicocomœdiam uocat. Lucianus in Philopseude, καὶ τὸ τοῦ λόγου, δεῦρ' ἀπὸ μηχανῆς ἐπεσκληθῆναι μοι τοῦτο ὡμκρ' ἀπὸ τῆς τύχης, id est, Ac iuxta prouerbiū arbitrabar hunc nihil perinde quasi deum quempiā repente apparentē, a fortuna fuisse adductū. Allusit eodem, in libello de mercede seruientibus. Οἰκεῖοι γὰρ φησὶ τοιαύτης τραγωδίας οὗτοί γε, ἢ τῶν ἄλλοις μηχανῆς δεῦρ' ἐπὶ τῶν καρχησίῳ καθεζόμενον, id est, Nam hi peculiariter ad huiusmodi Tragœdiā pertinent. Aut alium Deum quempiam de repente exortum, atq; in antennis confidentē. Huc respexit Euripides, in Iphigenia Aulidensi, θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι μέγιστος, id est, Equidem Deus tibi maximus apparuit. Lucianus in sectis. ἐπιστάς, τὸ τῶν τραγωδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείης, id est, Assistens iuxta Tragœdorū prouerbiū, Deus ex improuiso ostensus. Proinde quoties salus ex insperato ostenditur, id deo solet adscribi. Ita Plinius libro. xxv. Quippe etiam in repertis, alias inuenit casus, alias, ut uere dixerim, Deus. Idem libro. xxxvij. Hic erga casus, hic est ille, qui plurima inuenit in uita Deus,

Homo homini Deus.

LXIX

Non admodū hinc abludit & illud, ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Homo homini Deus, quod dici solet de eo, qui subitam, atq; insperatā attulit salutē, aut qui magno quopiam beneficio inuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse Deū, quæ prodesse mortalibus. Vnde frugum uini, legum autores, & quicūq; ad uitæ cōmoditatē aliquid attulissent, eos pro Dijs habebat, antiquitas. A deo, ut & beluas quasdā pro numinibus coluerit, uelut apud Aegyptios ciconiam, quod serpentes, qui certo anni tēpore ex Arabicis paludibus subuolant, obuiam profecta, arcere, cōficereq; credat. Apud Rhomanos anserem, quod capitolinā arcem, expergestis clangore custodibus, ab irruptione Gallorū seruant. Quod indicat. M. Tullius, cū libro de uatura deorū primo, scribit, Cōcludam belluas a Barbaris propter beneficium consecratas. Quin & autore Prodicō Cio corpora quædam inanima pro Dijs habita sunt, ueluti sol, luna, aqua, terra, quod ad uitam cōducere uiderent, qd horū cōmoditate mortales maiorē in modum delectarent. Scythæ, quæ admodū in Toxaride testat Lucianus, per uentū & gladiū, tāquā per Deos iurant. Propterea quod ille spirandi sit autor, hic mortis. Sed quoniā, ut inquit Cicero, plurima homini ab homine, uel cōmoda, uel incōmoda solent oriri, & dei proprium est uel seruire, uel benefacere. Idcirco, qui in graui periculo succurrit, qui ue ingēti quopiā afficit beneficio, quoniā Dei, quasi uice fungit, ei cui prodest, Deus dicit extitisse. Huius ad stipulat illa solennis apud Homerū, atq; Hesiodū clausula, θεοὶ δ' ὠθήσας ἑάωμ, id est, Dij bonorū largitores. Et quod ait Strabo libro decimo, Recte dictum est, mortales tunc maxime deos imitari, cū benefici sint. Item libro decimosextimo tradit Aegyptios quosdā dupliciter facere Deū, immortalem, qui rerum omniū sit autor, & mortalem ignoti nominis, tum a quibus beneficio sint affecti, eos ferme pro Dijs colunt. Præterea, uulgo quoq; qui in rebus perplexis, ac desperatis, aut ancipiti periculo seruant, a Deo quopiā aiunt sese seruatos. Horatius, Sic me seruauit Apollo. Rursum in Odis, in bello ab ictu saxi, se Mercurij beneficio seruātū scribit. Eodē allusit Iuuenalis, cum ait, Quadraginta tibi, si quis Deus, aut similis Dijs. Et melior fati donaret homuntio. Item Vergilius in Tityro. O Melibœe, Deus nobis hæc oia fecit. Namq; erit ille mihi semper Deus, illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Deinde reddit causam, quare sit Casarem loco numinis habiturus, beneficium subtexens. Ille me as errare boues, ut cernis, & ipsum Ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Plinius secūdus, libro naturalis hystorie, secūdo, manifestius Græcam παροιμίαν indica uit. Sed tam impie

sentiens de Dijs, q̄ paulo post de animarū immortalitate, deq; corporū resurrectione desipi-
 enter. Nam cum & multitudinē Deorū irrississet, & uni illi summo, quem aut mundū hunc, aut
 naturā nescio quā, esse putat, prorsus ademisset curā mortaliū, Deus est (inquit) mortali iuua-
 re mortalem. Et hæc ad æternā gloriā uia. Hac proceres iere Rhomani, hac nunc cœlesti pas-
 su, cū liberis suis uadit maximus om̄is æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueni-
 ens. Hic est uetustissimus referēdi, bene merētibus gratiā mos, ut tales numinibus adscribāt.
 Quippe & omniū aliorū nomina deorū, & quæ supra syderū retuli, ex hominū nata sunt me-
 ritis. Hactenus Plinius, Plutarchus incōmentario quē inscripsit aduersus principē indoctum
 negat deos hoc nomine felices esse, quod q̄diutissime uiuāt, sed quod uirtutis sint principes
 & autores. Porro Paulus uirtutū summā ad charitatē refert, charitatē autē in eo sitam, ut de
 q̄ plurimis, q̄ optime mereamur. Quāq; autē apud Christianos dei appellatio, nō est ulli mor-
 taliū, uel per iocū cōmunicanda, neq; omnino tam insignis, tamq; fœda adulatio est in mores
 nostros recipienda, tamen fieri potest, ut huius adagiū sit usus, neq; improbus, neq; inconcin-
 nus, si quis hoc modo dicat. Cum tantis malis premerer, ut nemo mortalium, aut uellet, aut
 posset opitulari, tu unus mihi, præter spem extitisti, tuoq; beneficio me nō seruasti modo pe-
 riturū alioqui, uerum etiā ornatiorē aliquāto fecisti, q̄ antea fuerim. Ut aut omnino nusq; aut
 in nobis certe duobus, locū habeat uetus illud Græcorū adagiū, *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμονιον*.
 Aut hoc modo. Literis debeo omnia, etiā uitam, sed ipsas tibi debeo literas, qui mihi tua libe-
 ralitate suppeditas, alisq; ocium meū. Quid autē est quod Græci dicunt, *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαι-
 μόνιον*, si hoc nō est? Aut hoc pacto. Qui mediocri beneficio iuuat, sit sane amicus, uerum qui
 arte iua, singulariq; cura, atq; industria uitam iam iam fugientē redimit, ac restituit, id qd̄ utiq;
 facit medicus, quid aliud est, q̄ quod Græci dicunt, *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμονιον*, Aut sic Eum
 in locum res erat deducta, ut ne ipsa quidem salus posset auxiliari. Ibi tu mihi ueluti præsens
 quoddā numen extitisti, & mira celeritate depulsis incōmodis, in pristinū locū restituissti, nec
 sperantē, nec expectantē, ut intelligerē illud nō temere dictū a græcis. *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαι-
 μόνιον*, Aut sic. In reliquis quidē rebus mihi semp̄ amicissimus fuisti, in hac uero causa nō ami-
 cillimus modo, uerum etiā, pene dixerim, quod græci dicunt, *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμονιον*

Homo homini lupus.

LXX

ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος, id est, Homo homini lupus. Huic quasi diuersum est, ac uelut hinc
 effectum uidetur Plautinum illud, Homo homini lupus. Quo monemur, ne quid fidamus
 homini ignoto, sed perinde, atq; a lupo caueamus. Lupus est (inquit) homo homini, nō ho-
 mo, qui qualis sit, non nouit.

Coturnix Herculem.

LXXI

ὄρνις ἑσώσεν Ἡρακλῆα τὸν κάρπερόν, id est, Seruauit Herculem coturnix strenuum. Senarius est
 græcis, prouerbij uice celebratus, quē tamen Zenodotus negat apud ullum ueterum scripto-
 rum inueniri. Cæterū dici solitū de his, qui in periculo seruati essent ab his, a quibus minime
 sperarant. Adagionis originē ad huiusmodi fabulam referunt, Coturnicem quandā Herculi
 in delitijs fuisse. Cuius nidore cum uiua incendere, ille mortuus, sit in uitā restitutus. Memi-
 nit huius fabulæ Athenæus quoq; scribens, Herculem Iouis & Astrææ filium, in Lybiam pro-
 ficiscentē a Typhone fuisse interceptū. Reuocatum autem in uitam odore coturnicis, illi ab
 Iolao admotæ. Et ob eam causam phœnices Herculi coturnice sacrificare.

Genius malus.

LXXII

Ei, quod modo retulimus, homo homini deus, contrariū uidet̄ genius malus, quē græci di-
 cunt, *ἄλῆσρα*, quo nomine uocamus eos, quibus incōmodorū nostrorū maximā partē acce-
 ptam ferimus, idq; etiā hodie uulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his, aut illis ita in-
 auspiciati, ut tanq; fatum quoddā malum, atq; in perniciem illorū nati, iure uideri possint. Por-
 ro prouerbij apparet e prischorū opinione profectū, qui singulis binos genios attribuūt, quos
 Dæmones uocant, neq; hominibus modo, uerum etiā locis, atq; ædibus, quorū alter perniciē
 nobis molitur, alter iuuare studeat, cuius sententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in li-
 bello de animi tranquillitate. Quo pertinet illud Bruti, quod in eius uita memorat Plutarchus
 Nam Bruto cū dies ille fatalis immineret, & in Asia nocte ferme intempesta ex more uigila-
 ret in tabernaculo, lucerna iam emoriēte, uidere uisus est personam quandam tragicam, &
 humana specie maiorem. Atq; ille protinus, ut erat animo interrito, percontatus est, quisnam
 esset, aut hominū, aut deorum. Cui illa cum murmure, Tuus sum Brute genius malus; Philip

pis me uidebis. Eadem itaq; imago rursus apparuit confligenti Philippis, quæ quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quandam fabulam idem refert de M. Antonio, atq; Augusto. Videlicet hos, reliquis quidem in rebus amanter, summaq; inter sese concordia agitalse. Cæterum in ludis, quos ad æmulationē quandam edebāt, Octauium semper superiorem esse solitum. Eam rem Antonium nō mediocriter discruciasse. Fuisse autem in Antoniano comitatu magum quempiam Aegyptiū. Is seu quod uere nosset eius fatum, seu ad gratiā Cleopatrarū fingeret, cum admonuit, ut a cæsare se quātū posset, seiungeret, quod ipsius genius, alacer alioqui, genium illius reformidaret, quoq; propius accessisset, hoc humilior deiectionq; uideret. Testatur & Plato. Socrati peculiarē quendam fuisse genium, de quo scripsit Apuleius. Et Plutarchus de genio sensisse uidetur Terentius, cum ait in Phormione, Mihi usu uenit hoc scio. Memini relinqui me, Deo irato meo. Quin & nostrates theologi, ueteres illos, opinor, sequenti, duos unicuiq; genios, quos angelos uocant, ab ipso protinus exordio uitæ adscribunt, amicū, qui cōmoda nostra procuret, malum, qui modis omnibus in exitiū nostrum imminuat. Bonū genium explicat Neuius in stalagmonis apud Donatū. A deo meo propitio meus homo est. Item Perlius, Dijs iratis, genioq; sinistro. Postremo prouerbiū respiciūt generatim omnia illa. Iratis Dijs. Terentius, Nescio, nisi deos iratos fuisse mihi fatis scio, qui auscultauerim ei. Horatius in sermōibus, Immeritusq; laborat, Iratis natus paries dijs, atq; poetis. Idem rursus, Vertumnis quotquot sunt, natus iniquis. Idem in odis, Diuis oro bonis, optime Rhomule custos gentis abes. Homerus Iliados, ε. θεός, νύτις, ὄβρι καὶ ἰήεις, id est, Deus quispiā iratus est. Et Vergilius, Dijs equidem auspiciis reor, & Iunone secūda. Eodem pertinet & hæc, Solus a dijs diligere Antipho. Et Dijs nos respiciunt. Et modo Iuppiter adsit, Et, si quem numina leua sinunt. Et dexter adsit Apollo, atq; id genus sexcenta passim apud poetas obuia. Erit autē uenustius si ad speciem descenderis, ut hic scribit carmina musis, quotquot sunt, iratis. Canit irato Appolline. Eam causam egit ineptissime, planeq; irata Suadela. Marte sinistro pugnaui mus. Neptuno propitio nauigauimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc ueteratore sum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo qui deformes filios progeneret. Inuita Minerva, qui parum feliciter artem exercent.

Dextro Hercule, aut amico Hercule.

LXXIII

Eiusdem est generis, sed obscurius, quod apud Horatiū legit, Diues amico Hercule. Et item apud Persiū, O si sub rastris crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Quod qdē in eos cōpetit q in accumulandis opibus sunt bene fortunati, Idq; inde natū existimāt, q Hercules morturus dixerit, eos opulentos futuros, q sibi decimā bonorū suorū partē cōsecrassent. Proinde locupletes plerosq; ita facere solitos. Tametsi Plutarchus in problematis huius cōsuetudinis aliam adfert causam, puta q ipse quondā Hercules, boum, quos Geryoni abstulerat, in Palatio decimā partē immolarit. Vel q Rhomanos ab Hetruscis decimari solitos liberarit.

Dijs, hominibusq; plaudentibus.

LXXIII

Prouerbialis est & illa hyperbole, Dijs, hominibusq; plaudētibus, p eo, qd est feliciter atq; auspicato, Cicero ad Qu. fratrem. Vatiniiū, a quo palam oppugnabat, arbitrato nostro cōcidimus, Dijs, hominibusq; plaudētibus. Quāq; hoc ipsum p se, deos, hominesq;, puerbiale nimis rū est ob figurā, atq; apud poetas pene solenne, Deū, atq; hominū fidē, Dijs, atq; hominibus inuisus. Neq; deos, neq; homines metuit. Home. Ἀθάνατοι τε θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρώπων. i. immortalesq; dij, mortalesq; homines. Rursus, πατήρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Pater uirūq; deumq;.

Bonis auibus. Malis auibus.

LXXV

Ad hoc genus pertinet & illud, bonis, aut malis auibus, cū rem feliciter, aut secus cedre significamus, Ab augurū obseruatione sumptū. Horatius in Odis, Mala soluta nauis exit alite, Ferēs olentē Meuiū, Et rursus, Mala ducis auē domū. Quā multo repetet Græcia milite. Atq; iterū alibi, Scriberis uario fortis, & hostiū Victor Mæoniæ carminis alite. Homerus Iliados. ω μὴ δέ μοι ἀντιορνιας ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλει. Neue auis hic infausta mihi perrexeris esse. Verba sunt Priami ad uxore dehortantē, ne solus in castra Achillis pficisceret, Hectoris cadauer auro redēpturus, ac multa tristitia, ita (ur assolent mulieres) ominantē. Ad hanc formam referende sunt & illa fausto omine, bene ominata, bonis auspicijs, inauspicato, felicibus augurijs, atq; id genus alia, quæ ab augurū arte sumpta, in cōmunē sermonē abierunt.

Noctua uolat.

LXXVI

Ex eadem superstitione manauit & illud Græcanicum, γλαυξ ἵπταται. Noctua uolat. Nam

d 2

priscis Atheniensibus noctuæ uolatus uictoriæ symbolum existimabatur. Propterea, quæ auis hæc Mineruæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam male consulta Atheniensium bene fortunare. Inde rebus felicius, atque ex animi sententia succedentibus, dici consuevit, noctua uolat. Autores Senodotus & Suidas.

Quarta luna nati.

LXXVII

Ἐν τετάρτῃ γεννηθῆναι, id est, quarta luna nati dicunt, qui parum feliciter nati sunt, ut autor est Eustathius in librū Iliados secundū. Propterea, quod Hercules hac luna natus fuerat, cuius omnis uita uoluptatū omnium expers, ac laborū plena fuit. Dicitur potest & in eos, quod laboribus sibi neuti quam frugiferis fatigant, Herculis uidelicet exemplo, qui iuuandis alijs sudauit, sibi inutilis.

Albæ gallinæ filius.

LXXVIII

Cōtra, feliciter natum, albæ gallinæ filiū dicimus. Iuuenalis, Quia tu gallinæ filius albæ. Vel quæ læta, atque auspiciata Latini alba uocant, uel quod prouerbiū alludit ad fatalem illam gallinā, de qua meminit Suctonius Tranquillus in Galba, his quidem uerbis, Liuiā olim statim post Augusti nuptias Veientanū suum reuidentem, præteruolans aquila, Gallinā albam ramulum lauri rostro tenentē demisit in gremiū. Cūque nutriti alitem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pullo- rum soboles prouenit, ut hodie quoque ea uilla ad gallinas uocetur. Tale uero lauretū, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerpere. Fuitque mos triumphatibus, alias cōfestim eodē loco pangere. Et obseruatū est, sub cuiusque obitu, arborē ab ipso institutā elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno, & sylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarū erat, interijt. Huic diuersum est illud, apud eundē Iuuenalem, Nati infelicibus ouis.

Laureum baculum gesto.

LXXIX

Δαφνίνην φορῶ βακτηρίῳ, id est, Laureum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidijs appetiti, feliciterque periculum effugissent. Propterea, quod laurus cre- dita est aduersus uenena remediū habere. Plinius libro. xv. demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videat & aduersus fulmen huius uis tueri, quandoquidē arborum una non igitur fulmine.

Grauiora Sambico patitur.

LXXX

Δεινότερα σάμβικου πάσχει, id est, Atrociora Sambico patitur, In eos, qui cruciatibus exquisitis torquent, aut quibus insignia mala accidunt. Prouerbiū Plutarchus refert in problematis graecanicis, atque huiusmodi quandā adfert causam. Sambicus quispiā Eleus, una cū socijs aliquot, nō paucas apud Olympia æreas statuas cōcidit, uendiditque. Deinde maiora etiam ausus Dianæ præsidis templū diripuit. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarchum nominat. At ille mox cōprehensus. dum socios prode recusat, annū perpetuū exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiā animā efflauit. Atque hinc uulgo nata paroemia.

Fœnum habet in cornu.

LXXXI

In homines maledicos, ac feroces dicit, Fœnū habet in cornu. Horatius in sermonibus, Fœnum habet in cornu, longe fuge. Inde translātū, ut Acroni placet, quod antiquitus bubus cornupetis fœnum pro signo in cornu appēdere, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Idque ideo fieri solitum Plutarchus in problematis autumat, quod copiosiore pabulo, nō modo bo- ues, sed & equi, & asini insolentiores, ac ferociores reddant. Vnde extat & Sophoclis dictū in tumidum quēpiā, ac præferocē. Tu (inquit) ferues, quasi pullus pabuli copia. Huic adstipu- lat illud Solonis dictum apud Laertium, τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλοῦτου γενναῖαι, τὴν δὲ ὑβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. Hoc est satietatē nasci ex opulentia, ex satietate ferocitatē. Dictū est autē aliquādo ut idem testatur in. M. Crassum, quod in cornu fœnum haberet. Propterea, quod haudquaquam impu- ne lacefferet, homo prædiues, ac potens, & simultatū persequentissimus. At rursus Cæsar pos- tea dictus est ei fœnum detraxisse, quod omnibus illum, ut cornupetam taurum fugietibus, ac formidatibus, ipse primus ausus fuerit illi resistere. Vsurpat adagiū hoc etiam diuus Hieronymus in epistola quadam, minitans ijs, a quibus forte esset laceffendus.

Cornutam bestiam petis.

LXXXII

Consimilem ferme sensum habet Plautinū illud, Cornutam bestiam petis, de eo, qui laceffit eum, qui paratus sit retaliare iniuriam, quæ non nisi tuo malo prouoces. Huc spectauit Ho- ratius, cum ait in Odis, Parata tollo cornua.

Dionysius Corinthi.

LXXXIII

Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, id est, Dionysius Corinthi, prouerbialis allegoria, qua significamus aliquē

e summa dignitate, atq; imperio, ad priuatā, humilēq; redactū fortunā, quē admodū Dionysius Syracusarū tyrannus expulsus imperio, Corinthi pueros, literas, ac musicā mercede docuit. Cicero epistolarū ad Atticū libro nono, De optimatibus sit sane ita ut uis. Sed nosti illud, *Διονύσιος ἐμ κορίνθω*. Quintilianus institutionū oratoriarū libro octauo, Est in exemplis allegoria, si nō prædicta ratiōe ponant. Nā ut Dioysiu Corinthi esse, quo Græci omēs utunt, ita plura similia dici possunt. Hic Cicero cū ait, Nosti illud, & Quintilianus, Quo Græci omēs utuntur, Nimirū uterq; uulgo iactatū fuisse significat. Cæterū unde uatū sit adagium, Plutarchus aperuit in libello, cui titulus, *περὶ φθὶ ἀδολασχίας*, id est de futili loquacitate. Laudans enim breuiter & grauius dicta, cōmemorat & illud a Lacedæmonibus respōsum regi Philippo bellū minanti, ferocientiq; *Διονύσιος ἐμ κορίνθω*. Quibus ubi rex rescripsisset, siquādo in Laconicā duxisset exercitū, euerfurū se Lacedæmonios, uerbo duntaxat responderūt, *λίκα*, id est Si.

In me hæc cudeatur faba.

LXXXIII

Terētius in Eunuchō, At enim isthæc in me cudeat faba, Hoc est, Donato interprete, in me malū hoc recidet, in me hæc uindicabit culpa. Translatū uel a faba, quæ cū siliquis exuitur, ac batuitur, aut fustibus intertundit, ita ut fit in areis more rusticorū, nō ipa perinde laborat, sed id demū, in quo cudit. Alij malunt ad male coctam fabam referre, quæ siquādo nō maduerit, sed dura pmanferit, ab iratis heris supra coqui caput saxo nōnunq; cōminui cōsueuit, tāq; fabam ulciscētibus nō coquū, cū uniuersum interim malū ad coquū perueniat.

Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est.

LXXXV

Non diuersum superiori Donatus admonuit, illud, quod apud eundē poetā legit in Phormione, Tute hoc intristi, tibi omne est exedendū. Verba sunt Phormionis parali, qui quoniam fuerat autor consilij de ducenda puella, æquū esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum putant ab alliato rusticorū mortario. Quæ quidē sentētia, uel hodie quoq; uulgo nostrati in ore est. Et altera huic simillima, Colo quod aptasti, ipsi tibi nendū est, id est, tu inciipiundi autor extitisti, nunc idem explices oportet.

Faber compedes, quas fecit, ipse gestet.

LXXXVI

Ausonius in trimetris suis Terentiano prouerbio confine quoddā subnectit, & poetæ metaphoram altera quadam interpretaat metaphora. Tu molestus flagitator lege molesta carmina. Tibi quod intristi, exedundum est, sic uetus uerbum iubet, Compedes, quas ipse fecit, ipse ut gestet faber. Competit in eos, qui sibi ipsis autores sunt malorum. Videat autem Theognide poeta sumptū, qui sic ait, *οὔτις ἀνὴρ φίλε κίρνε πέδας χαλκίεσσι αὐτῶ*, id est, Vincula nemo sibi cudit charissime Cyrne. Huic simile quiddam, humilius quidem, sed tamē aptū uulgo dicit. Flagellū ipse parauit, quo uapularet. Idq; sumptū a pueris, qui cogunt aliquoties ipsi parare uirgas, quibus uapulent.

Ipsi testudines edite, qui cœpistis.

LXXXVII

His cōfine puerbiū refert a Græcis scriptoribus, *αὐτοὶ χελώνας ἐδ' ἑθ' οἱ περ' εἶλετε*, id est, Qui prendidistis, idem edite testudines. In eos iacit, qui posteaq; incōsulte quippiā adorti sunt, aliorū implorat auxiliū, quos suo negocio admisceant. Parœmiā ex huiusmodi quodam apologo natam existimant. Piscatores aliquot iacto reti, testudines eduxerūt. Eas cū essent inter se partiti, neq; sufficerent omnibus comedendis, Mercuriū forte accedentē inuitarūt ad cōuiuuiū. At is intelligens se neutiq; humanitatis gratia uocari, sed ut eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, iussitq; ut ipsi suas testudines ederent, quas cœpissent. Sunt aut in Carnania populi, qui testudinū carnibus uictitent, unde & nomen illis attributū, *χελωνοφάγοις*. Apud quos affirmant inueniri testudines tanta magnitudine, ut earū testis casas integant.

Aderit Temesleus genius.

LXXXVIII

Strabo libro Geographiæ sexto refert Temesam ab Lao primā urbem esse Brutia, quam ab ausonij conditā, Thoantis comites Aetoli deinde tenuerint, atq; his expulsis Brutij. Deum Hannibal & Rhomani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum Politæ cuidam ex Vlyssis comitibus sacrū. Hunc, quod esset a Barbaris uiolatus, graueis iras in eos exercuisse. Adeo ut in prouerbii abierit, ut dicrent cauedum, ne Temesleus genius immineret. Deinde Locrensibus Epizephyreis urbe potitis, Euthymū quendā (ut inquit Aelianus) ex Italia illuc uenisse pugilem inclytū, & insigni robore, qui & lapidem ingēti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi soleat. Hunc cū Politæ cōgressum, ac uictorem ecer tamē discessisse, atq; ita finitimos huius opera liberatos a tributo, quod ille consueuerat

extorquere. Quin & cōpulisse illū, ut quod per uim abstulerat, redderet etiā cū fœnore. Atq; hinc prouerbiū natum putant, ijs qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, adfore Temesseū genium, quo significabāt aliquādo depēdenda cū fœnore, quæ præter ius, & fraude, seu uirapuisse, Pausanias in Heliacis paulo diuersus rem uarrat, nempe comitem quendam Ulyssis, ob uirginem cōstupratā occisum fuisse, atq; ob id laruas eius, nisi quotannis oblata uirgine placarent, grassari solitas, ac perniciem adferre omni sexui, atq; ætati. Atq; hunc quidē eius loci genium uulgo fuisse creditum, quem Euthymus pugil Temessam reuersus compescuerit, uirgine quam deuouerant, liberata, atq; in matrimoniū accepta.

Termeria mala.

LXXXIX

τερμέρια κακά, id est, Termeria mala. Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maxime, quoties mala, quæ quis in alios impegit, aliquando in ipsius caput retaliunt. Huius adagij meminit Plutarchus in uita Thesei, qui cum Herculis exemplo, terras obiret, nocentes, quos supasset, eadem poena solitus est afficere, quā illi per fauiciā in alios excruissent. Nam Hercules Domascum de rupe editissima præcipitem dedit. Busyridem parentauit. Antæum palæstra superatū occidit. Cygnū gladiatorū more cōfecit. Deniq; Termerū humana capita confringentē, uerberibus itidem contudit. Vnde in eos, in quos sua malefacta retorquent, prouerbio dicit, Termeriū malum. Est autē supplicij genus, uel in primis fauorabile, cum poena sceleri respōdet, quemadmodū de Thuryno fumi uenditore, fumo necato legimus. Et Perillo, quē phalaris aneo impositū tauro, suo ipsius inuento perdidit. Illud perq; festiuū, quod in uita Galeni refertur. Cum quidam uitreas gemmas pro ueris Imperatrici uendidisset, atq; ea re deprehēsa, uindicari flagitaret, ille uenditorem rapi iussit, tanq; leonibus obijciendum. Deinde caponem emittit, ac cunctis rem tam ridiculam admirantibus, per præconem denūciari iussit. Imposturam fecit & passus est. Atq; ita negociatorē dimisit. Sed de termerijs malis Suidas multo aliam adfert interpretationē. Nempe locum quendam esse in caria, cui nomen Termerio, quo Tyranni quandoq; pro carcere soleant uti. Situm autem esse inter Melum & Halicarnasum. Ex hoc cum postea prædarent latrones, neq; depelli possent, quod esset locus admodū munitus, abijisse in prouerbiū. Quāq; Stephanus Termeram urbem in Lycia ponit, quā ait a Termero sortitam uocabulum. Postremo Termeria mala dicta uideri possunt, quasi extrema mala. Nam terma græce, finē significat, & τερμερίαν ἡμέραν, extremū uitæ diem uocāt. Porro Latini, quod summū uideri uolunt, ac maximū, id extremū appellant. Vt extrema dementia, extrema insania. Neq; secus Græci, ἐσχάτον κακόν, extremū malum pro maximodicunt, Et ἐσχάτων ἐσχάτα, extremorū extrema, quasi plus q; maxima.

Neoptelomi uindicta.

XC

νεοπτολέμειος τίσις, id est, Neoptolemica uindicta, Superiori simillimū est, ubi quis eadē patitur, cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniacis refert, & exponit his uerbis, περιήλαθε μὲν τοὶ καὶ αὐτοὺς λακεδαιμονίους ἀνὰ χόρον ἢ νεοπτολέμειος καλουμένη τίσις· νεοπτολέμω γὰρ τῷ ἀχιλλέως ἀποκτείναντι πριαμόν ἐπὶ ἐσχάρα ἢ ἐρκείου, συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν δελφοῖς, πρὸς τῷ βωμῷ ἢ ἀπώλλωνος ἀποσφαγῆναι, καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ ἔδρασε, νεοπτολέμειον τίσιμ ὀνομάζουσιμ, id est Sane pualit unde quaq; Lacedæmonios Neoptelemea, sicuti uocāt, uindicta. Siquidem Neoptolemo Achilles filio, q Priamū in ipsis palatij focis occiderat, uicissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad apollinis aram occideret. Atq; hinc ortum, ut ubi quis idem patitur, quod in alios fecit, Neoptolemeā uindictam appellent. Euripides in Oreste sub psona Apollinis de Neoptolemo, θανεῖμ γὰρ αὐτῷ μοῖρα δελφικῷ ζήφει, id est, In fato em illi est Delphico gladio mori.

Seruire scenæ.

XCI

M. Tullius seruire scenæ dixit, pro eo, quod est seruire tēpori & rebus præsentibus se ac cōmodare, Translata ab histrionibus fabularū, metaphora, qui non suo iudicio agunt, sed hoc unū spectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, exhibilandiq;. Sic enim scribit ad Brutum, Tibi nunc populo & scenæ (ut dicit) seruiendū est. Nam in te nō solum exercitus tui, sed omniū ciuiū, ac pene gentiū cōiecti sunt oculi. Quadrabit & in eos, q negociū aliquod susceperunt illustre, unde necesse sit, aut cum summa laude, aut summa cū infamia discedere, ppter plurimorū expectationē. Porro tempori seruiendū esse uiro sapienti, monuit & Phocylides, καὶ εὖ λατρεύειμ, μὴ τ' ἀντιπνέειμ ἀνέμοισιμ, id est, Tēporibus semp cautus seruire memēto, Nec refrare uelis aduersum flamina uenti. Porro metaphora hæc ducta est a nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare, uentorum, atq; æstus arbitrio ferri, fru-

stra conatuos, si uelint aduersus ista pugnare.

Vti foro.

XCVI

Huic affine est uti foro, pro eo, quod est praesentem rerum statum boni consulere, & utcumque sese obtulerit fortuna, ita animū applicare. Terentius in Phormione, Scisti uti foro. Donatus uulgare prouerbiū admonet esse, ductamque metaphoram a mercatoribus, qui non ante locum commercij praescribunt quanti uendant, quae aduehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de non uendendis, aut uendendis mercibus sumunt. Seneca, Vt a mur foro, & quod fors feret, aequo feramus animo.

Polypi mentem obtine.

XCVII

Extat apud Graecos adagiū, in hunc ordinē referēdū. πολυπόδος νόμος ἴσχε, id est, Polypī mentem obtine. Quo iubemur pro tpe, alios atque alios mores, aliū atque aliū uultū sumere. Quod in Vlysse uidetur Homerus laudare, qui eum, πολυτρόπον, appellat, id est moribus uersatilibus. Adagium natum est a piscis huius ingenio, de quo meminit Plinius libro nono, capite uigesimo nono. Praeterea Lucianus in sermone Menelai, ac Protei, scribitque colorem mutare, maxime in metu. Nam praesentibus piscatoribus, petris affigit sese, & cuiusque petrae adhaerit, eius colorem corpore imitatur, uidelicet ne queat deprehendi. Porro prouerbiū sumptū est ex Theognide, cuius hoc distichon est de polypo. Citaturque a Plutarcho in libello, περί πολυφιλίας, πολυπόδος νόμος ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρῃ τῇ προσομιλῆσαι, τοῖος ἴδειμ' ἐφάνη, id est, Memorem habeas uasri Polypī, qui protinus illa se quibus admorit, laxa colore refert. Clearchus in prouerbijs, teste Athenæo, citat hoc distichon, tacito autoris nomine. πολυπόδος μοι τέκνον ἔχω, νόμος ἀμφίλοχ' ἦρας τοῖσιν ἐφαρμόζωμαι ἄν καὶ πρὸς δῆμον ἴκκε, id est, Polypī ingenio mihi sis nate Amphiloche heros, Vt temet populo, quemcumque accesseris aptes. Citat idem carmen Plutarcho ex Pindaro. Vnde & uersus ille puerbialis celebrat. ἄλλοτε δ' ἄλλοιοι τελεθεῖν καὶ χῶρον ἐπέδωκε, id est, Proque loco nunc hūc fieri, nunc expedit illum. Qui nos admonet, uti nos ad omnē uitae rationē accommodemus, ac Protecum quendam agentes, prout res postulabit, in quam libet formā transfiguremus. Plutarcho item ἄλλοιος γένομαι, dixit, pro eo quod est, in diuersam eo sententiā. Quod quidem notat & Aristophanes in Pluto, qui monet uiuendum esse, τρωποῖς ἐπιχωρίοις, id est moribus regionis, ac uernaculis. Eodem pertinet & illud, νόμος καὶ χῶρος, id est, Lex etiam ipsa regio. Quo significatū est, unicuique regionī, quaedam peculiarīa esse instituta, quae hospites nō damnare, sed pro uirili nostra imitari, atque exprimere debeamus. Neque quisquam existimet hoc adagio doceri foedam adulationē, qua quidam omnibus omnia assentantur, aut uitiosam morum inaequalitatē, quam Horatius eleganter taxat in sermonibus, Quaeque historici notant in Catilina, atque in Aneido Cassio Imperatore. Denique literae diuinae in quouis improbo, cum aiunt stultū perinde, atque lunā immutari, cum sapiens solis exemplo sui semper sit similis. Nam in Alcibiade dubites uitio ne, an laudanda sit, certe felicissima, quaedam & admiranda fuit morū & ingenij dexteritas, qui sic Polypū agebat, ut Athenis diceretis & salibus luderet, equos aleret, comiter & eleganter uiueret. Idē apud Lacedaemonios radebat, palliū gestabat, frigida lauabat. Apud Thraces belligerebatur, ac potabat, ubi uero peruenisset ad Tifaphernā, delictis mollitiā, fastuque, iuxta gentis morem est usus. Sed est quaedam difficilis, ac praefracta, morosaque simplicitas imperitorū, qua postulant, ut omnes ubique suis duntaxat moribus uiuant, & quicquid alijs placet, id damnant. Rursum est honesta quaedam ratio, qua boni uiri nonnunquam alienis moribus obsecundant ne uel odiosi sint, uel prodesse non possint, aut ut e magnis periculis semet, aut suos eximant. Quemadmodū fecit Vlysses apud Polyphemum multa simulans, apud procos mendicū agens. Item Brutus, ad simulata stoliditate. Dauid etiam simulata infania. Quin & diuus Paulus apostolus, sancta quadam iactantia gloriae, hac praesuafricie sese usum esse, atque oia factū oibus, ut oēs Christo lucrifaceret. Quamquam nihil uetat in notandis uitae usum adagij latius trahere, nempe in homines uersatili quodam ingenio natos qui talē ubique personam induunt, quales sunt ij, cum quibus contigit agere. Quod genus eleganter descripsit Plautus in Bachidibus. Nullus (inquiens) frugi esse potest homo, nisi qui & bene, & male facere tenet. Improbis cum improbis sit, Harpaget, furibus furee, quod queat Versipellem frugi conuenit esse hominem, peccatus, cui sapit, bonus sit bonis, malus sit malis. Vt cunctae res sit, ita animum habeat. Eupolis apud Athenas, ἄλλος πολίτης πωλύπους ἐς τὸν ἕρπον, id est, Urbanus homo, qui moribus sit polypus, Plutarcho in causis naturalibus citat ex Pindaro uersus hos, ποντίου θηρὸς χρωτὶ μάλιστα ἴσχε νόμος προσφέρω, ταῖς πάσαις πολίταισιν ὁμίλει. id est,

d

4

Marinae beluae colori maxime mentē accōmodās, cum omnibus ciuitatibus consuetudinem habet. Atq; eodem in loco, causam reddit, cur id huic accidat pisci, Similem quandam metamorphoram Aristoteles a Chamaleonte duxit, primo moralium libro. Ait enim si quis a fortuna pendeat, cum illa subinde mutetur, futurum, ut ueluti Chamaleon quispiam, identidem uarietur, nunc felix, nunc miser, & utcūq; fors alio, atq; alio uultu respexerit, ita hunc quoq; uultum, atq; animum mutare. De Chamaleonte meminit Plinius libro uigesimo octauo, capite octauo, scribens hoc animal magnitudine ferme par esse Crocodilo. Caterum spinæ acutiore curuatura, & caudæ amplitudine distare. Nullum, inquit, animal pauidius existimatur, & ideo uersicoloris esse demutationis. Plutarchus in cōmentario de adulatione scribit Chamaleontem quemuis imitari colorem, præterq; candidum. Idem in symposiacis conatur causam reddere de polypo, quamobrem non tantū mutet colorē, quod & hominibus accidit in metu, uerum etiam sese ad saxi, quodcūq; id fuerit, colorem accōmodet. Sūt & aues quædā, quæ colorem pariter, & uocem mutant pro temporibus anni, ut autor est idem Plinius libro decimo, capite decimonono, & Aristoteles libro de natura animantium nono, In uoce mutanda principatum obtinet Luscinia. Vnde & apud Euripidem Hecuba Polyxenam imitari Lusciniam iubet, seseq; in omnē uocem uertere, si quo modo queat Vlyssi persuadere, ne perimat.

Cothurno uersatilior.

XCVIII

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, Versatilior cothurno, dictum est in hominem parum constantem, lubricaq; fide, quiue incertæ & ancipitis esset factionis. Similitudine ducta a calciamento, qd' Græci κοθόρνου, Latini mutata literula Cothurnum uocāt, quo mos erat uti Tragoediarū actonibus. Erat autem τετράγωνον καὶ ἀμφοτέρωθεν ἔξιον, hoc est, quadrangulum, & utrilibet cōueniēs pedi, quodq; uel dextro, uel sinistro pedi poterat accōmodari. Suidas addit eiusmodi fuisse, ut uiris pariter, ac mulieribus cōgrueret. Quod idem testatur illud Maronis. Alte furas uincire Cothurno. Prouerbiū autem duobus effertur modis, per comparisonem, Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, & per denominationē, ut hominem ipsum, qui se diuersis applicat partibus, κοθόρνου, appellemus. Sic enim uocatus est Rhetor Atheniensis, Prodici, Cη discipulus. Propterea, quod quasi duabus sederet sellis, idem & populi, & triginta uirum partibus studens, & nunc huius, nunc illius factionis esse uideretur, uel potius utriusq;. Plutarchus in præceptis ciuilibus. ἀλλ' ἔνταῦθα δεῖ μάλιστα τὴν θηραμένους κοθόρνου ὑποδύμενον ἀμφοτέρωθεν ὁμιλεῖν, καὶ μηδ' ἐτέρωθεν προστιθέσθαι, id est, Sed hic oportet maxime Theramenis cothurnum induentem, cum utrisq; uersari, & neutris accedere. Lucianus in amoribus, οὐκ καὶ ἐγὼ γ' ὄμ' εὐξαίμην, ἕπερ ἤμ' ἐμ' θύνατ' ἄ, γενέσθαι θηραμένους ἐκεῖνος ὁ κοθόρνου, ἵνα ἀμφὼ νενικηκότερος ἔξιστο θαδίζοιτε, id est, Itaq; optarim sane, si modo fieri possit, Theramenes ille fieri, q Cothurnus est dictus, ut ambo ex equo uictores discederetis. Idem in Pseudologista, καὶ ὁ μὲν κοθόρνου τινα εἶπερ, εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασιν, id est, Et alius ei Cothurni nomen imposuit, nimirū mores hominis, inconstantes & ancipites, id genus calciamenti conferens. Male audiit hoc nomine. Marcus etiam Tullius. Homerus hoc genus hominem subinde mutantem parteis nouo uerbo, ἄλλοπρόσωλλον, appellat. Nihil autem uetat, quo minus adagium, in bonam trahatur partem, ut si quis hominem facilibus moribus, & quadā ingenij dexteritate, cū quouis hominū genere congruentem κοθόρνου appellet, quā ob causam Homerus Vlyssē πολύτροπον dixit, quod quāuis personam apte gereret, ducis, mendici, patrifamilias.

Magis uariū, q; hydra.

XCV

Ποικιλώτερος ὕδρας, id est, Magis uariū, q; hydra. De callidis, ac dolosis. Quod hydra serpens sit uersicoloribus notulis distincta, Apte dicetur in iu uafros, ac uersipelles, aut etiam parum sibi constantes.

Gygis anulus.

CXVI

Γύγου δακτύλιος, id est, Gygis anulus. Quadrat uel in hoies incōstātibus moribus, uel in fortunatos, qui ueluti uirgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequunt. Huius adagij mentionē facit Lucianus, in uotis, ubi quispiam optat sibi cōplures anulos, eiusmodi, quales habebat Gyges, alium, quo ditesceret, alium, quo gratus & amabilis redderet, aliū p que liceret uolare, quodcūq; lubitū esset. Nam priscorū superstitione plurimū tribuit anulorū efficaciam, ita ut uēditarent incātamētis uarie efficaces, alij contra morsus ferarū, alij aduersus calumniam, alij ad alia, uel depellenda incōmoda, uel cōmoda cōcilianda. Vnde apud Aristophanem in Pluto, Δίαυς Sycophανταῖς μιναντι ἰουδίκι. οὐδὲν φορῶ γὰρ περιάμονος τὸν δακτύλιον.

τύλιον τόνδε παρ' ἐνδ' ἄμου δραχμῆς, id est, Nihil te curo. Nā anulū hūc gesso, ab Eudama emptū drachma. Et rursū in eadem fabula. ἀλλ' οὐκ ἔνεσι συνοφάντου δῆγματος, id est, At nō inest aduersus calumniatoris morsum remedium. De anulo loquitur, alludens ad ferarū morsus. Natum est autem prouerbiū ex huiusmodi quadam fabula, quam non grauatus est referre Plato libro de Rep. secundo. Neq; nos item pigebit hoc loco recensere. Gyges quidam Lydi pater, pastor quispiam erat Mercenarius, eius regis, qui per id temporis imperabat Lydorū populo. Cum autem esset aliquando leuissima tempestas coorta, imbrium maxima uis accidit, fulgura deniq; terræ etiam quassatio, ita ut in ea regione, in qua tum Gyges forte pascebat armenta, terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cum ille animaduertisset, solus, nam ceteri pastores territi diffugerant, in hiatum descendit, atq; ibi, tum alia quædam dictu mira conspexit, tum equum, quendam aneum ingentem, ac cauum. Inerat fenestra in equi latere, per eā uidit in eius aluo Cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat uestium, aut gestaminum, præter aureum anulum digito impositum. Eum ubi sustulisset, regressus e specu, paucis post diebus, ad pastorum cœtum rediit, in quo legatus de peculiorum rationibus, ad regem in menses singulos referendis, creandus erat. Hic cum apud alios assedisset, animaduertit, ut si quando forte gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret, ut a nemine conspiceretur, ac perinde quali non adesset, ita de eo reliqui fabularent. Quod quidē factum admiratus, rursū anuli palam extrorsum cōuertit, rursūq; pastoribus cōspiciuus esse cœpit. Eius rei cum ille & diligentius, & sapius fecisset periculū, iamq; sat exploratū haberet, hanc inesse uim anulo, ut uersa ad se gēma inconspiciuus esset, uersa ad alios, cōspiciuus, effecit ut pastorum nomine legatus ad regem mitteretur, Profectus & uxorem regiā stuprauit, & de rege trucidando, cum ea consiliū inijt. Deniq; confecto illo, ipse, regina in matrimoniū ducta, e pastore repente factus est rex, idq; anuli fatalis beneficio. Refert & M. Tullius libro de officijs tertio. Huic simillimū illud, ἄδου κυνήϊ, id est, Orci Galerius quod alio reddemus loco.

Virgula diuina.

XCVII

Ab hoc non admodū distat, Virgula diuina, quoties quicquid optamus, id citra humanā operam, quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum in anulis, ita & in uirgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac ceu magicam inesse uirtutem. M. Cicero libro de officijs primo, Quod si nobis omnia, quæ ad uictum, cultumq; pertinent uirgula, ut aiunt, diuina suppeditarentur. Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum, Varro in uirgula diuina, ut appareat hūc fuisse titulum alicuius ex Menippeis, qui nimirum & ipsi pleriq; feruntur prouerbiales. Adagiū natum uideri potest potissimū ab illa uirga Homericā, quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor, librum conscripserit, eam cum suo, ut conijcio, baculo conferens. Huius locis compluribus meminit Homerus in Odyssæa. Ν· ελξ ἄρα μιν φασμένη ράβδῳ ἐπεμύασα τ' ἀθῆνη, id est, Sic effata, Virum uirga demulsiit Athena. Cum Vlyssēm e sene squalido, repente in iuuenem uertit, nitidumq; facit, ac formosulum. Eundem rursū e iuuenē uertens in senē, Odyssæa. ω· ἀγχι παρισυμένη λαερτιάδῃ κη ὄδυσσῃα ράβδῳ ἐπιτωλκνήσια πάλυ ποίησε γέροντα, id est, Cominus assistēs Ithacensem Pallas Vlyssēm, Restituit senio diuinæ uerbere uirgæ. Rursū in eodē libro, cum eum iuuentuti reddit, ac robur adauget. η καὶ χρυσῆν ράβδῳ ἐπεμύασα τ' ἀθῆνη. Dixit, & aureola uirga demulsiit Athene. Eundem admodum Mercurio quoq; ut incantatori uirgam monstrificam tribuit, quam caduccum uocant. Odyssæa. ω· εχε δὲ ράβδον μετὰ χερσῖν καλήν χρυσείην, τῇ δ' ἀνδρῶν ὀμματὰ δέλγαι ὦμ ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε ἐν πνώοντασ ἐγείρει, id est, Tum manibus uirgam capit aureolam, atq; decoram, Hac quibus est uisum, demulcet lumina fomno. Atq; alijs rursū dissoluit lumina fomno. Eadem ferme repetit Odyssæas E. & Iliados. ω· αὐτὴν ἐπέφ' ὑπὸ ποσσῖν ἐδ' ἴσατ' καλὰ πέδῃλα ἀμβροσία χρυσῆα, τὰ μὲν φέρου ἡμῶν ἐφύργῃν η δ' ἐπ' ἀπείρουσ γαῖαν ἄμα πνοιῆς ἀνέμοιο εἴλετο ἣ ράβδον, τῇ ἀνδρῶν ὀμματὰ θέλγῃ ὦμ ἐθέλει, τῶν δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντασ ἐγείρει. Huic imitatus Maro, sic eiusdem caduceum describit Aencidos quarto, Tum uirgā capit, hac animas ille euocat orco. Pallenteis, alias sub tristitia tartara mittit. Dat fomnos, adimitq; & lumina morte resignat. Illa fretus, agit uentos, & turbida tranat Nubila. Neq; Circe ad sua monstra peragenda uirga defuit in transformandis socijs Vlyssis, Odyssæa. κ· ράβδῳ πετωλκνήσια κατὰ σύφοισίμ' ἔεργυ οἶδ' ε σὺν ὦμ μὲν ἔχομ κεφαλάε, id est, Compulsiit in numerū porcorum uerbere uirgæ Percussos, & erant illis capita ecce suilla. Rursū paulo inferius, φωποτέ κεν κίρκη δ' ἐλάσσει περιμήκει ράβδῳ, id est, Circe, ubi te feriet prælongæ uerbere uirgæ.

Aliquanto post, Vlyffes solus epoto Circes poculo, non transformatus in pecudē, *Αὐτὰρ ἐπεὶ δ' ὤκεν τε καὶ ἔκπιον οὐδ' ἔμ' ἔδελξεν* *ῥά βδωπεπληγῆναι*, id est, Verum ubi porrectum poculum ebi beram, neq; uirga ictum me demulsit. Deniq; cū ad gratiā Vlyffis, socios pristinae restituit figura, uirgæ ministerium adhibuit. Quinetiam in literis Hebræorum, Moyfes in edendis prodigijs uirga utitur, hanc in anguem uertit, hanc in pristina formā restituit. Hac fluminis aquā uertit in sanguinem, extinctis piscibus. Hac exciuit cyniphes, hac diduxit undas rubri maris, hac e silice percussa, fontem eliciuit. Fortassis huc pertinet, quod regibus etiā uirga tribuebatur, quam sceptrum uocant. Vnde apud Homerum aliquoties *σκηπτὸυχοὶ βασιλῆες*: Eodē respicit, quod alibi retulimus, Laureum porto baculum.

Stultus stulta loquitur.

XCVIII

Euripides in Bacchis, *Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει*, id est, Nā stulta stulti oratio est. Totidē uerbis propheta noster eam sententiā extulit. Seneca ad Lucillium, Apud græcos (inquit) in prouerbiū cecellit, Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Hoc cuiusmodi fuerit parum liquet, nisi quod tale quoddam carmen extat, Græcis celebratū, *Ἀνδρὸς χαρακτήρ ἐκ λόγου γνωρίζεται*, id est, Hominis figura oratiōe agnoscitur. Democritus philosophus apud Laertiū orationē *εἰδωλοῦ τ' βίης*, id est uita simulachrum, quandāq; uelut umbrā esse dicebat. Qua quidem sententiā nihil dici poterat uerius. Nam nullo in speculo melius, expressiusq; relucet figura corporis, q̄ in oratione pectoris imago representat. Neq; secius hoies ex sermōe, q̄ ærea uasa tinnitu dignoscunt.

Scindere penulam.

XCIX

Hodieq; uulgo tritissimū est scindere penulam, pro eo, quod est impensius retinere hospitem, atq; inuitare plixius, quod qui faciūt, manu in penulam iniecta, quasi uī conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, ut alia complura. Cicero ad Atticum libro. xij. Ep̄la. i. de Varrone loquens, Venit (inquit) ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset, At ego ita egi, ut nō scinderem penulā. Memini enim tui, & multa erāt, nosq; imparati. Quid refert? Paulopost. C. Capito cum. T. Carinate. Horum ego uix attigi penulā, tamen remanserunt.

Oculis magis habenda fides, q̄ auribus.

C

ὦ τῶν πισότεροι ὀφθαλμοί, id est, Oculis credendum potius, q̄ auribus. Que cernuntur certa sunt, q̄ quæ audiunt. Item Horatius, Nec retinent patulæ cōmissa fidelius aures. Quā quæ sunt oculis subiecta. Quāq; id qdē paulo alienius. Propius huc p̄tinet qd' Plautus man' lenæ uocat oculatas, nō auritas, qd' id demū crederēt, qd' uiderēt. Rursum, qd' Historia quā gestarū rerū esse uolunt dicta sit *παρὰ τὸ ἰσορεῖν* qd' est uidere. Postremo figmentū illud Vergilianum, de duabus apud inferos portis, Eburna, qua significāt ea quæ p̄ os exeūt, ob dentiū eburnum candorē. & Cornea, qua quæ cōspiciunt oculis, uolunt intelligi, ob pupularū nigrorē. In sūma ad cognitionē magis faciūt aures, ad fidē faciendū certiores sunt oculi. Vnde & uulgo, si quis fabulam narret, parum ueri similem, rogare consueuimus, num ea cōspexerit. Qd' si neget, uerum audisse modo ridetur, Prouerbiū refertur in collectaneis Apostoli Byzantij.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SECVNCA.

Diomedis & Glauci permutatio.

I



Quæ refert apud Homerū Diomedis & Glauci pmutatio, in puerbiū abiit, quoties inæqualē cōmutationē significamus, hoc est deteriora p̄ meliorib' reddita, *χρυσέα χαλκείω*, id est, aurea æreis. Nā libro Iliados sexto, poeta Glaucū quæpiā inducit, Hippolochi filiū, Lyciorū ducē, iactantiusculū, & ostentatorē, magisq; pugnacē. Cōtra Diomedē uafum, callidūq;. Hi duo cōgrediunt *μονομαχισόμενοι*, id est singulari certamine inter se dimicaturi. At Glaucus rogatus a Diomede, q̄ nā hominū, aut Deorū esset, longa orōne nataliū suorū seriē exposuit, patriā Lyciā, ciuitatē Ephyrā indicauit. Mox Diomedes, utpote Græcus, hominis barbari stuporē ex oratiōis arrogantia intelligēs, illudēdū magis ratus, q̄ occidēdū r̄ndit, suis maiorib', cū illius p̄genitoribus uetus hospitium, ac necessitudinē intercessisse, muneraq; hospitalia, quæ xenia uocāt, int̄ ipsos ultro, citroq; data. Iāq; defixa humi lancea, cœpit hortari, ut om̄ssa pugna, maiorū suorū amicitia int̄ sese renouaret, alterq; alteri in Lycia, alter in Argo hospitē præstaret, simulatq; incolumes in patriā redissent, Interim siq̄ forte fortuna cōcurrissent, armis inuicē abstinerēt, inter se dūtaxat religionē hospitij custodientes, in reliquos nihilominus iure belli usuri. Tum ne id uideamur (inquit) pdi tiōe magis, q̄ hospitij obseruatiā facere, arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus

intelligat, nos maiorū necessitudine deuinctos esse. Quibus dictis, uterq; ex equo desiluit, dactylis dextris, ac fide pacta, ueluti fœdus quoddā hospitiū sanxerunt. Permutatis armis, sed ad modū inæqualibus, ἐνδ' αὐτὲ γλαυκῶ (inquit Homerus) κρονίδης φρένας ἐξέλετο ζεὺς οὐ πρὸς τυττὶδ' κρηθιομίδεα πύχ' ἄμειβε χρυσέα χαλκείων· ἐκατόμβοι ἔννεαβοίωμ, id est, Iupiter hic stupidum spoliauit pectore Glaucū, Qui cū Tytide mutarit, p̄tinus arma, & Aurca donarit, sibi reddēti area, centum Bubus emēda daret demēs, p̄ uilibus, atq; Quæ uix esse nouē dicas redimenda iuencis. Usurpatū est adagiū passim a laudatissimis autoribus. Aristoteles. v. moralīū libro de iusticia, Qui uero dat sua, quēadmodū Diomedī arma sua dedit Glauc⁹, ut dicit Homer⁹. χρυσέα χαλκείων & reliqua. Plutarch⁹ aduersus Stoicos, eleganti huc torquet, ut dicat, non ad modū iniquā fuisse p̄mutationē Glauci, p̄pterea qd̄ arma ferrea nō min⁹ usui sint pugnaturis q̄ aurea, sed qui corpis ualētudinē anteponit honesto, aut uirtutē relinquit ob bonā corporis ualētudinē is uere p̄mutat χρυσέα χαλκείων. Cicero in epistolis ad Atticum libro sexto, Habes ad omnia non, ut postulasti, χρυσέα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Vtrumq; pro uerbiū esse significat Cicero, par pari, de æquali pensatione, χρυσέα χαλκείων, de inæquali cōmutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccū. Accipies epistolas serulas, et simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in p̄mutando munere imitantes. Martialis in epigrammatis, Tam stupidus nuncq; nec tu puto Glauce fuisti, χρυσέα donanti χαλκεία qui dederas. Aulus Gellius noctium Atticarū libro. ij. Cecilianam trāslationem, cum ipso Menandro, quem uerterat, componens, atq; expendens, ostendensq; quātum a Græcā uenustate degeneret, Diomedis (inquit) Herde arma, & Glauci, nō dispari magis prætio æstimata sūt. Fit huius adagiū mentio etiam in prohemio Pandectarum iuris Cæsarei, his quidem uerbis. Nostris temporibus talis legum inuenta est p̄mutatio, qualē apud Homerum patrē omnis uirtutis Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia p̄mutantes. Hactenus Iustinianus, homo, ut ingenue dicam nimirū φιλαυτός, sibiq; plus æquo placens, qui Centones illos suos, & inæquales legum rhapsodias, tot eruditissimorū uirorum integris uoluminibus prætulcrit, sã uero nihil quidem admiror, sed maximopere me pudet, haud leio, cuius interpretis in eū locum cōmentū. Quid enim mirum, si hoc ignoratum est ab ijs, qui semel uniuersam contemnant antiquitatem? Caterum pudenda est, uel ipsi iuris facultati, plusq; scurrilis impudentia, in eo, qui iuris interpretem profiteatur, nō uereri in re prorsus ignota, fabulam insulsiſsimam, non ex autoribus, sed e somnijs adferre. Maxime autem & pudet, & miror inueniri doctores, qui nugamentū, non dicam tam indoctum, sed tam absurdum, in publicis scholis perinde quasi præclarum inuentū serio doceant, nec uel illud animaduertant, figmentū neutiq; cōuenire cum uerbis Iustiniani. Nam ille significat, p̄ relictis inutilibus, ac fastidiendis uoluminibus, recepta tum meliora, tum breuiora, hoc est, p̄mutationē factam uehemēter inæqualem. Ille quisquis fuit, fabulā cōmentus est, æqualia p̄mutantiū nimirū utroq; donāte, quod supererat, recipiente, cuius egebat. Ergo cōueniet uti, quoties officiū aut munus longe impari munere pensatur aut contra. Aut quoties aliquis rem pecuniariā auxit, sed dispēdio famæ, Magistratū assecutus est, sed iactura bonæ mentis, laurā fortunā repperit, sed amijit animi trāquillitatem. Admissus est in amicitia principis, sed excidit ab amicitia Christi.

Multæ regum aures, atq; oculi.

II

Ab hoc nō ualde dissonat illud, ὅτα ἢ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, id est, Aures, atq; oculi regum multi. Idem refertur a Luciano in libello, cui titulus de mercede seruientibus, ac rursus, aduersus incruditū. Eiusdem meminit & Aristoteles in tertio Politicorum. Hoc genus homines græci uocant ὀφθαλμοὺς, quos primus Darius minor adhibuit, sibi diffusus Dionysius Syracusan⁹ addidit, προσαγωγίδας, id est exploratores autore Plutareho. Allegoria inde ducta est, quod regibus complures ubiq; sunt exploratores, atq; ob id oculi regum dicuntur. cōplures auscultatores, quibus uelut auribus utuntur. Neq; desunt manus & pedes q̄ plurimi. Fortassis ne uentres quidem. Vide cuiusmodi portentum sit tyrānus & q̄ formidandū, tot oculis, ijsq; emissis, tot auribus, ijsq; tam asininis, ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot uentribus, ne reliqua parum honesta cōmemorē, instructū. Aristophanes in Acarnanib⁹, Pseudartabā, regis oculum appellat, quod per eum cognosceret, quid ageret. Aliter autē Andromache apud Euripidē, filium uitæ oculū uocat. εἰς παῖς ὅδ' ἦρ μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου, id est, Erat relic⁹ gnatus hic mihi unic⁹. Vitæ oculi. Propterea, quod unicum esset in uita oblectamē. Nāculo nihil carius. Vnde, quos adamamus, oculos uocamus.

Longe regum manus.

III

Quod ab Ouidio scriptū est. An nescis lōgas regibus esse manus: etiā uulgo in ore est. A regibus cauendū, quod eis prælōga sint brachia. Nimirū, quod per suos, quibus brachiorum uice utunt, possint etiā procul distitos affligere. Potest & ad tēpus referri, qđ reges etiā si diutius dissimilent, soleant tamē aliquando pœnam sumere de ijs, quibus infensi fuerint, uel Homero teste, apud quē Iliados. A. Chalcas ad hunc loquitur modū, κρέσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χῶσεν ἀνδρὶ χέρη· εἴπῃ γὰρ πεχόμεν γένη αὐτῆμαρ καταπέψῃ· Ἀλλὰ γε καὶ μετόπισθε ἔχει κότομ ὄφρα πλέσῃ, id est, Rex Deus est, quoties succensuit inferiori. Quantū etenim in præsens feruentem concoquit iram. Post odit tamē, usq; odium dum expleuerit ultus.

Clauum clauo pellere.

III

ἦλω τὸν ἥλω ἐκκρούειν, id est, Clauū clauo pellere. καὶ πάτταλον παττάλω ἐκκρούσαι, id est, Paxillū paxillo repulisti, id est malū alio malo depulisti. Lucianus in Philopseude, καὶ ἦλω φασίμ ἐκκρούσαι τὸν ἥλω, id est, Et clauo, quod aiunt, extūdis clauū. Idem in Apologia, Δείδαικα μὴ πρὸς τῆ ἐπιφερομένη κατηγορία κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν, κατὰ εὐρίσκωμαι, ἦλω φασίμ ἐκκρούειν τὸν ἥλω τῷ μείζονι τὸ σμικρότερον, id est, Vereor ne si ad intentatū crimē, etiam adulationis accusatiōem adiunxero, Clauū, quod aiunt, clauo pellere uidear, maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, scribit, tyrannis amicos esse uiros improbos, & adulatores. Nam hos demū illis utiles esse, quippe malos ad mala. Clauus enim (inquit) clauo, subaudi truditur. Synesius ad Olympum, λυποῦσι τῆμ ἐκκλησίαιμ ἀλλότριοι ποικροὶ διαβηδι κατ' αὐτῶν οἱ πάτταλοι γὰρ παττάλους ἐκκρούουσαι, id est, Ecclesiam uexant externi improbi, Illos inuade, Nam paxilli paxillos excutiant. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum, Philosophi sæculi (inquit) solēt amorem ueterem amore nouo, quasi clauū clauo pellere. Iulius Pollux in nono libro, scribit adagium esse natum, a lusu quodam, qui κινδάλισμός, uocetur, quo paxillum argilloσῆ τερρῆ infixum, altero impacto paxillo excutiebant, Citatq; senarium hunc prouerbialem. ἦλω τὸν ἥλω παττάλω τὸν πάτταλον, id est, Clauo clauū, paxillo paxillum, Locus igitur adagio, non modo, cum uitium uitio, malum malo, dolum dolo, uim ui, audaciā audacia, maledicentiā maledicentiā retundimus, uerum etiā quoties rem utcūq; molestam, diuersa molestia profligamus, ut cū libidinū incitamenta, laboribus obruimus. Curā amoris alijs maioribus curis domamus. Eusebius in Hieroclem, δαίμονας γὰρ ἀπελάνα ἀλλοῦ ἀλλῶ ἢ φασὶ δαίμονι, id est, Dæmones enī abiigit, alium alio, quemadmodū aiunt dæmone. Mirum ni alludens ad hoc prouerbiū. Nec abhorret ille publii Mimus, Nunq; periculum, sine periculo uincitur.

Malo nodo, malus quærendus cuneus.

V

Ad hanc sententiā accedit & illud, Malo nodo, malus est quærendus cuneus. Ita Diu⁹ Hieronymus ad Oceanū, Interim iuxta uulgare prouerbiū, Malo arboris nodo, malus cuneus requirendus est. Eo licebit uti, Quoties malum, simili malitia retundimus. Sumptū a sectorib⁹ roborum, qui siquando durior in ligno nodus incidere, nolunt in eo periclitari securim, uerū cuneum quempiam durum magis, q̄ bonum inserunt. Congruit huic illud Sophoclis apud Menandrum πικρὰμ χολήμ κλύουσι φαρμάκω πικρῶ. Remedio amaro, bilem amaram diluunt.

Malum malo medicari.

VI

τὸ κακὸν κακῶ δ' ἀπεύειν, id est, Malum malo medicari. Est malū aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Mastigophoro. εὐφημα φῶνας, μὴ κακὸν κακῶ δίδουε· ἄκος, πλέον τὸ πῆμα φθί ἄτης τίθει, id est, Aene ominata loquere, ne malū malo. Medicās, & hanc noxam adaugeas tibi. Dehorratur Tecmessa, ne malo infania, addat alterū maius malum, spōtaneam cædem sui. Et Herodotus in Thalia, μὴ τὸ κακὸν τῶ κακῶ ἴω, id est, Ne malo medearis malo.

Morbum morbo addere.

VII

Morbum morbo addere, id est cōduplicare malum. Euripides in Alcestide, μὴ νοσοῦντί μοι νόσον, προσθήσῃς ἄλλω· ὅσ' συμφορᾶ βαρύνομαι, id est, Me tu mihi morbo laboranti alterū. Appone morbum, nā fat hoc premor malo. Eiusdem figuræ est Homericū illud Iliados. ξ· μὴ ποῦ τις ἐφ' ἔλκει ἔλκος ἀρήται, id est, Vulneri uti nequis uulnus tibi forsitan addat. Sophocles item, δευτέρωμ ἐπάσσαε ἐπὶ νόσῳ νόσον, id est, Alterum accumulasti morbo morbum.

Ignem igni ne addas.

VIII

μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, id est, Ne incendiū incendio addas. Vsurpatur a Platone. Sensus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne cōmotum magis etiā cōmoueas. Diogenianus putat a Carbomario quodam esse natum, qui inualecente incendio conflagrarit, clamās interim, μὴ

πῦρ ἐπὶ πῦρ, Plato libro de legibus secūdo, uetat, ne pueri ad annū, usq; duouigesimū uinum bi-
bant, ne si uini calor accesserit ad feruorē ætatis, ignē igni suggerere uideant. Itē Plutarchus
in præceptis cōiugialibus, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται, id est, Ne ignis ad ignē accedat. Vtitur idē cū
alijs aliquot locis, tum in præceptis de ualitudine, ἵνα οὐ μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ ὡς φασι παλαιοὶ φασὶ
ἐπὶ παλαιοῦ καὶ ἀκρατοῦ ἐπὶ ἀκρατοῦ γένηται, id est, Vt ne igitur ignis ad ignem, impletio ad imple-
tionem, merum ad merum addatur.

Oleum camino addere.

IX

Affinē huic habet sententiā, Oleū camino addere, p eo, qd' est malo fomentū, ac uelut alimo-
niā suppeditare, quo magis ac magis augetur. Hora, in Satyris, Adde poemata nūc, hoc est,
oleū adde camino, id est, adde maioris insanitiæ materiā. Vsurpat hoc diuus Hieronymus ad
Eulstochiū. Vinū & adolescētia duplex est incēdiū uoluptatis, Quid oleū flāmæ adijcimus.

Oleo incendium restinguere.

X

Ελαίω πῦρ σβεννύεις, id est, Oleo restinguis incendiū dici solitum, Vbi quis ea admouet reme-
dia, quæ malum magis, ac magis exacerbent. Veluti si quis animi tristitiam, fœdis uoluptati-
bus obruere conetur. Aut si quis offensum, iurgijs & conuitijs uelit placare. Quod si dicatur,
ερωτικῶς, nihil differet a proximo. Huc respexit Lucianus in Timone, cum ait, Siquem aspe-
xerit incendio conflagrantē, pice, atq; oleo se uelle restinguere.

Vlulas Athenas.

XI

Γλαῦκας εἰς ἀθήνας, id est, Vlulas Athenas. Subaudiendū portas, aut mittis. Cōueniet in stul-
tos negociatores, qui merces eo cōportant, ubi p se magis abundant. Vt si quis in Aegyptum
frumentū, in Ciliciā crocū inuectet. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferat, ut si
quis doceat doctiorē, carmina mittat poetæ cōsiliū det homini cōsultissimo. Cicero ad Tor-
quatū. Sed rursus, γλαῦκας εἰς ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrem, Et tibi uersus, quos rogas,
hoc est, Athenas noctuā mittā. Aristophanes, ἐμ' ὄρνισιν τί φησ, τίς γλαῦκ' ἀθήνας? ἦ γαργε. i. Quid
ais? qd, oro, uehit Athenas noctuā? Vsurpat idē, atq; exponit Lucianus in epistola ad Nigri-
nū. Porro paroemia inde fluxit, quod noctua in Attica plurima est, ei regioni quasi peculiaris.
Ferē aut uersari in Laureo Atticæ loco, ubi auri metalla sunt, unde & Laureoticæ noctuæ uo-
cant. Hæc auis Atheniensīū populo quondā erat gratissima, ac Mineruæ sacra habebat, pro-
pter oculos cæcios, qbus etiā in tenebris pspicit, quæ uulgu auīū nō uidet. Vnde & auspiciata
cōsilijs credebatur, id quod indicat puerbiū γλαῦξ ἵππαια, id est, Noctua uolat. Dictū est & illud
de Minerua, quod Atheniēsiū male cōsulta, in bonū exitū uerteret. Dæmon aut apud Aristo-
phanis interpretē existimat, nō ob id solū dici, noctuas Athenas, quod Athenis noctuarū sit
copiā, sed quod in numis etiā, tum aureis, tū argenteis Atheniēsiū, noctua in scalpi soleat una
cū facie Mineruæ. Porro numus is appellabatur, τετραδραχμοῦ, id est quattuor drachmarū, cum
antea soliti fuissent uti nomismatibus didrachmis, quorū insigne erat bos, unde etiā natū est
puerbiū illud, Bos in lingua. Proinde absurdū uidebatur noctuā Athenas deportare, cum illic
passim omnia noctuis abundarēt. De nomismate Atheniensi testat & Plutarchus in uita Ly-
sandri, cū de seruo meminit, qui domini sui furtum, ἀπὸ γυμναστικῶς indicans, ait, Multas sub tegu-
lis cubare noctuas. Ostendens illic abditas pecunias, noctuis insignitas.

Memorem mones, doctum doces. & similia.

XII

Identidem in Plautinis, ac Terentianis comœdijs occurrit, Memorem mones, & doctum
doces. idem pollet Græcanicū illud, λαλεῖς πρὸς ἑχονῖα τήμ' ἐπισήμημ, id est, Loqucris ei, qui ipse
rem calleat, καὶ εἰδὸτι λέγεις, id est, Scienti narras. Plato in Hippia maiore, Hæc scienti Socrates
narras, Euripides in Hecuba. οὐ καινὸν εἶπαρ, εἰδὸσι δ' ὠνείδισα, id est, Dixti nouū nil, sed probe
scientibus, Hæc opprobasti. Homerus cū alias aliquoties, tum Odissæa. β. τινόςκω, φρονέω, τά γε
δ' ἢ νοέοντι κελεύεις, id est, Et noui, & teneo, iam narras ista scienti.

Si crebro iacias, aliud alias ieceris,

XIII

Aristoteles in libello de diuinatione, quæ fit ex insomnijs, uersum huiusmodi puerbiale ci-
tat, Si crebro iacias, aliud alias ieceris. Quo significatū est oportere rem sapius tētare, neq; de-
fatigari ptinus, siquādo parū ex animi sententiā ceciderit. Futurū enim, ut iterū atq; iterū peri-
clitanti, felicius aliquādo cadat. Aristotelis uerba sunt hæc, ὡς μὲν καὶ λέγει ἂν πολλαὶ βάλαι,
ἄλλοτ' ἄλλοισι βαλεῖς, Agit autē de insomnijs melancholicorū, in qbus nō existimat esse diuina-
tionē ullam, tamen si fit nōnunq; ut quidā euetus somnijs illorū respōdeat, Sed nō esse miran-
dū, si cū uitio naturæ plurima, ac uaria somnient, aliquādo existere συμπτώματα, id est casus. g

e

forte piter sic eueniāt, ut est ab illis somniatū. Themistius hunc locū sic circūloquit, interprete Barbaro, nam græcus codex ad manū nō erat. Nā q totū diem iaculant, aliquādo collimāt, & præmiū capiūt. Vetus adagiū est, Si sæpe iactaueris aliquādo Venerē iacies. Sunt qui putēt, nec id mea quidē sentētia, absurde metaphorā a sagittarijs, nō ab aleatoribus esse ductā. Nā et hoc significat βέλαμ, Subesse uero argutiā in eo uerbo, quod in priore parte significat mittere sagittā, in posteriore ferire. Fit autē, ut q crebrius iaculent, uel fortuito aliqñ scopum attingāt. Tameris. M. Tullius li. de diuinatiōe secūdo, de symptomatis agēs, de qbus modo dictum est, a nobis, ad utrūq; refert metaphorā. Quis est enim (inquit) qui totū diem iaculās nō aliqñ collimet? Totas noctes sōniamus, neq; ulla fere est, qua nō dormiamus, & miramur aliquādo id quod somniamus euadere? Quid est tā incertū, q̄ talorū iactus, Tamē nemo est, qn sæpe iactās, Venerē iaciat aliqñ nōnūq; etiā itēq; ac tertii. Quadrabit & in eos, q casu, nō arte, quippiā assequunt. Extat & hodie uulgo iocus, puerbialis, in cæcū, q cornicē iaculo fixcrit.

Malum consilium.

XIII

Malū cōsiliū cōsultori pessimū. Scenarius est puerbialis, in eos, in quorū caput recidit, quod alijs perperā cōsulerūt. Siquidē (ut dicunt Græci) ἱερὸν ἢ βουλῆ, id est, Sacra quaedā res, est consilium. Atq; ut est libenter accipiendum. cum res postulat, ita est religiose, citraq; fraudem dādum, siquis egeat. Alioqui nō defuturū est numen aliquod, quod pœnas repetat ab eo, qui rē sacram, ac diuinā perfidiā uiolarit. Aulus Gellius noctium Atticarū libro quarto capite quinto, putat adagium hoc ex histōria quadam natum, eamq; ex annalibus Maximi, narratiōibusq; Verrij Flacci refert ad hunc modum, Statua Rhomæ in Comitio posita, Oratijs Cocitis uiri fortissimi, de cælo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum, Aruspices ex Hetruria acciti, inimico, atq; hostili in populum Rhomanū animo, instituerant eam rem cōtrarijs religionibus procurare. Atq; illam statuam suaserunt in inferiorē locum perperam transponi, quem sol oppositu circum undiq; aliāq; ædium nunquā illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditiq; sunt. Et cum de perfidiā confessi essent, necati. Constititq; eam statuā perinde, ut ueræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducēdam. Atq; ita in arca Vulcani, sublimiore loco statuendam. Eaq; res bene & prospere Reip. cessit. Tunc igitur quod in Hetruscos aruspices animaduersum, uindicatūq; fuerat, uersus hic scite factus, cātatusq; a pueris, Vrbe tota fertur, Malum consiliū, cōsultori pessimū est. Hactenus quidem Gellius. Porro Valerius Maximus libro septimo rem quandā haud dissimilem memorat de Papyrio cursore, qui cū Consul, Aquiloniā obsideret, uelletq; prælium cōmittere, cum hostibus, nisi siquid auspicia refragarent, ac consultus Pullarius suaderet, uti cōmitteret, cum aues infausa nunciassent, re cognita, Pullariū in prima acie cōstituit, Is primo traiecit telo, uiolam tam religionē expiauit. Meminit huius rei Titus Liuius Decadis primæ libro decimo. Vergilius tacite notauit paroemiā in Aneidos duodecimo libro, cum ait, Cadit ipse Tolumnius augur. Primus in aduersos telum qui torserat hostes. M. Varro libro de Rustica tertio palā citat adagium his uerbis, Opinor in quā, nō solum, quod dicitur, Malum cōsiliū, cōsultori esse pessimū, sed etiam bonū consiliū, ei qui consultit, & qui consultitur bonū habendum. Sophocles in Electra, βουλῆς γὰρ οὐδ' ἐν ὄσπυ ἐχθίον κακίης, id est, Res nulla, consilio nocentius malo. Noxam ad eum referens, cui consiliū datur. Apparet autē senariū hūc Latinū, id, quod & Gellius admonuit, de Græcis illis Hesiodi uersibus expressum esse, q legunt in opere, cui titulus, ἐργα καὶ ἡμέραι οἱ αὐτῶ κακὰ πύχει ἀνὴρ ἄλλω κακὰ πύχωμ ἢ δὲ κακὴ βουλῆ τῶ βουλευσάντι κακίση. I. Ipse si bi nocet is, aliū q lædere querit, Cōsultū male, cōsultori pessima res est. Plutarchus in cōmentario de audiēdis poetis, existimat huius uersiculi eandē esse sentētia, quæ sit dogmatis Platōnici in Gorgia, Vbi Socrates dicit peius esse iniuriā facere q̄ iniuriā pati, & dānolius esse malo afficere, q̄ affici, Atq; adeo totidē fere uerbis inuenit hac sentētia apud Ecclesiasticū hebraū autorē, ca. xxv ij, Faciētī nequissimū cōsiliū sup ipsum deuoluet. Extat in hāc sentētia & Apologus Græcus nō inuenustus, nec omīno indignus, quē his cōmentarijs adiungamus, Leonē ob senectam ægrotantē & ea causā suo in lustro cōtinentē sese, cætera quidē animantia officij gratia uisebāt regem suū, excepta uulpe. Proinde lupo nactus oportunitatē, accusauit uulpē apud Leonem læsæ maiestatis que pro nihilo haberet eum, penes quem rerum erat summa, nec ob contemptum ad uisendum accessisset, Atq; interea interuenit in lupi fabula uulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Itaq; Leo uisa uulpe, protinus aduersus eam infremuit. At illa postulato ad purgandum sese spatio, & quis (inquit) omniū, qui huc conuenerunt, tan

tum tibi profuit, quantū ego, qui quoquo uersum circumcurſitauī, tibiq; morbi remediū a medicis repperi. Cumq; Leo protinus edixisset, ut remedium aperiret, Si uiuum (inquit) lupum excories, & illius pellem induas, conualeſces. Leo credulus continuo lupum inualit, & interemit. Quo extincto, risit astuta uulpes calumniatoris malura cōsiliū, in ipsius recidiſſe caput. Carmen autem referit a Plutarcho, & hunc in modū, ὅσθ' ἄλλ' ὃ κακὰ τεύχεθ', ἔθ' κακὸν ἥπαλι τεύχεθ',
Suum cuiq; pulchrum.

XV
Prouerbialis sententiā, Suum cuiq; pulchrum, in eos, quibus sua, qualiacūq; sunt, tamē studio quodam magis q̄ iudicio placent. Est autem a communi mortalium ingenio sumpta, quibus usq; adeo insita est, illa φιλαυτία, id est, amor sui, ut neminē tam modestum, tam attentū, tā oculatum inuenias, quin in proprijs æstimandis, quadam animi propensione corruptus cæcutiat, atq; hallucinetur. Ecquem unq̄ uidimus in tam barbara regione natum, cui sua patria non uel optima uideatur? Quæ gens tam effera, tam horrida lingua, quæ nō alias præ sua cōtemnat? Quæ tam ferina corporis specie, quæ sibi non appareat formosissima? Proinde uere scripsit Aristoteles libro Rhetoricorū secundo, ἐπεὶ δὲ φιλαυτοὶ πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἡδέα εἶναι πᾶσι, οἷον ἔργα, λόγους· διὸ καὶ φιλοκόλακες ὡς ἐπιτιπολοὺν, id est, Quoniam autē omnes sui sunt amantes, & sua cuiq; iucunda esse, necessum est, ut facta, dictaq;, idcirco plarumq; etiā assentatoribus gaudent. Id tamen si omnibus in rebus generaliter uerum est, ut sit, quemadmodū ait Horatius, Cæcus amor sui, tamen in artifices, atq; ex ijs, potissimum in poetas, atq; in amātes præcipue quadrare uidetur. Etenim rectissime scripsit Aristoteles quarto moralium libro, Suo quēq; artificem opere impense delectari, nō aliter, q̄ rebus quibusdā ex sese prognatis. Neq; secus adamant sua carmina poetæ, q̄ parentes liberos. Est enim artificis opus, quasi quidā ingenij foetus, de quo Socrates ait rectius iudicare obstetricē, q̄ matrē ipsam, Sponsis item amantibus suam cuiq; spōsam certatim extollere. Cuius rei sat magnum exemplū extat de Tarquinij adulecētibus. Vnde & hodie uulgo scite dicunt. Nullum reperiri deformem amasium. Propterea, quod amanti, uel nō pulchra, pulcherrima uideantur. Quam sententiā eleganter extulit Theocritus in ecloga sexta. ἢ γὰρ ἔρωτι πολλὰ κίβη ὧ πολὺ φημι τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται, id est, Etenim haud raro Polypheme. Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra uidentur amanti. Huc pertinet & illud, quod scribit M. Tullius libro de finibus quinto, Suo enim quisq; studio maxime ducit. Et rursum in primo officiorū, Quoq; uterq; suo studio delectatus contempsit alterū. Quāq; hoc uenia dignū, hæctenus cōmunē illam φιλαυτίαν ualere, ut suis quisq; liberis, suis artibus, suo instituto, suis inuentis, suæ patriæ paulo impensius faueat, nisi eouſq; cæcitatē nos rapiat, ut & uirtutes alienas calumniemur, & nostris blandiamur uirtutibus, eaq; uirtutū nomine donemus. Ac sibi, quisq; sit, quod sibi fuit Suffenus Catullianus, aut Meuius Horatianus. Quod uirtutis Flaccus in epistolis notās. Vel mala (inquit) delectent mea me. Atq; hoc loco Porphyrio indicat Horatiū respicere uulgatam sententiā, quod homines suis malis non solū doleant, uerum etiā delectent. Eaq; de re Græcū adagium esse celebratum, uerum id adagium uirtutis librorū desideratur in scriptura. Eodem pertinet, quod alibi dixit Horatius, Turpia delectant cæcum uitia, aut etiā ipsa hæc Delectant, ueluti Balbinū polypus Agnæ. Nam Balbino stulto amanti, etiā polypus Agnæ amicæ, sua uel quiddā olere uidebatur. Est autem polypus uitium narium graue olentium, itidem ut hircus alarum. Vnde & polyposus & hircosus dicimus. M. Tullius ad Atticum libro decimoquarto, Accipe (inquit) a me κακοδοτικὸν δεινὸν μακα- earum rerum in quibus exercitati sumus satis. Nemo unquā, neq; poeta, neq; orator fuit, qui quēq; meliorem se arbitraret. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Brute putas ingenioso & erudito? De quo etiam experti sumus. Nuper, in edicto scripsit rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quod etiam cū ipsius precibus adductus pene, scripsissem ad eū de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus, quæso, quēq; sibi scribere. Suam cuiq; sponsam, mihi meam. Suam cuiq; amorem, mihi meum. Non scite. Hoc enim Attilius poeta durissimus. Hæctenus Cicero. Cuius ex uerbis apparet hos duos uersiculos, Suam cuiq; & cætera, ex Attiliana quapiam fabula sumptos esse. Idem libro Tullius, Tusculanarū quæst. quinto, Musicorū uero perstudiosum accepimus poetam etiam Tragicum, q̄ bonū nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis q̄ in alijs suum cuiq; pulchrum est. Adhuc neminē cognoui poetam & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Sic se res res habet, Te tua, me delectant mea, Eandem sententiā Plautus in Stichō, diuersis uerbis, sed nimis q̄ eleganter

extulit. Suus (inquit) rex reginæ placet. Sua cuiq; spōsa sponso. Huc referendum & Theocriticū illud, καὶ γὰρ δὴμ, οὐκ εἶδος ἔχω κακόν, ὡς μελέγροντι, id est, Nec mihi forma pfecto mala est, si uera loquuntur. Id imitans Maro, Nec sum adeo informis nuper me in litore uidi. Cū placidum uentis staret mare, Apertius alludit ad adagium Flaccus, in epistola quadam, Iouis auribus ista Scruas, Fidis enim manare poetica mella Te solum, tibi pulcher.

Patriæ fumus, igni alieno luculentior,

XVI

Prouerbij faciem habet, atq; ad eandem pertinet sententiā, quod eleganter scripsit Lucianus in Encomio patriæ, καὶ ὁ φῶς πατρίδος αὐτῶ καπνός, λαμπρότερος ὀφθίσεσθαι τῶ παρ' ἄλλοις πυρός, id est, Ac patriæ fumus luculentior homini uidetur, q̄ ignis alibi. Philostratus in Ariadne, ο θεσεύς δὲ ἐξ ἄ μέρ, ἀλλὰ τῶ τῶν ἀδυνῶν καπνοῦ, Ἀριάδνῃ δὲ οὐδὲ ὀιδεῖται, οὐδὲ ἔγνω ποτὲ, id est, Theseus uero amat quidem, sed Athenarum fumum. Nam Ariadnen neq; uidit adhuc, neq; etiam dū cognouit. Apud Homerum, τὸν καπνοῦ πατρίδος αἴας, Vlysses optat uidere surgentē, id est, terræ natalis fumum, unde & ductum prouerbium.

Viua uox.

XVII

Viua uox olim dicebat, non scripta, sed ab ipso pronūtiantis ore percepta, quasi uiuida, atq; efficax. Nam uiua nonnunq̄ dicuntur, quæ natiua sunt, non factitia. Ut uiuo de marmore, & uiuoq; sedilia saxo. Inest autē rebus natiuis, nescio quid gratiæ genuinæ, quod ars nulla queat imitatione consequi. Porro scriptura uox quæpiam est, sed quasi factitia, ueræq; uocis, ut cūq; imitatrix, Deest actus, motusq; hoc est uita. Siquidem actio (ut autot Fabius) orationis quasi uita est. Memoria spiritus uice fungitur, quibus omnibus accedit pronuntiatio, uelut motus quidam uitalis. Nullum enim certius argumentum uitæ, q̄ motus. Vnde & flumina uiua dicuntur, & argentum uiuum. Contra mortua, quæ torpent, languentq;. Cicero libro Tusculanarum quaestionū secundo. Licet enim satis exemplorū, ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa (ut dicitur) uox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticum libro secundo, Vbi sunt nunc, qui aiunt, ὡς φωνή, Quanto magis uidi ex tuis literis, q̄ ex illius sermōe, quid ageretur. Plinius Junior in epistola quadam ad Nepotem. Præterea, magis ut uulgo dicitur, uiua uox afficit. Nā licet actiōra sint quæ legas, altius tamen in animo sedent quæ pronuntiatio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. Diuus Hieronymus in præfatione generali. Habet nescio quid latentis energiæ uiua uox, & in aures discipuli de doctoris ore transfusa, fortius sonat. Hactenus ille. Vnde celebratū illud Aeschinis, de Demosthene, τί δὲ εἰ αὐτῶ θεοῦ ἠκηκόειτε, id est, Quid autem, si ipsam audissetis beluam? Et illud, In scriptis Demosthenis, magnam Demosthenis partem abesse.

Muti magistri.

XVIII

Quod modo retulimus, usurpauit & Aulus Gellius, Atq; huic alterū quoddā diuersum adiecit. Quoniā (inquit) uocis, ut dicitur, uiuæ, penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerem. Mutos magistros libros senties, qui loquunt quidem nobis, ut apud Iulatonē ait Socrates, sed dubitanti non satis commode respōdent. Nec illepidæ profecto literæ, muti uocantur præceptores. Propterea quod mutorum est non uoce, sed nutibus, signisq; loqui. Itidē & libri, notulis quibusdam, & significantibus figuris nobiscum fabulantur. Quemadmodum enim uoces, senlorum animi, uelut, εἶδ' ὡς quæpiam sunt, autore Aristotele, sic literarum figuræ, uocum simulacra quædam recte dicuntur. Neq; mirandum, siquidem ἀρχέτυπον illud peccatoris exemplar, efficacius representat, ac transfundit affectus animi, q̄ alterum illud, quod nō rem ipsam, sed imitationem imitatur. Neq; illud temere quæri solet a multis, utrum sit ad conditionem comparandā conducibilius, ζωσὴ φωνῆ ἢ ὀιδί, ἢ τοῖς ἀφώνοις διδασκάλοις, hoc est, plus ue cōferat, lectio an auscultatio. Et habet res utraq; sua quædam peculiaria commoda. Nam ex libristum eruditiora ferme sunt, quæ discuntur, tum plura. Tantum enim quisq; discit, quā tum ingenij celeritate consequi, memoriæ fidelitate complecti potest. Adde, quod hi præceptores, nunquā grauantur operam suam nobis impertire. Atq; horum ut uberior, ita paratior copia. Accedit huc ocium illud, & cogitationis secretum. Licet pressius inspicere singula, licet retractare, licet expendere. At e diuerso minore iactura, tum ingenij, tum oculorum, tum ualetudinis constant, quæ a præceptore differente percipimus, maxime si is dicat, quem & miramur, & amemus. Deinde insidunt altius animo, & hærent tenacius, & occurrunt promptius. Quare consultum erit, alterum studij genus cum altero cōiungere, & ubi uiuæ uocis erit copia, libentius auscultare q̄ legere, si modo mediocri sit eruditione, quem audis. Vbi nō erit

libenter, quasi nō minus operæ precium facturum ad libros confugere, sed optimos. Deniq; ut illud quoq; ad hanc, ea figura libri dicti sunt muti magistri, qua. M. Tullius legem appellat mutum magistratum, magistratū legem loquentem, & qua Plutarchus poësim appellat picturā loquentem, & picturam, mutam poësim.

Frons occipitio prior.

XIX

Prius agricolis celebratum adagium, atq; in star ænigmatis iactatum. Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas, rectius geri negocium, ubi præsens, ac tellis adest, is cuius agitur negocium. Prior dictum est pro potior, meliorq;. Alioqui, quis ignorabat frontem priorē esse capitis partem, occipitium posteriorem? Extat autem apud Catonem libro de Rustica, primo. Si bene (inquit) ædificaueris, libētius & sapius uenies, fundus melior erit, minusq; pecabitur, Fructi plus capies, Frons occipitio prior. Plinius item in eadem ferme sententiam, libro historiae mundi decimo octauo, capite quinto, Eum tamen, qui bene habitet, sapius uentitare in agrum, frontemq; domini plus prodesse, q̄ occipitium, non mentiunt. Rursum eiusdem libri, capite sexto. Et ideo maiores fertilissimū in agro oculum domini esse dixerunt. Aristoteles æconomicorum libro primo uidetur hanc sententiam ad Persam quempiam referre, subnectens alteram huic similem, quæ a Lybe quodam sit profecta. Sed latius fuerit ipsius adscribere uerba, si quis forte desiderabit. καί το ἔπερσον καὶ λίκουε ἀπόφθεγμα ἐν ἀρ' ἔχοι. ὁ μὲν γὰρ ἔρωτηθεὶς τί μάλιστ' ἴσσωμι πιαίνει, ὁ δ' εἰσπότου ὀφθαλμὸς ἔφη, ὁ δὲ λίκουε ἔρωτηθεὶς, ποία κόπος ἀρίστη, τὰ δ' εἰσπότου ἴχνα ἔφη, id est, Atq; illud Persæ, Lybisq; responsum, recte seruabitur. Nam alter interrogatus, quæ res potissimū saginaret equum, Respondit, oculus domini. Alter rogatus, quod stercus esset optimū, domini uestigia (inquit) Vterq; significauit domini præsentiam, plurimū habere momenti ad rem benegerendam. Item Columella putat rem malam esse frequentem fundi locationē, priorem tamē urbanum Colonum, qui per familiam mauult agrū, q̄ per se colere. Huc pertinet illud, quod refertur a Gellio, quod cum quidam corpulentus, ac nitidus, equū haberet macilentum, ac strigosum, rogatus, quid esset in causa, Respondit mirum non debere uideri, si equo suo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus. Plutarchus in commentario de liberis educandis. καὶ ταῦθα δὴ εἰδὲν ὑπὸ τ' ἴσσωμοῦ χάριεν, ὡς ὀνδρὸν ὄντω πιαίνῃ τὸν ἴσσωμον, ὡς βασιλέως ὀφθαλμὸς, id est, Hinc & illud eleganter dictum ab equisono, nihil perinde saginare equū, ut regis oculum. Huius figuræ est, quod Aeschylus in Tragœdia, cui titulus persæ, domini præsentiam, oculum domus uocat. ὄμμα γὰρ δόμου, νομίζω εἰσπότου παρουσίαν, id est, Nam domus oculum esse, domini iudico præsentiam. Eodem pertinet, quod perç̄ uenuste dixit Titus Liuius. Non satis feliciter solere procedere, quæ oculis agas alienis. Innuat tale quiddam & Terentius in Eunuchis, cum ait, Ita ut sit, domini ubi absunt, significans, absentibus heris, ministros omnia facere indiligētius, & peccare licētius. Nempe hæc omnia eo tendunt, ut quisq; suum negocium præsens curet, neq; magno opere fidat alienæ industriæ, Aequalis æqualem delectat.

XX

Similitudo mater est beniuolentiæ, consuetudinisq; & familiaritatis conciliatrix. Vnde uidentur iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi. Improbos congregari cum improbis, bibones cum bibonibus. Nautas amare nautas. Diuitibus esse necessitudinem cum diuitibus, atq; in uniuersum, similia similibus gaudere. In hanc sententiam extant aliquot ueterum prouerbia, quorum est illud, ἡλιξ ἡλικα τέρπει, id est, Aequalis æqualem delectat. Quod usurpans. M. Tullius in Catone maiore. Pars autem (inquit) cum paribus, ut est in uetere prouerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio, proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci uocant, ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Homerus in Odysseæ. ο. Ἄταρ καὶ ὁμηλικεὶς εἶμεν, id est, Quinetiā sumus æquali. Huc respexit Plato primo de Repub, libro. Apud quē Cephalus, qui se testatur iā peruenisse. Εσ γήραος ὄσδος, id est, senectæ limē, ait, πολλαίης γὰρ συνέρχομεθά ἄνεσ ἐν τὰν παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διαζώσοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν, id est, Sapenumero plariq; conuenimus, ferme æquales, antiquū illud seruantes prouerbum. Aristoteles secundo Rhetoricorum libro, recensens, quæ quibus sint iucunda, scribit in totum ea natura seiuicem delectari, quæ genere sint coniuncta, aut similia; ut hominem homine, equum equo, adolescentem adolescentem. Atq; huc tendere prouerbia uulgo iactata, ἡλιξ ἡλικα τέρπει, atq; id genus alia quædam.

Verba illius hæc sunt, τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλ' ἡλοιοι, ὅστιν ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἰδέα ὡς ἐπιποπολὺν, ὅμοιο ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἴσσωμος ἴσσωμῳ καὶ νέος νέῳ, ὁ δὲ καὶ αἱ παροιμίαι εἰρηνητῆ, ὡς ἡλιξ ἡλιξ

e 3

κατέπει, καὶ ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοῖον, καὶ ἔγνω δὲ διὰ διῆρα καὶ αἰεὶ κολοῖός πρὸς κολοῖόν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, Theognis ait amicitiam coherere inter æquales, uicinos & senes, πάντες μὲν ἡμῶσιν ὁμοῦ, ἴσοι, οἳ τε κατ' αὐτὸν οἰκοῦσι χώρης, οἳ τε παλαιότεροι, id est, Omnes hi sese uenerantur, amantq; uicissim Vicini, æquales uiribus, atq; senes.

Simile gaudet simili.

XXI

Ὁμοῖον ὁμοίῳ φίλον, id est, Simile gaudet simili. Aristoteles libro moralium octauo, Ὁμοῖον ὁμοίου ἐφίεση, id est, simile appetit simile. Item libro nono, Ὁμοῖον ὁμοίῳ φίλον, id est, simile simili amicum. Vnde est & illud. Ὁμοιότης φθιφιλότητος μήτηρ. id est, Similitudo mater amoris, Quare ubi absoluta similitudo, ibi uehementissimus amor, id, quod indicat fabula Narcissi. Agathon in cōuiuio Platonis. Scite quidem ueteri prouerbio fertur. Simile simili semper herere. Plutarchus in commētario, cui titulus, quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscendus, refert huiusmodi senarios. Ἐγὼ μὲν γέροντι γλώτῃα ἰδίῃα ἔχθρῃ παῖς παιδί, καὶ γυναῖκί πρόσφορον γυνὴ προσῶν τ' ἀνὴρ νοσῶντι, καὶ δὲ σπραξία ἀκροβείε, ἐπὶ δ' ὅς ἔστι τῶ περιωμένω, id est, Seni senilis lingua iucūdis sima est, Puerq; puer, & mulier apta foeminae. Aegrotus itidē aegrotō, & in malis situs, Exerito malis placet, atq; cōgruit. Plato libro de legibus octauo, φίλον μὲν που καλεῖμεν, ὁμοῖον ὁμοίῳ κατ' ἀρετήν, καὶ ἴσον ἴσῳ, id est, Amicū quidē uocamus simile simili, quo ad uirtutē, & æquale æquali. Quāq; adagiū recte trāsferet & ad illos, quos similitudo cōciliat uiciorū. In quos est illud Catulli. Pulchre cōuenit improbis cinædis. Itē illud Martialis. Vxor pessima, pessim' maritus. Miror nō bene cōuenire uobis. Illud item Iuuenalis, Magna inter molles cōcordia.

Semper similem ducit Deus ad similem.

XXII

Potest autem adagiū ex Homero natū uideri, apud quē in Odisseæ. p. Proci Penolopes conspīcati Eumæū Subulcū Vlyssis, ipsum Vlyssē secum adducētē, sed habitu, specieq; pānōsi, ac mendici, scōma iaciunt in utrūq;, quasi duo inter se similes bene cōuenissent, κῆρ μὲν δ' ἡ μάλα πάτχου κακὸς κακὸν ἠγλάζει, εὖ αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. i. Nūc adeo malus ecce malū comitat, ut usq; Ad similem Deus, adducit, similesq;, parēq;. Aristoteles libro moralium octauo, puerbii loco refert. ὁ δὲ τὸν ὁμοῖον φασίμ ὡς τὸν ὁμοῖον. i. Vnde similem aiunt ad similem.

Semper graculus affidet graculo.

XXIII

Αἰεὶ κολοῖός πρὸς καλοῖόν ἰζάνη, id est, Adfidit usq; graculus apud graculum. Refertur a Diogeniano, puerbialis senarius. Notaturq; ab Aristotele libro Rhetor. quē modo citauimus, Vbi inter alia complura, huius sententiæ prouerbia, hoc quoq; cōmemorat. Item libro moralium octauo, καὶ κολοῖός ποτὶ κολοῖόν, id est, & graculus (inquit) ad graculum. Porro graculorū cōuētus olim notos fuisse, testatur. M. Varro libro de Rust. iij. Vnde Plutarchus in libro de Polyphilia, οὐκ ἀγελαῖόν ἔστι οὐδὲ κολοῖῶδες, non armentariū est, neq; graculeum.

Cicada cicadæ cara, formica formicæ.

XXIII

Cæterum, quod Aristoteles in eo loco, quem modo citauimus, addidit, & siquæ sunt id genus alia, dubium non est, quin senserit illa, quæ sunt apud Theocritum Idyllio nono, τέπηξ μὲν τέπηγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ. Ἴρκεες δ' ἴραξιμ, id est, Formicæ grata est formica, cicada cicadæ. Accipiter placet accipitri.

Figulus figulo inuidet, faber fabro.

XXV

Ab hac forma uelut accipiēdi sunt, qui in eadem arte uersantur. Propterea, quod inter hos artificij similitudo, magis æmulationem conciliat, q̄ beneuolentiam. Quorum mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus, in opere cui titulus, Opera & dies, compluribus metaphoris indicauit, haud tamen damnans id genus artificum concertationē, imo probans, ac laudans. Proposuerat enim poeta duplex æmulationis genus, quorum alterum sit utile, pulchrum mortalibus, alterum foedum, ac perniciosum. Hoc homines ad rixas, ac bella concitari, propter opū, honorumq; certamina. Illo uero tanquā exemplis propositis, ad industriam, & honestas artes expergefieri. Honestam igitur æmulationē his uerbis describit, κλοῖδ' ἐπε γέιτονα γέιτωρ, εἰς ἄφρονον πεινδοντ' ἀγαθὴ δ' ἔργα ἥδε βροτοῖσιν καὶ κζαμειὺς κζαμειὺς κοτέει, ὅ τέκτονι τέκτωρ καὶ πῶχος πῶχος φθονεῖ, καὶ αἰοιδὸς αἰοιδῶ. Quos uersus, longe elegantissimos, in hoc duntaxat uertimus, ut intelligātur. Nam uenustatem, uix quilibet assequatur, nedum ego. Semper uicinus uicino est æmulus, hunc ut Condere cernit opes properantem gnauiter, atqui Concertatio cōducit mortalibus ista, Odit ita, fabrumq; faber, figuloq; molestus Est figulus, mendico p̄tinus inuidet alter, Mendicus. Cantor cantorem liuidus odit. Vsurpatur cū alias frequenter apud diuersos autores, tum apud Aristotelem libro moralium secūdo. Rursum eiusdem operis libro

οὐταυο, paroemia uice referit, κραιμεὶς πάντας τοὺς τοιοῦτους ἀλλήλοισ' φασὶν εἶναι, id est, Oēs eius modi figulos inter sese aiunt esse, Figulos inuidos dixit, nimirū alludens ad Hesiodi adagium, Item Rhetoricorū libro tertio, οδερμ εἰρηται καὶ κραιμεὺς κραιμεῖ. Vnde dictū est, & figulus figulo. Citat ibidem & hunc senariū, haud scio ex quo Poeta, ῥοιγγενὲς γὰρ καὶ φρονεῖν ἐπίσταται, id est, Etenim inuidere didicit ipsa affinitas. At est similitudo, quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est, bellacem ac pugnacem, qualis est gallorū Gallinaceorū, qualisq; est inter Sophistas, mendicos, poetas, cantores, & ob hoc uetat id genus hominū in conuiujs coniungi, ne quid oriatur rixæ. Est altera, quā ἐπιφκῆ uocat, cuiusmodi est graculorum iuter se, Ad hanc pertinent nautæ, agricolæ, uenatores, aliptrici. Atq; ob id recte copulant in accubitu. Ad hæc amantes, nisi contingat eos eandem amare.

Cretensis Cretensem.

XXVI

ο κρησ τὸν κρητα, Cretensis Cretensem, subaudi, quod erit cōmodū sententiæ, prouocat, conat circūuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, p̄fidus cum perfido. Sumptum adagium a Cretensium moribus, quos plurimis conuiujs incessiuit antiquitas.

Cretensis cum Aeginita.

XXVII

Eandem obtinet sententiam, κρησ πρὸς ἀγινίτην, id est, Cretensis cum Aeginita, subaudi cōdū agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallacijs agunt. Nam Aeginitæ quoq; olim male audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam editum putant, οὐτε τρίτοι οὐτε τέταρτοι, id est, Neq; tertij, neq; quarti.

Vulpinari cum uulpe.

XXVIII

Ἀλωπεκίσειμ πρὸς ἑτέραμ ἀλώπεκα, id est, Cū uulpe, uulpinare tu quoq; inuicē. Senarius est p̄uerbialis. Cū astutis astutijs agito. Horatius, Nunq̄ te fallant animi sub uulpe latētes. Quod aut nos, Ἀλωπεκίσειμ, uertimus uulpinari, ne quis hoc uerbi tāq; nostrū, ac nouū aspernet, citat ex. M. Varrone a Nonio Marcello, sic enim aususest dicere Varro uulpinari pro Ἀλωπεκίσειμ, quemadmodum Horatius, Iuuenari dixit pro Νεανίσειμ.

Cretica cum Cretensi.

XXIX

πρὸς κρητα κρητίσειμ, id est, Aduersum Cretensem cretica. id est, aduersus mendacē mēdacijs utere. Propterea quod Cretensium uanitas, de Iouis apud se sepulcho, multaq; id genus mētentium in uulgi fabulā abierit, id quod palā testat Epimēidis ille uersiculus, quē Paulus etiā apostolus citat. κρητες αἰΐ ψεύσαι, κακὰ δεχθῆναι, γαστέρες ἀργοί, id est, Cretenses semp mendaces, malæ bestia, uentres pigri. Diuus Hieronymus in cōmentarijs, quos in hanc scripsit epistolā, indicat hunc uersiculū repertū in ope Epimenidis, cui titulū fecit, De oraculis. Vnde & Paulus p̄phctā uocat, siue p̄iocū, siue ob argumentū. Huius aut carminis initiū, κρητες αἰΐ ψεύσαι, usurpauit Callimachus poeta Cyrenēsis, scribēs aduersus Cretenses, in laudē Iouis, uanitatis eos arguens quod iactarent illius sepulchrū esse apud se, cū is esset immortalis. Quo respiciēs Ouidius. Nec fingunt (inquit) omnia Cretes. Vnde κρητίσειμ, Græci p̄ mentiri dicūt. Suidas aliam adagionis causam indicat, scribens Idomenem Cretensem, cū illi negociū esset datum, ut æs Laphyrorū Græcis distribueret, ipse sibi partē longe optimā delegit. Vnde cōgruere uidetur etiā in illos, qui fraudāt alios, suisq; cōmodis impensius, ubiq; studēt. Idē putat adagium quadrare etiā in eos, qui frustra mēdacijs agunt, aduersus artificē mentiēdi. Quēadmodū uulgo dicunt difficillimū esse furari, apud fures, ita difficillimū mendacijs imponere mendacibus.

Cum Care Cariças.

XXX

Huic simillimū refert Diogenianus, πρὸς κάρα κρητίσειμ, id est, Cū Care Cariças. Cares populi sunt Phrygiæ, de quibus alio loco dicemus, quorū mores prouerbij aliquot fecere locum.

Cretensis Mare.

XXXI

ο κρησ τὴν θάλασσαν, Cretensis Mare, Subaudiendū, nescit, aut metuit. Hæc paroemiam refert pariter, atq; exponit Strabo geographiæ libro. x. Scribēs olim Cretenses nauigādi peritia, rerumq; maritimarū usu principatū tenuisse, Atq; hinc antiquus increbuisse puerbiū, Cretēsis mare nescit, in eos q se nescire fingerēt, qd egregie callerēt. Eteni q cōsentaneū est, Cretēses cū sint insulares, ignorare mare quo cingunt undiquaq;. Zenodotus scribit apud Alcaū extare.

Ad umbilicum ducere.

XXXII

Extant apud autores, aliquot absoluendū paroemias, quarū de numero est illa, Ad umbilicū ducere, p̄ eo, quod est librum finire, atq; aboluere. Sunt enim umbilici, interprete Porphyriōne, ornamenta quædam ossca, aut lignea, corneae umbilici nostri formam imitantia, quæ

uoluminibus iam absolutis addebant, atq; hinc prouerbialem figuram esse natam ad umbilicum peruenit, id est ad finem. Horatius in odis. Deus deus nam me uetat. Inceptum celebres promissum carmen iambos. Ad umbilicum ducere. Martialis in quarto epigrammatū libro. Ohe iam satis est, ohe libelle. Iam peruenimus usq; ad umbilicos. Tu pcedere ad huc & ire quaeris. Idem libro quinto. Qui caedro decorata purpuraq; Nigris pagina creuit umbilicis. Idem in tertio. Cedro nunc licet ambules perunctus. Et frontes gemino decens honore. Pictis luxurieris umbilicis. Rursus in undecimo, Explicitum nobis, usq; ad sua cornua librum. Et quasi pfectum Septitiane refers. Verum equidē haud scio, possit ne prouerbium hoc, alio q̄ ad librum, aut carmen transferri, nisi durior fiat metaphora.

Summum fastigium imponere.

XXXIII

Illud generalius est, Summū fastigium imponere, pro eo, quod est rem omnibus suis partibus absolueret. Exempla reperies apud Ciceronem libro officiorū tertio, apud Pliniū in epistolis aliquoties. Translatū ab aedificatoribus, qui perfecto demū aedificio, fastigium aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentū prima instituendi operis pars est, ita fastigiū suprema est iam absoluti. Vnde quemadmodū fundamenta iacere transferunt ad id, quod est instituere quippiam, itidem fastigium addere, traducunt ad rei perfectionē, summāq; ut uocāt manū. Huic cōsine quod a Græcis dicit̄, τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε, id est, Colophonē imposuit.

Summam manū addere.

XXXIII

Eandem uim habet, Summam manū addere. Mirum nī metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulachrum effingunt, atq; hanc primā appellant manū, deinde formāt expressius. Postremo summa cura expoliunt, atq; hanc supremā, seu summam manū uocant. Seneca ad Luciliū, Vino deditos delectat potatio extrema, illa quæ mergit, quæ ebrietati summā manū imponit. Eadem figura dicimus nihil deesse præter extremam manū. Exempla crebriora sunt apud scriptores, q̄ ut hic refert, repetere.

Supremum fabulæ actum addere.

XXXV

In eandem formam referendum est illud, Supremū fabulæ actum addere, pro eo quod est extremum finem imponere, a Poetis comœdiarum, aut tragœdiarum scriptoribus ascitum, qui fabulas suas in actus quosdā distribuunt. Vnde illud Horatianum, Nec sit quinto productior actu. Solent autem in extremo actu, plurimum artis addere, sicuti scribit. M. Tullius ad Qu. fratrem. Illud te ad extremum & oro & hortor, ut tanq; Poetæ boni & actores industrij solent. Sic tu in extrema parte & conclusionē muneris ac negocij tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperij tui tanq; tertius actus, perfectissimus, atq; ornatissimus esse uideatur. Idem ad Atticum libro. xij. Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam uolui. Et apud Apuleium uitæ fabulam peregit. Opinor ad hanc formā pertinere, quod apud Nonium ait Lucilius, Sarcinatoris esse, summū luere Centonem optime.

Catastrophe fabulæ.

XXXVI

Cuiuslibet exitum rei, puerbiali figura, Catastrophē uocamus. Porro inter figuras puerbiales illud admonuimus, unicuiq; disciplinæ, atq; artificij, sua quædā esse peculiaria uocabula, quæ quemadmodū in sacrorū ceremonijs, ac magicis præcaminibus fieri cōsueuit, pene superstitione quadā usurpan̄. Ea quoties in aliud quippiā trahunt̄, fere puerbii speciem obtinent, uelut ex militari disciplina, receptui canere, & locū deserere, & prima acies. Et res ad triarios redijt. Ex musica, præludiū p præfationē, aut ingressu negocij. Summa & ima chorda, p clamorosa & graui uoce. Et eadē oberrare chorda, pro eo quod est in eadē re peccare sapius. Porro fabula ois, ut ostēdit Donat⁹, in tres ptes distribuit̄ in πρότασιν, ἐπίτασιν, κατὰσφοδῆν, Protales est prim⁹ ille tumult⁹ iā quasi gliscēs. Epitales, turba feruidissima. Catastrophe, subita rerū cōmutatio. Vnde Lucianus elegāter exitū, cuentūq; negocij catastrophē appellat, cum alias tū in cōmētario de mercede seruiētib⁹, ἐπὶ πᾶσι δὴ ἢ τις αὐτοῖς ἢ κατὰσφοδῆ τῷ δράματι γίνε/ται. Post oia deniq; quæ illis Catastrophe fabulæ cōtingit, hoc est, q̄ exit⁹ seruitij. Et in Alexandro Pseudomate. τοιοῦτο τέλος ἐστὶ ἀλεξάνδρου ἑξαγωγῆς. i. Eiusmodi finis tragœdiæ Alexandri.

A capite usq; ad calcem.

XXXVII

Cum rem totā significamus, a capite usq; ad calcem dicimus. Cuius adagij duplex esse potest usus. Aut enim ad corpus referretur, aut ad animum, aut ad rem, qui duo posteriores plus obtinēt uenustatis, nimirū quo plus habēt figuræ. Ad corpus, Apud Homerum Iliados. ἰ. ἐξ πόδας ἐκ κεφαλῆς, id est, A capite usq; pedes. Item Theocritus in bucolico, καὶ μὲν ἀπὸ τῶν κεφα-

λαῶς, ὡς τὸ τῶ ποδὲ σὺν μεχερῶ ἐῖς ῥῆ, id est, Me a capite usq; pedes lustrauit lumine totū. Plautus in Epidico, Contēpla Epidice ab unguiculo ad capillū lūmū. Horatius, Talos a uertice pulcher ad imos. M. Tullius p Roscio comoedo. Nōne ipsū caput & supercilia illa penitus abrafa, olere malitiā, & clamitare calliditatē uident? Nōne ab imis unguibus, usq; ad uerticē summū siquam cōiecturā adfert hominibus, tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs, totus cōstare uidetur. Ad rem. Vt apud Aristophanem in Pluro. Ακουε τοίνω ὡς ἐγὼ τὰ πρᾶγματα, ἐκ τῶν ποδῶν ἕως τῆς κεφαλῆς σὺ πάντ' ἐρῶ, id est, Audi ergo, qñ totū ego negociū. A pedibus usq; tibi ad caput p̄censeo. Quācūq; hic Comicus ioci causa p̄pōstere posuit pedes & caput, Diuus Hieronymus in p̄fatiōe libri, quē dicitū inscribūt Hebræi, Contuli cū eo a uertice, ut aiunt, usq; ad extremū unguem. Ad animū hoc pacto poterit transferri. Ego tibi mores & ingeniū illius, breuiter, hominē quātus est, a summo, ut aiunt, capillo ad imum usq; calcaneū depingā. Quācūq; exemplū. M. Tullij, quod modo retulimus, magis ad animū, q̄ ad corpus uidetur p̄tinere. Quinetiā diuidit adagiū, cum caput negocij uocamus, p̄cipuū autorem perinde ut & fontem dicimus. Terentius, Me esse huius rei caput. Item apud Græcos, τὸ κεφάλαιον τοῦ πρᾶγματος. Lucianus, in Tyrānicida. τῆς τυραννίδος κεφάλαιον, id est, Tyrānidis caput. Et Plato libro de legibus tertio. τῆρ πῶν σάστων πηγῆρ, dixit, id est, seditionū fontē. Et ad calcem uenire, In calce operis. In extremo literarū tuarū calce. Ab ipso exordiri capite, A calce ad caput recurrere. Atq; id genus aliā loquēdi formulā, quā passim apud autores obuia sunt. Plutarch⁹ ad uersus Stoicos, ἐκ παραδου ἢ ἀρχῆς ἀχρι κορωνίδος, id est, Ab ingressu & initio usq; ad Coronidē.

Cursu Lampada trado.

XXXVIII

Cursu Lampada tradere, puerbialis metaphora, p̄ eo qd est, partes tuas quasi successione in aliū, atq; alium trāssere. Lucretius. Et quasi cursores uitai lampada tradūt. De animātibus agit, quā successione p̄paganī, uita per uices ab alijs in alia trāssula. M. Varro libro de re Rustica. iij. Sed o Merula Axius noster, ne dū hoc audit, physicā addiscat, quod de fructu nihil dixi, nūc cursu lāpada tibi trado. Quibus uerbis significat se alterā sermonis partem Merulæ tradere, isq; in dicendi uicē succedit. Lucretius uideī imitatus Platonē, qui libro de legib⁹ sexto, cū scribit, ciues oportere liberis generādis, atq; educādis operā dare, ut uitā, quā ipsi a maioribus accepissent, uicissim quasi tedas ardētes posteris tradāt. Eodem p̄tinet Perlianū illud, Qui prior es, cur me in decursu lāpada poscis? Aristophanes in ramis. λαμπάδα δ' οὐδεις διος πε φέρειν ἔπ' ἀγυμνασίας ἔτι νυν, id est, Iā nemo queat gestare facem. Quod nō curāt exerceri. Taxat ignauitiā, atq; inertitiā ciuiū. Quo loco interpres addit in tribus certaminibus, solere ueteres gestare facem, id est ut illi dicebant, λαμπάδου χεῖρ. In Prometheis, in Vulcanijs, & Panathenaicis. Porro Prometheus credit primus hoc ludorū genus instituisse, hūc quidē ad modū, ut currentes facē ardentē gestarent. Eam defatigatus p̄ximo in manū dabat. Is item defessus alij, ac deinceps alius alij, successione tradebāt inuicem, historiā Prometheæ quasi simulā chrū representantes, quē admodū ferulā qua cœlestē ignē, exceperat, ne rursus extinguere, p̄petuo motu iactarit, in terrā deuolans. Huius rei mentionē facit Plato, libro de Rep. primo, Significās daduchias etiā in honorē Mincruæ solere celebrari. Pausanias autē in atticis, ritum horū ludorū describit copiosius. Meminit & Herodotus, sed obiter, in Vrania ostendēs eum morē a persis repertū, ut dispositis equis, atq; cursoribus, alius alij mādāta ueluti lampada traderent, quā celerius p̄ferri possent. Autor rhetorices ad Herenniū, Nō enī quē admodum in palestra, q̄ tedas ardētes accepit, celerior est in cursu cōtinuo, q̄ ille, q̄ tradit, ita melior impator nouus, q̄ accipit exercitiū, q̄ ille, q̄ discedit. Propterea, quod defatigatus cursu iutegro facem, hic peritus impator, imperito exercitum tradit. Itaq; lampadē tradere dicit, qui iam uel delassatus, uel emeritus, in alios munus gerendū ab se transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, Tradunt operas mutuas, & alij alijs uicissim suppetias ferunt.

Principium dimidium totius.

XXXIX

Αρχὴ ἡμισυ πάντος, id est, Principiū dimidiū totius. Hoc adagio significatū est, maximā difficultatis partē in aggrediundo negocio sitā esse. Plato libro de legibus sexto, Αρχὴ γὰρ λέγεται μὲρ ἡμισυ πάντος, ἐν ταῖς παρομίαις ἔργου, ἢ τόγε καλῶς ἀρξασθαι πάντες ἐκωμιάζομεν ἐνάσοτε. τὸ δ' ἐσίμπε ὡς ἐμοὶ φαίνεται πλεόν ἢ τὸ ἡμισυ, ἢ οὐδέεις, αὐτὸ καλῶς γενόμενον ἐκωμιάκεν ἰκανῶς, id est, Nā in puerb ijs quidē initiū totius facti dimidiū dicit. Atq; illud nimirum recte cœpisse, omnes undiq; laudibus ferimus. At istud (ut mihi quidē uideī) plus est, q̄ dimidiū. Neq; quisq; hoc, ubi recte fit, satis pro merito laudarit. Suidas hæc ex Marino quodam refert, γέγονε δὲ ἡμίμ ἢ

ἀρχή, οὐκ ἀρχὴ μόνου οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἡμίσει τοῦ παντός· αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν, Fuit autē nobis initium illud, nō tantū initiū, neq; iuxta prouerbiū, dimidiū totius, sed ipsum in solidum totum. Aristoteles item libro moralium primo. Principiū enim plus, q̄ dimidium totius esse uidetur. Horatius in epistolis. Dimidiū facti, qui cœpit, habet. Sapere, aude. Aufonius, Incipe, dimidiū facti est cœpisse, super sit Dimidium, rursū hoc incipe, & efficies. Plutarchus in li bello cui titulus, quo pacto sint audiendi poetæ citat ex Sophocle carmē boc. ἔργα δὲ παρτοῦ, ἢ ἦ τις ἀρχὴν καλῶς· ἢ τὰς πελδύτας εἰκὸς ἐσθ' οὕτως ἔχει. Negocij cuiusq; si bene cœperis, Et finem item bonum fore, probabile est.

Satius est initijs mederi, q̄ fini.

XL

Ἀρχὴν ἰσθῶσαι πολὺ λῶϊον ἢ ἐτελευτῆσαι, id est, Multo q̄ finē, medicari initia præstat. Refert a Suida prouerbij loco. In eandē sententiā Theognis. ζητῶμεν δ' ἑλκὸς φάρμακα φρομένω. Pharmaca nascēti sunt adhibenda malo. Similit̄ Persius Venienti occurrere morbo. Et Ouidius, Sero medicina paratur, Cū mala per lōgas inualuere moras. Admonet adagium, minore negotio tolli malum statim initio, cum adhuc recens est, q̄ postea q̄ inueterauerit. Pueros a uitij arcendos, dum adhuc tenera, ac tractabilis ætas, sarcindas protinus offensas, ne in similitatē exolefcant. Minima uitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere. Occasiones euitandas, quæ mali quippiam parituræ uideantur.

Serere ne dubites.

XLI

Rusticanū adagium, sed nō indignū, quod in hoc uolumē referat, Serere ne dubites. Quomnemur, ne quādo pigeat eiusmodi rerū aliquid moliri, e quibus nihil oīno dispendij, plurimū emolumentū possit proficisci, si non in præsens, certe in posterum, si non nobis, at saltē posteris. Columella libro de re Rustica, duodecimo. Quare uulgare illud de arborum ipositione, rusticis usurpatū, Serere ne dubites. Nā ædificatio nō nunq̄ exhaurit fructus, negociatio pendet a fortuna, neq; paucis male cessit. Eundē ad modū, ex alijs aliud atq; aliud est, uel incōmodi, uel periculi, sed ex arboribus cōserendis, plurimū capitur cōmoditatis, neq; magno tamē impendio constat. Eandē sententiā Vergilius, addita figura sic extulit, libro Georgicon secundo. Et dubitamus adhuc serere, atq; impendere curam.

Talaria induere.

XLII

Extat apud. M. Tullii prouerbialis allegoria, talaria induere, pro eo, quod est fugā adorna re, quasiq; uelle quopiā auolare. Sic enim scribit ad Atticū libro. xiiij. Nemo est istorū, qui oculum nō timeat. Quare talaria induamus. Sumptū ab Homero, qui Mercuriū auolaturum aliquo, frequēter adornat talaribus. Αὐτὸς ἔπειθ' ὑπὲρ ποσσῶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα Ἀμβρόσια χύσεια· τὰ μιν φέρον ἡμῶν ἐφ' ὑγῆρη· ἢ δ' ἐπὶ ἀπίρονα γαῖαν ἄμα πνοίης ἀνέμοιο, id est, Mox ubi iam pedibus talaria subdidit aurca. Quem Homeri locū Vergilius ueluti interpretans, in quarto Aeneidos. Et primū (inquit) pedibus talaria necit̄ Aurea, quæ sublimem alis, siue equora supra seu terrā rapido pariter cū flamme portāt. Itaq; talaria induere dicemus eos, qui parāt aufugere. Nam hoc ipsum auolare, & reuolare, apud. M. Tullii pro fugere & redire frequēs est.

Tricæ apinæ.

XLIII

Tricæ & apinæ uulgo res futiles, ac nugatorias dicebant. Martialis. Quæcūq; lusi iuuenis & puer quondā, Apinæq; nostras. Idem alibi, Sunt apinæ, Tricæq;, & siquid uilius istis. Vnde & Tricari simili figura dicebat nugas agere. Cicero cum alias, tum ad Atticū libro. xv. Tricā scilicet, ut homo talis. Et rursū. Balbus (inquit) tricā. Adagiū ab euentu natū. Nam Tricā & Apinā oppida fuisse quondā Apuliæ, demonstrat Plinius libro naturalis historiae. iij. ca. x. referēs Europæ Sinus. Diomedes (inquit) ubi deleuit gentes Monadorū, Dardorumq; & urbes duas, quæ in prouerbij ludicrū uertere, Apinā & Tricā. Stephanus ostēdit Tricam urbem fuisse Thessaliæ, fortitā id nominis a Trica Penei filia. Nonius Marcellus Tricæ impedita & implicationes interpretat̄, ἀπὸ τῶν ξιχῶν, id est a pilis, quibus inuoluunt pulli galinacci. Vnde dictum sit extricare & intricare. Lucilius apud eundē, Tricones appellat, q̄ nungis hominē remoren̄. Et Tricinus questus, pro tardo seu sicco. Et Varro Tricæ Atellanas, nugas impeditissimas. Equidem nō negauerim uoce allusum ad pilos. Ceterq; ab oppido ductum prouerbiū uero pprius est. Plinius libro octauo, capite. xlviij. ostendit oues laudari solitas breuitate crurū & uentris uestitu, quib⁹ is nudus esset, eas Apicæ appellauit, ceu reſculas damnatasq;.

Corycæus auscultauit.

XLIII

Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, id est, Corycaeus auscultauit. Vbi quis id, quod agit conatus dissimulare, tamen a curiosisprehendit. Vnde natum sit adagiū, id partim ex Strabone, partim ex Zenodoto adscribam. Corycus mōs est Pamphyliaē præcellus, ac portuosus, atq; ob id pyratarū insidijs opportunus, quos ab eo monte Corycaos uocabāt. Hi nouam insidiandi rationem excogitarāt. Siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant sese negociatoribus, ut quiq; forte appulerant, subauscultantes, & quid rerū portarent, & quo nauigare destinassent, deniq; quo tempore decreuissent soluere. Quæ simulatq; cognouerāt, renunciabant Pyratiscum quibus sociatē maritimorū latrociniorū exercebant. Atq; ita per occasionē pariter adorti, nauigantes spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus esset comperta, pleraq; occultabāt, ac dissimulabant insidiarum metu. Sed cum ne sic quidem laterent, odorātibus omnia Corycaeis, res in prouerbium abiit, τούτῃ κωρυκαῖος ἠκροάζετο, id est, Hunc Corycaeus auscultauit. De re uehementer dissimulata, deprehensa tamen. Suidas ait, Corycon Pamphyliaē Promontorium esse, cui subiecta sit urbs Talæa. Eius urbis ciues, ne uexarentur, ipsi a prædonibus, qui sese in Promontorij arcem receptabant, per alios portus dissipati subauscultabant, qui nam appulissent, & quo tenderent, eaq; prædonibus renunciabant. Idem ex Ephoro refert, Corycaeos conuenas quospiam fuisse, qui condiderint oppidulum sub cacumine Coryci in mare prospicientis, finitimos Myonesso. Hos solitos sese negociatoribus in portum appellētibus admiscere, quasi negociatores essent & ipsi, mercium aliquid empturi. Deinde quæ cognouissent Myonessijs renunciabant. Myonessijs nauigantes adoriebantur, prædam ablatam, aut pretia quibus sese negociatores redimebant, quæ Græci λύτρα, uocant, Corycaeis partientes. Stephanus tradit Corycum mōtem esse altissimū, finitimū Teo Ioniae oppido, cui subiectus sit eiusdem nominis portus. Quo loco meminit & de Pyratarum insidijs & prouerbio. Inducūt & Comici deum quempiam Corycaeam, exaudientem, atq; auscultantem, quæ gerantur, sicuti Menander in Enchiridio, Dexippus in Thesaurō apud Suidam. Vsurpat hoc adagium. M. Tullius libro ad Atticum secūdo. Itaq; post hac nō scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim, Omnes κωρυκαῖοι uidentur subauscultare, quæ loquor.

Fortes fortuna adiuuat.

XLV

Cic. Tuscul. quæst. libro. ij. Fortes enim, non modo fortuna adiuuat, ut est in ueteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citatur alibi ex Ennio. Vsurpat in Aeneide Maronis. Atq; adeo passim ab omnibus. Allusit Ouidius. Audaces adiuuat ipsa Venus. Admonet adagium fortiter periclitandā esse fortunam. Nam his plerumq; res prospere cedere. Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa ijs, qui nihil audēt experiri, sed ueluti cochleæ perpetuo latent intra testas.

Currentem incitare.

XLVI

τὸν ἔρχοντα δὴρύνει, id est, Currētē incitare, est adhortari quempiā ad id, ad quod iā suapte sponte tendit. Atq; hac figura mitigamus, uel præcludimus magis, offensam admonitionis, Ciceri ad Cassiū. Ut Cæsare in Italia uiderē (sic eni arbitrabamur) cūq; multis honestissimis uiris cōseruatis, ad pacē currentē (ut aiūt) incitarē. Idē ad Qu. fratrem li. ij. Quare facis tu quidē fraterne, quod me hortaris. Sed me Hercle, currentē nūc quidē. Rursus ad Atticū. Quod me hortaris, ut eos dies cōsumā in philosophia explicāda, Currentē tu quidē. Idē in oratore. Facilius enim est, currentē, quod aiunt, incitare, q̄ cōmouere languentē. Plinius ad Canniū, Scio te stimulis nō egerc, me tamē tui charitas euocat, ut currentē quoq; instigem. Ducta est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere uelocitate. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinū, θάρσει ὦ γὰρ δὲ τοῦτο γάρτοι τὸ πῶ ὁμήρου ἀνύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς, id est, Bono es animo. Quandoquidē iuxta Homericū illud, hortaris eū, qui ipse sua sponte pperet. Extat autē Iliados. θ. ἄξιδ' ἢ κύνεισε, τί με ἀνύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις, id est, Quid me sponte mea pperantē maxime Attrida Extimulas. Eodem allusit in Odyssæa. ω. ὦ εἴπω μ' ὄξω με πάρος με μακύνει ἀδύνηρ, id est, iam dudū promptā, ac cupientē, his Pallada dictis Excitat. Itaq; currentē incitamus, cū ad id uocamus aliquē, ad quod suapte cupiditate fertur, ac ppendet. Quēadmodū meminit Dion, Timotheū cantorē quempiā, certa quadā cantioe, quæ Palladis uocatur, Alexandri magni animū repente ad belli cupiditatē incitare solitū. Atq; incitabat ille quidē, sed sponte currentē, utpote natura sanguinariū & belli sitientissimū. Alioquin Sardanalum illum πάντα βρομ, id est, mollissimū iisdem modis haud unq; cōmouisset. Terentius in Andria, torlit in malā partem, ommissa metaphora. Age si hic non insanit satis, sua sponte, instiga.

Calcar addere currenti.

XLVII

Eandem sententiam aliunde ducta metaphora, extulit Plinius iunior in epistola quadam ad Pompeium Saturninum, Flagitabas, ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinassem, Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes, addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget, acuitque. Ouidius, Non opus admissio subdere calcar equo. Sunt autem ferme prouerbiales in totum illa metaphora, Subdere calcar, subdere stimulos, quemadmodum & illa, In hoc freno frenum, comperere freno, reuocare freno. M. Tullius ad Atticum. Adscribit etiam & quasi calcar addimouet. Idem ad eundem libro sexto, Sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro, & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Plato de legibus nono. Opportune me Clinia, impetu currentem retraxisti. Et illud Ciceronis, E medio cursu reuocauit.

In triuio sum.

XLVIII

Εν τριόδῳ ἐμὶ λογισμῶν, id est, In triuio sum consilij. In eos, qui dubitant, quique incerti sunt animi haesitantes, quid potissimum eligant. Translatum ab his, qui faciunt iter, & si quando triuuium occurrerit, addubitant quam uiam oporteat ingredi. Nam uiam pro ratione consilij frequenter apud Graecos autores reperies, ut apud Euripidem in Hecuba, Σὼν ὁδὸν βυλθυμάτωρ, id est, Tuorum uiam consiliorum. Theognis, Εμ τριόδῳ ἔσκηκα. In triuio consisto. Alludit huc & Plato libro de legibus septimo, uetans ne aliqua res admiranda, atque inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectenda accurramus, sed perinde quasi ad triuuium aliquod uenerimus, ignari uiae, consistamus, neque ante pergamus, quam peruestigatum sit, quo quaeque ducat uia, καθάπερ, inquit, Εμ τριόδῳ γεόμενος.

Bis, ac ter, quod pulchrum est.

XLIX

Δις ἢ ἑὶς τὸ καλόν, id est, Iterum ac tertio, quod pulchrum est, subaudi, dicendum est. Vsurpatur a Platone libro de legibus ultimo. His (inquiens) de rebus, tamen si superius non nihil attigimus, tamen quae sunt egregia, sicuti, puerbio dicit, Bis, ac ter recte repeti possunt. Lucianus in diptibus citans eundem Platonem, κόρος, inquit, οὐδεὶς τῶν καλῶν. Nulla satietas rerum honestarum. Omnino ea uis inest rebus egregijs, ut quo sapientius, ac pressius inspiciantur, hoc magis, ac magis placeant, ut ait Horatius, Quae si propius stes, Te capiet magis, ac decies repetita placebit. Contra, quae fucata sunt, aut uulgaria, nonnunquam in initio arrident nouitate ipsa, mox repetita sordescunt. Quem admodum Plinius meminit de syluestri quodam pomi genere, quod unedonem uocant, propterea quod unum tantum manduicari possit. Est enim inhonoratum, ut ait, atque hinc nominis ratio.

Fratrum inter se irae sunt acerbissimae.

L

Siquando simultas inciderit inter fratres, ea solet esse atrocior, quam uulgariu inimicorum. Suppant abunde multa ex historicis exempla, Caym & Abel, Rhomuli & Remi, Iacob & Esau, Antonini Seueri imperatoris filij in Gctam odiu, usque adeo saeuum ac pertinax fuit, ut ne morte quidem illius atrocissima potuerit saturari, quin & in oes illius amicos saeuiret. Qua de re fertur adagiū, idque commemorat ab Aristotele libro Politicorum septimo, παρ' οἷς γὰρ ὀφείλοισθα δεινὴν τὴν εὐφροσύνην ὑπερλαμβάνασθαι, πρὸς τῶν βλάβει, ἢ τὰν τῆς ἀπερσεισθῆαι νομιζέσθαι. ὁ δὲ μὲν ἕρπται χαλεπὸν γὰρ πὸν λεμοὶ ἀδελφῶν ἢ οἱ τὸ πέρα σέρξαντες, οἱ δὲ ἢ πέρα μισοῦσιν, id est, A quibus (inquit) deberi beneficiū existimant, ab hisdem non solum fraudari beneficio, sed insuper laedi se putant. Vnde puerbio dicit, Acerba eni bella fratrum. Et qui supra modum amant, istem & supra modum oderunt. Haec Aristoteles. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi, Δεινὸν κασιγνήτισσι γίγνεσθαι λόγους μάχας θότα μὲν πρὸς ἐμὸν πείσασθαι εἰς ἕξιν, id est, Res dira uerbis inuicem altercarier, Dicitisque fratres dimicare mutuis, Siquando lis inciderit aut contentio.

Taurum tollet, qui uitulum sustulerit.

LI

Adagiū in Fornice natu, uti uideat, sed quod ad usum uerecundiorē comode torqueri possit, si quando significabimus maiora peccaturu adultum, qui puer uitae minoribus assueuerit. Extat in fragmentis Arbitri Petronij, his quidem uerbis, Obstupu ego, & nec Gitonem uerecundissimu pueru sufficere huic petulantiae affirmari, nec puella eius aetatis esse, ut muliebris patientiae legem possit accipere. Itaque (inquit) Quartilla, Minor est, quam ego fui, cum uirum passa sum. Iunonem meam irritam habeam, si me unquam meminerim uirginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc aetate perueni. Hinc etiam puto natu prouerbiu illud, dicatur ut posse tauru tollere, qui uitulum sustulerit. Non absurdum uideat, adagium ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui

quotidie uitulum aliquot stad ijs gestare solitus, eundē taurū factū, citra negocium gestasse legitur. Atq; ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiā maximis asuescunt.

Viuorum oportet meminisse,

LII

Viuorū meminisse oportet. Vetus adagiū in eos, qui plurimū de uita defunctis loquunt, id, quod uulgo putant ominosum, mortuos in ore habere, eosq; uelut citatos in sermonē adducere. Vnde & M. Varro libro de lingua latina tertio, putat lethum, ἄπ' ὀδὶ λήθη, id est, obliuio/ ne dictum, quasi in obliuionē abire cōueniat, q uita excesserit. Atq; in funeribus sic quondam a preconē dīci solere. Ollus letho datus est. Refert adagiū a Cicerone libro qnto de finibus bonorū & malorū. Vbi cū Pilo, deinde Qu, Cicero dixissent, se uehemēter cōmoueri recordiatiōe clarorū uirorū, ex cōtemplatiōe locorū, in quibus aliquādo uiuī uersari fuissent, & uter q; recēsuisset, quorū memoria potissimū delectaret. Tum Pomponius Atticus quasi iocans, At ego, inquit, quē uos, ut deditū Epicuro, insectari soletis, sum multū equidē cū Phædro, quē unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo præteribamus, sed ueteris puerbij admonitu, uiuorū memini, nec tamē Epicuri licet obliuisci, si cupiā, cuius imaginē nō modo in tabulis, nostri familiares, sed etiā in poculis & anulis habēt. Hactenus Cicero.

Cum laruis luctari.

LIII

Cum laruis luctari dicunt, ij, qui uita defunctos insectant maledictis, qua re nihil esse pōt, indignius ingenuo uiro. Suidas Aristophanē citat, qui scripserit, πάντε παύδ' δέσποθ' ἐρμῆ, νεκρῶν γὰρ ὄντα τῶν κλέων' ἐλοιδορεῖ, id est, desine here Mercuri, Mortuo enim Cleoni cōuiciatus est. Lucianus in scētis, Σκιομαχῶσι πρὸς ὑμᾶς ἀπόντας, id est, Umbraticā pugnā aduersus nos absentes pugnāt. Sentit autē de mortuis & absentibus. Meminit huius Plinius in præfatione historiæ mūdi, ad hunc modū. Nec Plancus ille pīde, qui cū diceret Alinius Pollio oratiōes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortē Planci ederent, ne respōdere posset, Cū mortuis non nisi laruas luctari. Quo dicto sic percussit illos, ut apud eruditos nihil impudentius uidetur. Aristoteles in Rhetoricis citat Platonem ex politia, qui scripserit eos, qui mortuos allatrarent, uideri similes catellis, qui lapides iactos morderēt, ipsos, qui læsissent, nō attingerent.

Iugulare mortuos.

LIIII

Huic simile uidetur iugulare mortuos, pro eo, quod est insectari defunctos, & pugnare cū ijs, qui iam extincti sint. Trāslatum a bellis, in quibus ignauū, ac ridiculum sit, prostratos, atq; interfectos iugulare. Refert a Laertio in Menedemo. Is Bionem, cum diuinos studiose insectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos & omniū sententia reprobatos. Aristophanes ἐμ' ὄρησιμ' scripsit τοὺς πθνηκότας ἀπκτείνειμ, id est defunctos occidere, Fict lepidior metaphora, si paulo lōgius detorqueatur, ut siquis dicat eū iugulare mortuos, qui librū impugnet, a nullo nō damnatū, aut disputet aduersus sententiā, omniū suffragijs, iam olim reiectam, aut siquis uituperet rem, omnibus per se detestatam.

Cyanea cantio.

LV

κύκνησιν ἄσμα. id est, Cyanea cantilena. Refert inter Græcanica prouerbia. Notat & ab Aelia no in opere de naturis animalium prouerbij uice. Conuenit in eos, qui supremo uitæ tēpore facūde differunt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt, id, quod ferme solet accidere scriptoribus, ut postrema quæq; minime sint acerba, maximeq; mellita, uidelicet per atate matu rescēte eloquentia. Porro Cygnos instante morte mirādos quosdā cantus edere, tam omniū literis est celebratū, q; nulli uel compertū, uel creditū. Nam Lucianus negat se uel uidisse cygnos, cū in pado nauigaret. Aelianus addit cygnos nō canere nisi flante zephyro uento, quē Latini fauoniū dicunt. Martialis. Dulcia defecta modulāt carmina lingua Cātator cygnus funeris ipse sui. Neq; defunt philosophi, qui huius rei causam etiā reddere conant, affirmatq; id accidere, ppter spiritus per collum procerū, & angustum erūpere laborantes. Diuus Hieronymus in quodā laudans senilem eloquentiā, cōmemoratis aliquot scriptoribus, hi homines (inquit) nescio quid cygneū uicina morte cecinerunt. Idem in Epitaphio Nepotiani. Vbi est ille δὴ ὠκίτης noster, & cyneo canore uox dulcior, Nos item in epigrammate quodam Vates uidebis exoriri candidos Adeo canoros, atq; uocales, uti In alta fundant astra Cygnum melos, Quod ipsa & ætas posterorum exaudiat.

Nestorea eloquentia.

LVI

Consimilem admodū Nestoris Pyliorū ducis faciūdia in prouerbium abijt, siquādo senilem suauiloquentiā significamus. Nam huic Homerus, ut tria sæcula, ita mellitā quandā faciūdiā

f

affingit, Sic em̄ ait in Iliados. Α. τοῖσι δὲ νέσῳρ ἠδ' ὑεπὴς ἀνόρσσε λιγύς πυλίωρ ἀγορητής τοῦ ἢ ἀπ' γλώσσε μέλιτος γλυκίωρ βέρι αὐδ' ἢ .i. Post hos affurgit Pylus dux ille disertus Nestor, cuius ab ore fluit uox melle liquētī, Dulcior. Quē locū imitās Theocritus autore Plutarcho, scripsit in Bucolicis. οὐνεκά οἱ γλυκὺ μούσα κατὰ στόματος χέει νέκταρ. i. Propterea, quod in os illi prædulce camœna Infudit nectar. Huc spectat & Horatianū illud, Fidis em̄ manare poetica mella Te solū.

Lepos atticus, Eloquentia attica.

LVII

Inter reliquos Græciæ populos, lepos quidā, & festiuitas quasi uernacula, ac peculiaris ad est atticis, adeo, ut & in puerbiū abierit Atticus lepos, Attica eloquētia, p̄ summa. Terentius in Eunuchō, Dixit in hoc Atticā eē eloquētiā: Cū insulsum, atq; inuenustū militē rderet. Diuus Hieronymus ad Pammachiū, Iouinianū, ut opinor, irridēs. Hæc est (inquit) Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & musarū, ut dicit, eloquio cōparāndus. Quāq; illud de musarū eloquio ad M. Varronis Elogiū de Plauto celebratū respicit. Qui dixit, musas ipsas, si latine loquuolūissent, Plautino ore fuisse locuturas. Huc allusit & Lucianus in libello de mercede seruiētibus, καμ̄ εἴτι σολοικίσαντες τύχῳσιμ, αὐτὸ τὸ φιλ' ἀπικήης ἢ τὸ ὑμνησῶν, id est, Quod siquādo quid etiā rustice dixerint, hoc ipsum mere Atticū, atq; ab Hymetto, p̄fectū uideri uolunt. Est autē Hymettus mōs Atticæ, mellificio nobilis. Vnde & mel Atticū & Hymettia mella. Quæ præcipua fuisse testatur & Marcialis in Xenijs, Hoc tibi Thefei populatrix misit Hymetti Pallas a syluis nobile nectar, apis.

Mandrabuli more res succedit.

LVIII

Ἐπὶ μανδραβούλα χωρῆ τὸ πρᾶγμα, id est, Res Mandrabuli ordine succedit, hoc est, indies in peius labitur. Inde natū, quod Mādrabulus quidā, cū Thesaurū reperisset, primū aureā ouem posuit Iunoni Samiæ, p̄ximo anno argenteā, tertio arcā. Lucianus de mercede seruiētibus, Ἀλλὰ χαίρεις γε, ἢ σεαυτὸν ἐξάπατᾶς, ἢ αἰετὰ μέλλουτ' ἀ βελτίῳ γενήσεσθ' νομιζῶς. ὃ δὲ ἔμπαλιμ ἢ σὺ ἢ λ' πιπ' σασ, γίνεσθ', ἢ ὡς ἢ παροιμία φησὶμ, ἐπὶ μανδραβούλα χωρῆ τὸ πρᾶγμα, καθ' ἐκάστην, ὡς ἐπ' ἑμ, ἡμέραν ἀπ' σμικρῶν ὄμενον, ἢ εἰς τὸν πῖον ἀναπείζουμ, id est, Tu tamen, ut cūq; gaudes, tibiq; ipsi imponis, semperq; credis meliora futura, quæ sequent. Atqui id cōtra, q̄ speraras, euenit. planeq; iuxta prouerbiū, ad morē mandrabuli tibi negociū p̄cedit, dum in singulos, ut ita dixerim, dies, fit minus, ac deterius, atq; in tergū retrocedit. Alciphron in epistola q̄dam, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὰ μανδραβούλα χωρῆ τὰ πρᾶγματα, id est, luxtaq; puerbiū, ad exēplū Mādrabuli res succedunt, Non intēpestiuit, itaq; diceēt in eos, qui in deterius abeūt. Quē admodū Menedemus apud Plutarchū per multos Athenas uenire, studij causa, Principio sapiētes, deinde philosophos, postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Nec alienum fuerit hic nobilem illam Platonis sententiā adscribere, ex libro de legibus primo. τὸ νικᾶμ αὐτὸν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτην ἢ ἀρίστην τὸ δὲ ἢ πᾶσιν αὐτὸν ὑφ' αὐτῶν, πάντων ὄχι σὸν τε ἅμα ἢ κάκιστον, id est, Siquis ipse se ipsum uincat, omnium uictoriarū, tum prima, tum optima est. Rursum ipsum se ipso inferiorem esse, omnium & turpissimū est & ignauissimum,

Mature fias senex.

LIX

Mature fias senex, si diu uelis esse senex. Latinorum prouerbiū, quo monemur, ut integra adhuc ætate, desistamus a laboribus iuuenilibus, ac ualitudinis curam agere incipiamus, si uelimus esse uiuaci, ad diuturna senecta. Nam senectutis fors, ocium & quies. Vsurpatur a Catone maiore apud Ciceronē. Neq; enim (inquit) unq; assensus sum, ueteri illi, laudatoq; puerbio, quod monet mature fieri senē, si diu senex esse uelis. Hoc quāq; Catoni nō p̄bat, homini duro, quiq; sibi nec extrema senecta remittēdis laboribus indulserit, tamē audiendū nobis, maxime, si de uitijs iuuentæ sentias, puta libidine, bibacitate, turbulentia uitæ, quæ nisi qs mature reliquerit, aut nunq; pueniet ad senectam, aut breuem habiturus est senectam,

Senis doctor.

LX

Γέροντ' ἰδ' ἀσκαλος, id est, Senis doctor. Citatur sapicule titulus hic a Nonio Marcello, inter titulos fabularū Varronis, quē dubiū nō est, puerbialem esse, sicuti sunt aliq; pleriq;. Cōuenit in eū, q in re sera, atq; intēpestiua frustra sumit operā. Siquidē, ut est iuuetā docilis, atq; in quē uis habitū sequax, ita senecta intractabilis, tarda, atq; obliuiosa. Proinde Theognis, μή με δίδασκε, οὐτε γὰρ, ἡλικίος ἐμῖ, id est, Ne me doceas. Quippe per ætatē iā sum parum idoneus. Euripides in Bacchis, γέροντ' ἀ παιδ' ἀγωγῆσσω δέγῳ, id est, Senē senex & ipse te erudiuerō. Atq; hic quidem uerius inuentus est in Sophoclis Philocteta. Quem celebrem ac prouerbialem fuisse, testatur Gellius libro Noctium, decimotertio,

Senis mutare linguam.

Cum ad omnē disciplinā tardior est senectus, tū potissimū ad discendā linguā, quæ facultas maxime pueris a natura data est. Quapropter etiā uulgo cōpertissimū, pueros facile quāuis exprimere linguā, cōtra natu grādiōres, aut nō assequi, aut parū feliciter imitari. Inde prouerbiū senis mutare linguam, de frustra, atq; intēpestiue laborātibus. Diuus Hieronymus prælouens in quatuor euangelia, Pius (inquit) labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandū, senis mutare linguā, & canescentē mundū ad initia retrahere paruulorū. Quo significat adultā ætatē ad omnia minus esse tractabilem, q̄ rudes illos, ac teneros annos. Id, quod elegantī metaphora dictū est a Nasone. Quæ præbet latas arbor spatiatibus umbras, Quo posita est primū tēpore uirga fuit. Tunc poterat manibus sūma tellure reuelli, Nunc stat, in immēsum uiribus aucta suis, Quare tunc formandi mores, cū mollis adhuc ætas, tūc optimis assuescendū, cū ad quiduis cereū est ingeniū. Nam postea q̄ annis, iam ceu dirigit animus, & uix dediscimus, quæ perperā didicimus, & quæ nescimus, nō sine maximo negotio nobis inculcant. Neq; hæc dixerim, ut adultiores a discēdo deterreā, cū nulla sit ætas ad discendū sera, sed ut pueros ad discendū studiū acuiam. Ne hoc quidē prætermittendū, q̄ uulgo iactatū. Senex Psittacus negligit ferulam. Adagiij sensus, tametsi per se non est obscurus, tamen magis liquebit ex Apulei uerbis, quæ sunt in libro Floridorum secūdo de psittaco. Quæ rusticū nostrū sermonē cogit amulari. Ferrea clauicula caput tundit, imperiū magistri, ut persentiscat. Hæc ferula discēti est. Discit autem statim pullus, usq; ad duos ætatis suæ annos, dum facile os, uti cōforme, cū inera lingua, uti conuibretur. Senex autē captus, & indocilis est, & obliuiosus, Hactenus Apuleius. His finitimū est, quod uulgo quidē, attamen haudqua q̄ ineleganter dicit, Serum esse, canes uctulos loris assueiaccre.

Cascus Cascam ducit.

LXII

Neq; longe hinc dissidet illud, quod Varro refert libro de lingua latina tertio. Cascus cascā ducit, Quoties similis similit̄ delectat, Vetulus uetulā, deformis deformē, barbarus barbarū, improbus improbū. Nā antiquitus Cascū dicebat, quod nos uetus appellamus, idq; ut autor est idē Varro, Lingua Sabinorū, quæ in oscam usq; linguā radices egerit, qua casnar senex dicitur, eo q̄ Enniū, ut oscæ linguæ peritum scripsisse. Quā primū Casci populi genuere latini, Cascos Latinos, priscos appellat. M. Tullius Tuscu. qua sti. libro primo. Itaq; unū illud erat insitū priscis illis, quos appellat Cascos Ennius. Citat autē Varro adagiū, tāq; a Manilio quodā profectū, q̄ dixerit, nō esse mirū, si Cascū Casca duxisset, quoniā is canoras faciebat nuptias. Vide ē esse iocus in anū uetulo nuptā, allusum q̄ ad uocē Casci, perinde q̄ si deducat a canēdo. Refer tur ibidē Epigrāma Papinij cuiusdā, qd̄ scripserit in adolescentē, nomine Cascam. Ridiculū est cū te Cascam tua Casca dicit. Opinor adolescentem duxisse uetulam, proinde absurdū uideri, quoties Casca, id est uetula, maritū iuuenē, ueluti suo ipsius nomine Cascam uocaret.

Δις διὰ πασῶν.

LXIII

Δις διὰ πασῶν, id est, Bis per omnia. Hoc prouerbio discrimē ingēs, ac longissimū interuallū significabāt. Vnde quæ pugnatissima inter sese uidentur, totoq; dissidere genere, ea Δις διὰ πασῶν inter se discrepare dicebant. Lucianus in Harmonide, και τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτ, δις διὰ πασῶν ἔστι πρὸς ἄλληλα, hoc est, Deniq; iuxta Musicoꝝ prouerbiū, Δις διὰ πασῶν interuallo sese mutuo respiciūt. Idē in Apologia, Ἀλλὰ μοι ἐκείνο ἐννόησον, ὡς πάμπαν τὰ φαινότα διαφέρει, ἐξ οὐκίαν τινος πλεονεξία ὑπόμωδον πρὸς ἐλθόντα δὲ σλένειν, ἢ ἀνέχεσθαι, ὅσα μοί φησι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πρὸς τὸν τῶν ποιητῶν, ἢ ἐξ ὑνάμων πολυθρόνον, ἐπὶ τῷ παρα βασιλέως μισθοφορῆσι δὲ ἐλθῶν δὴ ἢ ἰδίᾳ κατὰ θεὸν ἐκάτ, οὐκ ἐπι-εὐρήσει, ἢ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτ, δις διὰ πασῶν τὸ πρῶγμα, ἢ τοῦτ ἐοικότα ἐλλήλοισι, ἢ βίβλος, ὅσον μόλις ὁ ἀργύριος ἢ χαλκός, ἢ ἀνεμῶν ῥόδου ἢ ἀνθρώπων πύθκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κακῆ, καὶ ταῦτα ἢ τὸ ὑπὲρ ἄλλω τᾷ τῶν, τὸ δὲ πρῶγμα παμπόλλην ἔχει τῆν διαφωνίαν, id est, Quin illud mihi iam cōsidera, q̄ maximo hæc inter sese discrimine distare, uidelicet in opulenti cuiuspiā ædes adscriptū, seruire seruitutē, & ea omnia pferre, quæ libellus ille meus cōmemorat, & publice populi negociū gerentē, & p uirili Remp. administrantē, hoc nomine ab impatore salariū accipe. Age ppende hæc, & utrūq; p se, priuatimq; cōtemplare. Reperies nimirum iuxta illud musicoꝝ prouerbiū, Δις διὰ πασῶν, in negotio discrimē inesse. Et has duas uita ratiōes, tantū inter se cōuenire, quātū affinitatis est plumbo cū argento, ari cū auro. anemona cū rosa, homini cū simia. Nā merces quidē accipitur & illic, quæ admodum hic quoq; & utrobicq; contingit, ut alij subiectus pareas. Cæterum ipsius negociij non mediocris est dissonantia. Hactenus Lu-

f 2

cianus. Adagium, ut is etiam indicauit, ex arte musica mutuo sumptū est. Nā Macrobius cōmētario in somniū Scipionis secūdo, γηγ; spēs harmoniarū cōmemorat, Διὰ πασάρων διὰ πέντε διὰ πασσῶν, διὰ πασσῶν, διὰ πέντε, & διὰ πασσῶν, Ex cōpositis harmonijs διὰ πασάρων & διὰ πέντε constituitur διὰ πασσῶν, cui nominis hoc inditū est, quod absolutā reddat symphonīā, ut mihi uideatur huc etiam illud respicere prouerbiū, quod alio loco commemorabimus, Ἀθανάτωκτω, Similiter Plutarchus, & quicunq; ueterū, uel apud Græcos, uel apud Latinos de musicæ disciplina conscripserunt, Harmoniarū metam figunt in ea, quæ uocatur, Διὰ πασσῶν. Boetius item libro de Musica primo, tradit antiquitus harmonicā rationē, heptachordo duntaxat constituisse, hoc est fidibus septem. Quarum ima ὑπάτη dicebatur summa Νήτη. Deinde alias chordas, ad inscientibus alijs, ita creuit uocum numerus, ut ad duplicatū heptachordum perueniretur. Atq; hic progrediendī finis futurus uidebatur, nisi quod ipsa symphoniarū ratio μέση illam, quæ in heptachordo locum, nomini congruentem obtinuerat, & utroq; ad extremā relata chordam, harmoniam διὰ πασάρων edebat, desiderare uideretur. Hac igitur adiecta, & in suum immissa locum, ad quindecim chordas peruentū est. Quarum extremam alterā ὡροσλαμβανόμενον dixere. Alteram Νήτην ὑπερολοιοῖον. Ita fit, ut μέση utroq; relata reddat harmoniā, διὰ πασσῶν. Rursum extremarū utralibet ad μέση relata, eandem constituat harmoniam. Porro summa relata ad imam, symphoniam reddat, quam uocant, Διὰ πασσῶν. Propterea quod hac, qua dixi, ratione, bis complectatur eam harmoniam, cui nomen, Διὰ πασσῶν. Quoniā autē hac fini constitit harmonica ratio, nec ulterius procedere licuit, tractum est in popularem sermone, ut quæ longissimo discrimine inter se distita essent, ea Διὰ πασσῶν distare dicerent, perinde quasi dicas adeo seiuncta, ut magis seiungi non queant. Cui simillimū illud ἐκ διαμέτρως, id est, ex diametro. Verū quoniam uelut imprudētes, nostriq; pene dixerim obliti, paulo altius musicam ingressi sumus, q̄ operis instituti ratio postulabat, libet obiter & illud subnectere, quod equidem arbitror, nec admodum uulgo cognitum, nec iniucundū scitu fore. Etenim cum hæc meis illinirem commentarijs, forte fortuna superuenit Ambrosius Leo Nolanus, philosophus huius tempestatis eximius, & in peruestigandis disciplinarum mysterijs, incredibili quadam diligentia sollertiq; præditus. Neq; uero mediocriter exercitatus, euoluēdis & excutiendis utriusq; linguæ scriptoribus. Is igitur posteaq; scribentibus nobis interuenisset, recitatis ijs, quæ iam scripseram, Vcreor inquā Ambrosi ne uulgus hoc musicorū, huic adagio nostro διὰ πασσῶν negocium facessat, obstrepatq; , ac prorsum διὰ πασσῶν, a mea discrepet sententia. Quippe qui non dubitarint harmoniarum limitem, uel ad uigesimalium uocis gradum proferre. Quare tu problematum auter, & Musices non modo scientissimus, uerum etiam peritissimus, hoc mihi paucis, nisi molestum est, expedias, uelim. Quā ob causam antiquitas tantopere metuerit ultra decimamquintā chordam, uel tantillum progredi, ut etiā prouerbio res eā iactata fuerit, aut qui factum sit, ut hi necotici non uereantur tanto spacio symphoniarum proferre pomeria, præteritisq; ueterum metis, & quemadmodū dici consueuit, Ἦπερ τὰ ἔσκαμμένα περὶ ὧν τε, nō uereātur etiam ad uigesimali chordam procedere. Ad quæ ille familiariter arridens, Ne tu (inquit) homo es plus satis diligens, ut quem hoc quoq; sollicitum habet, quid cantorum συμπίστα de tuis sentiant adagijs. Quāq; ad propellendas musicorum calumnias, unus ille sat erat clypeus, te uetus adagium referre, id utiq; conueniebat, cum ueterum musicorū, a quibus ductum est, ratione quadrare. Veruntamē, ut tibi magis, q̄ illis, faciam satis, quid ego super hac re uel obseruarim, uel sentiā paucis accipe. Principio quæ res cōmouerit recentiores musicos, ut antiquitatis limites præterierint, ipsi sane uidcrint. At equidem duplicem uideo causam, quam obrem antiquitas in Διὰ πασσῶν consistendū duxerit. Primū quod ipsa natura uideat hanc symphoniarū, ueluti metā præstituisse, quippe quæ modum hunc humanæ tribuerit uoci, ut ad decimūquintū modo gradum intēdat. Ultra quem si quis conetur progredi, nō iam illa uox genuina, sed coacta, factitiacq; , & gannitus magis, q̄ uox uideat. Rursum si nitaris altius eam deprimere, p̄tinus a ratione uocis in screatum quepiam degeneret. Proinde cum ubiq; conueniat artem, quoad licet, naturæ respōdere, nō abs re mihi uident ueteres, iisdem cancellis circumscripsisse rationē artis, quibus natura uocem humanā circumscripserat. Satis erat ad persuadendum hæc, opinor causa, quāq; altera magis utget. Ea est huiusmodi, Scis esse apud Boetiū libro de musica quarto, Harmoniā musicæ, non ratione tantū, uerum & sensu perpendi oportere. Quapropter Ptolemæus apud hūc, quo dixi libro Pythagoricorū quorundā sententiā reijcit, qui in dijudicādis harmonijs plurimū triv-

buerint rationi, minimū sensui, cum dicerent, sensum semina modo quædam cognitionis ministrare, at ratione perfectam constare scientiā. Rursum aristoxeni refellit opinionē, qui plus satis tribuerit sensibus, perpusillum autē rationi, cum musicam harmoniā, ita temperatam esse oporteat, ut neq; sensui ratio refragetur, neq; sensus rationi reclamet. Neq; dissentit a Ptolemao Aristoteles secūdo physicorū libro, negās musicā mere mathematicā esse, sed partim ratione, partim sensibus constare. Quod fieri nequaquā potest, si semel ultra decimāquintā intentionem, hoc est, διὰ διὰ πασῶν, processum fuerit. Nihil autē uetat ratio, quominus uel ad mille simum usq; tonum progrediare, recurrentibus subinde, uidelicet, iisdem harmoniis, quas cōplectitur διὰ πασῶν. Neq; secus hic procedere liceat, quā fit in numeris Arithmetices, ubi non aliter agnoscitur ἡμίολογος, in duodecim millibus & octo millibus, q̄ in quatuor & sex. Ceterum harmoniæ sensus ultra decimāquintam uocem, uelut euanciscit, iamq; non magnopere refert, quæ sit harmoniæ ratio, quā nō approbat sensus, & ideo non approbat sensus, quia non euidenter percipit. Porro quo minus percipiat, interuallum, æquo longius in causa est. Ratio nis uis in immēsum se porrigit. At e diuerso sensus corporis admodū angustis limitibus cohibetur. Quod enim accidit in oculorum sensu, ut si longius æquo semota sint, ea in quæ fertur uidendi uis, obtundat, ac deficiat uisus, eoq; magis deficiat, quo maiore distent interuallo, id multo magis accidit auriū sensui, quippe minus agiliq; oculorū. Iam uero, quod usu uenit sensibus in percipiendis iis, quæ ab iis ueniunt, idem usu uenit animo, per sensum diiudicanti. Si colorem colori propius admoucas, & quemadmodū Græci dicunt, πρὸς τὴν πρὸς τὴν, nonne p̄tinus dignoscit ex collatione ratio, quantū alter ab altero discrepet, aut alteri cum altero cōueniat. Itidem si uocem uoci uicinā auribus exhibeas, incunctanter diiudicant, quæ sit alterius cum altera, uel concordia, uel discordia. Sin plus iusto distitas interuallo, mox incipit anceps esse iudiciū. Porro quemadmodū citius ebetatur aurium sensus, q̄ oculorū, itidem citius obtundit illarū, q̄ horum iudiciū. Propterea, quod altera res ex altera pendeat. Id ita esse nō est, cur pluribus argumentis cōfirmem, cum p̄tinus ipsum experimentū fidem unicuiq; facere possit. Pulsata chordam quapiā in organo, simulq; tange, quæ sit ab hac octaua, statim rationi suffragans sensus, plene percipiet harmoniā, & absolutissimā esse, suo quoq; comprobabit calculo. Rursum pulsata quapiā, simul moue aliam, quæ sit ab illa decimāquinta, statim & percipiet & approbabit sensus symphoniam agnoscens eam, quam paulo ante senserat in διὰ πασῶν. At uero si tacta ima, moueris ab hac decimānonam, nihil quidem obstrepit ratio, quominus eadem sit harmonia, quæ fuerat in διὰ πασῶν cū διὰ πέντε. Verū auris, acceptis uocibus, non perinde percipit harmoniæ rationem. Quod nisi sensus certos quosdam terminos haberet, intra quos certum illius, & exploratū iudiciū sepiret, nihil te uetuerit, si libeat, uel usq; ad χιλιάκις διὰ πασῶν symphoniam procedere. Neq; enim ratio quicq; offenditur numero, modo eandem agnoscat analogiam. Verū corporis sensibus natura suos quosdā limites præscripsit, ultra quos progressi, sensum iam incipiunt quasi caligare, hallucinariq;. Neq; iam certo sicuti solent, sed ceu per nebulam (ut aiunt) ac p̄soniū iudicare. Nō cōueniebat autē, ut cuius incertū esset iudiciū, id ad artis præcepta traheret. At quoniā ultra decimūquintū uocis gradum ueteres intellexerunt euanescere iudiciū aurium, ibi metam harmoniarum figendā esse iudicarunt, ne merito quis illud tuū adagium obijcere posset, ἀφανοῦς μυσικῆς οὐδὲμ ὄφελος, id ē, occultæ musices, nulla utilitas. Iam igitur neoterici, qui contra ueterū autoritatem ultra summam chordam, τετραχόρδου adiecere, ad imam item adiecta una, non perinde flagitium fecissent, si in decimanona chorda, terminassent harmoniarum progressum. Propterea, quod hic ima ad summā relata, si nō auribus, certe rationi perfectam symphoniam representat. Atqui in uigesima, neq; sensus est harmoniæ, neq; harmonia perfecta. Quare nihil est Erasme qd̄ adagio tuo ullam metuas calumniā. Hæc cum mihi, tum argute, tum admodum probabiliter ab Ambrosio meo dicta uiderentur, nec ea quidem admodum aliena a prouerbij ratione, libuit his meis lucubratiunculis adiungere, futurum auctarium, haudquaquā, ut arbitror, ingratum lectori non omnino fastidioso.

Vbi timor, ibi & pudor.

LXIII

Ἦνα δέος ἔνθα καὶ αἰδώς, id est, Vbi timor, ibi & pudor. Prouerbialis sententiā, quæ hodieq; uulgo manet, cui similis illa Terentiana. Omnes deteriores sumus licentia. Et maxima pars hominū formidine fustis a malefactis tēperat. Plato libro de legibus quinto, ἢ δὲ ἀδεια ἀναρχωτίαν ἐνέπεμ, id est, Audacia uero parit impudentiā, ἀδεια autē uocant, cū abest metus.

f 3

Foras Cares, nō amplius anthisteria.

LXV

Θύραζε κάρες, οὐκ ἔτ' ἀνθιστήρια, id est, Cares foras, peracta enim anthisteria, Dici cōsuevit, ubi q̄s semp eadē sibi sperat cōmoda, Aut idem semp licitū fore credit, quod aliquādo p̄ tēporis ratione fuerit pmissum. Veluti, si quis semel exptus cuiuspiā liberalitatē, subinde redeat aliquid muneris pctens. Aut cū pueri pmissam sibi ad tēpus feriandi, ludendiq; facultatē, ultra tēpus prorogant. Originē prouerbij tradūt ad hunc modū. Atheniensibus mensis, quidā anthisterion appellabāt, quod is plurimos flores progigneret. In hoc, festa quæpiā agebant & cōiuiua liberiora. quēadmodū in Saturnalibus, fieri cōsuevit apud Rhomanos, in q̄bus & seruis accūbere licebat, feriatīs interim ab opere. Exactis autē ferijs, cū iam ad solitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebāt heri, foras Cares, nō iam amplius Anthisteria. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenarijs operis quæstum factitaret, uelut omnīū serui quicūq; cōduxissent. Sūt qui dicāt Cares olim Atticæ regionis partē obtinuisse. Atheniēsēs autē cū anthisteriorū solennitatē agerēt, solere Cares in ciuitatē, atq; in domos receptos, ad festi cōmunionē admittere. Deinde pacto solennitatis tēpore, si quos e Caribus offendissent in urbe cessantes, per iocū dicebāt, Θύραζε κάρες οὐκ ἔτ' ἀνθιστήρια, id est, Exite Cares, acta enim Anthisteria. Sonat autē ea uox græca perinde, quasi dicas floralia latine, quorū licētia multorū literis notissima est. Nō diuersum est quod ait Seneca in Ludicro in Claudium scripto, Nō semper erunt Saturnalia. Nam saturnalibus seruis quoq; libertas erat.

Fures Clamorem.

LXVI

Οἱ φῶρες τὴν βοήμ, id est, Fures Clamorem. Subaudiēdū, timent, aut senserūt. Quadrabit in eos q̄ sibi cōsciū, metuūt ne deprehendant. Aut qui pacto maleficio, fugitāt, pauitantq;. Habet autē hoc cū omīs malefacti cōsciētia, tū præcipue furti, ut hominē trepidū reddat, ac lucifugam. Vnde est & in hebræorū sentētijs, impiū uel psequente nullo fugere. Huc allusit Vergilius, Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille, Tityre coge pecus, tu post carecta latebas.

Funiculum fugiunt miniatum.

LXVII

τὸ χοινίον φένγουσι τὸ μεμιλωμένον, id est, Vitant Sinopi collitam restim rubra. Apte dicē, ubi quis pperat officio suo fungi, nō ex aīo, sed ne in multā incidat. Carmen sumptū est ex Aristophane cuius interpres, & itē Suidas huiusmodi ferme cōmemorat. Atheniensīū magistratus, uarijs modis conati sunt efficere, ut populus q̄ maxime frequens, ad contionē uentitaret, obiectis enim repagulis quibusdā, uias reliquas occludebant, quæ nō ducerent ad forum, Tū merces tollebant e mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaret. Deniq; funem parant, rubro colore, quē μίλω, id est, interprete Plinio Miniū uocat, Latini nōnulli Cinabarim appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisq; funiculum effugere. Propterea, quod quisquis colore notatus appareret cōtagio funis, is multam pendere cogebatur. Vnde qui notam metuunt, eos eleganter dicemus, φένγωμ τὸ χοινίον μεμιλωμένον, id est, Fugere funiculum miniatum.

Fortunacior Strobilis Carcini.

LXVIII

Ἐὐδαιμονέστερος καρκίνος στροβίλωμ, id est, Fortunacior Carcini Strobilis, Ironia puerbialis in infelicē & improbū. Carcinus poeta q̄spiā fuit, cuius filij dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γλυκυῆς ἀχίλλος uocat, id est, dulciceruicos. Locus autē sumptus est a nominū allusione. Nam græce Carcinus cancrū Strobili cochleas significant. Vtrūq; genus distortū, ac fœdum.

Festo die siquid prodegeris.

LXIX

Plautus in Aulularia sub persona senis Euclicionis. Festo die siquid prodegeris, p festo egre liceat, nisi pepercēris. Schema puerbiale. Admonet autē, ne in sumptibus solēnibus, ita pfusi simus, ut nō suppetat, quo feramus quotidianos. Nā festi dies uel sacris offerēdis, uel diurnis epulatiōibus, uel ludis in honorē deorū, uel ferijs obseruādis celebrabant. Profesti ad rei priuata, publicæq; administrationē cōcedebant. Accōmodabit non perperā & in eos, q̄ iuuenes rem prodigunt, esurituri senes, quiue intēpestiue pfundunt, postea desyderaturi.

Feles Tartessia.

LXX

γαλῆ ταρτησσία, id est, Feles Tartessia. De magnis & ridiculis dicebatur. Tartessij sunt in Iberia, apud quos feles maxime nasci dicunt. Fortasse non inepte dicetur & de rapacibus. Aristophanes in Vespis, ὦσπέρ με γαλῆν κρέα κλέψασαμ τηροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους, id est, Nūc me uti felem rapta carne, Obseruant gestantem uerua. Item Lucianus, cum ait, Ἀρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, id est, rapaciores felibus, nimirū & ipse feliū significat rapacitatē uulgo notam fuisse,

Ferre iugum.

LXXI

Plautus in Curculione iam ne fert iugū: De puella punctat q̄spiā, num iā p̄tate uirū reci- peret. Id cū significari fatis arguūt ea, quæ sequunt̄, Tā a me pudica est, q̄si soror mea sit. Ho- ratius in Odīs, de puella nōdū uiro matura, nōdū subacta ferre iugū ualet ceruice, uidelicet in dicās, unde ducta sit trāslatio, nimirū a iuueno, cui nōdū suppetūt uires, ut in ducēdo aratro pares opis uices sustineat. Nā & coitus duorū ex æquo negociū est, itidē ut in iugo. Vnde di- ctum etiam coniugium.

Feli Crocoton.

LXXII

γαλή κροκωτόν, id est Feli Crocoton. Subaudiendū, das, aut, addis. Dicit solitū, quoties honos addit̄ indignis, & quos haudquaquē decet. Aut cū dat̄ quippiā ijs, q̄ munere nō norūt uti, Ve- luti siquis a musis alienissimo bellissimū donaret librū. Crocoton uestis genus est rotundæ, ac fimbriatæ, q̄ diuites utebant̄ matronæ. Apud Noniū in dictiōe, Richa, refert̄ inter uestes de- licatas, & Crocoton. Sic eū arbitror legēdū mollicinā Crocotam, chirodotā richam. Ac teste Plutarcho quidā Herculem pingebāt κροκωτοφόρον, Omphalæ seruientē. Sumptū adagiū ab apologo Stratidis, quē alio loco narrauimus. Porro uox hæc γαλή selem ne significet, an mu- stelā, an quē uulgo Catū appellant, quoniam inter eruditos controuersum esse uideo, relin- quo alijs iudicādū.

Mustelam habes.

LXXIII

γαλήν ἔχεις, id est, Mustelā habes. In eū q̄drat, cui om̄ia sunt inauspicata, tāq̄ fatis, ac Dīs ira- tis, ut aiūt. Olim creditū est, hoc aīal inauspicatū, infaustūq̄ esse, ijs q̄ haberēt, domiq̄ alerent, ut nō admodū dissideat ab illis, equū habet Scianū, & aurū habet Tolosanū. Vnde nūc etiam apud q̄sdā gētes, nominatim apud Britānos, infelix omen habet̄, si cū parat̄ uenatio, aliq̄s mu- stelā nominet, cuius etiā occurfus uulgo nūc habet̄ inauspicat̄. Adagiū refert̄ a Diogeniano.

Fastuosus Maximus.

LXXIII

κομπὸς μάξιμος, id est, Fastuosus Maximus. In eum dicebatur, qui sibi plus fatis arrogaret in sapientia. Sumptum a moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodice placentis. In nonnullis exemplaribus inuenio κομπᾶς μάξιμος, Græcis κόμπους arrogantiam, insolentiamq̄ significat. unde κομπῆρ ἢ κομπάζερ. Vnde & Euripides γλώσσης τε κόμπουι, id est, Linguæq̄ fa- stus. Recensetur & hoc in Diogeniani collectaneis.

E multis paleis paulum fructus collegi.

LXXV

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν σιωπήγαγον, id est, Ex multis paleis parum fructus collegi, id est, multo labore nō multum emolumentū sum cōsecutus. Translatū ab excussoribus tritici.

Oportet remum impellere, qui didicit.

LXXVI

Ἄε κώπηρ ἐλαίνεμ μαδόντα, id est, Oportet remum impellere, eum, qui didicerit. Vnūquēq̄ decet eam artem exercere, quā antea doctus sit. Refertur a Plutarcho in cōmentariolo, cui ti- tulus, οἱ διδάκτῃ ἢ ἀφετῇ. Idem admonet Horatianū illud in arte poetica. Ludere qui nescit campestribus abstinet armis. Indoctusq̄ pilæ disci ue. Trochi ue quiescit. Ne spissa risum tollant impune coronæ, Qui nescit, uersus tamē audet fingere. Quin & hodiernis tempo- ribus huiusmodi uulgo iactat̄ adagiū. Qui lusus nō nouit legem, abstineat.

Ex ipso boue lora sumere.

LXXVII

Ἐκ τοῦ βοῦς ῥυεῖ ἱμάντας λαμβάνεμ, id est, Ex ipso boue lora sumere dicunt̄, q̄ quo lædūt quēpiā, id ab ipso quē lædūt, accipiūt. Veluti siqs uersibus incesseret eū, a quo carminis cōponēdi rati- onē didicisset. Aut tyrānus pecuniā extorqueat a ciuib⁹, qua satellitiū ad opprimēdā ciuitatē alat. Metaphora sumpta est ab agricolis, q̄ lora ceddūt e bouū tergoribus, q̄bus boues uinciunt, Plutarchus in cōmētario, cui titulus, οἱ οὐκ ἐσι ζῆρ ἡδέως. τί ἂν λέγοι τις ἀρκεί γὰρ ἢ φύσις φθί σαρ- κὸς ὑλκῆ ἔχουσα νόσῳ ἐμ̄ εαυτῇ, ἢ τοῦτ̄ δὴ τὸ παρῶμενον, Ἐκ τοῦ βοῦς, τοῦς ἱμάντας λαμβάνουσα, τὰς ἀλκῆ δόνας ἐκ τοῦ σώματος, id est, Quid igit̄ dixerit q̄spiā. Satis est ip̄a corpis natura morboꝝ mate- riā in sese cōtinēs, ac iuxta qd̄ ioco dici solet, tāq̄ ex ipso boue lora sumēs, ita ex ipso corpe do- lores.

Ex uno omnia spectā.

LXXVIII

Ἐξ ἐνὸς τὰ πανθ' ὄρα, id est, Ex uno omnia spectā. Vergilius item. Et crimine ab uno Disce om- nis. Admonet adagiū, ex unius euentus experimento, reliquorum similitum coniecturam oportere facere. Refertur a Suida.

Ex aspectu nascitur amor.

LXXIX

Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν εἰ γίγνεται ἀνθρώποις ἔρᾶμ, id est, Amor ex uidendo nascit̄ mortalibus. Senarius p- metribialis admonēs, oculos amore potissimū conciliare. Non enim amat̄ incognitū, ex conu-

Et oritur amor mutuus. Et oculi præcipue sunt ad amandū illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et in his aiunt poetæ Cupidinem excubantē sua iacula mittere. Maro uelut indicauit adagium, cum ait. Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Rursum in Georgicis, Vritq; uidendo foemina. Item apud Terentium, Cherea uisa dūtaxat uirgine, q̄ impotenter cœpit ardere. Iuuenalis prodigij loco refert, de cæco amante, qui nunq; uisâ flagrabat amore puellæ. Legimus philosophos quosdam, & inter hos Democritū, sibimet oculos ademisse, tāq; omniū malarum cupiditatum autores. Quapropter piorum hominū est, meminisse, haud quaq; esse tutum uidere, quod non licet concupiscere. Prouerbij meminit Diogenianus.

E sublimi me derides.

LXXX

Αφ ὑψηλοῦ μου καταγελάσ. E sublimi me derides. De eo qui cum fastu rident quempiā, ac despectim. Translatū ab ἴης, qui ex edito loco uerba faciūt. Vnde & despiciere dictū a latinis pro cōtēnere, qđ quisq; in eminenti loco est, is ueluti tutior negligit eū, qui stat, in humiliore loco.

Extra lutum pedes habes.

LXXXI

Εκ τῶ πηλοῦ πόδας ἔχεις, id est, Extra lutū pedes habes, hoc est, emeristi e periculo, aut extra periculū cōstitutus es. A uiatoribus sumptū. Simile illi, ἐξω βέλος, id est, extra iaculum. Et in luto dicuntur hæsitare, qui molestis inuoluuntur negocijs, unde se nequeant explicare.

Ex umbra in solem.

LXXXII

Ex umbra in solem educere, Est rem prius abditam & ociosam in publicum & in cōmunē uitæ usum educere. Translatum ab athleticis, quibus mos, solis & pulueris patientia, confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in umbra latitare. Venustius fiet, si ad animi rem torqueatur, ueluti si quis dicat philosophiam a Socrate ex umbra in solē esse productā. Exempla passim apud scriptores obuia.

Excubias agere in Naupacto.

LXXXIII

φερῆσαι ἐν ναυπάκτῳ, id est, Excubare in Naupacto. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubijs, custodiæq; præfectū interfecerūt, autore Theopompo. Vnde res in iocū uulgi uidef ab ἴης, aduersus eos, q̄ pereūt ignauia sua, aut q̄ munus odiosum, ac plenū discriminis administrant. Refert a Zenodoto. Naupactus aut Aetoliæ ciuitas, quā tum Philippus obtinebat.

Deuotionis templum.

LXXXIII

Ἀρεῖς ἱερῶν, id est, Execrationis templum, in eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti consueuerunt. Qui mos nunc uulgo plerisq; plurimū improbandus, ut nihil dicant, nisi diras admisceant deuotiones, & impræcamina, uel ipso horrenda auditu. Erant autem antiquitus etiam publicæ quædam detestationes, uelut apud Athenienses, in eum, qui uiam nō monstrasset erranti, in quarum locum christianis successit ea, quam uocant excōmunicationē. Idē deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius, & Horatius in Odis, Diris agam te, dira de præcatio, nulla expiatur uictima. Prouerbiū refertur a Diogeniano.

Expertes inuidentiæ musarum fores.

LXXXV

Αφθονοὶ μυσῶν θύραι, id est, Candidæ musarū ianuæ. De is dicitatū, q̄ literaturā suā candide, libenterq; impertiūt alijs, & ad docendū prompti, p̄pensiq; sunt. Neq; male cōgruet etiam in dociles, iuxta id, qđ alibi cōmemorauimus, ἀνεωγμένα μυσῶν θύραι, id est, Aptæ musarū ianuæ.

Eurybatiçare.

LXXXVI

Εὐρυβατέομαι, id est, Eurybatiçare, est improbis uti moribus. Eurybat⁹ ex Cercopibus unus fuit, insignitæ improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pseudomāte, ὑπὲρ τοὺς κέρκωπας ὑπερ τὸν εὐρύβατον, ἢ φρυωνίδαμ, ἢ ἀριστόδημον, ἢ σώστρατον, id est, Ultra Cercopas, ultra Eurybatū aut Phrynondā, aut Aristodemū, aut Sostratū. Neq; uero unus dūtaxat huius nomis fuit, infamis uersutia, morūq; improbitate. Nā & Ephesius quidā Eurybatus fuit, qui cū a Cræso cū multa pecuniarū uī missus esset, ut exercitū cōtraheret, ad Cyrum, defecit, ut autor est Ephorus. Alij malunt ad Eurybatum referre, qui fuisse perhibetur alter ex Cercopibus, ut dixi. Duris ad Eurybatum refert Vlyssis socium. Nicander prodidit Eurybatum quendam Aeginensem fuisse longe uersutissimum, scelestissimumq;. Neq; uero defunt, qui dicāt hoc nomine fuisse quempiam, astutia singulari. Is cum deprehensus, captusq; seruaretur, custodes in conuiuio, animi causa iusserunt, ut ostenderet, quibus nam modis consueuerit domos cōscēdere. Cumq; illum initio reuuentem, scilicet tanq; inuitus facturū esset, rogarent instantius, ac uix tandem persuasissent, ille aptatis spongij, ac stimulis, ferreisq; retinaculis, quas ἐγκνεῖν ἄσας Græci uocant, parietem cœpit conscendere. Porro suspectantibus illis & artificij nouita-

tem admirantibus, Eurybatus prehensio laqueari per tegulas aufugit, priusq; illi domum circumire potuerint. Atq; hunc ad modum delusis custodibus periculum euasit. Meminit huius & Eustathius in primum Iliados, admonens eam uocem ambigue pronuntiarī *Εὐρύβατον* & *Εὐρυβάτην*, dictam autem, *ἔξ' ἀτὸ εὐρυβάτην*, quod late grassaretur. Itaq; peculiariter cōueniet in eum, qui deprehensus, arte quapiam elabatur.

Faciunt & Sphaceli immunitatem.

LXXXVII

καὶ σφάκελοι ποιοῦσι μὲν ἄτελέα, id est, Faciunt & Sphaceli immunitatem. Athenis celebratū, prouerbium, de his, qui quouis prætectu, quod uolunt assequuntur. Natum aiunt, ab euentu huiusmodi. Pisistratus Tyrannus, decimas exigebat ab Atheniensibus, eorum quæ in agris prouenissent, Itaq; cum aliquando obambulare, uideretq; senem quendam, in saxis quibusdam hoc est loco petricoso laborantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respōdēs, dolores, inquit, & sphacelos, atq; horum decimas exigit Pisistratus. Porro Tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Atheniensibus remisit. Ea res in uulgi sermone abiit, etiā sphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articularum, quidā ossium tabē. Theophrastus libro de causis plantarum quinto, demonstrat & plantarum radicibus uitium accidere, quod ab hominū morbo *σφακελισμός* appelletur. Adagiū recensetur a Suida.

Et meum telum cuspidem habet acuminatam.

LXXXVIII

Ipsissimā prouerbij speciem habet, quod scriptum est apud Homerū Iliados. r. sub Hecctoris persona, *επειὴ ἢ ἐμὸν βέλος ὄξυ πάροιδε*, id est, Telum quādo meum quoq; cuspide acuta ē. Recte utemur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, uerum non deesse tamen, quocumque nocere. Cui simile Vergilianum illud, Et nostro sequitur de uulnere sanguis. Item illud apud Quidium, Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.

Ignauī uertitur color.

LXXXIX

τοῦ κακοῦ ἔεπετη χρῶς, id est, Ignauī uertitur color Plutarchus in Causis naturalibus problemate, quamobrem polyus colorem mutet, hoc tanq; prouerbio iactatum adducit, *διὸ ἢ λέλεκται τοῦ μοῖ κακοῦ ἔεπετη χρῶς*, id est, Ignauī uertitur color. Nā id accidit in metu, ut uultus exalbecat, maxime timidus, uidelicet sanguine ad uitalia refugiente.

Ad consilium ne accesseris ante, q̄ uoceris.

XC

μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθης, πρὶν ἢ κληθῆς, id est, Ad consilium ne accesseris prius, q̄ uoceris. Hæc sententia, quæ nunc nomine Catonis celebratur, prouerbialis fuisse uidetur, uel Plutarcho teste, cuius hæc uerba sunt libro, *συμπριακῶν* primo, *απρε, μὲν δὲ μὲν ἔφη ἢ παρομιώδης μελέλαος, ἔγχε σύμβουλος ἐγέετο μὴ παρακεκλημῆς*, id est, Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est, non accersitus. Nisi quis mauult hæc ad illā referre parœmiam, *ἀκκλησιεὶ δειλοὶ ἀπαθῶν ἐπὶ δαίτας ἴοντες*, quod alias referemus.

Iucundissima nauigatio iuxta terrā, ambulatio iuxta marc.

XCII

Plutarchus primo symposiacon libro, ueluti uulgo iactatum citat, *πλοῦς, μὲν ὁ παρὰ γῆν, πρὶν εἰς πὰρθε, δὲ ὁ παρὰ θάλασσαν ἡδύς*, id est, nauigatio iuxta terram, rursum ambulatio, quæ fit iuxta mare iucundissima est. Recte, torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus ita demū esse iucundissimum unūquodq; si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur. Veluti si in libris nō nihil cruditionis aspergas, rursum in studijs aliquid ludicrū admisceas. Simillimū est huic, quod ex Philoxeno poeta citat idem in cōmentario, quem inscripsit, quomodo sint audiendi poeta. *τῶν κρεῶν τὰ μὴ κρέα ἡδύς ἐστὶ, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες*, id est, Ex carnibus, quæ carnes non sunt iucundissima, item ex piscibus, qui non sunt pisces. Itidē philosophia admixta poetatis magis delectat, & poesis admixta philosophiæ magis capit animum,

Quem fortuna pinxerit.

XCIII

ὄμ τύχη μελαναγράφει, τοῦτο δὲ πᾶς χρόνος δύνεται λευκάναι, id est, Quem fortuna nigrum scripserit, hunc non uniuersum auri candidum reddere potest, hoc est, cui fortuna refragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedit. Allusum est ad nigros & albos calculos suffragiorum. Recensetur in collectaneis Apostolij.

Cupidinum crumena porri folio uincta est.

XCIII

ῥεῖσας φύλλω τὸ πῶν ἐρώτων δέδετη βαδάντιον, id est, Porri folio amorum uincta est crumena. Refert eodē in loco, quæ mō citauimus. Sed præstat ipsi⁹ uerba subscribere, *ὁ δ' ἄμ τις μάλινα θάνατος φείδωλός ἀνὴρ ἢ μικρόλογος ἐμπεσῶν ἐς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀνεθείς ἢ μαλαχθείς, ἄπ*

αλός καὶ ὑγρός ἢ ἠδίων ὥστε τῆσι τὸ παζόμενον μὴ πάνυ φαίνεται γελοῖον, ὅτι πρᾶσον φύλλω τὸ τῶν ἐρώτων δ' ἔδειγθ' ἐαλάττιον ἐλέχθη δὲ καὶ ὅτι τῶν μεθυστῶν τὸ ἐρεῖν ὁμοίον ἐστὶ πρὶν γὰρ θερμὸν ἢ ἱλαρὸν, ἢ διακεχυμένον, id est, Quodque uel maxime miret aliquis, uir parcus et sordidus, simulac in amore incidit, Non aliter, quam igni impositum ferrum, fit mollior, ac tener, lentus ac suauior, ut non usquequaque deridiculum uideatur illud quod ioco populari dicitur, cupidinum crumenas porri folio uinctas esse. Dicitur est autem ob eam causam, quod amor ad similes sit ebrietati. Reddit enim calidos & hilares & effusos. Plutarchus itaque sentire uidetur prouerbiū alludere ad porri naturam cuius uis est, calefacere, ciere urinam, irritare Venere, mouere menses, & alium inflare, quemadmodum docet Dioscorides libro secundo. Suidas ostendit, hoc adagium dictum, de his, qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuque indulgent. Quemadmodum solent in comedijs amantes. Plutarchus in libello quem inscripsit, ἐρωτικόν, hoc quoque inter ceteras Cupidinis siue amoris laudes commemorat, quod e sordido splendidum, e parco liberalem, e tristis ciuilem, e timido audacem reddit hominem. Proinde cupidinis oculi porri folio uincti dicuntur, quod facile soluantur, uel quod admodum fragile sit porri folium, uel quod huius generis uis, soluere corpus, ac mouere.

Qui mori nolit ante tempus.

XCVIII

Athenæus in sermōibus cōiuiualibus de Sybaritis huiusmodi refert puerbiū, ο βολόμενος ἐν συβάρι, μὴ πρὸ μοίρας ἀπθανεῖν, οὔτε δυνόμενον, οὔτε ἀνίχοντα τὸν ἥλιον ὄραμ δέει, Hoc est, qui non uelit apud Sybaritas ante diem fatalem mori, cum haud oportere solē conspicere, nec occidētem, nec orientem. Hoc ideo uulgo iactatum scribit, quod Sybaritarum ciuitas in humili loco, ac uelut in conualle sita fuerit, ut aestatis tempore mane pariter, ac uesperis, frigus immensum sentirent, meridie intolerandum ardorem.

Barbæ tenus sapientes.

XCV

Ἐκ πρώτων σοφοί, ἢ ἀπὸ πρώτων σοφισαί, ἢ ἀπὸ πρώτων φιλόσοφοι, id est, Barbæ tenus sapientes, & sophistæ, & philosophi, Sic appellabantur, qui præter barbam & pallium nihil haberent philosophi. Vsurpat aliquoties apud Plutarchum in Sympliciis. Huc alludit Horatius, cum ait, Iussit sapientem palcare barbam. Lucianus item subinde iocatur in philosophorum, τὸν βαδύην πρώτων, id est, profundam barbam. In Eunucho Bagoas ait, si philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudem ablaturos. Similiter Martialis. Propēdet mēto, nec tibi barba minor. Recte torquebitur in hos, qui uniuersam uitam sanctimoniam, non in anio, neque in moribus, sed in cultu constituent.

Inter lapides pugnabant, & lapidem capere non poterant.

XCVI

Plutarchus quartæ Decadis sympliciæ, primo problemate, ἰδὼν δὲ τὸ παζόμενον ἅμα τῶν φίλων τὸν νέον ἄριστον χρώμενον, ἄλλου δὲ μηδενὸς δέόμενον, ὡς ἡράκλεις ἔφη, τούτῳ ἄρα ἢ τὸ λεγόμενον ἔμ δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δὲ οὐκ ἢ ἀνελέωθ', id est, Vbi uero uideret ministrum puerum, una cum Philone, uten tem pane, neque præterea quicquam requirentem, Pape, inquit, hoc nimirum erat illud, quod uulgo dici solet. Saxa oppugnabant, neque saxum uincere quibant. Dicitur apparet de uita, maiorem in modum laboriosa, parcaque. Sumpta metaphora, uel ab oppugnatione cuiuspiam arcis in præruptis rupibus sita, aut a cultura agri petricosi, & ob id præter immodicos sudores non multum fructus adferentis suo colono.

In alio mundo.

XCVII

Ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ, tanquam in alio mundo. Schema puerbiale est, quo nunc etiam uulgas utitur. De his qui longe lateque dissident a moribus aliorum, aut quibus, omnia noua uidentur. Aut qui longe distiti sunt a patria. Plutarchus in sympliciis, τὸ δὲ ἢ ἑλλήνων γένος ἔκφυλον ὅλως ἢ ἄποικον ἢ μὴ ὡς περ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονότων ἢ ζώντων, id est, At Græcorum genus, prorsus alienum, ac peregrinum a nobis, uelut in alio quopiam mundo natorum, ac uiuentium. Non dissimili figura dixit Horatius in odis, Quid terras alio calentes sole mutam. Et Macrobius in præfatione saturnalium. Nisi sicubi nos sub alio ortos caelo, latinæ linguæ uena non admittet. Cum enim caelum sit omnibus commune, figuratum sit, necesse est sub alio caelo nasci. Et de cæpis Elysijs apud Vergilium, Solemque suum, sua sidera norunt. Suum dixit, tanquam a nostro diuersum. Item Claudianus, Sunt altera nobis sidera, sunt orbis alij, lumenque uidebis purius. Rursum Vergilius in Bucolicis. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Solet autem hoc usu uenire plerisque mortalibus, ut si quando noui hospites in regionem longule a suo nido distitam peruenerint, nihil non horreant, non stupeant, non admirentur, perinde quasi in alium delati orbem.

Piscis repositus.

XCVIII

Ἀποκείμενος ἰχθύς, id est, Repositus piscis in prouerbiū abesse uidet, aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in delicijs erant. Et prudentis est e cibis semp aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem. Nec Achillem Homericū imitari, ad quē cum accedunt oratores, aut Priamus, domum inanem ac famelicam offendunt. Videtur aut sic effendum adagium, τὸν ἀποκείμενον ἰχθύμ, οὐ δεῖ εἶς τὸ μέσον ἔλκειν, id est, Piscem repositū, nō oportet in medium retrahere. Plutarchus in symposiacis, ἐγὼ δὲ γελάσας ἐκείνον δὲ εἶπομ ὧ, ἔταίρι πρὸς ἐκ φθι παροιμίας ἀποκείμενον ἰχθύμ οὐχ ἔλκόμενον ἐς μέσον, μετὰ φθι πυθαγορικῆς χοίνικος. At ego ridens. Quin illum in cō, de quo, puerbium fertur, repositū piscem, qui in medium nō trahitur una cum Chœnice Pythagorica. Licebit accommodare, ad sermonē, aut fabulam, per se non admodum uenustam, quæ tamen iteretur non sine tedio.

Non est eiusdem, & multa, & oportuna dicere.

XCIX

χωρὶς τὸτ' εἰπεῖν πρὸς τὰ καίρια, id est, Sciūnta sunt hæc multa & apta dicere. Senarius p uerbij uice celebratus, admonet uitandā multiloquētiā, quod fere labi necesse sit, quisq; multum loqui conetur. Extat & in Hebræorum, puerbījs, in multiloquio non abesse peccatum.

Psaphonis aues.

τάφωνος ὄρνιθες, id est, Psaphonis aues. Vbi q; noua quapiā arte famā captat, ut cū alijs subornat, a quib; laudet, eiufq; ueluti dicitur encomia, quibus apud uulgus celebrari uelit. Narrat in Lybia fuisse quēdā noie Psaphonē, qui diuinitatis opinionē affectās, q; plurimas aues coepit uocales, & humani sermonis dociles. Eas sonare docuit, hæc uerba, μέγας θεὸς ψάφων, id est, Magnus Deus Psaphon, Atq; ita doctas emisit in mōtes. At illæ quæ didicerant, canebāt, ac reliquas itē aues eadē sonare docebāt. Porro Lybes cū ignorarēt cōmentū, credētes id diuinitus accidere, Psaphoni rē diuinā facere instituerūt, ipsūmq; in deorū numerū retulerūt.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA TERTIA.

Aut regem aut fatuum nasci oportet.

Anneus Seneca uir amœnissimi, ut Tacitus ait, ingenij, quod quidē uel ex eo liquet libello ludico, quem scripsit in Claudium cæsarem (Nam is nuper in Germania nostra repertus, in lucem emerit) huiusmodi refert adagiū, i eo de quo modo diximus opusculo. Aut regem, aut fatuū nasci oportet. Sed præstat ipsius uerbis ascribere. Ego, inquit, scio me liberum factum, ex quo suū diem obiit ille, qui uerū prouerbiū fecerat, aut regem, aut fatuū nasci oportere. Rursum in eodem libello. Occidit in una domo Crassum magnum, Scriboniam, Bassioniam, Assarios, nobiles tamē Crassum uero tam fatuū, ut etiam regnare posset. Iterum alio in loco, obscurius quidē, sed tamen eodem alludit in carmine, Abrupit stolidæ regalia tēpora uitæ. Iam si uere scripsit Hesiodus, nō omnino de nihilo esse, quod populari sermone celebra, fortassis haud abs re fuerit uestigare, quæ res huic prouerbio dederit occasionem, quod duo tā dissimilia, nempe regem & fatuū ita cōiungit, ut utrūq; alteri simillimū uideri uelit. Præsertim cum hæc sit peculiaris regū laus, solaq; uere regia, sapiētia, prudentia, uigilantia, cæteros antecellere. Cōsentaneū est igit priscos illos reges, maxima ex parte insigni stulticia præditos fuisse, id quod partim e poetarum fabulis, partim ex historiographorū monumentis licet cognoscere. Siquidē Agamennonē suū Homerus, & hunc imitati Tragici, ambitiosum potius q; cordatū faciūt. Quid autem stultius, q; unicæ filiæ crudelissima cede, Imperatoris mercari titulum? Quid ineptius q; p barbara puellula tā iuueniliter digladiari, ut quod suos amores retinere nō posset, Achillem sua spoliaret amica, nec id sane sine summo totius exercitus discrimine. Tum autem, q; incepte stomachatur Achilles orbatu suis amoribus, q; pueriliter deplorat apud matrem. At hunc unum nobis poeta, uelut absolutum egregij principis exemplar, pposuit. Ad hæc, q; nō sapienter indignat Ajax. Quā seniliter delirat Priamus, dū Helenam, pstituta pudicitia mulierculam amplectens, ac filiam appellans, negat se pœnitere belli, in quo tot clades accepit, tot orbatu liberis, toties luctu funestatus, ne Paris non potiretur amica. Quid multis? Tota Ilias, q; est lōga, nihil aliud, q; (quod eleganter scripsit Horatius) Stultorum regū & populorū cōtinet iras. Quāq; & Odysea suos habet procos & Alcynoos, crassos & stupidos. Quin & Herculem ipsum robustum faciunt & animosū, sed ebetis crassiq; animi. Iā Hesiodus, quē nonnulli uolunt antiquiorem Homero esse, principes δωροφάρου, ac νηπίου, appellat. Opinor quod & parum sapienter in administranda republica, & opibus, p fas nefalq; cumulandis in

hiarent, potius quàm omnibus populi commodis. Cuiusmodi fingunt & Midā illum, ob animi stoliditatem, alininis auriculis insignitū. Et haud scio an huic pertineat & illud, quod Prisci theologi nimirū poetæ, sapientiam Apollini tribuunt ac Palladi, Iouis decorum & hominū monarchiæ, fulmen dūtaxat trifidum, & nutum illum ac supercilium, quo totum olympum tremefacit relinquunt. Alioquin quis nepos, quis Balatro unquam nugatus est nugacius, aut nequius nequam fuit, quàm hic cui regnum mundi dederunt: Technis fallit uxorē, nunc cygnus nunc taurus, nunc aurum factus, insidias struit mulierculis. Subornat Ganymedes, ac cælum nothis implet. Ad eundem modum Neptunū & Plutonē feroces & inexorabiles fingunt, sapientiam non tribuunt. Sed ut ad recentiores ueniamus historias, et missas faciamus fabulas, quid tandem cordis fuisse credis Cræso Lydorum regi, si modo talis fuit, qualem depinxit Herodotus, qui gemmis & auro congesto fretus, Soloni indignabatur, quod sibi felicitis cognomen non tribuerit. Aut quod fingi stultius potest Xerxe, cum ad Athum montem legatos mitteret, cumque contumeliosissimis ac minacissimis literis territaret. Cū Hellesponto mari certum plagarum numerum infligi iuberet. Neque uero minus regaliter desipuit, Alexander ille magnus, cum abdicato patre, Iouis filius saluari gauderet, dum uino certaret, dum in conuiujs ab adulatoribus, ut deum adorari sese pateretur, dum queritur hunc orbem suis uictoribus angustum esse, & Oceanum ingressus, alios quærit mundos, quos expugnet, ut ne commemorem interim, Dionysios, Ptolemaeos Iulios, Neronem, Tyberios, Caligulas, Heliogabalos, Commodos, Domitios, quorum alius sibi dei nomen uindicauit, cum esset hominis uocabulo indignus, alius se totum assentatoribus deridendum propinauit. Alius ambitione præceps uniuersum orbem insanissimis rerum tumultibus concussit. Sed ego, iure, uidear ineptus, qui catalogum hunc ingrediar, & aquam, ut aiunt, quæram in mari. Quin omnes potius & ueterum et neotericorum annales euolue, nimirum ita cõperies uix sæculis aliquot unum aut alterum extitisse principem, qui non insigni stulticia maximam perniciem inuexerit rebus humanis. Siquidem princeps, aut magno totius orbis malo stultus est, aut magno omnium bono sapit, tactus periclitari est lædere, quàm prodesse, et citius serpit uel peruat potius, perniciem, quàm utilitas. At nunc uidemus nonnullos principes, quiduis expetere potius, quàm id quod unum principis uocabulo dignos reddit, & stultam plæbecculam omnia potius suspicere in regibus, quàm id quod solum erat requirendum. Iuuenis est, isto pacto spiritum commenda sponsæ, non principem reipublicæ. Formosus est. Recte hoc nomine laudetur socii. Bonis est lacertis, aut lateribus, præbe dixisti, si laudas Athletam. Robustus est, & tolerans laborum. Isto titulo calones ac lixæ commendantur. Multum auri congestum habet. Fœneratorum diligenter prædicat. Facundus est, sic admiror sophistam. Belle canit, belle saltat. Histrionum ac tibicinum laus ista est, non regum. Inuictus est bibendo (Nam hac quoque laude ueteres delectari sunt principes) apte, si spongiam mihi laudas. Procerus est, & ab humeris inter omnes eminent, præclarum, si quid ex alto detrahendum sit. Iam illa, scite ludis alca, scite laterunculis, laus est cum infimis nebulonibus communis, ac pudenda principi. Omnia congeras, cultum, aurum, gemmas, imagines, ab Hercule deductum genus, aut si mauis a Codro Cecrope ue, nisi percutus mihi narras longe a uulgi stulticia semorum, liberum a sordidis humilium rerum cupiditatibus, a falsissimis multitudinis opinionibus, non audio laudem rege dignam. Neque enim temere diuinus ille Plato scripsit, non aliter felices fore reipublicas, nisi si aut philosophis committeretur imperium, aut quibus imperium contigisset, philosophiam sequerentur. Porro philosophiam sequi, non est pallium, aut peram circumferre, barbam demittere. Quid igitur? Ista quæ uulgi stulte miratur contemnere, de rebus longe secus sentire, quàm hominum multitudo sentit. Nec uideo qui fieri possit, ut qui putet sibi licere quicquid libet, qui diuitias ut magnum quiddam admiretur, qui pro imperio quoduis etiam ius iurandum uiolandum putet, qui inani rapitur gloria, qui pudenda seruiat libidini, qui mortem uehementer horreat, salutarem principem agere possit. Ac primum quidem est recte de singulis iudicare, propterea quod infectis opinionibus, ceu fontibus, unde omnes uitæ sciantur actiones, omnia propter gerantur oportet. Proximū est, ut abhorreant a turpibus, ferantur ad honesta. Nam uera sapientia non solum complectitur ueram cognitionem, uerum etiam studium & amorem honesti. Siquidem liceat fortassis inuenire, qui precipiat bellum sine graui rerum humanarum pernicie suscipi non posse, nec esse tantum ueterem aliquem & obsoletum ditionis titulum, uerum impellit ambitio, ut omnia misceat armis. Et est fortassis, qui uideat, hinc maximam reipublicæ pestem nasci, quod ad gerendos magistratus asciscuntur, non qui prudentia, rerum uel uitæ integritate, plurimum prodesse reipublicæ

possit, sed qui maxima pecuniæ summa licentur, uerū huc p̄trahit avaricia, ut neglecto publico malo, filici negocium agat. Et non deest, qui intelligat principis esse munus, ut sicut ab omnibus accipit uectigal, ita omnium cōsulere rebus, præsidere in iudicijs, excludere maleficia, magistratus obseruare, corrigere leges inutiles. Verū ab hoc studio, reuocāt uoluptates, p̄ quas non est ocium curis p̄ncipe dignis uacare. Est qui sentiat se plurimū prodesse posse reb⁹ mortalium, uerum id quidē non sine uitæ discrimine. Hic deseret rempublicam, quisquis existimabit, infelicissimū esse mori. Proinde primū omnium principis animus omnibus erroribus liberandus est, ut p̄spiciat, quid uere honestū, quid uere gloriosum, quid uere magnificum. Deinde instillandū turpitudinis odium, & amor honesti, quo uidelicet p̄spiciat, quid principē deceat, & nihil expetat, nisi quod sit bono ac salutari principi dignū. Ut honestū ubi sit uideat, & hoc uno metiatur omnia, nec unquē ab hoc aberret scopo. Atq; hanc uocant sapientiam, qua necesse est, ut princeps tāto ceteros antecellat mortales, quanto dignitate, opib⁹, ornatu, potētiāq; antecedit. Atq; utinam saltē Christiani principes omnes, sapientissimū illum regem imitent, cui cum daret optio, quicquid uellet ab eo, qui nihil nō præstare poterat, nihil aliud optauit, q̄ sapientiā, & eam sapientiā, qua populū sibi cōmissum recte gubernaret. Atq; idem quæso, quod aliud inculcat suo filio, q̄ amorē ac studium sapiētīæ. Eodem spectat, quod Aegyptij simulachrū p̄ncipis ita representabant, ut oculū pingerent cum sceptro. Nimirum quod oculus in corpore, id uerus p̄nceps in republica. Quod sol in cælo, id p̄nceps in populo. Sol oculus mundi, princeps oculus multitudinis. Quod animus in homie, id princeps in ciuitate. Animus sapit, corpus obtemperat. Et imperat quidem animus corpori, sed corporis bono, nec sibi gerit regnū ueluti tyrannus, sed ei cui præsidet. Deniq; dei moderantis uniuersa, salutaris p̄nceps, uiuam imaginē refert. Atq; eo magnificentior est princeps, quo p̄pius ad Archetypū sui formam accessit. Deus nihil non p̄spicit, nihil non sentit, nullis corrumpitur affectibus. Ita potentissimus est, ut idem sit optimus. Omnibus benefacit, etiam indignis. Non punit nisi raro, idq; coactus. Nobis administrat hunc mundū, non sibi. Hoc illi præmij loco est, si p̄fuit. Contra quod pestilēs est princeps, is cacodæmonis simulachrū, ac uicem reddere uidetur. Aut non sapit, aut si sapit, in publicam p̄niciem sapit. Quod habet potētiā, in reipublicæ pestē abutitur. Et cum plurimū noceat omnibus, plus tamen uult nocere, q̄ possit. Nihil est bono rege præclarior, nihil melius, nihil deo propius. Rursum nihil malo principe foedius, nihil peius, nihil cacodæmoni similis. Numen quoddam est princeps salutaris. At nulla belua nocentior tyranno. Tyrānus est autē, quisquis sibi gerit imperium, quocunq; noie pingat aut sculpatur. Nō est nostrū de summis proceribus ueluti p̄nunciare, sed tamen cogimur, nō sine suspirijs, hāc quā dixi sapientiā, in Christianis principibus desyderare. Alioqui, unde tot rerum nouationes, tot, toties ic̄ta & rescissa fœdera, tam crebri tumult⁹, tot strages, tot pugnae, tot minæ, tot dissidia, nisi a stulticia p̄ficiscuntur. Et haud scio an aliqua huius mali pars, nobis ipsis sit imputanda. Clauū nauis non cōmittimus, nisi eius rei perito, quod quatuor uectōrū, aut mercū sit periculum, & rempublicam, in qua tot hominū milia periclitantur, cuius cōmittimus. Ut auriga fiat aliquis, discit artem, exercet, meditatur, at ut princeps sit aliquis, satis esse putamus natum esse. Atqui recte gerere principatū, ut est munus omnium longe pulcherrimū, ita est oium & multo difficillimū. Deligis, cui nauim cōmittas, nō deligis cui tot urbes, tot hoim capita credis. Sed esto receptus est, q̄ ut cōuelli possit. Nascuntur principes, & cuiuscūq; fors fauerit, siue p̄bus sit ille, siue improbus, siue stultus, siue sapiens, siue sanus, siue motæ mentis, modo si guram habeat hominis, ei summa rerum credenda est. Huius arbitrio, mūdus bellis & cædibus miscebitur, sacra ac p̄phana omnia p̄turbabunt. Sed ea res si minus mutari potest, proximum tamē erat, diligenti institutione succurrere, & si non licet idoneū imperio deligere, enitēdū est, ut idoneū impio faciamus eū, quemcūq; fortuna nobis dedit. Videmus qua sollicitudine, qua cura, qua uigilantia, paterfamilias educat puerum, unius fundi dominū futurum. Quanto igitur maiori cura instituendus est is, qui uel magno omnium bono, futurus sit bonus, aut magno omnium exitio malus. Et de cuius unius nutu salus aut p̄niciēs pendeat orbis. Quibus de cretis, quibus philosophiæ præceptis, hoc pectus erit præmuniendū, non solū aduersus tantas rerum tempestates, quæ solent in ciuitatibus exoriri, uerū etiā aduersus fortunæ indulgentiā, quā arrogātia & stulticia fere solet comitari, aduersus delitias, quibus uel optima natura corumpi possit, multo maxime uero aduersus adulatorū pestiferas assentatiōes, & illud uenentissimū Euge, quod illi tum potissimū occinunt, cum princeps insanit maxime. Hic mihi iam

tum infantulo adhibendus erat artifex quispiam egregius. Non enim recte fingitur princeps nisi cum se nōdum intelligit esse principem. Statim inquam asciscendus formator, in quo deligendo conueniet & hoc esse diligentiores, quod principem deligere nō licet, instituere licet. Hic mihi in pectusculū adhuc uacuū ac sequax, instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis, oñdat discrimē ueri principis ac tyranni, subiiciat oculis, quæ deo propinqua res est, salutaris rex, quæ tetra belua, quæ abominanda tyrannus. Admoneat cum qui sibi gerit imperiū, non reipublicæ, prædonem esse, nō principem, nihil interesse inter pyratas & principes pyratarū animo præditos, nisi quod hi, quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt prænciem rebus humanis. Inculcet, quæ multis hominū milibus, imo quæ uniuerso mundo prædesse queat, si is unū sapientem ac bonū præstiterit uirū. Doceat, apud Christianos homines imperiū nihil aliud esse, quæ reipublicæ administrationē, non dominiū. Imperiū quidem appellari, sed meminerit se impaturū, & liberis, & Christianis, hoc est bis liberis. Ad hoc ut princeps sit aliquis, non satis esse natū fuisse, nō satis esse uetustas imagines, non sceptrū, non diadema, Animus sapiētia præcellēs, animus pro publica incolumitate semp̄ sollicitus, & nihil spectans, nisi cōmune bonū, principem facit. Præmoneat, ne sese uel applausibus stultæ plebeculæ, uel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulsu, odij, amoris, iræ, aut ullius affectus instinctu. In creandis magistratibus, in condendis legibus, in cæteris munijs, unicū tantum spectet scopū, nempe honestum, et publicā utilitatem. Nō satis esse, si ipse nemini faciat iniuriā, officialiū quoque suorum integritatē præstandā esse principi. Non esse sitam in hoc principis laudem, si ditionis terminos præferat, si finitimos submoueat armis, uerū si quam forte nactus est ditionē, iusticia, frugalitate, cæterisque pacis artibus efficiat florētiorē. Doceat, ut ad benemerendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilis, ad puniendum non aliter accedat, quæ amicus medicus, membrū deploratū amputaturus, aut inulturus, ut omnia studiosè uitet, unde prospiciat reipublicæ magnum malū fore. Sup̄ omnia uero, bellū modis omnibus declinet, quod alijs e rebus, alia atque alia mala nascuntur, at bellum uniuersum malorum agmen semel effudit. Hæc atque huiusmodi decreta, sunt animo puerili, sapientū apophthegmatis & laudatorum principum exemplis infigenda. At nūc uidemus uix ullos homines educari uel corruptius, uel indiligenti, ijs, quos tanti refert omnium quæ optime institutos fuisse. Infans hic orbi impaturus, stultissimis mulierculis cōmittitur, quæ adeo nihil instillant in animū illius principe dignū, ut etiā si quid recte moneat præceptor, aut si suapte sponte uidetur ad mansuetudinē propensior, dehortent, & principē, hoc est tyrannū agere doceant. Denique nemo non blanditur, nemo non assentatur. Applaudunt præceres, obsecundant ministri, adulator & præceptor, nō hoc agens, ut patriæ salutarem reddat principē, sed ut sibi magnificā paret fortunā. Adulatur & Theologus, quem uulgo confessorem uocant, episcopatū aliquē aucupans. Assentant magistratus, assentant, qui colludunt, qui cōuiuunt, ut rectissime dixerit Carneades, a regibus nullā artē recte disci, præter artem equitandi. Propterea quod solus equus, quoniā non sentit principis ac plebi discrimen, nescit adulari regi, sed excutit, quicumque is fuerit, qui non apte norit insidere tergo. Statim docetur fastū, docetur arrogantiam, admonetur licere quicquid libet. Audit omnes omnium possessiones esse principis, principem esse superiorem legibus, In pectore principis omnē legum & consiliorū mundū esse reconditū. Audit sacras maiestates, serenitates, diuinitates, terrestre numen, & huiusmodi magnificos titulos. In summa dum adhuc puer est, nihil aliud discit ludere, quæ tyrannidē. Mox rapitur ad puellas, inuitant, laudant, inseruiūt omnes. Hic adest æqualiū effœminatissima turba, nullus risus, nullus sermo, nisi de puellis. Sub hæc alea, choreæ, cōuiuia, citharæ, discursus. In his ætatis, optima pars cōterit. Quod si quādo liberat literis oblectare ocium, legunt aniles fabulæ, aut his prænciosiores historiæ. Ex his animus nullo præmunitus Antidoto, imbibit admirationē & zelū, ut Græci uocant, alicuius pestilentissimi ducis, puta Iulij cæsaris, aut Xersis, aut Alexandri magni. Atque in his ipsis quæ pessima sunt, maxime placent. Ab his impetus demētes, ab his exemplū pessimū sumūt. Pone nūc, si placet, Ingeniū non delectum e multis, quod oportuit, sed qualecūque contigit. Pone tam corruptam educationē, quæ uel Aristidis ingeniū posset corrumpere. Pone tot adulationis uenena, pone delicias, quibus male cōuenit cū sapientia, pone uoluptates, pone fortunæ splendorem, pone potestatem, pone ætatem ferocem, & suapte sponte procliuem ad pessima. Sup̄ omnia pone pectus falsissimis infectum opinionibus. Et miraris si hic ab his, pfectus rudimentis ad gerendam rempublicam, parum sapienter administrat. Sed iuuenis est, inquiunt, sapient aliquid

rerum usu. At principem non oportet esse iuuenem, etiam si iuuenis fuerit. Et cum misera est omnis prudentia, quæ colligitur usu rerum, tum in principe miserrima est. Nimio cōstabit rei publicæ principis sui prudentia, si gerendo bello, discet bellū rem esse, modis omnibus fugiendam. Si nō prius intelligat, magistratus integris uiris esse cōmittendos, quæ improborū temeritate rempublicam labefactatā cōspexerit. Nec est cōmittendum, ut sicuti qui cithara discunt canere, prius quæ artem assequant, citharas aliquot obterunt ac pdunt, quemadmodum scripsit Xenophon, ita princeps reipublicæ pncie, discat rempublicam administrare. Nō mirum igitur siquādo uidemus euenire, ut præpostere res geratur, nimirum ut cum affectus e corpore orti, ab animo coherceri debeāt, ab animo pturbationes pfiscātur in corpus, ut oculus minus pspiciat, quæ reliquū corpus, ut omnibus noxius sit ac pestilens, qui dei uicem gerēs, omnibus debuit esse salutaris. An nō uidemus egregia oppida, a populo condi, a principibus subuertit? Rempublicam ciuiū industria ditescere, principū rapacitate spoliari? Bonas leges ferri, a plebeis magistratibus, a principibus uiolari, populum studere paci, principes excitare bellum. Hæc opinor dederūt occasionem adagio, quod retulimus, a quo quidem nescio quo pacto longius sumus digressi, sed iam ad id redimus. Dicitur est igitur, Aut fatuum aut regem nasci oportere, quod huiusmodi ferme fuerint Barbari reges apud ueteres, quorum utinā nostræ tempestatis pncipes sint dissimillimi. Nam & fatuis ob inopiam mentis omnia pmittuntur. Et regibus ob potentiam omnia laudi quoque tribuunt. Possumus & de pari regū ac fatuorum felicitate dictum interpretari, quod regibus quicquid uolunt, fortuna suppeditet. Fatui uero nō minus felices sint, sua philautia, p quam sibi putant nihil bonarū rerū deesse. Porro p uerbiū apud Rhomanos natum uidetur, apud quos regis cognomen erat inuisum ceu barbarū ac tyrannicū, & pugnās cum publica libertate, quam illi uel in pmissum sectabantur.

Minutula pluuia, imbrem parit.

II

τεκάδες ὄμβρον γενῶσαι, id est, Minutæ guttulæ imbrē pariētes. Quoties res initio pusilla crescit in maius. Quemadmodū apud Plautū. Nunc in te cadūt folia, post cadēt arbores. Quare in minutis uigilandū, ne paulatim incidamus in maxima incōmoda, admonētē puerbiali senario. Εἰ μὴ φυλάσσεις μικρὰ πλεῖε τὰ μείζονα, id est, Maiora pdes, parua ni seruaueris.

Citra uinum temulentia.

III

Αἰνος, μέδμη, id est, Ebrietas absq; uino. Theophrastus, ut testatur in symposiacis Plutarchus τὰ κερεῖα αἰνον μέδμη ἐκάλει, id est Tonstrinas, ebrietatē absq; uino uocabat. Propterea quod illic desidentur, sermonibus ita temulenti redderent, ut nō aliter effutirēt quicquid esset in animo, quæ inter pocula solent ebrii, uoces interdū p temulentia effutiētes p iugulum, ut ait Plini⁹, redituras. Horatius insolentia ebrietatē appellat, Dulciq; fortuna ebria. Vulgo panaria ebrietatē appellant, arrogantia licentiamq; morum, quæ secundis rebus comes esse cōsueuit. Et est hæc quidem nō paulo periculosior illa, quā uinum adduxit. Siquidē uini æstus pauculis horis, aut etiam somno deferuescit. Hæc multis in omnē usq; uitam durare cōsueuit.

Palmam ferre.

III

Palmā ferre, & palmā tribuere, & palmā præripere, & his cōsimiles oratiōes, tametsi ppter frequentem usum simplices esse uideantur, tamē puerbiali schemate dictæ sunt. Necq; enim palma p se uictoria significat, sed arborem, ἐμπεδόφυλλον, id est ppetuo uirentē frondibus, quā Græci φοίνικα uocant. Cur autē ab hac potissimū sumpta sit metaphora, illud arbitror in causa fuisse, quod (quemadmodū in cōiuiualibus quæstionibus refert Plutarchus) hæc una fuerit cōmunis omniū sacrosæ certaminū corona, cū alioqui singuli ludi peculiare quæsdā arbores, aut herbas haberēt, quibus uictores insignebant. Veluti laurum, oleam, myrtum, apiū. Præterea sunt, qui putēt hanc arbore initio Phœbo sacrā fuisse ante laurū, & antiquissimū uictoris insigne fuisse palmā, nō aliā quampiā arbore. Quamobrē autem hæc arbor potissimū delecta sit ad eum usum ab antiquis, Aulus Gellius causam reddit libro noctium Atticarū tertio, capite sexto, scribens arbori palmæ peculiare quiddam inesse, quod cum ingenio fortium uirorū cōueniat. Nam si super eius (inquit) lignū magna pondera imponas, ac tam grauitur urgeas, one resq; ut magnitudo oneris sustineri nō queat, nō deorsum palma cedit, nec infra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruatq; huiusq; tam stupendæ rei citat auctores, Aristotelem in septimo pblematum libro, & Plutarchum in octauo Symposiacorū. Et Plutarchi quidem uerba super hac re reperi in eo, quem Gellius citat libro, φοίνικος γὰρ ξύλον, ὃν ἄνωθεν ἐπιθειῖς βαρυπιέζει, οὐ κάτω θλίβόμενον ἐνδ' ἰδωσίμ, ἀλλὰ κυρτῶται πρὸς τὸναντίον, ὡς ἀντιστάμε-

g 2

νον τῷ βιάζομένῳ τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοῦ ἀθλητικῶν ἀγῶνας ἐστὶ, τοῦ μὲν ὑπὲρ ἀδινείας καὶ μαλακίας εἰκονταῖς αὐτῆς πιεῖσαι κάμπτοντες· οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπερμύοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ ἀδύονται, id est, Nam palmæ lignum, si super imposito pondere grauius premas, haud deflectitur deorsum, uerum in contrarium curuatur, perinde quasi resistens oncri uim facienti. Atq; hoc ipsum accidit in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatem, animiq; molliem cedunt illis, eos deflectunt. At qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, uerum etiā animi prudentia prouehunt, atq; augent. Idem affirmat Plinius, libro decimosexto, capite. xliij, Pondus, inquit, sustinere ualida, abies, larix, etiam in tranuersum positæ, robur, Oleæ incuruantur, ceduntq; ponderi, ilia renitunt, nec temere rumpuntur, priusq; carie q̄ uiribus deficiunt. Et palma arborum ualida, in diuersum enī curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur. Idem affirmat Theophrastus libro de plantis quinto. Hoc uirilis animi robur, cum palmæ genuina uī, congruens Vergilius scite descripsit, cum ait, Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Quā tua te fortuna sinet. Nec abhorret hinc Horatianū illud, Duris ut ilex tonfa bipēnib⁹. Nigræ feraci frondis in Algido Per damna per cedes, ab ipso Ducit opes, animūq; ferro. Nō hydra fecto corpore, firmior, Vinci dolentem creuit in Herculem, Mōstrumue summisere Colchī Maius Echioniaæ Thebæ. Merces, profundo pulchrior euenit, Luctere, multa prouet integrum Cum laude uictorem, geretq; Prælia coniugibus loquenda.

Relinque quippiam & Medis.

V

Λεπέτι καὶ μηδῶν id est, Reliquū facito aliqd & medis. Prouerbialis iocus, in eos, qui ex conuiuio nihil reliqui faciūt, aut qui facultateis uniuersas abliguriunt. Plutarchus in Sympotiacis, καὶ μὲν μὲν οὐκ οὐκ, βοιωτῆς τὸ, λεπέτι τὸ ἐν μηδῶν, διὰ σώματος ἐσμ, ἐξ οὗ μηδῶν τὴν πεφωκίδα καὶ τὰ ἔχοντα τῆς βοιωτίας ἄγοντες καὶ φέροντες ἐπέτεχον, id est, Nobis qd̄ Bœotis illud in ore est. Relinque quippiam & Medis, Ex quo Medi, & Phocidē ipsam, & extremos Bœotiaæ terminos icursarūt, oia uexantes, miscentesq; populationibus. Subijcit aut, quod etiā hodie uulgo dicitur, Λεπέτι καὶ ξένοις ἐπελδοῦσιν, id est, Relinquito quippiam & hospitibus aduēturis. Adagiū ad uarios usus trahi potest, aut p̄ ironiā, aut si dicas diuiti, indignis & sumptuosis hæredib⁹, suas opes destitanti relinquere. Relinque quippiam & Medis, hoc est comparce tu, quod dissipent ἢ, qui tibi male uolunt. Aut immodice profuso, aut intemperantius garrulo, quemadmodum in Phormione Terentius, Parce sodes, ut possis cum illa.

Deorum manus.

VI

θεῶν χεῖρες. Deorū manus, olim p̄ ironiā, ut opinor, dicebant̄ efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebus, & e longinquo petitis conficiunt̄, quibus hodie, tum medicī, tum pharmaca capolæ uulgo faciunt imposturam. Plutarchus quarta Decade, τῶν συμποσιακῶν, simul & prouerbium refert, et Erasistratum citat, huiusmodi medicorum mixturas improbantē. Ἀλλὰ πρὸ μαλλον ὅτ̄ ἂν μιν γινόντες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξίφάρμακας ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὀνόμαζον, ἔρασι σφαιρῶν δὲ ἐλέγχον τὴν ἀσπίαν ἐπιπεργίαν, ὁμοῦ μεταλλικὰ, καὶ βοτανικὰ, καὶ κερικὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς, καὶ θαλάσσης εἰς τὸ αὐτὸ συσκευρανούσας. καλὸν γὰρ ταῦτα ἐάσαντες ἐν πίσσανη καὶ σκυά καὶ υδρελαίω τὴν ἰατρικὴν ἀρελπεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πικίλον ἔξοχα καὶ γοκτενέ τὴν ὄρεξιν, id est, Quin multo magis, cū regales illas, & efficaces uariorū remediorū mixturas cōficiunt, quas deorū manus appellarūt. Erasistratus autē cogit absurditatē, & curiositatē corū, qui simul & metallicā, & herbaria, & ferina, quæq; terra gignit, quæq; mare, in unū cōmiscuerūt. At bene haberet, si his omisissis in pitifana & cucurbita & hydrelæo medendi artem finisissent. Verum per Iouem, ip̄a rerū uarietas, imponit nobis, & appetentiā illicit. Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagi Galenus, tractatu sexto, citās ex Trophilo. Libet obiter & C. Plinij uerba hoc loco subscribere, quibus huiusmodi medicorum mixturas taxat. Ea sunt in præfatiōe libri uigesimiquarti. Hinc (inquit) nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia, parata uulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus uiuimus. Postea fraudes hominū, & ingeniorū captura, officinas inuenere istas, in quibus sua cuiq; homini uenalis pmittitur uita. Statim cōpositiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia, atq; India in remedio æstimantur. Vlcereq; paruo medicina a rubro mari imputatur, cum remedia uera quotidie pauperrimus quisq; cœnet. Nam si ex horto aut petatur herba, uel frutex quaratur, nulla artium uilior fiet. Hactenus Plinius.

Quot homines, tot sententiæ.

VII

Nihil uel hodie uulgo tritius est, q̄ hæc Terentiana sententia. Quot homines, tot sententiæ.

Cui similis est apud eundē & illa, Suus cuiq; mos est. Persius item, Mille hominū species, & rerū discolor ulus. Velle suū cuiq; est, nec uoto uiuitur uno. Eodē p̄tinet & illud epigrāmaticum, quo dictum est inueniri, qui non reculent agris paternis cedere, qui uelit ingenio cedere, reperiri neminē. Horatius decentissimā addidit allegoriā. Tres mihi cōiuiæ p̄pe dissentire uident̄. Poscentes uario multū diuersa palato. Idem primā omniū Odam, hui⁹ arguimento sententiæ conscripsit, alijs studijs alios duci, alijs alia cordi esse. Allusit facetissime Terentius in Phormione, cum e tribus aduocatis primus ait, secundus negat, tertius deliberandum censet. Huc alluisse uidetur & diuus Paulus ap̄olus, cum admonet, ut ad præcludendam æmulationē, sinamus unumquēq; in suo sensu abūdare, Eam sententiā Euripides in Phœnissis latius explicuit, εἰ πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ, σοφὸν θ' ἄμα οὐκ ἦν ἀμφιλέκτες ἀνθρώποις ἔρις. Νῦν δ' οὐθ' ὁμοιοῦ οὐδέμ οὐτ' ἴσον βροτοῖς. Πλὴν ὀνομάσσει, τό δ' ἔργον οὐκ ἔσι τόδ' εἰ, id est, Cunctis idem si pulchrum & egregiū foret, Nulla esset anceps hominibus cōtentio, At nunc simile nil, nil idē mortalibus. Nisi uerba forsan inter istos concinunt, At re tamen, factisq; conuenit nihil. Idē in Hippolito coronato, Ἄλλοισι μ' ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μὲλ' εἰ, id est, Hic his, hic illis, & homo cordi ē & de⁹. Huc respexit Homer⁹ in Odisse. ε. Ν. Ἄλλος εἴ τ' ἄλλοισι μ' ἀνὴρ ἐπιτέρεσσε ἔρισι, id est, Namq; alijs aliæ res, arridentq; placentq;.

Eum ausculta, cui quatuor sunt aures.

VIII

Inter Græcanicorū prouerbiorū collectanea refertur, Ἀκουε τῶν τεσσάρων ὄτα ἔχοντος, id ē, Eū ausculta, cui quatuor sunt aures. Huius adagionis, huiusmodi quoddā interpretamentū adfert Zenodotus, Oraculo quondā fuisse responsum. Entimo Cretensi & Antiphemo Rhodiensi, ut eum obseruarent, cui quatuor essent aures. Is autē erat prædo quidā Phœnix, quē cauedū esse monebat oraculū. Porro, quod quatuor aures habere dictus est, non satis liquet, uere ne habuerit, an per allegoriam sit accipiendū, quod quatuor locis exploratores habcret dispositos. Verum illi, cum Dei responsum, tanq; ridiculū negligerent, in prædonem inciderunt, atq; ab eo sunt extincti. Itaq; ex hoc euentu, uulgo natum esse parœmiā existimāt. Sed mihi magis arridet, quod idem ex Aristophane grāmatico refert. Lacedæmonios Apollinis simulachrū ita solere fingere, ut quatuor haberet aures, & man⁹ totidē. Vel quod (ut autor est Sosibius) hac figura uisus sit illis apud Amyclas pugnantibus. Significabāt, ut equidē cōiicio, uiro prudētī, res q̄ plurimas, tum audiēdas esse, tum usu uitæ periclitandas. Porro creditū est antiquitus, nulla oracula fuisse certiora, q̄ Apollinis. unde iactatum etiam illud, τὰ ἐκ τριπέδος. Atq; ita monet prouerbiū audiendos esse illos, qui diuturno complurium rerum usu, præ cæteris sapiūt, ita ut fere faciūt senes. Vnde & apud Homerum laudatur Nestoris oratio, tanq; omniū auditu dignissima, & in Odyssæa secūdo libro, Aegyptium Heroa senem primo loco loquentē facit. οὐδ' ἦ γήραϊ κυφὸς ἔμ, Ὁ μύρια ἦδ' η, id est, Qui iam incuruus erat senio, sed plurima norat. Eodem spectauit Euripides in Phœnissis, ad quem locum allusit Lucian⁹ in Hercule Gallico, id quod obiter admonendum putauī. Propterea, quod is dialoγus inter multos alios a nobis latinus est factus, & allusio nō nihil habet tenebrarum, sed carmen poctæ referā. Ὁ τέκνον, οὐχ' ἄπαντα τῶν γήρα κακὰ ἐπὶ κλέεις πρόσσειμ, ἀλλ' ἡμωερίᾳ ἐχθ' ἵ λῆσαι τῶν νεῶν σοφώτερον. Verba sunt locaste iam anus, ad Eteoclem adulescentē filium. Ea nos sic uertimus. O Girate Eteocles cūcta nequaq; mala Ad sunt senecte. Nam per experientiā Vsumq; rerum, dicere, haud nihil, rudi Potest iuuenta melius, ac prudentius. Idem nunc uulgus nostratum effert, subfordida quidem, sed tamen apta metaphora, cum aiunt prospectandū, uetulo latrate cane, hoc est, nequaq; negligendum quoties senes, periculum cauendum admonēt, canes enim uetuli, non latrant temere, quemadmodum iuenculi.

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli.

IX

Αἰὶ γὰρ εὖ πῆσισι οἱ θεῶν κύβοι, id est, Semper cadunt fœliciter tali Iouis. Senarius est puerbio celebratus, diciq; solitus in eos, quibus res omnes, p̄petuo quodā fortunæ fauore, ex animi sententiā cederēt. Apparet translātū a talorum iactu, ubi fortassis antiquitus obseruatū est, Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus alearū, omnis causā, Deorū, aut hominū nomina præfari. Vnde & Veneris iactus inter felices numerat̄. Vel puerbio teste, si sæpe iacies aliquando Venerē iacies. Nisi malumus ad Iouis uictoriā, Iunonilq; uictæ fabulā referre. Sūt qui putent quadrare in eos, qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue non sinente culpā inultā. Mihi uidet̄ non absurde dici posse & in uiros fortunatos, ac præpotētes, quorū etiam parum recte factis, applaudit̄. Attestate uersu, puerbiali, οὐδ' ἐνόλωσ πῆσισι αἰ λαμπραῖ

τύχῃ, id est, Quā facile semp̄ res cadunt potentiū. Ab hac sententiā nō abhorret illud Euripi-
dis in Tragœdia, cui titulus phœnissæ πάντα δ' ἐνπερὶ θεοῖς, id est, Sunt cuncta Dñs procliuia.
Tum illud Homero frequens, θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται, id est, Cœlestes omnia possunt.

Thessalorum cōmentum.

X

Θεσσαλῶν σόφισμα. Thessalorum cōmentū uarias ad res accōmodari scribit Suidas, tum ad
eos, qui in acie locum deserunt, tum ad illos, qui cultu delicatiore utunt̄, tum ad hos, qui dolis
quempiā circūueniunt. Natum aut̄ arbitrant̄ ex huiusmodi quapiā historia, Arato Thessalo
cuipiam, oraculo respōsum est, Caueret ne clanculū uinceret̄ ab ijs, qui maiore, splēdidioreq;
uoto, oraculū aduerlus ipsum ambirent. Quod ille simulatq; audiuit, uotū nuncupat, se centū
hominū capita Deo sacrificaturum. Deinde postea ἵβ̄ ea, quorū gratiā uenerat ex animi sentē-
tia cōfecisset, uotum, ac sacrum, p̄soluere sine fine cunctabatur, tanq̄ neq; piū satis, neq; di-
gnum Apolline. Qua quidem ex re natū aiūt, ut postea quotannis Hecatomben ei Deo pol-
liceri sint soliti, neq; reddere tamen, quod essent polliciti, Thessalorum fraudulentīā notat &
Euripides in Phœnissis, καὶ πως νοήσας ἐπεκλήσ τὸ θεσσαλῶν εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὀμιλίᾳ χθονός. Idē
alibi, πολλοὶ παρήσαν, ἀλλ' ἄπιστοι θεῖοι, id est, Multus quidē aderat, lubrica tñ fide grex Thessa-
lorū. Idem declarat Demosthenes in Olynthiaca prima, εἶτα τὰ τῶν θεσσαλῶν, ταῦτα γὰρ ἄπιστα
μὲν ἦν δὲ πρὸ φύσει καὶ ἄτι παῖσι ἀνθρώποις, id est, Accedunt (inquit) ad hæres Thessalorum, Quæ
p̄fecto cunctis quoq; mortalibus natura, semp̄q; infidæ fuerunt. A quibusdam sic refertur
hoc adagium, Αἰ γὰρ τὰ τῶν θεσσαλῶν ἄπιστα, id est, Semper enim res Thessalorum infidæ. Ari-
stophanis enarrator, ab Iafone natum p̄uerbium existimat, quod Medcæ promissam fidem
solucrit, quod quidem illa illi exprobrat apud Ouidium in Heroidum epistolis.

Thessalorum alæ.

XI

Θεσσαλικὰ πῆμα, id est, Alæ Thessalicæ. Prouerbiali ioco quondā dicebat̄, in uestes mani-
catas, quas Græci χίτροδωτὺς uocāt, quod hoc genere per luxum, ac delitias uterent̄ Thessali.
Apud Maronē hoc amictus genus, tanq; parū uirile Troianis ab hostib⁹ opprobrat̄. Et tunc
cæ manicas, & habent redimicula mitræ. Et apud Plautū quidā cultu punico, uelut auis exoti-
ca ridetur, p̄pter manicas, aut angulos alarum instar, utrinq; p̄pendentes, atq; extantes.

Thessala mulier.

XII

Θεσσαλικὴ γυνή, id est, Thessalica mulier, in ueneficas, malarūq; peritas artiū dici solitum. Pro-
pterea quod ea gens, præter ceteras hoc nomie notata est, id quod ex Apuleiano Asino, pluri-
busq; scriptoribus alijs satis liquet. Vnde Horatius in Odis, Quæ saga, quis te solucere Thessa-
lis Magus uenenis, quis poterit Deus? Eam superstitionem in Thessalos a Medcæ profectā
existimant, quæ cum illac fugeret, per aerem uecta, scriniolū ueneficij, ac magicis herbis ple-
num deiecerit, eaq; sparia suppullulasse.

In sinu gaudere.

XIII

In sinu gaudere, est tacitam apud se uoluptatē sentire, neq; quod uulgo faciūt, foras p̄ferre
gaudij notas. Tibullus. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Propertius item, In tacito cohi-
be gaudia clausa sinu. Idem. Alter in alterius mutua flere sinu. De amātibus dictum, qui secre-
tas animi curas inuicem effundunt, quas alijs cælant tamen. Cic. Tusculanarum quaestionū li-
bro. v. Quoniā hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Plinius
Cecilius libro. ij. epistola prima. Quibus ex causis necesse est, tāq; in maturā mortem eius in
sinu tuo defleam. Atq; ea quidem loquēdi figura uidetur ab Homero sumpta mutuo, qui in
Odyssæ. xxij. libro sic ait, Ἐν θυμῷ γρηὺ χαῖρε καὶ ἴχθεο, id est, In tacito longcua sinu preme gaudia
nutrix, perinde dictum est in sinu, quasi dicas in pectore tuo, non in labijs, aut fronte, quibus
partibus uulgo confueuit proderc, quid in animi penetralibus occultat.

Feras non culpes, quod uitari non potest.

XIIII

Aulus Gellius scribit, Publij Mimi sentētiā aliquot, ad cōmunē sermonem accōmodatissī-
mas, uulgo circūferri solitas. Equibus hæc una est, quouis philosphorū dogmate salubrior.
Feras nō culpes, quod uitari nō pōt. Quibus uerbis admonemur, ut mala fatalia quæ nulla ra-
tiōe possint, neq; declinari, neq; p̄pelli, saltē animi æq̄tate leniāt. Nec aliud, tacti uerbis alijs
docet Euripides in Phœnissis, cū ait, Δεὶ φέρειν τὰ τῶν θεῶν, id est, Tolcrāda fata numinū. Idē in
eiusdē Tragœdiæ calce, τὰ γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνήσκου ὄντα δ' εἶ φέρειν, id est, Mortalē enī necesse est
tolerare fata numinū. Homerus Odyssæ libro nono, Νοῦσθμ γ' οὕτως ἐστὶ θεῶν μεγάλη βλάβος, id
est, Nulli fas uitare malū ex loue rege p̄fectū. Huc pertinet & illud scitum Varronis dictum,

Vxoris uitium, aut tollendum esse, aut ferendum. Item adagium, quod suo dicemus loco, μή προς κέντρον λακτίσαι, id est, Ne contra stimulum calcitres.

Sursum uersus, sacrorum fluminū feruntur fontes.

XV

Prouerbialis allegoria, qua quippiā praeponere significamus legitimasque rerū uices inuerti, quod genus sit, si puer senem admoncat, discipulus praecceptore docere conetur, seruus imperare domino. Sumptum est adagium ex Euripidis Medea. *Ανω πταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παύται και δίκη, κη πάντα πάλιμ σρέφ: η Ανδράσι μὲν δόλαι βαλαι, δεῶν δὲ οὐκ ἔτι πίσις ἄκρε,* Quibus uerbis chorus indicat, pristinum rerum ordinē inuerti, uiros iam dolis muliebribus uti, neque manere, pmissis, cōtra mulieres, audere uirilia. Vsurpat hanc paræmiā Lucianus in Terpsione, Vbi haeredipeta delusus Plutonē inculsat, quod ipse iuuenis adhuc, morte praereptus esset, supstite senē, quē captauerat, idque cōtra naturalem ordinē, *Ανω γῆ πταμῶν τοῦτό γε,* inquit, Sursus idē in Apologia libelli, *περι τῶν ἐπι μιθῶ σωόντων. πολλὴ γοῦν ἢ διαφωνία τῶν νῦν βίῃς πρὸς τὸ σύγγραμμα κη τὸ ἄνω πῦ πταμοῦ χωρεῖν κη ἀνεσφάθαι τὰ πάντα κη παλινοδῆν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτο ἔστιν.* id est, Longe (inquit) lateque a scriptis tua nūc dissidet uita. Iamque illud, quod aiunt, accideret, ut sursum uersus incedāt flumina, cunctaque piter inuertent, atque in deterius recantent, Vsurpat & Diogenes Laertius in uita Diogenis Cynici, narrās, quē admodū Diogenes, ubi p inde quasi dominus esset, nō seruus, hero suo mandaret, ut quod erat iussus, faceret, atque ille, p uerbio respōdisset, *Ανω πταμῶν ἱερῶν.* Atqui si medicum (inquit) agrotus, esses aere tuo mercatus, utrum illi monenti pareres, an istum ad modū responderes, *Ανω πταμῶν.* Vsurpat & Aristoteles in Meteorologicis. Eodem allusit Vergilius in Aeneide, cum ait. Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas. Vbi Seruius admonet subesse prouerbiū de re, neque uerisimili, neque cōsistente. Flaccus in Odis sic extulit. Quis neget arduis Pronos relabi possit riuos, Mōtibus, & Tyberim reuertī Cum tu coemptos undique nobiles Libros Paneti, Socraticam & domum, Mutare lorice hiberis Pollicitus meliora, tendis? Item Ouidius in Heroidū epistolis, Cum Paris Oenone poterit ispirare relicta Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua. Xanthe retro prope, uersaque recurrere lymphæ Suisinet Oenonen deseruisse Paris, Item Propertius, Fluminaque ad caput incipiunt reuocare liquores.

Ad felicem inflectere parietem.

XVI

Aristophanes in comœdia, cui titulus Rana, bellissimū usurpat adagium, quod utinam in lictis duntaxat extaret, non etiam in omnium prope mortalium uita. *ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρῶς ὅσι νοῦν ἔχοντες κη φρένας, κη πρὸς ἀπειρωλ: κόρος μετακυλινοῦν αὐτὸν αὐτὸς πρὸς τὸν εὐ: ἀπὸν ἰατρῶν,* id est, Nam uiri est prudentis illud, Atque cordati, carique Multū aquae cui nauigatū, ut Semper ad felicis se Cautus inflectat latus. Prouerbiū autē ita cōmodius effertur, *πρὸς τὸν εὐ: πρῶτον πῖχον ῥέπευ,* id est, In felicem parietē uergere. Aristophanis interpretēs trāslatū existimat ab ijs, qui nauī uehunt, qui, siquādo nauis alterū latus fluctu deprimatur, protinus in alterū trāscurrūt, quod altius extat ab undis. Dicitur in hos, qui cōmodi sui respectu, semp ad potentiores, ac fortunatiores amicos applicant sese, ac quē admodū muscae ad culinæ nidore aduolant, reuolantque, ita fortunā potiorem in amicitia, non fidem sequuntur. Aut qui dum est anceps exitus belli, quietē agunt. Porro simul, atque iam inclinat fortuna, ut appareat, ultra pars sit uictoriam reportatura, protinus ad eam adiunguntur. Hoc animo legitur fuisse Metius ille Vergilianus, & Polymestor qui uictoria arma secutus, magis quē hospitij fidem, Polydoxē obrūcat, & auro ui potitur. Huiusmodi genus hominū eleganter notat idem Aristophanes in Pluto, Siquidem hic Chremylus iam diues factus, quiritur sese obtundi huiusmodi saluatoribus, qui aurū olfecerāt. *βάλλες κόρακα, ὡς χαλεπὸν εἶσιμ οἱ φίλοι. οἱ φαινόμενοι παραχρημα ὅταν πρῶτον τις εἶ,* id est, Malam in crucē, ut res est molesta, ubi ilico Ad res secūdas, demū amici puolat. Eodem pertinet Euripideū illud ex Medea, *πένκτα φεύγει πᾶς τις ἐκ πδῶν φίλος,* id est, Tenuem atque egenū cuncti amici deserunt. Aristophanes, *μή μοι πὸτ' ἔλθῃς ὅταν ἐγὼ πρῶτον καλῶς,* id est, Ne tum mihi adsis, quādo res cedunt male. Interpretēs prouerbiū subesse admonet, dici solitū in eos, qui tum amicorū consuetudinē deserunt, cū in periculis uersantur. Caterū poetā uerbis in cōtrariū uersis ad paræmiā alluisse, quae recte sic efferrī cōsueuerit, *μή μοι πὸτ' ἔλθῃς ὅταν ἐγὼ πρῶτον καλῶς,* id est, Ne tum mihi adsis, quādo res sunt prosperae. Ad hoc facit & illud apud Euripidem in Oreste. *τοῦς φίλους ἐμ τῖς κακοῖς γῆ τῖς φίλοισιμ ὠφελῆμ, ὅταν δ' ὁ δαίμων, εἴ δὲ δῶ, τί γῆ φίλῶν, ἀρεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεός, ὠφελῆμ θέλωμ,* id est, Iuuare amicos rebus afflictis decet. Quorsum opus amicis? cum benigna fors fauet, Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,

g 4

Volens secundis adiuuare fauoribus. Idem poeta propius allusit ad adagium in eadē Tragœdia, nisi quod catholicam sententiā, ad præcones retulit, τὸ γὰρ γένος φίλον δ' ἐστ' ἐπὶ τῶν εὐτυχητῶν δῶδ' αἰὶ κήρυκες, ἐπ' αἰπῶν φίλος, ὅς ἔμ δ' ὕμνηται πόλεος ἐν τ' ἀρχαῖσιν ἤ, id est, Nā id genus sunt usq; præcones, uti Eliciorū partibus se accommodent, Amentq; demū hunc, qui sit inter principes, Reiq;, qui tēperet habenas publicæ. Idem in iunone furente, καὶ τῶν καλῶν μέρους τις ἀπλαυερθελεῖ συμπλῆρ δὲ τῆς φιλοισμ δόσυχουσίμ, οὐ, id est, Cui res secundæ, huic nauiganti, quilibet Comes ire quærit. Nō itē infelicibus. Huc ptingit, quod Aristoteles libro moraliū Eudemioꝝ se primo, puerbiū dictū ostendit, χρόνον δεικνύναι τῶν φιλούμενον, id est, Tempus indicare, quis ue re amet. Tempestas enim arguit amicitia, ac fucatos illos amicos detegit.

Amico amicus.

XVII

Quod est apud Terentium in Phormione. Solus est homo amico amicus. Donatus indicat esse parcemiam. Atq; ita legi apud Apollodorum, cuius utiq; Phormio græca est. μόνος ἐπίσασθαι φίλων τῶν φίλος, Solus nouit diligere amicos. Aristophanes apud Athenæum, ἀλλ' οὐδὲν μέλει τῶν σκωμμάτων μοι τῶν φίλων γὰρ ὡς φίλος ἐργασίη κησὸς οὐ λόγους ἔφαθ' ἄλλ' ἄνθρωπον, id est, At nil moror dicteria Amico amicus cum siem, factis, neq; Verbis modo, prodesse proposi tum mihi. Sed re simul, factisq;. Ipsa figura prouerbium præ se fert, quemadmodum initio demonstraui. Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiant, modo gratum faciant amicis. Huic affine uidetur illud Euripidis in Medea, βαρεῖαν ἐχθροῖς ἢ φιλοισμ εὐμενῆ, id est, Be neuolam amicis, rursus asperam hostibus.

Muneribus uel Dii capiuntur.

XVIII

Quod scripsit Ouidius, Munera crede mihi placant, hominesq; Deosq;. Flectitur iratus Iuppiter ipse datis. Euripides in Medea uulgi sermone fuisse celebratum ostendit, cum ait, πείθεμ δῶρα ἢ θεοῦς λόγους, χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς, Donis uel ipsos dicitant flecti Deos, Certe inter homines, mille dictis, luteum Præpollet aurum prorsus, ac præponderat. Celebratur & hic uersiculus, Δῶρα θεοῦς πείθεαι ἢ ἀδείσας βασιλῆας, id est, Cum diuis fle ctunt uenerandos munera reges. Vnde Seneca, Philosophi cuiusdam apophthegma referens ait, Omnium esse dulcissimum accipere.

Manum de tabula.

XIX

M. Tullius in epistola quadā, Heus tu manū de tabula. Magister adest citius, q̄ putaramus. Videtur autē hac, puerbiali figura, manū de tabula, admonuisse, ut desisteret a scribēdis dicte rijs. Allusum autē apparet ad Ethionis nobilissimi pictoris dictū, qui cū Protogenis opus im mēsi laboris, ac curæ supra modū anxietatis miraret, ait omnia sibi cū illo paria esse, aut illi melio ra, sed uno se præstare, quod manū ille de tabula nesciret tollere, memorabili præcepto, nocere sæpe nimia diligentia. Hæc Plinius libro trigesimo quinto, ca. x. Proinde siquādo admone bimus, ut recedat aliquis ab ope, negotio ue, qd̄ in manibus habet, iubebimus illum, manū de ta bula tollere. Peculiariter autē cōueniet in quosdā scriptores, plus satis accuratos, & morosæ cu iusdā diligentia, qui sine fine premūt suas lucubratiōes, semp aliquid addētes, adimētes, immu tantes, & hoc ipso maxime peccātes, quod nihil peccare conantur.

Emerere malo, q̄ rogare.

XX

M. Tullius in Verrinis actionibus, adagij uice citat, Emerere malo, q̄ rogare. Quo significa tum est, haudqua q̄ gratis accipi, quod precibus emitur, imo nihil emi charius, q̄ quod rogan ti datur. Durū enim illud uerbū ingenuis animis, rogo, nec inter amicos unq; expectandū, au tore Seneca. Trāslatū a ueterū cōsuetudine, qua uicinus a uicino supellectilem cōmodato ro gabat, quā ipse forte domi nō habebat. Hūc autem morem antiquitus fuisse, ex Plauti tū Au lularia, tum Rudentibus licet cognoscere. L. Apuleius in Floridis. Neq; enim leui mercede emit, qui precatur, aut paruum precium accipit, qui rogatur, adeo ut omnia utensilia emere po tius uelis, q̄ rogare. Idem innuit, obscurius quidem, sed eleganter Græcis celebratum prouer biū, quod alio reddemus loco, εὐχρητῶς πλεσιόμ ἐχεμε, ἐπὶ πλεόν δὲ τῆ χύτρα, id est, Præcare uici no, ut habeat, magis autem olla. Significat autem, optandum quidem, ut uicinum habeas lo cupletem, a quo quecas utendum sumere, quod ipse domi non habeas. Verū multo satius esse te ipsum domi possidere, quicquid postulat uitæ uisus.

Manum non uerterim.

XXI

Prouerbialis hyperbole, Manum non uerterim, pro eo, quod est nihil omnino laboro, Mea nihil refert. Nihil enim facilius, q̄ manum uertere. Extat præter alios apud Apuleium in

Apologia Magiæ.

Semper Leontini iuxta pocula.

XXII

Αἰὲς Λεόντιοι πρὸς τοὺς κρατήρας, id est, Semper Leontini, iuxta crateres. In uoluptarios quadrabit, Aut in eos, qui semper iisdem studijs sunt addicti. Leontini Siciliae populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, nequãdo rebellionem pararent, ademptis armis, ad computationes, & uoluptates reiecit. Atq; hinc natũ adagiũ, quod refertur a Diogeniano.

Cestreus ieiunat.

XXIII

Cestreus ieiunat, id est, Κεστρεὺς νηεὺς, De famelicis & uoracibus dici cõsuevit. Alij malunt referre ad eos, qui uitam innocuã agunt, & ab aliorum iniurijs abstinent, nec ullum emolumentum ex sua innocẽtia ferunt. Est enim Cestreus piscis genus quoddam, quod reliquis mutua deuoratione uicitatibus, unũ ab aliorũ carnibus abstinet, ideoq; non capitur esca, sed in limũ abdit sese, atq; ibi perdurat, & ut arbitrantur nõnulli, limo pascitur. In metu uero caput, occultat, arbitrans, totũ corpus iam esse tutum. Vnde & Aristophanes apud Athenæũ, Ἀπὸ ἐνδ' οὐρανὸν Κεστρεῖω ἀπικία, id est, Num intus uirorũ Cestreorũ colonia? Refert adagiũ a Zenodoto Diogeniano, Suida, Athenæo, qui quidẽ adscribit piscem a nõnullis appellari Ploten, & a Cõgro deuorari, ut Congrũ ipsum a murena. Theodorus gaza mugilem uertit.

Vbi amici, ibi opes.

XXIII

Plautus in Cruento, Verum est uerbũ, quod memorat, Vbi amici, ibidem opes. Citatur & a Fabio prouerbij uice, libro oratoriarũ institutionũ quinto. Sensus est, potiores esse amicos, q̃ pecuniam, & ad uitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniã, q̃ absq; amicis opes. Vnde & apud Scythas, autore Luciano, is habebatur ditissimus, qui certissimos & optimos amicos possideret. Verum si quis ad huius sæculi mores respiciat, adagiũ inuertendum existimabit. Vbi opes, ibi amici. Quandoquidẽ, uulgus amicitias utilitate probat. Et illud amicitia quondam uenerabile nomen, Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

Terra uolat.

XXV

ἢ γῆ ἰππία, id est, Terra uolat. De re uehementer absona, quæq; nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum, τὸ ἀδ' ωάτα. Quod si uidebitur inter prouerbia collocandum, ad illorum affinitatem pertinebit, quæ retulimus alibi, Ζεὺς ἄπαις, id est, Iuppiter orbis. Et Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Ilias malorum.

XXVI

Ἰλιάς κακῶν, id est, Ilias malorum. De calamitatibus maximis simul & plurimis, Propterea, quod in Iliade Homericã nullum mali genus nõ recensetur. Vnde ex hac docti putant Trægædiarũ argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odysea Comoëdiarũ. Est autem opus uerboforum uiginti quatuor uoluminibus uix absolutũ. Vnde & quibus orationẽ plus satis prolixam, Iliade longiore uocant, ut Aeschines aduersus Demosthenem, His dictis (inquit) decretum scribit, legendũ tradit, Prolixius quidẽ Iliade. Vanius autẽ, uerbis ijs, quæ dicere cõsuevit. Eustathius inuertit adagionẽ ad hũc modum, καὶ παροιμία μὲν τοῖς κακῶν Ἰλιάδα φησὶν, αὐτὴ δὲ καλοῦ παντὸς Ἰλιάς, id est, Iliadẽ malorũ, puerbiũ ait. At hæc omniũ bonorũ Ilias. Synesius in epistola quadam ad fratrem, καὶ ὅλως κακῶν ἂν ἰλιάς πρὸς ἕσθ' ἢ τὴν πόλιν ἡμῶν, id est, In summa malorũ Ilias circũstetit urbem nostrã. Plutarchus in præceptis cõiugialibus ὁ ἢ ἐκείνων ἰλιάδα κακῶν ἕλλησι ἢ βαβάροις ἐποίησεν, id est, At ille illorũ Iliada malorũ græcis ac barbaris fecit.

Lerna malorum.

XXVII

Λέρνη κακῶν, i. Lerna malorum, de malis item plurimis simul in unum cõgestis & accumulatis. Paroemiam Strabo cõmemorat, libro Geographiæ octauo scribens, Lernam lacum fuisse quempiam, Argiuorum, ac Myceneorum agro communẽ, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, uulgo natum prouerbiũ Λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorũ. In hoc lacu poeta fingunt hydrã illam septẽ capitũ cõstitisse, quã Hercules igni Græco cõfecerit. Eã autẽ hydrã Heliodus scribit, ex Echidna & Typhaone prognatã, alitam a Iunone, nimirũ in odiũ Herculis. Zenodatus ait, locum quempiã fuisse in Argolica, in quẽ cum omne sordiũ genus promiscue cõijceret, fœtidas inde, ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quãq; rectius autumat, ut adagiũ ad Danaidũ fabulam referat. Nam ferunt Danaũ quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidẽ filias suas collocarat, omnes eadẽ nocte trucidasse, atq; horũ capita in eum locum fuisse congesta. Hinc ortũ esse puerbium. Neq; uero negat fieri potuisse, ut cõtumeliæ causa, in eundem locum, in quo capita composuerat, iusserit & purgamẽta com-

portari. Itaq; quoties hominē significamus uehementer infamem, atq; omni turpitudinis genere contaminatū, aut cœtum hominū pestilentīū, quasiq; sentinam & colluuiem facinororum, recte dicemus, *Λέρνην κακῶν*, id est, Lernam malorum

Mare malorum.

XXII

κακῶν θάλασσα, id est malorū mare, dici solitum de calamitatibus immēsis & omnigenis, inde sumptū quod mare res quaedam est infinita, uel quod infinitis erūnis abundant, qui in eo uerfant. Euripides in Hippolito Stephanophoro. *κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ τοσοῦτον ὡς τε μή πρ' ἐκνεύσαι πάλιν*, Tantum malorū pelagus aspicio miser, Vnde enatandī nulla spes allucet. Plautus in asinaria, Meretricem & Lenam, Mare uocat, tanq; omniū autores calamitatum. Mare (inquit) nō est mare, Vos, estis mare acerrimū. Aeschylus in supplicibus. *κακῶν δὲ πλῆθος ποταμός ὡς ἐπέρχεται. Αἴης δ' ἄβυσσος πέλαγος οὐ μάλ' εὐπεροί*, id est Agmen malorum fluminis ritu ingruit, Velutiq; pelagus altū, ita ut fundo uacet, Nec sine periculo nauiget maximo.

Bonorum mare.

XXIX

Dicitur & diuersam in partem, *Αγαθῶν θάλασσα*, id est, Bonorū mare, de magnis & uehementer cumulatis cōmoditatibus. Vel quod ipsum mare ministret innumerabiles opes rerū, puta pisciū, gemmarūq;, Vel quod amplissimū, profundissimūq; sit, adeo, ut nec exhauriri possit, nec redundet unquā, cū tanta fluminū uis in ipsum influat.

Malorum thesaurus.

XXX

Θησαυρός κακῶν, id est, Malorū thesaurus. Ad eundē modum inuenitur, tum apud Euripidē in Ione *οἱ μοι, μέγας θησαυρός ὡς ἀνοίγνηται κακῶν*, id est, Me miseram, ut ingens pandit The-saurus, ac penus malorū. Extat inter Græcāicas sententias huiusmodi senarius, *θησαυρός ἔστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή*, The-saurus est mulier malorum, si mala est. Vnde est & illud crebrius in arca-nis literis. The-saurizant sibi malum, id est colligunt, accerunt, quasiq; reponūt. Siquidē The-saurū proprie uocamus, rerum utilium uim, pariter reconditarū.

Bonorum aceruus.

XXXI

Αγαθῶν σωρός, id est bonorū aceruus. De opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulatas opes pro copiolis legimus, tanq; acruatim cōgestas, neq; pondere, neq; numero, sed ipso cumulo infusas. Aristophanes in Pluto. *ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρός εἰς τὴν οἰκίαν ἐπέσπειται κερ, οὐδὲμ ἡδικηκόσμι. ἰ.* Nobis domū aceruus influit Sine fraude, ne mini patrata iniuria. Idem in eadem fabula. *ὡς ἀγαθὰ συλλέβδη ἀπαντὰ σοι φέρω*, Vt agmina tim cuncta tibi fero bona. Rursum in eadē fabula per iocū in malam partē flexit, *Δικλοῖς γὰρ ἀν-τὴν σωρὸν ἡκεμ χημάτων ἔχοντα*, Venisse narras, qui ferat pecuniarū aceruū, Verba chori senil- is, cui Carion seruus iocans, ita respondet, *πρεσβυτικῶν μὲν οὐκ κακῶν ἐγὼ γ' ἔχοντα σωρὸν*, Imo senilium ferat, qui ad uos malorum aceruū. Allusit autem ad senectutē illorum iam capulo uicinam. Nam *σωρός* genere foeminino tumulum significat sepulchralem, *σωρός* genere masculino cumulum, atq; aceruū, Proinde consentaneum est seruū eius uocis syllabam, data ope- ra perperam pronunciaſſe. Hæc atq; id genus alia, tum fiunt uenustiora, quemadmodū iā læ- pius admonuimus, si paulo longius a simplici sensu detorqueant. Veluti siqs dicat in alijs ora- toribus alias atq; alias eminere dicendi uirtutes in. M. Tullio uno *τῶν πάντων ἀγαθῶν σωρὸν εἶ- ναι*, id est, Omnīū bonorū aceruū esse. Resipiunt huius adagī naturā illa Ciceroni familiaria, cumulare officijs, cumulatiſſime satiffacere, cumulus meritorum.

Bonorum Myrmecia.

XXXII

Αγαθῶν μυρμηκία, id est, Bonorum Myrmecia. De immensis opibus. Nam Myrmecia græ- ce significat cauernam, aut agmen formicarū. Quāq; ab illis formicis sumptum uideri potest, de quibus meminit Plinius, libro undecimo, capite. xxxi. Quas ait esse colore felium, magni- tudine luporū ægypti, Eas in septentrionali Indorum, qui Dardæ uocētur, regione, aurum e- cauernis egerere. Erutum hyberno tempore, Indi furantur, æstiuo feruore, conditis propter uaporem intra cuniculos formicis, quæ tamen odore sollicitatæ prouolant, neq; non raro lace- rant, q; uis præuelocibus camelis fugientes. Atq; huc uidetur respexisse diuus Basilus, cū scri- bit ad nepotes, quicquid ultra necessitatē usus superesset, siue id esset Lydia gleba, siue formi- carū auriferarū opus, hoc magis esse cōtemnendū, quo minus eo esset opus. Quāq; nihil pro- hibet, quominus ad nostrates formicas referat, non solum ppter innumerabilem agminum multitudinē, uerum etiā propter genuinā quandam animantis in accumulando penore indu- striam. Ore trahentis quodcunq; potest, atq; addentis acruo, quemadmodū scripsit Flaccus,

Qua quidē ex re factum opinor, ut antiquitus formicarū cœtus opulentia portenderit, quē admodum testatur Cicero libro de diuinatione primo, Midæ, inquiens, illi Phrygio cū puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserūt, Ditissimū fore prædictum est. Quod euenit. Huc allusit Theocritus, in Encomio Ptolemæi, *μυρμάκωμ ἄτε πολυτοῦ ἄει κέχνη μογεόντων*, id est, Nec secus, ac formicarum semper properantū Diuitiæ sunt extractæ. Idem in Syracusanis, *μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι*, id est, Formicæ numeroq; modoq; carētes, turbam hominum frequentem significans.

Dathus bonorum.

XXXIII

Δάδος ἀγαθῶν, id est, Dathus bonorū, In eandem sententiā dici cōsuevit. Est autem Dathus Thasiorū Colonia, iuxta Strymonē, cū alioquin opulenta, ac florēs, tum qd̄ habet, etiā auri uenas, ut hinc in puerbiū abierit, *δάδος ἀγαθῶν. i.*, Dathus bonorū de cōferta rerū opulentia.

Thassus bonorum.

XXXIII

θάσος ἀγαθῶν, id est, Thassus bonorū. Similiter natum adagiū, nempe a loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi quandā fabulam refert, Callistratus orator, demigrans Athenis, persuadere conatus est Atheniensibus, ut regionē, quæ ex aduerso erat, incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitās, & quod auri uenas haberet, & quod glebam optimā. Deniq; in summa (inquit) Thassus bonorū est. Hinc in uulgi sermonem ab ἥσσε, *θάσος ἀγαθῶν*, id est, Thassus bonorum, de ijs, qui splendida pollicentur.

Hostium munera, non munera.

XXXV

Priscorū superstitione credidit, obseruanda uel maxime munera, a quibus, quo animo mitterentur. Propterea, quod quæ darentur ab ijs, qui nobis male cuperent, exitio plarūq; fuisse cōstaret. Ita ut fuit pixis illa fallax, per Pandoram a Ioue Prometheo missa. Quemadmodū fuit & uestis, qua Medea nouam nuptā Iasonis donauit. Rursum uestis illa, quam Deianira misit Herculi. Prouerbiorū interpretes existimant hanc parœmiā, ex historia natam, quæ refertur apud Homerū, Iliados libro septimo. Narrat autem Hectorem & Aiace inita amicitia, dona inter sese permutasse, Atq; Hectorem Aiaci donasse gladium, Aiace Hectori dedisse baltheum. Deinde pariter ambobus suū munus exitio fuisse. Siquidem Ajax uictus ab Ulyse, cognitisq; ijs, quæ per insaniam, tum dixerat, tum fecerat, eodē gladio sibi necem cōsciuit. Item Hector per occasionē Balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianos. Adagiū refertur apud Sophoclem in Aiace Mastigophoro, sed ita refert, ut nō ab Aiace natū, sed tanq̄ uictus iam tū ab eo uideat̄ usurpari. Siquidē is posteaq; mori decreuisset, execrat̄ cū gladiū, quē quondā ab inimicissimo dono acceperat, eūq; sibi fuisse inauspicatissimū ait, neq; quicquā oino postea feliciter apud Argiuos successisse. Deinde suspicionē hanc uulgato dicto confirmans, ait, *ἀλλ' ἐστ' ἀλκιδῆς ἢ βροτῶν παροιμία ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοῦκ ὄνησιμα*, id est, Quin uerū, id est mortaliū prouerbiū, Non esse dona, dona, quæ ueniant tibi, Ab hoste, uerum inauspicata, ac noxia. Hac de re fertur & epigrāma græcum huiusmodi, *ἐκ τῶν ἁγίων ἕξος ὡπασμ, ἐκ τῆρι Δίασ ζωσῆς ἀμφοτέρων ἢ χάρις εἰς θάνατος*, id est, Aiaci datus ensis, ab Hectore, Baltheus Aiace Hectori, utrūq; suū donū erat, exitio. Rursum, ex alio quodā epigrāmate, *οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτῆκίονα πέμπερ δῶρα ἐμ χάριτες προφάσει μοῖραμ ἔχοντα μόρα*, id est, Atq; ita ab hoste hosti ueniunt lethalia dona, Quæ studeat̄ specie, fata necē ferūtq;. Huc spectat & illud, quod apud Euripidē Medea recusans Iasonis xenia, tanq̄ perniciem allatura. *κακοῦ γὰρ ἀνδρός*, inquit, *δῶρον ὄνησιμ οὐκ ἔχει*, Lædit, iuuat nil improbi munus uiri. Seruius ostendit & Vergiliū huc allusisse, cū ait in Aeneidos libro quarto, Ensemq; recludit, Dardanium, non hos quælitum munus in usus. De gladio loquit̄ ab Aenea relicto, quo Dido sese cōfodit, quem Aeneam hostem, & impiū eadem uocat. Huic adscribendū loco, quod arcanæ scripturæ puerbia admonēt, ne de inimico reconciliato simus securi. Item prouerbialis ille senarius, *λόγον πρὸς ἐχθροῦ μὴ πρὸς φίλου*, id est, Ab hoste dicta, ne unq̄ amica duxeris. Et alter huic similis, *ἐχθροῖς ἀπιστῶν μὴ πρὸς ἄν πάδοις βλάβην*, id est, Diffusus hosti, nil ferēs unq̄ mali. Prouerbiū accommodari poterit etiā ad illos q; paupes munusculis quibusdā captāt diuites, ad eū modū liberalitatē illorū uelut eliciētes. Neq; enim hoc est dare munus, sed flagitare. Vnde Plutarchus in cōmetariolo, *ὡρὶ ἐ τοῦ ἐμ δελφοῖς*, probat, quod Dicæarchus Archelao dictū ab Euripide putat. *οὐβούλομαι πλεονεκτήσθαι*, *δωρεῖσθαι πένης μὴ μ' ἄφρονα κρήνης, ἢμ διδούεις, αἰτῆμ δοκῶ*. Donare pauper diuiti uelim nihil, Ne stultus habere scilicet, si muneris, Titulo atq; specie, dona uidear poscere, Quadrabit & in hæc redipetas, postremo, qui quouis officio captant, non ex animo, sed aliud spectantes. Itaq; mu-

ratiōe uoculæ, nouabitur paroemia, nempe hoc pacto ,κολάκωρ ἄδωρα δῶρα, & πενήτων ἄδωρα δῶρα. Deniq; πενητῶν ἄδωρα δῶρα, quemadmodum admonuimus in operis initio.

Dauus sum, non Oedipus.

XXXVI

Oedipi ingenium scite proponendis, simul & dissoluendis ænigmatū Scyrpis nobilitatum est, propter dissoluta spingis problemata, adeo ut in prouerbiū abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria, Scruus dissimulans intelligere, quod herus dixerat, Dauus, inquit, sum, nō Oedipus. Id quod cōmutato nomine potest ad quemlibet accōmodari, Paulus sum, nō Oedipus. Antonius sum, nō Oedipus. Quin ipsa per se figura prouerbiālis est, potestq; ad eundem modum fingi, ex quauis uel persona, uel re uulgo nobilitata. Ut q; possim hæc omnia meminisse: Petrus sum, non Lucullus. Qui possim tantis sufficere laboribus: Nicolaus sum, nō Hercules. Qui potero rem tam duram psuadere: Ricardus sum, non Cicero. Sed Terentiano dicto simile est illud Euripidis in Hippolyto coronam gestante. οὐ μάντις ἐμὶ τὰ φανῆ γνῶναι σαφῶς, id est, Nō sum augur, abdita scire uti queam palam. Itidem in Hecuba. οὐτοὶ πέφυκα μάντις, ὡς τε μή κλύωμ εἰσορῆσαι σῶμ ὅδ' ὄμ βυλθυμάτωμ, id est, Diuinus haud sum, nec nisi audiero, queam, Viam tuorum nosse cogitatuū. Ergo torqueri poterit in eos, qui de industria loquunt̄ obscurius, & ἀνιγματικῶς, aut in hos, qui uel ob imperitiā, uel supstitiosam incognitarū uocum affectationē, stilum obscurant, ac uate magis egent, q̄ lector. Cuiusmodi fuisse Heraclitum tum Plato locis aliquot, tum Aristoteles Rhetoricæ artis libro. iij. testatur, additq; eam hominis obscuritatem, ex ancipiti uerborū compositiōe fuisse pfectam, cum incertum esset, utro uerbum aliquod esset referendum, ad superiora ne, an ad sequētia. Proinde ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiā natatore opus esse dixit. Ad quod alludēs Martialis, ita iocatur in Sextum obscuritatis affectatorē. Nō lectore tuus opus est, sed Apolline libris, Iudice te Maior Cinna Marone fuit. Eundē Heraclitū, cū suo uitio, Iouiniano diuus opprobat Hieronymus. Quāq; Laertius scribit eū philosophū, si quādo libeat, oratione luculetissima uti, ut appareat ex industria affectatam obscuritatē, a deo ut discipulis etiam solitus sit præcipere σκοτισμ, id est obscura.

Finem uitæ specta.

XXXVII

Extat apud Herodotum historia lōge notissima, quemadmodū Solon Croeso respōderit, Nemini competere nomen beati, nisi qui foeliciter uitæ cursum peregisset. Quod referēs Iuuenalis, Quē uox, inquit, facunda Solonis Respicere extremæ iussit spatia ultima uitæ. Hanc sententiā copiosius extulit Sophocles in Oedipo tyrāno ὡς τε θυητῶν ὄντ' ἐκείνημ, τὴν τελευταίαν ἰδέιμ ἡμέραν ἐπισποπύνητα μηδὲμ ὀλβίον πρὶν ἂμ τέρμα τοῦ βίου πρᾶσθ, μηδὲμ ἀλγεύον παθῶν id est, Itaq; mortali, supremus, ille fatorū dies, Vsq; respectandus, ut ne quem beatū iudicet Quin mali nihil uniuersum passus æuum exegerit. Eandē paulo diuersius idem extulit in Trachijs, λόγος μὲν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς ὡς οὐκ ἂμ αἰῶν' ἐκμάδοι βροτῶν, πρὶν ἂμ θάνοι τις, οὐτ' ἔχρησός οὐτ' ἔτ' ἔτ' ἀκακός, id est, Vetus inter homies extat hoc puerbiū, Haud posse quēq; quempiā cognoscere, Bonus an malus sit, anteq; fatalibus Defunctus annis, ultimū obierit diē. Cōsimiliter Euripides in Andromache, χεὶ δ' οὐ πρ' εἰπέμ οὐδ' ἔμ ὀλβιον βροτῶν πρὶν ἂμ θανόντες, τὴν τελευταίαν ἰδέμε, id est, Ne quempiā pnunties mortaliū Vnq; beatū, citius, atq; mortuo Illo, supremū uideris uitæ diem. Idem in Troadibus, τῶν δ' εὐδαιμόνων μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖμ, πρὶν ἂμ θάνη, id est, Ne quempiā horum, quos benignis flatibus fortuna prouehit, beatum enunties Prius, atq; uita excesserit feliciter. Eandē repetit alijs uerbis in Heraclidis τῆ δὲ νῦν τύχη βροτοῖς ἀπάσι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖμ τὴν εὐτυχεῖμ δ' οκοῦτνα μὴ χηλοῦμ, πρὶν ἂμ θανόντ' ἰδέη τις, ὡς ἐφ' ἡμεροὶ τύχαι, id est, Caterum hoc rerum statu Mortalibus denuntiat palam omnibus, Docetq; ne qui, psperis successibus Vti uidetur, hunc beatū existiment Prius, atq; demigrasse uita uiderint Vsq; adeo sunt mutabiles rerum uices. Ouidius in trāsformationibus sic extulit, Sed scilicet ultima semp Expectanda dies homini est, dici beatus Ante obitum nemo, supremaq; funera debet. Quin, hodieq; passim omnibus est in ore. Ab exitu rem spectandam esse.

Posterioribus melioribus.

XXXVIII

Inter Græcanicas paroemias refertur, δ' αὐτέρωμ ἀμεινόνωμ, id est, Alteris meliorib⁹. Quo significabāt ea, quæ prima experientia parum bene successerant, secūda nōnunq; cōmodius euenire, & prioris consilij erratum, posteriore consilio corrigi. Quod quidē nōnulli putant a sacris ortum, in quibus si prima uictima non fuisset litatum, iterabant sacrum meliora sperātes,

id quod satis indicat Leno Plautinus, qui sapius Veneri cæsa uictima litare non poterat. Plauto libro de legibus quarto uidetur ad talorū iactum, aut lusum cōsimilē referre. Propterea quod nō raro fit, ut cui lusum incōmode ceciderit, is de integro nouari ludū, atque iterari postulet, sperans fore, ut iam felicius ludat. Ait enim, πάλιν δὲ οὖν διομφασίμ οἱ παίζοντες, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς διευτέρων ἐπαναπωλήσωμεν, id est, Rursum igitur, quemadmodū ludentes dicere cōsueuerunt, secundis denuo melioribus, repetamus. Quāquē & hoc loco παίζοντες referri potest nō ad lusum aliquē, sed iocum magis prouerbialem. Sed interpretamento priori Tullius ad stipulatur, qui secundo de diuinatione libro sic ait, Quæ est autē incōstantia Deorū, ut primis minent extis, bene promittant secundis. Idem in philippicis. Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores esse solent. Idem ad Qu. fratrem, Ego uero nullas δυνάμεις φροντίδας, habere possum in Caesaris rebus, hoc est, nullum idoneum reperio consilium, quo superioribus malis possim mederi. Huc respexit & Dauus ille Terentianus, cū ait, Hac non successit, alia aggrediamur uia, Quin eodem alluisse uidetur & Aristoteles, primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libro, cū ait, Δεῖ δὲ εἰς τοῖναυτίον ἢ τὸ ἀμεινον κατὰ τὴν προμίσαν ἀπελθῆσαι. Loquitur de his, qui causarū naturalium admiratiōe prouocati, accedunt ad philosophandū. Quos causis cognitis uult iam desinere mirari, & ad meliora conuerti. Porro prouerbum uideri potest, ex Euripidis ortū Tragedia, cui titulus, Hippolytus coronatus, καὶ βροπῆς Αἰ δυνίται πωρ φροντίδες σοφώτεροι, id est, Siquidē solet mortalibus prudentior Posterior esse aliquando cogitatio. Verba sunt nutricis ad Phœdram, qua si recantantis, ac Palinodiam canentis superioris orationis, posteaquē uidet eam de moriendo cogitare. Respexit huc & in supplicibus, ἀλλ' ἐμ δόμοις μὲρ ἢ τι μὴ καλῶς ἔχει, γνώμισιμ ὑπέμεισιμ ἐξορδούμεθα, Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεσιμ, id est, In ædibus siquid parum recte est, licet Corrigere posterioribus sententijs, At non item æuam.

Actum est.

XXXIX

Prouerbialiter his uerbis etiam hodie desperationē significamus, actum est. Græci πέπρακτη. Euripides in Hippolyto coronato. φεῦ φεῦ, πέπρακτη, βασιλῆς οὐκ ἔτ' ὄσι δ' ἡ. Eheu, peracta res, hera occidit palam. Terentius in Eunuchō, Actum est ilicet peristi. Donatus existimat actū est, sumptum a iure, ilicet a iudicio, peristi a supplicio. Nam hæc tria pariter uerba, incremento quodam indicant desperationem. Quoniam autem fas non erat reicindere iudicium sententiam, & eadem de re bis iudicium adipiscier, ut ait Terentius, uulgo receptum est, ut de negotijs desperatis, actum est, diceretur. Etiam si postea repertum est, ut quidam per iudicē, in integrum restituerentur. Aut certe ideo dictum est, actum est, quod quicquid iam peractum est, hoc iam infectum esse non potest, iuxta prouerbiales sententijs, quæ testantur, ne deo quidem permissum esse, ut quod factum sit, efficiat infectum. Plautus, Nisi quid rei præsidium apparas, acta hæc res est. Certum est moriri. Dicimus autem uel absolute, actum est, uel cū adiectiōe quapiam huiusmodi. Actum est de Rep. Actum est de tuis omnibus. Actum est de rebus humanis. Actum est de tua salute, ni uigilas,

Rem factam habere.

XL

Huic pene diuersum est illud, quod aliquoties apud Martialem legitur. Rem factā habere, pro eo, quod est certā & indubitātā. Siquidē promissa parū certa sunt. Verū ipsi demū queas fidere, quæ iam præstita sint, atque exhibita. Velut ad Procillū, Tu factam tibi rem statim putasti, Rursum iam te rem factam Bithynice credis habere. Rem factā, dixit, quasi non promissam, sed paratam, atque absolutam. Vnde & argentū factum dicimus, nō rude, sed elaboratū, ac cœlatum. Aut respexit ad morem iuris, iuxta, quæ dixit Terentius, Facta trāfacta omnia. Quoties in cōtractibus adhibetur, quicquid ad legitimā conventionē pertinet.

Fumos uendere.

XLI

Nimis quæ elegans adagium extat apud Martialem fumos uendere, pro eo, quod est, principū beneuolentiā, simulato cōmēdatiōis officio, per occasionē familiaritatis, precio uendere. Nam fumus initio quidē magnū quiddā esse uidetur, uerum euanescit ilico. Martialis carmen hoc est, Vendere nec uanos circum palatia fumos, Plaudere nec Cano, plaudere, nec Glaphyro. Vnde & præstigiōsam rerum magnarū spem, atque ostentationē, fumum, ac nebulas uocamus. Diuus Hieronymus contra Rufinū de tanta librorū sylua, unum furculum, ac fructum proferre non potes. Hi sunt ueri fumi, hæc nebulæ. Nam Rufinus opprobrarat Hieronymo, quod poetarū literas, quasi fumos obijceret uirginibus, nō intellecturis. At Hieronymus prouerbijs telum imperite tortum, in cū retorquet doctus, indicans eo uerbo non obicurita-

h

tem, sed inanē, ac falsam ostētionē significari. Plutarchus de Deo Socratis, τὸν ἢ τὸ φουρῶσθαι τὴν ἀκαπνὸν φιλοσοφίαν ἐν τῇ σοφιστικῇ ἀπασκεδύσει, id est, Fastum autē ceu fumū quendā philosophiā in sophistas disperfit. Porro genus hoc hominū, maximā aularum regalium pestem, Helius Lampridius eleganter, ac luculenter exponit, in Imperatoris Heliogabali uita. Eius uerba libuit subscribere. Zoticus (inquit) sub eo tantum ualuit, ut ab omnibus officiorū principibus sic haberetur, quasi domini maritus esset. Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta, ac facta uenderet, fumis quibus maxime diuitias enormes sperans, cum alijs, atque alijs polliceretur, omnes falleret. Egrediensque ab illo, singulos audiret, dicēs, de te hoc locutus sum. Hoc de te audiui, Hoc de te futurum est. Ut sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non solum malorum, sed & bonorum principum uendunt. Et qui stulticia uel innocentia Imperatorū, qui hoc non perspiciunt, infamum rumigatione pascunt. Haecenus ille. Ceterum Adagium fecit insignius, Thurini Verconij supplicium, quod quidem in uita Alexandri Seueri, idem Helius refert ad hunc modum. Solus (inquit) post meridiem, uel matutinis horis, idcirco nunquam aliquos uidebat, quod ementitos de se multa cognouerat. Speciatim Verconium Thurinum, quem cum familiarem habuisset, ille omnia uel fingendo sic uendidit, ut Alexandri quasi stulti hominis, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium. Sicque omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illum arte deprehendit, ut quendam immitteret, qui a se quiddam publice peteret, ab illo autem occulto quasi praesidium postularet, ut pro se Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset, & Thurinus suffragium promississet, dixissetque se quaedam imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pedere, ut adhuc impetraret, euentum uendens. Cumque iterum iussisset Alexander interpellari, & Thurinus quasi aliud agens, nutibus annuisset, neque tamen interim quicquam dixisset, Impetratum autem esset quod petebatur, Thurinus autem ab illo, qui meruerat, fumi uenditor, ingentia praemia percipisset, accusari eum Alexander iussit, probatis per testes omnibus, & quibus praesentibus, quid accepisset, & quibus audientibus, quid promississet, in foro transitorio, ad stipitem illum ligari praecipit, & fumo appposito, quem e stipulis & lignis humidis fieri iusserat, necauit, Pracone dicente, Fumo punitur, qui uendit fumum. At ne in una tantum causa uidere crudelior fuisse, quasi uic diligentissime, antequam damnaret, & inuenit Thurinum saepe etiam in causis ab utraque parte accepisse, cum euentus uenderet, & ab omnibus, qui aut praepositorum, aut prouinciarum acceperant. Atque inibi paulo post. Nec dedit alicui facultatem, uel fumorum uendendorum de se, uel sibi de alijs male loquendi, maxime occiso Thurino, qui illum quasi fatuum & uacordem saepe uendidit. Quid autem dixerit forum transitorium, ipse in eiusdem uita uidetur explicare, cum alio quodam loco sic ait, Qui de eo fumum uendidit, & a quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit, per eam uiam, qua esset seruis suis ad suburbana impatoria iter frequentissimum. Porro genus illud supplicij, Auidius Cassius imperator, primus excogitasse legitur, ut stipitem praelongum poneret, pedum centum octoginta, id est, materiam, & a summo usque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensisque alijs, alios fumi cruciatus, timore etiam necaret. Haecenus ille. Immane, praefecto supplicium, sed tamen factis tam pestilentibus dignum. Atque utinam non etiam hodie, non principum modo, uerum etiam episcoporum aulae passim hoc teterrimo hominum genere scaterent, ac non copuluris haberent Thurinos, atque adeo plus, quam Thurinos, quippe qui non officium modo falsum, promissum uendunt, uerum etiam ipsum silentium, uidelicet Demosthenicum quiddam referentes, imo, quod est utroque sceleratius, linguae uenenis officium ipsi, a quibus officij pacti mercedem acceperunt. Utinamque nostri temporis principes, Alexandrum Seuerum curent imitari, qui cum esset ethnicus, praeterea Syrus genere, postremo uehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, fumi uenditoribus, atque id genus aulae pestibus, usque adeo erat infensus, ut uir alioqui moribus placidissimis his demum esset implacabilis. Circumfertur & hoc tempore prouerbum in splendida promissa, aulicorum. Aiunt enim Thus aulicum si gnificantes Thureum illum uaporem, qui nunc inter sacra spargitur acerra pensili. Quod quidem a nostro non admodum abludit. Addunt & aquam consecratam aulicorum, eam aquam significantes, quae pro templis proponitur, ut qui ingrediuntur, aut egrediuntur, ea sese conspergant.

Columen familliae.

XLII

Columen familiae dixit Trecentius in Phormione, non dubium quin prouerbialiter, Getam seruū natu grandem, cui peregre profecturus, tanquam paedagogo & curatori, iuuenū mores,

& rem domesticam cōmendarat. Donatus columē dici putat, perinde quasi columnā dicas, cui reliqua domus innitatur. Vnde antiquitus seruos maiores, columellas dictos. Huic aditipulatur illud Vergilianum. In te omnis domus inclinata recumbit. Item illud Euripidis ex Iphigenia in Tauris. *στύλοι γὰρ οἴκων ἐσὶ παῖδες ἄρσενες*, id est, Domus columnæ liberi sunt masculi. His affine, quod dixit Iuuenalis, Miserum est alienæ incumbere famæ. Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.

Ancora domus.

XLIII

Simili figura apud eundē Euripidem, Hecuba Polydorū familiæ, gentisq; ancorā nominat, *ὁς μόνος ὄνειρος ἄγκυρα τ' ἐμῶν*, Qui iam solus Generis superest ancora nostri. Porro ancorā græcis pro refugio prouerbialiter usurpari solere, alibi notauimus, cum sacram ancoram expone reimus. Deniq; quicquid illud est cui innitimur, cuiusq; fulcimur fiducia, ancoram uocant, sumpta a nauibus metaphora, quæ cū ancoris fultæ sunt, ueluti defensæ a fluctibus quiescunt. Vnde & illud apud Aristidem in oratione Panathenaica prima, *πάντες ἐπὶ δυνῆν ὄρμεῖν ἔδοξαν οἱ ἔλληνας*, id est, Omnes Græci sibi uidebant in portu quodā esse, duabus nixi ancoris, quasi gemino fulti præsidio. Quē locum & paulo superius notauimus.

Nullus sum.

XLIII

Prouerbiales sunt & illæ apud Comicos hyperbolæ, nullus sum, & occidi, perij, qbus desperationē, aut ingens malū significamus. Euripides in Iphigenia in Tauris, *δειλοί δ' ἐτιμ οὐδὲμ οὐδ' ἀμμου*, id est, Timidi, atq; inertes sunt nihil uidelicet. Rursum in Iphigenia in Aulide, *οὐδὲμ ἴσθ' ἄλλ' ἐξεπλήσασα τῆ τύχη*, id est, Nihil eras, sed perditū fortuna cōsternauerat. Sumptū uideri potest ab Homero, apud quē Odyssæa libro nono, Vlysses fingit sibi nomen *οὐτις*, id est, nullus, innuens se prope modū perisse. Atq; huius nominis cōmento deceptus est Cyclops.

Nolens uolens.

XLV

Omnes id genus figuras prouerbiales esse, sicuti superius ostensum est, Donatus admonuit, quæ nimirū constant ex contrarijs. Propterea, quod ænigmaticū quiddā habere uideatur. Sunt autē frequentes apud græcos poetas, ut apud Euripidē in Hecuba. *οὐδ' οὐ δέλωμ τε καὶ δέλωμ*, id est, Atq; ille nolens pariter, ac uolens. Idē in Iphigenia in Tauris, *φεύγω τρόπον γένη τίν' οὐχέ κωμ' ἐκώμ*, id est, Sane exulo quodāmodo nolens, uolens. Ad hanc pertinet formā, quod ait in Andria Terentius, Tu tua uoluntate coactus es.

Contra stimulum calces.

XLVI

πρὸς κέντην λακτίζεμ, id est, Cōtra stimulos iactare calcē, est frustra repugnare ijs, quos uincere nequeas, Aut eos puocare, qui lacessiti nocent. Aut reluctari fati, & incōmodū, quod euitare nō queas, impatienter ferendo, nō solū nō effugere, uerum etiā conduplicare. Veluti si quis uxorē nactus rixosam, assidue cū ea litiget, nihil pfecturus, nisi quod illam reddat rixosiorē. Terentius in Phormione, Namq; incitā est, aduersum stimulum calces. Donatus, *παροιμία* esse admonet cum eclipsi, deesse enim iactare, quod unico uerbo Græci dicūt, *λακτίζεμ*. Extat hoc adagium etiā in actis Apostolorū, Durum est tibi contra stimulum calcitrare, id est, durum aduersum deum pugnare. Euripides in Bacchis, *θύοιμ' ἄν ἀντὶ μάλλον, ἢ θυμούμενος*. *πρὸς κέντην λακτίζοιμι θνητὸς ὦμ, νεῶν*, id est, Potius sacra illi fecerim, q̄ calcibus Stimulos ferire coner. Iracundiā Citus, in deū, mortalis ipse cum siem. Pindarus, *ποτὶ κέντην δὲ τοὶ λακτίζέμεν*, id est, Cōtra stimulū autē calcitrare. Metaphora ducta est a bobus, quos agricolæ lignis præacutis a tergo fodiunt. Vnde & *βουκέντη*, dicunt in prouerbio, *πολλοὶ βουκέντη παῦροὶ δετε γῆς ἀφοτῆρες*, id est, multi boū stimulatōres, pauci autē terræ aratores. Quod siquādo calcibus repugnēt aduersus stimulum, grauius etiā lædunt boues, tantū abest ut nocent. Plutarchus in cōmentario *περὶ φθὶ ἀοργησίας*, cuiusdam meminit Ctesiphontis Pancratialtæ, qui per iracundiā mulæ calcitranti recalcitratit.

In aurem dicere.

XLVII

εἰς οὖς λέγειμ, id est, In aurem dicere, uel hodie uulgo dictitant, pro eo, quod est clanculum, ac secreto cōmittere. Translatū ab ijs, qui propius admoti, ad aurem insuffurrant, quæ nolint ab alijs exaudiri. Vnde est illud apud Homerū aliquoties *ἀγχι σχῶν κεφαλῆν ἴνα μὴ πειθοῖατο ἄλλοι*, id est, Admoto capite, reliqui ne audire ualerent. Horatius in sermonibus. In aurem dicere nescio, quid puero. Euripides in Ione, *Δεῦρ' ἔλθε, εἰς οὖς γὰρ τοὺς λόγους ἐπιᾶμ δέλω*, id est, Accede, in aurē, ut quæ uolo, tibi eloquar. Lucianus in Gallo. *πρὸς οὖς τισὶ τῶν συρακουσίωμ κοινολογούμενος*, id est, Ad aurē cū Syraculanis quibsdā cōmunicās. Huc pertinet & illud Euāgelicū, Et

h 2

quæ in aurē audistis, prædicatē sup̄ tectā. i. quæ secretis colloquijs accepistis, palā prædicatē.

Nec obolum habet, unde restim emat.

XLVIII

Prouerbialis hyperbole in eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone, *χρῆς μὲν ἔδ' ὀβολόν, ὡς ἐπείαθαι βρόχον ἐσχηκότα*, id est, qui pridie ne obolum quidem habebant, quo laqueum emerent. Pauperrimus autem sit, oportet, qui tenuitatis te dio, sese laqueo præfocare uelit. Porro plus, quæ pauperrimus uidetur, cui ne numulus quidem suppetit, ut restim emat, qua se suspendat.

Hinnulus leonem.

XLIX

Prouerbialis est allegoria, *ὁ νέερος τὸν λέοντα*, id est, Hinnulus leonem, subaudiendū cepit, uicit, aut puocat, aut id genus aliquid per ratiōe sententiæ, quoties præpostero rerū ordine, qui uiribus multo est inferior, superat potentiorē. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis a fene, captator a captato, captus est, *τοῦτο ἐκείνο τὸ φθι παροιμία, ὁ νέερος τὸν λέοντα*. i. Hoc est, illud quod, puerbio dicunt, Hinnulus leonē. Nō incōinne traheť ad id quoq; quoties fit, ut longe inferior laceſſat potentiorē, aut multis p̄ribus indoctior, certet cum eruditissimo.

Iungere uulpes.

L

De re palam absurda dicitur, *Vulpes iungere, ζευγνίωμ τὰς ἀλώπεκας*. Vergilius in Thyrside, *Qui Bauium nō odit, amet tua carmina Meui*, Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Est enim uulpes animal ab aratro uehementer alienū.

Mulgere hircum.

LI

τράγομ ἀμέλωμ, id est, Mulgere hircū, eundē habet sensum. Lucianus in uita Demonaetis, inter huius festiuiter dicta cōmemorat & illud, cū cōspiceret duos quosdā philosophos, utrosq; pariter indoctos, inter se disceptantes, & alterū quidē ridiculas quasdā quæſtiones proponētem, alterū item aliena, neq; quicq; ab rem facientia respondentē. Quid (inquit) amici, an non horum alter, hircū mulgere uidetur, alter cribrum supponere? Refertur & a Diogeniano his uerbis, *πόπερομ ὁ τὸν τράγομ ἀμέλωμ, ἢ ὁ τὸ κόσκινομ ἐπιτιθείς, ἀφρονέσερομ*, id est, Vtrum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrū supponit? cum uterq; pariter absurde facit. Ab hoc sane non abudit illud, *Similes habēt labra lactucas, Et dignū patella cooperculum*.

De Asini umbra.

LII

ὑπὲρ ὄνου σκιάς, id est, Super asini umbra, pro eo quod est de re nihili. Sophocles in Cedralione apud Suidam, *τὰ πάντ' ὄνου σκιά*, id est cuncta Alini umbra, hoc est, nugæ, nihilq; res. Apud eundē, Aristophanes in Dædalo, *περὶ τοῦ γούρ' ὁ πόλεμομ νῦν ὑμῖν ἔστι, περὶ ὄνου σκιάς*, id est, Qua de re nūc inter uos bellum est? Nimirū de asini umbra. Citatur ab eodem & Aristoteles, *ἐμ διδασκαλίαις*, qui fabulam quandā extare dixerit, hoc titulo, *ὄνου σκιά*, id est, Asini umbra. Archippi comœdiam (opinor) sentiens, de qua meminīt Zenodotus. Lucianus in sectis πάντες ὡς ἕωοσ ἐπέμ περὶ ὄνου σκιάς μάχοντ' οἱ φιλοσοφοῦντες, id est, omnes, ut ita dixerim de alini umbra depugnant philosophi. Aristophanes in Vespis, *περὶ τοῦ μάχῃ νῶϊμ περὶ ὄνου σκιάς*, id est, De quo pugna est uobis? De asini umbra. Demosthenes in Philippica quadā, *πρὸς ἀπαντας περὶ φθι ἐρ δελφοῖς σκιάς νυνὶ πολεμῆσαι*, id est, Cū om̄ibus in præsentia de Delphica umbra digladiari. Pro inde sunt, qui credāt hoc adagē primū ab autore Demosthene natū fuisse, fabulam huiusmodi referētes. Cū aliquando Demosthenes quendā in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parū attentos, sed dicentē obstreperēt, ille paulisper inquit, aures mihi prebete. Siquidē rem narrabo nouā, ac lepidam, atq; auditu iucundam. Ad quæ uerba cū illi iam aures arrexissent. Adolescens (inquit) quispiā alinū cōduxerat, rerū quiddā Athenis Megaram deportaturus. Inter uia aut cū æstus meridianus ingrauesceret, nec inueniret quonā umbraculo solis ardorē defenderet, depositis clitellis, sub alino sedens, eius umbra semet obtegebat. Cæterū id agalō nō sinebat, hominē inde depellens, clamansq; alinū esse locatū, nō asini umbram. Alter item ex aduerso tendebat, asseuerans etiā umbrā alini sibi conductam esse. Atq; ita inter eos accerrima rixa in longū p̄ducta est, ita ut etiā ad manus uenerint, hoc pertinaciter affirmante, nō cōductā esse asini umbrā, illo pari cōtentione respōdente, umbrā etiā alini conductā esse. Demū in ius ambulant. Hæc locutus Demosthenes, ubi sensisset iudices diligenter auscultātes, repente cœpit a tribunalibus descendere. Porro reuocatus a iudicibus, rogatusq; ut reliquā fabulæ pergeret enarrare. De asini, inquit, umbra libet audire, Viri causam de uita periclitantis audire grauamini. Paulo aliter narrat Plutarchus in uita Demosthenis, his quiddē uerbis, *λέγωμ δ' ἐποτε κωλύόμενος ὑπὸ ἀδικησίωμ ἐμ ἐκκλησίαις, βραχὺ ἔφη βούλεσθ' πρὸς αὐτοῖς ἐπέμ, τῶμ δ'*

πωπκσάγλωμ κενίαζ, εἶπερ δέρουσ, ὡρα ἐμιθώσατο ἐξ ἄσεος ὄνομ μέγα ραδ ε-μεσούσνε, δὲ φλι ἡμέρας καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τοῦ ἡλίου, ἐκάπερος αὐτῶν ἐβούλετο ὑποδύεσθαι ὑπὸ τῆς σκιάς, εἴργον δὲ ἀλλήλους, ὃ μὲν μεμιθωκέναι τὸν ὄνομ, οὐ τῆς σκιάς λέγωμ, ὃ δὲ μεμιθωμλίος, τῆς πᾶσαρ ἔχου ἐξουσίαμ· καὶ ταῦτα ἐπωμᾶ πη, τῶν δὲ ἀθηναίων ἐπισχόντων, καὶ δειομλίωμ πέρας ἐπιθεῖναι, εἶθ' ὑπὲρ μεμ ὄνου σκιάς βούλεθε ακούειμ, λέγοντος δὲ ὑπὲρ σπουδαίωμ πραγμάτων οὐ βούλεθε, id est, Cū in cōtione dicēti obstreperēt Atheniēses, ait se breuiter illis uelle narrare quiddā. At silentio facto, Adolescēs (inquit) ætatis tēpore asinū mercede cōduxerat, ut eo ab urbe, Megarā p̄ficiscens, uteretur. Porro meridie, cum sol acriter æstuarēt, uterq; cupiebat sub umbrā alini succedere. Verū alter alterū arcebat, cum hic diceret asinū cōductū esse, nō umbrā. Rursus alter, q cōduxerat, se plenū habere ius respōderet. Atq; hæc locutus, discedere parabat. Retinentibus autē Athenicis, utq; reliquā fabulæ partē adderet orantibus. Ita ne (inquit) de asini umbra audire cupitis, de rebus serijs loquētem, auscultare nō uultis? Quidam autē asinū Athenis, nō Megaram, sed Delphos fuisse cōductū, quod idem apparet ex uerbis Demosthenis, qui delphicam umbrā nominat, in calce oratiōis de pace, οὐκοῦν εὐνηθὲς καὶ κομῆδ' ἢ χέτλιον, πρὸς ἐκάσους καθένα οὐτωσὶ ἢδ' ἢ προσεννεγμλίους· πρὸς ἰστ' οἰκίαν καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἀπαντίας πρὸς ἰστ' ἐμ δελφοῖς σκιάς νυνὶ πελεμῆσαι. Apuleius in asino, iocatur ex sese natum. Vsurpauit hoc adagiū Menāder in Enchiridio, & Plato in Phædro, cū ait oratores impitos, impudēter ac piculoie facere, quoties apud plebem imperitā, & ipsam, nō umbrā asini, rem uidelicet leuē, ac nullius momēti, sed turpia p̄ honestis laudant, καὶ περὶ ὄνου σκιάς, ἰηστ, ὡς ἴωσων τὸν ἐπαινὸν ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in epistola quapiam, καὶ αὐτὸς δὲ οἶμαι περὶ φλι τέχνης ὃ σαφώτατε τ' ἀναντία φρηῶν σκωμμάτων ὡς εἶοικε χάριμ, ὄνου φασὶ σκίον ἐγκαλέει, id est, Ipse etiā, opinor, doctissime, de arte pugnātia cū sentias, de ridēdi sicut uidet gratia, de asini, quod aiunt, umbra litē moues, Sed iam dudū tēpus, ut ab asini umbra digrediamur, nequis iure nos rideat, περὶ ὄνου σκιάς, plus satis curiosos.

De lana caprina.

LIII

Huic simillimū est illud Latinorum adagium, de lana caprina, quod a simili quopiam euentu natum apparet, cōtentioie decertantibus duobus, utrū lanam haberet caper, an fetas, Aut alioqui de uillis caprinis dimicātibus, re uidelicet inutili, minimiq; momenti, cuiusmodi iocus fertur & de asini lana. Horatius in epistola ad Lollium. Alter in obsequiū plus æquo pronus & imi Derisor lecti, Sic nutum diuitis horret, Ut puerum sauo credas dictata magistro Reddere, uel partes mimū tractare secundas. Alter rixatur de lana sæpe caprina Propugnatis nugis armatus. Loquitur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa, littem cum amico suscipiunt.

De fumo disceptare.

LIIII

Huic confine est illud, quod apud Aristophanē legitur in nubibus, καὶ λεπτολογεῖν ἢδ' ἢ καὶ περὶ καπνοῦ σενολεσχέμ, In philolophos dictum, qui de fumo, hoc est de rebus nihili, nimium anxie disputat. Inest autē nō parū comici salis in illis ipsis uerbis ad iocū cōfictis, λεπτολογεῖν σενολεσχέμ, quorū alterū significat de rebus tenuibus, ac friuolis disceptare, alterū de meris nugamentis sollicitū & anxium torqueri. Quapropter etiā Socratis scholam, φροντισήριον appellat.

Talpa cæcior.

LV

Refertur a Suida ac Diogeniano, τυφλόπερος ἀσπάλακος. Cæcior talpa, De his, qui supra modū cæcutiūt, aut qui minime iudicāt. Nā iucundior fiet metaphora, siquidē ad animū trāsferatur. Plinius undecimo libro scribit ex quadrupedū genere, talpe uisum deesse, oculorū tamen inesse effigiem, siquis prætentā detrahat membranā. Atq; hinc ortum adagium.

Cæcior Leberide.

LVI

Ad eandem sententiā pertinet illud τυφλόπερος λεβερίδος, id est, Cæcior leberide. Citat ex Aristophane. Est autem leberis (quemadmodū ostendimus & alibi) pellis illa sicca, quam serpentes, cicadæ, & siquod aliud animātis genus, exuunt, quoties sibi iuuentā renouant. In hac em̄ apparet effigies duntaxat oculoꝝ, ac membranula quædā tenuissima, qua serpentū oculi præteguntur. Sunt qui tradant hoc, quod notissimū est de serpētibus, ac cicadīs, etiā piscibus qui bulbā accidere. Eam uero pellem Lycophron in iambico carmine Syphar appellat. Σύφαρ θανέτη ποντίου φηγῶν σκέπαε, id est, Syphar interibit, tectum ut effugit maris. Syphar autem συβολικῶς, idq; suo more senem appellat, uel quod ætas ea cæcutiat, uel quod iam effœta atq; arida, succo uiribusq; destituta sit. Sophron in Mimis, τί μὰμ ξύσιλος, τί γὰρ σύφαρ ἀντ' ἀμδρὸς, id est, Quid enim Xyphilus, quid syphar pro uiro, Xyphilum appellans aridum & pruriginosum senē

παρὰ τὸ ξύψμ, aut Syphar quasi iam nō hominē ipsum, sed pellem duntaxat exuccam, atq; inanem, Quod quidem & ipsum prouerbium respicit. Aiunt autem leberidem proprie significare membranā extremam, qua foetus uaccarum obtegitur, in qua & ipsa uestigia duntaxat oculorum apparent. Adagium trifariam effertur, τυφλόπερος λεβηρίδος, id est, Cæcior leberide, γυμνόπερος λεβηρίδος, id est, Nudior leberide, & νεώπερος λεβηρίδος, id est, iuuenilior leberide.

Tiresia cæcior.

LVII

A notissima fabula sumptū, τυφλόπερος Τηρεσίου, id est, Cæcior Tiresia. Iuuenalis, Nec surdum, nec Tiresiam quenq; esse Deorū. Tiresiam prouerbiali figura pro cæco dixit, quemadmodū Horatius pro paupere Irum. Intererit multum diues ne loquatur, an Irus.

Hypseia Cæcior.

LVIII

Non dissimili figura dixit Horatius in sermonibus, Ne corporis optima Lyncei Contemplans oculis, Hypseia cæcior, illa Quæ mala sunt, spectes, Satis apparet parcemiam ab Hypseia muliere quapiam infami, notæq; cæcitatē esse profectam.

Sine sacris hæreditas.

LIX

Vbi qua commoditas de improviso, præter sumptum obiecta esset, ueteres sine sacris hæreditate uocabant. Et omnino quicquid citra nostram operam alicunde obtigisset lucri, quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant, propterea, quod ea, quæ sic obueniunt, gratis, quasiq; dormientibus, a fortuna donari uidentur. Ergasilus Parasitus apud Plautū in captiui duo: Sine sacris hæreditatem sum adeptus effertissimam. Et alibi. Annona est, sine sacris hæreditas. Nam hæredes alioqui uel pro salute laborantis, uel in parentalibus defuncti, sacra quædā suo sumptu, sacritate mos erat. Idem Plautus alibi. Mihi tales hæreditates non sæpe obueniunt. Cicero in Verrem actione quinta. Hic Verres hæreditatem sibi uenisse arbitratus est, quod in eius regnū, ac manus uenerat iste. Porro in Plautino dicto allusum arbitror ad Græcorum illud adagium, Ἀδύτα ἱερά κατεδίψμ, id est, Non sacrificata sacra deuorare. Item ad Hesiodi illud, ἀπό χυτροπόδωμ ἀνεπιρξέκτωμ ἀνελοῦτα ἔσθψμ, id est, A Chytropode nondum sacrificato sublatum edere.

Inter cæsa & porrecta.

LX

Elegans in primis adagium extat apud M. Tullium in epistolis ad Atticum, Et multa, inquit, immo omnia. Quorum κεφάλαιον, nequid inter cæsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem & ancipitem hasitationem, ac uelut interuallum illud, inter omittendum, quod coeptum est, & incipiendum, quod nouari oportet. Sumptum est autē e prisco auspicio ritu, in quibus inter cæsa & porrecta sacerdos ceremonias quasdam agebat, quemadmodum testatur. M. Varro libro de lingua Latina secundo. Nam flamen Dialis, inquit, auspicatur uindemiam, & ut iussit uinum legere, agna Ioui facit, inter cuius extra cæsa & porrecta flamen prorsus uinum legit, Porro quod extra cæsa prorogationem temporis apud ueteres significauerint, declarat Cicero libro de diuinatione secundo. Quid enim (inquiens) habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?

Pensum persoluere.

LXI

Pensum persoluere est tuas implere partcis, debitoq; persungi officio. Translatum a lanificio muliebri, in quo singulis certum lanae pondus, in opus distribuebatur. Varro de Re rustica. Nos nostrum pensum absoluiimus. Hieronymus ad Rusticum. Et operis tui pensa persoluas. Verū quo longius erit detorta metaphora, hoc erit adagium uenustius. Veluti si ad sermonē, ad studium, ad officium, aut alias animi res referatur.

Ne per somnium quidem.

LXII

οὐδ' ὄναρ, id est, Ne in somno quidē, Græcis prouerbialiter dictū est, pro eo, quod est, nulla ratio ne, nullo tempore. Alioqui nemo sere tā omni felicitate destitutus, quin aliquando, uel somniet lætiora quæpiā. Lucian⁹ in τῷ ἐπιμιθῶ συνόντωμ, οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε ἄρτου ἐμφορθεῖς, ne per somnium quidē unq; albo pane satiatus. Idē usurpauit in Gallo, cū ait, regibus, ne per somnium quidē aliqua re iucūda frui licere. τῷ ὅμ οὐδ' ὄναρ ἀπολαῦσαι τινος ἡδέος ἐγγίνετ. Huc eleganter allusit Theocritus ἐμ βουκολίσκω, apud quē Eunica puella ciuilis, rusticū basium dare conantē, ab se repellit, dicens tantū abesse, ut illi sit datura basium, ut hoc ne per somnium quidē oporteat sperare. Carmen sic habet, ἐρῶ ἀπ' ἐμοῖο βωκόλος ὅμ μ' ἐδέλεις κῦσσω· τάλαρ οὐ μεμάθηκα ἀγροίκως φιλέειμ, ἀλλ' ἄσυκα χείλα θλίψω. μή τύγῃ μεῦ κύσης τό καλὸν εἶδος, μηδ' ἐμ ὀνείροισι, Aufer te hinc percul, inq; malā rem. Tu

mihī suauiolū dare uis homo rusticus: atquī O miser haud didici dare basia agrestibus unq̄. Sed magis urbanis soleo oscula figere labris. Non mihī tu nitidum os labris fordētibus unq̄ Contigeris, nec per somnum. Vtitur eodem & M. Tullius in epistolis ad Atticum. Theocritus in Megara Hercules, uxore, τὸ δ' οὐδ' ἄναξ ἠλυθ' ἐμ' ἄλλω. Quod alij ne per somniū quidem accidit. Solent autem uel extremae fortis homines, aliquando magnifica quaedā somniare, quē admodum apud Lucianum Micyllus, qui per somniū opulentissim⁹, experrectus, Cerdo quāpiam erat Iro pene pauperior. Nam somniare, sperandi genus est. Vnde & Vergilius in Bucolicis spes inanes, amantium somnia uocat. An qui amant ipsi sibi somnia fingunt? Itaq̄ ne per somniū quidem perinde ualet, quasi dicas, quod ne sperare quidem audeas. Plutarchus in libello quem crispsit aduersus Stoicos adagiū extulit paulo diuersius. ὁ μὲν οὐ δ' ἀνεῖρατα λαβῆμ μᾶλλον ἐστὶ πρὸς τὰς κοινὰς ἐννοίας, id est, quorū ne somnia, quā magis capere licet, extra cōmunes cogitationes.

Per nebulam, per caliginem, per somniū.

LXIII

Quarum rerum ambiguam quandā, ac tenuem, penēq̄ cuanidam memoriam, aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulam recordari, per somniū meminisse, per caliginem uidere, prouerbio dicimur. Ut quā puelli uidimus, senes quasi per somniū recordamur, uix tenuibus quibusdam simulachris rerum inhærentibus animo nostro, qualis est ferme uulgariū infomniorum memoria. Porro quod per mediam nebulam intuemur, eius confusam dumtaxat imaginem, ac uelut umbram incertam aspiciamus. Cuiusmodi sunt, quā per caliginē cernuntur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora.

De asini prospectu.

LXIII

ὄνου προσκύψως, id est, De asini prospectu. Vetus adagiū dici solitū in eos, qui ridendo titulo, quēpiā calumniant, aut de friuolis rebus aliquē in ius uocant. Euentus, qui fabulæ præbuit occasionē, uarie narrať ab autoribus. Quidā huiusmodi quaedā memorāt, figulus quispiā, uarias auium formas finxerat, easq̄ in officina collocatas habebat. At asinus quidā, in obseruātus se/ quēte agalone, inserto p̄ officinæ fenestellam capite, pariter & aues & reliqua uasa deiecit, cōminuitq̄. Is cuius erat officina agalonē in ius uocat. Cūq̄ rogaret ab oibus qua nā de re litem moueret, de asini, inquit, prospectu. Alij aues non fictiles, sed ueras fuisse uolunt, quā asino, si cuti dictum est per fenestram immittente caput, disturbatæ perticam ruperunt, reliquaq̄ uasa subuerterunt. Reliqua fabulæ utcūq̄ conueniunt. Lucianus in asino suo paroemiam hāc fingit ex se natam, quod dum asinus conaretur obliquato capite p̄ fenestrā, p̄spicere, quid ageretur, tum sese, tum dominos suos, pdidit. Eamq̄ rē magno omniū risu exceptā, in adagionē abijisse, ἐξ ὄνου προσκύψως, id est, ex asini p̄spectu. Porro iuxta Luciani sententiā magis quadrabit in eos, qui stoliditate sua, dum inepte studēt dissimulare, ridicule produnt. Hunc Luciani locum æmulans Apuleius in nono metamorphoseos suæ libro, scribit ad hunc modū. Qua contentione & clamoso strepitu cognito, curiosius aliqui & inquiet a procacitate præditus asinus, dum obliquata ceruice per quandam fenestram, quid nam sibi uellet tumultus ille, prospicere gestio, unus e Cōmilitonibus, casu fortuito conlimatis oculis ad umbram meam, cūctos testatur incoram. Magnus deniq̄ continuo clamor exortus est. Et emeris protinus scalis, iniecta manu quidam me, ueluti captiuū detrahūt, iamq̄ omni sublata cunctatione scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa reuelata repertū, p̄ductumq̄ & oblatum magistratibus miserum hortulanū p̄enas scilicet pensurum, in publicum deducunt carcerē, summoq̄ risu de meo prospectu cauillari non desinunt. Vnde etiam de prospectu & umbra asini, natū est frequens prouerbium. Hec tenus Apuleius.

Suo ipsius indicio perijt Sorex.

LXV

Cui cōsine est illud Terentianū ex Eunucho. Egomet meo indicio miser quasi forex hodie perij. Verba sunt Parmenonis, qui delusus a Pythia, pdiderat se eni. Donatus admonet eē prouerbū in eos, qui suapte uoce produnt. Atq̄ hinc existimat ductam esse metaphorā, quod foricū, p̄prium sit, uel stridere clarius, q̄ mures, uel strepere magis cū obrodūt friuola, ad quā uocē multi se intendētes, q̄uis p̄ tenebras noctis transfigunt eos. Vsurpat hoc adagiū diuus Aurelius Augustinus in primo de ordine libro, erga suū Licentium, qui dum pulsata tabula, foricem strepitu absterret, ipse sese prodebat Augustino, quod uigilaret.

Induitis me Leonis exuuium.

LXVI

ἐνδύετέ μοι τὸν λεοντήν, id est, Induitis me leonis exuuiū. In eos dici solitū, q̄ suscipiunt negociū maius facultate, q̄q̄ se magnificētius gerunt, q̄ pro sua conditione. Quidā ab Hercule sum-

h 4

ptum putat, cuius hic ornatus erat, ut leonis exuuiio tegeter, deinde altera manu clauā, altera gestaret arcū. Atque hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum extracturus. Huc alludens Aristophanes in ranis, Bacchū fingit, Herculis instar, leonis exuuiio, clauaque instructum, ad inferos descendere parantē, ut Eurypidē cum Aeschylō certantē audiret. Ridetur autē ab Hercule, quod id gestaminis neutrique deceret, utpote mollem & effeminatū. Eodem pertinet, quod Menippus ille Lucianicus, eodē ornatu se ab inferis redisse adsimulat. Nihil autē prohibet, quo minus prouerbiū ad Apologum illum referatur, cuius meminit Lucianus in piscatore. Apud cumanos, asinus quispiam, pertesus seruitutem, abrupto loro in syluam aufugerat. Illic forte repertū leonis exuuiū, corpori applicabat suo. Atque ita pro leone sese gerebat, homines pariter ac feras, uoce caudaque territans. Nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modū regnabat aliquādiu personatus hic asinus, pro leone immani habitus ac formidatus. Donec hospes quispiam Cumas profectus, qui saepenumero uiderat & leonem & asinū, atque ob id nō erat difficile dignoscere, aurium prominentiū indicio, neque nō alijs quibusdā coniecturis asinū esse deprehendit, Ac probe fustigatum reduxit, dominoque agnoscanti reddidit. Interim autem risum non mediocriter cōcitabat oībus Cumanis, asinus iā agnitus, quos dudum creditus leo, metu prope modum exanimauerat. Vsurpat hoc adagiū Socrates Platonius in Cratylō, negans oportere deterreri sese magnitudine disputationis instituta, postea quē semel leonis pelle cēt induit. Lucianus in Pseudologista, οὐδὲ δὲ τινος, τῷ ἀποδύσονται τῷ λέοντι, ὡς φανερός γένοιτο, καὶ δὴ λῆλιος ὤμει, μή τις ἄρα ἐξ ὑπερβορέων ἀρτί ἐς ἡμᾶς ἦκοι, ἢ ἐς τοσοῦτον κυματός εἰη, ὡς μὴ ἰδῶν εὐθύς εἰδέναι ὄντων ἀπάντων ὑβριστότατόν σε ὄντα, μή περιμένας ὀγκομλύου προσέτι ἀκούειν. Nec opus est quoriam, qui tibi leonis exuuiū detrahat, quo palā fiat te Cantheliū esse, nisi si quis sane ab ipsis hyperboreis hospes modo ad nos aduenerit, aut usque adeo Cumanus sit, ut qui leonem antea non uiderit, protinus intelligat te asinorum omnium asinum ferocissimū esse, neque possit amplius rudentem audire. Eusebius Caesariensis aduersus Hieroclem, οἱ χήσεται μοι ἡμίρ ὁ φιλόσοφος, ὅσος δὲ τῆ τῷ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δέξει, id est, Abibit nobis quidē philosophus, ceterum asinus leonis intectus pelle. Demutauit non nihil de prouerbio Lucianus in philopseude, cum ait, τοσοῦτον χρονον ἐκλεληθει με, ὑπὸ τῆ λεοντῆ, γελοῖόν τινα πίδηκον περιπέλω, Tantū temporis non animaduerti te, sub leonis exuuiō ridiculam quampiam simiam tectam habere.

Midas auriculas asini.

LXVII

μίδας ὄνου ὄτα, id est, Midas auriculas asini. Refertur a Diogeniano, Natum a fabula notissimi Ma Mydæ regis Phrygiæ, cui Phœbus, quod stolidè Panem canentē sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas cum diu mitra occulisset, tandem a tonsore animaduersum est, ac perlatum in uulgus. Porro adagiū recte dicitur, uel in stolidos & crassis auribus, pinguique iudicio homines, Vel in tyrannos, quibus cum aures sint asininarum instar longe, procul etiā audiunt, uelut auscultatoribus dimissis, qui audita referant. Quos Plutarchus in libro de curiositate, ἀτακουσας appellat, & προσαγωγίδας. Eoque Lucianus in libello, cui titulus, nō esse facile credendum delatoribus, calumniæ depingens imaginem, Midæ aures illi tribuit, propter studium subauscultandi, captandique, quid alij rerum faciant, ἐμ δεξιᾷ τῆ ἀνὴρ κἀδὴ τὰ ὄτα παμμεγέθη δέχων, μικροῦ δ' ἐμ τοῖς τῷ μίδου προσοικότα, id est, Ad dextram uir quispiā fedet, auriculis maximis quales ferme Midæ fuerunt. Aristophanes in Pluto, μίδας μὲν δὴν ἢ ὡτ' ὄνου λάβητε id est, Midas quidem itaque si asini aures sumatis. Quo loco interpretes admonet prouerbij de auriculis asininis, eiusque cōmenti uarias allegat causas. Quosdam autores esse, Midam hūc ob contemptum, aliquando uituperatūque Bacchi numen, in asinum fuisse conuersum. Alij narrant, cum aliquando præcriret asinos huius dei, atque eos affecisset iniuria, iratum Bacchū Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ iocum ortum esse. Quamque pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam utpote tyrannum Corycæos, ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem, uel fierent, uel dicerentur cognosceret, nimirum illis utens aurium uice. Proinde cum uulgus admiraretur, ab illo resciri etiā ea, quæ clam, ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat, quæ asinus, excepto mure, uel quod aures habeat omnium longissimas. Perlius, Auriculas asini, quis non habet? Ferunt nonnulli primū a poeta scriptum fuisse, Auriculas asini Midæ rex habet. Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, quis non habet.

Hinc illæ lachrymæ.

LXVIII

Ex Andriæ Terentiana per allusionem prouerbialiter usurpatum uidetur ab Horatio. Hinc illæ lachrymæ. De rei causa aliquādiu dissimulata, quæ uere tandem deprehēda. Veluti si quis dicat Barbaros damnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti uideantur, cōmodo subnectet. Hinc illæ lachrymæ, id est hoc est, quod eos male habet. Sumunt autē frequenter id genus allusiones a claris autoribus, & in prouerbij uicem transferuntur, etiam si nulla figura prouerbialis adsit. Quod genus illud ex Homero sapius iteratum in epistolis Cicconis ad Atticum. *Αἰδέομαι Τρῶας*, id est, Vercor Troianos,

Hæc Helena.

LXIX

Non dissimili figura dixit Lucianus in Eunuchō, *Αὐτὴ δὲ πάμφιλε ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἑμονομάχουν*, Hæc ipsa erat Helena, pro qua digladiabant. Loquitur autē de duobus Peripateticis, mercedis, ac lucri cupiditate turpiter apud iudices cōtendentibus. Allusit ad monomachiā, id est singulare certamē, quod inter Menelaū & Paridē factū describit Homerus, Iliados libro tertio.

Ebur atramento candefacere.

LXX

Ebur atramento candefacere, Est genuinæ formæ, cultū, atq; ornatum externum inducere quo decus illud natium obscuretur magis, q̄ illustretur. Proinde Lena Plautina puellæ naturalis forma prædita, tamē Cerussam ad oblinēdas malas postulanti. Vna, inquit, opæra, ebur atramēto candefacere postula. Propterea quod omne lenocinium rebus natura pulchris, de honestamentum adferat, non uenustatem. Veluti si quis ueritatē, qua nihil est pulchrius, rhetorū pigmentis conetur exornare. Porro quemadmodū cerussa ad candorem conciliandum adhiberi consueuit, itidem purpurissa ad tingendas rubro malas.

Syncerum uas incrustare.

LXXI

Eodem ferme pertinet Horatiana metaphora, quæ in sermonum libro primo legitur, Satyra tertia. At nos uirtutes ipsas inuertimus, atq; Syncerum cupimus uas incrustare. Hoc est, quæ per se recta sunt, ea nominibus alienis impositis deprauamus, atq; obtegimus. Quāq; potest & ad superiorem sententiam eleganter accōmodari, hoc est, cum rebus per se decentibus, tectorium inducimus, quod tegat & obscuret natium decus, non augeat.

Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.

LXXII

τῶν καλῶν, ἢ ὀπώρα καλή, id est, Pulchrorū etiā, autumnus pulcher. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, qd̄ ab eo dictū Plutarchus refert, in Euripidē, qui iā pubescentē, atq; exoletū Agathonē in conuiuio suauibabat. Non abludit ab illo Homero, qd̄ alio reddemus loco. *ἐκ φθι καλάμης γινώσκειμ*, id est, e culmo cognoscere. Vernis enī mēsiibus, nihil nō tenerū, ac nitidū, cū oīa adhuc in flore, aut in herba sunt. Caterū autumnū tēpore posteaq; iā in culmos, aut caulē excreuerunt, horridiora uident. Quadrat igit in ea, quæ cū natura sint egregia, ne tum quidē fastidienda uidentur, cum maturuerūt. Alioqui nihil fere tam fœdum quod non aliquando niteat ætate. Dicitur non ineleganter & in hos, qui belle portant ætatē.

Magnorum fluminum nauigabiles fontes.

LXXIII

Simili metaphora uidetur dictū & illud, quod refert, ac notat Fabius in octauo institutionum libro, Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt. Eam sententiam ait se iuuenē decantatā ubiq; fuisse. Significat autē præpotentiū quantulacūq; plus pollere, q̄ uniuersas tenuium opes. Notat autem Fabius hoc sententiarum genus, quod palam falsæ uideantur.

Generosioris arboris statim planta cū fructu est.

LXXIII

Simillimā huic, eodē loco subijcit. Generosioris arboris statim planta cū fructu est. Quo qd̄ id inui uideat, egregia, bñq; nata ingenia, statim maturefcere, & ad frugem puenire. Taxat Fabi⁹ & hoc sententiæ gen⁹. Mihi tñ uilum ē in adagioꝝ catalogū has quoq; referre, qd̄ uulgo celebres fuisse testat, & ipudētior hypbole, sicut paulo supi⁹ dictū est, non reijciat ab hoc gñe.

Cornicum oculos configere.

LXXV

M. Tullius in oratione pro Murena, scribit ad hunc modū. Deinde etiā siquid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatas uestris mysterijs, totum est contemptum & abiectum. Possent agi lege nec ne, pauci quondā sciebant. Fastos enim uulgo non habebant. Erant in magna potentia, qui conlulcātur, a quibus etiam dies tanq; a Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba quidā Gn. Flauius, qui Cornicū oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit. Et ab ipsis iurisconsultis, eorum sapientiā compilarit. Itaq; irati illi, quod sunt ueriti, ne dierū ratione præuulgata, & cognita, sine sua opera le-

ge posset agi, notas quasdā cōposuerunt, ut oībus in rebus ipsi interessent. Idē in actiōe p. L. Flacco. Hic Hercule cornici oculū, ut dicitur, nā hunc Hermippū hominē eruditū, ciuem suū, cui debebat esse notissimus, percussit. Porro puerbiū natum sit ex Apologo quopiā, an ex eue tu, an ex metaphora sumptū, non satis liquet. Vndecūq; fluxerit, p̄inde ualere uidef. Cornicū oculos configere, quasi dicas, nouo quodā inuento, ueterū eruditionē obscurare, efficereq; ut superiores nihil scisse, nihil uidisse uideant. Effertur autē per ironiā. In eadē sententiā usus est diuus Hieronymus, Apologetico aduersus Rufinū secūdo. Nunc uero cū p̄ uarietate regionū diuersa ferant exemplaria & germana illa, antiquaq; trāslatio corrupta sit, atq; uiolata, nostri arbitriū putas, aut ex pluribus iudicare, quid uerum sit, aut nouū opus in uetere condere. Illudentibusq; iudicis, Cornicū, ut dicit, oculos configere. Hæc Hieronymus, id sentiens, quasi sua castigatione plata iudæi iam nihil scituri uiderentur, a quibus id tēporis, Veteris testamēti ueritas petebat. Nec admodū diuersē usurpauit Macrobius, libro Saturnaliū septimo. Et quia, inquiens, his loquendi Labyrinthis nos imparcs fatemur, age Vecti, Hortemur Eustathium, ut recepta contraria disputatione, quicquid p̄ uario cibo dici potest, uelit cōmunicare nobiscū, ut suis telis lingua uiolenta succumbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanq; cornix cornici oculos effodiat. Hactenus Macrobius. Illud nō ab re fuerit, admonere lectorem, ut etiā, atq; etiā cōsideret, num Cornicū uiuacitas & cōcordia, huic adagioni locum fecerit. Siquidē Cornix antiquitus cōcordiæ symbolū erat, Eiusdē uiuacitas, etiā Græco puerbio celebrata est. Vt is uideat Cornicū oculos uelle configere, quisquis ea, quæ antiquitas magno consensu approbavit, damnare ac rescindere, conuelleretq; conetur. Nec admodū absurdum, si quis in hunc modum accipiat, ut dicatur oculos Cornicum cōfigere, qui p̄spicacissimis, oculatissimisque uisum adimat, offundatq; tenebras, aut qui rē ipsissimā acu, quod aiunt, tangat, tantus uidelicet artifex, ut non solum scopum, aut auem, uerum & ipsos oculos iaculo feriat.

Gladiatorio animo.

LXXVI

Prouerbij speciē habet, quod legimus in Phormione Terētiana. Hem gladiatorio animo ad me affectāt uiam. Quo significat ita tendi ad nocendum alteri, ut id cū p̄prio etiā periculo tentet, animoq; p̄tinaci, paratoq; uel p̄dere, uel perire. Nā gladiator cōposito ad certamē hæc pugnae proposita fors est, aut occidere, si occupauerit, aut occumbere, si cessauerit. Aristoteles audaciam huiusmodi, cum proprie salutis contemptu coniunctā, Celticam appellat.

Frusto panis.

LXXVII

Frusto panis, p̄ re quantūlibet pusilla, ac uili, nostris quoq; temporibus uulgo dictitant. M. Cato in orōne quadā, M. Caelio, uilitatē opprobriās, nō loquēdi tm̄, uerū etiā tacēdi. Frusto, inquit, panis cōduci p̄or, uel uti taceat, uel uti loquat. Citat locus ab Aulo Gellio in noctib⁹ Atticis. Videf hypbole sumpta, uel a canibus, quos frusto panis inuitare solemus, uel a medicis.

Quem mater amictum dedit obseruare.

LXXVIII

Quem mater amictū dedit obseruare. Pro eo, quod est pueriliter ex alieno præscripto uiuere, legit apud Quintilianū libro. v. Nam quid, inquit, illa miserius lege, ueluti præformatas infantibus literas p̄sequentiū, & (ut Græci dicere solent) quæ mater amictū dedit, sollicitè custodientiū? Quibus ex Fabij uerbis apparet Græcis in puerbio fuisse. Usurpat autē & indicat adagiū Lucian⁹ in Nigrino, καὶ πόθεν ὁ τῶς οὐτος, καὶ τάχα ὅτι μηδὲς ἐστὶν αὐτοῦ, id est, Et unde hic pauo, Atq; fortassis materna uestis est. Dicunt hæc scōmata, in eum qui uersicolore ueste amictus aduenerat. Plutarchus in cōmentario de fortuna Alexādrī, δὴ κημ νηπίου παιδός, φυλάττουσα τὴν περιβολήν, ἢ ἢ πάτριος αὐτῶ συνήθεια, καθάπερ τίτθι περιέθικε, id est, More pusilli pueri seruauit amictum, quæ illi patriæ consuetudo ueluti nutrix addiderat. Quin hoc ipsum, quo nihil iam tritius, ex præscripto uiuere, puerbiali metaphora dictū apparet. Tracta uidelicet a pueris. qbus, ut inquit Plato, ἐν τῇ γραφίδι, id est in tabula graphiaria doctor exemplar præscribit, quod imitantes, literarū notulas consuecant effingere. Hoc imitationis genus uelut addictum, ac seruire, ridet Horatius O imitatores seruū pec⁹, ut mihi sæpe Risum, sæpe iocum, uestri mouere tumultus. Et Fabius nihil putat ad bene dicēdū inuilius, q̄ ita seruire præceptis artis, ut nō ausis digitem latum, ab illis discedere siquando causæ ratio postulabit.

Quid distent æra lupinis.

LXXIX

Prouerbij faciē habet, quod est apud Horatiū in epistolis. Nec tamē ignorat, quid distent æra lupinis, id est, nouit discrimē rerū uilium & præciosarum. Agit autem Horatius de ijs, qui bñficia non ita cōferūt in quosuis, uel ut abijciant, sed ita collocant, ut expendant & eius me-

ritum ac dignitatem, cui præstant, & precium muneris quod largiuntur. Porro lupini uilitatem prouerbialiter notauit & Iuuenalis. Tunicam mihi malo lupini, quæ si me toto laudet uicina pago. Notat & Lucianus in libello de mercede seruentibus, cum rogat, num usque adeo defuerit lupini & aquæ fontanæ copia, ut in eam sese coniceret seruitutem.

Me mortuo terra misceatur incendio.

LXXX

Extat Græcus senarius παροιμιώδης, apud Suetoniū Tranquillū in uita Neronis, ἐμοῦ θανάτου γαῖα μιχθήτω πυρὶ, id est, Me mortuo cōflagret humus incēdētis, quod cum a quodā sermone cōmuni diceret, Nero respondēs, immo, inquit, ἐμοῦ ζῶντος, id est, Me uiuo, alludens ad urbis incendiū, quod paulopost effecit. Meminit huius puerbii. M. Tullius libro de finibus bonorū tertio. Quoniam illa uox inhūana & scelerata dicitur eorum, quæ negant se recusare, quo minus ipsis mortuis, terrarū omniū deflagratio cōsequatur, quod uulgari quodā uersu Græco pronuciare solēt. Item Seneca libro de clementia secūdo, cum dicit multas uoces magnas, sed detestabiles, in uitā humanā puenisse, celebresque uulgo fieri, ut illā, oderint dum metuāt. Cui (inquit) Græcus uersus similis est, qui se mortuo terrā misceri ignibus iubet. Quin eadē sentētia, hodieque uulgo durat inter mortales. Mihi (inquiūt) morienti mundus uniuersus morietur. Qua significat nihil sua referre, quid posteris accidat, uel boni, uel mali, cum ipsi tollant e uita, nequaquam sensuri.

Mare cœlo miscere.

LXXXI

Mare cœlo miscere. Prouerbialis hypbole est, pro eo, quod est oia perturbare, nihilque non facere. Titus Liuius, Quid est, quod cœlo terrā, terræ cœlū misceat? Iuuenalis, Licet & mare cœlo confundas, homo sum. Lucianus in Dialogo Promethei & Mercurii, τί οὐμ διὰ τοῦτο ἐχρήμτο τοῦ λόγου, τῆ γῆτος οὐρανὸν ἀναμείχθαι, id est, Quid igitur oportebat ea gratia, terræ quod dici solet, miscere cœlum? Vergilius in quinto de Iunone omnia tentante, Maria omnia cœlo miscuit. Idem paulo diuersius in duodecimo. Non se tellurē effundat in undas Diluuiio miscens cœlum ue in tartara soluat. Aristophanes in Lysistrata, non dissimili figura dixit, τὰ δὲ ἄνω ἐρπετα δῆσαι ζεύς ἢ ψιβρεμέτης, id est, Quin & supera infera reddet Rex Altifremus.

Miscebis sacra prophanis.

LXXXII

Cōsimili figura dixit Horatius, Miscebis sacra prophanis, id est, nihil non facies. Item confundēs, falsque nefasque. Apud ueteres multū erat discriminis inter res hominū, ac res deorum, adeo ut Homerus etiā uocabula discernat, quibus Diū cōsueuerunt uti, a uocibus humanis. Et Pythagoras a quibusdam iusserit abstinere, quod numinibus essent cōsecrata. Unde, qui nihil habent pensi, quique nihil non audent, miscent sacra prophanis.

Susque deque.

LXXXIII

Apud Plautū, atque alios auctores prouerbialiter positū inueniunt, susque deque fero, & susque deque habeo, pro eo quod est, nihil mea refert, nihil laboro, & susque deque habeo. Aulus Gellius libro nocturni. xvi. scribit, susque deque ferre, idem ualere quod æquo animo esse, & quod accidit, non magni pendere, Atque interdum negligere & cōtemnere, simillimūque esse illi, quod Græci dicunt, ἀδιαφορεῖν. Citat autem Laberium in Compitalibus, Nunc tu lentus es, nunc tu susque deque fers. Item Mar. Varronem in Sisenna. Quod si non horum omniū similia essent principia, Susque deque esset. Denique uersus hos ex Lucilio refert. Verum hic ludus ibi susque omnia deque fuere. Susque & deque fuere inque omnia ludus iocusque. Imitatū ex illo Græco schemate, ἄνω καὶ κάτω, Sursum ac deorsum. Quo nullum ordinem, nullumque rerum discrimen significamus.

Ultroque citroque.

LXXXIII

Ultro, citroque prouerbiali figura dicitur, ualetque proinde, quasi dicas, huc atque illuc. Fit autem uenustior metaphora, quoties ad mutuā altercationē, disceptationē, cōfabulationē, rixā ue refertur. Quod genus est apud Ciceronē de Rep. Multisque uerbis ultro, citroque habitis, ille nobis cōsūptus est dies. Et ultro, citroque agitata causa. Et ultro, citroque datis & acceptis cladibus. Ultro, citroque certatū cōuitis.

Sursum, ac deorsum.

LXXXV

Huius simillimū est illud ex Eunucho Terentiana, Sex ego te totos Parmeno hos menses, quietū reddā, ne sursum deorsum cursites, id est, huc atque illuc, aut certe subinde ad Thaidem ab hero, rursus ab hero ad Thaidē interkursites, ita ut solēt amatiū ministri. Quod quidem plusculū habebit decoris, si longius trāfferat, ut si quis dicat iurecōsultos, a uoluntate ad uoluntate, a lege ad legē, ab interpretē ad interpretē, subinde trāfferētes sese, sursum ac deorsum uagari. Cuius gratia illud, ἄνω καὶ κάτω, de quo modo meminim⁹, ita finitimū ē, ut idē esse uideat. Demosthenes in prima cōtra Philippū orōne, εἰμ ἄλλοθί ποῦ, συμπαράθετι ἄνω καὶ κάτω, id est, Quod si alio quopiam

in loco Philippum adesse nunciatū sit, pariter accurrētis sursum, ac deorsum. Aristophanes ἐν ἄχαρνῆς οἷδ' ἐπ' ἀσπρᾷ λαλοῦσιν, ἢ ἄνω ἢ κάτω τὸ χοροῖοι φεύγουσι τὸ μεμιλιώμενον, id est, Alij uero in contione loquunt, ac sursum deorsum funiculū uitant miniatū. Euripides in Bacchis, ἄνω κατὰ τὰ πάντα συγγέας ὁμοῦ, id est, Sursum deorsum cuncta confundens simul. Plato in Phaedro καὶ πάντας τοὺς λόγους ἄνω ἢ κάτω μετασφύροισι ἐπισκοπεῖν, id est, Oportet rationes omnes sursum ac deorsum uerlemus, atq; ita confyderemus. Utitur eodē Aristides Rhetor, cū alijs aliquot locis, tū in Cimone, εὐώ γε θυχ' ὄρω πῶς ἂν μάλλον πάντα ἄνω ἢ κάτω γένοιτο, id est, Ego sane nō uideo quo pacto possint uniuersa magis sursum ac deorsum misceri. Menander apud Plutarchum οὐδ' ἔσπεφο μύτους ἄνω κατὰ, οἷμοι λέγῃ, id est, Neq; sursum deorsum se uolutes crepant, hei mihi. Pro ἄνω ἢ κάτω, dixit Euripides πάλιν τε καὶ πρόσω, quasi dicas, antrorsum ac retrorsum, φέρει σιμ' αὐθ' οἱ θεοὶ πάλιν τε ἢ πρόσω. Miscēt enim hęc sursum ac deorsum numina. Proinde prouerbium accōmodabitur, uel ad omnia tentantē, uel ad omnia confundentem, uel ad diligētiam omni ex parte negocium circumspicientis.

Omnium horarum homo.

LXXXVI

Qui ferijs pariter, ac iocis esset accōmodatus, & qui cū assidue libeat conuiuere, eū ueteres omniū horarum hominē appellabant. Atq; ita uocatum Asiniū Pollionem, autor est Fabius. Apud Suetonium Tiberius duos quosdam cōbibones suos, iucundissimos & omniū horarum amicos profiteri solet, etiam codicillis. Eiusmodi amicum elegāter simul, & graphice depinxit Ennius sub persona Gemini Scruilij, Carmen quanq; extat apud Aulum Gellium noctium Atticarum libro. xij. capite. iiij. tamen non grauabor adscribere. Hocce loquutus, uocat qui cum bene sēpe libenter Mensam, sermonesq; suos, rerumq; suarū Comiter imperit, magna cū lapsa diei Pars foret, e summis rebus, paruiscq; gerundis Parte fuisset de paruiscq; gerundis Cōsilio, induforo, lato, sanctoq; senatu. Cui res audacter magnas, paruiscq; iocumq; Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dicto Euomeret, siquid uellet, tutoq; locaret Quo cum multa uolup, ac gaudia, clamq; palamq; Ingenium, cui nulla malum sententia suadet. Ut faceret facinus leuis, haud malus, idem Doctus fidelis, suauis homo, facundus, suoq; Contentus, atq; beatus, scitus, secunda loquens, in Tempore cōmodus, & uerborum uir paucorum Multa tenens antiqua, sepulta, & sēpe uetustas Quæ facit, & mores, ueteresq; nouosq; tenentem Multorum ueterum leges, diuumq; hominumq; Prudentem, qui multa loqui ue, tacere ue possit. Contra qui suis quibusdam sunt moribus, neq; faciles ad cuiusuis hominis conuictum, per paucorum hominū homines dicunt, ut apud Terentium. Apud Horatium autem cōmuni sensu caret inquitus.

Pecuniæ obediunt omnia.

LXXXVII

Tam omnibus nationibus in ore fuisse uidetur hęc sentētia, q̄ nunc etiā omnib⁹ est in usu. Pecuniæ obediunt omnia. Ea refert in prouerbijjs Hebræorum, apud Ecclesiasten capite decimo, nec eo secius a Græcis pariter, ac Latinis autoribus celebratur. Euripides in Phœnissis. τὰ χρεῖματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα Δύναμι τε πλείστη κ' ἦν ἐν ἀνθρώποις ἔχει, id est, Mortalibus nihil charius pecunia, Atq; inter hoies una plurimū ualet. Item Aristophanes in Pluto, οὐδ' ἐμ' ἀπεχθῶς ὑγιές ἐσιμ' οὐδ' ἐνός ἀλλ' ἐσὶ τῷ κέρδους ἅπαντες ἤτηνες, id est, Proh ut nihil sanum reperiās uspiam, Sed pariter omnes seruiunt uicti lucro. Huc alludit & Demosthenicum in prima Olynthiaca, δεῖ δὲ χρεμάτωμ ἢ ἀνευ τούτωμ οὐδ' ἐμ' ἐσιμ' γενέσθαι ἢ δειόντωμ, id est, Breuiter opus est pecunijs, neq; citra has quicq; eorum, quæ faciēda sunt, cōfici potest. Rursum Aristophanes in eodem Pluto, Facitissime psequitur, quicquid rerum uel bonarum, uel malarum, gerit inter mortales, id pecuniarum gratia fieri, quinctiam Dīs ipsis non aliam ob causam rem diuinam fieri. Atq; inter alia permulta hanc catholicā sentētiā refert. ἢ τί γ' ἐσὶ λαμπρόμ ἢ καλόν, ἢ χάρειμ' ἀνθρώποισι, διὰ σε γίγνετ' ἅπαντα τῷ πλούτῃμ γ' ἔσθ' ὑπὸ κκοα, id est, Siquid eximiū est, aut splendidum, Siquid uenustum, hominibus, abs te uno uenit. Siquidem opibus uniuersa simul obediunt. Proinde Horatius pecuniam, reginam appellat, Scilicet uxore, cum dote, fidēq; & amicos, Et genus & formam regina pecunia donat. Sed nemo festiuus pecuniæ tyrannidē delcripit, q̄ Euripides Bellerophonem ad hunc modū loquentē faciens. Refert aut a Seneca libro epistolarū. xxi. (Nam ipsa quidem fabula non extat) uersus aliquot, hī quoniam sunt in primis lepidi ac uenusti, non grauabor ascribere. Sed aliquot locis emendatos: Quādoquidē apud Senecam habentur deprauati. Sine me uocari pessimū, ut diu⁹ uocet: An diues, an bonus, nemo, omnes quærimus Non quare & unde, quid habeas, tantū rogāt.

Vbiq; tanti quisq;, quantum habuit, fuit Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil. Aut diues opto uiuere, aut pauper mori. Bene moritur, quisquis moritur dum lucrū facit Pecunia ingens generis humani bonū, Cui non uoluptas matris, aut blandæ potest Par esse prolis, non facer meritis parēs Tam dulce siquid uenerit, in uultu micat. Merito illa mores cœlitum, atq; hominū mouet. Cum hi (inquit) nouissimi uersus in Tragœdia pronuntiati essent, totus populus ad eijciendū & actorem, & carmen confurrexit, uno impetu, donec Euripides in medium ipsum profiliēt, petens ut spectarent, uiderentq;, quem admirator auri exitum faceret. Dabit in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in suo quisq; dat.

Veritatis simplex oratio.

LXXXVIII

Refertur in Diogeniani collectaneis hoc adagium. Extat autem in Phœnissis Euripidis, ad hunc modum, *Ἀπλῶς ὁ μῦθος φιλῶν ἀληθείας ἔφυ, καὶ παρὶ κίλων δ' εἶτ' ἄρ' ἀνδρῶν ἐρμηνευμάτων. ἔχει δ' αὐτὰ καιρὸν, ὁ δ' ἀδίκος λόγος, νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δ' εἶτη σοφῶν*, id est, Nam ueritatis sicut esse oratio simplex, uafis nec est egens ambagibus Interpretū, siquidem ipsa per se congruit. At sermo iniquus, quia per se sit morbidus, Medicamina exquisita deposcit sibi. Citat a Seneca epistol. xlix. Nam ut ille ait Tragicus, ueritatis simplex oratio est. Prouerbiū usurpabitur uel in Rhethores, ac poetas, qui mendacia uerborum lenocinijs fucare solent. Vel in blandiloquos, qui quod non ex animo dicant, solent accuratius adornare sermonem, ac ueros affectus, hoc diligentius imitari uerbis, quo magis uacant affectibus, Ut qui conducti plorant in funere, dicūt, ac faciunt prope plura dolentibus ex animo, cum interim simplex illa, rusticaq; ueritas, negligat id genus orationis fucos, τὰ σῦκα σῦκα τ' ἰσκάφηρ σκάφηρ, id est, Ficus ficus ligonem ligonem, appellās. Vel in diuinos, qui uaticinia sua uerbis ambiguis efferūt, ne queant deprehendi, sitq; rima quæpiam per quam elabantur. Deniq; in eos qui perplexe loquuntur, dum uerum dissimulant. Nam hoc indicio sæpenumero deprehenditur uanitas, uelut in Euncho Terentiana, Pergin scelestā mecum perplexe loquit. Scio, nescio, abijit, audiui, ego non adfui. Non tu isthuc mihi dictura aperte es, quicquid est.

Tunica pallio propior est.

LXXXIX

Apud Plautum legitur, allegoria prouerbialis, Tunica pallio propior est. Quo significatū ex amicis nos alijs, atq; alijs magis esse deuinctos, neq; parem omniū habendā esse ratiōem. Apud ueteres primū in officio locum habebant parentes, proximum pupilli nostræ fidei crediti, tertium clientes, quartū hospites, quintū cognati & affines, ut indicat Gellius libro quinto, capite. xij. Præterea quædam negocia, propius alijs, ad nos pertinere. Pallium extrema uetis apud Græcos, quemadmodum apud Romanos toga. Tunica toga tegebatur, ut frequenter apud Homerum, *κλαῖναι ἢ χιτῶνες*, simul nominantur.

Genus sura propius.

XC

τόν κνήμης ἔγγυον, id est, Genus sura, propius. Qui Græcas parœmias collegerūt, aiunt hoc adagium ex euentu quodā esse natū. Cum in prælio quidā cōspiceret duos amicos, pariter de uita periclitantes, fratrem & cōsobrinū, neq; posset, utriq; simul ferre suppetias, omisso cōsobrino fratrem defendit, atq; hanc interim sententiā pronunciauit, quæ postea transierit in prouerbiū, *τόν κνήμης ἔγγυον*. Id refert ab Aristotele libro moralium nono. Accedunt, inquit, eodem & prouerbia uniuersa, ut anima una, & amicorū cōmunia sunt omnia, & amicitia est æqualitas, & tibiæ genu propinquius. Theocritus in Idyllio, cui titulus Charites, Tribuit hoc adagiū uiro tenaci, qui sibi uiuat, neq; quicq; uelit impertiri amicis, πᾶς δ' ὑπὸ κόλπου χίρας ἔχωμ πόδην ἀξέτη ἀρῆ Ἀργυρος, οὐδέ κε μὲν τὸν ἀποστρίψας τινὶ δοίη ἀλλ' εὐδύς μυστήσῃ, ἀπωτέρω ἢ γόμυ κνάμα αὐτῷ μοίτι γένοιτο, id est, Verum quisq; sinu dextram occulit, illud & unum Cogitat, unde sibi cōgesta pecunia crescat Nec cuiq; absterfa rubigine donet amico. Immo statim hoc, mihi sura genu longinquior inquit, Ipsi malim aliquid detur mihi. Ex hoc igitur Plautus suum illud effinxisse uidetur, Tunica pallio propior. Confinis est huic adagio illa Hesiodi sententia, *μηδὲ κασιγνήτω ἴσον ποιῆδ' ἑταῖρον*, id est, Sed nec germano quisq; est æquandus amicus. Est enim inter hos, quos amamus, habendus ordo. Nihil autem uetat, quominus ad rem torqueatur, quod genus, si quis dicat maiorē habendā esse uitæ, q̄ pecuniæ, corporis, q̄ uestis, animi, q̄ corporis rationem recte adduxerit. *τόν κνήμης ἔγγυον*,

Omnes sibi melius esse malunt, q̄ alteri.

XCI

Eandē ferme sententiā Terentius simpliciter extulit, in Andria. Verū illud uerbum est, uulgo qd̄ dici solet. Omnes sibi esse melius malle, q̄ alteri. Rursum in eadē fabula prouerbiū ad

personā detorsit. Heus proximus sum egomet mihi. Huc allusit Plato, libro de legibus quinto, Cum ait uulgo dici solere sibi, quemq; natura esse amicū. Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo. Δοκῆ γὰρ ἐνίοις μάλις ἀκάστος αὐτὸς αὐτῷ φίλος, id est, Nonnullis em̄ uideť, unū quēq; sibi potissimū amicū esse. Item Plato libro de legib⁹ quinto, τοῦτο δὲ ἐστὶν ὁ λέγουσιν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἀνθρώπος φύσει τὲ ἐστὶ, καὶ ὁρθῶς ἔχει, id est, Hoc est autem, quod aiunt, unumquēq; natura sibi amicū esse, idq; recte fieri. Quin & hodie Theologorum prouerbium celebratur, charitatē a seipso proficisci, natum uidelicet ex his cantici myltici uerbis, ordinate in me charitatem. Verū de eo, quid sentiam, alias ubi locus incidere, diligentius tractabimus. Sed Terentianam sententiam Euripides extulit in Medea. ὧς πᾶς τις αὐτῷ τὴν πέλας μάλλοι φιλεῖ, id est, Quod quisq; semet plus amico diligit. Vel sic, Quod quisq; se, plus atq; amicū diligit. Rursum in Græcarū sententiarū collectaneis. φιλεῖ δὲ ἑαυτὸν πλῆστον οὐδέ τις οὐδένα, id est, Nemo seipso diligit quemq; magis.

φιλαυτοῖ

XCV

Qui sibi uehementer placent, quiq; suis ipsorū cōmodis, impense student, aliorum reb⁹ uel neglectis, uel etiam afflictis, a Græcis eleganter φιλαυτοὶ uocantur. Vitium ipsum φιλαυτία, dicitur. Quod apposite circumloquens Horatius. Cæcus, inquit, amor sui. Id uitiij Plato malorū omnium fontē autumat. Aristoteles nono moralium libro, satis indicat hanc φιλαυτίαν probrosam appellationē, ceu puerbiam uulgo iactatam fuisse, cum ait, homines sui supra modū amantes a multitudine male audire, quippe, qui foedo, infamiq; cognomine uocentur φιλαυτοί.

Extra telorum iactum.

XCVI

ἔξω βελῶν. Extra telorū iactum, pro eo, quod est in tuto, citraq; periculū. Trāslatum a bellis, ubi qui nolunt ferri iaculis longius semouent sese, q̄ ut possint contingi iactu teli, aut in loco a iaculis defenso se continent. Lucianus in uotis, ἐπισκοπεῖν ἔξω βέλους ὑπεραοροῦ μνησθῆναι, id est, Optat quispiā pennas, ut e sublimi spectare possit dimicantes, ipse tutus a iaculis. Idē καὶ ἔξω ἡμ βέλους, id est, Iāq; extra teli coniectū erat, Polyphemus de Vlysse, qui iam fugerat, ut eū Cyclops telo assequi nō posset. Idem rursum, Αἱ δὲ μουσαί, διὰ τίσιν ἄτρωτοι, ἔξω βελῶν ἐστίν, id est, Cur musas non feris, atq; a tuis telis sunt tutæ. Allusit huc idē in Nigrino, καὶ καθάπερ ὄζειν ἐμ ἐκτορα ὑπεξαλασῶν ἐμανθῶν ἐκ βελέων φασίην, ἐκτ' ἀνδροκτασίης, ἐκθ' αἰμασίης, ἐκτε κυδοίμου τολοπόμῳ ἐιλόμην id est, Quemadmodū Iuppiter, ita meipsum a iaculis, eximens, ut aiunt. Atq; a cæde uirū a sanguine, deq; tumultu, reliquū uitæ tēpus domi sedere destinabā. Est autē apud Homerum Iliados. ἔξω βελέων, μήπου τις ἐφ' ἔλκει ἔλκος ἀρετῆς, id est, Extra tela, uti nequis uuln⁹ forsitan addat Ad uulnus. Cōtra, quem obnoxium periculo uideri uolumus, hūc ἐντὸς τῆς βέλους dicere poterimus. Lucian⁹ in Baccho, οὐδ' ἐντὸς τῆς βέλους γενέσθαι ὑπομείναντες, id est, Ne tantisper quidē manētes ut intra teli iactum essent. Vergilius in undecimo. Iamq; intra iactum teli progressus uterq;.

Post principia.

XCVII

Eandem ferme sententiā habet post principia. Sumptum item a bellis, in quibus summū periculum est ijs, qui in prima stant acie. Vnde & προμάχου dicuntur, qui strenue se gerunt in praelijs, & πρόμαχοι. Terentius in Eunucho, Tu hosce instrue, hic ego ero post principia. Inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timido nebuloni cōueniens, id quod ridens Gnatho, Illuc, inquit, est sapere, ut hosce instruxit, Ipsi sibi cavit loco. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Donatus admonet eum usum uerbo militari. Porro Vegeti⁹ libro de re militari secundo testatur, principales in acie milites, proprie dici principia. Sic enī ait, Antiqua ordinatione legionis exposita, principium militum, & ut p̄prio uerbo utar, principiorū nomia, ac dignitates, secundū præsentes matriculas indicabo. Axius apud Varronem. Ego uero, ut aiūt post principia in castris.

Procul a pedibus equinis.

XCVIII

ἔκ τῶν ποδῶν ἱππέων, id est, Procul a pedibus equinis. Etiam hodie uulgo dicitur, cū significat fugiendum esse periculum. Hac uoce monere cōsueuerunt, ut quisq; sibi caueret in certaminibus equestribus, ἔξω τῶν ποδῶν ἱππέων, id est, Extra pedes equinos. Eam deinde uulg⁹ prouerbij uice usurpauit.

Porro a loue atq; a fulmine.

XCVIIII

ποῦρῶ δῖός τε καὶ κεραυνῶν, id est, Procula Ioue pariter atq; a fulmine. Refertur a Diogeniano. Admonet nō esse agendū cum prapotentibus, qui nutu possint pdere, siq̄n libeat, maxime cū regibus, ac tyrānis. Habent enī fulmē, siquādo cōmoueant. Porro Ioui fulmē attribuūt poetæ, & reges quidā hac effigie suos colossos fingi uoluerūt, authore Plutarcho. Cuius ē hæc cū primis elegās ὁμοίωσις. Quemadmodū in uulnere, prius apparet sanguis q̄ plaga, & quemadmo-

dū prius emicat fulgur, q̄ tonitrus audiat. Ita apud tyrānos, hoc est principes ferme omneis, prius erumpit cōdemnatio, q̄ p̄batio, & perijt delatus, priusq̄ coarguat. Citat a Suida huiusmodi Hemistichion, ἄλλεν ἀπὸ μείζονος ἀνδρός, id est, Maiorē uitato uirū. Refert & hoc a Digeniano inter adagia. Monet aut̄ parū esse tutū, habere cōmerciū cū principibus. Quibus qd̄ libuit licet. Et in quos apposite dixeris illud Græcorū apophtegma, μέγας οὐκ ὀκνίδυμος βούλεται ἄμὴ δ'εἶ, ἢ ἄ βούλεται ποιῆναι δυνάμενον, id est, Ingens periculum, uelle quæ non decet eum, qui possit quicquid uoluerit efficere.

Septem conuiuīū, nouem conuitium.

XCVII

Septem conuiuīū, nouem conuitium. Elegans uel ob ipsam, προσονομασίαν, sentētia. Qua significatum est, in conuiuīū paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum, atq̄ inlūaue. Quod significans Horatius, locus est, inquit, & pluribus umbris, sed nimis arcta premūt olīdæ cōuiuīa capræ. Extabant antiquitus leges, quæ præscriberēt, simul & moderatū conuiuarū numerum, & sumptus modicos. M. Terētius Varro apud Gelliū, Censet cōuiuas, intra gratiarum & musarum numerū oportere consistere, ne aut plures sint nouē, aut pauciores tribus. Sed hoc adagium uetat ad musarum usq̄ numerū peruenire. Plinius libro. xxviij. capite. ij. scribit Seruiū Sulpitiū cōmentū fuisse causam, cur ominosum esset, mēsam relinquere, qd̄ illis tēporib⁹ nondum numerabant conuiuæ plures tribus. Refert apud Iulium Capitolium, In uita. L. Veri imperatoris. Et notissimū quidem, inquit, eius fertur tale conuiuīū, in quo primū duodecimus accubuisse dicit̄, cum sit notissimū dictum de numero conuiuarum, septem conuiuīum, nouem uero conuitium. Conuitiū autē dixit pro clamore, quasi conuocium.

De gradu deijcere.

XCVIII

Prouerbialis allegoria de gradu deijcere, p̄ eo quod est animo cōsternari, ac uelut a statu mētis dimoueri. M. Tullius officiorū libro primo. Fortis uero animi est, & cōstantis nō perturbari in rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deijci, ut dicit̄, sed presentis animi uti cōsilio. Cōsimilis figuræ est in gradū reponere, quasi in pristinū locū restituere. Quintilian⁹ insti. libro. iij. Aut siqd̄ titubauerint, oportuna rursus eius, a quo p̄ducti sunt, interrogatiōe uelut in gradū reponant̄. Ad eandē formā ptinet, mouere loco, deturbare gradu, restituere i locū.

Post mala prudentior.

XCIX

μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, id est, Post acerba prudentior, ubi quis suo malo fit cautior, nō aliter, q̄ qui gustato ueneno, non prius intelligunt esse uenenū, q̄ noxiam eius uim sentire cœperint. Einitimū est ei, quod alibi dicitur, ρεχθὲν δ'έτε νήπιος ἔστω, id est, At nouit rem factā deniq̄ stultus. Item εἰ κλέων προμηθεύς ἐσι μετὰ τὰ πράγματα, id est, Rebus peractis est Cleon Pro-metheus. Adagiū recensetur in collectaneis apostolij, quem equidem anthorem nō adduce rem in mediū, nisi cogeret inopia magis idoneorum.

Ex ouo prodijt.

C

ἐξ ὠοῦ ἐξήλθεν, id est, Ex ouo emerlit. Aiunt dici solitū de magnopere formosis ac nitidis, quasi neges cōmuni hominū more natos, sed ex ouo more Castoris & Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis, Ledam Tyndari filiam ex Iouis concubitu, duo peperisse oua, e quorū altero p̄dicere gemini Castor & Pollux, insigni forma iuuenes. Ex altero nata est Helena, cuius forma litteris omnīū est nobilitata.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA QVARTA.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere.

I



ὁ παντὸς ἀνδρός ἐς κέρινθον ἐστὸ πλοῦς, id est, Non est datum cuius Corinthum appellere Vetustum, iuxta ac uenustū adagiū de rebus arduis, & aditu periculosis, quasq̄ non sit, cuiuslibet hominis affectare. Inde natum, quod (ut refert apud Suidam) nec facilis, nec satis tutus, sit nautis in Corinthiacū portum appulsus. Nam Srabo libro Geographiæ octauo, alio refert originem prouerbij, nempe ad luxum & meretrices Corinthiorū. Ostendit enim Corinthū, quod in Isthmo esset, duosq̄ haberet portus, alterum aduersus Asiam, alterū Italiæ oppositum, negociatorū frequentia locupletissimā fuisse. In eadē tēplū fuisse Veneri sacrū, adeoq̄ locupletatū, ut plus mille puellas caperet, quas Corinthij Veneri cōsecrarāt, ut in eius honore p̄starent. Itaq̄ harū gratia, fr̄ques in urbē multitudo undiq̄ cōfluebat, unde ciuitas maiore in modū ditabat̄. Quin etiam negociatores, hospites, ac nauarū, p̄pter urbis luxū, delitiasq̄, imoderatos sumptus facientes,

exhauriebant. Atque hinc manasse uulgo puerbiū, cuiuslibet nō est, Corinthū appellere. Horatius & Aulus Gellius ad Laidem nobile scortū referunt adagiū. Nā ille in epistolis, ad hunc modū scribit, Principibus placuisse uiris nō ultima laus est, Non cuius homini cōtingit adire Corinthū Sedit, qui timuit, ne non succederet. Ad Aristippum uidelicet alludens quē Laidi consueuisse notum est, & ita cōsueuisse, ut gloriaret se unū habere Laidē, reliquos haberi a Laide. Hic, nempe Gellius, libro primo, ca. viij, ex Phocione Peripatetico huiusmodi refert historiam. Lais, inquit, Corinthia ob elegantia, uenustatemque formae, grandem pecuniam demerebat. Conuentusque ad eam ditiorum hominū ex omni Graecia celebres erāt, neque admittebat, nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autē illa nimia quantitatē. Hinc autē natum esse illud frequēs apud Graecos adagiū, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πολὺς, quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculū adit, & ut sui copiam faceret, petit. At Lais, μυριάς δραχμῶν, id est, decem nummū millia poposcit. Tali petulantia mulieris, atque pecuniae magnitudine ictus, expauidusque Demosthenes, auertit, & discedens, ego, inquit, poenitere tanti nō emo, οὐκ ἄνοῦμαι μύριον δραχμῶν μεταμέλημα, id est, Non emo decem drachmarū millibus poenitudine. Alij malunt in genere ad omnes Corinthiorū meretrices referre, quarum rapacitatem, etiam uetus comœdia taxauit. Aristophanes in Pluto, καὶ τὰς ὕεταίρας τὰς φασιμ κορινθίας ὅταν μὲν αὐτὰς τις πένης πικρῶν τύχη, οὐ δὲ προσέχει, τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πολούσιος τὸν προκτῆν αὐτὰς εὐδύς ὡς τοῦτον ἔπεισεν. Quos equidē uersiculos haud grauarer Latinos facere, si quae sunt elegantes, tam essent etiam uerecūdi. Strabo meminit apophtegmatibus cuiusdam meretricij, ex quo licebit earum auaritiam cōhñcere. Nam cum matrona quaedam cuiusdam huius ordinis probro obhñceret inertia, quod nihil ageret operis, nullocque lanificio exerceret. Immo, inquit, ego illa qualiscūque sum, iam ternas telas exiguo temporis spatio pteuxi. Mihi tamē non uidetur absurdū si paroemia referat ad periculolam in Corinthū nauigationē, de qua meminit eodē in libro Strabo, Vt hinc postea deriuata sit ad alios usus. Paralus ille Comicus, eleganter detorsit puerbiū, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἰδίῳ ἔσθ' ἄπεισεν ἐσθ' ὁ πολὺς, id est, Adire mensam haud hois est cuiuslibet. Citat autē a Stobaeo, ex Nicolao quodā poeta Comico. Meminit & exponit hanc paroemia & Eustathius enarrās nauis catalogū, additque eā imitatā ex illo uersu Sophocleo, οὐκ ἐνθάδ' οἱ πολλοὶ τῖσι σώφροσι βροτῶν. Non a modestis nauigat huc uiris. Proinde duplex erit usus adagij, uel cū significamus rem esse maiore, quae pro uiribus eius qui conatur aggredi, ueluti si quis parū felici natus ingenio parumque uiatico instructus, destinet sequi literas, aut qui sit imbecilli corpusculo, Paulos & Antonios studeat aemulari. Vel quoties aliquis negocium parum tutum aggredi parat, quod nō temere soleat feliciter euenire, ueluti si quis apud iudices διαφοράγους litem instituat nunquam finiendam, aut principū aulis sese adiciat, aut bellum suscipiat. Nihil enim fere horum ita bene consueuit euenire, ut non poeniteat consilij.

Satis quercus.

II

Αλις δρυός, id est, Sat quercus. Vetus adagiū in eos, qui relicto uictu fordido, ad elegantiore, lautioremque digrediunt. Inde pfectum, quod prisci illi mortales, rudes, atque inculti, simulatque Ceres usum frumēti monstraui, glandibus uictitare desierunt. Quaeque Plinius libro sextodecimo testatur, & sua aetate, multas gentes glande uictitare. Apud Hispanos etiā in delitijs habitam, adeo ut belliorū uice secundis mensis inferret, huiusmodi nimirū tragemata conueniebant ijs, quibus dentifricij loco, lotium esset. Nec incōcinne quadrabit in eos, qui relicta antiqua illa uirtute, ad mores, consiliaque sui saeculi sese transferunt, ac recentiorū moribus incipiunt uti. Hunc ad modū uidetur usus Cicero scribens ad Atticū, libro secundo, in epistola, cuius initium, Multa me sollicitant. Clodij cōtentiones, quae mihi pponunt, modice me tagūt. Etenim uel subire eas uideor summa cū dignitate, uel declinare nulla cū molestia posse. Dices fortassis, Αλις tanquam δρυός. Saluti si me amas, cōsule. Me miserū, cur nō ades? Atque ita quidē in omnibus legi exemplaribus, uerū equidē, doctis, uti spero cōprobaturis, sic legendū esse cōtenderim. Dignitatis tanquam δρυός ἄλις. Saluti si me amas cōsule, ut intelligas dignitatis rationem, quasi quercum, & priscum illud uirtutis studium omittendū esse, posthac saluti potius consulendū, quam famae. Id quod & alibi scribit sibi esse in animo, nempe ad eundē Atticū, libro quarto, Subturpicula mihi uidebatur esse palinodia, sed ualeant, uera, recta, honesta consilia. Apertius uelut interpretatur adagium ad hūc ipsum, libro secundo, Quid ergo inquires? Istos mercede cōductos habebimus? Quid faciemus, si aliter nō possumus? An libertinis, atque cetera

seruis feruimus? Sed ut tu ais, *Αλις αποουδης*. Exponens nimirū quid intellexerit *δρυός*. Hoc est, probitatē ac uirtutem. Nihil autē prohibet, quo minus & in genere *pucribiū usurpem*°, quō-
tics pristinum aliquod studium, aut institutum relinquitur.

Fenestram aperire & similes metaphoræ.

III

Aperire fenestrā, pro eo quod est occasionē, ac uelut, ansam ministrare. Terentius. *Εμ' εαντ' ομ τι μαρτυρησώω*. Hui quātā illi fenestrā aperueris ad nequitīā. Verum hoc non nisi in malā partē, illud etiā in bonam. Aperire ianuā. Plinius Suetonio Trāquillo, Atq; adeo illa actio, mihi aures hominū, illa ianuam famæ patefecit. Plutarchus in libello de Osiride, *μεγάλας μὲν τῶς ἀβέω λεῶ κλισιάδας ἀνοίοντας*, id est, Magna impietate plēbi repagula aperientes. Eiusdem formæ & illud Ciceronis pro Planco, quanq; qua nolui ianuā, in causam ingressus sum. Item illa, aperire uiam, præstruere uiam, præcludere uiam, iacere fundamenta, quorum alibi meminimus.

Ansam quarere, & consimiles metaphoræ.

III

Ansa est qua quippiāprehenditur ac tenetur, Hinc ducta metaphorā uarias adagiorū formas præbuit. Plautus, An nō uides hunc ansam quarere? id est captare occasionē rescindendā, irritandāq; pactiois? Quod quidē a Græcorū tractum est figura, apud quos frequēs est, *λαβὴν ῥητῶν πρὸς ἑχθρὸν λαβὴν*, id est ansam quarere, præbere ansam. Aristophanes in *Lisistrata*, *εἰ δ' ἐνδ' ὧσσι τις ἡμῶν ἢ τῶς δε κἄρ σμικρὰν λαβὴν οὐδὲρ ἐλλείψουσι αὐτῆ λιπῶς χειρουργίας*, id est, Quod si quis nostrū etiā istis uel minimā ansam dederit, nullum facinus relinquunt. Plato libro de legibus tertio, *καὶ ὁ λόγος ἡμῶν ὅτι λαβὴν ἀπὸ δ' ἰδωσιν*, id est, Et ipse sermo nobis uelut ansam præbet. Aristides in *Pericle*, *τὴν τῶ βασιλείῃ δουρῶν πρὸς ἑχθρὸν λαβὴν*, id est, Ansam præbere, ut inuide re uideatur. Idem ad simili figura dixit in *Timone*, *οὐδὲ δ' ἄλλωσι χάρα τῆ βλασφημίας*, id est, Neq; dat locum conuictio. Rursum Plato de legibus. iij. Nunc tandē quasi diuinitus, ad idem nobis reuoluta est oratio, nobilq; quodāmodo ansas præbuit. Item septimo, ut cōtentiōis ansas multis præbuerint. Eodem pertinet, in eisdem ansas incidere, & ansam arripere, ansam prætere, ansam negligere, & siquæ sunt alia. Epictetus in *Enchiridio* suo scripsit, unicuiq; rei, binas esse ansas, alteram qua teneri possit, alteram qua non possit. Arripiendum igitur, unumquodq; ea qua possit teneri, id est bona undiq; excerpenda, mala toleranda.

Cyclopi's donum.

V

κύκλωπος δωρεά, id est, Cyclopi's munus. Pro eo quod est munus inutile, cuiusmodi sunt ferme tyrannorum & latronū beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, qd aut minus, aut serius noceant. Lucianus, *εμ' κατὰ πλῶ. οὐ πάνυ με ἢ τῶ κύκλωπος ἐκείνη εὐφραίνῃ δωρεά τὸ ὑπὸ χυμῶν ὅτι πύματ' ἐγὼ τ' οὐτ' ἢ κατ' ἐδομα*, id est, Haud admodū me Cyclopi's illud donum delectat, uidelicet quod ita pollicetur. Ego Vt im postremū deuorabo. Verba sunt *Micylli* ceteri donis, qui cum esset questus, quod non statim cum alijs in cymbam Charontis reciperetur, atq; hoc ipsum, *Clothio* parca, beneficii uice imputaret, quod interim tantillum moræ lucrifaceret, ne descenderet ad inferos, ad hunc modū respondit. Neq; dubiū quin *Lucianus* *Homerici* locum retulerit, qui est in *Odyssæa*, libro nono. Vbi *Cyclops Polyphemus* delectatus dulci uino, quod illi donarat *Vlysses*, munus pmittit, quo accepto ille sit magnopere gauisurus, ut denuo sibi ministret de sua lagena. Dedit *Vlysses* spe muneris iterum, atq; iterum. Porro ubi iam uino delinitū crederet mitius respōsurum, reposcit *Vlysses* munus pmissum. Cui *Cyclops* hunc in modū respondit. *οὐτ' ἢ ἐγὼ πύματ' ἐδομα μετὰ οἷς ἑτάροις τοὺς ἄλλους π' ὁδ' ἐμ, τὸ δ' ἐ τοι ξενιτίου ἔσαι*, id est, Post socios mihi, postremusq; uorabitur Vtis Atq; reliq; prius, hoc ex me tibi munus habebis. Cæterum οὐτ' ἢ, grace nullum significat, quod nomē sibi finxerat *Vlysses*, quo *Polyphemū* posset deludere.

Tuis te pingam coloribus.

VI

Tuis te pingā coloribus, id est talē te describā qualis es. Translatū a pictoribus, q nōnunq; faciē hominis, ita ut est, exprimūt, ac repræsentāt, nōnunq; alienis fucant coloribus. Aut etiā allusum est ad *Aesopicā* corniculā, quæ se coloribus alienis uēditauit. *Diuis Hieronymus* in *Rufinū*, Possem & ego te tuis coloribus pingere, & insanire contra insipientē. Ibidē rursum. Scire enim te iactas crimina, quæ tibi soli amicissimo sim confessus, & hæc in medium prolaturum, meisq; me coloribus esse pingendum. *Plinius* in præfatione historię mundi. Et ne in totū uidear Græcos inscētari, ex illis nos uelim intelligi, pingiq; coloribus, quos in libellis his inuenies. Et *Cicero* quopiā loco, Tuis coloribus, meo pncillo. Quāq; hoc paulo diuersius,

Ornatus ex tuis uirtutibus,

VII

Hinc non multum abludit illa ironia Terentiana, Ornatus ex tuis uirtutibus, in Adelpis. Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus, id est haberes praemia tuis factis digna. Nam olim, reges honorē habebāt ijs, qui facinus aliquod praclarum edidissent.

Domī Milesia.

VIII

οἴκοι τὰ μιλῆσια. Domī Milesia. In eos dici solitū, qui ibi domesticū luxum celebrant, ubi mī nime probat. Nam domi liberū est unicuique suo more uiuere. Hospitis autē est, ut eorū apud quos diuersatur & cultū, & mores, tum laudet, tum imitef quoad potest. Certe sua nō iacet, aliena damnās. Id quod facere solent quidā homines impcriti, qui quocunq; terrarum uenerint, omniū omnia uituperāt, Sua nimis importune laudibus tollunt, etiam uitia pro summis uirtutibus efferentes. Refert adagiū ab Angelo politiano in Miscellaneis, additq; inde natū, quod olim Milesio cuidam hospiti, cum apud Lacedaemonios delicias patrias extolleret, ad hunc modū responsum fuerit, οἴκοι τὰ μιλῆσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε, id est, Domi, nō hic Milesia, huius sentētia citans autorē Zenodotum quendā adagiorum collectore. Ferūtur quidē Zenobij cuiusdā collectanea, quem an ille Zenodotū appellet, nondū satis mihi liquet. Verum in his collectaneis huiusmodi quandam inuenio fabulam, quam eandē refert Suidas. Aristagoras quidā Milesius Lacedaemonē profectus, postulabat, ut Ionibus a Persis bello uexatis suppetias ferrent. Is autē cum in concionē prodisset, insolita apud Lacedaemonios uestitus mūditiē, alijsq; delitijs Ionicis affluens, quidā ex Ephoris eū hoc dicto submonuisse fertur οἴκοι τὰ μιλῆσια, id est, Domi Milesia. Porro Ephorus Lacedaemoniorū est magistratus, cuius munus est de cōtractibus cognoscere, ut autor est Aristoteles tertio libro Politicorum. Alioquī uox ipsa sonat pinde, quali dicas inspectorem. Vt autem Lacedaemoniorū seueritas, multorū literis est celebrata, ita Milesiorū luxus, in hominū sermonem abiit, adco ut quicquid molle, parumq; uirile uelint intelligi, Milesium appellent. Vnde Aristides quidā libro suo, fabulis obfcenis scatenti, titulū indidit, μιλῆσιακῶν. Et Lucianus in amoribus, Sermones amatorios lasciuos, Milesios uocat. Martianus Capella. Nā certe, inquit, μύθος poeticā etiā diuersitatis delicias Milesiacas. Quin & Apuleius in carmine iambico, quo alinū suū auspicari uoluit, demulcentes & prurientes narratiōes suas, Sermouē Milesiū uocat. Iulius Capitolinus in uita Clodij Albini. Milesias, inquit, nōnulli eius dicunt, quarū fama nō ignobilis habet, quibus mediocriter scripta sunt. Et hęc de fabellis Apuleianis dici testant, ea quae paulopost citat ex epistola Seueri, Maior fuit dolor, quod illum p̄ literato laudandū duxistis, cū ille Nenijs quibusdā anilibus occupatus, inter Milesias punicas Apulei sui, & ludicra literaria cōsenesceret Haecenus Capitolinus. Quod autē sui Apulei dixit, illuc p̄tinet, quod & Albinus ipse, itidē ut Apuleius Afer esset. Ceterū praecipua Milesiorū mollities in uestitu. Propterea quod apud illos texta essent omniū mollissima. Vnde & Tyrius Maximus, Milesios εὐμαρτάτους uocat, nimis a cultus elegantia. Et Vergilius in Georgicis delicatissima uellera, Milesia nominat. Horatius item. Alter Miletī textam, cane peius & angue Vitabit chlamidem, Vestem molliculā parumq; seueram significans. Aristophanes in Ranis, εὐρώμασι μιλῆσις ἀναπετραμυδίας, id est, Tapetibus milesijs inuolutus. Horum meminit & Theocritus, & complures alij scriptores. Sed ad intelligendum adagij sensum iam plus satis. Allusit ad prouerbiū Euripides in Helena, οὐκοῦμ ἐκεῖ που σεμνὸς ἦσθ, οὐκ ἐνθάδε, id est, Magnificus illic forte cras, non hic item.

Mense Maio nubunt malæ.

IX

Romanorū adagiū extat apud Nafonem Mense Maio nubunt malæ. Dicit potest in mulieres intēpestiuae libidinis, Aut in eos, qui alieno tempore quicq; faciūt. Aut qui parū auspiciato quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabat, mulieres Maio mēse nubere. Siue quod eo mense umbra Remi occisi a fratris celere, creditur apparuisse, nutritio suo Faustulo, atq; Acca laurentia, mandasseq; ut manib⁹ suis iusta perfoluerent. Vnde & Rhomulo autore, festa Remuria dicta, posteritas mutata litera lemuria, uelut a lemuribus appellare coepit. Et umbris maiorū his diebus parētari solitū. Atq; ob id dies illi inter ferales habiti, ac nuptijs nefasti. Ouidius in Fastis. Nec uiduæ tedis eadē, nec uirginis apta Tēpora, quae nupsit, nec diuturna fuit. Hac quoq; de causa, si te puerbia tangunt, Mense malas Maio nubere uulg⁹ ait. Plutarchus in problematis alias quasdā causas refert, quāobrem hoc mēse abstineretur a nuptijs. Vel quod mediū intercedat inter Aprilem, Veneri sacrum, & Iuniū Iunoni dicatum, quarū utraq; Dea nuptijs praesidet. Proinde p̄pter auspiciū Deæ, aut maturantes paulum nubebāt Aprili, aut pusillū prorogantes Iunio. Vel p̄pter funesta quaedam piacula, quibus per

id temporis utebantur Rhomani, hominū effigies de ponte in Tyberim præcipitantes, cū antea grecos cōsueuissent. Atq; ob id Flaminiā Iunonis sacerdotē, quasi luctū illis diebus agere nec ullo solenni cultu solitā uti. Vel quod Maius a natu maioribus, Iunius a iunioribus denominatus esse uideat. Porro nuptijs, grandior ætas ut intēpestiua, ita inauspicata. Quapropter scripsit Euripides, *ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὸ κύριον χαίρειν ἔα, ἢ τ' ἀφροδίτη τις γέροισιν ἄχθετ',* id est, *V*erū senecta iubet ualere Cypridem, Et ipsa rursum infensa senibus est Venus.

Ouem lupo commisisti.

X

τῷ λύκῳ τὸ ὄϊν, id est, Lupo ouē. Terētius in Eunuchō, Scelēta ouē lupo cōmisisti. De Chærea Ephebo, cui uelut Eunuchō uirgo soli credita est. Donatus admonet puerbiū esse, quod cōtineat fœmineā reuerentiā, meretriciū sensum. Cōcinne hoc utemur, quoties ei seruādū aliquid cōmittitur, cuius gratia custodē magis oportebat adhiberi. Cicerō tertiā Philippicā, Et enim in concione dixerat se custodē futurū urbis, usq; ad Calendas Maias, ad urbem exercitum habiturū. O præclarū custodem ouīū, ut aiunt, lupum, Custos ne urbis, an direptor & uexator esset Antonius? Vnde quadrare uidetur, quoties inimico negociū cōmittitur, quiq; nobis pessime uelit. Propterea, quod lupo & agnus genuino quodā odio dissident, id, qd ostendit etiam Homerus in Iliade, *καὶ οὐκ ὄβρι λέουσι καὶ ἀνδράσι ὄρκια πιστὰ οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι* Ἄλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν, id est, Fœdus uti nō tutū homini est, sicut uocq; leonī, Vtq; ouibus prius cōcordia nulla lupisq; Sed scmp cupiūt male, seq; odre uicissim. Itē Horatius in Odis, Lupis & agnis quāta sortito obtigit, Tecum mihi discordia est, Huc adscribēdū illud, quod refert Suidas, *πρῶτον καὶ λύκος ὄϊν περιμανεύσασα,* id est, Prius etiā lupo ouē pascet, De re neutiq; uerisimili. Hinc cōfine Plautinū illud, Egregio promo cellam cōcredidisti.

Mustelæ sæuum.

XI

καὶ σέαρ, id est, Mustelæ pingua, subaudiendū, das, aut, cōmittis. Cū ea dantur, quorum qui accipiūt, natura sunt appetētissimi. Gaudet enim hoc animal præcipue sæuo. Veluti si quis laudaret, laudum auidissimū, Aut ad bibēdū puocaret, natura bibosum. Aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio, gratus esset. Refertur adagium a Diogeniano.

Nullam hodie lineam duxi.

XII

τῆμερον οὐδέμια μ γραμμὴν ἢ γραμμὴν, id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium, in eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studij, artisq; suæ. Id refertur a Plinio libro trigésimoquinto, capite decimo, cuius uerba, non grauabor, in hoc commentarium transcribere. Scitum est (inquit) inter Protogenem, & eum quod accidit. Ille Rhodi uiuebat. Quo cum Apelles annauigasset, auidus cognoscendi opera eius, fama tantū sibi cogniti, continuo officinam petit, Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinam aptatā picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protogenē foris esse respōdit, Interrogauitq; a quo quæsitum diceret. Ab hoc (inquit) Apelles, Arreptoq; penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogene quæ gesta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse, Apellem uenisse. Non enim cadere in alium tā absolutū opus. Ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse, præcepisseq; abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adijceretq; hunc esse, quem quæreret. Atq; ita euenit, Reuertitur enim Apelles, sed uinci crubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes uictum se cōfessus, in portum deuolauit, hospite quærens. Placuit sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipue miraculo. Consumptā eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine, nihil aliud cōtinentē, q̄ lineas uisum effugiētes, inter egregia multorū opera, inani similem, & eo ipso allicientem, omniq; opere nobiliorē. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquā tam occupatam diem agēdi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbiū uenit. Hactenus Plinius. Cæterū ad hanc lineam, quæ p̄tinus agnita est a Protogene, respexit Statius in Hercule uindice Epitrapezio, cū ait, Linea, quæ ueterem longe fateatur Apellem.

Neq; natate, neq; literas.

XIII

μήτε νεῖμ μήτε γραμμάτια, id est, Neq; natate, neq; literas, subaudiendū, nouit. In eos dicit, q̄ supra modū indocti sunt, nihilq; prius bonarū artū in pueritia didicerūt. Nā hæc duo, statim discēbant pueri Athenis. Plato libro de legibus tertio, *τοὺς δὲ ἐναντίον ἔχοντας πύτων, ὡς σοφοὺς τε πρὸς ἡτέρον ἄν, καὶ τὸ λεγόμενον, μήτε γραμμάτια μήτε νεῖμ ἐπιθῶνται.* i. Qui uero cōtra affecti, sapiētes

appellandi, etiãsi neq; literas, ut dicit, neq; natate sciãt. Item Aristides in Apologia communi quatuor oratorũ, ἀλλ' ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, οὔτε χάμματα οὔτε νῆμ' εἰδὸτα ἐλέγχου ἀξίωμ, id est, Sed quẽadmodũ dici cõsuevit, p̄inde coarguedũ existimãs, q̄si, q̄ neq; lr̄as, neq; natate norit.

Mordere frenum.

XIII

Mordere frenũ. D. Brutus libro familiarĩũ epistolarũ undecimo, posuisse uidetur, p̄ eo, qd̄ est uel leuiter repugnare seruituti. Si frenũ momorderis, Pcreã, si te om̄es, quotquot lunt, conantẽ loqui ferre poterunt, hoc est, si utcũq; significaueris te seruitutẽ iniquo animo ferre. Ad hanc sententiã faciũt, quã respõdet Cicero. Si timidus, inquiẽs essem, tamẽ ista epistola oẽm mihi metũ absterisises. Sed ut mones frenũ momordi. Etenim qui te incluso omnẽ spem habucri in te, quid nunc putas? Quanc̄q; Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuersum sensum usurpauit, nempe pro eo, quod est, seruitutẽ accipere, frenũq; recipere. Fama tace, subijt leges, & frena momordit, id est, admisit uincula matrimonij. Quãq; an etiã in hũc sensum uerba Ciceronis accipi possint, doctis excutiendũ relinquo.

Manibus, pedibusq;.

XV

Extremũ conatũ significantes dicimus, manibus, pedibusq;. Nam per manus declaratur industria cõficiendĩ negocij, per pedes maturandĩ celeritas. Dauus in Andria Terentiana, Ego hoc Pamphile tibi pro seruitio debeo conari manibus, pedibusq;. Vtiẽ hoc adagio semel, atq; iterum Aeschines in oratiõẽ cõtra Demosthenẽ. Homerus Iliados. γ. ἀλλ' ὅσσοι μὲν ἐγὼ δ' ὄναμαι χερσὶν τε πρὸν τε, id est, Imo quicquid ego possum manibus, pedibusq;.

Omnibus neruis.

XVI

Eundem habet sensum, omnibus neruis, id est, summa uĩ, summoq; studio. Nam robur iuxta philosophos, in neruis situm. Vnde & neruos intendere, expedire neruos, & neruosa dicimus, quã uegeta, ualidaq;, minimeq; languida. Cicero ad Quintũ fratrem, Sic contende om̄ibus neruis & facultatibus.

Uelis, equisq;.

XVII

Similem conatum significat, uelis, equisq;, ad fugiendũ, aut assequendũ magis, q̄ ad efficiendũ. M. Tullius ad Quintũ fratrem, libro secũdo. Sic ego, qui in isto homine colendo, tam indormiui diu, te me Hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatẽ, tum equis, tũ uelis. Quo quidẽ loco, in uulgatis exemplaribus pro uelis, uiris scriptũ habetur. Idem officiorum libro tertio. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere autor, adiutor q; sententiã. Cũ his equis, uelisq;, ut dicitur, si honestum tueri, ac retinere, sententiã est, decei tandũ est. In quibus exẽplis uisus est eadem metaphora paulo diuersius, ut qui illic respexerit ad celeritatẽ, hic ad utrunq; pugnã genus, equestre ac nauale.

Remis, uelisq;.

XVIII

Huic simillimũ est Remis, uelisq;. Inde translattũ, quod cum nauis simul, & remigio & uelo impellitur summus est nautarũ conatus. Cicero libro Tusculanarũ quaestionum tertio, Tetra enim res est, misera, detestabilis, om̄i cõtentione, uelis ut ita dicã, remisq; fugienda. Idem in prima Philippica. Tũ uero tanta sum cupiditate incensus, ad reditũ, ut mihi nulli neq; remi, neq; uenti satil facerẽt. Plautus in Asinaria. Remigio, ueloq; quãtũcũq; poteris, festina & fuge. Verit in diuersum, hoc est, in significationẽ tarditatis, metaphoram Aristophanes, ἐμ' ἐκκλ. σιαζούσσαι. νῆρ μὲν γὰρ οὔτε δέομον οὔτε ἐλαύνομον, id est, Neq; currimus nũc, nec alias impellimur. In terpres exponit, neq; uẽtis, neq; remis nauigamus. Quãq; nihil phibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter extulit in Aneidos tertio, Leuã cũcta cohors remis, uentisq; petiuit. Ad hanc formã ptinet, quod ait Plato, libro de legibus nono, τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνοσσίας φεῦ/ γέ ἀμετασφραγίσσι, id est, Malorũ autẽ cõsuetudines fugito irreuersim, hoc est, ne respiciẽs quidẽ a tergo. Allusit autẽ ad Euridices fabulam, cui lex erat dicta, ne respiceret. Item in Genesi, Loth iubetur e Sodomis fugere, ἀμετασφραγίσσι. Et Vergilius, Trãsq; caput iace, ne respexeris.

Nauibus atq; quadrigis.

XIX

Pro summo studio, summaq; festinatiõẽ, Flaccus dixit nauibus, atq; quadrigis in epistolis. Strenua nos exercet inertia, uauibus atq; Quadrigis, petimus bene uiuere, quod petis, hic est. Plutarchus aduersus usuram, μηδ' ἐ σύγε ἰπποσόννα; τε μλύειν μηδὲ ὀχήματα ζῶντα, κορασφώρα, καὶ κατάγνη; α, ἀ τόκοι ταχῆ; καταλαμβάνουσι, καὶ παρατρέχουσι, ἀλλ' ὄνω τινὶ τῶν τυχόντων, καὶ καβάλλη χῶμυλος φεῦτε πλέμιον καὶ τύραννον δανίστην, id est, Ne uero tu, aut eq̄tatũ oportus fueris, aut uehicula iugalia, cornigera, & argẽto picta, quã celeres usurã assequunt & prætercurrũt. Verum alio

quopiã, quęcũq; forte nactus fueris, aut Caballo fuge hostem, ac tyrannũ feneratorem.

Citis quadrigis, Iouis quadrigis.

XX

Citis quadrigis fugere, & Iouis quadrigis fugere, pro eo, quod est q̄ ocysime fugere, legitur apud Plautũ, ab Homero translatus, qui dijs quadrigas affingit, quibus quo lubitũ sit, repente rapiantur, ex olympo in terras, e terris in cœlũ. Ad quas allulit Cicero scribēs Qu, fratri, Quoniã scribis poema nostrũ, ab eo probari, quadrigis poeticis, modo mihi date Britannia, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo. Plautus in Aulularia. Quod iubeat, citis quadrigis properet persequi. Liuius primæ decadis libro quinto, narrat Camillum Captis ueijs, ita triũphãtem ingressum urbem, ut curru equis albis iuncto ueheretur, & ob id eum triumphum clariorum fuisse, q̄ gratiorem, quod solis ac iouis currũ equiparasse moliretur.

Equis albis præcedere.

XXI

Vbi quẽ alijs, quapiã in re longe superiorẽ significabãt, longoq; antea interuallo, eum albis equis præcedere dicebant, uel quod antiquitus equi albi meliores haberent, uel quod uictores in triumpho albis equis uectari soleant, uel quod albi equi fortunatiores & auspiciores esse credant, ut ad equestre certamẽ referamus metaphorã. Quod quidẽ indicat Apuleius, cũ ait, Post q̄ ardua montiũ, & rosca celsitũ, & glebosa camporũ emersi, me equo indigena per albo uehens, iam eo quoq; admodũ fesso. Neq; enim temere addidit, uel indigena, id est, thessalico, uel albo. Nam utrũq; pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius, in sermonibus de Persio quodã, Durus homo, atq; odio, q̄ possit uincere regẽ. Confidẽs, tumidusq; adeo sermonis amari. Sisennas, Barros, ut equis præcurreret albis. Erãt autẽ Sisenna & Barros homines quidã insignita maledicẽtia. Etiãsi Acron Barros legit, ut sit epitheton. Neq; dissimile huic Plautinũ illud in asinaria. Nam si huic occasione tempus sese subterdixerit, nunq; æde pol albis quadrigis indipiscet postea.

Mordicus tenere.

XXII

Mordicus tenere, est summa pertinaciãtueri, quod Græci uocant οδύξ. M. Tullius Academi. quæst, libro primo. Nã ab om̄ibus eiusmodi uis, p̄spicuitatẽ, quã mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Diuus Aurelius Augustinus in epistola quapiã ad diuũ Hieronymũ, Illi melius mouent, qui cũ posterius interpretarent, & uerborũ locutionũq; Hebræarũ uiam, atq; regulas, mordicus, ut fertur, tenerẽt, nõ solũ inter se nõ cõfenserũt, sed etiã reliquerunt multa. In eundem sensum dixit Seneca, utraq; manu, Nec, inquit Demetrius noster, Vtraq; manu tenere proficiente iubet hæc nusq; dimittere.

Toto corpore, omnibus unguiculis.

XXIII

Similem habet pertinaciã significationẽ, Toto corpore, atq; omnibus unguibus. A feris sumpta metaphora, quæ dẽtibus, unguibus, totoq; corpore retinere solent, quod nolint extorqueri. Lucianus in dialogo Diogenis & Crætetis, τὸ δὲ χυσιόμ ὀδοῦσι ἢ ὄνυξι ἢ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττο, id est, Crætẽrũ, aurũ dentibus & unguibus, atq; omni ope seruabant.

Noctesq; diesq;.

XXIII

Affiduã, atq; infatigabilẽ diligentia, passim hac figura significãt, noctesq; & dies. Horatius in arte, Nocturna uersate manu, uersate diurna. Heliodus, νύκτας τε ἢ ἡμέρας, id est, Noctesq; diesq;. Idem alibi, ἢ μερὸς εὐνάξῃ, ἢ ὅταν φάος ἰερόν ἔλθῃ, id est, Cũq; cubile petit, cũq; aureus exoritur sol. Est subinde & apud Homerum, νύκτας τε ἢ ἡμέρας πάντα, id est, oēs noctesq; diesq;.

Terra, mariq;.

XXV

Faciem puerbialẽ habet & illud, Terra, mariq;, quoties extremũ conatũ, studiumq; significamus. Theognis, χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε, ἢ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Διζεῶς χαλεπῆς κύρνε λύσιμ πενίης, id est, Paupertatis enim duraterraq;, mariq;. Querere Cyrene aliquod cõuenit effugium. Et Horatius, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Toto pectore.

XXVI

Cũ syncerũ & absolutũ amorẽ significamus, toto pectore dicimus & toto animo, παντι σῆρα ἢ παντι θυμῷ. Cic. de legibus libro primo. Vbi illa sancta amicitia, si nõ ipse amicus p se amat, toto pectore, ut dicitur. Citat & apud Aristotelẽ in Ethicis, idq; puerbũ loco, toto animo. Quã q̄ illud toto pectore, etiã ad studiũ, diligentiãq; referri potest. Vt facit. M. Tullius libro epistolarũ familiarũ. xiiij, Epistola prima. De Scapulanis hortis toto pectore, cogitemus.

Mollĩ brachio, leuĩ brachio.

XXVII

His pene diuersum est, molli brachio, & leui brachio, cũ indigentẽ operã significamus. Ci

cero epistolarum ad Atticum libro secundo. Quod me quodammodo molli brachio, de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes. Idem ad eundem libro quarto. Cōsules, qui illud leui brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt.

Omni telorum genere oppugnare.

XXVIII

Reperitur apud idoneos scriptores, Omni telorum genere oppugnare, p eo, quod est modis omnibus insectari. Metaphora sumpta uideri potest ex illo uerliculo Homericō, *εγχεί τ' ἀορίτε, μεγάλοισι τε χερμαδίοισι*, id est, *Haustisq; glad ijsq; & saxis grandibus urget*. Cui finitimū est celum, ac punctum, Nam his duobus modis hostem impetimus.

Cominus, atq; eminus.

XXIX

Ad eandem formā ptinet *ἐγγύθεμ κῆ πῶρῶθεμ*. i. cominus, atq; eminus. Trāslatū & hoc a bello, in quo nunc cōserti pugnant glad ijs, nūc machinis procul tela in hostem torquentes.

Omnem mouere lapidem.

XXX

πάντα λίθον κίνει, Vnūquēq; moue lapidem, hoc est omnia experire, nihilq; intentatum relinquere. Quod adagiū hoc pacto natū esse plariq; ferunt. Xerxes Græcos bello adortus, cū esset apud Saliminē superatus, ipse quidē inde se mouit, uerū Mardonīū reliquit, qui suo nomine bellum prosequeretur. At cū hic quoq; in Plateis parū, pspere pugnasset, fugatusq; esset, fama uulgo inualuit, Mardonīū intra ambitū tentoriū sui, thesaurū ingentē humo defossum reliquere. Hac spe pellectus Polycrates, Thebanus, eū agrū cōmercatus est. Verū ubi iam multum, diuq; Theaurū quæsisset, neq; quicq; proficeret, Delphicū oraculum cōsuluit, qua ratiōe posset eas pecunias inuenire. Apollo respondit his uerbis, *πάντα λίθον κίνει*, id est, unūquēq; moue lapidem. Id simul atq; fecisset, multā auri uim reperisse ferunt. Sunt qui metaphora sumptā existiment, ab his, qui caneros uenantur in littore. Nam hi plarūq; sub saxis latitant, quos mouent, qui caneros quærunt. Effertur adagiū etiam ad hunc modum, *πάντα κινίσω πέτρον*, id est, Omnē mouebo petram, hoc est, omnia periclitabor. Euripides in Heraclidis, *πάντα κινῆσαι πέτρον*, id est, omnia facturā. Plinius iunior in quadā epistola, Ego iugulum statim uideo, Hunc premo. Premit certe quod elegit. Sed in eligendo frequenter errat. Respōdi posse fieri, ut genu esset, aut tibia, aut talus, ubi iugulum putaret. At ego in quā, qui iugulū perspicere nō possum, omnia pertento, omnia experior, *πάντα δένει λίθον κινῶν*, id est, Omnē lapidem mouco, Diuus Basiliius ad nepotes. Ad quod ut uaticū paremus, omnis lapis, ut dici solet, mouendus est. Fortassis huc alludit & Theocriticum, *καί τ' ἄρ' ἡραμμῆς κινεῖ λίθον*, De Galatea lasciuēte, atq; omnia tentante, quo polyphemū in se puocaret id quod alibi retulimus.

Omnem rudentem mouere.

XXXI

πάντα κάλωρ σείει, id est, Omnē funem mouere. Aliunde ducta metaphora, sensum eundem efficit. Aristophanes in eqtibus, *νῦν δ' εἶ σέ πάντα δὴ κάλωρ ἐξίεναι, καὶ λῆμα δούριον φορῆν, κῆ λόγους ἀφύκτους*, id est, Nūc te necessum oēm rudentē emittere. Et lemma ferre uehemens, ac ratiōes ineuitabiles. Lucianus in Pseudomāte, *καὶ πάντα κάλωρ ἐκίνει ἀμύνασθαι βεβλόμενος*, id est, Atq; omnē mouebā funem hominē ulcisci cupiens. Apollonius in epistola ad Euphratem, *πάντα φασὶ δένει τ' ἔμπερον κάλωρ σείει*, id est, Negociatorē aiunt omnē funem mouere oportere, Iulius pollux libro de uocabulis rerum primo, *επλέομεν πάντα ἀνασείσαντες κάλωρ καὶ ἅπανσι κάλοις*, id est, Naui gabamus oīi moto rudente, & omnibus rudentibus. At enim modū significat difficilem nauigatione, in qua sunt omnia tentanda.

Omnem iacere aleam.

XXXII

Omnē iacere aleam, est rem uniuersam periclitari, fortunæq; arbitrio cōmittere. Siquidem alea fortunæ ludus est, magis q; artis. Vnde puerbiali figura, siquādo ancipitē rei cuētū significamus, quasi nō ab arbitrio iacientis, sed a fortuna pēdentis, aleam iaci dicimus. Ita Terētius in Adelphis, uitam hominū perinde dixit esse, quasi cum ludas tesserijs, ut quod iactu nō cecidit, id arte ut corrigas. Lucianus in dialogo, cui titulus, *τῆρ τῶν ἐκόνων, τλμήσω ἀναρτίσαι τ' ἔμπερον*, id est, Audebo tessera iacere. Euripides in Rhelo, *χρηὶ δ' ἐπ' ἀξίοις πρῶτον, ψυχὴν πρῶτον ἀλλοτ' ἔμπερον δαίμονος*, id est, Par est labore digna ferre præmia. Quicūq; uitā fortis obijcit aleæ. Aristides in Pericle, *καὶ εἰς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνερίπτερ, σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονεας*, id est, Vna super oīibus alea iaciebat, uita, pecun ijs, fame, principatu. C. Cæsar ad Rubiconē, q fluuius Italiā a gallia disternat, paulisp secū hæsirans, animoq; reputās, quā arduā rem moliret, postea ostento est animus additus, Eamus, inquit, quo decorū ostenta, quo inimicorū iniquitas uocat. Iacta esto alea. Plutarch⁹ in apophthegmatis, ad hūc modū dixisse refert, *πᾶς ὄμ' ἐξίφθη*

κύβος, id est, Omnis iacta sit alea, ad quod alludens Lucanus. Cadat alea fati Alterutrū merfura caput. Item Petronius Arbitrator, Iudice fortuna cadat alea. Plato uitā humanā, teste Plutarcho similem esse dixit, alearum ludo, in quo & iacere oporteat accōmoda, & ijs, quæ ceciderint recte uti. Quid cadat, id fortunæ in manu est, distribuere uero recte quæ forte ceciderūt id in nobis est situm. Quā cōparationē imitatus fuisse uidetur Terentius in Adelpis.

Vela uentis permittere.

XXXIII

Necq; dissimili figura dixit Quintilianus in præfatione institutionū oratoriarum. Permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precemur, hoc est, editionis ancipitem euentū, ut cūq; cadet, experiamur. Simillimū est illud apud Senecā in Agamemnone, Fluctibus deditatem, hoc est, rem fortunæ arbitrio cōmisi. Theognis οὐνεκα νῦν φέρομεθα καθ' ἴσιν ἀλικά βαλόντες, id est, Quare nūc ferimur pendentes carbasa uentis.

Sub omni lapide Scorpius dormit.

XXXIII

τῆρ παντὶ λίθῳ σκορπίος ἕνδρα, id est, Sub omni lapide Scorpius dormit. Admonet adagium cauendum esse, ne quis apud captiosos & calumniolos temere loquatur, quicquid enim attigerit, periculum esse ne mordeatur. Cōstat autē scorpions solere sub saxi cubitare, quæ si quis tollat incautius, fit ut ictus uulnus accipiat. Cōueniet & in morosos, qui quiduis causari solēt, uel in pigros, q; friuola quædā prætexentes, suffugiunt laborē. Aristophanes, Ἐμ δεσμοφοριαζούσαις τῆρ παροιμίαρ Δ' ἐπαινώ τῆρ παλαιὰρ, ὑπολίθῳ γὰρ παντὶ πρὸ γῆρ μὴ δάκνη ῥήτωρ ἀφῆρ, id est, Sermo mi uetus pbatur. Nā decet lapide sub omni Mordeat ne rhetor, obseruare. Nicandri cōmentator, hunc senariū citat, ex captiuis Sophoclis, Ἐμ παντὶ γὰρ τε σκορπίος φρεσῆ λίθῳ. Etenim sub omni lapide scorpius excubat, id est, nihil tutum, & omnia cauenda.

Asinus ad lyram.

XXXV

ονος λύρας, subaudi Ἀκροατής. Asinus Lyrae auscultator. In eos, qui propter imperitiam nulli sunt iudicio, crassisq; auribus. Hūc titulum puerbialem. M. Varro Satyræ suæ cuidā indidit. Eiusdē apud Gelliū extant hæc uerba e satyra, cui titulus, testamentū. Siquis mihi filius unus, plures ue in decē mēsisibus gignūtur, si erunt ονοι λύρας, id est, asini ad lyram, exheredes sunt. ονος λύρα e appellat indociles bonarū artium, atq; intractabiles. Diuus Hieronimus ad Marcellam, Quos ego cū possem meo iure cōtemnere, asino quippe lyra superflue canit, tamē ne nos superbiæ, ut facere solent, arguant. Et idem aduersus Vigilantiū. Quāq; stulte faciā, magistro cunctorū magistrōs quærere, & ei modū imponere, qui loqui nescit, & tacere nō potest. Verū est illud apud Græcos prouerbiū, ὄνος λύρας. Lucianus de his, qui mercede seruiunt, τὶ γὰρ κοινὸν φασὶ λύρα ἢ ὄνω, id est, Quid cōmercij asino cū lyra? Idem aduersus indoctū, ἀλλ' ὄνος λύρας ἀκούεις κινῶν τὰ ὄτα, id est, sed asinus lyram audis, auriculas mouēs. Vnde & hoc pacto effertur adagiū, ονος τὰ ὄτα κινῶν, id est, Asinus auriculas mouens. Rursum ad hunc modum, ονω τίς ἔλεγε μῦθον, ὃ δὲ τὰ ὄτα ἐκίνα, id est, Asino quidā narrabat fabulam, At ille auriculas mouebat. In eos, qui cū nihil intelligant, tamē perinde quasi nihil nō intelligant, ita nutibus alludunt, aut arrident dicētibis. Est autem asino naturale, subinde mouere auriculas, ueluti significanti se iam intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquādo referunt ad asinū nō auscultantē lyram, sed ipsum canere conantē. Lucianus, καὶ μάλιστα ὀπότε αμ' ἀδῆ ἢ ἀβρός εἶναι δέλα, ὄνος αὐτολυρίζω φασί, id est, Maxime siquādo canit, cupitq; festiuus, ac lepidus uideri, asinus, ut aiunt, ipse lyra canens. Idem in Pseudologista, τοῦτ' δ' ἢ τὸ πῦ λόγῳ ὄνομ κίθαριζέω περιόμνον ὄρωμ, id est, Iuxta hoc ipsum, quod uulgo dici solet, asinū cōspiciens cithara canere tentantē. Recte torquebit in eos, q; indecore tentant artificiū, cuius sunt imperiti, & a quo natura abhorrent.

Sus tubam audiuit,

XXXVI

σάλπιγγορ ἕρ ἤκουε, id est, Tubam sus audiuit. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, uerum eas, neq; intelligunt, neq; mirantur. Aut in eos, qui ijs, quæ audiunt, neq; gaudent, neq; commouentur. Equi tubarū clangore concitantur ad bellum. Suem abigat citius, q; animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiusmodi senarius, ονος λύρας ἤκουε, ἢ σάλπιγγορ ἕρ, id est, Asinus lyram, Sus audijt stolidus tubam.

Nihil graculo cum fidibus:

XXXVII

Nihil graculo cum fidibus, id est, nihil stolidis & imperitis, cū bonis literis. Nā graculus auis est inepta, molestæq; garrulitatis, atq; obstrepera, adeo, ut a uoce qua sonat, nomen inditū putet, autore Quintiliano primo institutionū libro. Tū sui generis conuentus amat, quo mutuo garritu, strepitu fiat odiosior. Porro cithara silentiū postulat, & aures attentas. Aulus Gellius

noctium atticarū extrema lucubratione, Sane ꝑ̄ eleganter hoc adagium torquet, in quosdā, pinguiore ingenio homines, stolidaq; loquacitate præditos, prophanos, *Ἀμούσου*, id est, a musarū sacris alienos, qui politiones literas elegantioresq; doctrinam, uel ridere possunt, uel etiam cōtemnere, intelligere nequaꝑ̄ possunt. Quos ea demū iuuant, quæ ipsi scilicet didicerūt, fordidā, muta indocta. Hi pari importunitate, & alienæ doctrinæ obturbāt, & suam inscitiam passim uenditant, atq; inculcant, neminē præ se nō cōtēnentes. Hoc igitur hominū genus Gellius a suis cōmentarijs, quibus nihil fieri potest, neq; tersius, neq; eruditius, quasi fuisse quodam abigens. Vetus est, inquit, adagium, nihil graculo cum fidibus.

Nihil cum amaricino sui.

LVIII

Atq; ei cōtinenter simile quoddam subnectit. Nihil cum amaricino sui, hoc est stolidis uel optima putent, displicentq;. Amaracus herbæ genus, Sicularū lingua, a Cynare Cyprii regis, eiusdem nominis filio dictum, quē in hanc herbam cōuersum fuisse fabulis proditum est. Cæterū Seruius in primū Aencidos, scribit Amaracū puerum fuisse regis unguentariū, qui casu lapsus dum ferret unguenta, maiorem cōfusione odorem creauit. Vnde & optima unguenta Amaricina dici cœperint. Hunc postea in herbam Amaracū fuisse cōuersum. Eadem dicitur & sanfucum, & alijs, atq; alijs nominibus, ut autor est Dioscorides in tertio libro, aitq; gratissimū esse odoris, atq; totam odoratā. Plinius libro decimotertio caplo primo, Inter ungueta nobilia & Amaricini facit mentionē, refertq; quondam in Coa fuisse laudatissimū, postea eodē in loco prælatum Melinū, Deinde docet uarijs unguentis admisceri sanfucum, quemadmodum & Telino. Quinetiā ex simplicis Amaraci succo nobilissimū unguentū confici. Idem libro *xxi. ca. xxij.* scribit in Cypro sanfucū laudatissimū & odoratissimū nasci. Eiusq; uaria ostēdit remedia. Atq; ex eo oleum quoq; fieri, quod Amaricinū seu sanfucinū uocetur. Cum igitur huiusmodi sit amaricinū, contra, sic nihil immūdius, nihil sordium amantius (Quamobrē dixit & Vergilius, Immundi meminere sues, præterea Flaccus, uel amica luto sus, & lutulenta ruit sus) nihil profecto minus cōuenit rostro suo loq; delitiæ unguentariæ, quippe, cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Maxime quod inter unguenta, peculiari quadam naturæ proprietate Amaricinū inimicū est suo generi, ita ut illis ueneni instar sit. Siquidē credimus Lucretio, cuius in sexto libro hi sunt uerius, Deniq; amaricinum fugitat sus, & timet omne unguentum, nam fetigeris subus acre uenenum est. Suem olim Aegyptij beluam usq; adeo spurcam ducebant, ut si quis uel transiens cōtigisset, cōtinuo pperaret ad flumen, se pariter ac uestes abluturus. Subulcos etiā indigenas adeo inuisos haberi, ut nec in tēpla recipiant, nec ad matrimoniū affinitatis admittant, autor Herodotus libro secūdo. Ad hoc adagium allusisse uidetur. M. Tullius, cum ait, Illi Alabastrus unguētī plena putet, id est optima pro pessimis displicent. Simile quiddā dici posset de scarabeo, cui unguentū pro stercore est, oletum p ungueto, id quod uulgo quoq; dici solere prope modū innuit Plutarchus in cōmentario, in quo Stoicorū dogmata cū poetarū dictis cōponit, λέγονται οἱ κάθαρτοι τὸ μύρον ἀπλίπτεμ, τὰ δὲ δυσώδη δὴ δώκεμ, id est, Aiunt scarabeos unguentū fugere, graue olentia sectari.

Quid canī & balneo?

LIX

τὶ κοινὸν κύνι ἢ βαλανείω, id est, Quid cōmune canī cū balneo? Hoc eodē adagiū eo lubētius refero, quod mihi refricat, renouatq; memoriā pari, ac desyderiū Rodolphi Agricolæ Frisij, quē ego uirū totius, tū Germaniæ, tū Italiæ publico, sūmoq; honore nomino, illius, quæ genuerit, huius, quæ literis optimis instituerit. Nihil em̄ unq; hoc, cisalpin° orbis, pduxit oibus literarijs dotibus absolutius, absit inuidia dicto. Nulla erat honesta disciplina, in q̄ uir ille nō poterat cū summis artificib° cōtēdere. Inter Græcos græcissimus, inter Latinos latinissimus, in carmine Maronem alterū dixisses, in oratione Politianū quendā lepore referebat, maiestate superabat. Oratio uel extemporalis, adeo pura, adeo germana, ut nō Frisium quempiā, sed urbis Rhomanæ uernaculum loqui contenderes. Eloquentiæ tam absolute, parem adiunxerat eruditionē, Philosophiæ mysteria omnia penetrauerat, Nulla pars musices quā non exactissime calleret. Extremo uitæ tēpore ad literas Hebraicas, ac scripturā diuinā, totū animū appulerat. Atq; hæc conantē fatorum inuidia uirum terris eripuit, nondum annos natum quadraginta. Extant paucula quædam illius monimenta, epistole quæpiā, Carmina item uarij generis. Axiachus Platonis latinus factus, Isocrates ad Demonicū uersus. Tum una atq; altera oratio habita in publico scholasticorū Ferratiensium cœtu. Nam illic & didicit, & publice docuit. Latitant apud nescio quos, commentarij dialectices. Verterat & Luciani dialogos aliquot, sed ut

ipse erat gloriae negligens, & plarique mortales rem alienam, sane quae indiligenter curare solent, non dum in lucem emeruerunt. Quaeque haec ipsa, quae extant, tametsi ne edita quidem ab ipso, plane diuinitatem quandam hominis praese ferunt. Verum ne uidear homo germanus, immodico patriae studio caecutire. Hermolai Barbari Veneti, de eo epitaphium subscribam elegantissimum profecto, & de quo dubites, utro sit dignius, ipso ne, qui scripsit, an hoc, quae eo exornauit. Est autem huiusmodi. Inuida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum Agricola, Frisij, ipseque, decusque soli, Scilicet hoc u. uo meruit Germania, laudis Quicquid habet Latium, Graecia quicquid habet. Quae si quid nostro Rodolpho potuit amplius, aut omnino magnificentius contingere, quae testimonium, tam splendidum, tam plenum, idque redditum non uiuo, sed iam uita defuncto, ne quis ab amore magis, quam a iudicio profectum causari possit. Deinde non a Germano, nequid patriae communis studium, eleuet testimonij pondus. Denique ab eo uiro, qui non solum Italiam suam, uerumetiam omne saeculum hoc nostrum illustrarit, cuius tanta est apud omnes eruditos auctoritas, ut impudentissimum sit ab eo dissentire, tam insignis in restituendis literis utilitas, ut aut a literis omnibus alienissimus, aut certe ingrattissimus habeatur, apud quem Hermolai memoria non sit sacrosancta. His itaque, tam plenis, tamque absolutis uiri laudibus, equidem fatcor me peculiariter etiam, atque impensius fauere, quod mihi admodum adhuc puero contigit uti praepceptore, huius discipulo, Alexandro Hegio Vuesphalo, qui ludum aliquando celebrem oppidi Duantrienensis moderabatur, in quo nos olim admodum pueri, utriusque linguae prima didicimus elementa, uir (ut paucis dicam) praepceptoris sui simillimus, tam inculatae uita, quam doctrinae non triuialis, in quo unum illud, uel Momus ipse calumniari fortasse potuisset, quod fama plus aequo negligens, nullam posteritatis haberet rationem. Proinde si quae scripsit, ita scripsit, ut rem ludicram haud seriam egisse uideatur. Quaeque uel sic scripta, sunt eiusmodi, ut eruditorum calculis immortalitatem promerant. Itaque in hanc digressionem non temere sum expatiatus, non ut gloriose Germaniae laudes iactarem, sed ut grati discipuli uicibus fungerer, & utriusque memoriae debitum officium utcumque persoluerem, propterea, quod alteri, ueluti filij debeam pietatem, alteri tanquam nepotis charitatem. Nunc ad adagium, quod me quondam puellum, Graecicae linguae rudem adhuc didicisse memini, ex epistola quadam longe doctissima, Rodolphi mei, qua quidem ille Senatui Hantuerpiensi, summa tum fide, tum facundia suadere conatur, ut ludo literario praeficiant aliquem, qui bonas literas didicerit, nec uti solent, infanti Theologo, aut physico id muneris committat, qui cum se, quacumque de re dicere posse confidat, ipsum dicere, quid sit, ignoret, Quid enim is (inquit) faciet in ludo literario? Nempe, ut Graeci dicunt, id, quod canis in balneo. Lucianus aduersus incredulum, και των ανωντων εικασος ενδως το προχειροτατον εκεινο επιφδεγητη, τι κοι τον κωινη βαλανειω, id est, Atque unusquisque conspicientium protinus illud uulgo tritissimum in te iacit. Quid cani cum balneo? Quadrabit in eos, qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles, ita ut in balneo nullus est omnino canum usus.

Asinum sub freno currere doces.

XL

Asinum sub freno currere doces. Hoc est, doces indocilem. Nam equus ad cursum idoneus, Asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius, Infelix operam perdas, ut si quis asellum In campum doceat parentem currere freno. Acron admonet pro uerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod alibi retulimus, του ιππομου εις πεδιον, id est, Equum in campum.

Alienam metis messem.

XLI

Αλλοτριον αμας δερος, id est, Alienam metis messem. Duplex est usus huius adagij, quippe quod pariter & in eos conuenit, qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur, & in hos, qui negotium non suum, parum diligenter curant. Ducta metaphora, a uetusto more, quo uicini rustici, in demetenda segete, mutuam inter sese operam commodabant. Fit autem hominum more, ut in suo parte quisque negotio longe sit attentior, quam in alieno. Id quod eleganter admonet Apologus ille de Cassitha, quae non pigeret referre, nisi promptum esset, cuiuslibet apud Aulum Gellium legere. Potest & eo referri, quod aliquoties fit, ut ciceris ijs, qui sementem fecerunt, alij in eorum locum succedat, citraque laborem, alienis fruuntur sudoribus. Vnde Maronis illud, En quis comseuimus agros. Aristophanes in equitibus, ταλλοτριον αμαωμ δερος, id est, Alienam metens messem. Dictum est in Cleonem qui in rem paratam, multisque laboribus a Demosthene prius labefactam ueniens, Pylo capta, gloriam omnem uictoriae in se transtulit, Demosthenem praeter inuidiam nihil relictum. Cui confine est illud Homeri ex Odyssaea libro primo, επει αλλοτριον βιοτημνηπινου εδισσιν, id est, Quandoquidem impune uictum comedunt alienum. Eandem sententiam, Aristophanes in

k

eadem fabula sic extulit, *εγὼ δὲ ποριπατῶν ὑπὲρ ἔργασκρίου εἴσαντες ἐτέρου τῷ χύτρω ὑφαιλόμην, id est, Ego obambulans ab officina longius, Alio coquente ollam paratam sustuli.*

Penelopes telam retexere.

XLII

Penelopes telam retexere, est inanē operam sumere, ac rursus destruere, quod effeceris. Natum ex Homero, qui libro *Odyssæ* secūdo fingit Penelopen Ulyssis uxore, procos iam urgentes, hac cōditione delusisse, ut tum se promitteret nupturā, ubi telam, quam habebat in manibus, absoluisset. Quā conditionē, postea ἴβ̄ illi accepissent, mulier astuta, quod interdū texuisset, id noctu retexere cœpit, *εἴθε κῆ ἡματὶν μὲν ὑφαίνεσκεν μέγα ἴσον νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ἐπὴρ δαΐδας παραθῆσθαι, id est, Illa diurna quidem, ingentē cōtexere telam. Verum eadem admotis soluebat nocte lucernis. Vsurpat hoc adagium Plato in Phædone. Item Cicero *Acade*, quæst. libro secundo. Quid quod eadem illa ars, quali Penelopes telam retexens, tollit ad extremū superiora. Sentit autem de dialectica, quæ ἡσδὲm illis ratiōibus, quibus confirmavit aliquid, rursus soluit, ac destruit, ut nihil iam actum uideatur. Aristides in defensione quatuor oratorum, *καὶ οὐκ οἶδα ὅν τιν' ἴσον ἀναλύοντες, ὅσσην γὰρ ἂν προκόψωσι φησὶ σοφίας τοσοῦτ' ἀνταφαιρούσι μεγάλα φρονούντες, id est, Et telam necio quam retexentes. Quantum enim faciunt comprehendī in sapientia, tantū rursus dispendi, dum arrogantes euadunt, Hoc quoniā alijs prouerbijs, quæ mox dicemus, subnectit, indicat nimirum & hoc esse prouerbium.**

Annosam arborem transplantare.

LXIII

*τὸ γράνδρον μεταφυτεύειν, id est, Vetulam arborem transplantare, in eos dicitur, qui sero, atq; ex acta iam ætate conantur didiscere, quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de ijs, quæ frustra molimur. Neq; enim loco mouenda arbor, ubi iam alte fixerit radices, sed cum planta adhuc est. Nam ueteres negabant arborem transferri oportere, uel minorem bima, uel maiorem trima, teste Plinio. Videtur autem adagiū ad quercum peculiarius pertinere, quæ omnium altissime radices agit, Vt & *ἀπὸ φησὶ δρυὸς γράνδρον, Siue quod hanc arborem omnium primam arbitrantur fuisse. Quapropter & Ioui sacra arbor, & sylua Dodonæa querna fuit, unde prima omniū oracula reddita creduntur.**

Harenam metiris.

XLIII

ἄμμου μετρήεις, id est, Harenæ modum quæris, Hoc est, rem infiniti laboris, atq; inexplicabilem incœptas, Aut frustra conaris, quod nequeas efficere.

Undas numeras.

XLV

*κύματα μετρήεις, id est, Undas numeras. Eundē cū proximo sensum habet. Vergilius utrāq; parœmiā eleganter attigit libro *Georgicon* secūdo. Quem qui scire uelit, Lybici uelit æquoris idem. Discere ἴβ̄ multæ Zephyro turbentur harenæ, Aut ubi nauigijs uolentior incidit curus, Nosse quot ionij ueniant ad litora fluctus. Theocritus in chæritibus, *ἀλλ' ἴσως γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἀόνι κύματα μετρήειν ὁσ' ἄνεμος χέσσενδε μετὰ γλαυκᾶς ἀλός ὠθέει, id est, Neq; perinde licet, quasi si numerare labores, Quot uenti e pelago trudent ad litora fluctus. Videtur potest ab Aescopico quodā apologo natum adagiū, quem refert Lucianus in sectis, Olim quendam in maris litore sedisse, conantē singulas undas pernumerare, cumq; undas undis trudentibus obrueretur, animoq; male angeretur, quod eas numero complecti non posset adiens callida uulpes, opportuno consilio sic hominē subleuauit. Quid angeris (inquit) propter undas, quæ præterierunt: Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias.**

Surdo oppedre.

XLVI

τὰ κωφῶ ἀποπαθεῖν, id est, Apud Surdum crepitū edere. Dicitur ubi quid frustra fit. Aut ubi peccatur apud stupidos, qui non queant sentire. Siue cum conuictijs incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiat. Refertur a Diogeniano, & a Suida.

Aranearum telas texere.

XLVII

τὰ ἀράχνη ὑφαίνειν, id est, Aranearum telas texere, est in re friuola, nulliusq; frugis infinitū, atq; anxium capere laborem. Refertur prouerbij uice a diuo Basilio in initio enarrationis hexameron. Vnde & apud Diogenem Laertium in uita Zenonis, Philosophus quidā ratiōes dialecticas, aranearū textis similes esse dicebat, quæ cum operosum quiddā, atq; exactum præ se ferant, tamen nugatorie sint atq; imbecilles. Et alius quispiā leges cū aranearū textis comparabat, quæ cū a magnis auibus facile discinderentur, muscas duntaxat irretirent.

Latrem lauas.

XLVIII

Ferunt huic cōfines aliquot apud Græcos parœmiæ, quibus operam inanē significamus, ue

luti *πλὴνδορ πλύνει*, id est, Laterem lauas, id quod usurpat Terentius in Phormione, Loquar ne: incendam. Taccam: instigem. Purgem me: Laterem lauem. Theocritus in charitibus *καὶ ὕδατι νίξην δολεράμ' ἰοείδει πλὴνδορ*, id est, Et nigram silicem lauisse liquentibus undis.

Laterem elixas.

XLIX

Cui simillimū est, quod refertur apud Aristophanem, in comœdia, cui titulus, *σφήκιε, λίδορ ἔχεις*, id est, Lapidem decoquis, pro eo, quod est inaniter laboras, *ἀλλ' ὅτ' ἀντιβολοῖν τις, καὶ ὠκύπρωμ' ἄρ' οὐτῶ λίδορ ἔχεις ἔλεγεμ*, id est, Quin ubi quis obsecrauerit, demisso sic capite. lapidē decoquis, inquit, Neq; enim unquā mollescit lapis, quātūuis diutina coctione. Generaliter cōuenit in quāuis inanem operam, speciatim in hominē durum, nullisq; precibus mollescentē.

Aethiopem lauas, Aethiopem dealbas.

L

Eandem habet, *αἰθίοπα σμήχεις*, id est, Aethiopem lauas. Et *αἰθίοπα λευκαίνεις*, id est, Aethiopem dealbas. Lucianus in libro contra indoctum, *καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, αἰθίοπα σμήχειμ' ἐπιχέω*, id est, Ac iuxta prouerbiū Aethiopem lauare conor. Nam natiuus ille Aethiopum nigror, quem Plinius ex uicini syderis uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq; ulla ratione cā deficit. Hoc item peculiariter quadrabit, cum res parum honesta, uerborum fucis adornatur. aut cum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Adagiū ortum uideri potest ab Aesopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopem, & existimans eum colorem non natura, sed superioris domini negligentia accidisse, nihil non adhibuit eorum, qui: us uestes candesceri solent, adeoq; perpetuis lotionibus miserum diuexauit, ut illum in morbum impulerit, colore, qui fuerat manente.

Arare litus.

LII

Αἰγιαλὸν ἄροῦμ, id est, Arare litus, est sterilem operam sumere. Aufonius ad Theonē, *Quid geris extremis politus telluris in oris* Cultor harenarum uates, cui litus arandum. Significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris usus erit, cum officium impenditur in eū, a quo nihil sis fructus aliquando percepturus, ueluti si quis doceat, *ὄνεμ λύραε*, aut beneficium collocet in ingratum. Salsitas enim facit, ut litorales orae ferme sint steriles, quod etiam prouerbio testatum est, *ἀλαμυρὸν γειτόνημα*, id est, Salsuginosa uicinia, pro sterili. Est autē adeo sterilis humor marinus, ut nec arbores ferat, Atq; huiusce rei uarias adfert causas Plutarchus in cōmētatio de causis naturalibus, primo statim problemate.

Harenæ mandas semina.

LII

Εἰς ψάμμον ἀπείρας, i. Harenæ mandas semina. Propterea quod steriles harenæ, maxime litorales, nec idoneæ ad sementem. Oenone Paridi apud Ouidiū, *Quid facis Oenone: quid harenæ semina mandas: Nō pfecturis litora bubus aras*.

In aqua sementem facis.

LIII

Εἰς ὕδωρ ἀπείρας, In aquam semina iacis. Theognis *ἴσορ κῆ ἀπείρειμ πόντορ ἄλως ῥαίης*, Loquitur de ijs qui beneficium conferunt in ingratos, atq; improbos homines, idq; perinde perire dicit, quasi sementē facias in undis marinis.

In faxis feminas.

LIII

κατὰ πετρῶν ἀπείρας, id est, In faxis sementem facis. Quo quidem alluisse credi potest allegoria euangelica de semine, quod in petras incidit.

Ignem dissecare.

LV

Εἰς τὸ πῦρ ξάινειμ, id est, Ignem diuerberare. Ad hanc formā pertinet, quāq; hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in cōmuni defensione quatuor Rhetorum, *ελελίθειε δὲ ἄρα σαυτὸν, ἀπάσαιε τὰς παροιμίας ἐνεχόμενος*, *εἰς πῦρ ξάινωμ, κῆ λίδορ ἔφωμ, κῆ ἀπείρωμ τὰς πέτρας*, id est, Nō intelligebas autē te ipsum omnibus illis prouerbij obnoxium esse, quod ignem diuerberares, quod laterem lauares, quod in faxis sementem faceres. Taxat Platonem, qui apud Dionysium Tyrannū nullum omnino fecerit operæ precium.

In aqua scribis.

LVI

καθ' ὕδατος γράφεις ἢ εἰς ὕδωρ γράφεις, id est, In aqua scribis, hoc est, nihil agis. Lucianus in Tyranno, *παίσεις ὦ χάρωμ ἢ καθ' ὕδατ' εἰς φασίμ ἢ δὴ γράφεις*, *παρὰ μυκίλλου τινὰ δόλομ προσδοκῶμ*, i. Vtrum ludis Charon, an iam in aqua, quod aiunt, scribis, qui quidē a Mycillo obolum aliquem expectes. Plato in Phadro, *οὐκ ἄρα πωυτ' ἢ αὐτὰ ἐμ ὕδατι γράψαι μέλανι, ἀπείρωμ διὰ καλάμου*, id est, Nū hæc studiose in aqua scribet nigra, sceminans calamo. Extat huiusmodi senarius inter sentētias græcas, *ἀνδρῶν δὲ φάυλωμ ὄζκομ, εἰς ὕδωρ γράφει*, id est, Hominū improborū inscribe iusiurādū aquæ.

K 2

In Harena ædificas.

LVII

Εἰς ἄμμον δικοδομῆς, In Harena ædificas, ad quod euangelica parabola uidetur alludere, Nō confilit, quod super harenā struxeris. Proinde recte usurpabitur, ubi quis negociū aggredditur inutile futurū, utpote nō recte iactis ante fundamentis.

Ventos colis.

LVIII

Ἀνέμου γεωργῆς, id est, Ventos colis. Refertur a Zenodoto, Dicitur in eos, qui e suis laboribus nihil fructus reportant. Ferrum natare doces.

LIX

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις, id est, Ferrum fluitare doces, de ijs, qui rem conantur, quæ repugnant natura, nequaquā fieri possit.

Cribro aquam haurire.

LX

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ ἢ ἐπιφέρει, id est, Cribro aquam haurit. Quod etiam in obliuiosos nō incōcinne dicitur. Plautus in Mercatore, Nō pluris refert, quā si aquam in cribrum geras. Id autem olim inter ἀδυνώτατα habitum, uel illud est argumento, quod inter prodigia refertur Tuciam uirginē uestalē, aquā cribro tulisse, anno ab urbe cōdita, sexcentesimo nono, teste Plinio libro uigesimo octauo, capite secūdo. Sumptū a fabula Danaidū puellarū, quas Plato scripsit apud inferos hoc pœne genus pendere, ut assidue aquam in dolium pertusum, uasis item pertulis inferant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtōnem, καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς δαναίδων τῶν ἀμφορέων ἐκχέομεν πίδαρες, id est, Ac iuxta prouerbium, amphoras in Danaidum dolia infundimus. Lucianus in Timone, ὠπῶρ ἐκ κοφίνου περὺπκμένον, id est, Tanquā e cophino pterebato. Effert & hūc ad modū, εἰς πίδαρον περὺπκμένον ὕδωρ ἀντλεῖ, id est, In dolium ptusum aquā hauris.

Apud simum, odorum uaporem spargis.

LXI

Εἰς κόπρον θυμιάς, id est, In simū aromatū odorē spargis. Nam perit omīs fragrantia, fimiq; fœtore uincit. Est apud Suidam. Cōueniet autē & in hos, qui rem egregiā indignis adhibent.

Oleum & operam perdidit.

LXII

Eodem pertinet & illud, quod est apud Plautū in Pœnulo, Tum pol ego & oleum, & operam perdidit, id est, quicquid insumpsi, seu rei, seu laboris, id frustra insumptū est. Metaphora ducta est a gladiatorū, ac palæstritarū certaminibus, in quibus certaturi, unguentis quibusdā oleaceis perungebātur, Cicero in epistolis. Nam quid ego te athletas putem desyderare, qui gladiatores cōtempseris, in quibus ipse Pompeius pfitetur se & oleum, & operam perdidisse. Quāquā potest & ad lucubrantiū lucernas referri, sicuti Cicero fecisse uidet, scribes ad Atticū, libro decimotertio. Ante lucē cū scriberē cōtra Epicurcos, de eodē oleo & opera, exarauī nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi, Non defleamus, ne & oleum, & opera nostræ philologiæ perierit, sed cōferamus tranquillo animo. Ergo hic oleum, p sumptu positū est. Nam & sic effertur adagiū. Plautus in rudētibus, Et operam & sumptū perdunt, Eodem ptinet etiā illud, quod coruus ille saluator sonare didicerat, opera & impensa perijt. Cuius fabulæ meminit Macrobius libro Saturnaliū secūdo. Eā, quoniā neutiq; indigna memoria uidetur, nō grauabor adscribere, idq; ipsius uerbis. Sublimis inquit, Actiaca uictoria reuertebatur Octauius. Occurrit ei inter gratulantes coruū tenens, quē instituerat hoc dicere, Aue Cæsar uictor Imperator. Miratus cæsar officiosam auem, uiginti millibus numū emīt. Socius opificis, ad quē nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauit Cæsari, illū habere & alium coruum, quē ut afferre cogeretur, rogauit. Allatus, uerba, quæ didicerat, expressit. Aue uictor Imperator Antoni. Nihil exasperatus, satis duxit iubere illū diuidere donariū cū cōtubernali. Saluator similiter a pſitaco, emi iussit eū. Idē miratus in pica, hanc quoq; redemit. Exemplū, suto rē pauperē sollicitauit, ut coruū institueret ad parē salutationē, qui impendio exhaustus, saepe ad auem non respondentē, dicere solebat, opera & impensa perijt. Aliquando tamen coruus cepit dicere dictatam salutationē. Hac audita, dum transit Augustus respondit, satis domi saluatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, ut & illa quibus dominū quarentem solebat audire, subtexeret, opera & impensa perijt. Ad quod Cæsar risit, emiq; auem iussit, quāti nullam adhuc emerat. Hac tenus Macrobiij uerba reddidimus. Diuus Hieronymus ad Pammachium, uidetur huic adagio, uelut alterum quoddam adagiū subtexuisse. Oleum perdit & impensas, qui bouem mittit ad Ceroma. Siquidem hoc ipsum bouem ad Ceroma mittere prouerbū sapit. Pro eo, quod est docere indocilem, aut ad id muneris quempia asciscere, ad quod obeundum neutiq; sit idoneus, uidelicet ingenio repugnāte. Nam Ceroma dicitur unguentū, quo olim ungebant Athletæ, id ex oleo, certisq; terræ generibus conficiebatur, Por-

ro ad certamina bos inutilis est.

Reti uentos uenaris.

LXIII

Δικτύω ἄνεμον θηρῶν, id est, Reti uentos captas, de frustra laborantibus, aut qui stulte sequuntur ea, quæ nulla sit assequendi spes. Aut qui rem inanem inaniter captant. Nam utre contineri uentus potest, reti nequa ῥ.

Tranquillum æthera remigas,

LXIII

Ἀἰθέρα νῆνεμυ ἐρέσσης, id est, Aere tranquillo remigas, apud Zenodotū refertur de incassum laborantibus perinde est quasi dicas, aerem diuerberas, remigantiū more.

Mortuum flagellas,

LXV

νεκρῶν μασιζεις, id est, Mortuū flagellas, in eos, qui obiurgant illos, qui nihil prorsus obiurgatione comoucantur. Aut qui uita defunctos insectantur, ac lacerant.

Ollam exornas.

LXVI

χύτρυ πικίλλας, id est, Ollam exornas, siue picturas, de his, q in re uehementer absurda frustra conant. Ineptus em labor, ollæ uasi cōtēpto & culinaris usibus destinato, picturæ lenociniū adhibere. Cui simillimū qddā uulgo iactat, bracteis aurcis inaurare iuglandiū putamina.

Ouum adglutinas.

LXVII

ὄμυ κολλῆεις, id est, Ouum glutino compingis, refertur a Diogeniano. Ridicule laborat, q fractum ouī putamen glutino sarcire & coagmentare conetur.

Vtrem cædis.

LXVIII

Ἀσκόμ δέξει, id est, Vtrem cædis, aut utrem excorias. Ad quod alluisse uidetur Apuleius in Asino, cū meminit de tribus utribus a se percussis, ac uulneratis. Sumptū uel a Bacchi sacris, uel ab ijs, qui percussis utribus, inanem mouet strepitum.

Vtrem uellis.

LXIX

Huic simillimū, Ἀσκόμ τίλλεις, id est, Vtrem uellis, uel quod nō sentiat, uel quod pilis careat.

Actum agere.

LXX

Terentius in Phormione, Ohe Actum, aiunt, ne agas, τόπραχθῆν μὴ πράξειε. A iudiciorū cōsuetudine sumptū, qua fas nō est iterum agere causam, de qua iam sit pronunciatum. Plautus Rem a cta agis, id est, incassum laboras. M. Tullius libello de amicitia indicat dici solitū, de negotio, quod præpostere geritur. Sed cum multis (inquit) in rebus negligentia peccimur, tū maxime in amicis & deligendis & colendis. Præpostere enim utimur consilijs, & acta agimus, quod uctamur prouerbio.

Cotem alis.

LXXI

Ἀκόνη σίτιζεις, id est, Cotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimiq; cibi, qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilentia, hodieq; uulgo iactatur adagium, cū aiūt, tam pinguem, q̄ cotem, macilentum quempiā esse significantes.

Hylam inclamas.

LXXII

Ἦλαμ κραυγῶεις, id est, Hylam inclamas, de frustra uociferantibus, aut in genere, de nihil pficiētibus. Ab huiusmodi casu natū adagium. Hylas Theodamantis filius, cū esset inter argonautas, formosus adolescens, adamatus est ab Hercule. Is cum esset in Mysia, forte aquatū egressus, in fonte perijt, unde & a nymphis adamatus, ac raptus fingitur. Ad hunc uestigandū missus est Polyphemus, qui ingenti uociferatiōe nomen inclamabat Hylæ, neq; quicq; tamē pfecit. Atq; hinc ortū prouerbiū. Vergilius uidetur ad nautarū clamorē retulisse, cū ait, His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relictum clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret. Meminit huius & Theocritus in Idyllio. Ν. τρις μὲν Ἦλαμ ἄνεμ, ὄσον βαδύς ἄρυσσε λαίμους, τρις δ' ἄμ ὁ παῖς ὑπάκασεμ, ἀραιὰ δὲ ἴκερ φωνή, id est, Ter quāto potuisset Hylam clamore uocabat. Mugitū intēdens imo de gutture uocis, Ter puer audijt, ac tenuis uox perculit aures, Nihil obstat, quo minus ad sacrorū consuetudinē referat, quæ in Hylæ rapti memoriā sunt instituta, in quibus Hylæ nomē inclamabat. Id fuerit uenustius, atq; cōcinnius, ubi quis rem absentē frustra desiderat, uel deplorans, uel optans. Vt si quis ad inopiā redactus, optaret sibi centum talenta, quæ quondā habuisset. Ad hanc parœmiam respexisse uidetur Aristophanes in Pluto, Πύξις τῶν οὐ παρῶντα κῆ μάτην καλεῖς, id est, Desyderas absentē inaniter uocans. De mercurio dictum, Placentas illas deplorante, quas in sacris cōsueuerat aliquādo edere.

Inaniter aquam consumis.

LXXIII

Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ, id est, Inaniter cōsumis aquā. In eos quadrabit, qui frustra suadent. A

k 3

prisco more iudiciorū sumptū, in quibus ad Clepsydræ modū dicebat̄ Aeschynes contra Demosthenē, ostēdit primā aquā infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiā iudicibus, ad pœnam cōstituendam, nisi primis sententijs reus fuisset absolutus. Et Demosthenes Aeschynē prouocat, ut uel in sua aqua, si possit, dicat, quod decretū fuisset ipso unq̄ autore scriptum. Huc alludens Lucianus, *Εμ' ὄψ' ἄρα τῶν ἐπι μισθῶ σωόντων*, in rhetorē quendā iocatur, qui apud Barbaros in cōuiuio diceret, nō ad aquā, sed ad amphoræ uinariæ modū. Idem in bis accusator, *ἐκείνης γὰρ τόγε νῦν ἔσοι*, id ē, Nā illius sane in præsentia fuit aqua. Apuleius in asino aureo, Rursum præconis amplo boatu citatus accusator quidā senior exurgit, & ad dicēdi spatium, uasculo quodā in uicē colli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat. Plinius iunior Falconi. Et qui iubere posset tacere quēcūq̄, huic silentiū clepsydra indicī. Idem Arriano, Dixi horis pene quinq̄, Nā uiginti clepsydris, quas spatiosissimas acceperā, sunt additæ quatuor. Quintilianus libro duodecimo. Et siquid ipse tibi sumas, probandū est, & laboratā, cōgestamq̄ dierū, ac noctiū studio actionē, aqua deficit. Porro prisca lineis & umbris, horas distinguebant. P. Scipio Nasica primus repperit Clepsydrā, q̄ nubilo quoq̄ die, & noctibus, horæ distinguerentur. Nunc *αὐτομάτως* utuntur horologijs.

In acre piscari. Venari in mari.

LXXIII

Eiusdem generis sunt & illa, quæ Plautus usurpat in Asinaria. In acre piscari, & in mari uenari retiaculo. Quadrabunt simpliciter in eos, qui moliantur, *τὰ ἀδύνατα*, aut qui præpostere ibi quærunt aliquid, ubi ne sperari quidem possit. Ut siquis in magistratibus uitam tranquillam, in uoluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. Itaq̄ Libanius seruus ab hero suo Demeneto iussus, ut uxorem ipsius argento defraudaret, significans nulla ratione fieri posse, ut a muliere tenacissima quicquā auferetur. Iube (inquit) una me opera piscari in acre, Venari autem retiaculo in medio mari.

Aquam e pumice postulas.

LXXV

Superiori nō admodū diuersum, quod apud eundē poetam legitur. Aquā e pumice postulare, pro eo, qd̄ est frustra ab alio petere, cuius spē a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enī pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac siquis ab indoctissimo doceri postulet, ab incōsultissimo consiliū expectet, ab egeno munus, ab inope præsidium, deniq̄ ab auaro, ac tenaci pecuniā. Plautus, Nam tu aquam e pumice nūc postulas, qui ipse sitiat. Pumex, inquit idē, nō æque est aridus, atq̄ hic senex. Est autem pumex lapis cauernosus, quo solent poliri codices, natura adeo sicca, ut si in urceum bullientē immiseris, feruorem extinguat, non solum ad tempus, sed in totū. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod uehementissima sic citate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit & de Chio quopiā eudemo, qui pumice acri cōlperfo aceto, munire sese cōsueuerit, ut post septimam Ellebori potionem, nec balneis, nec uini potatione prouocaretur ad uomitum.

Nudo uestimenta detrahere.

LXXVI

Ad hanc sententiam pertinet hoc quoq̄, quod ab eodem est usurpatum poeta. Nudo uestimenta detrahere, pro eo, quod est, ab eo sperare emolumētum, cui ne sit quidem, quod auferri queat. Sic enim idem Libanius in Asinaria plautina admonitus ab hero, ut ab ipso per fallaciam argentum abraderet, quo filio emeretur amica. Maximas, inquit, nugas agis, Nudo detrahere uestimenta me iubes.

Anthericum metere.

LXXVII

τὸν ἀνθήρικον θερίζειν, id est, Anthericū metere dicebant̄, qui laborem inanem, ac sterilem caperent. Anthericus, herbæ genus, quod meti nō possit, sed uelli manibus necesse est, uelut & linum. Anatherices uocantur summa spicarū fastigia. Herodotus Asphodeli caules Antherices uocat, teste Suida, quos & tenaciores ait esse, q̄ ut frangi queant.

Ex harena funiculum necis.

LXXVIII

ἐκ ὄψι ψάμμου χοινίον πλέκειν, id est, Ex harena funiculum necere, est frustra conari, quod nulla ratione possit effici. Quid enim stultius, q̄ ex harena, quæ nullo modo cohærescit funē uelle necere? Prouerbiū utrūq̄, nempe tum hoc, tum quod proxime retulimus, usurpat Aristides in cōmuni defensione quattuor oratorum, *κατὰ δύναντες δὲ εἰς τὴν χρεαμοσύνην, ἐκ τὰ θαυμάσια σοφίζοντες σκιᾶ τινὶ λόγους ἀνασπώντες, ἔφηκε ὡς σοφοκλήης, τὸν ἀνθήρικον θερίζοντες, τὸ ἐκ ὄψι ψάμμου χοινίον πλέκοντες, οὐκ ἴσθησάν τι ἰσθὲν ἀναλύοντες*, id est, Verū ab dentes sese in secessus quosdā, illic admirandā illam cōminiscunt̄ sapientiam, umbra quadā attrahentes uerba, quemadmodum abs te di

Etum est Sophocles, Anthericum metētes, ex harena necētes funiculum, & haud scio, quā retexentes telam. Significat his adagijs, umbraticum illud philosophorū studium, nihil omnino fructus adferre. Columella in præfatione carminis de cultura hortorum. Nam & multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari, tamen eadem tam exigua sunt, ut (quod aiunt Græci) ex incomprehensibili paruitate harenæ, funis effici non possit. Prouerbiū peculiariter accōmodabitur ad usus huiusmodi, si quis conetur in concordiam redigere, moribus longe dissimillimos, & inter quos nihil omnino conuenit. Aut si quis oratione ex argumentis dissonis contexat, quasi Chimæram quandam fingens, & huiusmodi monstrū, cuiusmodi describit Horatius, humano capite, equina ceruice, reliquis item membris ex uarijs animalium generibus, ita collatis, ut turpiter atrum desinat in piscem, mulier formosa superne.

Ab Asino lanam.

LXXIX

Cui finitimum est & illud, ονου πόκας ζητῆς, id est, Asini lanas quæris, de ijs, qui stulte quærūt ea quæ nusq̄ sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum, ονου πόκα, id est, asini lanæ. Aristophanes, τίς εἰς τὸ λίδης πεδίον, εἰς ὄνου πόκας, id est, Asini quis ad lanas: quis in lethes solū: Per asini lanam, res uanas significans, & quæ nusq̄ sunt.

Asinum tondes.

LXXX

Eundem sensum habet τὸν ὄνον κείρῃς, id est, Asinum tondes. De ijs, qui rem absurdam, atq; inutilem aggrediuntur, propterea quod asinum neq; peccere possis, propter uillos, neq; tondere, cum lanam non habeat. Huius meminit Aristophanes in Ranis.

Lupi alas quæris.

LXXXI

Λυκου πτερά ζητῆς, id est, Lupi alas quæris. De ijs qui quærunt ea, quæ nusq̄ sunt. Aut ubi quis uerbo duntaxat territat, alioqui re nunq̄ facturum, quod minatur. Neq; enim fieri potest, ut lupus alatus inucniatur.

Quæ apud inferos.

LXXXII

Eodem loco interpres admonet & huius adagiij, tanq̄ eundem habētis sensum, τὰ ἐμ' ἄδου, id est, Ea quæ apud inferos, citatq; Aristarchum autorem, idq; inde natum putat, quod Cratinus finxerit quendam apud inferos funem torquentem, asinum autem arrodentem ea, quæ ille iam torfisset, atq; ita inaniter laborare. Quanq̄ illud τὰ ἐμ' ἄδου generaliter ad omnia pertinet, quæ poetarum fabulis traduntur, nulli credita, nisi pueris. Vnde cum inania, somnīsq; similia significabimus, apte dicemus, τὰ ἐμ' ἄδου.

Contorquet piger funiculum.

LXXXIII

Huic adeo simile est, ut idem uideri possit, quod de ocno ono, id est de pigro asino refert Pausanias apud Ionas, ut ait, celebratum. σωάγῃ ὄκνον τὴν δώμιγγα, Torquet piger funiculū. Ipsius uerba super hac re subscribā, μετὰ δὲ αὐτοῦ ἀνὴρ ἐστὶ καθήμενος ὑπὸ γαμμοῦ δὲ ὄκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον περικτῆ μὲν πλέκων χοινίον. πρὸς δὲ διέλα ὄνος ἐπεδίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀείτω χοινίου. Τοῦτο εἶναι τὸν ὄκνον, φίλτρον φασιμ ἄνθρωπον, γυναικὰ δὲ ἔχον διαπανκράμην ὅποσα συλλέξαιτο ἐραζόμενος οὐ πλὴν ἅμ' ἕξου ὑπὲρ ἐκέμης ἀνήλωτο. οἷδα δὲ ἢ ὑπὲρ ἰώνων, ὅποτε ἰδοίμεν τινὰ πρῶτον ἐπὶ οὐδ' ἐνὶ ὄκνον φέροντι, ὑπὲρ τούτου ἐρημνύον ὡς ὁ ἀνὴρ οὗτος σωάγῃ τὸν ὄκνον τὴν δώμιγγα, id est, Post hos uir quidam est sedēs, Titulus indicat eū ὄκνον esse. Eactus est autem ad hunc modum, ut ipse funiculum torqueat, astante asella, quæ quod tortum fuerit, assidue abrodatur. Hunc Ocnum aiunt hominem esse industrium, operiq; intentum, sed uxorem habere sumptuosam, ac prodigam, ut quicquid is suo labore corraserit, id mox absumatur ab illa. Cognitum autem est mihi, etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent, in re quapiam elaborātē, quæ nihil adferret emolumētī, hic homo funiculum Ocni contorquet. Videtur argumentum picturæ sumptū ab occasione uocis ancipitem obtinentis significatum. Siquidem σωάγῃ τὸν βίον aiunt Græci pro comparare uictum. Colligit autem qui rem auget, dissipat qui profundit. Atq; hoc quidem argumentum apparet olim multorum artificum operibus fuisse celebratum. Siquidem Plinius in historia mūdi inter Socratis egregij pictoris argumēta, cōmemorat & de asino spartum arrodente. Et piger, inquit, qui appellatur ocnos, Spartum torquens, quod asellus arrodit. Fertur idem picturæ genus & delphis fuisse a Polygnoto Thasio dicatum. Quo quidem negant desidē, & ignauum significatum, quemadmodum existimat Varro, immo laboriosum magis & industrium, sed cui sit uxor prodiga. Eoq; Pausanias ait, nō marem asellum, sed fœminam in pictura fuisse. Idem argumentū marmore cœlatū, Rhomæ duob' uisitari locis, nempe in capi-

k 4

tolio & in hortis uaticanis, Hermolaus Barbarus testis est. Vfus est hoc adagio & Propertius, Dignior obliquo funem qui torqueat oculo Acternusque tuam pascat alio famē. Verum illud interim admirandum, cur Plinius eum scripserit appellatū ocnum, id est pigrū, qui funē torqueret, ac non magis a fellum arrodentem. Maxime cum Propertius nō cum ocnum appellet, qui torqueat, sed illi torqueri funem, ut a finū intelligas citius, quē torquentem. Meminit huius adagij Plutarchus cōmentario, περι τῆς εὐθυμίας· ἀλλ' ὡς πρὸς ἐμ' ἄδου ζωγροφύμενος χοινοπόλοκος ὡς τινὶ πρῆξις, ἐπιβοσκομῶν καὶ ἀναλίσκεται τὸ πλερόμενον, id est, Sed quemadmodū apud inferos depictus is, qui funem torquet, cui adest, qui depalcens absumit id, quod tortum fuerit.

Littori loqueris.

LXXXIII

Λιττοῖ λαλῆς, id est, Littori loqueris. Refertur a Græcis adagiorum collectoribus. Dicitur in eos, qui frustra uel suadent, uel orant, perinde quasi iurdo loquantur. Nam littora propter assiduum fluctuum fragorem surda dicuntur.

Vento loqueris.

LXXXV

Suidas addit & hoc, ἀνέμῳ διαλέγῃ, id est, Vento loqueris. Pro eo, quod est inaniter. Nā uētus omnia dissipat, cogitque euanescere. Vnde & auris discerpta mandata, dixit Vergilius, quæ abierant in obliuionem.

Mortuo uerba facit.

LXXXVI

Μετὰ τὸ λείποντα μύθους εἰς οὐδὲν, Mortuo ad aurem fabulam narrās. Plautus, Mortuo uerba nunc facio. Terentius, Verba fiūt mortuo. Plautus, Nihil pluris refert, quē si ad sepulchrū mortuo dicat iocū. Natū adagiū a ridicula cōsuetudine ueterū, uita defunctos ter uoce cientium, unde & conclamati dicebant, praterea in pompis funeralibus multa deplorantiū erga mortuū, Quem morem irridet Lucianus in libello de lectu, quē nos latinum fecimus.

Surdo canis. Surdo fabulam narras.

LXXXVII

Eandem uim habet, κέφῳ ἄδεις. Surdo canis. Vergilius in Bucolicis, Nō canimus surdis, respondēt omnia syluæ. Horatius, Narrare putaret a fello fabulā surdo. Terentius in Heautontimorumenō, Næ ille haud scit, quē mihi nunc surdo narrat fabulam.

Frustra canis.

LXXXVIII

Ἀλλῶς ἄδεις, id est, Frustra canis, πρὸς κενὴν ψάλλεις, id est, in uanum cantas. De ijs, qui frustra uadent. A cantoribus ductum, qui cum, ingrati sunt auditoribus, inaniter canunt, cum a nemine audiantur, aut qui canunt suo sumptu, nihil auferentes præmij. Nam cantilenam Græci pro uerbali metaphora frequenter appellant orationē. Inde est illud in Euripidis Hecuba ἤξει τί μέλθῃ, id est, Veniet aliqua cantilena. Et eandem cantilenā canis, & ad aures occinere, & παρατὸ μέλθῃ φθνεγάμυθος, id est, Prater cantum sonans. Vsurpauit adagiū hoc, ac simul exposuit Lycophron poeta, τοὶ γὰρ ψαλλῆς εἰς κενὸν νῆρας κτύπησιν ἄσπιτα κ' ἀδῶσιν ἅλα φρομίζω μέλη, id est, Itaque ciebis irritos fidiū sonos. Ieiuna & indonata pulsans carmina. Interpres addit prouerbiū ad hunc etiam efferrī modum, εἰς κενὸν κρούεις τὰς χορδὰς, id est, Frustra pulsas chordas, sumptū autē a citharædis, qui sic canunt, ut nihil accipiant muneris, & domi cibū capiant, hoc est suo sumptu, suoque uictu, quemadmodū ait Plautus, alij cantant. Nisi si cui uidebitur ad Apologum Aesopi referendū, de tibicine frustra pisces inuitante cantilenis. Nā audierat Arionis fabulā.

Lapidi loqueris.

LXXXIX

Λίθῳ διαλέγῃ, id est, Lapidi loqueris. Eundem sensum habet. Et apud Terentium lapis pro stupido, brutoque homine ponitur aliquoties.

Parieti loqueris.

XC

πρὸς τὸν τοῖχον λαλῆς, id est, Parieti loqueris. Et hoc quoque refertur a Græcis collectoribus. Effertur & ad hunc modum, διὰ τοῖχος λαλῆς, id est, per parietem loqui. Dici consuevit, ubi quis rei quippiā faceret uehemēter absurdæ. Fortassis ab amātibz sumptum, qui ad fores, ac fenestras, aut etiā parietes amicarum perinde loquuntur nōnunquā, quasi sensus aliquis illis adfit.

Nugas agere.

XCI

Latinis perinde, atque Græcis tritum adagiū. Nugas agere, pro eo, quod est rem friuolam, ac nihili facere, seu frustra conari, ἄγρον λακῆς. Atticis familiare, id est nugas nugaris Aristophanes in Nebulis, Socratē subtilium nugarū antistitē uocat, quasi friuolarū argutiarū autorem, σὺ πελεπιδάτωμ λακῶν ἱερεῦ. Dicunt & ἄλλῃς, id est deliras, ac desipis, quod est translātū ab animalis, quæ postea quæ atatis uitio cœperint desipiscere, futiles quasdam nugas blaterare solent. Ausonius ad Paulū. Phœbus iubet uerum loqui. Et si Picrias patit lirare sorores. Nusquā

ipse torquet aulaca, In quibus uerbis obscurior est allusio, ac prope dixerim inepta. Nam homo bilinguis pariter ad utrūq; sermonem, & duplicem nominis significatū respexit, Siqui *δεν λῆξ* Græcis nugas significat, & liræ seu porcæ uocantur sulci. Nam agricolæ primū prosciunt, deinde cōminuunt glebas, postremo lirant. Proinde subtexit, nunq; ipse torquet *ἄλλακα*. Olim enim agricolatores delirare dicebantur, qui a recto sulcorum ordine deflecterent. Inde transsumptum ad eos, qui desipiunt.

In cœlum iacularis.

XCII

Ἐς τὸν οὐρανὸν τρεύεις, id est, In cœlum sagittam torques. Est apud Zenodotum, ac Suidam, de ijs qui frustra laborāt. Aut qui audent eos laceffere, quos non possunt lædere, nihil enim ferire potest, qui in cœlum torquet, nisi quod deos uidetur petere. At non raro fit, ut iaculum in ipsum mittentem recidat. Extat huiusmodi quædam sententia in prouerbij etiam Hebræorum, nempe apud Ecclesiasticum capite. xxvij. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet uulnera, & qui foucā fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo, offendetur in eo. Et qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Delphinum cauda ligas.

XCIII

Δελφίνα πρὸς τὸν οὐρανὸν δέσσει, id est, Delphinum cauda alligas, in eos qui quippiam incassum conantur. Propterea, quod Delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. Aut q; cauda sit ualida, cuius agitatione fertur & naues aliquādo subuertere, ut hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea uia quempia aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

Cauda tenes anguillam.

XCIII

Ἀπὸ οὐραῖς τῆς ἔγχελω ἔχεις, id est, Cauda tenes anguillam, in eos apte dicitur, quib; res est cū hominibus lubrica fide, perfidiosa. Aut qui rem fugitiuam, atq; incertam aliquam habet, quā tueri diu non possint.

Folio ficulno tenes anguillam.

XCV

Huic diuersum est illud, *Ἐπὶ θρίω τῆς ἔγχελω*, id est, Folio ficulno anguillam, subaudiendū tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, q; ut possit elabi. Nam fici folium scabrum est, ut cui nomen etiam inditum ab asperitate scripsit Plutarchus, atq; ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maxime idoneum.

Medius teneris.

XCVI

Huic sententiæ confine est illud apud Aristophanem, in Ranis, *νῦν ἔχει μέσθ*, id est, Nūc medius teneris. De eo qui sic tenetur ut extricare sese, nulla ratione possit. Translatum a palestritis, atq; athleticis, qui si quem medium corripuerint, facile uincunt. Sunt autem uerba Acci ad Bacchum, *Ἄλλα νῦν ἔχει μέσθ*, id est, At nunc medius tenere. Eodem pertinet illud, apud Terentium. Sublimem medium arriperem.

Delphinum natate doces.

XCVII

Δελφίνα νήχεσθαι διδάσκεις, id est, Delphinum natate doces, in eos competit, qui monere quæpiam conantur, in ea re, in qua cum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. Nam Delphinus in natando, perniciosissimi impetus est, ita ut non modo superet omne natatiliū genus uelocitate, uerum etiam terrestrium animantium, ut autor Aelianus libro duodecimo. Quin et naues transilit, seq; contento spiritu, teli in morem eiacularatur.

Aquilam uolare doces.

XCVIII

Ἀετὸν ἰππασθαι διδάσκεις, id est, Aquilam uolare doces. Diuersa metaphora sententiam eandem declarat. Quod enim Delphin inter pisces, id Aquila inter uolucres. Quibus id etiā cōmune, quod uterq; παιδῶσθαι esse narratur.

In eodem hæsit luto.

XCIX

Terentius in Phormione, In eodem hæsit luto, in eos competit, qui sic implicantur negotio cuiuspiam, ut se nequeant extricare. A uiatoribus translatur, qui simulatq; in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum, ut hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infingendus. Eodem alludens Horatius. Ne quicq;, inquit, cœno cupiens euellere plantam.

In aqua hæret.

C

Vsurpatur huic nō dissimile prouerbium a M. Tullio libro officiorum tertio. Dicit ille qui dem multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat autē Epicurum parum secū in disputando constare, seq; ipsum inuoluere, dum ea, quæ dicit alibi, pugnant cū ijs, quæ dixit alibi

atq; ita quasi fluctuare, neq; in solido consistere. Id quod euenire solet ijs, qui cum aberrent a uero, uerborum fucis rem inuoluunt. Translatū apparet uel a fluitantibus, qui uado destituti, huc atq; illuc iactant, quoq; magis se cōmouēt, hoc maiore periculo laborāt. Aut certe ab oratore Clepsydra, de qua meminimus alibi, ut eū in aqua hærere dicamus, qui se destillata iā aqua, tamē e causa nō potest expedire. Cic. ad Qu. fratrem, li. ij. Quod idibus & postridie fuerat dictū de agro Campano actum iri, nō est actum. In hac causā mihi aqua hæret. Incertum, utrum significet eam actionem integram sibi relinqui, an causam esse inextricabilem. Huc referendum illud, quod paulo superius ex Quintiliano citauimus. Et laboratam, congestamq; dierum ac noctium labore actionem, aqua deficit.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA QVINTA.



Multi cadunt inter calicem, supremaq; labra. **S**ulpitius Apollinaris grāmaticus apud A. Gelliū in noctibus Atticis li. xij. capite xvi. duo quaedā adagia notat, alterū Græcū, alterū Latinū, quorū amboꝝ eadem sit sententia. Græcus est uersiculus, inq; hexameter *ἄκρι μίωδης πολλομέταξυ σέλφι κύλικος ἢ χέλιος ἄκρου*, id est, Multi cadunt inter calicē, supremaq; labra. Quo monemur nihil tam certū sperari, neq; quicq; tā esse uicinū, quod non repentinus aliq; casus queat interuertere. Adeoq; nō esse tutum uenturis fidere, ut uix etiā illa sint certa, quæ manibus tenemus. Originem adagij quidam ad huiusmodi fabulā referunt. Ancaeus Neptuni et Astypaleæ Phœnicis filius, cū uitem sereret, grauiusq; ministris instaret, urgeretq; quidam operis tædio cōmotus in herum, negauit futurū, ut ex ea uite herus unq; uinū gustaret. Post ubi uitis, puenisset feliciter, atq; uua maruissent, herus exultans, ac gestiens, seruū cundem accersit, atq; ut sibi uinum infundat, iubet. Deinde iam calicē admoturus ori, seruo quæ dixisset, rededit in memoriā, qualī uanam exprobrans diuinationem. At ille sententiā hanc hero respondit, Inter calicem ac summa labia, multa posse interuenire. Seruuli sententiæ fauit euentus. Nam inter loquendū priusq; ille uinum hauriret, alter quidam minister ingressus, nūtiat uinetum ab apro quopiam immāni uastari. Quibus auditis Ancaeus deposito poculo, protinus in aprū fert, a quo inter uenandū percussus interijt. Usurpauit hoc adagij Lycophron in iambicis, *εγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος ὧς πολλὰ χείλιος ἢ δὲ παρραίων ποτήριον, μέσω κύλινδρι μοῖρα παμμίτων βροτήριον*, id est, Miser ast ego meo dicta cognoscens malo. Ut plurima inter poculum ac labrū, solet Vertisse fatum, res agēs mortaliū. Interpres, citat Aristotelē autorem, qui & ipse de Ancaei fabula meminerit, in qua illud uariat, Angæo uitem institueti, uatem accersitū quempia predixisse, non futurū unq; ut ex ea uinū gustaret, & expresso in calice uino, uatē irrississe, tanq; *ἰδομένην*. Reliqua cōueniunt cū ijs, quæ ex aliorū retulimus cōmentarijs. Festus Pompeius ab augure quopiam uicino qui forte praterierit, predictū indicat. Lycophron autem alio detorsit, nempe ad Agapenorem patrē, & Ancaeam Actoris & Eurythemistidis filium, & ad aprum Calydonium. Dionysius apud Zenodotum, mauult paræmiā ad Antinuum referre. De quo meminit Homerus in Odyssæa. x. Is Antinous erat un⁹ ex procis Vlyssis, cui poculum tenenti, iamq; bibere paranti, Vlysses iugulum telo transfixit. Atq; ita manibus elapso poculo, concidit, atq; interijt. Sed non ab re fuerit. Homericū carmē adscribere *ἢ ἢ ἐπ' ἀντινόω ἰδύνει πικρὸν οἶον ἢ ἢ ὁ καλὸν ἄλγιστον ἀναρῆσειδάμ ἔμιλλε, χρυστομ ἄμφω τρι, ἢ ἢ μετὰ χρυστομ ἔναμα ὄφρα πίοι οἶνοισ φόνος δὲ οἱ οὐκ ἐνὶ θυμῷ μέμβλετ τῆς ἢ οἶοισ μετ' ἀνδράσι δαίτυμῶνασι, μῶνον ἐπὶ πλεόνεασι, ἢ ἢ μάλα καρτερός ἔικ οἱ πύξेम δάνατομ τε κακόμ ἢ ἢ κῆρα μέλαιναμ τὸν δ' ὀδυσεύς κατὰ λαιμόν ἐπιχόμενον ἐάλειμ ἰω ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δὲ ἀνχέιν ἢ ἢ λυθ' ἀκωκῆ ἐκ λίνδῃ δ' ἐτέρωσε. δ' ἔπας δ' ἢ ἢ ἔκπεσε χφρός ἐλκμῆλου, ἀντίκα δ' ἀνλός ἀναρῆνας παχὺς ἢ ἢ λδερ Αἰματῆς ἀνδρομέοιο*, id est, Telum, hæc fatus, in Antinuum cōtorsit amarū. At pulchrā is patram, iam iam tollebat, utrinq; Auritam, atq; auro nitidam, iam iamq; manu illam Admotabat uti biberet, Neq; pectore eadem Voluebat pauido, Quis enim fore crederet unq; Vnus ut in tanto conuiuarum agmine, quanq; Viribus anteat, mortē sibi nigraq; fata Moliret, at huic iugulū confixit Vlysses Tollenti calicem, iaculū penetrauit acutum. Et cōtra e ceruicibus exijt arca cuspis Voluitur in latus ille, calix simul excidit iccto E manibus, mox inde cruor de naribus ingens Emicat. Nec alienū arbitror hoc loco meminisse, quod Iulio Cæsari uelut exprobrati uaticinij uanitatē, responsū est, uenisse calēdas Martias, nō etiā p̄terisse. **II**

Ollaris deus.

Χυτρεοῦς θεός, id est, Ollaris deus, dicebatur in hominem humilem & contemptæ fortis. Magni dii, chore, auro, et argēto, sculpebant. At plebei illi & minutuli, quod genus sunt, Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnuncq̃ & luto, quo uidelicet argento, finguntur, & ollæ. Vnde nō inepte quadrabit in eū, qui studeat haberi iter aulicos optimates, sed nec opibus pollēs, nec autoritate ualens apud principem. Cognatum est illi *κωλύκορος*, *ἐμ λα χάνοις*, id est, Et corcorus inter olera, aut illi *οὐδὲν ἱερόν*, id est, Nihil sacri. Refertur & hoc in ἴσ-dem collectancis,

Inter os & offam.

III

Latinū est huiusmodi. Inter os & offam, quod a cibus sum endis sumptū est, quemadmodū Græcanicū illud a potu. Nam olim Rhomani uicētabāt offis, ut testis est Valerius Maximus. Itaq; perinde ualet inter os & offam, quasi dicas inter os & cibum. Porro puerbium refertur apud Gelliū ex oratione quadā Catonis, de ædilibus uitio creatis, his quidē uerbis, Nunc ita aiunt in segetibus, & in herbis bona frumēta esse, Nolite ibi nimiā spem habere. Sæpe audiui inter os & offam, multa interuenire posse. Verum inter offam, atq; herbam, ibi uero longum interuallum est. Festus ita refert adagium, Inter manum & mentum.

Ita fugias ne præter casam.

III

Extat apud Tarentiū in Phormione cū primis uenustū adagiū, Ita fugias ne præter casam quo quidem admonemur, ne sic aliud uitū fugiamus, ut in aliud maius incauti deuoluamur, Nos trapte culpa facimus, inquit, ut malos expediat esse, dū dici nimiū nos bonos studemus, & benignos. Ita fugias, ne præter casam, quod aiūt. Verba sunt Demiphonis senis semet accusantis, quod dū auari famam, plus satis cupide studeret effugere, stulti reprehensionē incurrisset. Donatus adagij metaphoram hunc ad modū enarrat, si modo cōmentum hoc Donati uideatur esse. Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimū exceptaculū. Aut ita fugias, ne præter casam, ubi custodiri magis & prehendi fur, & multari uerberibus pōt. Aut uerbum erat, inquit, furem exagitantis, & interea prouidentis, ne ante casam trāseat, ne in prætereundo etiam inde aliquid rapiat. Hanc ueluti diuinationem, incerta, ac uaria coniectantiū quis ferret, nisi uideremus & iuris interpretibus, & Græcorū adagionum enarratoribus hunc eundem esse morem. Primum interpretamentū mihi magis arridet. Quidā enim calore fugiendū, etiam ea prætercurrunt, ubi commode poterant quiescere. Quod unica uoce Græci *πρᾶφηρεθαι* uocant, id est perperam præterire, ac præteruchi, ab eo, quod amplectēdum erat, aberrantem. Opinor ad hoc adagiū respexisse Lucianū in Nigrino, cum scribit, *καὶ τοῦτο δὲ ἐμ ταῖς τραωδίας ἢ κωμωδίας λεγόμενον, ἢδὲ ἢ πρὸς θύραμ βιάζομενοι*, id ē, Et hoc quod in Tragoedijs & Comœdijs dicitur, iam & præter casam incitati.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

V

τὴν χάρυβδι ἐκφυγῶν, τῆ σκύλλῃ πρὸς ἐπεισομ, lambici sunt dimetri *ἀκέφαλοι*, quos casus ne effuderit an ars finxerit incertū. Horū hic est sensus, Euitata Charybdi, in Scyllā incidi, hoc est, dū uito graui⁹ malū, in alterū diuersum incidi. Sumptū adagiū ab Homericā fabula, quæ narrat Vlysem, dū metu Charybdis ppius ad Scyllā nauē admouet, sex e comitū suorū numero perdidisse. Quidā aiunt Scyllā Nisi megarēsium regis fuisse filiā, quæ ppter aureū crinē ademptū patri, in monstrū hoc marinū cōuersa sit, ut meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui uideat asferri Vergilius in Bucolicis, cū ait, Quid loquar, aut Scyllā Nisi, quā fama secuta est Can dida succinctā latrantibus inguina monstis Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. Seruius indicat Scyllā Phorcī, & Cretheidis nymphæ filiā fuisse. Hanc cū amaret Glauco, Circe, quæ illius amore tenebat, quod eū in Scyllā ppeniorē esse uideret, fontē in quo nympha lauare cōsueuerat, magicis uenenis infecit. In quē cū illa descēdisset, pubetenus in uarias mutata est formas. Nā id Circe peculiare, in ferarū figurā homines uertere. Horrens itaq; suā deformitatē, sese in mare præcipitē dedit, ac fabulæ præbuit argumentū. De rei ueritate, diuersa est scriptorū opinio. Salustius putat esse saxum in mari pminens, quod pcul uisentibus muliebri formā imiteat, in quod illisi fluctus, quoniā & luporū eiulatū, & canū latratum uidentur imitari, finxerunt illam a pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorū cōmentarijs inuenio triremem fuisse quandam miræ pernicitatis, cui nomen fuerit inclitū Scyllæ, *πρὸς τὸ σκυλλεύειν*, quod hac grassantes pyratae, mare Tyrrenū, ac Siculum infestarent, reliquaq; naues, quotquot præterissent, dispoliarent, atq; hinc natam fabulā. De Charybde uero narrant Poetarū fabulæ, hanc foeminā fuisse uoracissimā, quæ quod Herculis boues rapuisset, a Ioue ful-

mine ic̄ta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi uersa monstrum, quod adhuc pristinã seruatur naturã. Absorbet eni uniuersa, quæq; absorbuerit, ea circa Taurominitanũ egerit littus, ut Salustius est autor. Vnde tanq̄ p̄ uerbio Scortũ uorax, & auiditatis nũq; satiata, Charybdim appellat. Horatius, O quanta laboras Charybdi Digne puer meliore flamma. Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Aeneidos libro tertio, transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit. Hæc loca, inquit, Vi quondam uasta, cõuulsa ruina Tantũ æui longinqua ualet mutare uetustas, Dissiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus Vna foret, uenti medio ui pontus, & undis Hesperiu Siculo latus abscidit aruaq; & urbes Littore diductas, angusto interluit æstu, Dextrum Scylla latus, leuum implacata Charybdis Obsidet. Et idem alibi, Inter utrãq; uiam leti discrimine paruo Nite neant cursus. Homerus Odysseæ. m̄ periculum utrumq; multis uerbis describit, facitq; Circeen admonentẽ Vlysem, ut ad Scyllam potius inflectat cursum, q̄ ad Charybdim, propterea quod præstet sex e socijs desyderari, q̄ pariter omnes interire, declarans nimirũ plus discriminis esse in Charybdi q̄ in Scylla, μή σύ γε κῆρι τύχοις ὅτε εἶβδισφῃ οὐ γὰρ κερύσαιτό ὄντι ἐκ κακῶ, οὐδ' ἐνοσίχθων ἄλλα μάλα σκύνλης σκοπέλω πεπλημύος ἄκα Νῆα πάρεξ ἑλάαμ, ἐπφῆ πρὸ φέρτερόν ἐσι Ἐξέταρσς ἐμ νηὶ πρὸ δῆμοναι, ἢ ἅμα πάντας, id est, Ablit ut illic tum fueris, cum faucib⁹ undas illa reforbuerit, neq; enim e discrimine tanto Ipse uel cripiat Neptunus, uerũ age Scylle Vicinus scopulo celeri præteruehe cursu Quandoquidem comites sex e multo perdere præstat, Quã ut semel exitium quotquot sunt, auferat omneis. Adagio trifariam utilem cebit, Vel cum admonebimus, si quando in eas rerum angustias deuentum fuerit, ut citra dispendiũ discedi non queat, e duobus malis id, quod leuius est eligamus, uidelicet Vlyssis exẽplo, & magis in eam uergamus partem, ubi minus sit iactura. Quod gen⁹, si quis pariter & de salute & de pecunia periclitaret, malit propior esse pecuniã, q̄ uitã periculo, p̄pterea q̄ facultatum iactura, ut cunq; sarciri potest, uita semel amissa, nunq; restituitur. Vel cum ostendem⁹ negocium anceps & periculosum, in quo summa moderatione sit opus, ut in neutram pecces partem. Hic iam non habebitur ratio, utrum maius sit periculum, uerum hoc tantum intelligitur, ingens utrobq; discrimen subesse. Prioris exemplum fuerit. Memẽto longe satius esse in dispendij Scyllam incidere, q̄ in ualetudinis Charybdim. Præstabili⁹ est in rei pecuniariã iacturam, uelut in Scyllam incurrere, q̄ in infamiã Charybdim incidere. Posterioris, hoc curãdum, ut ita populo studeas, ne principis offendas animũ. Cautè, circumspicetq; rem gerito, memor tibi inter Scyllam & Charybdim esse cursum. Tertius fuerit modus, si inuertas, hoc pacto, Dum parum eruditus uideri times, in arrogantis opinionẽ incurristi, hoc est plane, qd̄ dicitũ dum Scyllam uitas, in Charybdim incidisti. Celebraũ apud Latinos hic uersiculus, quocũq; natns autore, nã in præsentia nõ occurrit. Incidit in Scyllam, cupiens uitare Charybdim.

Fumum fugiens in ignem incidi.

VI

κάπνον γε φεύων εἰς τὸ πῦρ πῆ. ἐπεισομ, id est, Dum uito fumũ, flammã in ipsam decidi. Senarius est puerbialis superiori sententiã finitimus, Lucianus in Necyomantia, ἐλελήθη δὲ ἐμαυτῶν ἐς τὸ αὐτό φασί τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κάπνου βιαζόμενος. id est, Ignorauerã autẽ, quod iuxta puerbiũ ex fumo in ipsũ ignẽ compellerer. Vtitur & Plato, cum ait populũ, dum recusat ingenuis seruire, quasi uitato fumo, in flammã incurrere, uidelicet, ut seruis etiã seruire cogatur. Huc alludit Horatius, cũ ait in sermonibus, Nam frustra uitiũ uitaueris illud, Si te alio prauum detorseris. Et in arte poetica. In uitiũ ducit culpã fuga, si caret arte. Plutarch⁹, περὶ δυσωπίας. τῆ δὲ δυσωπία συμβέβηκεν ἀπεχθῶς φεύγουσιν κάπνον ἀδολείας, εἰς πῦρ ἐμβάλλειν αὐτῶν, id est, Ineptã autem uerecundiã illud haud dubie accidit, ut fumũ fugiens infamiã, in ignẽ conijciat sese, id est in aliud maius.

Latum unguem, ac similes hyperbolæ puerbiales.

VII

Transuersum digitum, aut unguem discedere, frequẽter est apud Ciceronẽ, p̄ eo quod est q̄minimo spatio. Fit autem festiuor metaphora, quoties his uerbis, p̄fectam imitationem, ac plenũ undequaq; cõsensum significamus, ut Academicarũ quaestionũ libro. ij. Ab hac regula mihi non licet, transuersum, ut aiunt, unguem discedere. Ibidem. Vbi enim aut Zenocratem sequitur, cuius libri sunt de ratione loquendi, multi, & multum probati, aut ipsũ Aristotclẽ, quo p̄fecto nihil est acutius, nihil politius. A Chrylippo pedem nũq;. Loquitur de Antiocho qui reliquis contemptis, Chrylippum per omnia sequeretur. Idem ad Atticum, Mihi certissimũ est ab honestissima sententiã digitum nunq;. Rursus ad eundem, libro. xij. Curãdum est atq; hoc in omni uita sua, quẽq; a nostra conscientia transuersum unguem nõ oportere disce-

dere. Idem in epistolis familiaribus. Virge igitur transfersum unguem, quod aiunt, a falo. Sūt illa quidem minus figurata, sed tamē prouerbialia. Plautinus Euclio in aulularia, Si tu Hercle ex isto loco digitum transfersum, aut unguem latum excesseris. Cic. in Verrem, Digitum nō discedebant. Idem ad Atticū li. xiiij. epistola prima, Pedem adhuc e uilla egressi nō sumus, ita magnos & assiduos imbres habebamus. Atq; hunc imitatus diuus Hieronymus. Et Apostolica uoluntatis sequentes uestigia, ne puncto quidem (ut dicitur) atq; ungue transferso, ab illius sententijs recedamus. Metaphora partim sumpta uidetur ab ijs, qui tabulam, aut saxū, aut simile quippiam digitis latis metiuntur, quoties exquisitæ rei modus spectatur. Nam reliqua cubitis metiri solemus, minima mensurārū, latus digitus est. Partim a iugerum mensoribus, qui stad ijs, passibus, & ut minima mensura, pedibus, soli spatium metiuntur. Vulgo etiam nunc dicunt, culmū latum, simili figura, pro eo, quod est ne tantillum quidem.

Pedem ubi ponat non habet.

VII

Vnde & illa prouerbialis hyperbole ducta uidet apud Ciceronem, Pedem ubi ponat non habet, pro eo, quod est, ne tantillum quidem agri. Cōueniet autem in hominem insignite tenuem, atq; inopem, cui ne uestigium quidem pedis sit in agrorum possessionibus, Apud eundem est iocus in fundum, quem possis mittere funda.

Iterum eundem ad lapidem offendere.

VIII

Δις πρὸς τὸν αὐτὸν ἀίχρον ἐισκρούει λίθον, id est, Iterum ad eundem turpe lapidē impingere. Sennarius elegans, ac prouerbialis refertur a Zenodoto in collectancis adagiorū. Usurpatur ab Ausonio in epistola quadā. Etenim, inquit, poposcisti tu, ut tua epistola, ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autē quæcūq; fortuna esset, semel crubescerem. Est autem bis ad eundem lapidem offendere, iterum eadem in re peccare. Nam primus error, uel Græco adagio ueniā meretur. Iteranti culpam, ueniā dari non solet. Inter Græcicas sententias celebratur & hæc, Δις ἐξ αμαρτηῶν τὰντὸν οὐκ ἀνδρὲς σοφοῦ, id est, Sapientis haud est bis in eodē labier. Extat & Græcum Epigramma, incertū cuius, ἔτις ἀπαξ γήμας, παλιδύπερα λέκτρα δῖωκῃ. Ναυηγὸς πλώει δῖς βυθὸν ἀργαλέον, id est, Altera cōnubiū experto cui ducitur uxor. Hic fracta repetit equora læua rate. Fertur & Publianus Mimus, non alienus ab hac forma. Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. At Scipio sapiētī ne semel quidem errare pmittit, ut dicat οὐκ ὤμην, id est, Non putaram.

Eadem oberrare chorda.

IX

Horatius in arte poetica, sententiā haud dissimilē, dissimilī metaphora extulit. Et citharædus, inquiens, ridetur chorda, qui semper oberrat eadem. A cantoribus ducta translatio est, quibus uehementer scœdum sit, iisdem fidibus sapius peccare. In eos igitur concinne dicitur, qui uel in simili re crebrius peccant, uel culpam eandem iterum, atq; iterū cōmittunt. Primus enim lapsus uel casui datur, uel imprudentiæ, iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitiæ.

Non tam ouum ouo simile.

X

Extant apud autores aliquot similitudinis adagia. Quorū de numero est, Non tam ouum ouo simile, de rebus indiscretæ similitudinis. Cic. acad. quæst. li. ij. Vides ne ut in prouerbio sit, ouorū inter se similitudo? Tamē hoc accipimus, Deli fuisse cōplures saluis rebus illis, q galinas alere quæstus causa solerēt. Ii cum ouum inspexerāt, quæ id gallina peperisset, dicere lolebant. Neq; id est cōtra nos. Nam nobis satis oua internoscere. Idem puerbiū referē & a Fabio Quintiliauo. Usurpatur & a Seneca in libello quē in Claudium imperatorem lusit.

Non tam lac lacti simile.

XI

Idem pollet, & a Plauto usurpatur in Amphytrione. Neq; lacte lacti magis est simile, q̄ ille ego similis est mei. Dicitur a Sosia de Mercurio, qui huius assumpserat figuram.

Non tam aqua similis aquæ.

XII

Eandem uim obtinet, quod usurpat Plautus in Menæchmis, nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi usq; similis, quā hic tui est, tuq; huius. Ad hanc formā & illud ex eadem scœna, Tam consimilis est, q̄ potest speculum tuum.

Quam apes apum similes.

XIII

His. M. Tullius illud etiā adiungit in Academicis quæst. Vt similia sūt, & oua ouorum, & apes apum. Vbi iocatur in Democriti mundos, usq; qnaq; similes inter sese.

Acanthia cicada.

XIII

Ακάνθια τέττιξ, id est, Acāthia cicada. In indoctos atq; infantes, aut musices ignaros torque-

I

ri puerbio solitū, Autor est Stephanus Byzantius iuxta oppidū Acanthū cicadas alibi uocales, mutas esse, atq; hinc ortū adagiū. Plinius naturalis historia, li. xi. ca. xxvij. Scribit in agro, Rhegio cicadas omnes silere. Ultra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias libro rerū Locrensiū secūdo. Strabo libro Geographiæ sexto, refert Rheginū agrum a Locrensi dirimi, fluuio, cui nomen Alex, Cicadas aut, qui in Locrensi uersent ripa, sonantius stridere, cum in Rhegina sint muta. Huius rei hanc esse causam coniecit, quod Rheginorū regio, cū sit umbrosa, atq; opaca, Cicadarū pelliculas humore torpesciat. Eisdē in agro Locrensi, quod sit aprica, solis arefactas aestu, stridorē aptius emittere. Auget aut miraculū Rheginensiu Cicadarū, etiā fabulose celebrata uocalitas uicinarū. Nā idem Strabo Timeū citat autorē, quondā in Pythiorū certamine Eunomū Locrensem, & Rheginensē Aristonē, in canendi certamen uenisse, Aristonē Apollinē inuocasse Delphicū, ut libi canenti foret auxilio, qd a Delphis Rheginenses olim essent pfecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne certādū quidē omnino de musica, apud quos Cicada, uocalissimū animal, uoce careret. Vtriusq; certantibus, cum in Eunomi cithara, una inter canendū chorda frangeretur, Cicada superuolans astitit, ac uocem alioqui defuturā, suo cantu suppleuit. Atq; ita uictor declaratus, statuam citharædi posuit, cum Cicada citharæ insidente. Huiusmodi ferme tradit Strabo.

Eadem pensari trutina.

XV

Eadē pensari trutina, id est eadē lege. Hor. in sermonibus. Hac lege in trutina ponet eadē. Idē in epistolis, Rhomani pensant eadē scriptores trutina. Cōuenit cū illa iureconsultorū regula. Patere legē, quā ipse tuleris. Sine, ut eo pacto tecū agatur, quo tu cū alijs egeris. Persius, Examenq; improbū in illa Castiges trutina. Huic simillimū, Ad eadē exigere regulam, *ισω σαβμῶ*, id est, æquali trutina, siue lance. Plutarch⁹, *ἀλλ' ἰσω σαβμῶ πᾶσι ἢ κακία πρὸς δειμλὴν μωλ*

λεβδ' ἰς ὅσπερ δ' ἰκτιοῦ κατέσασεμ, id ē, Sed æqua lance oib⁹, addita malitia ceu plūbū rete detraxit.

Zonam perdidit.

XVI

Zonam perdidit. Castrense prouerbiū in *Ἀρχιμάκρως*, id est eos, qui nihil habēt nūmorū, a Græca quadā fabula tractū Acron admonet. Porphyriion a militū consuetudine, qui quicquid habent in Zona, secum portant. Cuiusmodi sane hominē percipit uenuste describit Lucilius citante Nonio. Cui neq; iumentū est, nec seruus, nec comes ullus Bulgam, & quicquid habet nummorū, secum habet omne. Cum Bulga cœnat, dormit, lauat, omnis in una Spes hominis Bulga, hac deuincta est cætera uita. Nam Bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenā, & sacculum de brachio propendentē. Sic enim & Horatius. Suspensi leuo tabulas, loculosq; lacerto. Tametsi festus Bulgam gallicum uocabulum autumat. Consimili modo Gracchus loquitur apud Gellium. Cum Rhoma profectus sum, Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Horatius in epistolis, Ibit eo quouis, qui Zonam perdidit. Plautus in Pœnulo. Tu qui Zonā non habes, quid in hanc uenistis urbē? aut quid quaeritis? in quibus Plauti uerbis duplex est allusio, & ad uestem Pœnorū more discinctam, & ad pecuniam, quæ in Zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa non fat cōmode uiuitur.

Cocta numerabimus exta.

XVII

Cocta numerabimus exta. Diomedes grāmaticus, ubi prouerbiū definit, hoc exempli uice subiecit. Cuius hunc adscribit esse sensum, ex euetu sciemus. Huic cōfinis color ille comic⁹ Res indicabit. Nā ut ait Ouidi⁹, Exitus acta pbat. Et apud Græcos *ἀντ' δειξαι*, i. ipsa res idicabit.

Multa nouit Vulpes, uerum Echinus unum magnū.

XVIII

πολλὰ δὲ δ' ἀλώπηξ ἀλλ' ἐχίνος ἓμ μέγα, id est, Ars multa uulpi, ast una echino maxima. Zenodotus hunc senariū ex Archilocho citat. Dicit in astutos, & uarijs cōsutos dolis. Vel potius ubi significabimus, quosdā unica astutia plus efficere, q̄ alios diuersis technis. Nā uulpes multijugis dolis se tuetur aduersus uenatores, & tamē haud raro capit. Echinus, quē opinor Eriaciū esse, nam hoc loco de terrestri, nō de pisce fit mentio, unica dūtaxat arte, tutus est aduersus canū morsus. Siquidē spinis suis semet inuoluit in pilæ speciē, ut nulla ex parte morsu prenda queat. Citat apud eundē Zenodotū huiusmodi quidā uersus ex Ione Chio, Tragico poeta, Quos eisdē, ex eodē citat in sermonibus cōuiuialibus Athenæus e Tragœdia, cui titulus Phœnicia. *ἀλλ' ἔμ γε χέσσω τὰς λέοντος ἕνεσα, καὶ τὰς ἐχίνου μάλλον οἰζυρὰς τέχνας οὐ εὔτ' ἄμ ἄλλωμ θηρίωμ ὁσμῆρ μάθνη. Στῆ βυλὸς ἀμφ' ἀκανθαμ εἰλίξας δέμας κέτη δ' ἀκῆμ δὲ ἢ δὴ γῆμ ἀμήχανος*, id est, Leonis artes in solo sane pbo. At magis echini comprobo micros dolos, Qui simul odorē beluarū senserit, Se contrahit spinis aperto corpore, Tutus iacēs, morsuq; tactuq;

omniū. Refert puerbiū, ac simul ad carnē alludit. Plutarchus in cōmētario, cui titulus, *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαία ἢ θαλάσσια*, id est, Vtra animantia prudentiora terrestria, an marina. E⁹ uerba subscribā, τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνων ἢ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἀμυρα ἢ φυλακὴ πρὸς οὐμίαν περὶ ἡκεῖ· πρὸς δὲ ἀλώπεκος ἀλλ' ἐχίνος ἐν μέγα· προσούσης τ' αὐτῆς ὡς φασιν, οἶον σφόδρα ἀμφ' ἀκάνθαυ ἐλιξίας δ' ἐμας, καὶ τῆς γερμ τ' ὁ δακτύλ' ἀμύχαν' ὅ, id est, Iam uero terrestriū echinorū in tuenda, seruan daq; incolumitate sua, solertia, puerbio locū fecit, Ars uaria uulpi, ast una echino maxima. Siquidē cū impetit a feris, quē admodū aiunt, uelut omne spinis corpus obuoluens suis, Tutus iacet, sic ut nec ore tangier Vlla queat ratione nec morderier. Sed omniū copiosissime, hui⁹ animā tis ingeniū & astutiā describit Plinius, libri octauī capite. xxxv ij. Preparant, inq; & Herina- cci cibos, ac uolutati supra iacentia poma, affixa spinis, unū non amplius ore tenentes portāt in cauas arbores. Idem mutationē Aquilonis in Austrum, condentes se in cubile, praelagiūt. Vbi uero sensere uenantem, contracto ore, pedibus, ac omni parte inferiore, qua raram & in- nocuam habent lanuginē, cōuoluuntur in formā pilæ, ne quid comprehendī possit præter acu- lcos. In desperatione uero urinā ex se reddūt tabificam tergori suo, spinisq; noxiā. Reliqua qui cupiet cognoscere, e loco quē indicauim⁹ petat. Hac ad puerbii sensum, potissimum atti- nebant. Celebre est & piscis Echini ingeniū, qui sauitiam maris praelagens, correptis lapillis operit se, ut mobilitatē stabiliat pondere, ne nimia uoluntatione atterat spinas, quod aspicien- tes nauatæ, pluribus mox ancoris nauigia infrenāt. Autor Plini⁹ libro nono, capite. xxxi. Vul- pem aut uersipellem esse, uarijsq; instructā artibus, cū aliq; complures apologi, tum ille pecu- liariter indicat, qui refert a Plutarcho in moralibus. Cū aliquādo Pardus uulpem præ se con- temneret, quod ipsa pellem haberet omnigenis colorū maculis uarietatā, respōdit uulpes, si- bi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute. Neq; uero paulo satius esse ingenio præditū eē uafro, q̄ cute uersicolore. Græci solertē, ac uarijs armatū dolis, *ποικιλόφρονα*, uocāt et *ποικιλο- μήτην*. Latini uafrum & uersipellē. Narratur & alius quidam Apologus, ab hoc puerbio non multū abludens. Cum aliquando uulpes in colloquio, quod illi erat cum fele, iactaret sibi ua- rias esse technas, adeo ut uel peram haberet dolis refertam, felcs aut respondēret sibi unicam dūt axat artem esse, cui fideret, si quid existeret discriminis, inter confabulandum repente ca- num accurrentiū tumultus auditur, ibi felcs in arborem altissimā subsilijt, cū uulpes interim a- canū agmine cincta capitur. Innuīt fabula, præstabilius esse nōnunq; unicum consiliū, mo- do id sit uerum & efficax, q̄ plures dolos, cōsiliaq; friuola. Veluti si quis pauper multijugis ar- tibus sollicitaret animū puellæ, diues autem unum hoc haberet, quod est apud Ouidiū, quan- tumlibet accipe, Recte dixeris, *πολλὰ δὲ δ' ἀλώπεκος, ἀλλ' ἐχίνος ἐν μέγα*,

Simulare cupressum.

XIX

Horatius in arte poetica. Et fortasse cupressum scis simulare, quid hoc, si fractis enatat ex- spes Nauibus, are dato. Acron puerbiū esse admonet, ortū ab imperito quopiā pictore, qui præter cupressum nihil nouerat pingere. A quo cum naufragus quidā petisset, ut uultū suū exprimeret, ac naufragiū suū depingeret, interrogauit ille, num ex cupresso uellet aliqd adij- ci. Res ea primū in iocū, deinde etiam in adagionē abijt. Cōcinne usurpabit in eos, qui quod didicerunt, id ubiq; intempestiuiter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

Flamma fumo est proxima.

XX

Apud Plautum extat, Flamma fumo est pxima. Cōmonet adagiū periculū mature fugiē- dum esse, quiq; malū euitare cupiat, ei uitandā prius occasionē. Vt qui corrumpi nolit, ab im- proborū abstineat cōsuetudinē, q cū puella cubare nolit, ne det osculū. Nā & illud ptin⁹ ad- dit poeta, fumo cōburi nihil pōt, Flāma potest. Fumus enī indiciū est, flāmæ mox erupturæ.

Ad restem res redijt.

XXI

Terētius in Phormiōe, Opa tua ad restem mihi qdē res redijt planissime. Hoc adagio sum- ma reꝝ desperatio significat. Nā in hac solēt qdā amētes ad laqueū cōfugere. Iuuenalis, Fer- re potes dominā saluis tot restib⁹, ulla m⁹. Eodem ptinet etiā illud, suspendiō deligenda arbor.

Paupertas sapientiam sortita est.

XXII

πενία δὲ τῆ σοφίαν ἔλαχε, id est, Paupertas sapiētīā sortita est. Zenodotus citat ex Euripide. Alij tribuūt Aristonī, Ignaua est opulentia, uerū inopia, multarū artū repertrix est, id qd ipsa iactat apud Aristophanē in Pluto, artium omniū inuentionē sibi uendicās. Vergilius, La- bor oīa uincit Improbus & duris urgēs in rebus egestas. Ouidius, Ingeniū mala sæpe mo- uent. Persius Magister artis, Ingeniq; largitor Venter. Circūfertur hic quoq; uersiculus apud

Græcos, πολλῶν δ' ἰμῶν γίνεσθαι διδάσκαλος, id est, Magistra multorum improba existit fames: Zenophō πεινίαν appellauit, σοφίαν αὐτοῦ ἰδ' ἀκτορ, ἃ δ' ἐκείνη πῆσι λόποις πέθει, αὐτῇ πῆσι ἔργοις ἀναγκάζει, hoc est sapientiam, quæ citra doctore contingit, etenim, quod hæc persuadet oratione, ad hoc illa re ipsa compellit. Huc spectat & illud, quod Iupiter aurei sæculi tam paratam rerum copiam submouit, ut varias usus meditatio extunderet artes. Item Mimus ille, non inelegans. Hominem expiri, multa paupertas iubet. Potest & illuc referri puerbium, quod uidemus accidere, nescio quomodo, ut penes Midas, & improbos homines sit opulentia, doctique, probique fere tenui sint fortuna. Qua quidem de re extant duo problemata, Aristotelis titulo, quorum altero rogat, qui fiat ut pauperes apud probos uiros plerumque uersentur. Redditque huiusce rei varias causas, siue quod improbi per fas, nefasque malunt parare diuitias, quæ cum paupertate contubernium diutinum habere, proinde fugit illos, quibus uideatur maximorum flagitiorum occasio futura, ad illos deflectit, quos existimat sese recte, modestoque uisuros. Siue, quod inops & uirum & consilium, quippe foemina, plus auxilium sibi futurum sperat apud, πολυδάκρυτος ἀνδρας, ut habet puerbium. Siue, quod cum ipsa sit mala, malos uitat, ne si πύρ ἐπὶ πύρ, id est malum accesserit malo, iam fiat intolerabile, atque imedicabile. In altero rogat, quid in causa sit, ut opes a malis fere possideantur, non item a bonis. An quia cæcæ sunt, isquit, & ob id errant in delectu? Hæc quoniam poetice aut sophisticè sapiunt, magis quam philosophum, præsertim serium, uix mihi sit uerisimile, ab Aristotele fuisse perfecta. Quod autem dixit de cæcis diuitibus, id sumptum est potissimum ex Aristophanis Pluto. Quo in loco, Plutus, qui deus est diuitiarum, rogatus, unde cæcitate malum obtigisset, respondit ad hunc modum, ὄζεις μὲ ταῦτ' ἔδρασαν ἀνθρώπους φθονῶν Εγὼ γὰρ ὦν μὲν ἀκροῦ, ἠπέλησ' ὅτι ὡς τῶν δικαίων ἢ κοσμίων, μόνους βαδίζοιμην, ὃ δ' ἐμὲ ἐπίσσω τυφλὸν ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι πύτῳ μηδ' ἕνα οὕτως ἐκείνῳ πῆσι χηροῖσι φθονῶ, id est, Me ipse Iupiter hocce mulcavit malo Rebus uidelicet inuides mortaliū, Nā olim puer minabar id fore, ut ad probos, Doctos, modestos, tantum adirem, at Iupiter. Oculos in hoc ademit, ut ne quempiam horum liceret iam mihi dignoscere, Adeo bonæ ille frugis inuidet uiris. Hunc locum imitatus Lucianus in Timone consimilia quadam de Pluto narrat, quem non cæcum modo facit, uerum etiam claudum, cæcum quidem semper, at tum demum claudicantem, quoties ad bonos uiros mittitur, alias pedibus pernicissimis.

Ollæ amicitia.

XXIII

Χύτρη φίλια, id est, Ollæ amicitia. In amicos istos uulgares quadrabit, quos patina, non bene uolentia conciliat. De cuiusmodi Iuuenalis, Te putat ille suæ captum nidore culinæ, Nec male coniectat. Hos arcanae literæ, mensæ amicos nominant. Plutarchus item in libello, cui titulus, Quo pacto dignoscas adulatorem ab amico, id genus homines, ἀφελκύνδους ἢ ἔσπεζέας, uulgo dici solitos narrat, quod uentriculi, cibi que causa diligant, non ex animo. Effertur & ad hunc modum paroemia, γὰρ χύτρα, ἢ φίκια, id est, Feruet olla, uiuit amicitia.

Antiquiora diphthera loqueris.

XXIII

Ἀρχαῖα πρῶτα διφθέρας λαλῶ, id est, Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat, quæ nugæ narant, aut de rebus nimium prisca, & iam pridem obsoletis. Nā Diphthera res quædam erat, ex prisca illis fabulamētis relicta. Siquidem aiunt, Diphtheram pellē fuisse eius capræ, quæ Iouē laetari, in qua creditum est antiquitas, illam omnia scribere, quæ fierent. Vnde quæ nec in historicorum literis extarent, nec in hominum memoria seruantur, ea uelut ex Iouis Diphthera petita dicebantur. Quin subinde apud Aristophanem, ἀρχαῖα παλαιά, id est prisca atque antiqua, pro nugamētis leges, quod antiquitas fere fabulosissima sit opinor. Et ἀρχαῖκῶς, pro eo, quod est deliranter, ac stulte.

Auribus lupum teneo.

XXV

Extat apud Terentium in Phormione. Antiphoni adolescenti uxor erat domi, quam nec ei se re poterat, uel quia non libebat, quod in eam deperiret, uel quod integrum non erat, cum esset iudicium sententiis addicta, neque rursus retinere quibat, propter patris uiolentiam. Et cum a patre felix diceret, ut qui domi possideret id, quod amabat, imo, inquit quod aiunt, auribus teneo lupum. Nam neque quo amittam a me inuenio, neque uti retineam scio. Moxque leno quasi referens paroemiam, ait sibi idem usu uenire in Phædria, quem neque retinere poterat, qui nihil numerabat, neque repellere, quod esset improbe blandus, ac montes aureos polliceretur. Donatus græcam paroemiam græcis ascribit uerbis, τῶν ὄτων ἔχω τὸν λύκον, οὐτ' ἔχω, οὐτ' ἀφῆναι δύναμαι. id est, Auribus lupum teneo, neque retinere, neque amittere possum. Plutarchus in præceptis ciuilibus, λυκὸν οὐ φασίμην ἢ ὄτων κρατῆρ, id est, Aiunt lupum non posse teneri auribus. Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluunt, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari pos

lit. Videtur ab euentu quopiam natum, ut alia plaracq;. Aut inde certe, quod ut lepus, auribus quippe praelongis comodissime tenet, ita lupus quod aures habet pro corpore breuiore, teneri ijs non potest, neq; rursum citra summum periculum e manibus dimitti, belua tam mordax. Cæcilius apud Aulum Gellium eandem sententiam, sed citra metaphoram extulit. Nam hi sunt, inquit, amici pessimi. Fronte hilaro, corde tristi, Quos neq; ut apprehendas, neq; ut amittas, scias. Huc alludit Theognis, etiam si alienus, ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει πρὸς σῆς φιλότιμος οὔτε γὰρ ἔχθάρην, οὔτε φίλον δύνάμην, id est, Pectora nostra, tui quæ mire amor afficit, ut quæ Non odisse queam sed nec amare queam. Vnde uidetur illud effictum. Nec tecum possum uiuere, nec sine te. Refertur & a M. Varrone pro exemplo adagionis, Auribus lupum teneo.

Necessarium malum.

XXVI

Huic finitimum est illud, ἀναγκαῖον κακόν, id est, Necessarium malum, de ijs, quos neq; reiicere possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorum opera, neq; comode ferre, quod uiri sint improbi. Natum uideat ex Hybræa cuiusdam apophthegmate, de quo meminit Strabo libro. xiiij. Cum haberet Euthydamus tyrannicum quiddam, multis alioqui nominibus utilis ciuitati, ita ut cum uirtutes paria facere uiderent. Hybræas orator in oratione quadam sic de illo locutus est, Malum es, inquit, ciuitatis necessarium. Nam nec tecum uiuere possumus, nec sine te. Alexander item Seuerus imperator, rationales, quos tollere decreuerat, postea quæ perpendisset eos citra Reip. incommodum rolli non posse, necessarium malum appellabat. Huiusmodi fuit & P. Cornelius Rufinus, furax quidem & impendio auarus, sed idem egregius imperator, a quo Fabricius Lucinus compilari maluit, quæ sub hasta uenire, quemadmodum refert Gellius libro. iij. Torqueri poterit & in uxores, cum quibus incommode uiuitur. Sed absque his rebus, omnino consistere non potest. Potest & ad rem accommodari. Veluti si quis dicat pharmon, rem quidem molestam, necessariam tamen. Euripides in Oreste, ἀνιάρου ὄντος κτήν, ἀναγκαῖον δὲ ὄμως, Molestum cum sit res, necessaria tamen. Non abhorret ab hac forma, quod Plinius scribit, oraculo proditum fuisse libro xviij. capite sexto. Quo nam igitur modo utilissime coluntur agri. Ex oraculo scilicet, malis bonis. Hoc uelut anigmate significatum est, agros quæ minimo potest, impendio colendos esse.

Non absque Theseo.

XXVII

ὄνκ' ἄνδρ' ἀκροῖσθαι, id est, Haud absque Theseo. Cum significamus rem alieno auxilio confici. Aut cum significamus rerum omnium communem, ac societatem. Nam Zenodotus scribit Theseum multis uiris fortissimis, in certaminibus auxilio fuisse. Quippe qui & Meleagro adfuit in conficiendo apro Calydonio, auxiliatus & Pirithoo pugnantem cum centauris. Item Herculi cum Amazonibus belligeranti. Fabula de apro sic habet. Oeneus Melegri pater, cum de primitiis annui pruentus dijs libans, Artemidem præterisset, illa irata aprum immanem in agros Calydonios immisit, omnia populantem, ad quem conficiendum Oeneus præstantissimum quemque exciuit, præmiijs ad id propositis. Inter multos certauit & Meleager, qui & beluam confecit, sed accessit ad auxilium Theseo. Reliquam fabulam nihil ad prouerbum sensum attinet. De Pirithoo sic fertur. Pirithoos Hippodamiae procus, Centauros, quod essent sponsæ cognati, comuniuo accepit. Qui simulatque mero incaluisse, sponsæ uim adferre cœperunt. Cohorta pugna, Theseus Pirithoo auxilium ferens, compluribus Centauros trucidauit. De Hercule sic narrat. Cum Eurystheus Herculi iniunxisset, ut Hippolytæ Amazonum reginæ Balteum adimeret, atque ille pacta facturum esset profectus, Iuno semper illi infesta, induta formam Amazonis, famam passim dissipauit, aduertare hospitem, uel uerius hostem, qui uiolata regina, Balteum, quem gestabat, insigne regni, pro uim eriperet. Quod ubi auditum esset, Amazones in Hercule parant arma. Hercules ratus hæc non errore, sed dolo geri, Hippolyta occisa, Balteum abstulit. Deinde, quo magis ulcisceretur Amazonas bello eas adortus est, & oppressit, sed Thesei adiutus opera. Refertur hoc adagium & a Plutarcho in eius uita, significatque Theseum, sicuti dictum est, multis auxilio fuisse, tamen ex pluribus certaminibus nullum retulisse præmium, atque huius rei citat autorem Herodotum. Alludit ad prouerbiū Aristides in oratione, ad Thebanos de auxilijs, καὶ ὅτε τῶν ἡρακλέῃ φίλος ἐδέεσσι, θεσέως ἀνδρὶ ἀδίναντε ἀρατῶν ἀνακτῶν, id est, Cumque sane & ipsi Herculi opus esset amico, Theseus illum Athenas deductum refouet, refocillatque. Proinde quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur alterius tamen opera potissimum peractum, ueluti si quis librum suo nomine publicet, in quo sit doctioris alicuius adiutus opera, concinne notabitur hoc adagium ὄνκ' ἄνδρ' ἀκροῖσθαι, id est, Non absque Theseo. Aut si quis dicat nullam fortunam sibi iucundam esse posse ἔνδρ' ἀκροῖσθαι.

Sphæra per præcipitium,

XXVIII

1 3

Huiusmodi prouerbiū refertur ab Eustathio in Iliados Homeri librū secundū ἢ σφαῖρα κτῆ πρηνούς, id est globus per decliue, subaudiendū uoluitur, aut mittitur. Perinde est, quasi dicas currentem incitare. Nam sphaera uel suapte sponte facile per locum decliuem deuoluit. Nec male quadrabit in eos, qui uitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod uidentur esse natura ppēsi, ut conueniat cum illo, τὸν ἴππον εἰς πεδίον, id est equum in planiciem.

Magis mutus, q̄ pisces.

XXIX

Αφωνότερος ἢ ἰχθύων, id est, Magis mutus ipsis piscibus. Prouerbialis metaphora de uehementer infantibus, atq; infacundis. Conueniet & in hominē immodicæ taciturnitatis. Horati⁹ in Odis, O mutis quoq; piscibus Donatura Cygni si libeat, sonum. Pisces enim nullā edūt uocem, exceptis perpauca, inter quos canis marinus. Lucianus aduersus indoctū, μάλλον δὲ ἢ ἰχθύων ἀφωνότερος εἶ, id est, Immo uero magis es mutus, q̄ pisces. Vnde Plutarchus in symposiacis existimat Pythagoricos a piscibus abstinuisse, quod hos, quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent propter εχεμυθία, id est, silentiū, quod inter animantiū genera piscib⁹ est priū. Nā cæterorū sua q̄busq; uox ē. Aues pmultæ canoræ sūt, quādā & humanū sermonē referūt. Atq; adeo terrestriū quoq; manticora apud Aegyptios, si Plinio credimus, Solis piscib⁹ nulla uox. Causam adfert Aristoteles, q̄ his neq; pulmo sit, neq; arteria, neq; guttur. Etiā si sūt nōnulli, qui sonitū quendā ac stridorem edunt, quorū de nūcro sunt Delphinus, Lyra, Chromis, Voca, Pecten. Verum cum sonū nō naturalibus organis uocis edī putat. Sed uel attritu branchiarū, uel ab interioribus, quæ sunt circa uentrē. Plutarchus existimat Græcis ἰχθύων hinc appellari, quod uocē habeat cōpressam. Et Lucianus in Halcyone ἀφωνα γὰρ δὴ τὰ γέ καὶ ἴδατος διατώμματα, id est, Nam muta sanc, quæ in aquis degunt.

Turture loquacior.

XXX

Τρυγόνος λαλίσερος, id est, Turture loquacior. In garrulos & impendio loquaculos homines dici solitū. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ nō ore tantū, sed etiā postica corporis parte clamare fertur, ob id opinor, quod uocē edens, etiā illā mouere uideat. Citat apud Zenodotū, ex Plocio Menandri. Aelianus libro. xij. capite. x. meminit huius prouerbij, deq; auctraque corporis parte loquaci. Theocritus in Syracusanis, mulieres qualdā loquaculas, turtures appellat, ἔρυγόνες ἐκκυαισιῦν ἢ πλατκάσθοισαι ἅπαντα.

Rana Scriphia.

XXXI

Βάτραχος ἐκ σερίφου, id est, Rana Scriphia. In hoies mutos, & canēdi, dicēdiq; prsus imperitos dicebat. Inde natū, qd Scriphiæ ranæ in Scyrū deportatæ, nō edebāt uocē. Et βάτραχος σερίφου, id est, Rana scriphia. Proditū enim est in Scripho insula ranas mutas haberi. Meminit huiusce rei Plinius li. viij. ca. lviij. Cyrenis, inqt, mutæ fuere ranæ, illatis e cōtinēte uocalibus, durat gen⁹ earū. Mutæ sunt etiā nū in Scripho insula. Eadē alio trāslatæ canūt, qd accidere & in lacu Thessaliæ Sicēdo tradūt. Quāq; in uulgatis exēplarib⁹ cicadaꝝ scripharū mentio fit, nō ranarū.

Alij sementē faciūt, alij metent.

XXXII

Ἄλλοι μὲν ἀπείρουσι, ἄλλοι δὲ ἀμύσουσι, id est, Alij quidē sementē faciūt, alij uero metēt. Quod citra metaphorā etiā ad hunc modū effert, Ἄλλοι κάμαρον ἄλλοι ὠναντο, id est, alij laborarūt, alij pceperūt emolumētū. His simillimū est illud Fabij dictū apud Liuiū. Quā arborē cōseruisset, sub ea, legere alium fructū, id indignū esse dicere. Huic allusit Hesiodus, cum scribit in Theogonia de fucis. Ἀλλότριον κάμαρον σφετέρη ἐς γαστῆρα μῶν, id est, Atq; metunt uentrē in ppriū, sū dorē alienū. Theognis item, οὔτε γὰρ ἄν προκαμῶν, ἄλλω κάμαρον μεταδοίης, id est, Ante tibi exhaustos alij ne trade labores. Cōsimili figura dictum est a Diocletiano nondum Cæsare. Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamēto. Refert aut in illius uita ad hanc ferme sententiam. Cū Diocletianus apud Tungros in Gallia, in minoribus adhuc locis militās, in Caupona quādā moraret, & cū Druyade quādā muliere familiarē consuetudinē haberet, illaq; parsimoniā hominis incularet, ioco, nō serio respōdisse fertur, Tum se fore liberalē cū impator fuerit. Ad hoc illa, Noli inquit iocari Diocletiane, Plane imperator eris, simulac aprum occideris. Quā quidē mulieris uocem, ominis arripiens uice, studiose sectari cœpit apros in uenatu haud intelligēs, uidelicet ominis ænigma, quod cuētus postea explicauit. Nam Numerianus impator, factione Arrij Apri soceri sui interēptus fuerat. Qua re pdita, Milites Diocletianū uinū dicē creat, & Augustū cōsalutāt, ille itaq; pro cōcione, quo Druyadis dictū expleret, Aprum manu sua cōfodit, addēs Maronianū illud, Aeneæ magni dextra cadis. Cæterū interea dum adhuc priuatus ille multos apros cōfecisset, nec affulgeret usq; imperij spes, dicere solitū se

runt. Ego quidem apros occido, uerum alter fruitur pulpamento.

Alicna iacis.

XXXIII

Ἀλλότρια βάλλεις, id est, Aliena iacis. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Trāslatum ab ijs, qui ludunt alea, qbus iaciētibus interdū ea cadunt, quæ minime ad uictoriā accōmoda: Proinde siqñ frustra nos spes, recte dicemur, Ἀλλότρια βάλλειν, Adagiū refert a Diogeniano,

Aliam quercum excute.

XXXIII

Ἀλλην δρυῖν βαλάμιζε, id est, Aliā quercū excute. In eos cōuenit, qui sine fine petūt aliquid, Aut qui cōtinēter ab eodē mutuū postulant. Hos hoc adagio licebit ablegare, ut nobis omiſſis, alī orum aures suis precibus sollicitent. Parcemiā hinc natā putant, quod olim mortales glandi- bus uictitabāt, Carceris usu nondū reperto, has, qui, quercubus excuffis colligebant, mercede ad id cōducti, balanistas, id est glandiū collectores appellabant. Qui siquādo circūspicerent, siquæ glandes etiā dum in arbore reliquæ essent, prætereūtes p̄ iocum acclamabāt. Aliā quer- cum excute. Eā uocē uulgus arreptā uertit in prouerbiū. Non incōcinne accōmodabit ad ne- gociū relinquendū, ex quo iam nihil emolumentum potest capi. Aut mutandū amicū, qui iā uti- lis esse desijt. Aut præceptorē mutandū, unde nihil est, quod amplius discas.

Nuces relinquere.

XXXV

Nuces relinquere, est omiſſis studijs, ac nugis puerilibus ad grauiora magisq; seria cōuer- ti. Persius, Et nucibus facimus quæcūq; relictis, Cum sapimus patruos. Translata metaphorā uel a uetusta nuptiarū cerimonia, in quibus sponsus uxore ducens, nuces spargebat, utpote iā puericiæ renunciāns. Ita Catullus in carmine nuptiali, Da puer proptere nuces. Cōcubine nu- ces da. Vergilius, Sparge marite nuces. Quāq; Plinius libro quintodecimo, capite uigesimo- secūdo, causas alias adfert, quā obrē nuces in nuptialibus cerimonijs cōsueuerint antiquitus adhiberi. Sed præstat ipsius referre uerba. Nuces, inquit, iuglandes q̄q; & ipse nuptialiū Fe- scenninorū comites, multū pineis minores uniuersitate, Eademq; portiōe ampliores nucleo. Necnō & honor his naturæ peculiaris, gemino p̄tectis operimento, puluinati primū calicis, mox lignei putaminis, Quæ causa cas nuptijs fecit religiosas, tot modis fœtu munito, quod ē uerisimilius, q̄; quia cadendo tripudiū, sonū ue faciant. Festus item indicat in nuptijs a pueris nuces spargi solitas, ut nouæ nuptiæ intrāti domū noui mariti, faustū esset auspiciū. Addit Ser- uius, pueros catamitos, cū a turpi seruitio recederēt, solitos nuces spargere, significātes se post hac omnia puerilia spernere. Vel hinc igitur, uel certe a puerorū lusibus, qui nucibus peragū- tur, ductum p̄uerbiū uideri potest. Nā talis, ac nucibus olim lusitasse pueros, uel Horatius te- stis est, cum ait, Te talos aulae nucesq;. Proinde ad hanc prouerbiij formam pertinebūt & reli- quæ illæ figuræ. Nūq; a nucibus recedere. Redire ad nuces. Nuces obijcere. Nuces intermit- tere, Nucibus indulgere, Nuces repetere. atq; id genus alia.

Bis pueri senes.

XXXVI

Δις παῖδες οἱ γέροντες, i. Bis pueri senes. Vna est ex illis p̄uerbialibus inscriptionibus Satyra- rum Varronis. Quadrabit in eos, qui p̄uectiore cū sint ætate, tamē p̄uerilibus quibusdam stu- dijs intēpestiuiter, atq; indecore detinent. Aut in senes ætatis uitio desipiscētes, tanq; iterū in pueritiā reuolutos. Seneca, Nō, inquit, bis pueri sumus, ut uulgo diciūt, sed semper, uerum hoc interest, quod maiora nos ludimus. Plato libro de Rep. primo, Non solum igitur senex, ut ui- det, bis cris puer, sed ipse etiā temulentus. Aristophanes in nubibus, φήσεις νομίζεσθαι σὺ παῖδος τοῦτε ἑὺργου εἶναι, ἐγὼ δ' ἀντίκριμι ἄμ, ὡς δις παῖδες οἱ γέροντες, id est, Puerorū at id dices uideri, cate- rū uicissim, Ego tibi respōdero hoc, omnes senes bis esse puppos, Sophocles in Peleo, πηλέα τῶν ἀϊκείων ὀκουρὸς μόνη γερωνταγωγῶ κἀν παιδένω πάλιν πάλιν γὰρ αὐδὶς παῖς, ὁ γηράσκων ἀνήρ, id est, Ego Peleū Aeaco fatum, pueri in uicem, Senem puella, modcor atq; tēpero, Nā iterum puer quisquis senescit, redditur. Theopompus, Δις παῖδες οἱ γέροντες ὁρθῶ ἰδὲ λόγῳ, id est, Pu- eros bis esse senes, recte diciūt. Plato, Ἀρ' ὡς εἶοικε δις γέοντ' ἄμ παῖς γέρον, id est, Similis uidet bis feni puer senex. Antiphon, γεροτροφία προσέοικε παιδοτροφία, id est, Senem nutrire, perinde est, quali nutrices puerum. Lucianus in dialogo, cui titulus, τὰ πρὸς κρόνον οὐτῶ γὰρ ἄμ τ' ἰ παρσιμίαιμ ἐπαλκιδεύσαιμι, ἢ φησι παλίμ παιδαε τῶν γέροντας γίγνεσθ, id ē, Sic em fiet, ut uerū uideat adagiū, quo dici solet, senes rursum repuerascere. Huc p̄tinet quod libro de lingua latina tertio, scribit Varro, Identidē in Atellanis haberi pupū senē, quod osci suapte lingua uocent Casnar. Nam ueteres pupū, puerum uocabāt. Neq; uero prouerbiū ideo tantū est dictum, quod senes æta- tis culpa desipiscant, uerum etiam, quod omnibus modis in senibus iam uelut exacta uita ad

! 4

initium recurrere uideatur, quæadmodū scite dixit Aristoteles in problemate quodā, in quo quærit, quonam pacto sint accipienda, quæ priora dicuntur, ac posteriora. Primū enim redit albor simul & raritas capillitij, quorū utrūq; pueris familiare, deinde balbuties, uelut altera infantia. Præterea gingiua exarmata dentibus, aut certe per paucis, & eis uacillatibus instructa, quod & ipsum cū infantibus cōmune. Quinetiā senibus omne corpus ad puerilem decrescit modū, cōsimilis uirium imbecillitas. Iam uero cibi quoq; cōsimiles, utriq; congruunt ætati. Postremo, morum ineptia, leuitas animi, & hoc ipsum, nihil sapere, in senibus infantiam quandā referre uideat. Autor est em̄ in Politicis Aristoteles, post annos duo de quinquaginta, ingenij uigorem euanescere. Quapropter Euripides in Bacchis ait, τὸ γῆρας ἡμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχομεν, id est, Vestram ubi senectam uideo mentis indigam. Vnde fit, ut lenes pueris mire delectentur, quasi similes iam ad similiū amorem propensi.

Sexagenarios de ponte deijcere.

XXXVII

Sexagenarios de ponte deijcere. Est natu maiores, perinde quasi deliros, & ad omne uitæ munus inutiles, in ociū reijcere, atq; ab omni functione negotiorū relegare. Inde natū quod olim sexagenarij ferendorū suffragiorum ius nō erat, ætate uelut a publicis munij dimissa, Vel quod olim iuuentus Romana, quo sola ferret suffragia, senes inualidos de pontibus præcipites dedit. Nam de ponte suffragia ferri iam cœperant, atq; ea sententia magis probatur Silinnio Capitonij apud Festum Pompeiū, q̄ uulgata illa qua putant post urbem a gallis liberatā, ob cibatus inopiam sexagenarios in tyberim de ponte deijci cœptos. Varro libro de uita patrū secūdo, Honestam causam, religiosamq; patefecerit. Cū in quintū gradū puenerāt, atq; habebāt quinquaginta annos, tū deniq; erāt publicis negocijs liberi, atq; expediti, & ociosi. Ideo in prouerbiū quidā putāt uenisse, Sexagenarios de pōte deijci oportere, quod suffragiū nō ferant, quod per pontē ferebat. Nonius Marcellus, Sexagenarios p pontē mittendos, male dici popularitas intellexit. Macrobius Satur. libro primo. Adimere uis doctis uiris, in uerborū comitijs ius suffragadi, ac tanq; sexagenarios maiores de pōte deijcere. Ouidius in Fastis. Pars putat, ut iuuenes ferrēt suffragia soli. Pontibus infirmos præcipitasse senes. Vnde & depontani dicunt senes, iam uelut emeriti, & a ciuilibus negocijs in ociū remissi. Plato lib. de legibus sexto, loquens de magistratu τῶν νομοφυλακῶν, id est legibus seruandis præfectorū, nō admittit ad eū magistratū gerendū minore annis quinquaginta, nec sinit in eo pfeuerare, maiore septuaginta. Vt si quinquagenarius magistratū inierit, uiginti annos eū administret, sin sexagenarius decē duntaxat. Licebit autē uti puerbio, uel in odiū ætatis; tanq; ad nihil iam utilis, & ab omni uitæ munere relegandæ. Vel simpliciter in eos, qui ppter ætatis imbecillitatem rude iam donati sunt, ac solitorū munerū uacationē acceperunt.

Crambe bis posita mors.

XXXVIII

Δις κράμβη θάνατος, id est, Crambe bis, mors est. Plinius libro uigesimo, capite nono, Inter brassice species, tertio loco, refert, & Cramben. Dioscorides libro secūdo, Crambes treis species facit. Quarū prima, præterq; quod alias ad multa remedia efficax est, etiā ebrietatis & crapulæ incōmoda tollit, si crudam edas ante cœnā ex aceto. Vt indicauit. M. Cato, Aristoteles in causa putat esse quod cū ipsa sit frigida, & succū habeat dulcem, ac discutientem, fit, ut uinosos humores in aluū detrahat, tenues humores in uelicā delabunt, ipsa in uentriculo remanens, corpus refrigeret. Atq; ita humoribus utriq; deductis, & refrigerato corpore cessare crapulam. Vnde Suidas scribit illam antiquitus in cōuitijs adhiberi solere, uerum recoctam, adeo nau-seam adferre, ut græcis in fastidij prouerbiū abierit. Quoties enim rem iterū atq; iterū repetitā nō sine molestia significabant, dicebant, Δις κράμβη θάνατος, id est, Bis Crambe, mors, hoc ē, κράμβη δίσεφδος, Crambe recocta. Ad hoc adagij Politianus arbitratur alluisse Iuuenalem, cū scribit in Satyra septima, Declamare doces, O ferrea pectora Vecti, Cum perimat sæuos classis numerosa tyrannos, Nam quæcūq; sedens modo legerat, hæc eadem stans Perfecit, atq; eadē cātauit uersibus isdem, Occidit miseris Crambe repetita magistros. Cramben repetitā appellat, declamationē maximo cū tædio iterū, atq; iterū audiendā. Finitimū est illi, qd alio cōmemorauimus loco, ο δίς κορινθος, id est, Iouis filius Corinthus. Contrariū illi, Δις ἑξῆς τὸ κάλλος, id est, Bis & ter, quod est pulchrū. Quod enim p se præclarū, id uel decies repetitū, ut inquit Horatius, placere solet, Quod ineptū, id primo gustu, cōmendatione nouitatis, ut cūq; tolerat, Cæterū iteratū, haud iam ferendū fastidiū adfert.

Ne Hercules quidem aduersus duos.

XXXIX

μηδ' ἥρα κλῆς πρὸς δύο, id est, Ne Hercules quidē aduersus duos. hoc est, Nemo usq; adeo uiribus excellit, ut unus pluribus par esse possit. Neq; indecorū est cedere multitudinī. Erit autē suauior metaphora, si significabimus neminē quātū uis eruditū, aduersus duos in disputando sufficere, aut eūdem hominē pluribus negocijs sustinēdis, nō esse simul parem, aut nō posse resisti precibus duorū. rem eandē petentiū. Poterit & aliā in formā uerti puerbiū, ad hūc modum. Si negant uel Herculem aduersus duos esse parem, quinam ego tam imbellis, aduersus duos Hercules stabo? Quācūq; obiter huius usum prouerbij, in operis huius uestibulo paucis ostendimus. Plato libro de legibus undecimo, οὐδὲν μὲν δὴ, πάσαι τε ἐρημιόμοι, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι κἀναντία, χαλεπὸν, καθὰ πρὸς ἐμ ταῖς νόσοις, πρῶτοις τε ἄλλοισι, id est, Verū est illud & iam olim pro uerbio celebratū, arduū esse aduersus duo, eaq; contraria pugnare, quemadmodū in morbis, alijsq; cōpluribus. Significat nobis geminā esse pugnā, tum aduersus diuitias, tum aduersus egestatē. Idem in Phædone usurpauit. Vbi Socrati per iocum hortanti, ut Cebetem, ac Symmiam cōfuter argumentatiōe, respōdet Phædon. At uero cōtra duos, ne Hercules quidē dicitur suffecisse. Eodē allusit Catullus in carmine nuptiali, cū ait, Noli pugnare duobus. Hęc sententia, tamen nō ἴisdē uerbis, aliquoties legitur apud Homerū, ut in *Odyssæa*. τ. χαλεπὸν γούρ' ἐρυκακίερ' ἐνὰ πρῶτους, id est, Difficile ac durū est unū cōpescere multos. Telemachus ita loquitur de se, ac procijs. Item *Iliados*. ε. Αἰνείας δ' οὐ μῆνε δοὸς πρὸς ἑὸν πλεμιστῆς, ὡς εἶδ' ἐμ δύο φῶτε παρ' ἄλλ' ἀλλοισι μῶνοντε, id est, Haud stetit Aeneas alioqui strenuus armis. Cōspexit simul atq; duos cōsistere iunctos. Occasionē adagij uarie narrāt. Quidā aiunt Molionidas adortos aliquādo Herculem ex insidijs, atq; illum, hominū multitudine territū, nō ausum cōtra cōsistere, sed fuga salutē cōiuluisse. Idq; in uulgi sermonē ab ἴsse. Vero, ppius est, quod refert Suidas, Herculem cōstituto certamine Olympiaco, fretum uiribus suis primū aulum certare cū duobus, & utrosq; cōfecisse. Hos aiunt fuisse Creton, & Eurytū Neptuno patre, & Moliona matre, pgnatos. Deinde proxima Olympiade cōsimili modo cōgressum fuisse cum duobus quibusdam, atq; ab his fuisse superatū. Quācūq; sunt, qui hos existimēt fuisse Lamum & Pherandrum, sed qui uicerint Herculem, nō qui uicti discesserint. At Plato in *Euthydemo* lōge diuersam ab his, historiā adducit, puta Herculem cum Hydra pariter & cancro quodam immani, qui e mari emerferat, cōgressum, inferiore discessisse, atq; ob id Iolai nepotis auxilium implorasse. Sed nō grauabor, ipsius uerba subscribere. In eo igitur, quem dixi dialogo, Socrates cū duobus fratribus sophisticis, & ut sunt illi, contumeliosis, disputans, quasi cū duobus monstris unus congressus, cū illi probro obijceret Dionysodorus, quod fugeret, neq; ad interrogata responderet, ad hunc modum respondit. Non iniuria fugio. Nam cum alterutri sim impar, cur nō fugiam ambos? Equidem Hercule multo sum imbecillior, qui tamen pugnare pariter nō ualuit, & aduersus Hydram sophisticā, cui ppter sapientiā pro uno sermonis capite amputato, multa repullulabant, & aduersus Cancrum Sophistam quendā e mari profectum, & nuper, ut arbitror, aduictum. A quo cū Hercules, ad sinistram angeretur, uerbisq; acriter morderetur, nepotis sui Iolai auxiliū implorauit, qui summopere illi succurrit. Meus autem Iolaus Patrocles si uenerit, longe aliter faciet. Mordaci uidelicet allegoria, Socrates e fratribus sophisticis, alterū Hydram, alterum Cancrū nominat, se Herculem, Ctesippum, Iolaum.

Vnus uir, nullus uir.

XL

Εἷς ἀνὴρ οὐδ' εἷς ἀνήρ, id est, Vir quidem unus, nullus est. Sensus est, nihil egregium præstari posse ab uno homine, omni auxilio destituto. Huc pertinet, quod ait Euripides in *Heraclidis*, μιάς γὰρ χεῖρὸς ἀδενής μάχη, id est, Nam solitarie manus inualida pugna est. Item illud eiusdem, εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὄρα, id est, Vir unus haud uidet omnia. Poterit ad uarios usus deflecti puerbium, uel ad insuauem uitam, si non adsit conuictor amicus, uel ad iudicium haudquācūq; unī cōmittendum, uel ad studium literariū, quod citra socium & eiusdem, ut aiunt, æmulū multis, plane friget, uel ad quoduis deniq; peragendū negociū, quod citra alterius adminiculū cōmode confici non queat. Adagij mentionē facit Zenodotus.

Asinus inter simias.

XLI

ὄνος ἐμ πιθήκοις, id est, Asinus inter simias. Vbi q; incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus, a quibus impune rideat. Extat apud Aulū Gelliū libro. ij. capite. xxij. apud quem Menander Comicus in fabula, cui titulus, Plotium, Maritū de uxoris iniuria quærentē, inducit his uerbis, ὄνος ἐμ πιθήκοις τὸ τὸ λεγόμενον ὄχι δὴ τῷτο, id est, Asinus inter simias, uulgo qd aiūt. Constat autem simiam animal esse petulantissimū, adeo ut non uereatur etiam leonem per la

sciuiam agitare, natibus illius affixa. Quin & hodie uulgo simile quiddam dicunt. Noctua inter cornices, ubi stupidior aliquis in homines petulantes, ac dicaces incidit. Nihil autem uetat, quo minus generaliter usurpetur, ubi quis in negocium incidit, uehementer molestus, aut in infortunium aliquod, unde se non queat extricare.

Asinus inter apes.

XLII

ονος ἐν μελίτῃσι, id est, Asinus inter apes. Cōsimilē habet cū proximo sensum. Dicitur solitum, ubi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. Metaphora pro se liquet. Quāquam adagiū ab euentu quopiā natum uideri potest. Meminit Suidas.

Asinus in unguento.

XLIII

ονος ἐν μύρω, id est, Asinus in unguento. Cum delitiā adhibentur ijs, quos haudquaquam decent, neque, quia, uel uti norunt illis, uel delectantur. Nam asinus culmos, ac foenum mauult, quae uel aurum, uel unguentū, quo etiā offenditur. Locus fuerit huic adagio, siquādo indoctus aliquis, in optimos incidat autores, quos ob incitiā, aut negligat, aut etiā deprauet. Siue, cū amulo cuiuspiā, cū eruditissimis uiris uiuere cōtigerit, quorū tamē cōsuetudine, neque frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur a Diogeniano prouerbium.

Neque caelum, neque terram attingit.

XLIII

οὔτε γῆς οὔτε οὐρανοῦ ἀπτεῖται, id est, Neque caelum, neque terram attingit. De re uehementer absurda, atque aliena, quaeque nulla uicinitate pertinet ad id, de quo agitur. Lucianus in Pseudomante, οὐκ ἔστι μοι χρησμοῦς ἐπιεμφερ, οὔτε γῆς φασίμ οὔτε οὐρανοῦ ἀπτομύλους, id est, Octo mihi misit oracula, sed quae neque caelum, ut aiunt, neque terram attingeret. Aristides in Cimone leuiter alludens ad prouerbiū, indicat metaphorā sumptam ab ijs, qui in medio pendent aere, utrinque liberi.

Nihil ad uersum.

XLV

οὐδὲν πρὸς ἔπος, id est, Nihil ad carmen. De ijs, quae longe discrepant ab ijs, quae proposita sunt. Translatum uidetur a scena, ubi histrio saltatu, gestuque, carminis genus representat. Lucianus in Philopseude, οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτά φασίμ, οὐδὲ περὶ τούτων ἡρόμην, id est, Ista nihil ad carmen, ut dici solet, neque enim de ijs interrogabam.

Nihil ad fides.

XLVI

οὐδὲν πρὸς τὴν χορδὴν, id est, Nihil ad chordam. In eos, quorū uita uehementer est inaequalis, quorū uel mores, ab oratione dissident. Lucianus de saltatione, καὶ μηδὲν ὡς φασί πρὸς τὴν χορδὴν, ἔτερα γὰρ ὁ πῦς, ἔτερα δὲ ὁ ρυθμὸς λέγει, id est, Nihil ad chordam, ut dici solet, nam alia pes, alia loquitur rythmus. Idē in Meretricijs, καὶ ὅτι εἶ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ πῦς, Et quod pes probe responderet ad citharam. Plutarchus in cōmētario de uerecūdia, καὶ τὴν οὐ διὰ τὴν τῶν πρὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς πλάττω ἔλεγε, ἢ πόλει πόλει ἢ φίλοι φίλοις διαφερόμενοι, ἕχαστα δὲ ὡς τε καὶ πάχονσιμ, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὰ νόμιμα καὶ δίκαια πλεμμελίαν, id est, Haudquaquam ob id, quod pes a lyra dissentiat, sicut ait Plato, ciuitates cū ciuitatibus, amici cū amicis cōflictaentes, extrema tū faciunt, tū patiuntur, sed quod circa leges, atque aequitate peccetur. Locus autem, quē citat Plutarchus, est in libro de legibus septimo, ἀπὸ δὲ οὐκ ἔστι τὰ φθέργματα τῆς φθέρμασι, τὴν δὲ ἐπεροφωνίαν ἢ περικλίαν ὅτι λύρας, ἀλλὰ μὲν μέλη τῶν χορδῶν ἰσῶν, ἀλλὰ δὲ τὴν μελωδίαν ξυθέντες, τῶν ποιητῶν ἢ τῶν λογιπᾶν, id est, Reddentes uoces cū lyrae sono cōcordes. Porro uocis discrepantiā, diuersitatēque, quod tunc alios modos edunt chordae, alios is, qui cantilenā composuit, & caetera.

Formica camelus.

XLVII

μύρμηξ ἢ κάμηλος, id est, Formica camelus. De uehementer inaequalibus, & modo minimis, modo maximis, quod perinde sit, quasi repete camelus in formicā uertat. Lucianus in prima epistola Saturnaliū, ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος ὡς ἢ παροιμία φησι, id est, Nam ut nunc uiuunt a nobis formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur, de opibus inaequaliter inter mortales distributis, ut huic plurimum supersit, huic multum desit. Neque intempestiue dicitur in eos, qui sibi non constant, in utraque partem immodici. Quod genus hominem Euripides describit in Troadibus, τίς δ' ὡς περὶ ἄλλο τ' ἐς ἄλλους τρώπυς μισθὸς δὲ λίαν, ἢ φιλάει, ὅμ' ὅμ' τύχη, id est, Quid ita modo hos, modo in hocce mores transilis. Odisti, acerbē, animasque nimium quemlibet.

Os sublinere.

XLVIII

Os sublinere, pro eo, quod est dare uerba, & arte quadam illudere, reperit aliquoties apud autores. Nonius Marcellus tractum putat, a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pingunt. Plautus in Aulularia. Fidei censebam maximam fidem esse. Ea subleuit os mihi penissime.

Idem alibi, Os mihi probe sublitū est. Idem in Epidico, Ego si adlegassen aliquem, ad hoc negociū minus hominē, q̄ doctū, minusq; ad hanc rē callidū, os sublitū esset. M. Varro in Mysterijs apud Noniū. Es defraudasse cauponē, bonā luto obliuiffe, cū portitores ara induxere. Sophocles in Antigone, οἰῶσι χ' οἶδε σὺ δ' ὑπὶ πολλοῖσι νόμα. i. Vidēt & hi, sed os tibi isti sublinūt. Vergilius itē in carmine Bucolico pueros inducit p̄ lusum, Sileni faciē mori succo oblinētes. Iāq; uidēti Sanguineis frontē moris & tpa pingit, Ille dolū ridēs, quo uincula necētis, inquit.

Dare uerba.

XLIX

Dare uerba, passim obuium est apud omneis autores, pro eo, quod est fallere. Persius quarta Satyra, Ut mauiis, da uerba, & decipe neruos. Terentius, Cui uerba dare difficile est. Ouidius, Verba dat omnis amans. Sed tum frequentiora, tum expositiora sunt exēpla, q̄ ut operaprecium sit ea persequi. Tantum illud admonuimus. Non nihil Veneris accessurum p̄ uerbio, si longius a simplici detorqueatur oratiōe, uidelicet ad fraudem, imposturam ue, quā uel citra uerborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, si quis dicat mundū hunc dare uerba suis cultoribus, & alchimisticam, quam uocant artem, dare uerba sui studiosis, & eum sibi ipsi dare uerba, qui sibi pollicetur haudquaq; speranda.

Addere manum.

L

Illud inusitatus, quod est apud Plautum in Persa. Addere manū, pro eo, quod est ludibrio habere. Translatū opinor ab ijs, qui manu ad aurem porrecta, motaq; quempiā irridēt. Plautina uerba sunt hæc. Quid ais, crux, stimulorum tritor, Quomodo me hodie uersauisti, ut me in tricas cōiecasti, quomodo de Persa manus mihi addita est. Item in Pcenulo. Eo pacto auaræ Veneri pulchre adij manū. Rursū in eadem scena. Ego faxo posthac, diij, deæq; ceteriq; cōtentiores magis erunt, atq; auidi minus, cū scibūt, Veneri ut addiderit leno manū. Idē in Aulularia, Ita illis impuris omibus adij manū, iterum in Cassina, Satin lepide adita uobis manus merito? Quāq; uarie scriptū inuenio, nunc adij, nunc addita. Mihi uidef̄ rectius legi, addidi, ut accipiamus sumptā metaphorā ab irridentiū, ut dixi, gestu, cuius meminit Persius. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

Circumtondere comam.

LI

περικείμερον τῆς πλοκάμους, id est, Circumtondere comā, Græcis in prouerbio est, pro eo, quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis nō sentiētibus, cæsaries circūtondeatur. Lucianus in Misanthropo, ἐκάδικον τῆς πλοκάμους, περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, id est, Se debas cū tibi cæsaries ab illis circūtondere. Vsurpat idem in Pseudomante.

Fucum facere.

LII

Fucum facere, pro eo, quod est imposturā facere, & artificiosa dissimulatione deludere. Frequens est apud bonos autores Terentius in Eunucho, Per alienas tegulas uenisse clanculū fucum factum mulieri. Quo loco factū, supinū est, non participiū. Quintus frater ad Ciceronē, Si cū, qui tibi p̄miserit, fucum, ut dicif̄, facere uelle senseris, ut te id audisse, & scire dissimules. Nam fucus, herbæ genus, quā Græci φῦκον uocāt, tingendis lanis utile. Vnde simpliciter fucū pro colore reperire licet, & fucare p̄ colorare. Horatius in Odis, Stercore fucatus crocodili. Maxime si colorē nō natiū, aut genuinū, sed artificiosum, ac melut adulterinū significemus, ut idem Horatius. Nec amissos colores lana refert medicata fuco. Proinde medicamentū illud quo cuti superinducto mulierculæ, uitia formæ dissimulant, quasiq; personā assumūt, fucū uocant. Plautus, Vitia corporis fuco occultunt. Ut autem fucus est color arte additus, ita persona facies est, nō uera, sed apposititia. Vnde elegāter dictū a Seneca, Ut personā malit, q̄ faciem, id est, uideri malit, q̄ esse. Lucretius itē libro tertio. Nā ueræ uoces, tū demū pectore ab imo Eliciuntur, & eripiūt persona, manet res. Itaq; personatos dicimus, qui aliud præ se ferunt, q̄ sint. Quin & offucias uocāt, inania quædā rerū simulacra, quæ ueluti præstigij quibusdam, oculis intuentiū imponūt. Græci simplici uerbo φενακίζεω uocāt, & φενακισμὸν, huiusmodi imposturā, φένακα fuci artificem. Qui scripsit etymologicū græcū, autor insyncerus & impurus uocē deductā existimat παρά τῆ πηνήκημ, quæ græcis coma dicitur apposititia.

Album calculum addere, & similes figuræ.

LIII

ἄσκην ἰσχυρὸν προσθεῖναι, id est, Albū calculū addere, p̄ approbare, subinde legim⁹ apud doctos. Inde sumptū, quod antiquitus missis in urnā calculis, ita ferebant a iudicibus sentētia, ut albis absolueret, nigris damnarēt. Qui si forte fortuna fuissent æquales, tamē liberabat̄ reus, eiusq; rei causam Aristoteles copiosissime reddit in problematibus. De calculorum more meminit

Ouidius metamorphoseon, libro quindecimo, Mos erat antiquis, niueis, atrisq; lapillis, His damnare, reos, illis absolueret culpa. Tunc quoq; sic lata est sententia tristis, & omnis Calculus immitem dimittitur ater in urna, Quæ simul effudit numerandos uersa lapillos, Omnibus e nigro color est numeratus in album. Plinius iunior in epistola quadam. Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipsum me, & cotubernaes, ab editione non abhorre. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris, id est, si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobabis. Lucianus in apologia, οὐκ ἐμ παρέργω δέμονος, τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ κῆ πάλῃ σκ μοι ἐνεχέηναι, id est, Haud paruo æstimans, si mihi contingat, album abs te pleniq; suffragium auferre. Plato libro de legibus secundo, οὐκ ἔμ τιθείμημ τὰύτημ τῷ ἴσφομ, id est, Haud posuerim hunc calculum. Huc adscribendum, quod Alcibiades, nolens se iudicium permittere sententis, ait, ne matri quidem confidere uelle, sed etiam hanc in eiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo subiceret. Aristides in Pericle, simplici uerbo dixit, ἐπι-ἴκφῖσθμ, & comprobare, eamq; uocem, tanq; Platoniam usurpat.

Creta notare, Carbone notare.

LIII

Ad hanc formam pertinent & illa, Creta notare, pro eo, quod est approbare, & carbone notare, quod est damnare. Propterea, quod Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro, mali. Unde & felicia alba dicimus, infames nigros. M. Tullius in actione pro Cecinna de teste Sexto Clodio Phormione. Nec minus niger (inquit) nec minus confidens, q̄ ille Terentianus Phormio. Et Horatius. Hic niger est, hunc tu Rhomane caucto. Idem in Sermonibus. Sani, an creta, an carbone notandi. Quem imitatus Persius ait in quinta Satyra. Quæq; sequenda forent, & quæ uitanda uicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Rursum Horatius in Odis. Cressa neu careat nota. Candidum calculum cressam notam appellat, qua ueteres dies fortunatos signare consueuerunt. Ad hanc formam pertinet etiam illud, Vnionem signare, quod sapientius apud autores est, pro eo, quod est inter felicia, prosperaq; numerare. Ductum a ueterum superstitione, qui unumquodq; anni diem, missis totidem in urnam, aut, ut apud Scythas in pharetram calculis signabant, quem arbitrabantur prosperum abesse, candido calculo, aut creta, quem egregie felicem, unione, contra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Persius, Hunc Macrine diem numeram meliore lapillo. Huius superstitionis meminit Plinius libro septimo, capite quadragesimo. Vana inquiens, mortalitas, & ad circumscribendam seipsam ingeniosa. Computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusq; diei in urna condit, ac supremo die, separatos dinumerat, atq; ita de unoquoq; pronuntiat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies, originem mali habuit. Hactenus Plinius.

Calculum reducere.

LV

Calculum reducere, est mutare factum, cuius te poeniteat. Aut uertere consilium rei non satis commode institutum. Nonius citat Ciceronem in Hortensio. Itaq; tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, ut calculum reduces, si te alicuius dati poeniteat. Translatum apparet, aut a ratiocinationibus, aut (quod est uero propius) a ludo laterulario. In summa prouerbij speciem habent, quæcunq; a calculis finguntur metaphora. Ut ad calculos uocare, pro eo, quod est rationem iniire & æstimare. M. Tullius dialogo de amicitia. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio datorum & acceptorum. Valerius Maximus libro quarto, capite de amicitia. Si ad calculos reuocetur, paruum, utpote septem iugeribus, & hoc in pupinia abditis redactum. Sin animo prerogantis, omni pecunia maius. Et ad calculos reuerti, id est, redire ad rationem, ac respectum, consiliumq;. Cicero ad Atticum. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abieccimus, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulo salubrioribus. Et in epistolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo, quod est proponere rationes. Et ponere, inquit, in utraq; parte calculos, id est, utrinq; rationes expendere. Et hic calculus accedat, id est, hoc momenti adiungatur. Neq; quicq; prohibet eadem ratione dici, decedere calculum, & detrahere calculum.

o. præfigere.

LVI

Thita præfigere, pro damnare. Persius, Et potis es uitio nigrum præfigere Thita. Ansonius in pædagogum liguritorem, in carmine Choliambico. Miselle doctor, ou tibi sit obscæno, Tuusq; nomen, thita sectilis signet. Sunt qui hoc ad figuram græcicæ literæ referant quod ea cordis humani transfixi speciem quodammodo representet. Nam nescio, an, debca

mus Isidoro credere, qui primo etymologiarū libro scribit ita militari more solere fieri, ut caeli
 o. salui. τ. signarentur. Certe de hoc signo. τ. fit mentio etiam in apocalypsi, quæ beati Ioan-
 nis nomine legitur. Sed uerosimilius, quod scribit Asconius Pedianus olim in iudicijs sortes,
 quæ mittebantur in urnam, triplicem notam habere solere. Ac, o, quidem damnationis fuisse
 symbolum. τ. absolutionis. λ. ampliacionis, id est, quoties significabāt sibi parum adhuc lique-
 re, ac denuo causam agi oportere.

Stellis signare, obelo notare.

LVII

ΑΣΤΕΡΟΙΣ ΣΗΜΗΘΩΔΗΣ ἢ ἌΣΤΕΡΟΙΣ ΤΕΚΜΑΙΡΕΩΔΗΣ, id est, Stellis notare. Eustathius in quintū Odysseæ librū
 admonet dictum de his, qui longam, ac desertam uiam peragunt, adeo ut necesse habere
 regionū situm, stellarum obseruatione signare. Ductam autē esse metaphorā a nauigantibus,
 qui cū eouisq; puecti sunt a terra, ut iam cælum undiq; & undiq; pontus, Stellarū indicio cur-
 sum moderari solent, maxime Cynosuræ & Helices, teste Arato. *ἐν φαινομύοις, οἱ τῶ μὲν κυνό-
 σουραμ ἐπὶ κλισίῳ καλέουσι τὴν δ' ἑτέρῃ ἐλίκημ, ἐλίκη γεμῆρ ἄνδρες Ἀχαιοὶ εἰμ ἅλι τεκμαίροντῃ ἵνα χρεὶ νῆαε
 ἀγνέμ τῆ δ' ἄρα φόνικες πίσυνοι περὶ ὄσι θάλασσαν ἀλλῆ μὲν καθάρῃ ἢ ἐπιφράσασθ' ἑτοίμη πολλῆ φαινο
 μέν ἐλίκη πρῶτῃ ἀπὸ νυκτὸς ἡ δ' ἑτέρῃ ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτησιμ ἄρειωμ, μισοτέρῃ γὰρ πᾶσα πορὶ σφέρε-
 ται σφραλῦγι, τῆ σιδόνιι ἰδύντα ἰα ναυτίλλουτῃ.* Quorū carminū interpretationē adscribam ex
 Germanici Cæsaris interpretatione, Hic Iouis altrices helice cynosuraq; fulgēt Dat graijs he-
 lice cursus maiorib' altris Phœnicas cynosura regit, sed cādida tota Et liquido splendore he-
 lice nitet, haud prius illa, Cū sol oceano fulgētia cōdidit ora Stella micat cælo, septē q; cresia
 flāmis Certior est cynosura tamē sulcātibus æquor Quippe breuis totā fido se cardine uer-
 tit Sidoniāq; ratē nūq; spectata fefellit. Et Aratū imitatus Ouidius lib. de tristibus q̄rto, Ma-
 gna minorq; fera, q̄rū regis altera Graias Altera Sodonias utraq; sicca rateis. Idē indicat Ver-
 gilius in tertio, de Palinuro loquēs, Taliā dicta dabat, clauūq; affixus, & hærēs, Nusq; amit-
 tebat, oculosq; sub astra tenebat. Idē alibi, Cūcta notat tacito labētia sydera cælo. Consi-
 liter Homerus cū alias, tum Odysseæ libro quinto, *αὐτὰρ ὁ, πικρὰ λίω ἰθύνετ τεχνέντωε, ἡμλωε
 οὐδὲ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιμ ἔπιπτε, πλικιάδαε ἐσορῶμτι, ἢ ὄψε δ' ὕοντα βοώτημ, ἀρκτενθ' ἢν ἢ ἄμαξαμ ἐπί-
 κλισίῳ καλέουσιμ, ἠτ' αὐτοῦ σφέρετῃ ἢ ὀρίωνα δοκεύει Οἶκ δ' ἄμμοροε ὄστ' λοετῶμ ὤκεανοῖο.* Ille quidē
 nauim arte regēs, clauo assidet hærēs, Nec sinit illapso torpescere lumina somno. Pleiadas,
 feroq; recōdentē ora Booten Suspectans, Vrsamq; alio cognomine plaustrū, Quæ fixa usq;
 loco se circumflectit eodem. Et nūq; oceani liquidis aspergitur undis. Vnde Ἄστέροιε σήμεθῶδῃ
 τῶ δ' ἄμ, uidentur ἢ, qui notulis quibusdam, & cōiecturis arte deprehensis, rem alioqui puesti-
 gatu difficilem inquirunt, aut assequunt, aut qui signis quibusdam multo ante colligūt, quid
 sit euenturū. Postea deflexum est, ut stellis prænotare dicantur, qui quippiam uelut animad-
 uertendū insigniunt. Cui diuersum, οβελίζεμ, id est, ueru prænotato quasi iugulare, ac damna-
 re. Translatū ab Aristarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit, atq; in libros digessit, uer-
 sus nothos, hoc est adulterinos & subdititios, quæ nō uiderentur sapere uenam illam Home-
 ricam, οβελίσκοιε, id est minutis ueribus prænotatis damnans, cōtra, qui uiderentur insignes,
 ac genuini, Ἀστέρισκοιε, id est, stellulis illustrās. Quem morem secutus est & Origenes, & diuus
 Hieronymus in literis diuinis. Quin hoc ipsū Aristarchi cognomen in prouerbiū abiit,
 quod is, cum damnandī notulis, probandiq; morem excogitarit. M. Tullius Attico. Totum
 hunc locum, quem in Aristocratia, ego uarie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, so-
 leo pingere, de flamma de ferro, nosti illas λικνύδουε, ualde grauiter pertexuit. Atticum uocat
 suarum orationum Aristarchum, id est censorem & emēdatorem, quod illi mos fuerit, siquā
 parum probasset in scriptis Ciceronis, ea caris rubris notare. Quod quidē alibi declarat idē
 M. Tullius, libro ad Atticum. decimosexto. Quæ mihi florentia uisa sunt tuo iudicio. Cerulas
 enim tuas miniatulas illas extimescebam. Idem ad Dolobellam. Profert alter, opinor, duo-
 bus uersiculis expensum. Alter Aristarchus hos οβελίζε, Ego tanquā Criticus antiquus iudi-
 caturus sum. Item. M. Varro de lingua Latina Aristarchos appellat, Criticos grammaticos,
 qui de libris iudicant. Et Horatius. Fiet Aristarchus, id est castigator & expenior alieni scri-
 pti. Et diuus Hieronymus subinde quempiam, sui temporis Aristarchum uocat, quod arbi-
 trio suo alia damnaret, alia probaret.

Notari ungui, & similia.

LVIII

Ad eandem formam pertinent hæc quoq; Notare ungui, quod soleat ungui signum appo-
 ni, ubi quid parum placet. Horatius dixit, Transuerso calamo signum apponere, pro eo, quod
 hi

est damnare. In eundem sensum, Cenforia uirgula, legitur identidem apud diuum Hieronymum. pro castigandi, notandiq; auctoritate. A cenforibus Romanis traductum, quorū partes erant notare, siquid in moribus ciuitatis dignum emendatione iudicassent, ac multam dicere. Eodem pertinent spongia, lima, coelum, quæ in emendationis prouerbium abierūt, Spōgia deletur, quod non placet. Lima detrahitur, atq; expolitur, quod redundat, quodq; incultum est. Cœlo deformatur item, ac fingitur id, quod est rudius. Proinde in spongiam incubuisse dixit Augustus Aiaccem suum, quem deleuerat. Et climata dicuntur, expolita, Et sculpturam orationis, cultum dicunt.

Stilum uertere.

LIX

Stilum uertere, est mutare quod scripseris. Horatius in sermonibus, Sæpe stilum uertas. Antiquitus in tabellis cæcatis scriptitabant stilo graphiario, cuius altera parte nimirum acuta, per æquor cæcum ducta, literas exarabant, altera latiore, rursus obliterabant, quod exarassent: Hieronymus aduersus Rufinum. Quādiu nō renuebam laudationē tuam, scquebaris, ut magistrum fratrem & collegam uocabas, & catholicū in omnibus fatebaris. Postq; uero non agnouit laudes tuas, & me indignū tanti uiri præconio iudicauit, uertis stilum, & omnia laudata prius, uituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarū. Inuenit & stilū infigere, & stilo appetere, pro eo, quod est scriptis insectari, atq; inuehi.

Omne tulit punctum. Omniū calculis.

LX

Omne tulit punctum & cunctorum calculis, legimus pro eo, quod est omniū sententiā, & comprobatione. Quorum prius translatum est a consuetudine comitorum, ubi tabella circum ferri consuevit, in qua puncto apposito significabant, cui candidatorum suffragaretur. Posteriorius a iudiciorum sortibus, de quibus paulo superius meminimus. Horatius, Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Nam, qui iucunda modo scribunt, ipsi duntaxat placent, qui uoluptatem appetunt, Cōtra qui utilia ab ipsi tantum præbentur quibus utilitas querit. At qui uoluptatem cum utilitate coniunxit, is omniū suffragio laudabitur. Idem in epistolis, Discedo Atcæus puncto illius. Ille meo quis? Quis, nisi Callimachus. Item in Epigrammate Choliam bico, quod refertur a Porphyriōne, Ciconiarum Rufus iste conditor. Hic est duobus elegantior Plancius, Suffragiorum puncta nō tulit septem. Aristides in Themistocle, Η κοινή ψήφος ἐλλήνων, id est, qui est communis Græcorum calculus, dixit, pro eo, quod erat totius Græciæ consensus. Cicero libro Tusculanarū quæstionū secūdo, Quæ flamma est per quam nō cucurrerunt, qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus, quæ singulorū ciuium suffragiis mandabantur. Apuleius asini sui libro sexto. Certe calculo cunctorum, ut cunq; mors ei fuerat destinata, id est omniū suffragiis, sententiisq;

Cumani sero sapiunt.

LXI

Οὐδ' αἰδάνοντι οἱ κωμαῖοι, id est, Sero sentiunt Cumani. Id adagium refertur a Strabone geographiæ, libro decimotercio, Putatq; eos uulgo male audisse, tanq; stupidos, atq; insulos, ob hanc causam, quod ducentis annis portus uectigalia exegerint, hoc nomine, ut urbem ædificarent, quæ dare tamē non desierunt, cum iam urbs esset extructa. Adijcit & aliam fabulam. Cumanos publica pecunia mutuo accepta, porticus construxisse. Deinde cum pecuniam eā, ad diem præscriptum non reddidissent, a deambulatione fuisse prohibitos. Aliquanto post cum ingens esset pluuia, creditores ludibrii causa, præconem misisse, qui publicarent edictū, uti Cumani porticus subirent. Atq; ita uoce præconis admonitos subisse, inde natum adagium Sero sapere Cumanos, qui non nisi moniti senserint defugiendam esse pluiam. Simillimū illi, Sero sapiunt Phryges. Nihil enim uetat, quo minus dicatur & in illos, qui non nisi suo malo docti parent recte monentibus.

Mala attrahens ad sese, uti Cæcias nubes.

LXII

καὶ ἐφ' αὐτὸν ἑλκων ὥστε καικίας νέφος, id est, Sic mala sibi ipsi, ut Cæcias nubem attrahens. Versus est senarius prouerbio celebratus in eos, qui sibi ipsis litium, ac negociorū materiam pariunt, accersuntq;. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen Cæcias, quæ Plinius media inter aquilonem, & exortum regione flare scribit, & unum contra aliorum septentrionalium uentorum naturam nubes non pellere, sed attrahere. Quin ipsius adscribam uerba. Ventorum, inquit, etiā frigidissimi sunt, quos a septentrione diximus spirare. Vicinus his chorus. Hi & reliquos compescunt, & imbres abigunt. Humidi hauster & Aphricus. Et præcipue hauster Italia. Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes. Hactenus Plinius. Aristoteles li.

bro de mundo putat Cæciam, circa ortus æstiuos flare, additq; hunc a nonnullis eundem haberi, cū illo, quem alij *Θρασκία* nominant, flatq; proximus Agrestæ. Quid autem in causa sit, ut hic uentus nubes non more reliquorum a se propellat, sed ad sese uocet, Aristoteles in meteorologicis conatur ostendere. Vel quod alius (inquit) uentus reflet aduersus, eodem tēpore. Vel quod hic e sublimi cœli parte spirans, puta orientali, nō transuersus, per terram feratur, sed recuruata linea, propter reflexum, unde exortus est, eo recurrit. Atq; ita fit, ut nubes ad se cogat. Vnde idem in libro de mundo Cæciam inter eos uētos numerat, qui *Ανακάμπιπνοι*, id est, resupinati flatus uocantur. In problematis autē sectione uigesima quinta, duas huiusce rei causas reddit. Alteram hanc esse putat, quod eodem tēpore, reflet alius uentus Cæciæ cōtrarius. Altera nō dissonat ab ijs quæ rettuli. Nempe Cæciam spirare ab eminentiore cœli regione nim irum ab ea quæ uergit ad orientem, hanc autem esse editiorem, q̄ occiduam, colligit ex magnitudine & altitudine maris occidentalis. Itaq; fieri, ut Cæcias occiduam regionem aduersus inuadens, nubes cōtrahat, easq; suo in se reflexu ad se trahat. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in uita Sertorij, scribens hunc ducem animaduersa Cæciæ natura, qui tum forte flabat Cacitanos hostes ad deditiōē coegisse ad hunc modum. E regione speluncarū in quibus illi se cōtinebant, obicit aggeres cinericios. Quibus incursionē equitum concitatis, Cæcias tantū pulueris in fauces speluncarum deuexit, ut cum ferre nō possent, sese Sertorio in manus darent. Refertur adagiū ab Aulo Gellio libro secūdo, capite, uigesimosecundo, idq; ex Aristotele. Refert & a Theophrasto, libro de natura uentorū. Sed ab hoc atq; item ab Aristotele ita refertur, ut uideatur etiam in bonā partem dici posse. Ait enim, *ελκωμ' ἐφ' αὐτὴν τὴν πλοῦτον ὕψος ὁ κακίας νέφης*, id est, Attrahēs ad sese diuitias, ut Cæcias nubes. Plutarchus in cōmētario, cui titulus, quo pacto quis possit ab inimicis iuari, *ὡς ἔφ' ὁ κακίας τὰ νέφης, οὕτως καὶ ὁ φαῦλης βίος ἐφ' αὐτὴν ἔλκει τὰς λοιδορίας*, id est, Quemadmodū enim Cæcias nubes, itidem improba uita, probra ad sese attrahit. Vsurpat idem in bonam partē in præceptis politicis. Vnde de re quauis dici posse uidetur in utrālibet partem. Vt hic ad sese eruditorum hominū grem attrahit, perinde ut Cæcias nubes. Hunc omnes bonæ foelicitates non aliter sequunt, q̄ Cæciam nubes. Nusq; absunt iurgia, ubicunq; hic adest, neq; enim secus ad sese lites attrahit, q̄ Cæcias nubes. Cōsimiliter ad rem referri potest, Res est tumultuosa ambitio, quippe inuidiam, simultatem, profusionē, atq; id genus alia incōmoda, nō aliter attrahit ad sese, q̄ Cæcias nubes. Modestia cunctorū hominū beniuolentiā allicit ad sese, itidem ut Cæcias nubes.

Oleum in auricula ferre.

LXIII

Oleum in auricula ferre. Est apud Martialem. Quo loco mihi nō satifacit interpres Domitius Chaldeus, uir alioqui probe doctus. Nam poeta taxare uidetur hominem rigida, supinaq; aure, id quod etiam Græci notant, *Ἀπὸ οὐδ' ἔχωμ, ἀντι τ' ἄνω τὸ οὐδ' ἔχωμ*, id est, sublimem & supinam aurem habens. Carmen Martialis est huiusmodi. Narratur quidā belle dixisse Marulle, Qui te ferre oleum dixit in auricula. Porro ut in problematibus scripsit Aristoteles aures, aqua infusa, offenduntur, oleo non item. Quin si forte aqua in aurem inciderit, oleo infuso medemur, dum lubrica facta aure, aqua defluat. Proinde & urinatores oleum auribus instillare consueuerunt, quo minus aqua lædantur. Hinc itaq; uidetur natū adāgium, nempe a gestu, eorum quibus est aliquid liquoris infusum, quod ne effluat, aurem supinant, quasi auerstantes, ac fastidientes audire. Neq; tamen negauerim posse referri ad assentatores, qui uelut oleum in aurem instillant, dum iucūda loquūtur magis, q̄ salutaria. Cui diuersum est illud Persianum, Auriculas teneras mordaci radere uero. Huc igitur pertinebit & illud euangelicum, de uenditoribus olei. Verum, cui placet hic sensus posterior, in auriculam accusandi casu legit oportet. Quod quoniam et prouerbij speciem præ se gerit, & uulgo iactatum Martialis indicat, non existimaui prætereundum.

Quid si cœlum ruat.

LXIII

τί εἰ ὁ οὐρανὸς ἐμπίσει, id est, Quid si cœlum ruat: Ironia, puerbialis in eos, qui tutissimis etiā in rebus, ridicule timēt. Hoc unde manarit, Aristoteles indicat, libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ quinto, scribens priscis illis & rudibus mortalibus persuasum fuisse, cœlum hoc, quod uidebāt imminere, Atlanticis humeris sustineri. Quod si ille se subduxisset, fore ut e sublimi in terrā decideret. Idq; nō solum poetarum figmentis fuisse proditū, uerum etiam a physicis nonnullis affirmatum. Plutarchus in libello de facie quæ apparet in orbe lunæ, citat Phenacem quēdam, qui metuerit, ne luna decideret in terram, quicq; cōmiseratus sit uicem eorum, qui lunæ forent

m 2

subiecti, cuiusmodi sunt Aethiopes, ac Taprobani, si tantum pondus in eos rueret, idem ueriturus de terra, cœloq, nisi columnis atlanticis fulcirentur. Theognis, *ἐμ μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εἴς τε ὑπορθεῖν χάλκεος, ἀνθρώπων δ' ἔμμε παλαιγενέων*, id est, Deinde meo uastus capiti illabatur olympus Ferreus, antiqui, quod metucere uiri. Terentius *ἐμ ἑαυτῆρ τιμωροῦ μύω*. Quid si redco ad illos, qui aiunt, Quid, si nunc cœlum ruat? Allusit huc Horatius in Odis, Si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruina.

Umbra suam metuere.

LXV

τῆμ αὐτοῦ σκιάμ φοβᾶσθ, id est, Suam ipsius umbrā metuere dicunt, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi. Translatū uel ab his, qui forte cōspecta corporis sui umbra, subito expauescūt. Vel a melancholicis quibusdā, qui autore Aristotele, ppter oculorum imbecillos spiritus in aere proximo, ueluti suam quandā imaginē cōtemplantes, arbitrantur sese suos uidere manes. Socrates in Phædone Platonis, Tu uero tuā (quæadmodū dici solet) metuens umbram. i. tibi ipsi diffusus. Qu. ad Ciceronē de cōsulatu petēdo. Alter uero, quo, Dii boni, splendore est. Primū nobilitate eadē, qua Catilina, Num maiore? Non, Sed uirtute. Quāobrem, qui manū umbrā suam metuit, hunc negliges quidē. Plutarchus Symposiacorū proble/ mātum, Decade septima, *τὸ μὲρ εἰς σκιάς ἀναινόμηνος ὄνομα καὶ θυγατρὶ αἰνῶν, ἀλκιδῶς σκιάμ δ' ὄξει φοβᾶσθαι*, id est, Qui umbræ nomen refugiat, ac moleste ferat, is uere umbram uidebit formidare. Agit aut de umbris, uocatis, q nō ipsi uocati a cōiuiatore, sed uocatū sequētes ad eū cōiuiiū.

Vel muscas metuit præteruolitantes.

LXVI

Prouerbialis esse uidetur hyperbole, quā refert Aristoteles de Rep. libro, *ἀλλὰ δεδιότα μέμπε τὰς παραπερμύας μύιας*, id est, Qui muscas (inquiens) etiā præteruolitantes metuat, id est, quibus friuola de causa. Idem similit̄ quandā cōmemorat in moraliū septimo, loquēs de ijs, q usq, adeo natura sunt timidi, ut etiā si forex obstrepat, protinus expauescant.

Funem abrumpere nimium tendendo.

LXVII

ἄρξῃ γίνεσθ τενόμενον τὸ καλώδιον, id est, Abrumpet̄ tensus funiculus. In eos dici solitū, qui, dū extrema experiuntur, alicnant a se eos, cū quibus agūt, & uniuersæ rei iacturā faciunt, dū plus satis attentis sunt ad lucrum. Lucianus in dialogo quodā, matrē lenam facit obiurgantē filiam, quod amatorē in cōiuiū nimis peruicaciter cōtempserit, periculū autem esse, ne prater modum exacerbatus, atq; irritatus iuuenis amorem pariter & commodū alio conuertat, *καὶ ὅρα, inquit, μή κατὰ τὴν παρομίαν ἀρξῆξομεν πάνυ τένουσαι τὸ καλώδιον*, id est, Ac uide, ne iuxta prouerbium, abrumpamus dum nimīū tendimus funiculum. Pindarus apud Plutarchum, *καὶ λύνει τὸ τῶν δυσφόρων χροῖον μνημόνων*, id est, Atq; intolerabiliū curarum funiculum soluenti. Quanc̄ hoc, ab adagio nō nihil est diuersum. Magisq; cōgruit cū illo, quod est apud Senecam in epistolis ad Lucillium, de explicanda catena negociorū, atq; adeo abrumpenda, si nequeat explicari. Prouerbiū generaliter trahi poterit, ad quemlibet conatū immodicum, & ob id in malū aliquod erumpentē. Huic finitimū est illud Hebræorum, haudquaq; inscite, neq; inuenuste dictum prouerbiū, qui nimīū emungit fortiter, elicit sanguinē. Nec abhorret Mimus ille Publianus, Furor sit læsa sapius patientia. Atq; alter huic cōsimilis, eiusdem, opinor, etiam si Senecæ nomine fertur. Bonus animus læsus, grauius multo irascitur.

In matellam immeiere.

LXVIII

ἐς τὴν ἀμίδα ἐνουρῆμ, id est, In matellam immeiere. Cū sordide tractant, aut ad munus aliquod parū honestum adhibent̄ ἢ, qui nō indigni uideantur, utpote ipsi sordidi, atq; inhonesti, quasiq; ad cōtumelias ferendas facti. Lucianus de mercede seruiētibus, *οὐδὲμ οὐμ οὐτ' αὐτῆ δεινὸν πάροισιν ἄμ, οὐτ' ἐκείνοι ἕξισαι δοκῆμε ἐς τὴν ἀμίδα φασὶν ἐνουρῶν τε*, id est, Itaq; nec hi quicquā indignum aut acerbum patiant, neq; illi eos contumelias afficere uideantur, si, quod aiunt, in matellā immingant. Siquidem ad hunc usum quasi nascitur matella. Ex aduerso Martialis Bassum quendam ioco taxat, qui in aurea uasa incacaret, cum uitro biberet. Ventris onus misero, nec te pu det excipis auro Basse, bibis uitro, charius ergo cacas.

Risus Ionicus.

LXIX

τέλωσ ἰωνικὸς, id est, Risus Ionicus. In molles & uoluptarios dicit̄. Nā Ionum mollicies perinde ut Sybaritarū fastus, in prouerbiū ab ἦτ, quod alteri Græcorū, alteri Barbarorū essent luxuriosissimi. Athenæus de luxu Ionum locutus, ait extare parcemiā aureā, quæ mores eius gentis testificetur, hanc, ut opinor, intelligēs. Valerius Maximus libro rerū memorabiliū secūdo, prodidit Ionas primos unguēti, coronarūq; in cōiuiū dandarū & secūdæ mensæ cōsuetudī.

nē haud parua luxuriæ irritamēta, repperisse. Thurinus maximus in dissertatiōe, cui titulus, quis sit philosophiæ finis. Crotoniates, inquit, Oleastrū adamat, Spartiates armaturā, uenationes Cretensis, luxum Sybarites, Ion Choros. Hinc Horatius in Odis, Motus doceri gaudet Ionicos, Matura uirgo. Lasciuas saltationes, & parū decoras gesticulatiōes significans. Vnde & apud Aristophanē *ἰωνικῶς*, pro eo, quod est, *ἀδελῶς*, id est molliter ac delicate.

Risus Megaricus.

LXX

τέλωσ μεγαρικῶς, id est, Risus Megaricus. In eos dicēdū, qui parū tēpestiue iocant, quiq; (quod uetat Quintilianus) malūt aliquoties dictū, q̄ amicū pdere. Aut quorū artes iā in contemptū abierūt, successiōe maiorū artificū obscuratæ. Neq; male quadrabit in senes, q̄ ætate aliena, lusus quosdā indecoros, ac uoluptateis iuueniles turpiter cōsectant. Nā Ionica comœdia uiguit ad tēpus. Deinde in cōtēptū uenit, irrita ab Atheniēsis, De risu intēpestiuo celebrať & hic senarius, *τέλωσ ἀκαίρος, ἐμ βροσῆς, δεινὸν κακὸν*, id est, Nō in loco ridere pgraue est malum.

Risus chius.

LXXI

τέλωσ χίος, id est, Risus chius. de molli lasciuoq; lusu. Quādoquidē & Chiorum mores taxauit uetus comœdia, Adagium cōmemoratur a Diogeniano.

Quicquid in Buccam uenerit.

LXXII

Quicquid in buccam uenerit. Quoties libere quospiā, ac tuto loqui significamus, incircum specte, & quicquid forte fortuna in animū inciderit. Quemadmodū apud fidos amicūm facere solemus, apud quos impune quiduis nugamur, atq; effutimus. M. Tullius ad Atticū lib. decimoquarto. Aut si nihil crit, quod in buccam uenerit, scribes. Idē, lib. xi, Quid cū corā sumus, & garrimus quicquid in Buccā uenit. Recte torquebit & in eos, qui temere, atq; incōsiderate loquunt, perinde quasi sermo illis nō in pectore nascat, sed in faucibus.

Quicquid in linguam uenerit.

LXXIII

Huic plane germanū est illud, quod usurpat Lucianus in libello de ratione conscribendi hystoriam, *Επιουούτες δὲ ἢ ἀναπλάττοντες, ὅπῃκεμ ἐπίκε εἴμα γλωπῆα φασίμ ἔλθῃ*, id est, cōminiscentes, affingentesq; quicquid uerbi in linguam (ut aiunt) uenerit. Plato libro de Repub, octauo dictum hoc citat ex Aeschilo Tragico poeta.

Momo satifacere, & similia.

LXXIII

τῶ μῶμω ἀρέσκειμ, id est, Momo satifacere. Prouerbialis est hyperbolæ. Hesiodus in Theogonia, & Momi cuiusdā meminit, quē ait nocte matre, somno patre pgenitū. Huic Deo mos est, ipsum quidē nihil opis edere, sed aliorū Deorū opa curiosis oculis cōtēplari, & siqd ē omisum, aut perperā factū, id iūma libertate capere. Nā *μῶμος*, græce, reprehensionē sonat. Aristoteles de ptibus animalū, lib. iij. meminit huius, q̄ naturā inculcarit, qd bobus cornua in capite, ac nō in armis potius addiderit, uidelicet, quo uehemētius possint ferire. Ad quod allusifse uideatur Lucianus, cū in secūdo uerarū narrationū libro, scribit, se uidisse boues quosdā, quibus cornua inessent, nō in frōte quēadmodū reliquis, sed sub oculis, Idq; ita uisum esse momo. Huius idē Lucianus cū alijs cōpluribus locis meminit, tū in Dialogo de hæresibus, huiusmodi quandam de eo fabulā refert, Mineruā, Neptunū, & Vulcanū, de principatu artificij inter se cōtēdisse. Et ut quisq; artis suæ præcipuū aliqd specimē ederet, Neptunū taurū quendam finxisse, Mineruā domū excogitasse, Vulcanū hominē cōposuisse. Momus delectus arbiter certaminis, & artis expēsor. Ille inspecto uniuscuiusq; opere præter alia, quæ in reliquorū opibus reprehendit, illud potissimū in hominis opificio notauit, quod artifex nō in pectore fenestras, aut ostiola quædā addidisset, quo pspici posset, quid in corde lateret, quod illi specuosum, alioqui, multisq; recessibus sinuosum finxisset. Cuius fabulæ mētionē facit & Plato. Philostrat⁹ in epistola quadā ad uxorē, de Momo scribit in hanc ferme sententiā, Hūc in Venere nihil alioqui, quod rephēderet inuenisse, nisi quod Sandaliū illius calūniabať, ut stridulū, nimisq; loquax, ac strepitu molestū. Quod si Venus citra Sandaliū incessisset, ita ut emerfit a mari, tota nuda, nullam omnino ansam carpēdi momus inuenisset. Qui quidē deus tametsi nō perinde gratus est, atq; cæteri, ppterea qd pauci, uerā rephētionē libēter admittant, tamen haud scio, an ullus alius e maxima poeticoꝝ Deorū turba sit utilior. Quāc; nūc nostri Ioues excluso Momo, solam Euterpen audiant, blanda salutaribus anteponetes. Hic igit Momus uarias adagioꝝ formas suppeditat. Vel cū Plato de Rep. scribit philosophiæ studium esse ciuismodi, ut ne a Momos quidē possit rephēdi. Vel cū Venus Lucianica iā itura in iudiciū, negat se dubitaturā, etiam si Momus ipse iudicaturus esset. Vel cū Cicero scribit ad Atticū lib. v. Quod me maxime

m 3

hortaris, & quod pluris est, q̄ om̄ia, in quo laboras, ut etiā Ligurino Momo satisfaciā, moriār, si quicq̄ fieri poterit elegātius. Ergo puerbij speciē habebūt omnes id genus formulā. Haud dubitē tecū uel Momo iudice decertare. Inculpatior est eius uiri uita, q̄ ut uel Mom⁹ ip̄e pos sit carpere. Hanc faciē, ne Momus quidē, possit rephendere. Nec Momū iudicem recularim. Hæc uel Momo ip̄si satisfaciant. Et siquæ fingi possunt cōsimiles. Ad hanc formā ptinet illud Ouidianū de forma Adonidis. Laudaret faciē liuor quoq̄. Breuiter omnes id genus hypbo læ, puerbij faciē obtinent, Veluti Terentianū illud, Ipsa salus si cupiat, seruare domū hanc nō possit. De familia deplorata. Itē de loco uehēmēter munito, Hanc arcem ne Mars quidē ip̄se expugnarit. De homine præfracto, ac ptinaci. Huius animū ne Vertūnus quidē ip̄se uerterit. De foemina supra modū uirosa. Huius foeminae libidinē, ne Priapus quidem ip̄e satiarit. De re neutiq̄ probabili, istud ne Pitho quidē ipsa psuaserit. De re tacitu difficili. Hoc ne Harpo crates quidē ip̄se, aut Angerona cōtinere queat. In tanto rerū strepitu, ne somnus quidē ip̄se, somnū cœpit. De homine præter modū suspicaci & diffidenti. Iste ne fidei quidē ip̄si, fidē ha beat. Hic uel Argum fallat, de uehēmēter astuto. Hic miserior est, q̄ ut ei uel ip̄a inuidere pos sit inuidencia. Verū de his loquēdi formulis, admonuimus in operis huius initio.

Corinthiari.

LXXV

κορινθιαζεις, Veteres uulgato ioco dicebāt, eos, q̄ scortationibus, ac lustris indulgerēt, qui ue lenociniū excercerēt. Sumptū est a meretricibus Corinthiensibus, de quibus suo loco dictum est. Meminit huius Stephanus de urbibus Aristophanis, allegans Cocalum.

In portu impingere.

LXXVI

Est apud Quintilianū in institutionibus, In portu impingere, pro eo, quod est, statim in ip̄o operis ingressu peccare. Vsurpatur & a diuo Hieronymo in Apologia secūda aduersus Rufi nū. Statim de portu egrediens, nauim impedit. Idem ad Pāmachiū. Egrediētes de portu sta tim impigimus. Sumptū a nauigantibus, qui magno cū dedecore prius q̄ portu exierint, nauim illidunt. In diuersum sensū inflexit, Papyrius Fabianus referēte Seneca, in controuersijs, Nauim in portu mergis, de sene qui luxuriari cœperat, aliena ætate. Aptē diceēt in oēs, q̄ nego cio iam prope modū cum laude confecto, in extremo degenerant. Ad eandem sententiā ac commodari potest & hoc, Εμ τω λιμνι προσκρούω, id est, In portu impingere.

In limine deficere, aut offendere.

LXXVII

Huic proximū sit illud, In limine offendere, aut deficere. Trāstatū ab ijs, qui domū egressu ri, statim in limine pedē offendūt, prius q̄ quicq̄ occœperint agere. Vergilius, Cur indecores in limine primo deficimus, id est statim, ac uix dum inito bello. Huic contrariū est, qd̄ in epi stolis ad Lucillium scribit Seneca. In summo deficit diuo. Ducta translatione, ob ijs, qui cōcē so propemodum monte, tum de lassant, cum proximi sunt cacumini.

Cantherius in porta.

LXXVIII

Confine est superioribus, Cātherius in porta. Natū a Sulpitio Galba quodā, cui cū in pro uinciā exituro, Cantherius in porta cecidisset. Rideo, inquit, Cantheric in porta, cū tam lōgū iter, sis iturus, iam lassum esse te, cum uix dū sis ingressus. Quod dictum in prouerbiū ab ijt. Refertur adagiū a Felto Pompeio in dictione, Rideo, atq̄ indicat cōuenire, cū quis in priu. ci pio rei uix inchoatæ, deficit animo. Quid autem sit Cātherius, dilucide exponit, nēpe equus exectis testibus, ut hoc differat Cantheri⁹ ab equo, quo Maialis a Verre, Capus a Gallo, Ver uex ab Ariete.

Citra puluerem.

LXXIX

ακονιτι, id est, Citra puluerē Græci dicūt cōtingere, quo quis facile, citraq̄ negociū potit, trāf latū uel ab Aphe, id est, a pulueris cōtactu, quo se spargebat in palæstrico certamine cōgressu rus, uel certe, a puluere, quo nō indecore sordidari scripsit Horatius eos, qui certant olympia, qui ue bellum gerunt. Plinius libro trigesimoquinto. Alcimachus Dioxippum, qui Pancra tio, olympia citra pulueris tactū, quod uocant ακονιτι, uicit. Aulus Gellius libro quinto. Ouā di, inquit causa est, cum deditioe repente facta, sine puluere (ut dici solet) incruentaq̄ uictoria obuenit. Horatius in epistolis, Magna coronari quis spernat olympia, cui spes, Cui sit cōdi tio dulcis, sine puluere palmae. Inuenitur & ανιδρωτι, id est, Citra sudorem, & αναιμωτι, id est, ci tra sanguinem.

Deserta causa.

LXXX

ερημη δίκη, id est, Deserta causa, Cum nemo repugnat. Translatum a iudicijs, ubi nō nunquā

altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaq; deserta causa uincere, est uincere nullo contra pugnate. Lucianus in Ioue tragœdo, *ὡς τε Τι ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρίμης κρατῆρ οὐτω δόξομεν*, id est, Itaq; quid aliud uidebimur fecisse, q̄ deserta causa uicisse. Idem in Toxaride, *καὶ ῥσαύτας πόλεις ἐρή μῃ ἢ τὸ σὲ ἀλῶνα*, id est, Totq; ciuitates, nullo defendente, abs te capi.

Citra arationem, citraq; sementem.

LXXXI

Quæ citra nostrâ operâ casu nobis obueniunt *ἁπαρτα κῆ ἀνήροτα* cōtingere dicūt Græci. Lucianus in Parasito, *ὡς δὴ μόνῳ κῆ τῷ σφῶν ομηρομ οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτῶν, οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἁπαρτα, κῆ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμεται*, id est, Quod uidelicet unus iuxta egregiū illum Homerū. Nec manib⁹ plantat plantā, nec arat, uerū citra sementē, citraq; arandi laborē fruitur omnibus. Idē in Rhetorum didascalo, *σοὶ δὲ ἁπαρτα καὶ ἀνήροτα φεύξω πάντα*, id est, Tibi porro citra seminandī, arādīq; laborem proueniāt omnia, id est citra studium. Natum apparet adagium a fabula insularum fortunatarum. De quibus Horatius in Odis. Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis Et imputata floret usq; uinea. Sumptum est autē, opinor, ex Homero, qui Odysseæ libro nouo Cycloperum terram describit ad hunc modum. *κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερδιάλωμ ἀδεμίωμ ἰκόμεθ' ῥὰ θεοῖσι πεποιδότες ἀθανάτισιμ, οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτῶν, οὔτ' ἀρώσιμ. Ἀλλὰ τὰ γ' ἁπαρτα ἐάνηροτα πάντα φύονται, πυροὶ ἐκρίθαι, ἢ δ' ἄμπελοι, αἵ τε φέρονσιν οἶνον ἐρισάφυλον, καὶ σελμ δ' ἰὸς ὄμβροτ' ἀέξει*, id est, Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes Et legum expertes habitant, hū numine fracti Diuum, nec manibus terræ plantaria figunt, Vomere nec segetem proficiunt, quin ea cuncta. Nulla semente, & nullo nascuntur aratu Ordea, frumentū, plenifq; oncrata racemis Vincta, & largis hæc Iupiter imbribus auget.

Dormientis rete trahit.

LXXXII

Εὐδονὺ κύρης αἰρεῖ, id est, Dormienti rete capit. In eos, quibus citra conatum obtingūt ea, quæ cupiunt. Natū ex euentu, quod aliquando acciderit, ut dormientibus piscatoribus, pisces forte retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheum imperatorem Atheniensium referūt, cui quod multa feliciter obringerent, magis cōmoditate fortunæ, q̄ ipsius opera *εὐτυχῆς* id est, felicitis cognomen inditum. In huius inuidiam pingebant nōnulli Fortunam ad rete cogentem urbes, illo iuxta dormiente. Quos ille sic elulit, autore Plutarcho, ut diceret, Si huiusmodi urbes capio dormiens, quid me facturum arbitramini, si uigilaro? Huc allusit Terenti⁹, cum ait in Adelphis. Quid credebas tibi confecturos Deos? Et illam sine tua opera, in cubiculum iri deductum domū? Quin & hodie uulgo dicitur in id genus homines. Fortunatior est, q̄ sapientior. Et Eupolis Comicus apud Athenæi, *ὡ πόλις πόλις ὡς εὐτυχῆς εἰ μάλλον, ἢ καλῶς φρονῆς*, id est, Vrbs vrbs, ut es felix magis, q̄ prouida.

Cum mula pepererit.

LXXXIII

Adagium peruetustum, cū mula pepererit, quoties significabimus, aliquid nunq; futurum aut adco raro solere accidere, ut improbum, ac stultum uideatur sperare. Ortum uideri pōt, ex eo quod refert Herodotus in Thalia. Cum Babyloniorum urbs obsideretur a Dario, quidam Babylonius cōuictis insectans Darium, atq; exercitum. Quid, inquit, istic desidetis Persæ? Quin potius absceditis, tunc expugnaturi nos, *ἐπεὰρ ἡμίονοι τέκωσι*, id est, cum mulâ pepererint, uidelicet ratus id nullo unquâ tempore futurum. Propterea, quod natura steriles sunt mulæ. At paulopost euenit, ut Zopyro mula quæpiam pareret, quo quidem ostento in spem capiendæ Babylonis erectus est, ac cœpit. Huic simile quiddam refertur a Suetonio in uita Galbæ Cæsaris. Huius auo procuranti fulgur, cum aquila de manibus, cexta rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summū, sed icrum imperium portendi familiæ, responsum est. Atq; ille irridens, Sane, iuquit, cum mula pepererit. Quod omen ita arripuit Galba, ut eū postea res nouas molientem, nihil æque confirmarit, ac mulæ partus, ceterisq; ut obscenū ostentū horrentibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificij, dictiq; auiti. Plinius libro octauo, capite quadragesimoquarto, de mularum sterilitate scribit hūc in modum. Obseruatum est e duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia. Ea q; ipsa, quæ ita nata sunt non gignere, in omni animalium genere. Idcirco mulas nō parere. Huius rei causam adfert Alexander Aprodiseus, quod semina natura & habitu diuersa, si cōmiscantur tertium quiddam ab utroq; diuersum conficiunt, uimq; simpliciū prorsus amittunt. Veluti si misceas album nigro, abolitis utrisq; coloribus, redditur fuscus ab utroq; diuersus. Sed multo exactius de his Aristoteles libro de generatione animalium secundo, capite sexto, Refellens Democriti & Empedoclis rationes. Quanquam proditum est in annalibus

Rhomanorū mulas peperisse saepe, uerum id prodigiū loco habitum, ut eodē in loco, quem modo citauī, testatur Plinius. Theophrastus uulgo parcre in Cappadocia tradit. Aristoteles in Syria supra Phoenicem. Sed esse id animal ibi sui generis, etiam si simile.

Ad Græcas calendas.

LXXXIII

Huic affīnē habet sensum, ad græcas calendas, pro nunq̄. Propterea, quod Græci non habent calēdas more latinorū, sed Νεμυνίας, id est nouilunia. Atq̄ ad lunæ recursus Græci soluebāt usuras. Vnde Strepsiades in nubibus Aristophanis optat sibi incantatricē quampiā, quæ carminibus suis efficiat, nequādo luna exoriat̄. Sic enim fore, ut nō reddat usuras, q̄nquidē Trapezetæ ad lunas, mutuas dant pecunias, & lunis usuræ crescūt. Huc itaq̄ respexit Augustus, cū diceret ad Græcas calendas soluturos, quos nunq̄ reddituros mutuū significabat. De quo in ipsius uita scribit Tranquillus ad hunc modū. Quotidiano sermone, quædā frequentius & notabiliter usurpasse eum, literæ ipsius, ΑΥΤΟΓΡΑΦΟΙ ostentant. In quibus identidē, cū alī quos nunq̄ soluturos significare uult, ad calendas græcas soluturos ait.

Acessæi luna.

LXXXV

Ακασαίη ελληνικ, id est, Accessæi luna. Dicitur in cōperēdinatores, qui nouam subinde causam cōminiscunt̄, quo negocium proferant. A nauatæ cuiusdam moribus ortum, cui Accessæo fuerit nomen. Is cum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, ut se diceret lunā magis oportunā expectare. Nam Græci præcipueq̄ ex his Lacedæmonij, quicquid essent rerū auspiciaturi, superstitiose lunā obseruabāt. Id, quod tacite notat Eurypides, cum in Iphigenia in Aulide respōdet Agamemnon, tum nupturā filiā, ubi lunæ dexter circulus aduenerit, uide licet de plena luna sentiens. Lucianus in libello de Astrologia, palam refert Lycurgū, legem instituisse Lacedæmonijs, ne prælium inirent, ante pleniluniū. In eam superstitionem iocatur Aristophanes, τῆ πανσελήνῳ, id est plenilunio, sero aut nunq̄ futurum significans. Etenim cū Datis & Antiphernes ductores regis Persarum, in Marathonem irrupissent, pleniluniū obseruabant, ut tum exirent in prælium. Ergo priusq̄ illi uenirent, Athenienses bellum aggressi sunt. Inde quasi proverbio, de cunctantibus, & quauis occasione rem p̄ferētibz, dicitur ἐν τῆ πανσελήνῳ, id est plenilunio. Adagium refertur a Diogeniano.

Vbi per harma fulgurarit.

LXXXVI

ὀπότε δὲ ἄρματις ἀστράπτει, id est, Vbi per harma fulgurat. De ijs, quæ nimis cunctanter, ac sero, aut admodū raro fiunt. Aut cum nimis anxie, ac superstitiose captatur rei gerendæ opportunitas. Strabo libro geographiæ nono, Vnde natum sit adagium indicat, scribens, uicum quēpiam esse desertum, atq̄ infrequētē apud Mycaletum Bæotiæ, seu Mycalesum Tanagræi iuris, quem Harma, id est currum nominant. Rursum alterum ab hoc diuersum, eiusdem tamen nominis in Attica, quæ quidē tribus ex Atticæ populo Tanagræ similis, atq̄ ob hanc similitudinem, nominis quoq̄ cōmunionē sortitum. Caterum harma Bæotiæ sic uocatum, qd Amphiaro excusso, currus inanis in eum locum delatus sit, ubi nunc sacellum eius extat. Alij ferunt Adrasto fugiente, currum eius eo loco contractum fuisse, ipsum Arionis opera seruatum. Hinc natam parœmiam, ὀπότε δὲ ἄρματις ἀστράπτει, ubi per Harma fulgurat, uidelicet Pythiis uatibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco ueniret obseruantibus, coq̄ uiso sacra Delphos mittentibus. Obseruabant autē ad mentes treis, singulis mēsibus tres dies, noctesq̄ totidem, idq̄ e Iouis fulguralis foco, qui est in muro inter Pythium & Olympiū. Hæc sermo Strabo. Vsum adagij Plutarchus palam indicat in Sympoliacis, οἱ γὰρ, inquit, πάντως καὶ δὲ ἄρματις ὡς φασιν ἐσιῶντες, ἀναγκάζονται ἢ ἐπιώσθῃ ἐπιτικῆσαι ἢ γνώριμον καταχράσθαι, id est, Etenim q̄ raro & per harma, ut aiunt, conuiuū exhibent, hi coguntur utcūq̄ accōmodum, ac notū de iuribz. Itaq̄ de rarīs & incertis dici solitum uidetur. Poterit & per iocū accōmodari ad ea, quæ nunq̄ euentura credamus, quemadmodum aiunt ad Græcas calendas.

Lydius lapis, siue Heraclius lapis.

LXXXVII

λίθος ἡρακλεία ἢ λίθος λυδῆς, id est, Heraclius, siue Lydius lapis. In eos dicit̄, qui uehementer acri, exactoq̄ iudicio sunt. Refert a Theophrasto, libro de natura lapidū. Ait em̄ lapidē quēdā esse, qui Lydius, seu Heraclius dicit̄, qui attritu, aurū, atq̄ argētū cuiusmodi sit, arguat. Hūc quidā Magnetē putāt, uelut Herculanū, qui ferrū ad sese trahit. Vnde nomē etiam additum σιδερίτη. Sed ex Theophrasti uerbis satis liquet βάσανον significari, quē latini uocant indicē, in quē Battus ille pastor apud Ouidium trāfiguratus est, manente nimirum etiamdum in lapide prodendi studio. Nec Heraclium uocatum ab Hercule, sed ab Heraclia Lydiæ ciuitate.

De hoc meminit Plinius libro. xxxij, capite octauo, his quidē uerbis. Auri, argentiq; mētio-
nē comitatur lapis, quē coticulā appellant, quondā nō solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo
(ut autor est Theophrastus) nunc uero passim. Quē alij Heraclium, alij Lydiū uocant. Sunt
autē modici, quaternas uncias longitudinis, binalq; altitudinis nō excedētes, līs coticulīs, peri-
ti, cū e uena lima rapuerint experimentū, ptinus dicunt, quantū auri sit in ea, quantū argenti,
uel aris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Huc allusit Theocritus in Aita,
λυδίη ἴσομ ἔχει πέτρῃ σόμα, id est, Is lydo lapidi par os habet. Nimirū quod in uarijs oculis opti-
me iudicaret, cuius essent, sic enim ineptiūt amantes. Adagium accōmodari potest uel ad p-
sonam, uel ad rem. Ad personā hoc pacto. Tu scriptorū meorū optim⁹ iudex, planeq; (quod
dici solet) Ηρακλεία λίθῳ. Item hoc modo, In pensitandis, æstimandisq; ingenijs, emunctissi-
mæ naris, ac prorsum Lydius, ut aiunt, lapis. Ad rem transfertur hoc pacto, Adolescētū inge-
nia libertas aperit, uiris cōmissum imperium, Lydius, quod aiunt, lapis est.

Amussis alba.

LXXXVIII

Λυκῆ σάθμη, id est, Alba amussi, hoc est nullo delectu, ac citra discrimē. Aulus Gellius in no-
ctibus Atticis. Nāq; illi oēs & corū maxime Graeci, multa & uaria lectitantes, in quas res cūq;
inciderant, alba, ut dicit, linea sine cura discriminis, solam copiam sectati cōuerrebant. Plutar-
chus in cōmentario, πρὶ φθι ἀδολεχίας. ἐστὶ γὰρ οὐ μὲν ἀπεχθῶς, ἢ λυκῆ σάθμη πρὸς τῷ λόγῳ ἀδολεχῆ.
id est, Est igitur plane alba linea erga sermones garrulus. Propterea quod nullo delectu qua-
uis de re quiduis nugetur. Effertur & expressius adagium a nōnullis, Λυκῆ λίθῳ λυκῆ σάθμη,
id est, In albo lapide alba linea. Diciturq; uel in eos, qui nullo sunt iudicio, uel in stūpidos, uel
in eos, qui incertis pbant, aut significant incerta. Sophodes in Cidalione apud Suidam, τοῖς
μὲν λόγοις πῖς σοῖσι μὴ οὐ περμαίρομαι. οὐ μᾶλλον, ἢ λυκῆ λίθῳ λυκῆ σάθμη, id est, Nihilo mihi plus
indicat sermo tuus, Quam lapide in albo signat alba linea. Citatur a Nonio Marcello Lu-
cillus, libro. xxx. sed corrupte, ut opinor, quod genus sunt pleraq; illius. Et amabat oēs. Nam
discrimen non facit, neq; signat linea alba. Usurpat & a Platone in dialoگو, cui titulus Char-
mides. Vbi Socrates ait se erga formosos adulescentes, perinde esse, ut albam amussim in al-
bo lapide. Propterea, quod neq; discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. So-
let enim funiculus ille minio oblini, quo discrimen faciat, unde & rubricam uocauit Persius,
Ac si oculo rubricam dirigat uno.

Eadem per eadem.

LXXXIX

Αὐτὰ δι' αὐτῶν, id est, Eadem per eadē. Refertur in collectaneis Diogeniani, de his, qui semp
eadē inculcant, aut eadē assidue faciunt. Non dissimile illi, quod alio reddemus loco, ο διὸς κό-
ρινθος, id est, Iouis corinthus. Potest & in eos torqueri, qui res nugaces, nugaciter tractant, ue-
luti si quis in autore indoctū, indoctos scribat cōmentarios, aut obscenū, obscenos.

Ad amussim.

XC

Frequens est apud autores ad amussim, examussim, examussatim, amussatim, pro eo, quod
est exquisita diligentia, atq; exactissima cura. Gellius libro primo, capite. iiij. Ad hæc oia scri-
pta antiquiora tam curiose spectabat, aut uirtutes pensabat, aut uitia rimabañ, ut iudicium fa-
ctum esse ad amussim diceret. Et amussitata p̄ examinatis apud Nonium. Translatū a fabris
lapidarijs, aut lignarijs, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatē explorant. Quāq; Festus
alicubi testatur, amussim quibusdā esse non lineam, neq; regulam, sed ferramētū quo fabri in
poliando utantur. Persius de poeta absoluta carmina componente, quod modo citauimus.
Scit tendere uersum, nō secus, inquit, ac si oculo rubricam dirigat uno. Item in carmine de ui-
ro bono, quod Vergilio tribuunt. Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis Parti-
bus ut cocant, ne quid deliret amussis. Usurpat idem Basilius ad nepotes, cum iubet unam
quamq; disciplinam ad finem felicitatis referre, perinde quasi lapides, iuxta Doricum puer-
bium, ad amussim dirigentes. Natum uideri potest apud Homerum Iliados. ε. cum loquitur
de Vlyse, nauem sibi fabricāte. εἴσε δ' ὠπὶσ ἀμλύως, ἢ ἐπὶ σάθμη ἴθωε. id est, Expolijt multa arte
supq; induxitq; amussim. Rursum Iliados. ο. ἀλλ' ὡς τε σάθμη δορυ νηῖον ἐξίθουσα τέκτρος ἐμ πα-
λάμῃσι δαίμονι, ὅς εἰδ' ἢ πᾶσης εὖ εἰδ' ἢ σωλῆς ὑπερδημοσύνησιν ἀδίνης, id est, Materiam ueluti na-
ualem exæquat amussis. Ducta fabri docti digitis, qui calceat artē. Quæcūq; est, teneatq;
probe, monitrice Minerua. Est apud eundem & alijs aliquot locis.

Ad unguem.

XCI

Ad unguē, eundē habet sensum. A marmorarijs sumpta metaphora, qui superinducto un-

gui cōmissuras explorāt marmorū. Horatius, Cocceius ad unguē factus homo, id est absolutus. Idem in arte. Carmē reprehendite, quod non Multa dies, & multa litura coeruit, atq; Perfectum decies nō castigauit ad unguē. Vergilius. ij. Georgicon libro, Nec fecius omnis in unguē Arboribus positus secto uia limite quadret. Persius, Vt per leue scucros effundat iūctura ungues. Ad cōsimilē modū. Græci quod exactū sit, & impēsius accuratū, Διόνυχου uocāt. Plutarchus de præceptis bonæ ualeitudinis, η μὲν οὖν ἀκριβῆς σφόδρα ἢ διόνυχος λεπμλὴν δὶ αἰτᾶ, id est, Itaq; uehemēter exacta, quæ ad unguē obseruata uictus ratio dicitur.

Incudi reddere.

XCVI

Eleganter Horatius incudi reddere dixit, pro eo, quod est refingere, ac mutare, corrigereq;. Et male tornatos incudi reddere uersus. Cōsimili forma dicunt recoquere, Quintilian⁹ libro xij, sed præcipue tamē Appolonio Moloni, quē Romæ quoq; audierat, Rhodi rursus reformandū, ac uelut recoquendū dedit. Item Horatius, Recoctus scriba ex quinque uiro.

Lesbia regula.

XCVII

Lesbia regula, dicitur quoties præpostere, nō ad rationē factū, sed ratio ad factū accōmodatur. Et cum lex moribus applicatur, nō mores ad legem emendātur. Aut quoties princeps se populi moribus accōmodat, cum cōtra conueniat plæbem ad principis arbitriū uitam institueret. Huius adagij mentionē facit Aristoteles quinto moralium libro, τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος ἢ ὁ κανὼν, ὡς πρὸς τὴν φύσιν λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανὼν πρὸς γὰρ τὸ χῆμα τοῦ λίθου μετὰ κινεῖται, ἢ οὐ μὲν ὁ κανὼν, id est, Si quidē infinitæ rei, infinita item regula. Quemadmodū plumbea Lesbiae ædificationis regula. Ad lapidis enim figuram, transmouetur, neq; manet regula.

Indignus, qui illi matellam porrigat.

XCVIII

Hyperbole prouerbialis est, de uehementer inæqualibus, ac ne ulla quidē ex parte conferendis. Martialis, Dispercā si tu Pyladi præstare matellā Dignus es, aut porcos pascre Perithoi. Nam sordidissimū obsequiū est micturienti matulā exhibere, quo qui sit indignus, is uidelicet nimio inferior uidetur. Vnde diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianū, inter fordida captatorū ministeria, hoc quoq; cōmemorat. Ipsi, inquit, apponunt matulam, obsidēt lectum. Extat & hodie uulgo tritissimus sermo, indignus est, qui illi calceos detrahat. Quod adagium usurpatum est, in literis Euangelicis a Ioanne Baptista. Quinetiam negant eodem die nominandos, quos admodū inæquales uolunt uideri.

Scopæ dissolutæ, Scopas dissoluere.

XCV

Homines nihil, nulliusq; prorsum cōsiliū, Cicero scopas dissolutas nominat, scribēs ad Atticum epistolarum libro septimo, his quidem uerbis. Cæsarem uidi Minturnis, ad. viij. cal. Februarias mane, Cum absurdissimis mandatis, nō ad homines, sed scopas dissolutas, ut idipsum ille mihi uideatur irridendi causa fecisse. Idem in oratore perfecto, agens cōtra eos, qui numeros orationis contemnunt, scopas dissoluere dixit, pro eo, quod est, rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem uidentur habere qualemcūq;, & ad uerendū pauimentum sunt accōmodatæ. Porro si dissolueris, nihil inutile, nihil inelegantius. Tulliana uerba sunt hæc. Sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane. Modo si quis Phydiam clypeū dissoluerit, collocationis uniuersam speciem sustulerit, non singulorū operum uenustatē, ut in Thucydide, orbem modo orationis desydero, ornamenta cōparent. Isti autē cum dissoluūt orationem, in qua nec res, nec uerbum ullum est, nisi abiectum, non clypeum, sed ut in puerbio est (etsi humilius dictū est, tamē cōsimile est) Scopas, ut ita dicā, mihi uidentur dissoluere.

Apertis tibijs.

XCVI

Apertis tibijs, id est clariore uoce. Translatū a tibicinibus, qui, quædā obturatis tibiariū foraminibus, qualisq; pressiore sono canūt, quædā apertis tibijs, acriore sonitu. Quintilianus institutionū libro undecimo. Illa uero iā pene apertis (ut aiūt) tibijs, qui, quocūq; inciderūt, ueterem cōsuetudinē fori, & pristinū morem iudiciorū requirūt. Venustior erit metaphora, si quis dicat apertis tibijs inuehi in quempia, id est nō clanculū obtrectare, sed palā inlectari, lacerareq; conuictijs. Aut apertis tibijs laudes cuiuspiā celebrare, id est palā & magnifice. Fortassis ad hanc sententiā pertinet senarius ille Græcus, quem citat Tullius in epistolarū ad Atticum libro secundo, ex poeta nescio quo. Cn. quidem, inquiens, noster, plane iam quid cogitet, nescio, φασὶ γὰρ ὅτι οὐ σμικροῖσιν ἀνάλισκοις ἔτι, id est, Neq; enim minutis iā ille spirat tibijs. Videt inuere Pompeium ingentiā promittere per legem Agrariam, & rem maximam moliri.

Quid opus erat longis canere tibijs.

XCVII

Dion libro primo huiusmodi quoddam adagiū refert, *τί γάρ με ἴδαι μακροῖς ἀυλοῖς ἀυλῆμ*, id est, Quorsum attinebat me lōgis tibijs canere: Idq; aiunt cōuenire in eos, qui sumpsissent inanē operā, aut sumptū. Ductū ab Othone, qui post cælum Galbā fecerat sacrū, in quo extra inauspicata portendebant. Itaq; pœnitens sumptus & operæ frustra insumptæ, fertur ita dixisse, *τί μ' ἴδαι μακροῖς ἀυλοῖς ἀυλῆμ*. Quæ uerba deinde in uulgi fabulā abierūt. Olim in sacris longis tibijs cani solitū est, qui mos postea sublatus, autore Plutarcho. Meminit huius & Suetonius in uita Othonis. Postridie quoq;, inquit, in augurādo tēpestate orta, grauius plapsum, idētidē obmurmurasse, *τί πάρ μοι ἢ μακροῖς ἀυλοῖς*, id est, Quid mihi cū longis tibijs: Quo quidē loco demitor, quid cōmouerit quendā, nō obscuri nominis interpretem, ut reiectis Suetoniū uerbis, uelut adulterinis, Dionis supponēda putaret. Quasi uero nefas sit autoribus eandem sententiam diuersis explicare formis, aut quali non elegātius etiā dixerit Suetonius, q̄ Dion.

Vtinā mihi cōtingāt ea, quæ sunt inter Corinthū & Sicyonē. **XCVIII**

Eustathius enarrās Iliados secundū librū, ait hunc uersum olim puerbio fuisse celebratū, *ἔκ μοι τὰ μείαξ ὑ κορίνθου ἢ σικυῶνος*, id est, Vtinā sint mea, quæcūq; sunt inter Corinthū & Sicyonem. Id inde uenit in adagiū, quod urbs utraq; esset opulentissima, agriq; longe feracissimi interiacerent. Aristophanes in auibus indicat ex oraculo natū, *ἀλλ' ὅταν δίκησῶσι λύκοι πελαί τε κορώναι ἐμ ταυτῶ τ' μείαξ ὑ κορίνθου ἢ σικυῶν*, id est, Sed cum habitauerint lupi, canaq; cornices eodem in loco, quod est spatij inter Corinthū & Sicyonē. Interpres adscribit, Aelopo confusenti de parandis opibus, ita responsum fuisse, *εἰς τ' μέτρον κτίσαι γε κορίνθου ἔ σικυῶνος*, id est, In medio posside Corinthi & Sicyonis. Refert & a Zenodoto, cōueniet, ubi quis optat ingenia. Poterit & p iocum torqueri in eū, qui qd assequi nō potest, id uotis tamē quali somniat.

Deum esse, Deum facere. **XCIX**

Hyperbolæ sunt puerbiales de singulari laude dignis. M. Tullius in oratoris sui libro secūdo. In quo tu mihi Deus esse uideris, id est singularis, ac summus. Terētius in Adelphis. Deū te facio, id est summis laudibus effero. Inde natū, quod prisca mortales, siquē ob egregias, ac minime uulgares uirtutes suspiciebāt, cū Deū, ac Dijs genitū aiebāt. Id, quod uenit Alexandro magno, Scipioni Africano, Octauio Augusto, cūq; his alijs cōpluribus. Cui quidē rei Aristoteles astipulat, Moraliū libro septimo, hanc, inquit, uirtutem heroicam uelut homie maiorem, & diuinitati proximā uocant. Hinc & Homerus Priamum de Hectore loquētem facit, ad hunc modum. Nec iam hominis sane mortalis filius ille Esse uidebat, sed diuo semine natus. Porro Laconibus, ut idem testat, peculiaris hic erat mos, ut cū uehemēter quēpiam admirarentur, diuum uirum appellarent, inde illa apud Homerum solēnia, *θεῶ ἴκελος ἔ θεοφθής*, id est, Deo similis, & diuina specie, *καὶ ἰσοθεῶς ἢ ἰσοθεός*, Deo par, & admodū diuinus. Cōtra, insigni improbitate uiros, beluas appellamus, idq; etiā uulgo tritissimū est. Diuus Hieronymus ad Aureliū Augustinū scribens, per ironiam torfit in quosdam, non contentos cōmuni hominum iudicio, sed noua quadam desyderantes, deos illos appellans,

In cœlo esse.

Cui cōsine est in cœlo esse, p eo, quod est supra modū fortunatū esse, ac gloriosum. M. Tullius ad Atticū libro. ij. Bibulus in cœlo est, nec quare scio, sed ita laudat. Idē alibi ad eundē. Si uero, quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum. Rursum alibi. Nihil enim *σολικοτυραμνοκτόνοις*, id cœlo esse. Huc allusit Horatius, cū ait, Dijs miscent superis, id est beatum me, ac celebrē reddūt. Et Theocritus in Hodæporis, *εἰς οὐρανὸν ὑμμῖν ἀλευμαι*, i. in cœlū uobis salia.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SEXTA.

Sæpe etiam est holitor ualde opportuna locutus.



Aulus gellius in noctibus suis testat hunc uersiculū olim puerbio fuisse celebratum, *πολλάκι ἢ κήπωρ ἄνηρ μάλα καίριον εἶπεμ*, id est, Sæpe etiā est holitor ualde opportuna locutus. Quo quidē admonemur, nō esse fastidiendā salutarē sententiā propter autoris humilitatē, Nam fieri nonnunq̄, ut aliquis infimæ sortis, ac notæ uir, aut minime doctus, dicat quiddā haud quaq; aspernandū etiā summis uiris. Huic respōdet illud Cecilianū apud Ciceronē in Tusculanis quæstionib⁹. Sæpe est etiā sub pallio sordido sapiētia. Neq; dissonat Plautinū illud in captiui duo. Ut summa sæpe ingenia in occulto latēt. Porro, quod ad Græcū attinet adagiū lectorem admonendum putauit, hūc quidem ad modum in omnibus, quos adhuc uiderim Gellianis codicibus, inueniri

scriptum. Verum sicuti recorder, aliquando scrupulum iniecit mihi, ac mendum subesse monuit Paulus Bombasius Bononiensis, inter bonarum literarū, p̄fessores eius ciuitatis, ut multo doct̄issimus, ita longe primi nominis, idq; iure optimo, quippe qui primus ibi Gr̄acas pariter, ac Latinas literas pari facultate publice, priuatimq; docere cœperit. Vir alioqui naris em̄ct̄issimæ, acerrimiq; iudicij. Mihi uero tum p̄pter egregiam, ac multijugam cruditionē, tum ob incredibilem quandā morū suauitatē, ita cōiunctus, ut haud sciam, an cum ullo mortalium unq; mihi fuerit uel arctior necessitudo, uel cōsuetudo iucundior. Hunc igitur in literarijs illis nostris cōfabulationibus, aliquando dixisse memini, nequaq; placere sibi dictionem illam, κίπωρ in Gelliano prouerbio, planeq; supposititiā & adulterinam uideri. Suspiciari uero se, ut pleraq; sunt apud eum auctore deprauata, pro μωρός, nescio quem holitorem, illud κίπωρ submitisse. Ac tum quidem quanq; & admodū uerisimile uideretur, & plurimū apud me ualeret hominis tam eruditi iudicium, tamen haud etiam sum ausus in tanto exemplariū cōsensu, solus dissentire. Verum dum sursum, ac deorsum in Gr̄acis auctoribus oberro, forte fortuna in collectaneis quibusdam, nullum quidem auctoris titulum præferētib; sed eiusmodi tamen, ut aut Stobæi, aut certe ex hoc, decerpta uiderentur, huiusmodi carmen inuenio citatū ex Aeschylī tragœdia, cui titul⁹ Phryges, πολλὰκι ᾤ μωρός ἀνὴρ κατὰ καίριον εἶπε, id est, Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus. Proinde prorsum in Bombasij mei pedibus eo sententiā, atq; omnibus eruditis eundem censeo, ut μωρός legatur pro κίπωρ. Maxime, quod eadem sententia totidem uerbis, etiam uulgo nunc dicitur. A uiro stulto nōnunq; sapiens dictum p̄fici sci. Respondet autem ad illam, quam superius ex Euripide citauimus μωρὰ δὲ μωρός λέγει, id est, Stultus enim stulta loquitur. Etenim hoc tametsi uere dictum est, tamen fit nōnunq;, ut fatuus, uel casu uel imprudens aliquid egregie dicat, & ad rem uehementer accommodatum. Id quod accidere sæpe numero uidemus. Quid enim potuit uel ab homine fallissimo dici accommodatius, q̄ quod narrat Suetonius dictum a quodam, qui mente parum cōstabat, in Pompeium & Iulium Cæsarem. Salus rex, salus regina. Cum Pompeius regni affectati laboraret inuidia. Cæsarem rumor esset Lycomedī regi, uxoris uice fuisse.

Copiæ cornu:

II
Ἀμαλθείας κέρασ, id est, Copiæ cornu. Cum affatim oia supesse significamus, copiæ cornu dicitur, Translatū a peruetusta fabula, quæ uarie narraç apud auctores. Quidā ad hunc modum narrat. Rhæa louem enixa, metu patris infantē in Creta occuluit, nutriendū a duabus nymphis, Adrastea & Ida Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illū, capræ cuiusdā lacte, cui nomen fuerit Amalthea. Eā capram Iupiter iā adultus in sydera retulit, uocaturq; a Gr̄acis Ἀἴξ οὐρανία id est, capra cœlestis. Huius alterū cornu nymphis nutricibus dedit, uidelicet officij præmiū, hanc ad ijcians facultatē, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppularet. Ouidius Fastorum libro quinto, paulo diuersius fabulā narrat hoc pacto. Nais Amalthea Cretæ nobilis Ida Dicitur in syluis occuluisse Iouem. Huic fuit hædorū mater formosa duorum. Inter Dictæos cōspicienda greges Cornibus acrijs, atq; in sua terga recuruis Vbre re quod nutrix posset habere Iouis. Lac dabat illa Deo, sed fregit in arbore cornu. Truncatq; dimidiā parte decoris erat Sustulit hoc nymphæ, cinxitq; decentibus herbis, Et plenum pomis, ad Iouis ora tulit. Ille ubi res cœli tenuit, solioq; paterno Sedit, & inuictō nil Ioue maius erat, Sydera nutricem, nutricis fertile cornu Fecit, quod dominæ nunc quoq; nomen habet. Legimus & Herculem Aetolis donasse copiæ cornu, p̄pter coercitum cornu fluminis Acheloi, qua re regionem illam antea sterilem, fertilissimā reddidit. Cornu nimirū laborum duriciem significante, frugibus feracitatē. Hunc igitur titulum Photion quidā Peripateticus libro suo indidit, ut testatur Aulus Gellius. Plinius item ostēdit Gr̄acos aliquot hāc inscriptionem nimis arrogantem suis cōmentarijs imposuisse, tanq; nihil in eis nō cōtineretur, & quiduis inde peti, atq; accipi possit. Lucianus de Mercede seruientib⁹, καὶ ἔξαις ὄνι ἀμαλθείας κέρασ, ἢ ἀμάλξαις ὀρνίθων γάλα, id est, Et habebis copiæ cornu, & lac gallinaceum emulgebis. Plautinus quidam parasitus, epistolam quandam copiæ cornu uocat, quod plurimū ex ea cōmodorum capi posset. Aulus Gellius libro. xiiij. capite sexto, Et simul dat mihi librum gr̄adi uolumine, doct̄rinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem. Accipio cupidus & lubens, tāq; si copiæ cornu nactus essem. Apud Athenæum Philoxenus secundam mensam uarijs cupidij instructam, copiæ cornu uocat. Citatur a Suida carmen huiusmodi, ἐνθ' ἵνα μοι βίος ἐσίμ ἀμαλθείας κέρασ ἀγρός, id est, Vbi mihi uictus est Amaltheæ cornu Capræ. Carmē est Heroicū

Effertur adagium hoc quoq; παρτο Αἰξ οὐρανία, id est capra cœlestis. Comœdia notat uet^o Polyagrum quendam, uxorem ad quæstum pstituentem, quam cœlestem capram uocat, ob imensum quæstum, ut testatur Plutarchus in cōmentario de audiēdis poetis, εὐδαίμων πολυαγροῦ οὐράνιον αἴγα πλουτοφόρον ἔφεωμ, id est, Fortunatus Polyager cœlestem capram opes adfertent alens. Idem alibi aduersus Stoicos, ὁ δὲ τῆς σωτικῆς λαβῶν ἀμάλθημ, id est, At qui Stoicam acceperit Amaltheam. Irridens Parodoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt uniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, regnum. Horatius, Beata pleno copia cornu.

Lac gallinaceum.

III

ορνίδωμ γάλα. Gallinarium lac, eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, & quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu, atq; ob id præciosis. Vt sit hyperbole significans nihil omnino deesse. Plinius in præfatione historiæ mundi, irridens Græcorum delitiosas quasdam & magnificas inscriptiones. Cœrion, inquit, inscribere, quod uolebāt intelligi fauuum, αἰὲ κέρως ἀμαλθείας, quod copię cornu, uelut lactis gallinacei sperare possis in uolumine

haustum. Aristophanes in Vespis, Εγὼ γὰρ οὐδ' ἄμ ορνίδωμ γάλα Αντὶ τοῦ βίον λάβοιμ' ἄμ, οὐ μὲν ἄπερθεῖς, id est, Non lac herde gallinaceum, Hacce pro uita capiam, quem mi adimis in præsentia. Eustathius in quartū Odyssæ citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabula, cui titulus ὠκὸν. Rursum Aristophanes Comicus in fabula, cui titulus, ορνιδες Δώσομεν ὑμῖν αὐτῆς πασι, παίδωμ πασιμ πλουθυγίαιμ, εὐδαίμονίαιμ, βίον, εἰρήνημ, νεότητά, γέλωτα, χοροῦς, θαλίαις, γάλατ' ορνίδωμ, ὡς τε πρῆσαι ὑμῖν κοπιᾶμ ὑπὸ τῆς ἀγαθῶμ, id est, Dabimus uobis ipsis filijs, filiorum filijs, opulentiam bonæ ualeitudinis, felicitatē, facultates, pacem, iuuentam, risum, choros, festa, lac gallinarum, ut sitis præ bonorū copia laboraturi. Strabo geographiæ libro. xiiij. narrat de Samiorū agris, quod essent omniū rerum ampliter feraces, illud uulgo iactatum fuisse, quod lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandrum Comicum inueniri. Athenæus ex mediæ comœdiæ scriptore quorpiā Mnesimacho senarios hos adducit, καὶ τὸ λεγόμενον σπα νίωπερον πάρεσιμ ορνίδωμ γάλα καὶ φασσανός ἀπτετιλιμύθ' καλῶς. Et quod dicitur prouerbio, Lac suppetit, res rara, gallinaceum, Ac plumis reuulsis phasianus adprobe.

Non omnibus dormio.

III

Non omnibus dormire dicunt, qui non omnibus inseruiūt, neq; per omnia gerūt morem. Translatum putant, a maritis quibudā nimis obsequētibus, qui uxores suas adulteris sciētes prodūt, somnū interim inter pocula simulantes, ut adultero, quod libet, liceat. Quod gen^o obsequij notans Iuuenalis. Doctus, inquit, spectare lacunar, Doctus & ad calicē uigilanti stertere naso. Plutarchus in libro, cui titulum fecit ἐρωτικῶν, fabulam super hac re non illepidam narrat. Cum Galbas quispiam conuiuio Mœcenatem accepisset. Sētiretq; iam e nutibus hominem inflammatū in uxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At cum interea famulus quispiam ad mensam accedens uinū clam tolleret, ibi iam uigil & oculatus. Inforlex, inquit, an nesciebas me soli mœcenati dormire? Meminit huius adagij, & ad hunc quem dixi modū exponit, Festus Pompeius citans ex Lucilio, actum ostendens a Capiro quodam qui Pararencho dictus sit, quod simularet dormientem, quo impunitus eius uxor mœcharetur. Idem indicat huius rei meminisse Lucilium. Vsurpat & M. Tullius libro familiarium epistolarum septimo, Olim, non omnibus dormio, Sic ego mi Galle, non omnibus serui. Vident indicare Cicero alterū, puta nō omnibus dormio, uetus fuisse, alterum, nempe, nō omnib^o in seruiou nouū. Vtrūq; certe, puerbiale, sed prius illud ptinet ad cōcessionem iuris, hoc posteri^o ad obsequiū impendendū. Idem Tullius epistolarū ad Atticū, libro. xij. Est bellum aliquem odisse libenter, & quēadmodū dicit, nō oibus seruire. Quin & hæc ipsa uox seruire, non uocat metaphora, cū dicimus seruire scenæ, seruire tēpori, seruire uitijs, seruire ingenio uxoris, seruire populo, seruire cōmodis priuatis, p eo, quod est nihil nō facere, quo satifacias.

Sardi Venales.

V

Σαρδιανοὶ ὄνιοι, id est, Sardi Venales. In eo libello, cui titulus est de uiris illustribus, quem alij Plinio, nōnulli Suetonio tribuūt, utriusq; reclamāte stilo, huiusmodi quoddā adagiū refertur Sardi Venales, de negotio infinitæ plicitatis, atq; inexplicabili. Idq; hinc esse ortum tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus, cū altero cōsulatu Sardinia domuisset, tantū ex ea captiuorū adduxit, ut longa uenditione, res in prouerbiū abierit. Plutarchus in pblematis Romanorū aliam adfert causam. Nimirum olim inoleuisse morē apud Romanos solennem, ut qui ludos ederent in capitolio, Sardos Venales pronuntiarēt, prodiretq; puer quispiam, per

ludibrium monili cinctus, quam bullā uocat. Eum morem hinc ortum putat, quod Veientes Hetruscorū populi, multū temporis cum Rhomulo bellum gessissent, quodq; horū urbē postremam Rhomulus expugnasset. Vnde & regē ipsū, & cū hoc captiuos q̄ plurimos Rhomā deductos, uenales pronuntiavit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci, Lydorū autē caput erat Sardis, inde factum, ut Hetruscos Sardorum nomine pronuntiarit uenales.

Dasypus carnes desyderat.

VI

Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμῶ. Dasypus carnes desyderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi. Est enim Dasypus de genere leporū, lepus autē (ut autor est I. lini uis, libro octauo, capite. lv.) animal est innocuū, elculentū, & foecundū, omniū prædæ nascens. Solus præter dasypodem superfoetat, aliud educans, aliud in utero pilis uestitū, aliud implu- me, aliud inchoato gerens partu. Dicitur autē Dasypus a pedibus hirsutis, ac uillosis.

Tute lepus es, & pulpamentū quæris.

VII

Sunt qui existiment cū proximo idem esse, quod legi in Eunucho Terētiana, Tute lepus es, & pulpamentū quæris. Dicitur autē a milite glorioso in adulescentē Rhodiū, qui scorto suo adludebat, ipsa ea ætate, qua scorti uicibus fungi posset. Donatus allegoriā uarijs modis exponit, Prouerbiū hoc in molles cōuenire. Propterea, quod lepus a posteriore pte, hoc est a lumbis & clunibus pulpamentū de se præbeat, eaq; corporis parte lautissimus sit. Vel qd eū canes amatorū instar, sequant. Vel qd lepus a physicis dicat incerti sexus, modo mas, modo foemina. Quæ cōmenta mihi frigidiora uident, ac ut simplicius, ita & uerius esse puto ad Græcā paræmiā referre, Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμῶ, Flauius Vopiscus in Numeriano imperatore, scribit adagiū Terentianū, Liuī esse Andronici uetustissimi Rhomanorum Comici.

Pari iugo.

VIII

Pari iugo, dixit Plinius in epistolis, pro eo, quod est pari studio, pariq; conatu. Quadrabit in eos, qui negociū cōmune certatim, ac simili cōtentione agūt. Translatum a bobus, idem plaustrū æquali iugo trahentibus. Plinī uerba sunt hæc, Habet quidē gloria, in studijs præsertim, quiddam ἀκοινωνήτορ. Nobis tamē nullū certamē, nulla cōtentio, cum uterq; pari iugo nō pro se, sed pro causa niteretur. Theocritus in Aita, ἀλλήλοισ δ' ἐθέλωσιν ἴσως ζυγῶ. i. Pariq; iugo sese inuicem amabant. Huic finitima sunt, quæ scribit Diuus Hieronymus ad Augustinum, Rhomæ dicuntur esse q̄ plurimi, qui possint & audeant tecū congregi. & in disputatione sanctarū scripturarū iugū ex æquo ducere. Extat & Græcis prouerbiū, ἐγὼ τε ἐσὺ τὰντ' ἔλκομεν ζυγῶ. i. Egoq; & tu idem trahimus iugum. Quod suo referemus loco.

Vno falce complecti.

IX

Vno falce complecti. Legitur apud eundē Pliniū, pro eo quod est, Eadem opera, & cōiunctim agere, nō separatim. Verebatur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deficerēt, si tot crimina, tot reos, uno uelut falce cōplecteremur. Translatum est ab ijs, qui res multas simul colligant, quo cōmodius gestari queant. Id Græci dicunt, συλλήβδην. i. comprehensim.

Salem & mensam ne prætercas.

X

Ἀλλὰ καὶ τῆσδε ζαμνὴ πρὸς βαίνοιν. i. Salem & mensam ne prætercas. Ne negligas amiculorū consuetudinē. Aut ne uioles amicitia iura. Nam his rebus olim cōciliabantur amici. Et familia/res antiquitus mutua inter sese cōuiuia actabant. Quemadmodū testatur etiam Diogenes Laertius in uita Pythagoræ. Et astipulat Theocritus in Hyla, οἱ μίαν ἄμφω ἐτάροι ἀειδαίνωντ τῆσδε ζαμν. i. Qui ad mensam semper eandem Cœnabant ambo, nimirū ut amici. Loquens de Hercule, ac Telamone. Tum Euripidis Hecuba, Polymestoris exaggerans facinus, hospitibus etiam mensæ facit mentionē, κοινῆς τραπέζης πρὸς βαίνοιν. i. Mensa recaptus saepe comuni mihi. Inde est, quod (ut docet apud eundem Laertiū Alexander in cōmentarijs Pythagoricis) Pythagoras uetabat frangi panem, uidelicet, ne dissecaret, quod amicos copularet. Idem censuit salem potissimū in mensa apponendum, quod æquitatis, ac iustitiæ nos admoneat, ut quod & seruet, tueaturq; quicq; occuparit, & ex liquidissimis rebus, aqua, mariq; fiat.

Baceli similis.

XI

Ἰκελὸς βακίλω καὶ βάκκλω ἐστίν. i. Bacello similis, aut bacelus es. In cinædos, ac parum uiros, dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum a forma, moribusq; Baceli cuiusdam. Aut Suidas Bacelum proprie significare eum, qui sit excetus, eoq; in molles dici, quod hoc morbo potissimū laboret illud hominū genus. Meminit hui⁹ & Suctonius in uita Augusti, scribens eum peculiari uocabulo Bacelum pro stulto assidue solitū dicere. Quāq;

in uulgatis codicibus Baceolus scriptum est. Hermolaus, existimat & apud Quintilianū recte pro Bagoa, Bacclum legi posse. Verba Fabij sunt hæc. At uero statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, cum corpora speciosissima pingendo, fingendoue effingere cuperent, nunq̄ tamen in hūc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabyzum aliquem, in exemplum operis assumerent sibi. Verum equidē non uideo, cur Fabiana scriptura mutanda sit, cum βαγώας barbara lingua significet eunuchum, quo nomine Lucianus Philosophum quendam inducit qui uultu, corporisq; figura, eunuchum præ se ferret.

Batalus.

XII

βάταλος ἔϊ. i. Batalus es. Olim in effœminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognominis Demostheni puero inditū fuisse, & ab inimicis probro obiectū. Porro cognominis huius, idē uarias adfert ratiōes. Vel quod Batalus quispiam fuerit Tibicen, distorto corpore, Vel quod poetæ cuidā obscæno nomē fuerit Batalo. Vel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis, quæ uerecunde nominari non potest. Idem iam prouecta ætate simili contumelia dictus est Argas. Siue, quod hoc nomine fuerit, quispiam malarū auctor legum, Siue quod (ut existimat Suidas) serpentis genus sit Argas. Dicunt itē Græci, βαταλεῖς, pro eo, quod est turpiter, atq; effœminate uiuere.

Bene plaustrum perculit.

XIII

Rusticoꝝ prouerbiū est, Bene plaustrum perculit. Apparet dici solitū in eos, qui quempiam impellunt, quo suapte sponte iam propendebat. Translatū a plaustris onustis, quæ quo exonerentur, solent cuerti. Fit autem id cōmodius in eam partem, in quam propter solū decliuius inclinant. Donatus indicauit hoc adagiū, exponēs in Eunuchō hæc Parmenonis uerba, Perculeris iam tu me. Ab hac sententia nō abhorret Plautinum illud in Curculione. Qui monet quasi adiuuat. Verba sunt Lenonis, qui libentius sit mutaturus fidē, admonitus a Trapeçita, quod tamen uel citra monitorem erat facturus.

In Care periculum.

XIII

Ἐν καρίῳ κίνδυνος. i. In Care periculum, subaudi facito, Hoc est in homine, aut re uiliore fac periculofam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendij capiendum. Huic adagio, Carum mores fecere locum. Hic populus est (ut auctor est Mela Pomponius) incertæ originis, ut quos alij ἀυτόχθονας, i. indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetas existiment, gens usq; adeo armorum, pugnaeq; amans, ut aliena etiam bella mercede cōducti soliti sint agere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi, φιλοπτολέμοις τε κάρεσι dixit, id est, bellandiq; audis Caribus. Item Herodotus in Euterpe, Ostendit Cares, barbaro, seruilisq; fuisse ingenio, & ad quiduis malorum ferendum paratos, mercede pposita, Id quod indicat & Aristophanes in auib⁹, εἰ δὲ δούλος ἔστι ἐν καρίῳ. i. Quod si seruus est, & Car. Strabo libro Geographiæ decimoquarto, Narrat Cares tota quondam errasse Græcia, passimq; stipēdij meruisse. Cæterum in rebus bellicis usq; adeo præcelluisse, ut passim apud poetas, arma bellica Carica cognominentur, quemadmodū Anacreon Caricam loriam, Alcæus caricam cristam dixit, ad quā alludit Aristophanes in auibus. Suidas scribit, Cares primos mortaliū mercede militasse ut qui uitam suam uilem haberent. Hos igitur, qui conduxerant primos in acie collocare cōsueuerant, ut primos hostium impetus suo exciperent periculo, aut ubi fortuna belli difficillima uideretur, illic obijciabantur. Carum laudē his temporibus æmulari uidentur Eluetij, gēs bello nata, simplex alioqui, ac minime malum hominū genus. Vsurpat hoc adagiū Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in se potius fieri periculum transformationis, uelut in homuncione Care, quem si perdas, non admodū grauis sit iactura. Idē in Lachete huc respexit, cum ait, Cogitandum esse ijs, qui primū docere incipiunt, & artis suæ periculū cū magno iuuenum periculo faciunt, non Carem quempiam mercenarium, sed ciuiū liberos in discrimē adduci. Et hūc imitatus Aristides in oratiōe Panathenaica, Ἐν δὲ τῷ καρίῳ οὐκ ἐν τῷ ἐκαστῷ σώμασι τὰς πείρας πειθόμενοι. i. In Care uero, non in suis ipsorum corporibus facientes periculū. Vfus est eodem. M. Tullius in actione pro. L. Flacco. Quid, inquit, de tota Caria? nōne hoc uestra uoce uulgatum est, Siquid cum periculo experiri uelis, in Caria potissimū esse faciendum. Quem quidem locum apparet esse uitiatum, neq; uerear deierare, in Care legendum esse, non in Caria. Huic diuersum illud, Aureo piscari hamo, quod alibi reddemus.

In dolio figularem artem discere.

XV

Superiori diuersum est illud, Ἐν πίθῳ πλὴν κεραμείῳ μαθηθήσῃ. i. In dolio figulariā artē discere,

De ijs, qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimentum, cum paulatim a minutis ad summa proficisci conueniat. Neq; enim figulus statim a dolio, id est uase maximo arte auspicatur, sed a pusillis quibusdā uasculis, in quibus nō sit graue dispendiū, siquid accidat. Dicaearchus ad aliam sententiam torquet prouerbiū, ut admoneat unūquemq; artificē in suis negocijs exerceri oportere, ut aurigam in ducendis curribus, Nauclerū, in gubernanda nauis, Medicum in curandis morbis. Tanq; absurdum sit figulum in aurigatiōe uersari, re uidelicet aliena, ac non magis in dolio. Atq; ita huc pertinebit illa sententia, quam quisq; nouit artē, in hac sese exerceat, & Horatianum illud ex epistolis. Nauim agere, ignarus nauis timet. Abrotanum ægro, Non audet, nisi qui didicit dare. Quod medicorū est promittunt medici, Tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.

Ne sutor ultra crepidam.

XVI

Huic finitimū est illud, Ne sutor ultra crepidā. Id est, ne quis de his iudicare conē, quæ sint ab ipsius arte, professioneq; aliena. Quod quidem adagiū natū est ab Apelle nobilissimo pictore. De quo Plinius libro trigesimo quinto, capite decimo, scribit in hunc modum. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atq; post ipsam tabulā latens, uitia, quæ notabant, auscultabat, uulgū diligentiorē iudicē, q̄ se præferens. Feruntq; a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe emēdationē pristinae admonitiōis cauillante circa crus, indignatum p̄spexisse, Denuntiantē ne supra crepidam sutor iudicaret. Quod & ipsum in prouerbiū uenit. Hactenus Plinius. Eodem pertinet, quod huius nepos in epistolis scripsit, de artificio nō recte iudicare quēq; nisi & ipsum artificem. Quodq; primo moralium libro dixit Aristoteles, earum rerum, unūquēq; iudicem esse idoneum, quarū sit cruditus. Et quod idem scripsit libro secundo naturalium, cæcū disputare de coloribus. Quæ uerba iam inter nostri temporis scholasticos in prouerbiū abierunt. Quoties quispiam, de rebus ignotis disputat. Ad eandem sententiam referendum, quod ait Fabius pictor apud Quintilianū, felices futuras artes, si soli artifices de ijs iudicarent.

Dij facientes adiuuant.

XVII

Varro libro de re Rustica primo. Et quoniam (ut aiunt) Dij facientes adiuuant, prius in uocabo deos. Significat diuinam opem, non cessantibus, sed industrijs, & pro sua uirilī conantibus auxilio esse solere. Huc arbitror referendum illud Homericum carmen, quod iam uelut in prouerbiū abiit. Id. M. Tullius usurpauit libro epistolarum ad Atticum nono. Omnia uobis imparatis agenda. Sed tamen *Ἀλλὰ μὲν ἀνὴρ, Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑπερδίοση*. i. Partim ipse inuenies, partim fors suggeret ipsa.

Cum Minerua, manum quoq; moue.

XVIII

Huic finitimū est, *σὺν ἀδινᾷ, καὶ χεῖρα κίψ*. i. Auxiliante Minerua, manū interim moue. Monet adagium, ne fiducia diuinæ opis, industriā remittamus. Cōuenit peculiariter in mulieres quæ lanificium exercent, fauente quidem, atq; inuocata Minerua, sed nihilo segnus interim operi insistentēs. Sunt qui putent ab Agasone quopiam natum, cuius asinus cum luto infixus hæreret, deberetq; illi succurrere, ociosus Herculem implorabat. Huic respondisse Deum, uti interim manum admoueret asino laboranti, atq; ita demum numen ad futurum. Alij diuersam huic fabulam adferunt. Puta, quendam cum esset decertaturus, Mineruam consuluisse, num futurum esset, ut uictor discederet. Responsum est fore, Verum cū ille ingressus in Theatrum, in certamine manibus staret ociosus, percussus ab aduersario uictū fuisse. Ad hoc adagium pertinet elegantissimum illud carmen, quod ex Agathonis Tragœdia citat Aristoteles, libro moralium Eudemiorū quinto, *τέχνη τύχημ ἔσεξε, ὁ τύχη τέχνημ*. i. Fortunam ut ars, fortuna ita artem amat inuicem. Citatur a Suida Senarius hic in eandem sententiam, *Ἀὐτὸς ἔνυμ δῶμ, εἶτα τὸς θεὸς κάλει*. i. Fac interim aliquid ipse, dein Deos uoca.

Nostro Marte.

XIX

Quoties nullius auxilijs adiuti, nostrop̄te ingenio proprijsq; uiribus rem peragimus, nostro Marte peragere dicimur. Aut etiā cum nostro periculo res geritur. M. Tullius libro officiorū tertio. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicit, Marte nostro. Hactenus ille. Translatum uidetur ab imperatoribus, qui suis ipsorum auspicijs & copijs bellum sustinent, siquidem Plautus etiam meis copijs dixit, pro meo Marte. Sapiunt p̄ uerbiū etiam illa, uario Marte, dubio Marte, iniquo Marte. Huic adagio pene diuersum ē illud, quod alibi retulimus, *ὄνη ἔνθου διοση*. i. Non absq; Theseo.

Ne quicquid sapit, qui sibi non sapit.

XX

Sententia uel hodie uulgo frequētissime iactata, frustra sapes, qui sibi non sapiat. Eam usurpat Cicero in epistola quadā ad Trebatium ostendens, ex Tragœdia Medea sumptā. Et quando, inquit, coepi agere Medeam, illud semp memēto. Qui sibi ipse sapiēs prodesse nequit, ne quicquid sapit. Est autem uersus Trochaicus. Idem epistolarū familiariū libro tertiodecimo, ad Cæsarem imperatorē, itaq; ab Homeri magniloquentia, cōfero me ad uera præcepta, *Εὐριπίδου· μισῶ σοφιστὴν ὃς ἴσ' οὐχ' ἀνθρώπου σοφός*. Quē uersum senex Præcilius laudat egregie. Citatur & a Luciano in Apologia *μισῶ σοφιστὴν ὃς ἴσ' οὐχ' ἀνθρώπου σοφός*, i. Sapientem eum odi, qui sibi ipse nō sapit. Plato item in Hippia Maiore, dictum quoddā citat, hominū, ut ait consensu celebratū, sapientem in primis sibi sapere oportere. Eam sententiā sic ad unguem seruant huius temporis homines, ut hoīs uocabulo uideatur indignus, qui non quauis ratione suis consulere cōmodis nouerit. Huius generis est illud apud Suctoniū, Aspice felicē sibi, nō tibi Romule Syllā.

Cantherium in fossa.

XXI

Cantherium in fossa. Rusticum prouerbium, sed tamen e re militari natum. Hoc licebit uti quoties quis ad id negocij trahitur, in quo nequaquā ualeat. Aut ubi res erit uehementer impedita, periculosaue. Refertur a Tito Liuio decadis tertiæ libro tertio. Narrat autē cū Fabius Capuam obsideret, bello punico, Iubellium Tauream inter equites Campanos nobilissimum, e Rhomanorum exercitu quemuis ad singulare certamen euocasse, ausumq; prodire Claudium Asellium. Deinde ubi diutius uterq; alterum libero campo elusisset, Campanus in cauam uiam descendere iussit, alioqui equorum, non equitum fore certamen. Eo cum Rhomanus, re quæ uerbis ferocior, ex templo descendisset, rursus elusit Taurea, sermone, qui postea in rusticum uersus est prouerbium. Minime sis, inquit, cantherium in fossa. Quancquid ex Liuianis uerbis parum liquet adagij sensus, tamen coniecturis facile deprehenditur. Pugnāt autē cum illo, quod alibi dicemus, *τὸν ἵππομον εἰς πεδίον*, i. Equū in planitiem. Etenim quemadmodū plurimū ualet equus in planitie, ita minime ualet in fossa.

Tantali talenta.

XXII

τάλαντα ταντάλη, i. Tantalī talenta. De immēsis opibus. Nam Tantalus Phryx ob luculētas diuitias, in fabulam hominum uenit, ita ut fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti diuites. Horatius, Tantalus a labris sitiens fugientia captat pocula. Quid rides, mutato nomine de te fabula narratur. Ostēdit allegoriam figmenti, ad diuites sordidos pertinere. Usurpatur adagium a Platone in Euthyphrone. Suidas ait esse & apud Epicharmū, & apud Anacreontem. Effertur & ad hunc modum, cum uenusta quadam uocum allusione, *τάλαντα ταντάλη τάλαντιση*, i. Tantalī talenta talantiçat, hoc est librat, & accumulāt. Porro Tantalum prædiuitem fuisse testatur, uel illud ex Tragœdia carmen apud Plutarchum, libro de exilio, *σπείρω δ' ἀρούρας δ' ὠδ' ἐχ' ἡμῶν ὁδόν*, i. Viam dierū duodecim scro iugera. Idem alibi, Ingentes diuitias, *πλῆστον ταντάληον* appellat.

Pelopis talenta.

XXIII

Consimili figura Theocritus in Idyllio. θ. dixit Pelopis talenta, *μή μοι γὰρ πέλοπος, μή μοι χροσια τάλαντα εἶν' ἔχον, μηδὲ πρόσθε δέξην ἀνέμων*, i. Non Pelopis mihi sint, agriq; auriq; talēta. Nec uentos celeres anteuolasse pede. Porro talentum apud Atticos, maxima pecuniæ summa erat. Vnde illud in Phormione, Siquis daret talentum magnū, Immo malum. Et Aristophanes, *ἀλλ' ἐγὼ γ' ὀπὲν ἔσομαι οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ τάλαντιω χρυσίῳ*, i. At ego sane Opuntius nolim esse, si quis det talentum mi aureum, id est, Nolim esse luscus, uel quantalibet pecunia.

Midæ diuitiæ.

XXIII

μίδας πλῆστος καὶ μίδας πλοσιότερος. Mide opes, & Mida locupletior, in prouerbium abierunt, propter immēsas eius regis opes, quæ fabulis quoq; compluribus fecere locū. Statius in Surrentino Polij. Viue Midæ gacis, & Lydo ditior auro. Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus, cui iuxta poetarum figmēta, cōcessum a Dijs est, ut propter Bacchū hospitio acceptū, quod uellet optaret, accepturus quicquid optasset. Optauit, ut quicquid corpore contigisset, protinus in aurū uertere. Historicorum literis proditū est, huic puero dormienti, formicas in os grana tritici congestisse, respōdisse augures, omniū mortaliū illū ditissimū futurū. Atq; ita euenisse. Huic Plinius primū attribuit locum, inter insigniter diuites, libro tricesimotertio.

Non omnino temere est, quod uulgo dictitant.

XXV

Apud Aristotelem usurpatur prouerbij uice, & apud cruditos, iam olim in prouerbium ab-

ἢ τὸ βίβλιον ἢ τὴν ἑσθίαν ἢ τὴν ἑσθίαν ἢ τὴν ἑσθίαν, quemadmodū ait Aristides in defensione Periclis, quæ dicit non usq̄quaq̄ irritum esse solere, quicquid rumore populū iactatum fuerit. Ea est in operis uolumine secundo, cui titulus opera & dies, Δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλένεο φήμηρ φήμηρ πὲρ κακῆ πᾶσι κέρει μὲν ἀεὶρα ῥῆα μάλα, ἀρταλέν δὲ φέρει, χαλεπὴ δ' ἀπ' ἀείδῃ. φήμη δ' οὐτὶς πάμπαν ἀπόλλυται, ἢ ἡν ἴνα πολλοὶ λαοὶ φημιζῶσι, θεὸς νῦν τις ἔστι καὶ αὐτῆ. i. Rumores hominū cures uitare molestos. Fama malū est, orit̄, surgitq̄; facillima, uerū. Difficile hāc p̄ferre, graue est sedare cohortā. Nā nō ulla quidē p̄sum perit irrita fama, Per populos quæcūq̄ uolat, quia numen & ipsa est. Potest bifariā accipi sentētia, nimirū, aut nō planē falsum uideri, quod plurimis est in ore, quodq̄ populū cōsensus approbat, aut nō p̄sum aboleri posse rumore etiam falsum, q̄ tā in uulgi dimanarit. Proinde admonet, ut sollicitè caueam⁹, ne uel falso p̄ temeritatē in fabulā uulgi uenire cōtingat. Qd̄ aut̄ famā Deā dixit, cū Homero sensit, q̄ cōpluribus locis ὄσων suā inducit, sic enī Deā ipsam appellat. Et hūc amulat⁹ Vergili⁹ in quarto Aeneidos. Hæc passim Dea fœda uirū diffudit in ora. Domū cum facis, ne relinquo impolitā. **XXVI**

Cum nulla huius poetæ sententiā non cesserit in prouerbium, tamen equidem eas libetius recensuerim, quæ propter ænigmatis inuolucrum, propius accedūt ad speciem prouerbialē. Quod genus est illa ex eodem, quem modo citauī libro, μηδὲ δ' ὄμορ πρῶν ἀνεπίξεσθαι κατὰ λέει πψμ μὴ τρεφεζομὴ κρώζῃ λακέρυζα κορώνη. i. Neue domū fabricans, linquo, mutilamq̄, rudēq̄. Ne fors insideat cornicans garrula cornix. Proculus interpres admonet, locum hunc bifariam accipi. Quibusdā uideri, monere poetam, uti quisq̄ domiciliū ante hyemem absoluendū curet, ne tum nō habeat, quo depellat frigoris molestiam. Hyemē enim cornicis indicatā simbolo, uidelicet auis hybernæ. Porro cum semper alias, tum maxime mensibus hybernis, οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. i. Est grata domus, domus optima. Quēadmodū in p̄uerbio est. Alij putant significatū, ædificium semel institutum, non oportere semiperfectū relinquere, ne uulgo risus sis, & qui præterierint obloquantur, carpantq̄; leuitatem tuam, qui quod cœperis, non absoluas. Quandoquidem hunc obloquendi morem uulgo peculiarem esse, uel Euangelicæ notant parabolæ. Eam autem obtrectantiū petulantia per cornicem uoluit indicare poeta, nempe auem garrulam, & obstreperam, ut hinc etiam uerbum prouerbiale ductum sit κρώζῃ. At ipsi proculo magis probatur, ut κατὰ λικῶς accipiamus, unicuiq̄ negocio, quod semel instituerimus, finem idoneum imponendū, ut nihil omnino desyderetur, & ubiq̄ cōnitendum, ad p̄fectionem. Id quo longius auocabitur a simplici sermone, hoc uenustius fiet, & magis prouerbiale. Veluti si quis adhortetur aliquem, ne literarum studium desinat, sed laudabiliter institutis, summā imponat manū, ne uulgo ludibrio sit, quod a bene cœptis destiterit. Hesiodiū hoc obijciens, μηδὲ δ' ὄμορ πρῶν ἀνεπίξεσθαι κατὰ λέει πψμ, μὴ τρεφεζομὴ κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.

Ne a Chytropode cibum nondum sacrificatū rapias.

XXVII

Ænigmaticum est illud, quod eo loco continenter sequit̄, μηδὲ ἀπ' ὑψοποδῶν ἀνεπίξεσθαι ἀμελόντα ἐδοσθαι, μηδὲ λῶεσθαι. i. Neue a Chytropode sublatam protinus escā. Ante sacrum, neq̄ lotus edas. Indicat & M. Tullius irreligiosum fuisse, cibum a patella edere. Scribit em̄ ad hunc modū, libro de finibus secundo. Atqui reperiemus Afotos primū ita non religiosos, ut edant de patella. Deinde ita mortē non timentes, ut illud in ore habeant, ut ex hymnide. Mihi sex menses satis sunt uitæ, septimū orco ip̄o det. Est aut̄ uersus Trochaicus. Quātū ad simplicem attinet sensum, docet ne ritu pecudum, ad cibum capiendum irruamus, sed ita demum edamus, si prius inde primitias Dijs immolauerimus. Antiquitus enim (ut autor est in Symposiaco Plutarchus) inter res sacras habebatur & mensa quotidiana, proinde cibū sumpturi Dijs consecrabant, τὰς ἀπὸ χάσ, hoc est primitias, ac deinde non indecore, neq̄ tumultuante, sed religione quadā, ad cōuiuīū accedebāt lotis manib⁹, nō aliter, q̄ ad sacrum epulā. Qui mos & hodie durat apud benemoratos Christianos. Sed prouerbialius fiet, si intelligam⁹ non esse spoliādos, nec inhumani⁹ expilādos ministros, aut seruos nostros, uerū & illis aliquā pecuniæ portionē relinquēdā, quo uiuāt. Fortassis quadrauerit & i hos, q̄ p̄propera auaritate cōmodū aut ferre studēt, p̄sct̄ oporteat, & quodāmodo messē facere p̄sct̄ maturuit seges, ueluti si qs leugatū, aut p̄missū, statim & uestigio flagitet, cū ciuili⁹ sit in dies aliquot silere, aut siqs mō nact⁹ impiū, p̄tin⁹ incipiat pplm̄ exactiōib⁹ spoliare, aut siqs spōsā puellā, non expectata aetate, nec expectatis nuptiis, cerimonijs p̄peret amplecti. Sūptū ē a ritu sacro, i qb⁹ olim epulabāt. Huc p̄tinet & illud, qd̄ alibi retulim⁹ ex Athenæo, de muliere quæ sacra nōdū sacrificāda deuorare dicta sit. In gne poterit accōmodari ad quēuis, q̄ negociū irreuerter & illotis, ut aiunt

pedibus,aggredit̃.

Hæc potior.

XXXVIII

Plutarchusin problematibus Græcanicis prouerbium quoddam refert ad hunc modum, ΑΠΟΤΙ
 νος ἐρέθη τὸ παροιμιώδες, αὐτὰ κυρία, Δίνωμ ὁ ταραντῖνος; στρατηγῶν ἀνὴρ δὲ ὡμ ἀγαθὸς ἐμ τοῖς πλεμικοῖς,
 ἀπὸ χερσὶν ἰσάντων αὐτῷ τινὰ γνώμη τῶν πλιτῶν, ὡς ὁ κῆρυξ ἀνέπε τῷ νικῶσιν, αὐτὸς ἀνατίνας τῷ δεξι-
 ῶν, ἄδ' εἶπε, κρείσσων οὕτως γὰρ ὁ θεόφρασος ἰσόρκειμ· προσῖόρκει δὲ καὶ ὁ Απλλοδώρος, ἐμρῦτίνω τῷ κήρυ-
 κος, αὐτὰ πλείους εἰπόντες, ἀλλ' αὐτὰ φᾶναι βελτίους καὶ ἐπικηρυῶσαι, τῷ τῶν ἐλατῶν χερσῶν, Ηο-
 rum uerborū hic ferme sensus. Vnde fluxit illud, quod prouerbij uice dicit̃, Hæc uictrix. Di-
 non Tarentinus, ductor exercitus, uir adprime fortis, Reiq; bellicæ sanec̃ peritus, cum in cō-
 cione dixisset sententiā, caq; ciuium suffragijs esset reiecta, deinde præco pronunciar̃ sen-
 tiam, quæ uinceret, sublata dextera, Hæc (inquit) potior. Nam hūc ad modū retulit Theophra-
 stus. Cæterum Apollodorus in Rhytino illud adiunxit, cum præco respōdisset, At hæ sentē-
 tiæ numero plures sunt, Dinonem protinus subiecisse, sed hæ meliores. Atq; ita pauciorū sen-
 tentiā fuisse promulgatam. Quibus ex uerbis conijcere licet, ita uulgo dici solere, si quando si-
 gnificaretur consilium aliquod esse præstantius & conducibilius, etiam si pluribus secus uide-
 retur. Aut ubi qui numero pauciores essent, facultate præponderarent. Quod genus fuerit,
 ut exemplis demonstr̃. Maxima pars homium uoluptate, lucrisq; felicitatem metitur,
 perpauci uirtutem amplectuntur. Caue, ne quid te moueat multitudinis exēplum, ΑΥΤΗ ΓΑΡ
 κρείσσων. Item Nemo pene est in toto principis famulatio, qui tibi nō bene uelit, Sed unus tibi
 refragatur, qui tantum ubiq; ualet, ut in ipsū fere principem agat Tyrannum. Quare si res
 a suffragijs penderet, uicerat, Sed ΑΥΤΗ ΚΥΡΙΑ. Porphyrion leuiter, ceu digito prouerbium in-
 dicat, exponens eum locum in Horatianis Odis. Eamus omnis execrata ciuitas, Aut pars in-
 docti melior grege. Quāq; deprauate (sicut opinor) legitur in uulgatis exemplaribus κέρσο-
 νομ νικά. Castigate legetur ni fallor, καρσόνωμ νικά, hoc est, præstantiorū uictoria. Nam Oda con-
 cionalis est, ac fugam decerni iubet, cōmunibus omnium suffragijs. Quod si fieri non queat,
 ut id, quod est optimū multitudini probetur, saltem uincat ea sententia, quæ sit potior, etiam si
 paucioribus fulta suffragijs. Ad id faciunt, quæ Plato scripsit libro de legibus primo, pulcher-
 rimū esse uictoriæ genus, cum turba cedit potioribus, & in decernendo magis spectatur pon-
 dus suffragiorū, q̃, numerus. Verba Platonis ex eo, quem dixi libro, sunt hæc, ἐμ ὁ πόσαις μὲν
 γὰρ οἱ ἀμείνωνες νικῶσι τὸ πλεῖστον καὶ τὸν χείρονα, ὁρῶντες ἄμ αὐτῆς κρείσσων τε αὐτῆς λέγοιθ' ἢ πόλις ἐπαινοῖτο
 πᾶρ δὲ δικαιοῦσα τῆς φιλότητος νικᾷ· τοῦναντίον δὲ ὅπου τ' ἀναντία. i. Quibuscunq; siquidē in ciuitatibus,
 meliores qui sunt ἢ, uincunt multitudinē, ac deteriores, ibi Respublica scipsa melior, recte di-
 cetur, & huius uictoriæ nomine meritissimo laudabitur. Secus autem, ubi secus accidit. Eodē
 respexit Plinius, cum queritur in Epistolis, numerari sententias, nō expendi. Huc pertinet Li-
 uianum etiam illud Maior pars, uicit meliorem. Indicat idem Homerns Iliados libro primo,
 ἐπεὶ τὰ χεῖρονα νικᾷ. i. Quando superant iā deteriora. Neq; uero prætereundū hoc loco, quod
 de Zenone philosopho memorat Diogenes Laertius. Zenon cum uideret Theophrastum
 magni fieri, laudariq; quod plureis haberet auditores, ad hunc respondit modum, ἐκείνου μὲν
 χορὸς μείζων, ὁ μὲν δὲ συμφωνότερος. i. Maior quidem est illius chorus, at meus melius cōsonās.
 Itaq; locus fuerit adagio, siue cum negabimus spectandū, q̃ multis placamus, sed q̃ bonis, si-
 ue cum suadebimus id sequi oportere, non quod plurimis placeat, sed quod per se sit optimū
 factu, etiam si paucissimorum calculis approbetur. Siue cum dicemus, unius, aut alterius studij
 um pluris æstimandū, qui uel opibus, uel gratia, uel autoritate præpolleat, q̃ multitudinis be-
 neuolentiam, quæ numero tantū superior sit, reliquis om̃ibus inferior. Quemadmodū apud
 Plautum quispiā cōtemnere se dicit minutos istos Deos, modo Iouem unum sibi propitium
 habeat. Nec absurde trahetur in usum, quoties una uis plus potest reliquis omnibus, ut si quis
 dicat, Hæc causa pluribus probatur, pluribus fulcitur rationibus, nititur æquo, dicitur a legi-
 bus, uerum altera, κυρία. Sic enim uolo, sic iubeo. Nam omnia cedant, necesse est, quoties Rex
 huiusmodi promit oraculum, quale profert apud Homerum Agamemnon, εἰ δὲ κε μὴ δώσωμ,
 ἐγὼ δὲ κεμ αὐτὸς ἔλωμαι. i. Ipse equidē eripiam, si tradere forte grauentur. De cuiusmodi Lucia-
 nus in captiuo, καὶ τὸ δίκαιον ἐμ τῆς χειρὶ τι δεμῶμαι. i. Qui ius in manu reponunt, quib; ius in manu
 posuerunt. In hos igitur qui ui rem gerunt, & quibus, ut Ennius ait, ferro geritur res, qbus ius
 est in armis, & quibus leges inter arma silent, per ironiam recte torquetur. ΑΥΤΗ ΚΡΕΙΣΣΩΝ ἢ ΑΥ-
 ΤΗ ΚΥΡΙΑ. Nā Græcis κύριος nō solū dominū significat, uerum etiam eū, qui præualet autoritate.
 Nonūq; & ad rē refertur, ut apud Euripide in Iphigenia Aulideni, οὐ μὲν οὐχ ὁ τῶν μῦθων κυρία

ώτερος λέγειν. Significat enim seruus, quāq̄ esset cōditione inferior Menelao, tamen hoc se potiore esse, quod iustiore haberet causam.

Delius natator.

XXIX

Δήλιος κολυμβητής. i. Delius natator, olim vulgo dicebat̄ admodū natandi peritus, quicq̄ nollet in summa natate aqua. Natū adagiū, aut certe factū illustrius ex Socratis apophthegmate: Cū enim huic Euripides librū obtulisset Heracliti, cui cognomen additū σκοτεινῶ propter affectatam scriptorū obscuritatē, rogaretq̄, cuiusmodi uideretur, Respōdisse fertur hoc pacto, Ἀμὲρ σωήκα γενναῖα, δῖμαι δὲ καὶ ἄμῃ σωήκα. πολλὴ δὲ κλίον δέεται κολυμβητῶ, εἰς τὸ μὴ ἀππιγῆνα ἐμ αὐτῶ. i. Quæ quidē intellexi, præclara, arbitror autē & ea, quæ non intellexi, Quāq̄ natatore Delio opus, ut nequis in eo præfocetur. Hæc Socrates alludens simul & ad prouerbiū, & ad Heracliti sensus nimīū abstrusos, ac p̄fundos, ut nisi natator insignite peritus cōtigisset, periculū esse, ne lector in eo libro suffocaretur, mergereturq̄.

Dicendo dicere discunt.

XXX

Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πρὶξίτη. i. Dicendo cōsequimur, ut dicamus. Syrianus Hermogenis interpres Euagoram Sophistam taxat, qui dicendi facultatē nō putant ratiōe, sed usu duntaxat cōstare, fieriq̄, ut dicendo cōsequeremur dicendi facultatē, ἀξιούτης δὲ (inquit) κατὰ τὴν συρφετὴν παροιμίαν, τὸ λέγειν ἐκ τοῦ λέγειν πρὶξίτη. i. Existimatis iuxta vulgare prouerbiū, dicendi facultatem dicendo cōtingere. Latius autē patet adagiū, nempe ad cuiusuis rei peritiā, quam potissimum usū suppediat, optimus rerum omnīū magister. Proinde p̄urbiales erūt omēs id genus, fabricādo, fabricā discēs, canendo musicā, militādo militarē artē, scribendo discēs scribere.

Multi, boniq̄.

XXXI

πολλοὶ κάγαδοι. i. Multi, boniq̄, p̄urbiali figura dicebat̄ olim. Translatū a ritu sacrorū, in quibus sacrificus rem diuinā facturū dicebat, τίς τῶδε. i. Quis hic? Dein qui aderāt, respōdebāt, πολλοὶ κάγαδοι. i. Multi & boni. Atq̄ hæc p̄tim ominis causa dicebant̄, oportebat enim in sacris ἐυφημίῃ, hoc est, bene ominata dicere, p̄tim, ut si quis esset sibi conscius admissi p̄iaculi, discederet a mysterijs. Plutarchus in symposiacis, ἐπεὶ μάρτυρες γὰρ τῶν πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ τε πάρεσι, id est, Quādoquidē Platoni testes adsunt, multiq̄, boniq̄, Sed de hoc ante meminim⁹. Quo quidem allusit & Aristides in Pericle, ἀλλ' ὡς γὰρ εἰς τῶν καλῶν κάγαδῶν ἀνεπίφθονον αὐτῶ κῆ καὶ θάρα τῆς μαρτυρίας ἀπέδωκε. i. Verū uelut unus e numero honestorū, ac bonorū, citra inuidiā, ac purū illi reddidit testimoniū. Quinetiā Homericū illud iā p̄urbij uice receptū est, ἠὺς τε μέγας τε. i. Magnusq̄, bonusq̄. Est subinde & apud Aristophanē. Prouerbiū ἰγίγ' locū habuerit, quoties aut testes, aut iudices, aut cōuictores significamus idoneos, ac neutiq̄ reijciēdos.

Heroum filij noxæ.

XXXII

Ἀνδρῶν ἠρώων τέκνα πῆματα. i. Virorum heroum filij noxæ. Veteribus illud obseruatum fuit, præstantium uirorum filios, multum a progenitorum moribus abfuisse. Vnde & Demosthenes dixit, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡσπερ εἰ μαρτυρῆσαι, φαύλους ἀπαβαίνειν τῶν ὑοῦς. i. a uiris egregijs, perinde quasi fato quodam id accidat, improbos proficisci filios. Quæ quidem Demosthenis sententiā, refertur, ab Aristide, in Cimoue. Interpretes, quisquis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus hoc loco prouerbiū citat, quod modo retulimus. Manet & hodie uulgatus iocus, ex sapientissimis patribus, stultissimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis, Generaliter hanc sententiā ad omnes mortales retulit, ἐνὰ γούρ ἐμ πολλοῖς ἴσως εὐροῖς ἄμ ὅς τις ὄσι μὴ χέρω πατρός. i. Vnum forsan inter plurimos inueneris, qui patre non sit nequior. Astipulatur huic sententiæ, locis aliquot Homerus, nominatim Odyssæ. β. παῦροι γάρ τινι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. οἱ πλεονεες κακίους, παῦροι δὲ τε πατρὸς ἀρετίους. i. Aequat rara patrem soboles, sed plurimū ab illis Degenerant, pauci superant probitate parentem.

Nunq̄ ex malo patre bonus filius.

XXXIII

Euripides hanc sententiā p̄urbio celebrē fuisse testat̄, ex malo patre nō progigni bonos liberos. φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς, ἔχει οὐκ ἄμ γένοιτο χριστός ἐκ κακοῦ πατρός. i. Heus heus ut illud dictitant recte, probū Patre ab improbo nō posse nasci filiū. Astipulat̄ huic dicto p̄urbij illud, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. i. Mali corui, malum ouū. Item illud Theognidis, οὔτε γῆρ' ἐκ σκύλας ῥόδα φύεται. i. Mō ctenim ex squillis rosa nascit̄. Atq̄ id genus alia, quæ suis referent̄ locis.

Alio relinquente fluctu, alius excepit.

XXXIII

Aristides in Themistocle, θεμισοκλία δὲ τὰ δεύτερα αἰτίων προτέρων μείζονα ἐξεδέχετο, κῆ τὸ φθὶ παροιμίας αὐτῶ περιειρήκει, τὸ μὲν γὰρ ἐμπειρῶν κῆμα, τὸ δὲ ἐγκατελάμβανεν, ἕως διεξήλασε διὰ τῶν τριῶν

κυμαίων νικῶν. i. Themistoclem posteriora semp maiora prioribus excipiebant, atq; illud, quod puerbio dicitur, illi accidit. Nam hac illum reliquit unda, illa uero excepit, donec per tricymias uictor euassisset. Videtur autē uersus fuisse puerbialis, quē Aristides ad usum suae sententiæ non nihil detorsit, legetur integre ad hunc modū, τὸ μέρμ' ἔλιπε κύμα, τὸ δ' ἐγκαπελάμβανε μ. i. Hæc me reliquit unda, at illa corripit. Sumpta metaphora a periculose nauigantibus, qui semp post unius impulsus fluctus, alium expectant, succedentibus inuicem procellis. Atq; etiā numerant undarū insultus, periclitantes nauta. Nam decimā quāq; maxime formidant, quā ueteres decumanā appellabant. Græci grauissimas illas, pcellas, τρικυμίας uocant. Nec incōcinne deflectetur ad incurfus malorū. Cū ut fere fit, calamitas calamitati succedit, iuxta prouerbialē illum uersiculum, Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Duobus pedibus fugere.

XXXV

Ἐκ δ' οὐρῶν πεδῶν καταφεύγει. i. Duobus pedibus cōfugere. Aristides in oratiōe Panathenaica, καὶ μὴν ἀντὶ τοῦτο πῶτον, τὸ πάντας πύς ἐν χρείᾳ βοήθειας καταφεύγει ἐπὶ τῆν πόλιν, ὡσπερ ἐκ δ' οὐρῶν ποδῶν ὡς ἀλιδῶς, ἢ μηδεμίαν τῶν ἄλλων πόλεων ἐρᾶν, μέγα ἢ φανερόν σύμβολόν ἐστὶ, ἢ σήλης ἀμεινον, τοῦ προέχειν εὐδυνῆ ἐξ ἀρχῆς. i. Atq; primū illud ipsum, qd quibuscūq; opus esset auxilio, ad hāc cōfugerent ciuitatē, plane tanq; duobus pedibus, neq; ullā aliam reliquarū ciuitatū respicerēt, magnum & euident argumentū est, ac monumentū columna præstātius, eam protinus ab initio præcelluisse. Is, qui Scholijs quibusdam haud quaq; cōtēnendis, hunc autorem illustrauit, ad monet prouerbiū ductum ab ἴς, qui festināt cursu, ut nō dissimile uideatur illi, ἀμφοτέρως χεῖρ σιμ. i. Ambabus manibus, quo puerbio sedulitatē, celeritatemq; peragendi negocij significamus. Vel a nauigantibus, perinde, quasi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculum nauis pedē appellant, quod eo nauis cum huc, atq; illuc uertitur, uelut ingredi uidcatur. Itaq; confine fuerit illi, quod alibi diximus, ἐπὶ δ' οὐρῶν ὄρμεθιμ. Vt alterutrū sensum accipiamus, aut summo studio, summaq; celeritate illos ad urbem cōfugere solitos, aut tutissimū illic omniū receptaculū fuisse. Quanc; Aristophanes, ἐμ ὄρμισιμ, ad celeritatis significationē retulit, cū ait, ἀνεπτόμεσθ' ἐκ φθιπέρας ἰδὲ ἄμφορῶν πεδῶν. i. E patria utroq; deuoluimus pede. Interpres admonet a nauibus sumptū, secūdo uento currentibus, sensum autē esse hunc, summa uī, summoq; conatu :

Quis aberret a ianua.

XXXXI

Τίς ἄν δύρας ἀμάσσει. i. Quis aberret a ianua? Dicit solitum, ubi quis penitus aberrat a uero, totoq; fallitur iudicio. Vsurpatur ab Aristotele, τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, libro secundo, ipsa statim in fronte. Et in omnibus quidē exemplaribus, quæ mihi uidere cōtiguit, δύρας per. u. scriptū reperio. Præterea ianuam uertit Argyropylos, nec malus interpres, nec philosophus cuiq; aspernandus. Ad hæc Auerrois, cuius nūc præcipua in philosophiæ scholis auctoritas, hunc enarrās locum, palam declarat sese de ianua sensisse. Deniq; in cōmētarijs Alexandri Aphrodisei, consimili modo δύρας scriptū inuenio. Quod siquo modo fas esset, a tot exemplaribus, a tantis auctoritatibus dissentire, mihi quidē magis pbabilis lectio uideatur, si δύρας legatur per. u. nō per u. Quod autē δύρας irrepsit, mirandū nō est. Primū, quod perfacilis erat lapsus unius literulæ deprauatione, haud scio, an fortuita, maxime cum in sono nihil ferme sit discriminis. Deinde metaphoriæ ratio magis obuiā, magisq; ad manū sita, fieri potuit, ut doctis etiam philosophis imposuerit. Quippe quibus fabula nō perinde nota fuerit, ut cōmunis illa similitudo de domus ingressu, deq; primis cognitionis principijs. Postremo de codicum inter se consensu, nequa. ἢ mirandū uidebit, ἴς, qui sunt uel mediocriter in pēsitanis, cōferēdisq; codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero, ut unius archetypī mendum, modo ueri fucū aliquē præ se ferat, in uniuersam deinde ueluti posteritatē librorū ppagetur, καὶ παῖδας παίδων ἢ τὴν μετόπισθε γὰρ ὡντ. Neq; uero hæc dixerim, quod hac de re, siquis forte diuersum sentiat, digladiari uelim, uel quod hoc sit ab nostro instituto alienū, uel quod nō ignorem, ἢ lubrica, plenaq; discriminis sit, in tantis autoribus quicq; immutare. Tantū coniecturas, quibus adducor in mediū adferam. Quæ sic uidebuntur idoneæ, nostræ subscribet opinioni, Sin minus, ueterem sententiam, hoc iam obtinebit libentius, quod etiam in dubiū uocata, uiccrit. Primum igitur omnium mihi scrupulum haud mediocriter iniecit uetustissimus, simul & emendatissimus codex, orationum Aristidis rhetoris, in quo nō solum δύρας inuenio scriptum, uerum etiā indicatam fabulam antiquissimā, pariter & autorem, unde prouerbiū hoc Aristotelicum (ni fallor) demanarit. Igitur Aristides in oratiōe, cui titulus, Pericles, uerba sūt hæc, οἴκοῦν περὶ τινὰ τῶν ἀντιπέλαστων ἔλεμ' ἕνα τῶν φίλων διηρέυσας ἄγεις, ἢ τῆν περὶ θάλασσαν ταντὸν ὄρεθ' ἀπινδύρου πηλῆ, ὅς φθὶ δὴ δύρας δὴ ἴμασσει, ἢ τὸν

εὐρυτίωνα φίλτατον ὄντα αὐτῷ προσδιέφθερε, id est, Itaq; priusq; aduerfariortū quēpiā coeperis, unū
 ex amicis uenatu nactus, adducis. Atq; idem accidit tibi, quod apud Pindarū Peleo, qui aber/
 rans a fera, quā petebat, Eurytionē, quem sibi charissimū habebat, interemit. Astipulant hoc
 loco scholia, quæ extant in hunc autorem, nullo quidē certo titulo, uerum tamē, sicuti res indi/
 cat, hominis nec indiligentis, nec indocti. Proinde nō grauabor & huius adscribere uerba, si/
 quis forte fortuna requisiturus est, μέμνηται, inquit, ἐμ ὕμνοις πίνδαρος ὅτι τὸν εὐρυτίωνα τὸν τοῦ ἴρου
 τοῦ ἄκτρος παῖδα, ἕνα ὄντα τῶν ἀργοναυτῶν, σωθικρεῦνόντα ἄκωρ ἀπέκτεινε πηλεύς, φίλον δὲ λέγει, ἐπεὶ δὴ συγ/
 γενὴς τούτου ἦν, πηλεύς γὰρ πρὸ δετίδος, θυγατρὸς ἄκτρος τῆς πλύμηλον εἶχε γυναικα, ὃ δὲ ἄκτρος πα/
 τὴρ ἴρου, ὃς παῖδα ἔχε τὸν εὐρυτίωνα, id est, Meminit in hymnis Pindarus, quemadmodū Eurytio/
 nem Iri, cui pater Actor, filium, ex argonautis unum, secum uenantē imprudens occiderit Pe/
 leus. Amicū autem uocat, quod huic esset affinis. Nam Peleus ante Thetidem, Polymelū ha/
 buerat uxorem Actoris filiam. Porro Actor Iri pater erat, cui filius Eurytion. Proinde non
 dissimile ueri uidetur, ex Pindaro profectū adagium, quod tacito, sicuti fere facit, autoris no/
 mine usurpauit Aristoteles, ut intelligamus illum, φηὶ δὴρας διαμαρτῆν, qui nō solum feram ea
 parte non ferit, quam destinarat, uerū toto aberrat captu, ne attingēs quidē, quod appetebat.
 lam uero neq; postularim, ut quisq; hæc probet, nisi uidebunt cū Aristotelis sententia, uel ad/
 amissim (ut aiunt) cōgruere. Differit enim eo loco philosophus, de rerū naturalium cognitiōe,
 quæ sit eadē & facilis & difficilis. Facilitatis illud argumentū adducit, quod ea nemini non ali/
 qua ex parte contigit, difficultatis, quod exacte nulli. Neminē autem fuisse, qui nihil omnino
 ueritatis, in rerum cognitione naturalium attigerit, id prouerbio ueluti fulcit, τίς ἂν, inquit,
 δήρας ἀμάσσει, Tanq; singulorū exactam tenere scientiam, perinde sit, quasi si quācūq; partē de/
 stinatis, eam citra errorem ferias. Rursum ubiq; labi, sit uelut a toto corpore aberrare, & in ali/
 ud longe diuersum ceu telum deflecti coniecturam. Verum quo curioso etiam lectori, ac du/
 πωσίω fiat satis, ipsius Aristotelis, ex eo, quem dixi libro, uerba subscribam. ἢ περὶ φηὶ ἀληθείας
 θεωρία, τῆς μὲν χαλεπῆς, τῆς δὲ ῥαδίως. Σημῆον δὲ, τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δύναντα τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντως
 ἀπτυχεῖν. ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ φηὶ φύσεως, καὶ καθ' ἕνα μηδὲν, ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῆς, ἐκ πάν/
 των δὲ σωθεροῖς ῥομύων γίνεσθαι τι μέγεθος ὡς τ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν, καθάπερ τυχεῖν ἀπορομιαζόμε/
 νοι, τίς ἂν δύρας ἀμάσσει, ταύτη μὲν εἶν ῥαδία, τὸ δὲ ὅλον τ' ἔχειν καὶ μέρος μηδύναντα, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐ/
 τῆς, id est, Veritatis consideratio partim difficilis est, partim facilis. Huius rei illud argumentū
 est, quod neq; quisq; illam sit assecutus, pro rei dignitate, neq; rursum omnino frustratus sit ali/
 quis, sed cum unusquisq; aliquid de natura differat, fit, ut unusquisq; p se, nihil aut paulū adfe/
 rat ad illam momenti, uerum ex omnibus in unū collectis, aliqua magnitudo conflatur. Itaq;
 si res ad eum uidetur habere modum, quemadmodum prouerbio dicimus, quis nō attigerit
 ostium? hoc quidem nomine facilis fuerit. Cæterū habere totum, partem autem non posse,
 difficultatem illius declarat. In his philosophi uerbis, non uideo, quis locus sit ianuæ. Verum
 illa similitudo principiorum & ostiū, præbuit (ni fallor) erroris ansam. Quin potius, διαμαρτάνει
 φηὶ δήρας Aristoteles sentit, eum, qui nulla ex parte cōsequit, quod petit, id quod mox, τὸ ὅλον
 ἔχειν uocat, quasi confusim, ac generatim habere, cui contrarium τὸ μέρος ἔχειν facit, uelut ex/
 acte tenere, & nō solum feram, ut cūq;, sed hanc aut illam beluæ partem, quā maxime uelis at/
 tingere. Tameñ in hunc locum interpres, tam multos adfert sensus, ut nullum idoneū perce/
 pisse uideat. Idem admonet, etiam lectionē aliam, alijs placere. Quod quoties fit, mihi protī/
 nus suboritur suspicio, mendū aliquod subesse. Alioqui, Αωλουσ ὁ μῦθος φηὶ ἀληθείας ἔφην .i. simplex
 ueritatis oratio, quæ admodū uere dixit Euripides. Iam uero mihi telū illud restat potissimū,
 Alexander Aphrodisæus, qui præterq;, quod tota eius oratio nostræ sententiæ palam suffragat,
 nominatim etiā admonet puerbī metaphora a sagittarijs esse ductam, quorū nemo solet a
 lato aberrare scopo, nimirū cuiusmodi est tota belua, cum ab exili scopo nonūq; aberrēt. Sed
 præstiterit & huius uerba eatenus subscribere, quatenus ad puerbī ptinent explanationem,
 δοκεῖ δὲ μοι διὰ τὸν μὲν τὸν πηλοῦς τε ἐπιβάλλειν λέγειν περὶ αὐτῆς, καὶ μηδένα αὐτῶν πάντων διαμαρτάν/
 νειν δείκνυσθαι τὸ μὴ φύσιν ἡμῶν εἶναι, τὴν δὲ τῆς πραγματείας, διὰ δὲ τὸν μηδένα κατ' ἀξίαν ἐρρηκεῖν περὶ αὐτῆς
 τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐν δὲ κινύσθαι καὶ τῆς χαλεπότητος, καὶ ὅτι μὴ ῥῆσιν πάρεργον πειθῶν τῆς ζήτησις αὐτῆς, ἔχεισθαι
 μὲν γὰρ αὐτῆς ῥῆσιν, ὅτι ἡμῶν ὅσι κατὰ φύσιν, μὴ παρέργως δὲ, ὅτι ὅσι χαλεπῆς, προστρέπει δ' ἂν ἡμῶν δι/
 ὧν εἴρηκε, καὶ ἐπὶ τὸ μήτε καταφρονεῖν αὐτῆς ὡς ῥαδίας πάντων, μήτε ἀπογνωσκῆναι, ὡς πάντων χαλεπῆς,
 ὡς τ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν καθάπερ τυχεῖν ἀπορομιαζόμενοι τίς ἂν δύρας ἀμάσσει, ὅτι τὸ πάντα τῆς
 ὕγιος ἐρρηκεῖν τῆς περὶ αὐτῆς λέγοντας σημῆον ἂν εἶναι, τοῦ, ῥαδία αὐτῆς εἶναι ἐδῆξεν τῆς παρομίας προσ/

ἡσὶ μολύβδῳ, τῆ, τίς ἄν θυράς ἀμάρι, ἢ λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ἐγκόλων καὶ μηδὲν χαλεπὸν καὶ δύσᾶρετον ἐχόντων. ἔρητη δὲ ἀπὸ τῶν ῥῆσῶν, τῶν ἐπὶ σκοτῆρ ῥῆσῶν, οὐτὶ ἄν μὲν σενός ὁ προκείμενος ἢ σκοτῆς οὐ ῥῆσῶν αὐτοῦ τυγχάνουσι, ἄν δὲ ἢ πλάτυς, οὐ, καλεῖται τὸ ῥῆσῶν τυγχάνειν, διὸ καὶ πάντες τυγχάνουσι, φάσι, οὐ τοῦτ, id est, Videtur autē mihi, quod permulti tentant de ea differere, neq; quicq; illorū omni ex parte fallitur, hoc argumēto demonstrare, tractationem hanc nobis naturalem esse. At rursum quod nemo pro dignitate, pleneq; de illa sit locutus, ex hoc & amplitudinem illius & difficultatem argui posse. Simulq; illud admonere, non oportere obiter, aut indiligenter uel investigationē illius peragere. Immo lectandam quidem esse, propterea, quod ad eam natura propēsi uidemur, at rursum non oscitanter, eo quod sit difficilis. Atq; his uerbis adhortatur nos, ut eam neq; contemnamus, tanquā omnino facilem, Neq; rursum per desperationē ab ea deterreamur, tanquā admodum difficili. Itaq; si perinde uidetur habere, quemadmodum pro uerbis dicimus, quis non attigerit ianuam? Quod omnes aliquid recte dixerint, quicunq; de ea sunt locuti, id facilitatem illius arguere, adhibito prouerbio demonstrat, Nempe illo, quis non attingat ostium? Quod quidē usurpari consuevit, de rebus factu procliuius, & in quibus omnino nihil in sit, uel difficile, uel arduum. Sumptū est autē a sagittarijs, ad scopum propositum iaculantibus. Siquidem ἢ, si scopus fuerit minutus, facile fit, ut fallant, neq; feriat. Sin autē amplius, haud difficile feriunt. Hactenus Alexandri uerba retulimus, e quibus abūde satis arbitror liquere, ὅτι ῥῆσῶν legendū, nō θυράς. Quāq; totū hoc quicquid est, eruditorū iudicio relinquimus. Et enim si quis erit, cui ianua illa impedio placebit, habiturus est, quo suffragiū suū nō omnino absurde tueri possit. Haud enim scio, an & antiquitus fieri soleat, quod hodie nō nullis in locis uidemus, ut aggeres, qui scopū sustinent, a lateribus, atq; item a tergo, muris defendant, superne imminēte tecto, ut ingressus ille, qui patet, ianuæ speciē habere uideat. Porro uehemēter imperitus sit, oportet, qui non solū nō attingat scopū, aut aggerē, uerum etiā ab ipso aberret ingressu, quē difficile nō sit, uel cuius attingere. Mihi tamē uero ppius uidet, ut ad Pindaricā fabulam referat adagiū. Sed sup hoc, quē admodū dixi, docti pnuiciabunt. Nos Cōmētatoris officio functi, sat habuimus, qd apud autores inuenerimus, quodq; nobis uidet id expēdendū, in mediū pponere. Affine uidet huic puerbio, quod apud Platonē legitur in Phædro, λυσίας τῷ παντὶ ἡμάρτηκε, id est, Lysias psum aberrauit. Allusit huic leuiter Lucianus in Timone, cū ait Iouis fulmē, quod in Anaxagorā philosophū torserat, fallente manu, ab ipso quidē aberrasse, ceterū in Caltoris, ac Pollucis replū fuisse detortū. Nec abhorrent ab hac forma, toto aberrare cœlo, & tota aberrare uia, quæ retulimus alias.

Salsuginosa uicinia.

XXXVII

Ἀλμυρὸν γατόνημα, id est, Salsuginosa uicinia. De sterili, agresti, atq; inhumana uicinia dicebatur. Aristides in Themistocle, ἔσω τὸ γατόνημα ἄλμυρῶν ὡς φασιν, id est, Sit falsa (ut aiunt) uicinia. Interpres adscripsit Adagiū ex Alcimane Lyrico poeta sumptū. Plato libro de legibus quarto, μάλα γε μὴ ὄντως, ἀλμυρὸν καὶ πηρὸν γατόνημα, id est, Haud sane uere, salsuginosa, malaq; uicinia. Transferrī potest uel ad negociū multi quidē laboris, at parū frugiferū, uel ad uicinos molitos. Traductū ab agris mari finitimis, qui plerūq; solent ad culturā inhabiles esse. Proinde Vergilius etiā terrā salsam, ut minime feracē dānat. Ad hæc uidemus & homines ipsos littorales fere cæteris inhumaniores tāq; immanitatis nō nihil ex immanissimo cōtrahāt elemēto.

Ad fractam canis.

XXXVIII

πρὸς ἔρῳ γῆσιν ἄδεις, id est, Ad fractam canis, subaudi, uel chordam, uel citharā. Suidas ostendit dici solitū de ijs, q frustra laborāt. Antiquis mos erat ad citharā canere, in qua siqua chorda rupta sit, ad eam frustra uocem accommodes, cum illa nō respōdeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis uicem supplente, diximus alibi. Quāq; nō inscite accommodabit, ubi nō respōdet officijs alicuius, aut ubi quis suadet obstinato, aut orat inexorabilem.

Vtre territas.

XXXIX

Ἀσκή ἢ ἀσκή μορμολύπησθ, id est, Vtre terrere, siue terreri. Dicit solitū, quoties inanē formidinet, aut cōcipit aliquis, aut incutit. Sumptū ab ijs, qui uasorū inanium strepitu pauefaciūt pueros, aut alioqui formidolosos, uel potius qui uasorū huiusmodi sonitu pPELLūt aues, ut indicat in Auibus Aristophanes. Extat apud Diogenianū, atq; huic finitimū putat, ἀσκή φανλίση.

Leonem larua terres.

XL

μορμολυκίαις ἐκφοβῆς τὸν λέοντα. Laruis terres leonem. Apud eundē refertur. Cōueniet de mnis inanibus, ac terriculis deridendis. Quāq; (ut inquit Plinius) hoc tale, tanq; saxū animal ro-

tarum orbis circumacti, currusque inanes, & gallinaceorum cristae, cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes. Quod nisi fallor memoria, reperci apud autorem quempiam, leonem etiam laruis & apposititibus uultibus offendi.

Principatus Scyrius.

XLI

Αρχὴ σκυρία, id est, Imperium Scyrium. De frigido, tenuique regno. Scyrus insula, quam olim in coluere Cares petricola & infrugifera, nec ullius bonae rei ferax. Adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, unde praeter inanem titulum, & molestam administrandi curam, nihil emolumentum capitur, autor Zenodotus.

Post Lesbium cantorem.

XLII

μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, id est, Post Lesbium cantorem. Hoc adagio significabant aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Finitimum illi οὐδὲμ πρὸς τὸ παραμύοντες ἔμ, id est, Nihil ad Parmenonis suem. Lacedaemonicum prouerbiū, hac natum occasione, quemadmodum narrat Suidas, Cū Lacedaemoniorum res, seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum, iussit, ut Lesbium cantorem accerferent. Accersitus itaque Terpander Lesbium nimirum Antisseus, & ad Lacedaemonios missus. Is canendo sic illorum animos delinuit, ut seditionem omnem sedaret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factum est, ut Lacedaemonij Lesbii cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, id est, Post Lesbium musicum. Zenodotus prouerbiū hoc citat ex Cratini fabula, cui titulus Chiron. Meminit huius adagij Plutarchus in commentario quem inscripsit, περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βραδείως τιμωρουμένων. Quāquam mihi quidem stilus, non redolet Plutarchum. Nihil autem uetuerit, quo minus prouerbiū etiam ad rem deflectat, ueluti si quis affirmans quaerendam eruditionem, sed post paratam pecuniā, dicat, μετὰ λέσβιον ᾠδὸν.

Callippides.

XLIII

καλλιπώιδης. olim prouerbio dicebatur, qui in moliendis negocijs, cum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret, aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulo mouens sese, nihil promoueret. M. Tullius ad Atticum, libro decimotertio, epistola prima. Quod ad me de Varro scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. Postea autem, quae haec coepi, φιλολογώπερα, Varro mihi denunciauerat magnam sane & grauem, προσφώνησιν. Biennium praeterijt, cum ille καλλιπώιδης, assiduo cursu nullum cubitum praecesserit. Quibus uerbis Cicero notat. M. Varronis tarditatem, qui cum magnas quaedam spes ostenderet, re nihil unquam absolueret. Suetonius Tranquillus in Tyberio, Ad extremum, uota pro ita ac reditu suo suscipi passus est, ut uulgo iam per iocum Callippides uocaretur, quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio graeco notatum est. Haec tenus Tranquillus. Parum autem liquet, utrum omnis prouerbiij ratio sita sit in Callippidis cognomine, quod a pulchritudine equorum est dictum, an aliud quoddam fuerit prouerbiū, quod iu Callippidem sit dictum, quemadmodum ex Suetonij uerbis coniectura sumi posse uidetur. Deinde quis hic fuerit Callippides, cuius tardam celeritatem notari adagium, non satis perspicuum est, nisi quod haud dissimile ueri uideatur accipiendum esse, de Callippide Tragoediarum histrione, cuius meminit Plutarchus, in apophthegmatis Laconicis, his quidem uerbis, ἀλλὰ τὸς ἄλλους ἕως θανάτου, εἰδὸς καὶ μὴδὲ γινώσκου, καί ποτε καλλιπώιδης, ὁ τῶν τραγωδοποιῶν ὑποκριτῆς ἄνομα καὶ δόξα μὴ ἔχωμ ἐν τοῖς ἔλλησι καὶ παρὰ τὸν ἀλόμυρος ὑπὸ πάντων, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς αὐτῶν, καὶ προσέπειμ, ἔπειτα σοβαρῶς ἐν τῶν συμπρόντων ἐμβαλῶν ἐαυτὸν ἐπεδείκνυτο, νομίζωμ ἐκείνομ ἀρεθῆσαι τινος φιλοσοφίας, τέλος δὲ εἶπεμ, οὐκ ἐπιγινώσκου μετὰ βασιλέω, οὐκ ἔκουσας ὅς τις ἐμ, ὁ ἀγκύλαος ἀπεβλέψας ἐν αὐτῶν, ἀλλὰ οὐ τὴν ἐστὶ καλλιπώιδης, ὁ δὲ κηλίτας, οὗτω δὲ λακεδαιμόνιοι τὸς μίμουσιν. Quorum uerborum haec ferme sententia est, Quarum rerum admiratione reliquos teneri uidebat, eas ipse ne cognoscere quidem uidebatur, Euenit aliquando, ut Callippides Tragoediarum histrio, multi nominis, atque opinionis iuter graecos, & ab omnibus in precio habitus, primum illi fieret obuius, ac salutaret, dein de arrogantius inter reliquos regis affectatores admisceret sese, ostentaretque, ratus futurum, ut ille prior aliquid comitatus inciperet exhibere. Tandem cum diceret etiam, Non agnoscis me rex, nec qui sum audisti? Agefilaus contemplatus hominem, An non tu es, inquit, Callippides ille dicelicta? Nam sic appellant Lacedaemonij Mimos. Haec Plutarchus, Δείκελον autem apud graecos simulacrum, ac representationem, imitamenque significat, ut autor est Eudemus. Vnde Lacedaemonij mimi uocabulum duxisse uidentur, quod ipsum etiam ἀπὸ τῆς μιμῆσεως, hoc est, ab imitatione dictum est nobis. Licet igitur coniectere, Callippidem hunc, aut quisquis is fuit, ita gesti

culatiōib⁹ uti solere, ut cū mira agilitate moueri uideret, a loco tñ nō discederet. Meminit huius nominis etiā in nebulis Aristophanes indicās eā uocē *ἀπὸ τῶν ἰσσωμ* esse deductam.

Balneator.

XLIIII

βαλανεύς, Balneator, siue balnei caupo. Id nominis uulgato cōuitio dicebat in hominem alienarū rerū plus satis curiosum. Propterea quod huiusmodi genus hominū, quoniā in ocio uiuit, neq; suis negocijs distinet, aliena curare cōsueuit. Quemadmodū ille Damalippus Horatianus, Aliena negocia curans, excussus proprijs. Cuiusmodi sunt & tonsores. Vnde idē Horatius, Opīnor, Omībus ex lippis notū & tonsores esse. Plato libro de Rep. primo, uidetur usurpare in uerbosus. Quāq; germana inter se uita sunt, curiositas, & garrulitas, teste uel Horatio, Percunctatorē fugito, quia garrulus idem est. Meminit adagij Diogenianus.

Bacchæ more.

XLV

βάκχης πρόρρη. i. Bacchæ more. De tetricis, ac taciturnis dictitari solitum. Quod essent huiusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore. Autor idem Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad uitam intemperantē. Qui Curios simulat, & bacchanalia uiuunt.

A lasso rixa queritur.

XLVI

Seneca libro de ira tertio, Prouerbiū huiusmodi refert, a lasso rixa queritur. Aut lassus rixam querit. Quod, in quem sensum antiquitus fuerit usurpatū, nō satis liquet. Quod, si coniecturas sequi licet, apparet dictū, in quosdam morosiores, & ad rixandum procliuiiores, non quod offendant, sed quod alioqui animo male affecti sunt, ut sunt difficiles, ac submorosi, quibus fortuna aduersa est. Sed ipsius Senecæ uerba subscribā, ex quibus, puerbii sensus hic, ut opinor, colligi poterit. Ideo quibus stomachus suspectus est, pcessuri ad res agendas maioris negotij, bilem cibo tēperēt, quā maxime mouet fatigatio, siue quia calorē inedia cōpellit, & nocere sanguini, cursūq; eius, uenis laborātibus, sistit, siue quia corpus attenuatū & infirmū, incūbit animo. Certe ob eandē causam iracundiores sunt, ualetudine, aut ætate fessi. Fames quoq; & sitis, ex eisdem causis uitanda est. Exasperat enim & incēdit animos. Vetus dictum est, a lasso rixam queri. Acque autem & ab esuriēte, & a sitiēte, & ab omni homine, quē aliqua res urit. Nam ut hucera ad leuē tactum, deinde etiā ad suspicionem tactus cōdolescent, ira animus affectus, minimis offenditur, adeo, ut quosdā salutatio, epistola, oratio, & inrerrogatio ad litem euocent. Nunquā sine quærela ægra tangunt. Hactenus Seneca.

Gladiator in harena consilium capit.

XLVII

Gladiator in harena consilium capit. Admonet e re nata mutandū aliquādo cōsiliū, & tēpori, quod aiūt, seruiēdū. Refert & hoc ab Annæo Seneca libro epistolarū ad Lucilliū tertio, Iā intelligis (inquit) educēdū esse te ex istis occupatiōibus speciosis & malis. Sed quō cōseq possis, quæris. Quædā nō nisi a præsentē mōstrant. Nō potest medicus p epistolas, cibi aut balnetēpus eligere. Vena tīgenda est. Vetus prouerbiū est, Gladiatorē in harena capere consiliū. Aliquid aduersarij uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentē monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in uniuersum & mādari potest & scribi. Talc cōsiliū, non tantū absentibus, sed etiā posteris datur. Illud autē quādo fieri debeat, aut quēadmodū, ex longinquo nemo suadebit. Cū rebus ipsis deliberandū est. Hactenus ille.

Inlegantior Libethrijs.

XLVIII

Ἀμουσώτερος λεβηθρίων. i. Indoctior Libethrijs. Prouerbialis hyperbolæ, quadrans in hominē admodū idiotā, & ab omni musarū cōmercio prorsus alienū. A gentis huius agresti imperitia, sumptū est puerbiū. Tradūt enim Libethrios, musices, ac poetices, breuiter omniū elegantiorū disciplinarū, stolidissimos cōtēptores fuisse. Adeo, ut apud hos quidā occisum Orpheū existiment, quorū de numero Zenodotus est, qui Libethrios gentē Persicæ scribit fuisse. Seruius Libethrum fontē quempiā esse credidit. Vnde Vergilius in Melibœo musas Libethridas cognominarit. Plinius libro quarto, mentionē facit Libethræ fontis, quē constituit in Magnesia, quæ Thessaliæ regioni adiūgit. Solinus Libethrū uocat genere masculino. Strabo itē libro geographiæ nono, Libethridū spelunca nympharum. Qua ex re suspicari licet eos, qui Heliconæ & Pieriam & Libethrū & Pimpliam eisdem musis consecrarūt, Thraces extitisse. Pieres autem uocabant, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc possident.

Domesticum Thesaurū calumniari.

XLIX

τὸν οἶκον δικασυρόν διαβάλλεις. i. Domesticū Thesaurū calumniaris, siue traducis. i. tua ipsius car-

o

pis, lacerasq;. Simillimū illi, quod alibi retulimus Horatiano, Vineta ppria cedere. Aristides rhetor in Pericle, τὸν οἶκοι δικαστῶν διαεάλλοιμεν ἂν εἰ ταῦτα διασύροιμεν. i. Domesticū Thesaurū insimulabimus, siquidem istis obtrectabimus. Nullus autē sanæ mētis, quæ domi recōdita habet, traducit, ac reprehendit, sed suis quisq; fauct, alienis inuidet.

Qualis uir, talis oratio.

Annæus Seneca in epistolis quas scripsit ad Lucillium libro uigesimo. Apud Græcos, inqt, in prouerbiū cecidit, Talis hominibus fuit oratio, qualis uira. Græcū id prouerbiū extat apud Aristidem, in secūda Rhetorices aduersus Platonē defensione. οὐκ ἀπσατῆ δὲ ἡ παροιμία τούτων ἢ λέγουσα τοιοῦτος ὁ τρόπος, τοιοῦτος εἶναι καὶ τὸν λόγον, καὶ πάλιν τὸ ἔσθρον ὡσαύτως. i. Nō dissonat autē ab ijs adagiū, quo dicūt, Cuiusmodi sunt mores, eiusmodi & orationē esse, ac rursus qualis sit oratio, tales itē esse mores. Ad eandē facit sententiā, quod inter Solonis apophthegmata cōmemorat Diogenes Laertius. τὸν λόγον εἰδὼλον εἶναι τῶν ἔργων. i. Orationē factorū esse simulachrum, Perlius quinta Satyra, sententiā hāc allegoria textit, cum ait, Pulsu dignoscere cautus, Quid solidū crepet, & pictæ tectoria linguæ. Nimirū innuens, haud aliter animū hominis ex oratione spectari, q̄ uala dignoscunt crepitu, quē reddunt digito pulsata. Idem Satyra tertia, Sonat uitiū p̄cussa maligne. Respōdet uiridi nō cocta fidelia limo. Idq; p̄uerbij nō solum locū habet, cū improbū, aut probū uirū arguit oratio, uerum etiā cū ex stilo perpēdimus ingenium cuiusq;, omnēq; mentis habitū ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Etenim tumidi, stilius turgidus, abiecti, humilis exanguis, asperi, scaber, amarulenti, tristis, ac maledicus, delitijs affluentis, picturatus, ac dissolutus. Breuiter omne uitæ simulacrū, omnis animi uis, in oratiōe perinde ut in speculo representat, ac uel intima pectoris, arcanis quibusdā uectigijs deprehenditur. Itaq; Seneca Mœcenatis delitias ac molliciē, ex ipso hominis stilo colligi scribit.

ἡ ψελλὴ οὐ πιθύνει.

ἡ ψελλὴ οὐ πιθύνει. i. Balla nō credit, Locus prouerbialis, ubi quis sua mala conatur dissimulare, quæ prae se fert, etiam cum dissimulat. Veluti si quis neget se blasum esse, idq; ipsum non possit, nisi blasē dicere. Dicitum est enim πιθύνει pro πιεύει. Propterea, quod, qui linguæ uitio laborant, in literis duabus, sigma & rho potissimum laborāt. Refert a Suida. Notatus est & Alcibiadis Labdacismus, qui pro, ρ, litera, λ, solitus sit pronunciare, nō linguæ uitio, sicut arbitror, sed magis ob delitias. Apud Aristophanem in Vespis, ubi quispiam pro δέωρος δέωλος, proq; κόρακος κόλακος dixisset, alter subiicit, ορδῶς γε τοῦτ' ἀλκιβιάδης ἔξαύλισιμ, id ē, Recte Alcibiades hæc quidem ebalbutijt.

Nostris ipsorum alis capimur.

τοῖς αὐτῶν π̄εροῖς ἀλισκόμεθα. i. Nostris ipsorum pennis capimur. Aristophanes in Auibus, ταύτη μὲρ ἠκάσμεθα κατὰ τὸν ἀιχύλον τάδε οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν π̄εροῖς. i. Atq; hic qdē cōicimus iuxta Aeschylum. Hæc nō ab alijs, immo pennis proprijs. Aeschylus autē, ut admonet interpretes, in fabula, cui tytilus Myrmidones, hoc prouerbiū appellat λιβισυκόν, quod ex apologo Libyco ductum sit. Fertur autē apologus huiusmodi, aquilam ictam sagitta, cum insperxisset iaculum ad imaginē pennarum effictum, imitatumq;, dixisse, τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν π̄εροῖς, ἀλισκόμεθα. i. Hæc nō ab alijs, immo pennis proprijs capimur. Conuenit in eos, q̄ ipsi præbent occasionē sui malī, ut Chremes Terentianus, ἐμ̄ εἰς τὸν τιμωροῦ μύθῳ, cū seruū hortatur, ut Technā aliquā in Menedemū intēdat, a quo mox ipse deluditur dolis.

Bonæ fortunæ.

Ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Boni genij, uel bonæ fortunæ, subaudi, nomine, sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda, quemadmodum & illud Persianum. Hoc bene sit. Itaq; festiuus erit, cū ad iocum trahetur de eo, qui rem incœptat, leuem quidem illam, sed perinde laborans quasi esset maxima. Veluti si sordidus quispiā tandē uini cadum relineret, aut caseum diu seruatū aliquādo proponeret Ἀγαθοῦ δαίμονος. Zenodotus & item Aristophanis interpretes ostēdit p̄uerbiū hinc esse natū, quod olim peracto cōuiuio, sublataq; mēsa meracū inferri cōsueuit, isq; calix, ἀγαθοῦ δαίμονος boni genij appellabat, cui sententiæ suffragari uideretur Aristophanes in equitibus, μὰ δ' ἰαλλ' ἀκρατῶν δῖνον ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Nō per louē, uerū boni genij merū. Item in Vespis, μηδ' ἄρτε π̄οιμ' ἀκράτου μιδῶν ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Haud unq; biberim meri mercedem boni genij. Idem in eodē, καὶ ἀπείσομ' ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Ac boni libato genij nomine. Paulo diuersius in pace, κῆρ' ἡμ̄ ἢ ἄρπάσαι πάρεσι μ' ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Nam boni genij licet nunc inperere nobis nomine. Erat autem mos apud ueteres, ut propinantes, aut bibituri, Deum quē

plam aut hominē ominis causa præferentur, eumq; gignendi casu proferebant. Quemadmodum apud Lucianū in Lapithis Alcidas Cynicus, Iponſæ Herculis nomine propinat. Itē Horatius, Da lunæ p̄p̄ere nouæ, Da noctis mediæ, Da puer auguris. Alijs magis placet hinc du. Num adagium, quod antiquitus primus calix, Ἀγαθοῦ δαίμονος sit appellat⁹, caq; uoce bene ominari solcant, ob Bacchum, ceu uernaculum, ac domesticum Deum. Quinetiam mēsis cuiusq; diem a primo proximū, Ἀγαθοῦ δαίμονος appellabant antiquitus. Fertur & apud Thebanos facellum fuisse ἀγαθοῦ δαίμονος. Deniq; est & insula quædā huius nominis in mari Indico, quemadmodum ostendit Stephanus. Plutarchus conuiuialiū quæstiuncularum Decade tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem, ut nō gustarēt uinum, nisi prius libassent alicui deo, quo potus illius ceu pharmaci, sibi innoxius esset & salutaris. Atq; Athenis quidē, undecimo mensis die immolabāt uini primitias, eumq; diem pithœniam appellabāt. Ast apud Bœotos septimo mensis ineuntis die, sacris peractis bono dæmoni gustabant, post Zephyrum, quod is uentus præcipue suscitaret moueatq; uinum, adeo, ut quod illum effugerit, uideatur iam duraturum. Mensis autem is uocabatur ἠροσταίριος. Aristides in Themistocle uidetur ad hoc alluisse prouerbiū, cum ait, Ἀλλὰ καδέσκῃ οἱ ἔλλησι μ' ἀντ' ἀγαθοῦ δαίμονος, id est, Verum constitit Græcis boni genij uice. Quanc̄ hoc magis referendum ad id, quod alibi diximus, Bonus genius, & malus genius.

Ad aquam malus.

LIII

Ἐφ' ὕδαρ κακό. i. Ad aquam malus. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, propterea quod antiquitus, infames habebant, multoq; omniū cōtēptissimī, q̄ litigātibus aquā subministrare cōsueuerūt. Nam alias admonuimus ueteres ad clepsydrarum mensuram in iudicijs dicere solitos. Infundebatur & certātibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam, ac nullius frugis homines infundebant, dispēbantq;. Porro qui hoc ministerio fungebant, Athenis habebant reiecti, rei pariter, ac bonæ famæ indigi. Nō aliter, q̄ Rhomanis legibus notatur Scenici, & aliorum publicorum certaminū ministeria quædam. Est aliud huic confine, βάλλ' ἐς ὕδαρ, i. Aufer in aquam, id est in malam rem,

Phocensium execratio.

LV

Φωκέων ἄρα. i. Phocensium execratio. De iureiurando multis uinculis astricto. Nam olim in fœderibus quominus uiolarentur, adhibebāt, nō solum promissa, dexteras, & sacrificium, uerū execrationes in caput eius, quicunq; non staret pactis, id, quod ex Euripide licuit colligere, cuius hi uersus in Iphigenia Aulideni, ορκους σωᾶσαι, δεξιὰς τε συμβαλεῖν μνηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι' ἐμπύρων σπόνδας καθῆναι, κάπαράσασσ' τὰ δε. Eorum uersuum sententiam, nos olim sic uertimus. i. Vti coirent iureiurādo proci. Atq; inter ipsos iungerent dexteras, ad hæc Adolenda diuum ponent aris sacra. Ac semetipsi astringerent, diris ad id Caput obligantes execrationibus. Prouerbiū autē (ut ad id redeā) ab huiusmodi profectum est casu. Phocēs olim cōmuni populi cōsilio patriū solū reliquerūt, ad acti deuotiōibus, atq; execratiōibus q̄busdā, ne q̄s̄ ul' q̄ de repetenda patria cogitaret. Itaq; iuxta Dianæ oraculum Aristarcha duce, Galliā Narbonensem adierūt, ibiq; ciuitatē florentissimā Massiliam cōdiderunt. Cuius historię mentionem faciunt, Herodotus libro primo, Strabo quarto. Meminit & Horatius Odarum libro quarto. Forte quid expediat cōmuniter, aut melior pars Malis carere quæritis laboribus Nulla sit hac potior sententia. Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas, Agros, atq; lares patrios habitandaq; phana, Apris reliquit, & rapacibus lupis. Deinde qui fuerit eiulmodi ritus execratiōis apit. Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint, Vadis leuata, ne redire sit nephas, Neu cōuersa domū pigeat dare linthea, quādo Padus Matina lauerit cacamina In mare ceu celus procurrerit Apenninus, Nouaq; monstra uexerit libidine Mirus amor iuuet ut tygres subidere ceruis Adulteretur & columba Miluio Credula, nec flauos timeant armenta leones, Ametq; falsa leuis hircus æquora, Hæc & quæ poterunt reditus abscondere duces Eamus, omnis execrata ciuitas. Stephanus Φωκίαν urbem Ionię facit, cuius denominatiū Φωκίαν ἢ Φωκίαν, & alterā eiusdem nominis in Mycala Carię. Est autē & Φωκίη Bœotię regio, iuxta Parnassum, a quo denominatiū Φωκίης καὶ Φωκικοί. Hoc idcirco mihi uisum admonere, quod quidā affinitate nominū labi uidentur.

Phocensium amolitiō.

LVI

Haud scio num idem cum hoc sit, quod refert Stephanus idem, de nominibus urbium Φωκίη καὶ πόντας. i. Phocica desperatio, cui talem adscribit interpretationē, ἐπὶ τῶν τὰ ἀναλαγῆ βουλεύσθαι.

μύλων, i. qui consultant de relinquendis molestijs. Id, quod non dissonum est ab illo Horatiano, Malis carere quæritis laboribus. Quamvis uox ἀπόνοια cum interpretamento non admodum congruit, magis quadratura, si legatur ἀπονοία, nisi malum ἀπόνοιαμ accipere demigrationem, a uerbo ἀπναιώ, quod significat sedem, habitationemque mutare. Id, quod & mihi uero propius esse uidetur.

A linea incipere.

LVII

Ἀπὸ γραμμῆς ἀρχεῖς, i. A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Aristides sophista in Themistocle, ἡ αὕτη πρώτη θεμιστοκλέους ἐξέτασις ἢ κρίσις, ἐν τεύδει ὄρα τὸν ἄνδρα, ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμενος, i. Hoc primū Themistoclis specimen, ac probatio. Hinc uirum spectato, a linea exorsus. Is, qui in hunc autorem addidit scholia, putat hoc prouerbiū finitimū illi, ἀφ' ἐσῆας ἀρξάμενος, i. A lare exorsus. Mihi magis uidetur cognatū illis, quæ diximus alibi, A capite, a carceribus, Sic enim uocabant unde primū emittebantur equi, quod ipsum & oppidum uocatur, autore Varrone. Sumpta est autem metaphora ab his, qui cursu certant in stadijs. Nam ijs linea quædam ducitur, ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant, ut ostendit Aristophanis interpret in eo, quem mox citabimus loco.

A carceribus.

LVIII

Ἀπὸ βαλεῖδωμ, i. A repagulis, siue carceribus. Eandem habet sententiā cū eo quod proxime retulimus. Aristophanes in Vespis, καὶ μὴν εὐδύς γ' ἀπὸ βαλεῖδωμ περὶ φθὶ ἀρχῆς ἀπρ' εἶξω, i. Atqui p̄tinus ab ipsis carceribus de principatu demonstrabo, i. Ἀπὸ ἀρχῆς εὐδέως. Interpret ostendit, ut modo dixi, metaphora mutuam sumptam a stadijs, in quibus carceres, crant repagula quædam, unde cursus initium erat, quæ Græci βαλεῖδωμ, seu ἀφετηρία appellat, iuxta has linea tendebatur, cui insistebant cursuri. Vnde frequentes illæ apud Latinos etiā scriptores formulæ, a carceribus ad metam, a meta ad carceres. Quæ quidem exempla citauimus alibi.

Noua hirundo.

LIX

Νέα χελιδών, i. Noua hirundo. Suidas hoc adagium citat ex auibus Aristophanis, fallente, sicut opinor, memoria. Nam extat apud hunc poetam in equitibus, his uersibus, ἐξήπαλω γὰρ τοὺς μαγείρους, ἐπιλέγωμ τοιαυτῆ. Σκέψασθε παῖδες οὐχ ὄραθ' ἴσρα, νέα χελιδών οἱ δ' ἐβλεπομ, καὶ γὰρ τὸ σούτῳ τῶμ κρεῖωμ ἐκλεπτομ, i. Etenim coquos ego fefelli, fatus hæc ad illos Spectate pueri, nō uideatis. Ver, noua ecce hirundo Illi tuentur, Interim autem sustuli ipse carnes. Interpret admonet puerbiali figura dictum, ac perinde ualere, quasi dicas initiū ueris. Propterea quod id tēporis, appareat hæc auis, Quæmadmodū & Horatius, Zephyris & hirundine prima, Suidas ait dici solere, quoties uerba darentur alicui, Sumptū est a loco puerili. Nam hi data opera, nouam hirundinē adsimulantes uidere sese ostendunt alijs, deinde cōtēplantibus illis & intentis, interim quod uolūt, surripit. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam iniecta, fallunt, ac nocent.

Iouis cerebrum.

LX

Διὸς ἐγκέφαλος, i. Iouis cerebrum. καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος, i. Regis cerebrum. De cibo uehementer opiparo, ac suauis. Aut de molliter, delicateque uiuentibus. Clearchus apud Zenodotū scribit, opiparas epulas apud Persas, Iouis ac Regis cerebrum appellari. Apud Apuleium in prima apologia citatur Ennius. Quid scarum præterij, cerebrum Iouis pene supremi, Nestoris ad patriā, hic capitur, magnusque bonusque. Ephippus apud Athenæū, Διὸς ἐγκέφαλος, i. Iouis cerebrum, inter secundæ mensæ lautitias cōmemorat.

Non mouenda moues.

LXI

Ἀκίνητα κινῆς, i. Non mouenda moues. Quadrabit aut in eos, qui moliantur ad ἄνατῶν aliquid, aut qui res sacras uiolant, aut qui pacta mutant, siue qui cōuictijs incessunt eos, quibus ob auctoritatem debetur reuerentia. Zenodotus inde natum putat, quod fas non sit mouere, neque aras, neque sepulchra, neque sacella, quibus reuerentia quædam, ac religio debetur. Plutarchus in commentario de Dæmonio Socratis, scribit hanc uocē editam cuidam euocati manes amici defuncti, τὰ ἀκίνητα μὴ κινῆμ. Idē, ἐμ τῷ ἐρωτικῷ usurpat in cū, q̄ receptā de Dijs opinionē, cōuellere uidebat. Meminit huius Plato lib. de legibus octauo, p̄ferēs legē, quā Iouis terminalis appellat, neque uicini ciuis, aut hospitis, limites agrorū moueat, neque ite urbīs, aut regionis portueria moueat, malitque quæque saxū ingēs mouere, quæ exiguū lapidē fœdere, iureque iurādo fixum. Quin magis existimet uerum esse quod prouerbio dicit, οὐτρε ἀκίνητα κινῆ. i. Sic immota mouet. Idem libro de legibus undecimo, ἐπὶ πολλοῖς γὰρ δὴ λεγόμενον εἶναι τὸ μὴ κινῆμ τὰ ἀκίνητα, i. Ita

ter multa illud recte sane dicitur, Ne moueris non mouenda. Et in Epigrammate quodam ita legitur, ακινήτων ἄπρητη οὐδ' αἰδής. i. imnota haud tangit ne Libythina quidē. Sophocles in Antigone, Ὀρσεας με τ' ακίνητα δια φρενῶν φράσαι. i. Coegeris me nō mouenda proloqui. Idem in Oedipo colonæo, ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδ' αὐμ ἠδ' οὐ τ' ακίνητ' ἔπκη. i. Neq; enim suaue est, uerba in auras eloqui, quæ sit nefas mouere. Plutarchus in libello de auscultando, ἐπιθυμία κινούσα χορδὰς τὰς ακινήτους. i. Cupiditas chordas mouens nō mouēdas. Idem, περὶ φιλοδολεχίας, κινούσα χορδὰς τὰς ακινήτους φρενῶν. i. Fides mouens minime mouendas mentium.

Neq; mel, ne apes.

LXII

μηδὲ μέλι, μηδὲ μελίσσας. i. Neq; mel, neq; apes. In eos dici solitum, qui recufant incōmodum ferre, quod sit cum cōmodo quopiam coniunctum. Veluti si quis apes, quod sint aculeatæ non sit perpeti, is ne melle quidem, quod optat, fructur. Res enim mortaliū ita temperauerunt superi, ut semper incōmoditas comes sit commoditatū. Tryphon grāmaticus, in figuris, hoc exemplum adfert parœmiæ, citatq; ex sappho poetria Lesbica, μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα. i. Neq; mihi mel, neq; apis. Celebratur Mimus, ad hanc faciens sentētiam. Feras quod lædit, ut quod prodest, perferas. Eodem pertinet illud Plautinū. Fortiter malum qui patitur, post potitur bonum. Idem obscurius quidem, sed tamen eleganter innuit Homerus, ut opinor, per herbam Moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit, radicis nigrae symbolo, laboris molestiā significans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, uirtutis absolutæ præmium.

Tussis pro crepitu.

LXIII

ἢ ἐάν τι πρὸς ἡς. i. Tussis pro crepitu, Dici solitum quoties aliquis perplexus, aliud pro alio simulat. Veluti si quis in adulteræ domo deprehensus, fingeret se quippiam mercatum uenisse, Translatum ab ijs, qui crepitum, clara tussi dissimulant, quod genus homines etiam hoc tempore non raro, magno cum risu deprehenduntur.

Cornicibus uiuacior.

LXIII

ἢ πρὸς τὰς κορώνας βελιοκῶς. i. Cornicibus uiuacior. De uehementer annosis, prouerbialis hyperbole. Ab auis eius prodigiola uiuacitate sumpta, de qua ita scribit Plutarchus in commentario, qui inscribitur, περὶ τῶν ἐκλελεπτότων χρηστικῶν, citans Hesiodum sub persona Naidis, atates animalium uarias sic complectentem. εὐνέα τοὶ ζῶει γενεὰς λακέρυζα κορώνη ἀνδρῶν ἢ βῶντων, ἔλαφος δ' ἐτε τετρακόρωνος τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γκράτκετ, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ εὐνέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμῆς τὸς φοῖνικας, νύμφη δ' εὐπλόκαμοι κοῦραι διὸς ἀγιοχίοιο. i. Ter tria sæcla hominis trāsmittit garrula cornix Quattuor at peragit cornicis tempora ceruus Ccruinam ætatem coruus ter præterit ater. Coruinos annos nouies agit Indica phœnix. Atqui crispicomæ, soboles Iouis alma tonātis, Egedimur decies Phœnicia sæcula, nymphæ. Hos uersus Hesiodios interpretatus uidetur quidam quisquis fuit. Extat autem carmen inter reliquas Maronis appendices. Estq; huiusmodi. Ter binos, deciesq; nouem superexit in annos Iusta senescentum, quos implet, uita uiroꝝ Hos nouies superat uiuendo garrula cornix. Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus, Alipedem ceruum ter uincit coruus, at illum. Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales, Quem nos perpetuo decies præuertimus æuo.

Nymphæ Hamadryades, quarū longissima uita est. Hæc cohibent fines uiuacia fata animantum. Cætera secreti nouit Deus arbiter æui. Hos uersus ideo pariter libuit subscribere, ut mihi sapius ex tempore id, quod erit necesse uertenti, uenia detur, si quando uidebor nō omnia usq; quaq; adamussim reddere, cum in his apparuerit, quantum sibi permiserit antiquitas in traducendis poetarū carminibus. Eandem hanc Hesiodi sententiam oppido q̄ commode, breuiterq; reddidit Plinius. Hesiodus, inquiēs, cornici nouē nostras attribuit ætates. Quadruplum eius ceruus, id triplicatum coruus. Etiam si nonnullis autoribus hæc fabulosa uidetur. Inter quos Aristoteles arbitratur homine nullum aliud animal esse uiuacius, excepto uno elephanto. Martialis, Et cornicibus omnibus superstes, De anu nimium uiuace. Item Horatius in Odis, Seruatura diu, parem Cornicis uetulae temporibus Lycen. Eodē pertinet, quod Philoſophus ille moriens, cornicibus inuidisse legitur lōgæuitatem, quam natura negasset homini. Synesius in epistola quadam εἰκὸς ὅστι κορώνης ἐνι αὐτῶν ἄρξαι παρ' ἡμῖν, τὸ δικαιοτάτην ἄρχοντα. i. Consentaneū est iustissimū principem, cornicis annis apud nos imperaturum esse.

Tithoni senecta.

LXV

τιθωνοῦ γῆρας. i. Tithoni senecta. Fabulæ tradunt Tithonum adamatum ab aurora, in cœlū sublatum fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tantam peruenisse senectutem, ut tandem opta

uerit, ut in cicadam uerteretur. Lucianus in quodam Dialogo, και ὑπερ τιθωνῶν ἕξ ὁ γέρωμ. i. At q; ultra Tithonum uiuebat senex. Hui⁹ Tithoni personam inducit Aristochius, in libro de senectute, propter uiuacitatis miraculum, ut testatur in Catone. M. Cicero.

Nestorea senecta.

LXXI

Iridem certe apud Latinos Nestoris anni in prouerbium abierunt, cui treis atates attribuit Homerus in Odyssæa tertio, τρις γὰρ δὴ μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν. i. Illum iam exegisse hominū tria sæcula fama est. Idem affirmat in primo Iliados. Et Iuuenalis, Atq; suos iam dextra computat annos, tertiam atatem indicans. Breuiter puerbii faciem habebit, quicquid ab ijs sumetur, qui insigni uiuacitate fuerunt. Vt phœnice uiuacior, quem Hesiodus scribit, nouem corui atates uiuere, & ceruo uiuacior, Coruo uiuacior, & Tirelia uiuacior, quæ Tragedia fingit sex atates hominū uixisse. Et Scribus uiuacior, quos Græcis historijs proditū est, trecentos annos uiuere, Quod genusexempla si quis desyderet, legat Lucianū de Macrobijs, id est longæuis, & Plinij septimi libri caput quadragesimū octauum.

Ultra pensum uiuit,

LXVII

Lepidum est, quod ait Lucianus in Philopseude, ὑπερ γὰρ τὸν ἄτρακτον ἦδη βιοῖ. i. Iam enim ultra fufum uiuit, hoc est, uiuit ultra fatalem diem, Allusum ad parcarum fufos, quibus æuum mortalium euolui fabulantur poetæ. Quin & Theologi metam uitæ fatalem, periodum apellant, quam prætercurrere nulli phas sit.

Facile cum ualemus, recta consilia ægrotis damus.

LXVIII

In Andria Terentiana ab adolescente non admodū cordato, cordatissima simul & elegantissima sententia profertur. Facile cum ualemus recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Ea nata uidetur ab oraculo Thaletis philosophi. Nam is, ut est autor Laertius, interrogatus quid nam esset difficillimū, respondit, nosse seipsum, quid facillimū, respondit, ἄλλω ὑπερδιδασθαι. i. alteri consilium dare. Comicus autem translationis gratiam admisit. Euripides in Alcestide, μή νῦν ὑπερβαίῃ ἀλλ' ἐνασίμως φέρε. i. Ne nimius hic dolor esto, sed modice feras. Verba sunt Herculis Admetum consolantis super uxoris morte. At ille, εὖ ἔομαι παρὰ τὸν πᾶν δόντα καρτερεῖν. i. Facilius est monere, q̄ situm in malis animo imperare. Fertur & huic similibus sententia prouerbialis, ἅπαντες ἐσμεν εἰς τὸ νοσητεῖν σοφοί, αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες, οὐ γινώσκουσιν. i. In admonendo sapimus omnes, uerum ubi Peccamus ipsi, non uidemus propria. Ducta est sententia a cōmunibus hominū moribus. Omnes enim ægrotantibus recte præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunq̄, quod salutis causa non obtemperent bene monentibus. Ipsi postea q̄ in morbum inciderint, nō succurrunt illa præclara monita, sed alijs item monitoribus & obiurgatoribus, est opus. Porro cupiditas omnis, animi morb⁹ est, quo uelut excæcatus, aut non perspicit, aut si perspicit, sequi nō potest ea, quæ sunt ad salutem necessaria. Nam Phædria Terentianus, prudens & sciens in flammā manū mittit, & uiuus, uidentiq; perit. Item Horatius fugienda sequitur, fugiēs quæ profore credit. Perspicit avarus aliquando, q̄ prodigiosa res sit ambitio. Contra, ambitiosus auari morbum peruidet, & uterq; alteri, in alieno malo recte consulit, neuter in suo sapit.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

LXIX

τὰ ὑπερ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. i. Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticū, deterrrens a curiosa uestigatione rerum cœlestium, & arcanorum naturæ. Refertur prouerbii uice a Lactantio libro tertio, capite uigesimo. Ex his, inquit, unum eligam, quod ab omnibus sit probatum, celebre. Hoc puerbiū Socrates habuit, Quod supra nos, nihil ad nos. Torqueri potest & in illos, qui de negocijs principum, aut Theologiæ mysterijs temere loquuntur. Vertere licebit & in contrariū, quæ infra nos, nihil ad nos. Vbi significamus res leuiusculas, q̄ ut nobis curæ esse debeant.

Notum lippis, ac tonsoribus.

LXX

Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonsoribus, ac lippis nota dicuntur propterea, qd̄ olim in Tonsinarum confessibus, omnes rumores narrari consueuerunt. Quod indicat Aristophanes in Pluto. και τὸ λόγος ἡμῶν, νηὶ τὸν ἱρακλέα πλὴν ἐπὶ τῶν κενεῶσι τῶν καδιμῶν ὡς ἕξαπίνης ἀνὴρ γεγέννηται πολούσιος. i. Hercle profecto sermo erat uidelicet, In officinis desidentiu frequens Tonsorij, hominem repente diuitem, Factum esse. Et apud Terentium Antipho, in Tonsrina de puella cognoscit. Item Horatius de Tonsrina, Gaudent ubi uertice raso Garrula securi narrare pericula nautæ. Idem in sermonibus. Opinor, Omibus & lippis notū & tōsoribus esse. Vbi puerbiū explicuit, significās rē uulgo iactatam. Nam lippi in ton

forum officinis desident, expetentes remediū oculorum. De tonforum garrulitate complura lectu digna recenset Plurarchus in libello, quē scripsit de futili loquacitate. Quorum unum illud referre nō pigebit. Cum aliquando, inquit, in tonstrina sermo esset de Dionysio, dicereturq; tyrannidē illius Adamantinā esse, & inexpugnabilē, ridēs tonfor, Heccine, inquit, loqui uos de Dionysio, in cuius iugulo, ego subinde tenco nouaculam? Quod dictū simulatq; Dionysius rescisset, tonforem in crucē sustulit, atq; ita (quod ait Plinius) uoces per iugulum rediere in authorē. Vt autē tonforū genus usq; adeo loquax sit, id existimat esse in causa, qđ in corū officinas loquacissimi quiq; conueniant, desideantq; quorum assiduo conuictu, garrulitatis morbo inficiuntur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, ut idem testis est Plutarch⁹, τὰ νοσηῖα, αἰνὰ συμπόσια, id est, sine uino comotationes appellauit, quod illic loquacitate, ceu temulenti reddantur homines.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

LXXI

Oppido q̄; eleganter extulit Horatius, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Vitiū illud significans humanis ingenijs insitum, ut semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnunt, ac fastidiant, optent inexperta, experta damnent. Siquidem, Ephippia uocantur, quas uulgo fellas equestres appellant, additas in hoc, ut cōmodius sedeat eques. Veteres bubus arabant, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiā. Citra metaphoram dixit Terentius, Nostri nosmet pœnitent.

Fertilior seges est alieno in aruo.

LXXII

Ouidius mutauit metaphoram, eundem explicans sensum, Fertilior seges est alieno semper in aruo, Vicinumq; pecus grandius uber habet. Persius satyra sexta, Securus & angulus ille Vicini quia pinguior. In eandē sententiā celebratur & Mimus, unus, ut opinor, ex illis Publij ab Aulo Gellio laudatis. Aliena nobis, nostra plus alijs placet. Et Horatius, Qui fit Mœcenas, ut nemo quam sibi sortem. Seu ratio dederit, seu fors obiccerit, illa contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

Fecem bibat, qui uinum bibit.

LXXIII

Haud dubium quin prouerbialiter dixerit Aristophanes in Pluto, Fecem epotandam eidem, qui uinum prius ebiberit, id est qui fructus sit optimis, eundē boni consulere debere deteriora. ομως δ' ἐπειδὴ ἢ τῷ οἴνω ἢ τοῖς πίνεμ, σωκετε τοῦ ὄσι ἢ τῷ πῶν γύγα. id est, At ubi haud grauius, bibere uinum es, fex item Tibi nunc eidem est ebibēda scilicet. Verba Chremyli de muliere, quæ quondā uernans ac florens atate placuerat, tum anus fastidiebatur a iuuenē.

Cræso, Crasso ditior.

LXXIII

Apud Græcos opulentia Cræsi Lydorum regis in prouerbiū abiit, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item. M. Crassi, cui cognomentū etiam diuitis additū est. Hic negabat diuitē esse, nisi qui redditu annuo legionē tueri posset. In agris suis sestertium uicies mille possedit. Cōmemoranē & alij nōnulli apud Pliniū libro tricesimotertio, capite decimo, & itē tertio, q̄ imodicas opes possederūt, atq; in his est Aristoteles, sanctus ille philosoph⁹. Verū nō itidē in uulgi cessere sermonē. Proinde nihil attinet hoc loco referre. Festiuor erit adagi figura, si numerū etiā cōmutemus, ut diuus Hieronymus, Cræsos licet spires, & Darios, literæ marsupii nō sequunt. Horatius & Arabū gargas dixit, p̄ cumulatis opibus, nō sine specie prouerbiali, quemadmodū & Persicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosis.

Pactoli opes.

LXXV

τὸν πακτώλου πλοῦτος. i. Pactoli diuitias, p̄ summis opibus alicubi dixit Philostratus. Est autem Pactolus Lydiæ fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis scateis harenis, unde & χρυσόλας a poetis cognominatus. Cuiusmodi narratur & Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatq; ullum esse aurum absolutius, q̄ id quod in fluuijs reperitur, utpote cursu ipso tritūq; perpolitum. Horatius in Odis, Sis pecore & multa diues tellure licebit, Tibiq; Pactolus fluat, Iuuenalis, Tanti tibi non sit opaci omnis harena Tagi, quodq; in mare uoluitur aurum. Has hyperbolas in uarios usus accommodare licebit. Veluti si quis dicat, Hos tantos sumptus sustinere nemo queat, ne si Pactolus quidē illi domi fluat. Huius hominis cupiditatem, ne Tagus quidem ipse possit explere. Nihil mediocriter sperabat, sed totos Pactolos, ac Tagos animo conceperat. Aut Pactolos pollicebatur id est diuitias effertissimas.

Iro, Codro pauperior.

XLVI

o 4

Contra Iri & Codri pauptas, puerbio locū fecit. Ouidius, Irus erit subito, qui modo Crœsus erat. De Codro Iuuenalis, Tota domus Codri rheda componitur una. De Iro mentionē facit Homerus Odyssæa. ɛ. Scribitq; eum publicū fuisse mendicū apud Ithacenses, corpore, specieq; pręgrandi, a matre dictum Arnaum, a iuuenibus Irū fuisse nominatū, quod iret nuncius, quo iussus esset. Cū hoc cōmissus Vlysses, cū haberetur & ipse pro mēdico, eiicit hominem. His formulis quot modis uti liceat, in operis ingressu satis ostendimus.

Myforum postremus.

LXXVII

μυσῶν ἔχαρος. i. Myforū extremus. Strabo geographiæ libro duodecimo, refert Myforū populum usq; adeo contemptū fuisse, ut puerbio locum fecerit. Id usurpat. M. Tullius in oratione, pro Lucio Flacco. Quid, inquit, porro in græco sermone, tam tritum atq; celebratū est, q̄ si quis despiciatui ducitur, ut Myforum ultimus esse dicatur. Idem ad Qu. fratrem, Nisi me forte Paconij nescio, cuius hominis, ne Græci quidē, at Mysi, aut Phrygis potius querelis moueri putas, nimirum gentis eius contemptū declarans. Summū itaq; despectum & infimam humilitatem, hoc adagio significabimus.

Myforum ultimus nauigat.

LXXVIII

Εχαρος μυσῶν πλεῖν. i. Myforum postremus nauigare, puerbiali ioco dicebat, qui frustra laboraret. Origo puerbii, sicuti fit in plerisq; non uno narra modo. Quidā tradūt olim græcis pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, ut ad ultimum Myforum nauigarēt. Ac primum quidem ambigebant, quid sibi uellet oraculum. Tandem diu circūacti reppererunt Aeolidem in extremis Myforum esse sitam, atq; eo demigrandum esse monuisse numē. Alij scribunt Telepho, post interemptos auunculos, consulenti Pythium, quo gentium sibi demigrandum foret (Nam antiquitus mos erat homicidis solum uertere) responsum, uti ad extremam Myforū regionem sese conferret. Venissq; in Teuthraniam, quæ Mysiæ extrema pars, atq; eius loci principatum obtinuisset. Sunt qui dicant hunc non ob eadem auunculorum fugisse, sed uti matrem quæreret, quam in Teuthrania tandem inuenit. Prouerbiū autē dicitur, ubi dura quæpiam imperarentur, factuq; difficilia.

Tangere hulus.

LXXIX

κινῆν ἢ δίγειν τὸ ἔλκος. i. Mouere seu tangere hulus, est mouere dolorē, eiusq; rei facere mentionem, quæ nos magnopere urat. Terentius, Quid minus necesse fuit, q̄ hoc hulus tangere. Quo loco Donatus admonet subesse puerbiū. Octavius Augustus, ut autor est Tranquillus, filiarum Iuliarum, & neptis infamem uitam, morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consuevit, q̄ tres uomicas, aut tria carcinomata sua, nimirum quod earum non sine magno dolore suo recordaretur. Hanc metaphoram. M. Tullius oppido q̄ eleganter expressit in Clodium, qui populum fame iam exasperatum, cōtionibus insuper seditiosis in rabiem agebat. Ut tu, inquit, in hoc hulcere tāq; unguis existeres. Plutarchus, de adulatione. κενῶς δὲ λόγῳ κινήσωντες ἔλκος. i. Arcani sermonis cum mouisset hulus.

Refricare cicatricem.

LXXX

Cum dolor temporum spatio iam mitior renouatur, Refricari cicatrix dicitur. Notum unde ducta metaphora. Nempe a corporali uulnere, quod iam coijt, cicatrice obductum. Quasi frictu denuo aperiatur, recrudescit uulneris pristini dolor. Cic. ad Atticum, Appij uulnera non refrico. Dicimus & refricare memoriam, & suffricare memoriam, pro eo, quod est leuiter renouare, sed in malam scire partem.

Odorari, ac similes aliquot metaphoræ.

LXXXI

Translationes, quæ ducunt a corporis sensibus, quoniā uelut ad manū sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes ferme puerbiales sunt, quemadmodū admonuimus in principio. Velut odorari, p̄ resciscere, & sagaciter dephensum, atq; animaduertum cognoscere. Odor, p̄ suspitione, ac rumore. Cicero, Est nōnullus odor dictaturæ. Olfacere, apud Terentium in Adelphis, pro deprehendere. Subolere apud eundem, pro suspectū esse. Obolere, pro molestū esse, aut esse in suspitiōe. Vnde & nasuti dicunt, & emūctæ naris, & muccolis narib⁹. Deniq; nasus ipse in puerbiū abiit pro iudicio. Hora, Non quia nullus illis nasus erat. Et putet, quæ displicēt. Huc ptinent & illa. Olet mendaciū. Redolent Atticismū. Olent Iucernam. Itidē gustū rei uocamus, ueluti primam illam experientiā, & degustationē, quasiq; specimen. Cicero ad Atticum, Homine degustes. Idem ad eundē, Et Latinus ille tuus Atticismus ex interuallo regustandus. Vnde & saluam primā dicimus primū illū gustū, quē pueri tanq; a nu-

tricibus imbibimus. Et palato satisfacere dicunt, quod animo placet. Et deuorare dicimur, cum rem alioqui acerbam, ueluti citra sensum perferimus, translatione sumpta ab his, qui amara capotia, tanquam inuito palato solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem & Fabium, Deuorare tedium, absorbere molestiam. Affinia sunt illa, Sapiunt arrogantiam. Respiunt iuuenile quiddam. Concoquere item, per uincere molestiam. Nauseare, cum tedium audire. Euomere, dicere, quod dolor non sinebat reticere. Et expuere miseriam ex animo. Cosputare, per lacerare maledictis. Despuere pro contemnere. Stomachari pro indignari. A uisu item multae ducunt metaphorae, ut oculis ferre, pro uchementer amare, cureque habere. In oculis esse. Obuersari oculis, per eo, quod est recordari, & in memoria, cogitationeque esse. Respicere, curam agere, & rationem habere. Prospicere, in posterum consulere. Despicere, fastidire. Susplicere, mirari. Coniungere, per data opera dissimulare. Caecutire, hallucinari, pro falli iudicio. Verum haec longius persequi, nec huius est instituti, & infiniti fuerit opis. Quare quaeque istiusmodi uidentur ad purbiorum cognationem pertinere, tamen ea minutius, exactiusque conquirere, non est sententia, maxime, quod iam hanc prouinciam sibi sumpsit Ricardus Paceus, natione Britannus, cuius & saepius libet meminisse, iuuenis (ut nihil interim dicam de moribus, prorsum tali dignis ingenio) Graecae pariter, ac Latinae literaturae, cum primis eruditus, tum haud mediocriter exercitatus in euoluendis omniuigae professionis autoribus, deinde oculatissimus in annotandis ijs, quae lectorum uulgis illotis (ut aiunt) pedibus praetererunt. Denique iudicij nequaquam iuuenilis, sed excussi, exactique. Hic inquam felicibus musarum auspicijs, opus animo concepit, iam opinor, etiam praemanibus habet, magno (ni fallor) uisui futurum, politioris literaturae studiosis, in quo quicquid est apud utriusque linguae scriptores, insignium metaphorarum, quicquid festiui, ac scite dictorum, quicquid huiusmodi gemmarum, ac deliciarum orationis, in unum uolumen concinnare destinat.

Mihi istuc nec feritur, nec metitur.

LXXXII

Plautus in Epidico, sane quae elegans adagium usurpauit, Mihi, inquit, istuc, nec feritur, nec metitur, id est ista res nihil ad me pertinet, ut quae neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, in suo impendio, suoque periculo facit, qui metit compendium accipit, & in tuto est.

Ab ipso lare.

LXXXIII

Αφ' εσίας ἀρχῆ. i. A lare incipe, hoc est, a domesticis, ac familiaribus initiis sumito. Recte dicitur in magistratus, & alienae uitae ceteros, quorum officium est, ut in primis suos, suorumque uitam corrigant. Nam εσία Græci uocant, quae nos laræ, ac uestia uocamus. Aristophanes σφηξίμ, οὐκ, ἀλλ' ἴνα ἀφ' εσίας ἔρχόμενος ὑπὸ γέλωτι. i. non, sed ut a lare exorsus comminua quaedam. Ductum a uetusto ritu sacrorum, in quibus primitiae laribus imolabantur. Aristocritus, ciuitate interprete, fabellam huiusmodi refert. Cum deuictis Titanibus, Iupiter imperio potitus esset, uestiae permisit optionem, ut quicquid uellet, eligeret, ex regni partibus. Illa primum uirginitatem poposcit, deinde sacrorum omnium, quae Dijs imolaretur hoies, primitias. Inde abiisse in consuetudinem, ut in omni sacro, primae partes lari tribuerentur. Vtusus est hoc adagio Plato in Euthyphrone, βλοίμην ἂν ὃ σώκρατες, ἀλλ' ὁρῶ δ' ὡς μὴ τὴν αὐτίον γέννηται. Απεχθῶς δ' ἀφ' εσίας δοκῶ μοι ἀρχεῖν κακουργῆσαι τὴν πόλιν, σε ἐπιχθῶν ἀδικῆσαι. i. Equidem cupiam, uerum uereor, ne res in diuersum exeat. Nam mihi quidem laedenda Reip. ab ipso lare facere uideris initiis, cum te pergis laedere. Plutarchus in libello de Polyphilia, πρῶτον μὲν οὐκ ὡς πρὸς ἀφ' εσίας ἀρχάμενοι. i. Primum igitur uelut a lare exorsis. Totidem ferme uerbis utitur in commentario, περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Δείου βραδέως ἡμωρουμένων. Usurpat & in libello, quae scripsit aduersus Herodotum. Aristides in Pericle, ο δ' ἀφ' εσίας ἀρχάμενος ὅτι ἀντὸς αὐτῶν, τὸ σὺ μμεῖζον ἤσειτο, πρὸς τὸ πλείονος. i. At ille a suo ipso exorsus lare, maluit aequalitate sequi, quam reliquos antecellere. Interpretes admonet dici solitum de ijs, quae ab ipso statim initio, uel boni sunt, uel mali. Quasi dicas ab ipsis incunabulis, quod lar statim nascetes excipiat.

Propria uineta caedere.

LXXXIII

Huic affine est illud Horatianum, ut uineta egomet caedam mea. i. ut a me ipso incipiam, & poetas, ipse poeta carpam, ac lacerem. Translatum uideri potest uel ab amputantibus uineta, uel ab ijs, quae per inuersionem nouellas uites laedunt. Horatius in epistolis. Multa quidem nobis facimus mala multa poetarum, ut uineta egomet caedam mea.

Aedibus in nostris, quae praua, aut recta geruntur.

LXXXV

Aulus Gellius scribit hunc Homericum uersiculum, puerbè uice semper in ore fuisse Socrati, Laertius, Diogeni, Socraticis, ὅτι τὸ ἐμ μεταρσοισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τίετυκτῆ. i. Aedibus in nostris, quae praua, aut recta gerantur. Plutarchus in commentario de seruanda bona ualeitudine puerbè uice uisur-

pauit, εἰ μᾶλλον αὐτὸ ὅκτι προσήκει γεομετρίας ἢ διαλεκτικῆς ἢ μουσικῆς ἢ ἄλλῃ, μεταπειροῦμενον ἢ ζητῆται καὶ μαθητῶν βελόμην, ὅτι τοῖς ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. i. Si magis officij sui putat esse, ut in Geometriæ, Dialecticæ, Musicæq; studio uersari uideatur, q̄ ut inquirat, cupiatq; cognoscere. Aedibus in proprijs, quæ praua aut recta gerantur. Quo uersu monemur, ut ea potissimū, quæ ad nos ipsos pertinent, curemus, externa atq; aliena ne inquiramus. Quo uitio festi- uiter Martialis, Orū quendā notat, qui malorū alienorū erat obseruator curiosissimus, & taxa- tor acerrimus, cum ipse uxorem haberet adulterā, filiam uiro maturā, deberetq; etiānū p̄ to- ga. Diogenes Cynicus, cui carmē hoc, ut mō dixi, sc̄mp in ore cōsueuit esse, Grammaticos nimis ridicule facere aiebat, qui tanto studio Vlyssis mala inquirerent, sua ignorarēt. Huc referri po- test, & illud apud Homerum pene solēne. ἀλλ' εἰς δῖον ἰούσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. i. Quin in te c̄ta abiens, tua propria munia cura. Plutarch⁹, πολυπραγμοσύνη, definit. φιλομάθειαν ἀλλοθίω κα- κῶν. i. Curiosi: atem, studium aliena mala cognoscendi. Atq; id hominū genus Lamij's similes ait, quæ domi oculos reconditos habent, foras egressuræ reponūt. Atq; ita fit, ut domi cæcu- tiant, foris sint oculatissimæ. In huiusmodi præpoltere oculatos elegāter torseris illud Sopho- clis de senibus dictum, πέρρωθε λίσσω, ἐγγύθει μὲν ἢ πᾶς τυφλός. i. Procul uidēs, sed cominus uidēs nihil. Nā id senibus accidit, ut propius admota non cernant, longius semota uideant, atq; hu- ius rei causam reddit Plutarchus, conuiuialiū quæstionū prima decade.

In se descendere.

LXXXVI

In se descendere, est sua ipsius uitia quempiā inspicere. Translatū uel a fodinis, uel a cellis, in- quas qui descendūt, quid illic repositum, reconditumq; sit, nosse possunt. Allusum est autem ad specus illos & sinus humani cordis, quibus Momus fenestram adhiberi uoluit. Persius, ut nemo in sese tentat descendere nemo. Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Tecum habita.

LXXXVII

Proximum Homericō carmini uideē & illud eiusdē Persij. Tecū habita, ut noris, q̄ sit tibi curta suppellex, id est domi tuæ uiuito, ut intelligas, q̄ tenuis sit tua fortuna. Translatum ab ijs, qui in principū familijs agūt, & ut uulgo fit, ex alienis opibus, perinde quasi suis intumescūt, quibus si domi uiuendum sit, uix salinū habeāt quod apponant. Tecum igitur habita, id est, tuapte supellec̄tile te metire, ac tuis ipsius malis, bonis uetc, ipsum expende.

Messe tenus propria uiue.

LXXXVIII

Idem diuersa explicuit metaphora Persius in satyra sexta, Messe tenus propria uiue, id est sumptum facito, pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus, annuis agrorum prouentibus metiuntur. Neq; enim res consistere potest, cum quæstū superat sum- ptus, quemadmodum ait Plautus.

Tuo te pede metire.

LXXXIX

Ad eandē sententiā pertinet illud Horatianū, Metiri se quæq; suo modulo, ac pede uerum est. Lucianus in libello, cui titulus τὸ περὶ τῶν εἰκόνων, ἀλλὰ διακρίνης ἢ πρᾶμεξῆς τῶν οἰκίω μέτρῳ ἐκά- περον. i. Verum diiudices, di metiarisq; propria utrūq; mensura. Nimirum hoc est, quod dixit Horatius, suo modulo, οἰκίω μέτρῳ, & tan q̄ interpretis sui adiecit, ac pede. Pindarus item, χρὴ δὲ καὶ αὐτὸ αἰεὶ παντὸς ἔργῳ μέτρον. i. Oportet autem iuxta suam quæq; cōditionem uniuscuiusq; rei spectare modum. Et Aristophanes in auibus, οὐκ ἀναμετρή- εις σαυτῆ, ἀπιῶν ἄλλαχῆ. i. Non ipse te remetieris hinc loci, alio profectus. Monet adagium, ne quis se dilatet ultra conditionē su- am, neue seipsum ex assentatorum laudibus, aut uulgi opinione, aut fortunæ fauore, uerum proprijs ac ueris dotibus, animiq; uirtutibus æstimet. Translatum ab ijs, qui corporis huma- ni modum, pedum numero æstimant. Porro iusta cuiusq; hominis mensura, septem ipsius pe- dibus constat, siquid pictoribus & statuarijs credimus. Eodem pertinet illud Martialis, Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Non uidemus Manticæ, quod in tergo est

XC

Catullus in scaçonte. Sed nō uidemus Mantica, qd̄ in tergo est, id est, non uidemus nostra ipsorū uitia, cū aliena curiosis oculis p̄spiciam⁹. Prouerbiū natū est ex Apologo quopiā Aelo pico, q̄ fert̄ huiusmodi, apud Stobæū, Αἰσωπὸς ἔφη δῖον πήρας ἑκατομ ἡμῶν φέρει, πῶς μὲν ἐμπροσθὶν τῷ δ' ὀπισθα, ἢ εἰς μὲν πῶς ἐμπροσθ' ἀπιδέναι τὰ πῶν ἄλλων ἀμαρτήματα, εἰς δὲ τῷ ὀπισθα τὰ ἑαυτῶν. Quo- rū uerborū, hæc ferme sentētia. Finxit Aelop⁹, singulos mortales, binas habere Manticas, hoc est peras, alterā ante peçtus, alterā a scapulis, tergoq; p̄pendentē. Sed in priorē, inquit, aliena uitia imittimus, in posteriorem nostra. Persius, Ut nemo in sese tentat descendere nemo. Sed

præcedenti spectatur Mantica tergo. Horatius, Respicere ignoto discet pendentia tergo. Diuus Hieronymus, Sed illa est uera inter amicos reprehensio, si nostra opera non uidentes, alio tum iuxta Persum, Mantica consyderemus.

Festucam ex alterius oculo eijcere.

XCI

Hanc humani ingenij cæcā *θιλαυτία*, non solum poetarū literæ, uerum etiā euāgelicæ (neq; em̄ grauibuntur in hunc citari ordinē) notarunt, cum aiunt quosdā esse, qui festucā uideāt in oculo fratris, in suo trabem nō uident, Id est aliorū, uel minimis uitijis offendunt, suis & maximis blandiūtur. Sic enim habet Matthæus, τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος ἐν ὄφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, δὸκόν οὐ καίνοες, ἢ πῶς εἶπες ὄφθαλμῷ σου, ἄφες ἐκβάλλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, ἢ ἰδοὺ ἡ δὸκός ἐν ὄφθαλμῷ σου. i. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem uero in oculo tuo non intelligis? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eijciam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo. Sic enim ad uerbum græca reddita, sonāt. Diuus Hieronymus, Qui per trabem, inquit, oculi sui, festucam alterius nitatur eruere. Hoc hominū genus Horatius elegāter notat, Cum tua, inquit, peruideas oculis mala lippus inunctis Cur in amicorū uitijis tam cernis acutū, Quā aut aquila, aut serpens Epidaurius? Idē alibi, Qui ne tuberculis proprijs offendat amicū Postulat, ignoscat uerrucis illius æquū est. Quod ipsum, puerbii specie euidētē ante se gerit. Tubera maiora uitia dixit, Verrucas minora, quæ alibi neuos appellauit.

Intra tuam pelliculam te contine.

XCII

Intra tuam pelliculam te cōtine. Porphyrius prouerbiū esse admonet, quo uetamur, oblitū fortis nostræ, maiora conari, q̄ pro nostrā facultate. Idq; inde sumptum putat, quod olim ductores in pellibus, hoc est pelliceis tentorijs dormitarent. Mihi uidetur rectius referri ad asinum illum Cumanū, quem Apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuium, atq; ita sese ad tempus pro leone gessisse. Verum eam rem illi magno fuisse malo, cū agnitus, & magno oim̄ risu, aliena apposititiq; exutus pelle, sustibus ad necem cæderetur. Neq; absurde quis ad Cleonem Atheniensem referat, qui ex Byrsopola, hoc est coriario creatus exercitus ductor, fortuna fauēte uictoriam reportauit, capta Pylo, suam ipsius ciuitatē furto spoliauit, atq; ad eum modum ad summas opes euectus est. Tandem per aliū ciectus, maleq; acceptus, pœnas dedit, qd̄ nō in propria pelle quiescet. Hic inducitur in Aristophanis comœdia, cui titulus Equites, neq; non alijs locis subinde mordetur ab eodē poeta. Huc nimirū uidetur alluisse Plautus, cum militem gloriosum & iactabundū, fingit elephantino corio circumtectum non suo, siue quod stolidū significaret, siue quod maiora, q̄ pro facultate loquentē. Horatius, Et merito, quoniā in propria non pelle quiessem. Martialis in futorem quendā, qui Cleonis exēplo, prius ad summas euectus diuitias, ut uenti erant, ita uelum in altum sustulit, deinde ad pristinam rursus inopiam, largitionibus suis redactus est, ut nihil iam esset, nisi cerdo. Lusisti inquit satis est, sed te, mihi crede, memento Intra pelliculam cerdo tenere tuam. Itē Seneca in epistolis, Sapientē undiq; subinouent, & intra cutem suam cogunt. Id citra metaphorā sic extulit Ouidius, Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra Fortunam debet quisq; manere suam. Alludit huc & Lucianus in imaginibus, οὐκ ἔτι μύσση ἐπὶ τῷ ὑπὸ χόρῳ. i. Non iam manēt in his quæ adsunt, de his, qui fortunæ successibus elati, suæ cōditionis nō satis meminerunt.

Pennas nido maiores extendere.

XCIII

Est apud Horatiū in epistolis, nō dubiū quin puerbialis metaphora, Pennas nido maiores extendere, pro eo, quod est, rē, fortunāq; quā mediocrē, aut tenuē a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidē, si uirtute fiat, summa laus est, tantū abest, ut uitio dandum existimem. Me, inquit, libertino natum patre, & in tenui re, Maiores pēnas nido extendisse loqueris, Vt quantum generi demas, uirtutibus addas. Translatum ab auium pullis, qui sic grandescunt, subnascentibus plumis, ut materno nido capi non possint.

In tuum ipsius sinum inspue.

XCIII

Hac nostra tempestate multis regionibus hoc circūfertur adagiū. Iubent em̄ hominē aliena uitia taxantē, in suum ipsius sinum inspucere, tanq; admonentes, ut domesticorum malorū recordatione, desinat arrogantius insectari uitam alienā. Idem antiquitus fieri solere, colligi utcūq; potest ex uerbis Plinianis, qui libro uigesimo octauo, capite quarto, scribit hunc in modū. Veniā quoq; a Deis, spei alicuius audacioris petimus, in sinū spuendo. Idē in eodē capite scribit, Salpæ torporē sedari quocūq; membro instupente, si quis in sinum expuat. Quorum utrūq; nō prorsus abhorret a nostro uulgato puerbio, siquidē qui carpit aliena, spe quadam

improba peccat, quasi speret, sibi nihil simile a quoq̄ opprobriari posse, cū nemo sit, qui nō ali/ quo uitio teneatur. Et qui proprij mali, quasi sui ipsius sensu caret, ceu salpæ torpore tenetur. Lucianus de mercede seruiticibus, *μηδ' ὅτι οὐκ εἰς τὸ κόλπῳ πῖνσας πρότερον ἤξεισε κατ' ἰκροῦν. i.* Qd̄q̄ nō prius in tuū ipsius sinū inspueris, q̄ accusare cœperis. Idem in uotis, *ὑπερμαζῶς γε ὦ ἀδ' ἔμωυ τε, καὶ ἐς τὸ κόλπῳ οὐ πῖνεις, οὐ δὲ οἶδα ὅσ' ἴσ' ἄμ' ναυκλῆρις,* locatur quispiam in amicū, qd̄ tāq̄ oblit⁹ sui, o pes immēfas imaginaret, neq̄ in sinum spueret, ut agnosceret, quisnam esset. Idem indi/ cat Theocritus Ecloga sexta. Nam Polyphemus, cum paulo arrogantius suam formam extu/ lisset, *ὡς μὴ βασκουθῶ δέ, τρις εἰς ἔμωυ ἔπινσα κόλπῳ, ταῦτα δ' ἀγροαῖά με κοτυτῆρις ἐξεδ' ἴδαξεν.* Quo/ rum carminū hæc ferme sententia est. Nequid me lædat inuidia, neue noceat fascinatio, ter in/ meum inspui sinum. Nam id me Cotyttaris anus docuit. Huc fortasse pertinet, quod ait Lu/ cianus in Necyomantia, *τρις ἄμ' μετ' ἐμῶς τὸ πρῶτον ἀπ' ἑσέως. i.* Posteaq̄ ter mihi despuisset in fa/ ciem. Nec alienum hinc est, quod in secunda Satyra scripsit Perlius, Frontemq̄ atq̄ uda la/ bella, Infami digito, & lustralibus ante saluis Expiat.

Nosce teipsum.

XCV

Ad candē sententiā pertinent tria illa. Inter omnia sapientū apophthegma, uel maxime ce/ lebrata, adeo ut quemadmodū in Charmide testatur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphycſtionibus inscripta, ueluti digna Deo uiserentur. Quorū primum est *γνώδι σεαυτ'.* No/ sce teipsum. In quo modestiæ, mediocritatiq̄ cōmendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna sequamur. Nam hinc omnis uitæ pestis oritur, quod sibi quisq̄ blanditur, & quātum alijs præter æquū detrahit, tantū sibi philautiæ uitio, præter meritum tribuit. M. Tullius ad Qu. fratrc̄ libro quarto, Et illud *γνώδι σεαυτ'*, nolī putare ad arrogantiam minuēdā solum esse dictū, uerum etiā, ut bona nostra norimus. Fertur hic quoq̄ senarius inter sententias puer/ biales, *τὸ γνώδι σεαυτ' ἐμῶς παύλαχθ' ὄν' ἔχιστον. i.* Vbiq̄ confert, ut teipm noueris. Citatur a Nonio Marcello Satyra quādā Varronis hoc titulo, *γνώδι σεαυτ'.* Ouidius de arte amandi, Fama cele/ brata per orbē Lītera, cognosci quæ sibi quēq̄ iubet. Iuuenalis, E cœlo descēdit, *γνώδι σεαυτ'.* Ouidius hanc sententiā ad Pythagorā autorem refert. Platonius Socrates ab Apolline pro/ fectam arbitratur. Plato in Phædro, *οὐ δύναμαι πω τὸ μὲν Δελφικὸν ὑπὸ γράμμα γνώμαι ἑμαυτ'.* i. Nondum possum meipsum, iuxta Delphicam inscriptionē cognoscere. Sunt, qui ex Home/ ro tanq̄ Oceano, hanc quoq̄ mutuo sumptam existiment, apud quem Hector, cū in reliquos omneis impetum faceret, tamen Aiacem, ut se præstantiorem declinauit. Sic enim ait poeta, *Αἴατος δ' ἀλέγνε μάχημ τελαμωνιάδαο. i.* Cōgressū Aiacis fugit Telamone creati. Diogenes Tha/ leti tribuit. Apud hūc Antisthenes Phemonox ascribit, cæterum Chilonem usurpasse. Tha/ les autem rogatus, *τί ὄζει δύσκολον,* ἔφη, *τὸ εἶναυτ' γινῶναι, τί εύκολον,* ἄλλω ὑπ' ἑτ' ἰδεῖσθ'. Quid est diffici/ le? respondit, seipsum nosse. Quid facile? alterum admonere. Macrobius primo in Scipionis somnium cōmentario tradit, cuidam Delphicum oraculum consulenti, quo nam itinere pos/ set ad felicitatē peruenire, responsum ad hunc modū, Si teipsum cognoueris. Citatur a Gno/ mologis græcis hic ex Antiphane senarius, *εἰ θνητὸς εἶ βέλτισε θνητὰ κ' ἢ φρόνει. i.* Præclare, si morta/ lis es, mortalia fac cogites. Eandē sententiam sic extulit Pindarus *θνατὰ θνατῆς πρέπει. i.* Morta/ lia mortales decent. Demonax interrogatus quando cœpisset philosophari, Posteaq̄, inquit, cœpi nosse meipsum.

Ne quid nimis.

XCVI

Alterum diuersis uerbis, eādē ferme sententiā complectitur, *μηδὲμ ἄγαμ. i.* Ne quid nimis, Quam quidem tanq̄ uulgo celebratam, Terentius in Andria etiam Sossæ libertini personæ tribuit. Diogenes Laertius Pythagoræ ascribit. Aristoteles tertio Rhetoricorū libro ad Bi/ antem autorem refert, tractās de iuuenū immoderatis affectibus, quos ait, ubiq̄ nimia uehe/ mentia peccare. Nam & amare nimium, pariter & odisse nimiū. Senes non item, sed ut ipsius Aristotelis utar uerbis, *ἢ τίτω βίαιος ὑπερήκην, καὶ φιλοσοφῶς μισίσοντες, ἢ μισθίσοντες φιλήσοντες. i.* Iuxta Biantis admonitionem, & amant tanq̄ osuri, & oderunt tanq̄ amaturi. Sunt qui Tha/ leti tribuāt. Sunt, qui Soloni (teste Laertio) Plato quodā loco ex Euripide citat. Neq̄ desunt, qui ad Homerum ueluti fontem referant. Cuius hi uersus sunt in Odyssææ. ο. *νεμεσῶμαι δὲ καὶ ἄλλω, ἀνδρὶ ξεινοδόκω, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλοσοφῶς ἐξοχα δ' ἐχθαίρησιν, ἀμείνω δ' ἄσιμα πάντα. i.* Mi/ hi nequaq̄ is placet hospes, Qui ualde præterq̄ modum simul odit, amatq̄, Sed puto re/ ctius esse ut sint mediocria cuncta. Idem in Iliados. κ. *τυδέεθν, μήτ' ἄρμε μάλ' ἀννεε, μήτ' ἔτι νέ/ κει. i.* Ne nimis aut laudes Tytida, aut uituperes me. Equidem ad Heliodum referre malim.

Cuius illud est in opere, cui titulus, *Ἔργα τῆς ἡμέρας μέτρα φυλάσσεις, καίρος δ' ἐπὶ πάντων ἄριστος*. i. Mensuram serua, modus in re est optimus omni. Euripides cum alijs aliquot locis, tū in Hippolyto coronato, οὐτὼ τὸ λῆμα γ' ἡσυχίᾳ ἐπαίνω τὸ μὴδὲν ἄγαμ. i. Tanto equidem minus approbo, quicquid est uehemens, quod uulgus ait, Ne quid nimium. Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ ἢ τὸ μὴδὲν ἄγαμ ἐπὶ, ἀνισοσὶν προσιώσῃ. i. Sapientes hoc uerbum, ne quid nimis, prater modum laudarunt. Sophocles in Electra, μήδ' οἷς ἐχθαίρης ὑπὸ χροῦ μὴτ' ἐπιλάθῃ. i. Ne nimium, praterq; modum te torquat ille, Quē odisti, sed nec neglexeris in memor hoste. Plautus in Poenulo. Modus omnibus in rebus soror est optimus. Eodē pertinet Homericum illud Iliados. πάντων μὲν κόρη τῆς καὶ ὑπὸν ἢ φιλότιμος μόλις τε γλυκὴ ἢ καὶ ἀμύμων ὄρχηθμοιο. i. Cunctarum rerum faties contingit, amorisq; Et somni, & blandæ citharæ, choreæq; decentis. Plinius libro undecimo. Perniciosissimū autē & in omni quæ uita, quod nimium. Horatius, Est modus in rebus sunt certi denique fines, Quos ultra, citraq; nequit consistere uirtus. Rurfus idē, Virtus est mediū uitiorū utrinque redactum. Phocylides, πάντων μέτρον ἄριστον. i. Omnium modus optimus. Et Alphæus in Epigramate, τὸ μὴδὲν γὰρ ἄγαμ, μετέπειτα. i. Hoc nequid nimium, nimis placet mi.

Sponde noxa præsto est.

XCVII

Ἐγγύα πάρα δ' ἄτη, Sponde noxa præsto est. Quæ quidem omnia Socrates apud Platonem putat ad eandē sententiā pertinere. Nam qui pro altero fidei iubet, id pollicetur, quod non sit in ipso situm præstare, nempe fidem alienā. Sed primū illud Apollini tribuit, reliqua duo a mortalibus adiecta credit. Plinius libro septimo, capite tricesimo secundo, cuncta pariter adscribit Chiloni, quemadmodum & Laertius, sed ita ut oraculorum uice fuerint habita. Rurfus, in quibus, mortales oraculorum societate dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis commemorando aureis literis, quæ sunt hæc, Nosse se quenq;. Et nihil nimium cupere. Comitæq; aris alieni, atq; litis esse miseriam. Explicuit Plinius, quid sit spondere. Fidei iubemus enim pro cui creditur pecunia, & sæpe fit, ut fideiussor cogatur creditor numerare pecuniā. Fidei iubemus & apud iudices, de sistendo reo, atq; illo fallente, plectuntur uades. Et hoc dictum ad Homerum autorem referunt. Cuius hoc est carmen, δ' εἰλάτῃ σ' εἰλάτῃ γε ἢ ἔγγυα, ἐγγυάαδ'. Chersias apud Plutarchum in conuiuio Platonis, refert ad fabulam Homericam de Ate, quæ quod adfuerit Iouis sponsoni, de natiuitate Herculis, ab ea præcipitata est in terrā. Citantur, ac laudantur hæc tria apophthegmata a Plutarcho in libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum.

XCVIII

οἷδὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλας. i. Nouit quid album, quid nigrum. Duplicem in sententiā accipi potest. Aut nouit discrimen recti, prauisq;. Aut nouit id, quod nemo uel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi, nigricq; discrimen, quod ut quisq; non uideat. Aristophanes in equitibus, κῆρ ἀργύρωσιν γὰρ οὐδεὶς ὅς τις οὐκ ἔπισσασθ' ὅς τις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸ ὄρεθιον νόμον. i. Nunc Arignotum Lyristem nullus est, qui nesciat, Qui uel album nouerit, rectosue nouerit modos. Interpres, ostendit, exponitq; prouerbiū. Videtur esse tractum a Priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album & nigrum, teste Pompeio.

Albus, an ater sis, nescio,

XCIX

Albus, an ater sis, nescio. Solet dici de hoie uehementer ignoto. Cicero Philippica secunda. Me nemo nisi amicus fecit heredem, ut cum illo comodo, siquod erat, animi quidam dolor, iungeretur. Te is, quem nunc uidisti. L. Rubrius Cassinas fecit heredem. Et quidem uide, quod te amarit is, qui albus, ater ue fueris ignorans, fratris filium praterijt. Quintilianus in undecimo oratoriarum institutionum libro, Negat, inquit, se magnificere aliquis poetarum, utrum Cæsar sit albus, an ater homo. Catullum, opinor, digito indicans, cuius in Cæsarem hoc extat carmen. Nescio utrum sis albus, an ater homo. Apulcius in Apologia Magiæ. Etiam libenter te nuper usq; albus an ater esses, ignorabam, adhuc Hercle non satis noui. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium, Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat? Quis dupondio supputabat? Consecutus es, quod uolebas. Nobilis es factus in scelere. Ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem urbe tecum consistam, qua balbutis & erubescis, albus, ut aiunt, an ater sis nescio. Horatius in extrema epistola. Vultu mutabilis albus & ater. Quo loco Porphyrio admonet prouerbiali figura dictum, albus & ater, pro eo, quod est bonus & malus, & Horatium album, aut ad liberalem, aut latum reddidisse, atrum ad sordidum & erumnosum.

Non nouit natos.

C

Simillima huic figura est, natum non noui, pro eo, quod est prorsus ac modis omnibus igno

p

ro. M. Tullius libro familiarū epistolarum nono ad Papyrium. Nam mihi scio iam e regib⁹ ultimis, allatas esse literas, quibus mihi gratias agunt, quod se mea sententia reges appellaue- rim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Simillimum est illi, quod est apud Aristophanem in Vespis, ος ἐμ' οὐδ' ἄμ' ἔωντ' ἤδει. i. Qui mene uiuum quidē no- uisset, id est nullam omnino mei rationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria, οὐ- δ' ἔγνω πόπρον πεινάκα μὲν ἢ ῥοοὶ ἐμείς. i. Non etiam illud utrum sim uiua, an mortua nouit. In can- dem sententiā usurpauit Plautus in Euclione. Non magis me respicias, q̄ si natus nunq̄ siem:

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SEPTIMA.

Odi memorem compotorem.



Mισῶ μνάμονα συμπότην. i. Odi memorem compotorem. In eos qui, quæ inter ami- cos, & inter pocula dicuntur, liberius foras eliminant. Lucianus in Lapithis, ex poeta quopiam citat. Martialis, μισῶ μνάμονα συμπότην Procille, locatur eni po- ta in Procillum quempiam, qui inter pocula, iussus postridie cœnatum uenire, uenit serio, perinde quasi, quæ inter uina dicunt̄, pondus habere debeant. Hu- ius prouerbij meminit Plutarchus in Symposiacorū primo statim probemate, ubi querit, num conueniat in conuiujs philosophari. Putat autem dictum aduersus eos, qui præter mo- dum instant & urgent in conuiujs, ad bibendum impellentes, exigentesq; præscriptum po- culi modum. Solent enim nōnulli, non admodū auidi bibendi sic effugere, ut interiectis ser- monibus, cōuiuas in obliuionem auocent. Deinde si quis forte memor exigat, mentiunt̄ iam ebibisse sese. Dores autem in Sicilia, ὠπιδάμους, i. conuiuiorum, seu mēsurā rū præfectos, Mna- monas appellant, quos latini modiperatores uocant, teste Nonio, quod bibendi modum im- perent. Vnde prouerbij quadrare uidebitur in eos, qui modū in conuiuio præscriptū, nimij exacte requirant. Alijs magis uidetur, ut prouerbium admoncat, ἀμνησίαν, hoc est obliuionē omniū, quæ in conuiujs, uel fiunt, uel dicuntur. Id enim testatum esse, & maiorum fabulis, qui Baccho simul & ferulam & obliuionē consecrarint, nimirū hoc innuentes, non oportere me- minisse, siquid in conuiuio peccatum sit, aut certe leuem admodum, ac puerilem reprehēsi- onem sufficere. Nam ferula pueros cædi solitos, uel Iuuenalis indicat, Et nos ergo manū ferulæ subduximus. Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedæmonijs hunc fuisse mo- rem, ut si quem amicum, aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus, dicerent, ταν- τη οὐκ ἐξέρχεται λόσος. i. Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc consuetudinē, propterea quod censeat in conuiujs, sermonibus utendum, non ineptis, sed cruditis, ac frugiferis, quos efferrī sit & honestum, & conducibile. Horatius hoc quoq; inter iucundi conuiuij cōmodita- tes cōmemorat, ne fidos inter amicos, sit, qui dicta foras eliminat. Huc pertinet ille Græcorū senarius, τὸν γὰρ γυωαικὸς ὄρκον εἰς οἶνον γράφω. i. Mulieris iusiurandū in uino scribo, Innuens ir- rita esse solere quæcūq; in compotatiōibus effutiuntur. Alluditur autem ad prouerbij, quod alibi retulimus, εἰς ὕδωρ γράφω. i. In aqua scribo, de re euanida. Huc adscribendū, quod quæad- modū in Symposiacis testatur Plutarchus, Veteres Bacchum obliuionis filiū finxerant, idq; p iocum inuertit apud hunc quispiam, dicens patrem potius obliuionis appellandū fuisse, q̄ filium, quod uinū præfertim immodicū, uel ante senectam adimat hominī memoriā.

Duabus federe sellis.

II Duabus federe sellis, est incertarū esse partiū, & ancipiti fide, ambab⁹ fatiffacere uelle. Quo uerbo noue composito, ἄλλοπρόσωλλον, appellat Martem, id est, nunc his, nunc illis partibus fa- uentem. Macrobius in Saturnalibus cœnis, Laberius Mimus in senatum a Cæsare lectus, cū a Cicrone ad confessum non reciperetur, dicente, Reciperem te, nisi anguste sederemus, ni- mis mordaciter respondit. Atqui solebas duabus sellis sedere. Obijciens tanto uiro lubricum fidei. Sed id, quod Cicero dixit, nisi anguste sederemus, scomma erat in Cæsarem, qui in sena- tum passim tam multos admittebat, ut eos quatuordecim gradus capere nō possent. Hactē- nus Macrobius. Est aut̄ omniū consensu turpissimū, cū utraq; parte colludere. At Solon legē tulit, qua punirentur hi, qui in ciuitatis tumultu, neutri partium adhæsisent.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

III Huic finitimū uidetur illud, Duos parietes de eadem dealbare fidelia, pro eo, quod est, ca- dem re duplicem uelle inire gratiā, eademq; opera, duos pariter demereri. M. Curius ad Ci- ceronem, Sed amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere, Sine eum errare, & puta-

re me bonū uirum esse. Nec solere duos parietes, de eadem fidelia dealbare. Volebat enī Curius pariter & Attico & Cicroni uideri iunius, ac de se uno fructum quidē Cicronis, mancipium autem Attici facere. Tractum uidetur ab his, qui parietibus, opus albarium superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidam, Δνο τείχους ἀλείφεις, i. Duos līnis parietes. In eos, qui in factionibus, utriusq; partibus blandiuntur. Ad hanc classē pertinet illud Hebræi uatis, utroq; claudicare. Item illud Euangelicum, Duobus seruire dominis. Rursum illud ex Apocalypsi, de ijs, qui neq; calidi sunt, neq; frigidi.

Vnica filia, duos parare generos.

III

His simile quidam etiam nunc uulgo dicunt, dignam uidelicet, quod uel unū inter antiquitatis adagia cōmemoret. Vnica filia, geminos uis parare generos. Vbi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut p̄ eodē officio, quod alteri præstiterit, a duobus gratiā reposcit.

Nescis quid serus uesper uehat.

V

Nescis quid serus uesper uehat. Ex Menippæis Varronis Satyris, citat hic titulus, tū ab Aulo Gellio, tum a Macrobio, neq; dubitandum, quin prouerbialis, sicut sunt & alij pleriq;. Quo salubriter admonemur, ne presentium successuū, p̄speritate sublato, futuri curam abijciamus. Neq; ulla de re securi simus, priusq; exitum uiderimus. Idem hodie quoq; uulgo dicunt, diem nondum ad uesperam decurrisse, cum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad parœmiam allusisse, cum ait primo Georgicon libro, Deniq; quid serus uesper uehat, Agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illam Solonis sententiam, ὅρα τέλος μακροῦ βίου, i. Specta finem longæ uitæ.

Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi.

VI

Πολλοὶ θυρσίφοροι, παῦροι δὲ τε βάκχοι, i. Plureis Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, cō pluribus mortalium, adesse uirtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen uera uirtute uacent. Vt nō omnes ueri Theologi, qui pileum Theologicum gerunt, qui ue hoc nomine sunt donati. Nō omnes poætæ, qui se eo titulo circumferunt. Non omnes monachi, qui cucullo onerantur. Nō omnes Christiani, qui cerimonijs agunt Christianum. Non omnes generosi, qui torquem gestant auream. Non omnes uirgines, quæ passis sunt capillis. Nō omnes reges, qui diademate insigniuntur. Non omnes episcopi, qui mitram gerunt bicornem, aut pedum argenteum. Nō omnes summi pontifices, qui uocantur sanctissimi, quiq; triplici corona insigniuntur. Nō omnes imperatores, qui in uexillis ostentant aquilam. Neq; πωγωνοφορία, aut τριβωνοφορία, quemadmodum loquitur Plutarchus, philosophū facit, hoc est gestata barba, aut gestatum pallium. Trāslatum a cerimonijs Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est hastas quaedam uiteas quaticbāt afflati furore. Usurpat a Platone in dialogo, cui titulus Phædon. Allusit huc eleganter Plutarchus in libello, quem scripsit aduersus Colotā, εἰς τὴν ἐταίρων ἀριστόδημος ὁ αἰγιεύς, διότι γὰρ τὸν ἀνδρα, τὸν ἐκ τοῦ ἀκαδημίας, οὐκ ἀρθκοφόρον, ἀλλὰ ἐμμανέσασιν ὀργίαν πλάτωνος. i. Quidam amicus, Aristodemus Aegienis, Nam hominem nostri, Academicorū, non Thyrsigerū, sed ardentissimū mysten Platonis. ἀρθκοφόρον appellat, nomine & cultu dūtata Academicum, nō re. Scitum est & illud Herodis Attici in palliatum, crinitum barba, ad pubem usq; porrecta, uideo barbam & pallium, philosophum nondum uideo.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharædi.

VII

M. Varro libro de re rustica secundo, eandem sententiam extulit diuersa metaphora. Sed non omnes, inquit, qui habent citharam sunt citharædi. Huc adscribendum uidetur, quod lepidē scripsit Seneca, quēdam personam malle, q̄ faciem. Faciem uocat, ubi quis talis uidetur qualis est, personā, cum præ se fert aliquis quod non est. Potest & ad auaros torqueri, si neges eos diuites, qui possidēt opes, sed qui recte norint uti. Vti non est citharædus, quisquis tenet citharam, sed qui cithara recte nouerit uti. Non is rex, cui contigit amplum imperium, sed qui sciat administrare.

Plures Thriobolos paucos est cernere uates.

VIII

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δὲ τε μάντιες ἀνδρες, i. Plures Thriobolos paucos est cernere uates. Simile carmen est superiori, eodem modo Græcis celebratum. Philochorus apud Zenodotum autor est, olim tres nymphas Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thriæ dicerent, unde postea receptum sit, ut calculi, sortesq; diuinorum, Thriæ uocarentur. Vnde Thrioboli, qui Thriās in urnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirmant rationem diuinandi per sortes, a

Minerua fuisse repertam, quæ cum magis floreret, quæ oracula Delphica, mendax, & uana red dita est, idque opa Iouis, Apollini grati facere cupieris. Deinde ubi rursus mortales Delphica frequenter oracula, Pythiam ad hunc modum dixisse, πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δὲ τε μάντιες ἀνδρες.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores.

IX

Consimilem habet sententiam & hic uersus, πολλοὶ βυκέντη παῦροι δὲ τε γῆς ἀροτῆρες. i. Qui tauros stimulent multi, sed rarus arator. Multi præ se ferunt quod non sunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, ut ante dictum est, eos extimulabant prælonga arundine, aut hastili, cuspide quampiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Simia in purpura.

X

πίδηκος ἐν πρηνύρα. i. Simia in purpura. In uarios usus potest adhiberi parcemia, nempe uel in hos, qui tamen si magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso uultu, moribusque cognoscitur, uel in hos, quibus dignitas indecora additur, uel quoties rei se scædæ, ascititia, peregrinæque ornamenta, indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum, quæ simia uestita purpurea ueste. Atque id tamen non raro fieri uidemus apud istos, qui simias habent in delicijs, ut quæ maxime possunt, ad humanum morem ornent, ac uestiant, aliquoties & purpura, quo parum attentos aut imperitos fallant, proque homine salutetur simia, aut si deprehensus fuerit fucus, res magis sit ridicula. Quam multos id genus simios uidere est, in principum aulis, quibus si purpuram, si torquem, si gemmas detrahas, meros cerdones deprehendes.

Simia Simia est, etiam si aurea gestet insignia.

XI

πίδηκος ὁ πίδηκος, καὶ χρύσεια ἔχη σύμβολα. i. Simia simia fuerit, etiam si aurea gestet insignia. Superiori respondet, admonens fortunæ ornamenta, non mutare hominis ingenium. Citat adagium a Luciano, in oratione contra ineruditum. Natum uidetur a simijs illis Aegyptijs saltationem humanam imitantibus. Lucianus refert Apologum in hunc modum. Rex quidam Aegyptius simias aliquot instituit, ut saltandi rationem perdiscerent. Ut enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos, aut melius, aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi, protinus edoctæ saltare cœperunt, insignibus induta purpuris, ac personata. Multoque iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec e spectatoribus faceret quispiam, nuces, quas clanculum in sinu gestabat, in medium abiecit. Ibi statim simiæ, simul atque nuces uidissent, oblitæ choreæ, id esse cœperunt, quod ante fuerant, ac repente e saltatricibus, in simias redierunt. Cōtritisque personis, dilaceratis uestibus, pro nucibus inter se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu. Narratur apologus non absimilis, de felce, quam Venus belle adornatam in pedissequarum ordinem ascierat, ac satis apte, ἐγυναίκε, donec mure e cauo quopiā in medium percurrere, declarauit sese nihil aliud esse quæ felce.

Asinus apud Cumanos.

XII

ὄνθη παρὰ κυμαίου. i. Asinus apud Cumanos. Competit in eos, qui cum sint inepti, ridiculique, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in precio. Aut in eos, quibus honos aliquis præter meritum additus a fortuna, tumorem & insolentiam, ita ut fere fit, conciliat, id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima, τὸ γούρ ἐν κἀπῆρι παρὰ πῶν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῆς κακῶς φρονέου, τῆς ἀνοήτου γίνετη. i. Felicitas enim & rerum successus, qui contigerit immerenti, stultis uesaniae causam præbere solet. Cui congruit illud ex Aeschilo citatum, ἢ βαρὺ φέρει μὲ ἀνθρώπος εὐτυχῶν ἀφρομ. i. Graue pondus amens, rebus utens prosperis. Narrauimus alibi fabulam de asino fugitiuo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Ira omnium tardissime senescit.

XXXI

ὁ θυμὸς ἔχασται γηράσκει. id est, Ira postremum senescit. Huic diuersum illud Aristotelis apophthegma, Qui (autore Laertio) rogatus, quæ res quocumque cōsenesceret, respondit beneficium. M. Tullius utrumque complexus. Cui placet, inquit, obliuiscitur, cui dolet, meminit. Nam uulgo mortales iniuriæ tenacissime meminisse solent, benefactorum quæ facillime obliuiscuntur. Graecum adagium uidetur ex Sophode sumptum, cuius in Oedipo Coloneo hæc sunt uerba, θυμὸν δὲ οὐδὲν γῆρας ὄξει ἄλλο, πλὴν θανάτου οὐδὲν ἄλλος ἀπῆτη. i. Senecta nulla obtingit iracundiæ Nili mors, sepultos nullus attingit dolor. Hoc idem innuit Homerus lepidissimo sane significatione de Litis & Ate. Hanc deam facit, quæ noxas ac turbas solet immittere rebus mortalium, atque ipsam quidem acribus oculis, ac præuocibus esse pedibus. Ceterum post eam multo interuallo consequi Litas deas, quæ quod Ate turbauerit, sarcire moliantur. Has & Strabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud nimirum innuens, offensas esse citas, reconciliationes esse

tardas, propterea quod iniuriæ diu meminisse solent homines. Carmen ipsum Homeri sub-
scribam ex Iliadis libro nono, καὶ γὰρ τε λιταὶ εἰσι δῖος κοῦραι μέγαλοιο, κωλά τε γυῖοι τε παρὰ
βλῶπες τ' ὀφθαλμῶ, Αἰεὶ τε καὶ μετόπισθε μῆτις ἀλέγονσι κῆρσά, ἠδ' ἄτη δειναρὴ τε, καὶ ἀρτίπος, οὐνεκα
πάσσαρ πολλὸν ὑπεκπροδίδει, φθάσει δ' ἔτε παῖσασιν ἐπ' αἶαν βλάπῃσιν ἀνθρώπων, αἰ δ' ἐξακείοντα ὄσασω-
ος μὲν τ' αἰδέσσει κούρας; δῖος ἄσασιν ἰούσας. Τὸν δὲ μέγ' ὠνόσασιν, καὶ τ' ἐκλυον εὐξαμνίῳ. Οὐ δὲ κ' ἀνή-
νεται, καὶ τε σερεῶς ἀποείπη, Λίονση δ' ἄραται γε δῖα κρονίωνα κιοῦσαι, τῷ ἄτην ἄμ' ἔπειθ' ἵνα βλαφ-
θῆς ἀποτίση. Quorum uersuum, non indolem, necq; gratiam, sed sententiam, utcumq; redde-
mus latinis auribus. Nāq; Litas etiam genuit Saturnius ingens, Rugofas, pedibus claudis,
aclumine lætas. Quæ a tergo comitantur Aten, medeantur ut illi. Ipsa Ate, pedibusq; ua-
lens, & robore præstans, Proinde gradu celeris longe præuertitur, omneis Occupat, & ter-
ras prior aduenit illa per omneis, Mortaleis lædens, uerum hæ post terga sequuntur Sar-
tura, quicquid commouerit illa malorum. At uero natus Ioue, qui reueretur & audit, Se
simulac adiere, huic commoda plurima gratæ Conciliant, huiusq; uicissim uota receptant.
Reijcit at si quis præfracte & pernegat illis, Tunc adito Ioue patre, precantur, ut illicet Ate
Huic adsit, pœnasq; suo det deniq; damno. Eiusdem Atæ fit mentio Iliados. τ. ubi Iupiter im-
putans huic Deæ, quod a Iunone deceptus esset, illam capillis arreptam in terras præcipientem
dedit, interdicens ne unq; rediret in cœlitum contubernium. Hoc Homeri figmentum, qui-
dam existimant esse finitimū ei, quod de Lucifero cœlis deturbato, credunt Christiani.

Si uultur es, cadauer expecta.

XIII

Captatores testamentorum & hæredipetæ, uulgata metaphora, uultures appellant, quod
senibus orbis, ceu cadaueribus inhiant. Nam huic auis proprium, cadaueribus tantum uiue-
re. Vnde & natura tantum illi sagacitatis addidit, autore Plinio, ut biduo, aut triduo præuo-
let illuc, ubi cadauera sint futura. Hoc minus nocens, q̄ sint homines isti diuitum funeribus
imminentes, quod neq; fruges attingit, neq; ullum animal, quantumuis imbellis, occidit, aut in-
sectatur. Tantum cadauera uel, eorum, quæ spōte interierūt, uel ab alijs relicta sunt, depascit.
In quibus tamen abstinet a sui generis, id est auium cadaueribus. Proinde qui diuites audēt,
aut accusare, aut ueneno tollere e medio Miluij uocantur, qui uero duntaxat obsequijs & ad-
ulationibus aucupantur, ut misceantur testamento, Vultures prouerbio dicuntur. Seneca, Si
uultur es, cadauer expecta. Martialis libro sexto. Amisit pater unicū Silanus. Cessas mit-
tere munera Oppiane: Heu crudele nefas, malæq; paræ. Cuius uulturis hoc erit cadauer?
Diogenianus in collectaneis meminit huius adagij, sed alia figura. Απειρ γυπὲς, id est uulturum
ritu. Admonet autem dictum de ijs, qui uel ob hæreditatis, uel alterius alicuius emolumen-
ti spem, insidiantur cuiuspiam.

Coruum delusit hiantem.

XV

Haud dissimili figura dictum est ab Horatio, in eum qui captatorem suum, arte frustratus
fuerat, Coruum delusit hiantem. Nam hæc quoq; auis cadaueribus imminet. Plæuq; inquit,
recoctus Scriba ex quinque uiro coruum deludet hiantem. Loquitur de Corano, qui Nasicæ
focero, spe testamenti per dolum ostentata, moriēs, nihil præter plorare reliquit. Videtur au-
tem hoc adagium effictum & imitatum ad illud Græcorum, λύνκθ' ἔχανεμ. i. Lupus hiat. Ut iti-
dem dicere liceat, lupum delusit hiantem, & κόραξ ἔχανεμ. i. Coruus inhiabat.

Cornicari.

XVI

Quin & Græci prouerbio κρώζην dicunt, pro eo quod est inhiare prædæ, aut inepte garrere.
Aristophanes in Pluto, εὐ μὲν οἶδ' ὁ κρώζεις, ὡς ἐμοῦ τί κεκλοφότες, ζητῆες μεταλαβῆμ. Interpres ad-
monet esse prouerbium in eos, qui Cornicum more frustra cornicantur. Sunt autem uerba
Chremyli senis, qui ait se non ignorare, quid sibi uellet Blepsidemus, sursum ac deorsum uer-
tens orationem, dum studet furti confessionem elicere, nimirum ut cōsciūs in prædæ partem
ueniret. Persius Satyra quinta, Nescio quid tecum graue Cornicaris inepte. Vfus est & diu-
Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

In uino ueritas.

XVII

Ἐμ οἴνω ἀλήθεια. i. In uino ueritas, passim apud autores usurpatum adagium, significans ebrie-
tatem animi fucum tollere, & quicquid in pectore conditum est, in apertum proferre. Vnde
diuinæ literæ uetāt uinum dari regibus, quod ibi nullum sit arcanum, ubi regnet ebrietas. Pli-
nius libro decimoquarto, capite uigesimo secundo, scripsit uinum, usq; adeo mentis arcana p-
dere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem reditu-

ras uoces cōtineant, uulgoq̄, inquit, ueritas attributa uino est. Celebratur & Persæ cuiusdam apophthegma, qui negauit tormentis opus esse, ad exquirendum uerū, uino enī rectius elici, quod approbans Horatius in Odis. Tu lene, inquit, tormentū ingenio admoues Plærumq̄ duro, tu sapientiū Curas, & arcanū iocoso Consiliū retegis Lyæo. Idē in arte poetica. Reges dicunt multis urgere culullis, Et torquere mero, quæ p̄spexisse laborent, An sit amicia dignus. Rursum alibi, Quid nō ebrietas designat, opera recludit. Effertur & ad hūc modū paræmia οἶνος ἢ ἀλήθεια. i. Vinū & ueritas. Celebrat̄ a græcis hæc quoq̄ sentētia puerbialis τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν νήφοντες, ἐπὶ οἷ γλώσσης ἢ μεθύοντες. id ē, Quod in corde sobriū, id in lingua ebrī. Theognis, ἐν πυρὶ μὲν χρυσὸν τε, ἢ ἄργυρον ἰδρύεις ἄνδρες γινώσκουσ̄, ἄνδρός δ' οἶνος ἔδειξε νόον. i. Aurū atq̄ argētū fabris dignoscitur igni, Vinū hominū p̄des arguit ingeniū. Athenæus hunc senariū citat ex Euripide, κάθ' ὅπ' ἔομαι εἰδύς χαλκός ὄζει, οἶνος δὲ νόου. i. Speculū enim formæ ē æs, uinū aut̄ mētis. Alcibiades in symposio Platonis, τὸ δ' ἐν τεύδεσσι οὐκ ἄμ' μου ἠκούσατε λέγοντες, εἰ μὴ πῶσ' μ' οἶνον τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνδ' τε παιδῶν, καὶ μετὰ παιδῶν, ἢ ἀλκιδής. i. Quæ uero nunc sequuntur non prius audietis, q̄ prouerbium illud recensuerim, Vinū & cum pueritia, & sine pueritia, ueridicū est. Quibus ex uerbis liquet, idem de pueritia, quod de uino, prouerbio iactatum fuisse. Durat & hodie uulgo tale prouerbium, non audiri uerum, nisi a tribus hominū generibus, pueris, ebrīs, & insanis. Huc adscribendū arbitror uersiculum illum prouerbialem, ἡ γλώσσ' ἄμασ' τάνυσσα τ' ἄλκιδῆ λέγει. i. Verum putatur lingua lapsa dicere. Nam uerum esse creditur quod exciderit imprudenti, quandoquidē id demū uacat fictionis suspitione.

Bos in lingua.

XVIII

βῶς ἐπὶ γλώσσῃ. i. Bos in lingua. In eos, qui nō audēt libere, quod sentiunt dicere. Translatū, uel a robore animantis, quasi linguam opprimens, nō sinat eam eloqui. Vel hinc, quod Atheniensium nomisma quondam bouis obtinuit figuram. Item apud Rhomanos Seruius rex, ouīū ac boum effigie, prim⁹ signauit æs, autore Plinio libro decimo octauo, capite tertio. Itaq̄ qui multa pendenda metu deterriti reticerent, aut qui pecunia corrupti loqui nō auderēt, bouem in lingua dicebantur habere. At Iulius Pollux nono de rerū uocabulis libro, puerbiū hoc exponēs, his ferme cōsentanea cōmemorat, addens ipsū nomisma bouem uulgo uocari solere. Proinde in Deliacis spectaculis, si cui munus dandū erat, præconē p̄nuntiare solitū, tot boues illi dabūtur. Bouem aut̄ ualuisse duabus drachmis atticis, unde fuisse, qui crederēt hoc nomisma Deliorū fuisse propriū, nō Atheniensīū. Addit item in Draconis legibus extare mentionē, περὶ τῶν ἀπ' τίνων δέκα βοίων. i. de pendendis decē bubus, id est numis decē. Neq̄ de fuisse q̄ senserint, Homerū quoq̄ de nomismate locutū, nō de animāte, cū ait, χρύσεια χαλκείων ἑκατόμβοι ἔννεα βοίων. Verū hanc opinionē alio in loco refellit Iulius Pollux, ostendēs illā fuisse cōmutationē rerū, citra numos. Adagiū aut̄ efficit ad hunc modum, βούς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν. i. Bos in lingua ambulauit, admonens id dici solitū, ubi quis pecuniæ causa taceret. Theognis, βούς μοι ἐπὶ γλώσσῃ. i. In lingua mihi bos. Philostratus in uita Apollonij, γλώσσῃ τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων σκέχε, βῶν ἐπὶ αὐτῇ σιωπῆς εὐρώων δόγμα. i. Linguā primus hominū coercuit, Bouē in illa silentij inueniens decretum. De Pythagora loquit̄, silentij autore. Item in Scopeliano Sophista .καὶ οὐ χεὶ δ' αὐμμάζην εἰ πεπεδημένοι τινὲ γλώσσῃ ζῆτες ἢ βῶν ἀφωϊάς ἐπ' αὐτῶν βεβλημένοι. i. Neq̄ mirandum est, si quidam linguam habentes uinctam, boue silentij eam occupante.

Argentanginam patitur.

XIX

Ἀργυράγχμη πάσχει. i. Argentanginā patitur. Superiori finitimum est, natū ex historia, quā refert Aulus Gellius in noctib⁹ atticis, atq̄ itē Plutarchus in uita Demosthenis. Ea est huiusmodi. Cū aduersus Milesiorū legatos, qui auxiliū petēdi causa Athenas uenerāt, acriter in cōcione dixisset Demosthenes, obsisteretq̄, quo min⁹ impetraturi postulata uiderent, causa in diē posterū reiecta, Legati Demosthenē ipsū adierūt, magnaq̄ pecuniā sūma, ne cōtra se diceret redemerūt. Postridie, cū res denuo foret agēda, Demosthenes, multa lana collo circūuoluto in cōcionē pdijt, fingēs sese σωάγχμη. i. anginā pati. Eāq̄ rē impedimēto esse, quo minus ex more diceret. Tū e pplo quispiā, cui simulatio subolebat, exclamabat, eū nō σωάγχμη, sed ἄργυράγχμη pati. Est aut̄ synanche morbi genus, quē uulgo medicorū deprauate squinatia appellat. Hūc Aretæus Cappadox libro p̄mo, cōmemorat inter morbos acutos, ostendēs bifariā appellari, uel κωάγχμη, qd' id mali canib⁹ sit familiare, uel σωάγχμη, qd' spūm coartet, ac p̄focet.

Equus me portat, alit rex.

XX

ἵππος μὲ φέρει, βασιλεύς με τρέφει. i. Me rex alit, ac me portat equus. Refertur inter Græcorum

adagia, atq; addunt hinc natū. Iuuenis quidā sub rege Philippo stipēdiā faciebat. Is cū admo-
neretur, ut missionē peteret, seseq; a militiā abdicaret, negauit se facturū, his quidē uerbis, ἵπ-
πος με φέρει, βασιλεὺς με ἔφέρει. i. equus me portat, rex me alit. Significās se cōmodissime uiuere,
ut qui & pedibus alienis ingrederet, & aliena pecuniā pasceret. Huc allusit Horatius, cum in
epistolis sub Aristippi persona, sic ait, Rectius hoc, & splēdidius multo est, equus ut me por-
tet, aliat rex. Quo quidē in loco Acron huius admonet, puerbii, cuius etiā meminit Diogeni-
anus. Apparet e Tragœdia quapiā ascitum. Est enim carmen Anapesticū dimetrum.

Etiā Corchorus inter olera.

XXI

καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις. i. Etiā Corchorus inter olera. Dicit solitū in homines nullius præcē, q
tamē in numero aliquo studeant haberi. Nam, κόρχορος, oleris genus est uilissimi, quod Plini-
us libro uigesimoprimo, in catalogo olerū recenset. Idem alibi cōmemorat inter herbas spon-
te nascētes. Scribit autē Corchorū Alexandrini cibi herbā esse, conuolutis folijs, ad similitudi-
nē mori, multis remedijs utilem. Meminit puerbii Theophrastus, libro de plantis septimo,
capite septimo, Corchorū referens inter olera, quæ uel cocta, uel cruda possint edi, uerum ob
amaritudinē, puerbio esse infamē. Suidas autor est, nōnullis piscē existimari corchorū, cōtē-
prissimū, nulliusq; præcij, qualis sit hippurus. Aristophanes in Vespiis, καὶ θῆψαμεν τῷ κορχόρου. L
Deinde Corchorū attigimus. Nec hic tacuit interpres de prouerbio.

Graculus inter musas.

XXII

Cui nō dissimile uidet, κολοιδὲς ἐν ταῖς μουσαῖς. i. Graculus inter musas. Indoctus inter doctissi-
mos, Infantissimus inter eloquentissimos. Recte dicitur & in homines ostentatione falsæ do-
ctrinæ sese iactitantes, & uiris eruditis impudenter obstrepentes. Est enim Graculus auis, mini-
me canora, sed tamen odiose garrula, atq; obstrepera. Cōfine est his, qd in Bucolicis, ait Ver-
gilius. Sed argutos interstrepere anser olores. Cygnos canoros esse sic oim poeta; literis est
decantatū, ut nihil sit celebrati⁹, etiā si nemini cōtigit hūc audire cantum, Nec desunt philoso-
phi, qui huiusce rei rōnem quoq; reddere conent. Aelianus addit, eos nō canere, nisi flāte Fa-
uonio. Vnde fert etiā puerbiū, κύνειον ἄσμα. i. Cygnea catio. Cōtra, anseres molesto quodā
stridore obganniūt. Proinde cū indoctus inter eruditos garrit, in tpe usurpabit adagiū, An-
ser inter olores.

In lente unguentum.

XXIII

τὸν ἐπι φακῆ μύρον. i. In lenticula fabulam, subaudi, narras. Vbi quis mētionē inducit, uilis cu-
iuspiā, & nihili hominis, alijs, de uiris egregijs uerba faciētibus. Ad hunc quidē modū legitur
in omnibus uulgatis exēplaribus, apud Aulum Gelliū libro duodecimo, capite decimo octa-
uo. Verū placet Hermolai castigatiōi subscribere, q locū hūc ita restituit, ut legat, τὸν ἐν φακῆ μύ-
ρον. i. In lente unguentū. Quadrat autē in hominē, aut in rem quampiā, quæ neutiq; in tēpore
adhibeat, ijs quibus minime cōgruit. Veluti si philosophū, iuuenū lasciuientū cōiuiuo misce-
as. Aut inter pocula de rebus grauibus, ac Theologicis, incipias disputare. Quemadmodum
uidelicet, lenticulæ uili legumini, inepte qs admiscuerit unguētū. Dicit etiā ubi plura inter se
dissimilia cōfundentur. Verba Frontonis apud Gellium sunt hæc, Videte tamē, ne existime-
tis semper, atq; in omni loco, mortales multos, pro multis hominibus, esse dicendum. Ne pla-
ne fiat Græcū illud de Varronis Satyra prouerbiū, τὸ ἐν φακῆ μύρον. i. In lente unguentū. Idē
usurpauit. M. Tullius libro ad Atticum primo. Legati, inquit, cum autoritate mitterentur, qui
adirent Galliæ ciuitates, darentq; operam ne eæ cum Eluetijs se iungerent. Legati sunt, Qu.
Metellus Creticus, & Lu. Flaccus, τὸ ἐπὶ τῆ φακῆ μύρον, Lētulus Clodiæ filius. Tamest hic quo-
q; locus, eodem mendo laborat, quo Gellianus ille. Citatur autem adagium hoc, ab Aristote-
le, in lib. de sensu & sensibili, ἀληθὲς γὰρ ὅσα ἐν εὐρηπίδῃ ἐῖπε σκώπτῳ στρατί, ὅσα φακῆ ἐφῆται, μὴ
ἐπιχῆμ μύρον. i. Nam uerum est, quod ait Stratis Euripidem taxans, ubi lenticula coquitur, nō
oportere unguentū infundere. Citat & Athenæus ex Iocasta Stratidis Comici poeta. Citat
& ex Sopatri Necya, ἰθακὸς ὀδυσσεὺς τὸ ἐπὶ τῆ φακῆ μύρον πάρεσι θάρσει θυμῷ. i. Ithacensis Vlysses in
lente unguētum adest aude anime. Adducit & Clearchum prouerborum collectorem, qui
hoc quoq; recensuerit, τὸ ἐν φακῆ μύρον. Huc mihi uidetur Aristophanes allusisse, cum ait,
ἐν εἰρήνῃ κάπιφυτένσθαι ἐρπυλομῶν καὶ μύρον ἐπιχῆς. i. Et præterea feres Serpyllum sursum,
& lentem infundis. Porro unguentū intelligo oleum odoratū, ac uelut unguentariū. Alioqui
plebeium oleum admiscere lenti, nihil prodigiosum.

Anulus aureus in naribus suis.

XXIII

Huic pene cognatum est illud, quod extat in prouerbijs Hebræorū, Anulus aureus in na-

ribus suis. Sic enim habet Prouerbiorum capitulo undecimo, Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Vbi res quæpiam p se præclara, illic adhibet, ubi minime addecet: Vt si stulto contingant opes, fatuæ forma, Genus ignauo, Eloquentia uiro improbo, Magistratus imperito. His enim rebus non modo nō ornantur, uerumetiam magis ridiculi fiūt. Olim autem anulis quibusdam aureis auriculis insertis, ornari sese credebant, maxime barbari. Inscritur & suillis naribus anulus æreus, quo minus noccant agris rostri suffossione, quæ pecularis est huic animanti, quapropter & agricolationem monstrasse creditur. Quod si anulum aureum, rostro suillo inseras, res sit oppido q̄; ridenda. Celebratur apud Græcos Menandri uersiculus, ab hac sententia non admodum abhorrens, *μισῶ πρηρόν, χησὸν ὅταμ εἶπη λόγῳ*. i. Odi improbum, qui uerba proloquitur proba. Huc pertinet illud, quod memorat in Noctibus Aulus Gellius, Cum quispiam improbatæ famæ uir sententiam dixisset, Reip. conducibilem, iusserunt eandem ab alio quopiam integro, bonoq; uiro pronunciari, atq; illius nomine decerni, quod absurdum existimarent a malo uiro bonum consilium, aut bonam sententiā proficisci.

In eburna uagina plumbeus gladius.

XXV

Huic cōfine est illud, *ἐμ ἐλεφαντίνῳ κουλεῖῳ τὸ μολύβδινον εἶφος*. i. In eburna uagina plūbeus gladius, natū ex Diogenis Cynici apophthegmate. Nam cum adolescens quispiam, insigni forma, foedū quiddā, atq; obscœnū dixisset, Ex eburna, inquit, uagina plumbeū gladiū educis.

Omnia octo.

XXVI

Ἀπανηκτῶ. i. Omnia octo. Cum nihil deesse significamus, Aut cum multa inter se similia uidentur. Parcemiā hinc natam existimant. Stesichorus poeta in oppido Catana splendide sepultus fertur, monumento diligentī quadam ratione, ex omnibus octonis constructo, octo columnis, octo gradibus, angulis octo. Atq; hinc prouerbium increbuisse, *ἀπανηκτῶ*. Meminit huius & Iulius pollux in nono, agens de lusu taxillorum, quem ait numeris cōstare, in quibus sit unus, qui Stesichorius appelletur, nimirum octo, idq; cognominis sumptum esse ab eius monumento. Sunt, qui dicant, eum qui Corinthios in unam ciuitatem coegit, ciues uniuersos in octo tribus distribuisse, atq; hinc ortum uulgi sermonem. Neq; desunt qui scribant, idq; Euandro, ut citāt, autore, octo Deos esse, qui rerum imperent summæ, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, solem, mithram, noctem. Mithram autem Persæ, eundem cum sole existimant. Rursus alij dicunt octo fuisse certaminū species in Olympijs, atq; inde ductū adagium, Omnia octo. Quod si nobis quoq; conceditur in ænigmate diuinare, non absurde natum uideri potest, a fabula quam narrat Plutarchus in commentario de Dæmonio Socratis, Delijs, ac cæteris Græcis oraculo respōsum fuisse apud Aegyptios, ita demum malorum finē fore, si aram quæ in Delo erat duplassent. Qui cum nō intellexissent, quid sibi uellet oraculū, ridicule, duplatis singulis aræ lateribus, imprudentes solidum octuplum effecerunt. ob inscitiam proportionis, quæ longitudine duplum reddit. Cæterum hac in re consultus Plato, geometriæ cum primis peritus, respondit deum græcis imperitiā exprobrasse, monere, ut geometriæ darent operam. Delectatum apparet hoc prouerbio Heliogabulum imperatorem, cui amorē hūc fuisse scribit Aelius Lampridius, ut simul ad cœnam uocaret octo caluos, octo lufcos, octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo prælōgos, & octo præpingues & obesos.

Omnia idem puluis.

XXVII

πάντα μία κόνις. i. Omnia idem puluis. De indiscreta similitudine Lucianus, *ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις φασί*. i. Quin nobis, omnia idem, quod aiunt, puluis. Alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. Confine illi, quod alio demonstrabimus loco eiusdem farinae. Siquidem antiqui farinam pollinem uocabant.

Currus bouem trahit.

XXVIII

ἡ ἄμαξα τὴν βοῦν ἐλάυνει. i. Currus bouem ducit. De re, quæ præpostere gerit. Veluti si uxor præscribat marito, si discipulus reprehendat præceptorē, si populus imperet principi, si ratio pareat affectui. Lucianus in Terpsioe, *νῦν δὲ τὸ φθὶ παροιμία, ἡ ἄμαξα τὴν βοῦν ἠλλάκει ἐκφέρει*. i. Nūc id euenit, quod dici uulgo solet, Plaustrum sæpenumero bouem ipsum aufert. T rāslata metaphora a plaustris per decliue retro labētibus, unaq; secū bouem auferentibus.

Ab equis ad asinos.

XXIX

Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνου. i. Ab equis ad asinos. Vbi quis a studijs honestioribus ad parum honesta deflectit. Veluti si quis e philosopho cantor, E Theologo grāmaticus, E mercatore caupo, E œconomō coquus, E fabro fieret histrio. Quadrabit itē ubi quis e cōditione lautiore, ad abie-

ctiorem deuenērit. Procopius sophista in epistola quapiam, ἢ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἰσσοῦ ἐπ' ὄνου μεταβιβάκαμεν. i. Juxta prouerbiū, ab equis ad asinos transiuimus.

Ab asinis ad boues transcendere.

XXIX

Huic diuersum est illud Plautinū, Ab asinis ad boues transcendere, pro eo, quod est ex humiliore cōditiōe ad ditiorū partes transire, Sic enim apud Plautum in Aulularia, Euclio cuius pauperculi, diues quidā expetebat affinitatē, Venit hoc mihi in mentē Megadore, te esse hominē diuitē, factiosum, me item esse hominē pauperū pauperrimū. Nunc si filiā locassim meam tibi, in mentē uenit, te bouem esse, & me esse asellum. Vbi tecum cōiūctus siem, ubi onus nequeā portare pariter, iaccam ego asinus in luto, tu me bos haud magis respicias, natus quē si nunquā siem. Et te utar iniquiore, & meus me ordo irrideat, neutrobi habeā stabile stabulum, si quid deuortij fuit. Asini me mordicus scindant, boues incurfent cornibus. Hoc magnū periculum est, me ab asinis ad boues transcendere. Haec tenus Plautus. Videtur allegoria ex Apologo quopriā mutuo sumpta, qui mihi in praesentia nō succurrit.

Ab asino delapsus,

XXX

Ἀπ' ὄνου καταπεσών. i. Ab asino delapsus. In eos dicitur, qui incōsulte quippiam agunt, & imperite, Aut in eos, qui a praesentibus cōmodis, quibus ob incitiam uti nesciunt, excidunt. Est autem in graecis uerbis faceta allusio, ad finitimā orationē, mutato accentu, ἀπ' οὐ. i. a mēte delapsus, tanquā uacors, & mentis impotens, Vt ut hoc adagio Plato libro de legibus tertio, Δεῖν φαίνετ' ἔμοιγε οἷόν περ ἴππου τὸν λόγον ἐκάσote ἀναλαμβάνειν, ἢ μὴ καθάπερ ἀχάλιστον κεκλιμμένον τὸ σόμα βίε ὑπὲρ τοῦ λόγου φερόμενον ἢ τὴν παροιμίαν, ἀπὸ τίνος νοῦ πεισῶν. i. Mihi sane uidet, unde quocūq; restringendus sermo, ne tanquā os habens effrene impetu abreptus iuxta prouerbiū, ab asino, tanquā a mēte excidat. Vt ut item Plutarchus in Gryllo, Rursum Aristophanes in Nubibus, tanquā a mēte excidat. Vt ut item Plutarchus in Gryllo, Rursum Aristophanes in Nubibus, κακῶς γὰρ ὄντως εἶχε ὡς γέ μοι δοκεῖ Ἰσσοῦς ὕδαλινον ἐξέπεσον νή τὸς θεοὺς τὶ δῆτα ληξεί, ὡς περ ἀπ' ὄνου ἐκπεσών. i. Mali, ut uidetur, accidit tibi quippiam. Ita per Deos, equos agens miser excidit. Quid haec ita, ut delapsus asino blatteras? Primus uersus dicitur a Strepsiade Danistam cidi. Quid haec ita, ut delapsus asino blatteras? Primus uersus dicitur a Strepsiade Danistam cidi. Quid haec ita, ut delapsus asino blatteras? Alter est Danista, iuuenem tacita allusione notantis, qui studio alendorum equorum pecuniam eam absumpserat. Tertius rursum Strepsiadis, dicentis illum delirare, perinde quasi nō ab equis, sed ab asino decidisset, hoc est, ἀπ' οὐ. i. a mēte. Quidam huic quoque prouerbio huiusmodi affingunt fabulam, Duo qui dam, cum in desertis locis asinum quempiam forte fortuna nacti essent, contendere inter sese coeperunt, uter eum uti suum, domū abduceret. Nam utriusque pariter a fortuna uidebatur obiectus. Hac interim de re, illis inuicē altercātibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Atque hinc prouerbiū natum autumant. Mihi magis placet in adagio captatā fuisse allusionē, de qua diximus, maxime quod animaduertam grāmaticis id studio fuisse, ut omnibus adagijs fabulam aliquā, aut historiam, uel commentitiā adiungerent.

Telluris onus.

XXXI

τῆς βάρους. i. Terrae onus. De homine uehementer inutili, qui nihil aliud, quā terram suo pōdere grauet. Refertur inter adagia graecanica, natum ex Homero apud quē Achilles Iliados, ε. hoc pacto loquitur, indigne ferens ocium, & quod non ineat praelium cum reliquis copijs,

Ἀλλ' ἤμῃ παρα νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. i. Nauibus assideo telluris inutile pondus. Rursum in Odyssæa, ε. οἷόν μ' ἐστὶν τινὰ τοῦτ' ἔχεις ἐπίμασον ἀλήτην σίτῃ ἢ οἴνου κεχρημμένον, οὐδέ τι ἔργων ἐμπαιον οὐδέ βίης, ἀλλ' αὐτῶς ἄχθος ἀρούρης. i. Quem tandem nobis errone adducis edacem. Eneclumque fame, uinique & panis egenum Artibus edoctum nullis, neque uiribus ullis, Pollentem, ac tantum telluris inutile pondus.

Arabicus tibicen.

XXXII

ἀράβιος ἀυλητής. i. Arabicus tibicen. Aut, ἀράβιος ἄγγελος. i. Arabicus nuncius, in eos dici solitū, qui a semel coeptis nunquā desistunt. Quod uicij Flaccus cantoribus peculiare esse scripsit, ut iussi cantare, nunquā adducantur, ut incipiant, Si iniussi coeperint, nunquā desinant. Citatur ex Manandro. ἀράβιον ἄρα ἐγὼ κεκίνηκα ἀυλόν. Arabicā ego Hercle tibiā excitauī. Meminit adagij Iulius pollux, capite de loquacibus, ad hunc modū, ἀράβιος ἀυλός. i. Arabica tibia. Citat & Cantharus, in Medea, κιθαρωδὸν ἐξηγεῖται ἀράβιον. i. Citharodū excitauit Arabicum. Celebrae graecis & hic uersiculus de tibicine Arabico, δραχμῆς μ' ἐμ' ἀυλῆ, τετράρω δὲ πάνετη. i. Drachma canit, sed quatuor compescit. Quod paululo precio prouocaret ad canendum, nō nisi magna mercede desisteret. Adagium hinc natum existimant, quod olim tibijs canendi artē

nō discebant ingenui, tanq̄ sordidā, sed hanc, sola mācipia exercebāt, quæ plærūq̄ ex Arabiā p̄ducebant. Deinde ingenuis usq̄ adeo placere cœpit, ut indoctus haberetur, quisquis huius esset rudis. Donec Alcibiades tibias ab̄sceret, oris deformitate cōspecta ad speculum.

Artem quæuis alit terra.

XXXIII

τὸ τέχνηον πᾶσα γαῖα ἔρπει. i. Artē quæuis alit regio. Prouerbialis sentētia, qua significatū est, certissimū uiatricū esse eruditionē, aut artificiiū aliquod. Nam hæc, necq̄ eripi possunt a latronibus, & quocūq̄ terrarū abeas, te comitant, nihil adferentia sarcinæ. Suetonius scribit aliquando Neroni prædictū a Mathematicis, fore, ut imperio destitueret, unde uocē illam Neronis celeberrimā extitisse, τὸ τέχνηον πᾶσα γαῖα ἔρπει, quo maiore uenia meditare Citharœdicam artē, principi gratā, priuato necessariā. Idem euenit Dionysio Siracusano tyranno, qui imperio exutus, Corinthi ludū aperuit, ac pueros literas & mulicā docuit. Apparet autē senarium esse, quē citat Suetonius, sed paucarū syllabarū cōmutatione deprauatū, fortassis sic restituet, τὸ τέχνηον γε πᾶσα γαῖα ἐκέρπει. Fertur inter græcorū sentētijs huiusmodi senarius, ab hoc p̄ uerbio non admodū dissidens, λιμὴν ἄτυχίας ὄσιν ἀνθρώποις τέχνη. i. Ars ipsa inopia portus est mortalibus, hoc est, unicū cōfugiū in egestate est ars. Vnde qui sapiūt, etiam si suppetat abunde res familiaris, tamē liberos suos opificiū aliquod discere cogunt, quo si cōtingat, ut fortuna auferat opes, aut in exiliū ire iubeant, sit quo sibi uictum parēt. At nūc plærūq̄ quibus domi nihil est, in diuitū familijs cōsenescunt, unde si pellantur, aut mendicandū sit, aut tollendū, quod non posuerunt, contra Platonis legem.

Non eras in hoc albo.

XXXIII

Nō eras in hoc albo, hoc est, Nō eras in hoc numero. Trāslatū ab albata tabula, in qua quōdam scribebant nomina iudicū. Plinius in præfatiōe historiarū mūdi. Cū hanc operā cōdicerem, nō eras in hoc albo. i. nō eras in eorū numero, quos hæc lecturos credebā. Erat & album prætoris, in quo leges & formulæ describebant. Pandectarū libro primo, titulo de Edendo. Ex Vlpiano eū quoq̄ edere Labeo ait, qui producat aduersariū suū ad album, & demonstrat, quid dictaturus sit. Item secūdo eiusdē operis libro, titulo primo, multa fit mentio de albo. Quintilianus libro Institutionū undecimo, Quorū alij se ad albū, & rubricas transtulerūt, uidelicet leguleios & formularios, irridens, qui nō ex libris iurisprudētiū, sed ex albo prætoris iuris scientiā discerent. Titus Liuius Decadis primæ, libro nono. Ciuile ius repositū in pentalibus Pontificū euulgauit, fastosq̄ circa forum in albo p̄posuit, ut quādo lege agi posset, sciretur. Apuleius Metamorphoseos libro sexto meminit albi, Siquidē louem allocuturū deos ita facit exordiri, Dei cōscripti musarum albo. Quibus in uerbis mihi subesse uidetur, obscura quidē, sed facta allusio scriptoris, ad deos a poetis cōfictos. Quasi ij demū in decorū numero sint, quos illic musæ, quibus afflati scribunt poetæ, constituerint.

Oleo tranquillior.

XXXV

Oleo tranquillior, Hyperbole p̄uerbialis, in homines minime iracūdos, leniq̄ ingenio præditos, a liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisq̄ lene. Plautus in Pænulo. Ita hanc canē faciā tibi oleo tranquilliorē. Est autē usq̄ adeo tranquilla olei natura, ut mare quoq̄, rem omniū sæuissimā trāquillet, atq̄ ob id urinātes oleū ore spargere, quod mitiget elementī naturā asperā, lucēq̄ deportet. Autor est Plinius libro secūdo. Idem confirmat Plutarchus, & cur ita fiat, rationē reddit in libello de causis naturalibus. Rursum in cōuiuialiū quæstiuncularū Decade sexta, causam adferens, cur Homerus inter tot liquores, oleū duntaxat appellaauerit, ὑγρόν. i. humidū, siue liquidū, ostēdit oleo nihil inesse asperum, sed undiq̄ lene esse, & ob id maxime reddere imagines, more speculorū. Præterea nec motū, aut percussum strepit, quem admodū humores reliqui, nec lucē cū igni, sed tacite pascit. Deniq̄ nō est alius liquor, q̄ tā late diffundat, cū inungit corpori, aut serius siccescat, aut eque molliat, ac leniat. Vti hoc adagio & Plato in Theætæo de scientiā, placida ingenia, quæ leniter, ac tranquille ad disciplinas & disputationes accedunt, oleo molliter fluenti, comparans.

Auricula infima mollior.

XXXVI

Huic simillimum, quod. M Tullius usurpat in epistolis, Tu, inquit, quemadmodum me censēs oportere esse, in Repub. & in nostris inimicitijs, ita & esse & fore, auricula infima, scito molliorem. Translata metaphora, ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore, mollius, aut flexibilius, lentiusq̄, ut quæ nec osse rigeat, necq̄ carthilagine dureseat, necq̄ neruis intendatur.

Apio mollior, aut mitior.

XXXVII

· Απίου πεπαιότερος, i. Apio mitior. Simili figura dictum est a Theocrito, και δὴ μὰρ ἀπίοιο πεπαί-
· πτερος, i. Et iam certe apio mitior. Est autem Apius græcis Raphanus, aut pyri genus.

Spongia mollior.

XXXVIII

Eiusdem est generis. φηὶ ἀπογγίᾳς μαλακώτερος, i. Spongia mollior. Sic enim assentator quif-
· piam loquitur apud Comicū quempiā, citante Plutarcho in cōmentario, de discrimine adu-
· latoris & amici, Εμὲ νικόμαχε πῶς τὸν στρατιώτην τάξατε, Ἄρ μὴ ποιήσω πέπονα, μασίγων ὅλον
· Ἄρ μὴ ποιήσω, ἀπογγίᾳς μαλακώτερον τὸ πρόσωπον, i. Nichomache me isti militi opponas uelim

Nisi pepona loris, quantus est, effecero Nisi spongia illi molliorem qualibet Reddidero
· uultum. Item Cinedo mollior. Plautus in Aulularia, Ita fustibus sum mollior magis, q̄ ullus
· Cinedus. Nam prisici, Saltatores & pantomimos Cinedos uocabant, quod cum gesticulatio/
· ne canerent. Similiter Catullus, Cinede Thalli mollior cuniculi capillis.

Felicibus sunt, & trimestres liberi.

XXXIX

· τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τριμήνα παιδία, i. Felicibus sunt, & trimestres liberi. Senarius puerbialis in
· principum, ac diuītū felicitatem, quibus per adulationē omnia laudi uertūtur, quicq; sibi nihil
· nō licere putant, adeo, ut quod in homine plæbeio, perinde, ut summū scelus damnaē, in illis
· uirtutis titulo celebret. Vnde nata sit parcemia, Suetonius Trāquillus declarat, Claudij Cæ-
· saris uītam his uerbis exordiens. Patrem Claudij Cæsaris Drusum, olim decimū, mox Nero
· nē prænominē, Lūia cū Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitq; suspi-
· tio ex uītrico per adulterij suspicionē procreatū. Statim certe uulgatus est uersus, τοῖς εὐτυχοῦ-
· σι καὶ τριμήνα παιδία, i. Potētibus sunt mensium & partus trium. Nam mense septimo, decimo,
· & undecimo, legitimi sunt partus, quarto & octauo, neq; uitales fere, & perq; rari, mēse tertio
· nulli partus editi legunt. Auctor Plinius libro septimo, capite quinto.

Aurem uellere.

XL

Aurem uellere, ueteres dicebant, admonere, a prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi
· quempiam, aurem uellicabant, attestantes eum, quē quasi testem meminisse uolebant. Inde
· Horatianū illud, in sermonibus, Et licet antestari, ego uero Oppono auriculam. Siquidē
· ut frons antiquitus erat sacra genio, ueluti scribit in Maronis Pollionem Scruius, ut digiti me-
· moriæ, genua misericordiæ, ita auris memoriæ deæ, quā græci, μνημοσύνη uocant. Vergilius in
· Pollione, Cum canerem reges & pralía, Cynthius aurem Vellit, & admonuit pastorem Ti-
· tyre pingues Pascere oportet oues, diductum dicere carmen. Quod imitatus Calphurni-
· us in Bucolicis. Vellit nam sæpius aurem Inuida paupertas, & dicit uilia cura. Non nihil
· decoris adiunxit prouerbio Calphurnius, quod ad rem transtulit. Quanq; potest paupertas
· hoc loco pro Dea accipi. Seneca libro de beneficijs tertio, Nec tanquā munus dabo, sed uer-
· ba mea redimā, & aurem mihi peruellam. Vtitur in hūc modū, & alijs aliquot locis, ut in epi-
· stola quadam. Sit ergo aliquis custos, & aures subinde peruellat, abigatq; rumores, & recla-
· met populis laudantibus.

Alter Hercules.

XLI

Prouerbialis hyperbole, οὔτε ἄλλος ἤρακλῆς, i. Hic alter Hercules. De uiro præstrēnuo, ac la-
· borū tolerātissimo. Extat hoc titulo quæpiā ex Menippeis Terentij Varronis, mirū nī, puer-
· biali. Aristoteles libro moralium Eudemiorū septimo. ο γὰρ φίλος βούλεται εἶναι ὡς ἢ παροιμία
· φησὶν, ἄλλος ἤρακλῆς, ἄλλος οὔτε, i. Nā amicus cupit esse, sicuti puerbio dicitur, alter Hercules, al-
· ter hic. Plutarchus scribit id cognominis uulgo Thesæo attributū, quod multa fortiter patra-
· ret exēplo Herculis. Laertius in uitis philosophorū ostēdit & Cleanthem philosophū alterū
· Herculem uulgo dictū fuisse, quod esset omniū laborū patiētissimus, adeo, ut noctu haurien-
· da e puteo aqua, uictum diurnū pararet, unde & φρεαντλῆς dictus pro Cleanthe, & nihilo ta-
· mē legnius, egregiam operā interdū nauaret philosophiæ. Clearchus apud Zenodotū aliā
· fabulam adfert, unde hoc sit natum adagiū, Ait enim Briareum, qui & ipse Hercules dictus
· est, profectum Delphos, sublatis inde Thesauris aliquot, ac monimētis, ex ijs, quæ eo in loco
· seruabant, iuxta ueterē quādā cōsuetudinē, ad colūnas, quas Herculis cognomināt sese cōtu-
· lisse, atq; itidē illis, quæ illic erāt, fuisse potitum. Deinde Tyriū Herculem uenisse Delphos, ut
· oraculū cōsulcret, Deūq; respōdisse, οὔτε ἄλλος ἤρακλῆς, i. Hic alter Hercules. Atq; oraculū in
· adagionē ab ἴσσε. Et Græculus adulator apud Iuuenalem Diuitē imbecillum Herculi æquat,
· Antæum procul a tellure tenenti. Macrobius libro Saturnaliū tertio, scribit in hunc modum,
· Salios autē Herculi ppter ubertatē doctrinæ altioris assignat, quia is Deus & apud Pontifices

idem qui & Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis affirmat, quæ inscribitur ἄλλος οὐ /
 τος Ἡρακλῆς, Quia cum de Hercule multa loqueretur, eundem esse, ac Martē probauit. Apud
 Latinos quoq; Ruticello cuidam prodigiosis uiribus, Herculis nomen attributum. Is mulum
 suū tollebat, ut scripsit. M. Varro, citante Plinio libro septimo. At Hippocrati medico, quod
 pestilentia ab Illyrijs uenientē prædixisset, dimissis ad auxiliandū circa urbes discipulis, Græ-
 cia ob meritū eisdē decreuit honores, quos Herculi, Nam & is ἀλεξίκακος habitus est. Autor
 idem Plinius, eodem libro. Quin nomen hoc Herculis uidetur uulgari sermone ad omnes
 uiros egregie fortes transferri solere, nō aliter, q̄ Catonis, ad graues & sapientes. Nam Varro
 quadragintatres Hercules enumerat, additq; hoc nomine honoratos fuisse omnes, qui forti-
 ter quippiā egissent. Testatur & Macrobius in Saturnalibus, hoc nominis cō pluribus fuisse
 cōmune, & ante Amphitryonis priuignū. Sic & Achilles appellabant in signi fortitudine du-
 ces, Quorū de numero fuit Lucius Sicinius Dentatus, ob ingentem fortitudinē, Rhomanus
 Achilles appellatus, quod centū & uiginti prælijs cū hoste pugnaſſet, nec ullam haberet cica-
 tricem auersam. Autor Au. Gellius libro secūdo, capite undecimo. Deniq; rationem aut argu-
 mentū Achilleum uocant, quod sit insuperabile & insolubile.

Bipedum nequissimus.

XLII

Bipedum nequissimus, de homine uehementer improbato, quiq; uel pecudes nequitia su-
 peret. Dictum est in Regulum quendā oratorem, quē Plinius in epistolis, subinde suis pingit
 coloribus, ubi & adagium hoc refertur. Conſimili figura Alexander imperator apud Aelium
 Lampridiū, Nuper certe patres meministis, cum ille omnium nō solum bipedum, sed etiā qua-
 drupedum spurcissimus, Antonini nomen præferret, Heliogabalum significans, imperatorū
 unū omnium effœminatissimū, & quē optimo iure Rhomanū Sardanapalū possis dicere. Ad-
 dit autem in hoc sermone nominis generalitas, gratam quandam & nouam, ἔμφρασιμ, Quē ad/
 modum & nullum animal, pro nullo homine uulgo dicimus.

Adamantinus.

XLIII

Ἀδαμάντινος. i. Adamātinus, p eo, qd est inexorabilis, aut infatigabilis. Huic puerbio, incredi-
 bilis huius lapidis duricies locū fecit, de qua Plinius lib. trigesimo septimo scribit ad hunc mo-
 dū. Incudibus adamātes dephendunt, ita respuentes ic̄tum, ut ferrū utrinq; dissulter, incudes
 q̄ etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulq; ignium uic̄trix natura, & nū-
 q̄ igni caleſcens. Vnde & nomen indomita uis, græca interpretatione accepit. Hactenus Plini/
 us. Vnde, quicquid inuic̄tum, atq; inexpugnabile, id adamantinum uocamus. Hesiodus ἀλλ'
 ἀδαμάντιος ἔχῃ κρατερὸφρονα θυμὸν. i. durus at his animus solido ex adamāte creatus. Theocritus
 in Amaryllide, καὶ κέ μ' ἴσως πτίδῃ, ἔπει οὐκ ἀδαμάντινα ἐντί. i. Me quoq; respiciet, neq; enim est
 adamantina, forsā. Eodem pertinet quod Homerus Vulcanū fingit, adamantinis uinculis ir-
 retientem Venerem & Martem, quod Maro portas & columnas inferorum ex adamante fa-
 bricatus est. Socrates in Georgia Platonis, ratiōes adamantinas uocat. i. inexpugnabiles. Ho-
 ratius in Odis, Quis Martem tunica tectum adamantina. Idem alibi, Si figit adamātinus sum-
 mis uerticibus dura necessitas clauos. Deniq; scriptoribus aliquot, ppter infatigatā studij to-
 lerantiā adamantini cognomen inditum, ut Didymo grāmatico, & Origeni Theologo.

Ferreas, ahæneus.

XLIII

Simili figura ferrea, atq; ahænea dicunt, quæ solida firmaq; significamus. Vergilius, Nō mi-
 hi si centum linguæ sint, oraq; centū, Ferrea uox. Quo quidem in loco uidetur exp̄ſſiſſe illud
 Homericū ex secūdo Iliados libro, οὐδ' εἰ μοι δέκα μέμ γλώσσαι, δέκα δὲ σώματα ἔειμ, φωνὴ δ' ἄρρηκτος,
 χαλκοῦρ δ' εἰ μοι ἦτορ ἐνείη. i. Nō mihi si sint ora decem, totidem quoq; linguæ Vox infra c̄ta, ani-
 musq; mihi simul æreus adsit. Horatius in prima epistola, Hic murus ahæneus esto, de decre-
 to animi, nō cōuellendo. Homerus Iliados. χ. ἢ γὰρ σοί γε σιδῆρεος ἐνδοδι θυμὸς. i. Ferrea nimi-
 rum tibi mens in pectore clausa est. Idem Odysſæe. ε. οὐδ' εἰ μοι αὐτῇ θυμὸς ἐνὶ σῆδεσσιν σιδῆρεος,
 ἀλλ' ἐλεήμων. i. Neq; enim scilicet ipsi, Ferreus est animus sub pectore, sed miserescens. Et Ili-
 dos. ι. σιδῆρεον μύθος τῷ πυρὸς. i. Ferream incendij uim dixit. Paulo diuersius est, quod Cice-
 ro Attilium ferreū scriptorē uocat, pro duro, atq; imperito. Nam in artibus dura dicunt, quæ
 parum sunt artificiosa. Contra mollia, quæ summa arte perfecta. Verba Marci Tullij, libro de
 finibus primo, sunt hæc, Electram tamen male conuclam Attilij mihi legendam putem. De
 quo Licinius ferreū scriptorem. Verum, opinor, scriptorem, ut tamen legendus sit. Eundē in
 libris de diuinatione, durissimū & malum poetam uocat.

Cornea fibra.

XLV

Necq̄ dissimilī figura dixit Persius. Necq̄ enim mihi cornea fibra. Nam cornua & durissima sunt, & sensu carent, Quemadmodum & ungues, q̄q̄ potest & a corno arbore corneum dici, Cuius lignū durissimū esse constat. Persij carmen in prima Satyra sic habet, Nō ego cū scribo, si forte quid aptius exit, Quādo hæc rara avis est, siquid tamē aptius exit, Laudari metuā, necq̄ enim mihi cornea fibra est. Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem silicem, ferrum, cornu in pectore gestare dicuntur:

Aiacis Risus.

XLVI

Αἰάντεος γέλωε. Aiacinus risus. In eos, qui temere, ac uacorditer rident, id, quod apposite dicitur in homines mortiferis uoluptatibus gaudētes, breui perituros, aut qui malcfactis gaudent, mox pœnas daturi. Cuiusmodi risum elegāter describit Homerus in Odyssæa. τ. ΜΗΝΕΨΗΡ/ σι δὲ πάλλας ἀθήνη ασθεσον γέλωι ὤρσε, παρὲς λαχέμ δὲ νόημα οἶδ' ἦδ' ἠ γναθμοῖσι γελόωι ἀλλοτρίοισιμ Αἰμοφόρυκτα δὲ δ' ἠ κρέα ἠσθιοιμ, ὅσσε δ' ἄρα σφέωιμ Δακρυόφιμ πίμπλαντο, γόοιμ δὲ ὠίετο θυμὸς. i. Deinde proci risum cōmouit diua Minerua, Haud cōpescendū, mentēq̄ excussit, At illi Protinus attoniti malis risere alienis Mandunt interea tabentes sanguine carnes. Lumina completur lachrymis, mens anxia mœret. Adagiū natum est ex historia Aiacis. Is adeo grauius tulisse legitur Vlysem sibi prælatū, in capeienda successione armorū Achillis, ut præ dolore in insaniam uersus sit, itaq̄ gladio destriçto in gregem pecorū insilijt, existimans sese Græcorū copias cadere. Tum duos quosdam maximos iues, a trabe suspēsos, flagris cecidit, arbitrās hos esse Agamemnonem, atq̄ Vlysem, quorum alteri, ut iudici, alteri ut uictori potissimum erat esse. His igitur suis plurimo cum risu insultauit, addens cōuitia quæcūq̄ suggererat splē dida bilis. Deinde posteaq̄ resipisset, partim pudore, partim metu libi mortē cōsciuit. Nec intempēstiuiter torquebitur in eos, quibus risus oboritur, nulla de causa, quem uulgo dicunt, aut inania, aut stultitiæ argumentū esse. Attestatur & senarius ille prouerbialis, γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κἀντι μὴ γελόιοιμ ἤ. i. Ridet fatuus, ut nulla risus causa sit.

Canis uindictam.

XLVII

κυνὸς δίκη. i. Canis uindictam. Macedonicū adagiū in eos, qui præter expectationē pœnas dant ijs, quos aliquādo læserunt. Natū ab Euripidis Tragicī poetæ interitu. In Macedonia uicus quispiā est, qui Thracū dicit, p̄pterea quod olim a Thracibus sit inhabitatus. Huc cū canis quidā Archelai regis aberrasset, Thracēs de more suo mactatū sacrificarūt, ac deuorarūt. Quod ubi cōperisset Archelaus, Talentū eis multam dixit. Verū cū illi soluēdo non essent, Euripidē subornarūt, qui regem exoraret, ut multam sibi remitteret, ita ut fecit. Postea uero cū Euripides in sylua quadā solus esset, & Archelaus a uenatu reuertere, canes Euripidē cinctum discerpserunt, deuoraruntq̄. Existimatū est autē eos canes ex eo prognatos fuisse, canes, quæ Thracēs sacrificarant. Hinc adagiū apud Macedonas increbuit Canis uindictam, subaudiendum, passus est, aut aliud cōmodius. Valerius Maximus libro nono capite de morte nō uulgari, refert, Euripidē cū ab Archelao rege Macedonū cœnæ adhibitus fuisset, domū a cōuiuio repetentē, a canibus fuisse discerptū. Eos canes ab æmulo quopiā immisos fuisse. Confirmat Aulus Gellius, Noctiū Atticarū, libro decimoq̄nto, capite uigesimo. Suidas addit hos æmulos fuisse, Arridē Macedonē & Cratenā Thessalum poetā, quos Euripidis gloria urebat. Hi finxerunt eū a regijs canibus dilaceratū fuisse. Sunt qui narrent eū nō a canibus, sed a mulieribus fuisse dilaniatū, cum intēpēsta nocte, Craterū adolescentē peteret, Archelai amicum. Testatur enim & Gellius Euripidē μισογυνῆ. i. mulierū oforem fuisse. Sed quod ad superiore attinet opinionē, fabulam nō usq̄quaq̄ dissimilem refert Plutarchus in Dialogo de cōparatiōe terrestriū auimantiū & marinorū. Pyrrhus, inquit, rex iter faciens, canē repperit, corpus hominis interfecti seruantē, cūq̄ cognouisset eū tertiu iam diem impastum manere, nec a cadauere diuelli, iussit extinctū sepeliri, canē secū adducendū curauit. Paucis post diebus, militū delectus est actus, omnesq̄ regē sedentē præteribant. Aderat & canis quietus interim donec domini interfectores prætereuntes cōspicatus est. In hos p̄tinus iratus, cū clamore irruit, ac sepius allatrauit, subinde respectans Pyrrhum, adeo, ut nō solū ipsi Pyrrho, sed & omnibus qui aderant, suspitio nasceret. Proinde cū & aliæ nōnullæ cōiecturæ, ita ut sit, accederent aliunde, duo cōprehensi sunt, & facinus cōfessi, supplicio sunt affecti. Addit & Hesiodi interfectores, ab ipsius cane proditos, suppliciū dedisse. Subijcit his, quod sua memoria dicit accidisse. Quidā irrupit in Aesculapij templū, sublatis aureis & argenteis aliquot monumentis

q

clam & ignotus, ut putabat, aufugit. At canis templi custos, cui nomen Capparus, cum uideret neminē edituorū sua uoce cōmoueri, fugientē sacrilegum, est infecutus. Ac primū quidē faxis petitus, haud tamē discedebat. Exorto die, nō accedebat, ppius, sed procul oculis obseruans sectabatur, nec cibum obiectū capiebat. Rursum iuxta dormientē cubabat & ipse, & abeuntem ad cōsimilem modū insequēbat. Quod si qui uiatores fuissent obuij, ijs cauda adblādiebat, in illum unū latrabat, ac sēuiebat. Hec cū ab alijs alij didicissent, simulq; & canis & hominis figurā cognouissent, sacrilegū apphenderunt, & ad suppliciū duxerunt, cane praecedente, hilari iam, ac gestiente, quod maleficū esset uenatus. Vnde ei cani de publico pastus decretus est, Eiusq; rei cura sacerdotibus mandata. Verū ut ad prouerbiū redeamus, apparet apte dici posse & in hunc sensum, quoties author illati mali dissimulatur. Veluti, cum ueneno tollitur inimicus, & spargitur in uulgum rumor, illum febris perisse, aut cum princeps, immisissis in aedes alicuius, satellitibus, omnia diripit, & fama dissipatur, a latronibus fuisse spoliatus. Aut cū tyrannus subuertit eum, cui male uult, deinde facti inuidia, confertur in magistratus, tanq; illo inscio fecerint, uidetur hinc fluxisse, quod hodie passim apud Germanos dicitur, ubi quid accidit incōmodi certi, incerto autore, quodq; nemini posses iputare, id canis accidisse morsu.

In tuo regno.

XLVIII

Quod cuiusq; priuatum est, regnum eius dicitur. Inde & Melibœus Vergilianus. Post alii quot mea regna uidēs mirabor aristas. Sceuola apud Ciceronem in oratore. Id nisi in tuo regno essemus, non retulissimus. i. in tua uilla. Nam Crasso loquitur in Tusculano, quæ uilla tū erat Crassi. Quinctiā uulgo iactatur adagiū suæ quēq; domi regem esse. Quod tamē ab ipsa usq; antiquitate manasse uidetur, Quandoquidē apud Homērū Odyssæ. Δ. Versiculus hic extat, αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἀναξ ἔσομαι ἡμετέροιο. i. Aedibus in nostris ego regē gesserō solus.

In tuo luco & fano est situm.

XLIX

In tuo luco & fano legitur apud Plautum, pro eo, quod est in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Translatum a fanis & lucis, numinibus dicatis. Nō nihil diuersum est, quod ait. M. Tullius in oratione pro Aulo Cecinna, In meis castris praesidijsq; uersaris, id est meū facis, & pro me pugnant quæ dicis.

Intra suas praesepes.

L

Simili figura dixit Plautus in Cassina. Scit, si id impetret, futurum, quod amat intra praesepis suas, pro eo, quod est certum, ac paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id tuto, certoq; possidemus. Dictum est autem in senem dantem operā, ut ancilla, quā amabat, uillico suo nuberet, hoc quidem consilio, ut insciente uxore, cum liberet, ea ruri potiretur. Idem in Rudentibus. Ad herum arbitrū uocat me hic, intra praesepes meas.

In are meo est.

LI

Quem nobis officijs obstrictum significamus, ita ut iam totus, certoq; noster sit, eū in are nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia area erat, auri usum nondū reperto in feriendis nomismatis. Memini legere apud Ciceronē, tametsi locus in praesentia nō occurrit.

A teneris unguiculis.

LII

Απὸ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων, id est, A teneris unguiculis, pro eo, quod est a prima pueritia, Translatum a catulis, quorū unguiculi nondum duruerunt. M. Tullius. A teneris, ut Græci dicunt, unguiculis. Flaccus in Odis. Et incestos amores de tenero meditatur ungui. Plutarchus in libello de puerorū institutione. ὡς ἂν ἐνδοθεὶ καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἐξ ὀνύχων ἀγαπῶσι τὰ τέκνα. i. Ut intrinsecus, & quod dicitur, ab unguiculis ament liberos.

Ab incunabulis.

LIII

Eundem habet sensum ab incunabulis. i. a primis uitæ rudimentis. Plautus in Pseudolo, sed hic seruus Caristo huc qui aduenit, quid sapit, usq; a cunabulis. Item Titus Liuius, Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. M. Tullius oratoris incunabula uocat, primā illam a rudimentis institutionem. Et Vergilius, Gentis cunabula nostræ. Similiter & crepundia, p primā ætate accipiuntur.

Ante uictoriam Encomiū canis.

LIII

πρὸ φθι νίκης τὸ ἐγκώμιον ἀδαι. i. Ante uictoriam Encomiū canis. In eum, qui praepropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strēnue gessissent in bello, oratione quapiam, aut carmine, laudabantur. Quæ laudatio proprie Encomiū dicit. Extat em̄ Theocriti carmē in laudem Ptolemæi, cui titulus, Encomiū, & Luciani Demosthenis Encomiū.

Apud Rhomanos, Ouationes, supplicationes, triumphi, præmia uirtutis erant, unde liceat dicere, Anteꝫ uiceris triumphum paras. Non abludit hinc, quod ait Plato in Theetæo, φαινό-
μεθα ἀγεννοῦς ἀλεκξυνοῦς δίκην πρὶν νενικηκέναι, ἀπὸ πρὸς ἡσσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου ἄδ' εἰμ. i. Videbimur galli
ignauī more priusꝫ uicerimus, a sermone desilientes canere. Siquidē hic mos animanti, can-
tu uictorem se testari.

Omnes attrahens ut magnes lapis:

LV

πάντας ἢ ὑφέλωμα ὅια μαγνήτις λίθος. i. Cuncta attrahens haud aliter, ac magnes lapis. Hoc
carmen Suidas citat ex Piside. Videtur prouerbiale. Metaphora ducta a natura lapidis, fer-
rum ad se trahentis, & attractum tenentis, quem quidam eundem putant cum eo, quem He-
racleum uocāt. Cuius alibi mentionem fecimus. Hoc miraculi Plinius uerbis attollit, libro tri-
gesimo sexto, capite decimo sexto ad hunc modum. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus,
manusq; tribuit illi. Quid ferri duricia pugnacius? Sed cedit, & patitur maiores, trahiturq; a
magnete lapide, Domitrixq; illa rerum omniū materia ad inane nescio quid, currit, atq; ut p-
pius uenit assistit, teneturq; & complexu hæret. Sideriten ob hoc alio nomine appellat. Qui-
dam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, ut author est, Nicander, In india reper-
tus. Hactenus Plinij uerba reddidimus, Inter multas magnetis species Aethiopicum com-
memorant, attractu usq; adeo efficaci, ut non ferrum modo, uerum etiam alterum magne-
tem ad se trahat. Eoq; tantus huius lapidis honos, ut argento rependi soleat, commemorat
& Hematiten, non perinde in attrahendo ferro uiolentum, sed alio insignem miraculo, siqui-
dem, ut est colore sanguineo, (nam hinc etiam uocabulum) ita si teratur, sanguinem reddit.
Huius igitur lapidis tam prodigiōsa uis, prouerbio locum fecit. Citat Suidas Euripidem ex
Oenco, ὧς τε μαγνήτις λίθος τῷ δόξαμ' ἐλκε, ἢ μεθίσσ' ἢ πάλιμ. i. Sic uti magnes lapis Mentem tra-
hit, transfertq; rursum, ac dimouet. Confine est illi, quod alibi diximus, εἰς ἑαυτὸν ἔλκωμ, ὧς τε καὶ
κίαις νέφος. i. Ad se attrahens, ut Cæcias nubes trahit.

In syluam ligna ferre.

LVI

In syluam ligna ferre, Est aliquem ijs rebus augere uelle, quibus ipse maxime abundet. Ho-
ratius in sermonibus. Atq; ego cum Græcos facerem natus mare citra Versiculos, uenit me
tali uoce Qui inus. Post mediam noctem uisus, cum insomnia uera In syluam non ligna
feras insanus, ac si Græcorū malis magnas implere cæruas. Eadem ratione dicimus, in ma-
re deferre aquam. Quorum utrūq; nos, in epigramate quodam cōiunximus. Largiri nume-
ros tibi petre, hoc est, Syluæ ligna, uago mari addere undas. Vtrūq; congruit cū eo, quod alio
retulimus loco, Vlulas Athenas.

Lumen solī mutuas.

LVII

τὸ φῶς ἡλίω δανίζει. i. Lumen solī mutuū das. Cum docemus doctissimū. Monemus uehe-
menter prudentem. Aut cum conatur exponere, quæ per se sunt clarissima, aut sermone ce-
lebrare, quæ sua sponte sat illustra sunt, sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mu-
tuare solet, non mutuo accipere. Refertur in ijs collectaneis, quæ Plutarchi titulo circumfe-
runtur. Est simile quiddā apud Fabium, de ijs, qui, per se clara conantur illustrare, eos perinde
facere, quasi siquis studeat clarissimo solī, mortale lumen inferre.

Fontes ipsi sitiunt.

LVIII

Fontes ipsi sitiunt, Ironia prouerbialis, in eos, qui petunt ab alijs, quod ipsis affatim abūdet
domi. Cicero ad Quintum fratrem. Tibi quod rogas (quoniam ipsi fontes iam sitiunt) siquid
habebo spatij, scribam. Significat fratrem magis abundare uerbis, quos tamē a se petat, per-
inde quasi carminum indigens.

Ipsa olera olla legit.

LIX

Ipsa olera olla legit. In eos quadrabit, qui suū ipsorū uitium, in aliud quippiam reijciūt. Aut
qui sic ad scelus aliquod, quasi facti sunt, ut non possint non peccare. Catullus in Cæsarē. Men-
tula mœchatur, Mœchatur mentula certe, Hoc est, quod dicunt, Ipsa olera olla legit. Nam ol-
la coquēdis oleribus nata est, uel quod absurdissimū sit, Siquis dicat ollam legere olera, quæ
non coquet, nisi siquis immiserit. Non igitur olla in causa est, sed qui in iijcit mala olera.

Oedipi imprecatio.

LX

Ὀιδίπιδος ἀρά. i. Oedipi imprecatio. De Tragicis & ingētibus malis. Qui Græca colligūt, ada-
gia citant ex Aelchylo huiusmodi fabulam. Eteocles & Polynices de more patri ex uno quo-
q; sacro, partē anteriore mittebant. Cū autē aliquādo per imprudentiā, atq; incogitantīā, coxā,

hoc est, posteriorē partē misissent, ille existimans id nō obliuione, neq; imprudentia, sed contumeliæ causa factū, imprecationibus diris eos est execratus. Alij narrant Oedipum, simulatq; cognouisset se parricidam esse, tum autē cū matre cōsuetudinē habuisse, suis ipsius manib⁹ oculos sibi eruisse. Quæ res ubi eius loci incolis cognita est, Oedipum expulerūt urbe. Ille in exilium abiens, filios quod patrē in calamitate nō defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidē neutiq; irritæ fuerūt. Nā iuuenes mutua cæde, extincti sunt. Mater sibi mortē conscuit, Oedipus ipse fulmine ictus interiit. Cuiusmodi aut fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium p̄p̄modū indicat, qui per iocum dicere solitus erat, sibi τὰς ξαγκλῆς ἀράς, i. Tragicas execrationes occurrisse. Esse enim sine domo, sine ciuitate, priuatum patria, pauperē, palantem, uitā in diem agentē. Sophocles in Tyranno, fingit Oedipum ignarū, etiam nū, de quo Phœbus dixisset exigendo, tanq; qui ciuitatē suis sceleribus pollueret, multa dira in eū, hoc est, in se, precantē. Euripides in phœnissis, Ἀρχὲ ἀεῖται παίσιν ἄνοσωτάτας, i. Dirissimas preces p̄catur liberis. Verba Iocastæ de Oedipo. Idē in Oedipo Colonæo, sic Oedipum imprecantē facit Polynici, ut fraterna manu, occideret, uicissimq; occideret, τὰς δὲ συλλαβῶν ἀράς ἄς σοι καλεῖμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου Δορι κρατῆσαι, μήτε νοσῆσαι ποτέ τὸ κοῖλον ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χειρὶ θανῆν, κτανῆν θ, ὅφ οὐ περὶ ἐξελέλασαι τοιαύτ' ἀρῶμαι ἢ καλῶν, τῷ ταρτάρου Στυγνοῦ παρῶν ἕρεβος Et reliqua, quæ sequunt. i. Hæc te sequantur agm̄ inciprecamina. Tibi quæ im̄ p̄cor, uti neue natali solo Potiare bello, neue ad Agros postea Redire liceat, imo fraterna manu Perimaris, ac uicissim eum dedas neci Qui te expulit, fratē. Ista uobis imprecor, Te storq; patrij triste numen Tartari. Horatius hoc genus imprecationis diras uocat in Odis. Diris agam te, dira deprecatio Nulla expiatur uictima. Huiusmodi autē parentū in liberos deuotiones esse formidandas, Homerus quoq; testatur Iliados. I. cū Phœnix narrat se patris execrationibus obnoxiiū fuisse, idq; contigisse, quod illi fuerant imprecati. Carmen Homeri sic habet, μή ποτε γούνασ' μῦθ' ἰσ' μ' ἐφώσκειται φίλον ἢ οὔ ἐξ ἐμέδερν γεγαῶτα, διοὶ δ' ἐτέλεσσαν παρῶς, i. Orat ne in genibus, ples aliquādo scderet Ex me nata suis, dijq; audiucere precantem.

Efficimus pro nostris opibus mœnia.

LXI

Efficimus pro nostris opibus mœnia. Quadrat in tenui fortuna paruisq; facultatibus homines, qui tamē ipsi quoq; pro rei modulo uiuunt laute. Plautus in Stichō. Quibus diuiti sunt domi Scaphijs & cantharis Batrochis bibunt. Nos nostro famiolo poterio, tamen uiuimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Hactenus Plautus. Idem uulgo dicitur hoc dieq; pusillæ auiculæ, pusillos nidulos construunt.

Omnium rerum uicissitudo est.

LXII

Terentius in Eunūcho. Omnium rerum uicissitudo est. Quæ sententiā significat in rebus mortalium nihil esse perpetuū, nihil stabile, sed omnia uelut æstuario quodam fluxu, refluxuq; decedere, atq; accedere. Atq; his uicibus fortunæ ab alijs, ad alios transferunt impia, opes, gloria, uoluptas, eruditio, deniq; quicquid est, aut cōmodorū, aut incommodorū. Sophocles in Oedipo Colonæo has rerum humanarū uices eleganter describit, μόνοισ' οὐ γίγνεται, θείοισ' γῆρας οὐδὲ κατθανῆν περτε. τὰ δ' ἄλλα συγχῆ πάνθ' ὁ παγκρατῆς χρόνος, φθίνει μὲν ἰχθὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματα, θνήσκει δὲ πίσις, βλασάνη δ' ἀπισία καὶ πνεῦμα ταύτην, οὐ περ οὐτ' ἐμ' ἀνδράσιμ φέλοισ βέβηκεν, οὐ γέ πρὸς πόλιν πόλει. τοῖς μὲν γὰρ ἴδ' κ, τοῖς δ' ἐμ' ὕστερον χρόνῳ τὰ τρεπνὰ πικρὰ γίγνεται, καὶ διὰ φ' ἄ. Quotū carminū sententiā utcūq; reddem⁹, Solis deis Nūq; senecta molesta, nec mors accidit, At cetera miscet cuncta tēpus impotēs Terræ per hoc uis, atq; robur interit, Simulq; nostri corporis perit uigor, Morit̄ fides, p̄fidia pullulat inuicē, Nec anim⁹ idē, nec eadē fragrantia Plaudunt amico durat erga amiculū, Nec ciuitati in ciuitatē p̄manet, Siquidē his statim, illis post pusillum tēporis, Iucūda, quæ fuerāt, amara, ac tristitia, & Ingrata dudū grata fiūt inuicē. I. Homerus Iliados. Ζ. Νίκη δ' ἐπαμέθετ' ἀνδράς, i. Nūc his, nūc illis cōtingit uincere. Idem Iliados. Σ. ξαυὸς ἐνουάλι' καίρι κτανίουτα κατέκτα, i. Cōmunis Mars, inq; uicem perimit perimentē. Neq; uero prætercundū hoc loco bellissimū eiusdem poetæ figmentū de duobus dolijs, ex quibus Iupiter uarie miscet res mortalium. Carmen extat in Iliados ultimo libro, quod nō ab re fuerit adscribere, Διοὶ γάρ τε πίδοι κατακείατη ἐμ' διοῖς οὐδέ τι Δώρωμ, οἷα δίδωσ, κακῶν, ἔτερρε δὲ ἑάωμ ὅ μ' ἰκαμμίξας δῶκ Ζεὺς Τερπικέρανος, ἄλλοτε μὲν τε κακῶ ὄγε κύριετ', ἄλλοτε δ' ἐδῶ. i. Dolia nāq; louis duo stant in limine, plena Muneribus quæ is donat, in hoc mala, sunt bona in illo. Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens, Nunc mala distribuens, ac tristitia nunc bona rursum, Tractum uidetur adagiū ab Aefopi responso. Is enim rogatus, auctore Lactio, quid

ageret Iupiter, respondit. τὰ μὲν ὑφ' ἡμῶν ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑφ' οὐ. i. Deprimat excelsa, & tollit humilia. Euripides in Ione. τὰ θνητὰ ριαυῖτα, οὐδὲ μ' ἐμ ταυτῶ μένει. i. Eiusmodi mortalium Sunt res, ut in eodem nihil duret statu. Euripides in Ictidibus. ο γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν. i. Fortuna cuncta uersat in contrariū. Theognis in sententijs, ζεὺς γὰρ τὸ τάλαντον ἐπιτρέπει ἄλλοτε ἄλλῳ, ἄλλοτε μὲν πλουτέμ, ἄλλοτε δ' οὐδὲ μ' ἔχει. i. Nūc etenim huic librā inclinā, nūc Iuppiter illi, Ut modo sis diues, nil modo possideas. In quibus uersibus Theognis, ut illud obiter indicem, alludit ad locū Homericū in Iliados. θ. Vbi Iupiter aureis lancibus expendit Troianorū, ac Græcorū fata. Fertur in eandē sententiā huiusmodi uersiculus, τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πρὸς ἄλλῃ. i. Varias uices, res obtinent mortaliū. Celebrat & hoc dictū, κύκλος τὰ ἀνθρώπινα. i. Circulus res mortaliū, ut subaudias, sunt, quod circūgant, & uelut in orbē recurrant, fortuna uersante rotā. Itē Pindarus in Therone, ροαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι εὐθυμιάμ τε μετὰ κῆ πόναμ ἐς ἀνδράσ ἐσαμ. i. Quorū carminū sensus est, Iucūda ac tristia æstus in morē, uicissim accidere mortalib⁹. Homer⁹ locis aliquot appellat ἑτεράλκεια νίκημ. i. uictoriā alternatim nūc his, nūc illis obtingētē. Iucunda uicissitudo rerum.

LXIII

μεταβολὴ πάντων γλυκὺ. i. Iucunda rerum omniū uicissitudo. Sententia prouerbialis, cum ab alijs passim autoribus usurpata, tum uero ab Aristotele secūdo Rhetoricarū præceptionū libro, καὶ τὸ μεταβάλλειν ἡδύ, εὖς φύσιν γὰρ γίνετ' μεταβάλλειν τὸ ἀντ' αἰὶ ὑπερβολὴν πρὸς φθὶ καθεσώσκει ἕξω. ὁδὲ μ' εἴρηκτ', μεταβολὴ πάντων γλυκὺ. i. Varietas quoq; uicissitudoq; iucunda. Fit enim iuxta naturā transmutatio. Quod autē semper idem, statim, perpetuūq; habitus parit fatictatē. Vnde illud dictum est. Vicissitudo rerum omniū iucunda. Vsurpatur ab eodem, libro Moralium Eudemiorū septimo. Sumptū apparet ex Euripidis Oreste, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ. i. Mutatio iucunda rerum est omniū. Eodem alludit Vergilius in Bucolicis. Alternis dicetis, amant alternā camœnæ. Fertur & Mimus quidā in hāc sententiā nō illepidus. Nil iucundū, nisi quod cōmēdat uarietas. Item alter huic cōsimilis, Bonarū rerū consuetudo pessima est. Ea rerum natura, eiusmodi sensus humani fastidium, ut nihil esse possit tam suaue, quod non abeat in nausē, si paulo diutius utare. Nihil tam egregiū, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis, Voluptates cōmēdat rarior usus. Varietas autem tantā in omni re uim habet, ut cōmendatione nouitatis, interdum & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus uenari.

LXIII

Inuitis uenari canibus. Hoc adagio significatū est, nō sat feliciter succedere, quod a nolentibus extorquetur. Necq; eorū officio utendū, qui non ex animo operam suā nobis cōmodant. Apud Plautū in Stichō Panegyris patri interminans, ne se, suamq; sororem inuitas uiris collocet. Stultitia est, inquit, pater, Venatum ducere inuitas canes. Additq; sententiā, qua metaphorā explicat. Hostis est uxor, inuita quæ ad uirū nuptum datur.

Inuitos boues plaustro inducere.

LXV

Simile dictum etiam hodie perseuerat uulgo celebratum, incommodū esse bubus inuitis, plaustrum ducere. Aut inuitis equis plaustrum agere. Videtur autē ex Theognide sumptū, μή μ' ἀκόντοα βίη κεντῶν ὑφ' ἄμαξαμ ἔλαυνε. i. Inuitum ne me scutica, stimulisq; subactum. Vistu deas unq; ducendo inducere plaustro.

Velocem tardus assequitur.

LXVI

κίχαινε τὴ βραδύς ὠκύμ. i. Assequitur celerem tardus. In eū cōpetet, qui uiribus imbecillior, arte atq; ingenio uincit potentiorē. Natū adagiū ex Odysseæ. θ. Vbi lepidissima narrat fabula, quemadmodū Vulcanus Claudus, cū suspectam haberet uxorem Venerē, quod furtim cum Marte cōgrederēt, nec uires suppeterent, quibus adulterū deprehenderet, ad artes atq; ingenium cōfugit. Lectum suū, adamātinis, atq; inuisibilibus catenulis circūuinxit, quod ubi fecisset, foras abire se simulat. Deinde cū in arctissimis essent cōplexibus, Mars & Venus, uinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circūagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, & aduocato sole, Deos omnes adhibet, deprehensū adulterij testes. Quo loco Homerus, κίχαινε τὴ βραδύς ὠκύμ. ὡς κῆ νῦν ἡφαιστος ἐὼν βραδύς εἴλεμ' ἄρκα. ὠκύτατόν περ' ἐόντα θεῶν, οἱ ὄλυμπερ' ἔχουσι. κωλός ἐὼν τέχνησιν, τὸ κῆ μοι χάχ' ἰδ' ἔδρα. i. Nonnunq; assequitur tardus, celerēq; citumq; Sic uti nunc Vulcanus, ut est uestigia tardus, Mauortē cœpit, qui perniciosissimus unus, Cunctorū quicq; tenet supera astra Deorū, Et quanq; est claudus pede, rem tamē arte peregit. Proinde etiam debet pœnas deprensus adulter. Eodē pertinet Applogus de uulpe & coruo prædā eandem cursu petētibus, quā uulpes celeritate impar, ingenio sibi uēdicauit. Item de Cancro cur-

fu cum uulpe certante. Item de Corydo auicula, uolatu certāte cum aquila. Accidit huiusmodi quiddam & in piscibus, ut qui tardissimi sint, arte capiant uelocissimos. Quorum de numero est Raia, quæ abdens sese locis arenosis, aut limosis, capillamentis illis suis porrectis, pisces allicit, allectosq; ad os usq; pertrahit. Item Torpedo abscondit sese in arena, limoue, ac pisces forte incidentes, torpore afficit, atq; ita depascitur. Qua quidem arte uenatur etiam hominē Occultat sese & Pastinaca, græcis Trigonis dicta, sed diuersa ratione. Atq; ita fit, ut cū sint ipsi segnes, tamen aliquādo capiuntur, mugilem habētes in aluo. Author est Aristoteles libro de naturis animalium nono. Plinius autem libro nono testatur mugilibus præcipuam esse uelocitatem, ut aliorum piscium uim timentes, transuersa nauigia superiactent. Theognis adagium reulit ad hūc modum, καὶ βραδύς εὐβουλος εἴλημ ταχύμ ἄνδρα διώκωμ. i. Callidus, ac tardus. celerem infectandoprehendit.

Aquilam testudo uincit.

LXVII

Ab hoc non discrepat illud, quod refert Diogenes Laertius in uita Menedemi philosophi, ex Achæi poetæ Satyra, cui titulus Omphale, ηλίσκετ' ἄρα γε κὴ πρὸς ἀδενῶμ ταχύς καὶ πρὸς χελώνης ἄετ' εἰμ βραχὲὶ χρόνῳ. i. Capta est profecto celer ab imbecillibus. Et aquila tēpore in breui a testudine. Hos senarios ait usurpare solitum Menedemū, in eos, qui secū in ciuilibus honoribus cōtenderent. Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorē arte uincit, & quod uiribus nō potest, assiduitate conficit.

Intempestiua beneuolentia nihil a similitate differt.

LXVIII

Senarius est græcis prouerbij uice celebratus, Ακαίρος εὐνοὶ οὐδὲμ ἐχθρῶς διαφέρει. i. Par odio importuna beneuolentia. Quadrabit in eos, qui dum officiosi student esse, nō habita tēporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti qui nō apto tempore obiurgant amicum, aut qui immodicis & intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiā, Aut pecuniam suppeditant adolescenti, qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis, φίλος μὲ βλάπτωμ, οὐδὲμ ἐχθροῦ διαφέρει. i. Cum nocet amicus, nihil ab hoste discrepat. Huc respexit Horatius in epistolis, Nil moror officium, quod, me grauat. Rursus alibi, Sedulitas autē, quē stulte diligit, urget.

Nosce tempus.

LXIX

Γνώθι καιρῶμ. i. Noueris tempus. Celebratur in primis inter septem sapientū apophthegmata, ac (ut alia pluraq;) pluribus authoribus adscribitur, a nullo non usurpatum. Hesiodus, μέτρα φυλάσσομ, καιρός δ' ἐπὶ πᾶσι μ' ἄριστος, id est, Obseruato modum. Nam rebus in omnibus illud Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum. Huc allusit Theocritus in Idyllio. Δ. Αλλὰ τὰ μὲρ θέρεος, τὰ δὲ γήγνετ' ἐμ χειμῶνι, id est, Verum alia æstiuo, atq; hyberno tempore fiunt. Quin & Isocrates ad Dæmonicū scribit, Iniucundum in omni re esse, quicquid intempestiuum sit. Adeo cunctis in negocijs, plurimum habet momenti temporis, & oportunitatis obseruatio. Idem admonent Græcorum sententiæ, ὧς μέγα τὸ μικρόμ ὄζημ ἐμ καιρῶ δοδέρμ. i. Vel maxima est pusilla res loco data. Rursus alia, καλὸμ τὸ καιροῦ παντὸς εἶδέναι μέτρομ. i. Res bella cuncti nosse temporis modum. Præterea Pindarus, ὁ δὲ καιρός ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφῶμ. i. Tempus pariter in omni re fastigium obtinet. Item illud Horatiū, Dulce est desipere in loco. Tantam uim habet oportunitas, ut ex honesto inhonestum, ex damno lucrum, ex uoluptate molestiam, ex beneficio maleficiū faciat, & contra, breuiterq; rerum omnium naturam permittet. Hæc in aggrediundo, conficiendoq; negotio præcipuum habet momentum, ut non sine causa ueteres uideantur eam diuinitate donasse, tamen apud Græcos mas est hic Deus, appellaturq; καιρός. Eius simulachrum ad hunc modum fingebat antiquitas. Volubili rotæ penatis insistentis pedibus, uertigine q; citatissima semet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, ut illa facile prehendi queat, hac nequa q;. Vnde dictum est, occasionē arripere. Ad quod erudite simul & eleganter allusit quisquis is fuit, qui uersiculum hunc conicripit, fronte capillata, post hæc occasio calua. Sed & libet Posidippi super hac re carmē adscribere, quod quāobrem Politianus omittēdū existimarit, admiror. Est autē huiusmodi, τίς ποθεμ ὁ πλάσκει; σικυνώνιος. οὐνομα δ' ἢ τίς; λύσιππος, σὺ δὲ τίς; καιρός ὁ πανδαμάτωρ τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βεβήκκας; αἰετὸς χάω. τί δὲ Ταρσούς πωσίμ ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ ὑπνέμιος. χαρὶ δὲ δεξιτέρῃ τί φέρεις ξυρῶμ; ἀνδράσι δ' ἔγχα. ὧς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος Τελεθω ἢ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιμ; ὑπαντιάσαντι λαβέωμ κὴ δ' ἄτ' ὀπίδερμ πρὸς τί φαλακρὰ πέλει; τὸμ γὰρ ἄπαξ πῆνοῖσι παρατρέξαντά με πωσίμ, οὐ τίς ἐθ' ἱμέρωμ θρᾶξτετ' ἔσπιδερμ τοῖομ ὁ τεχνίτης μὲ διέπλασεν εἴνεκεμ ὑμέωμ εἴνε, κὴ ἐμ προδιύροισι δῆκε διδάσκαλίμ.

Quos uersus nos ita uertimus, non quo cum Archetypo Græco certaremus, sed crassiore, sicuti solemus, Minerva, planeq; ex tempore, quod uel tacente me, carmen ipsum indicauerit, uidelicet, ut intelligi duntaxat possint, ab his, qui græce nesciunt. Quæ patria artificis? Sicyon, Quo nomine? nomen Lysippo dictum est, ipse quis es, loquere? Illa ego cuncta domans Occasio. cur age pinnis Insistis? Voluorq; ac rotor assidue. Cur gemina in pedib⁹ gestas talaria? dicam. Huc illuc uolucrem me leuis aura rapit. Quid dextræ sibi uult inserta nouacula? signum hoc. Quod quauis acie sim mage acuta, docet. Tecta capillitio facies qd nam admonet? illud Quisq; uti me, quoties offeror, arripiat. Cur autem capitis pars posticaria caluet? Quem semel alatis præterij pedibus, Is quãq; uolet inde cito me prendere cursu? Haud liceat, simul ac uertero terga uiro. Hac itaq; idq; tua me finxit imagine, causa Hospes, scalptoris ingeniosa manus, Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit. Scilicet, ut cunctos & moncam & doceam. Non ab re fuerit & Aufonianum epigramma subscribere, quod, ut admonet Politianus, e græco uidetur effectum, quãq; cum alijs nonnullis diuersum, tum illo potissimum nomine, quod hic additur pœnitentia comes. Carmen sic habet, Cuius opus? Phydæ. Qui signum Pallados, eius Quicq; Iouem fecit, tertia palma ego sum. Sum dea, quæ rara, & paucis Occasio nota. Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo. Quid talaria habes? uolucris sum, Mercurius, quæ Fortunare solet, trado ego cum uolui Crine tegis faciem? cognosci nolo, sed heus tu Occipiti caluo es? Ne teneat fugiens Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo, quæ sis? Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas. Nempe ut pœniteat, sic Metanœa uocor. Tu modo dic quid agat tecum. Si quando uolauit Hac manet, hanc retinet, quos ego præterij. Tu quoq; dum rogitas, dum percontando moraris Elapsam dices, me tibi de manibus.

Olet lucernam.

LXX

τὸν λύχνον ἀλά. i. Lucernam olet. De re meditata, multoq; studio elucubrata. Inde ductum, quod studiosi ad Lucernam uigilantes soleant elaborare, siquid accuratius uelint excudere. Iactatum olim in Demosthenem, illius ἐνδυμήματα τῆν λύχνον ἀπόζην. i. enthymemata lucernâ olere, quod omnia de scripto diccret, ac præmeditatus domi. Vnde & illud de eodē celebratur elogium, quod plus olei, q̄; uini consumpserit. Erat enim Abstemius & ὑδροπότης, atq; extrema etiam senectâ ad lucernulam illam suam exercebatur.

Aristophanis & Cleanthis lucerna.

LXXI

Aristophanis & Cleanthis lucerna, propter insignem studij diligentiam in prouerbiū abiit. Ut is ad Aristophanis aut Cleanthis lucernam dicatur lucubrare, qui summo studio, exquisitaq; cura singula pensitat. Varro libro de lingua latina primo. Quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubrem, nolui præterire, q̄; poetarū modo uerba, ut significant, expediunt. Neq; fama caruit etiam Epicæti lucernula, quæ post illius mortē magno are redempta est.

De plastro loqui.

LXXII

Libertas ueteris comœdiæ eousq; progressa est, ut nō solum ciuium primates, uerum etiam deos nominatim taxaret, id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Iouem, Mercurium, Aesculapium, reliquosq; deos omnes cōtumeliose tractat. Bacchum item in ranis, nō admodū honorifice. Quoniã autem apud priscos illos huiusmodi fabulæ in plastris agebant, a iuuenibus, ore fece collito, ne possent agnosci, qui magna licentia, in obuium quẽq; dicteria iaciebant, inde natum adagiū, ὡς ἐξ ἀμάξης λαλέει. i. Tanq̄; e plastro loqui, de his, qui palā, ac libere conuitantur. Id notat Aristophanes alibi dicens, οὐ μοι σκώψης οὐδὲ πηήσας ἀπὸ οἱ ἔργον δαίμονες οὐτοί. i. Ne me iriseris, neq; feceris, quæ faciunt isti fecibus oblitī dæmōes. Nisi malumus hæc referte ad consuetudinem, quæ posterioribus etiam seculis durauit apud Athenienses. Nam in festo, quod Lenæū appellant, mos erat poetas inter se concertare, scriptis carminibus, ad risum concitandum accommodatis, quæ sedentes in plastris pronuntiabāt, inuicem sibi conuicia dicentes. Sunt qui ad Eleusinia sacra, quæ magna uocant referunt, in quibus mulieres curru uehebant, atq; interim dum ueherent, mutuis conuitijs sese lacelebant. Lucianus in Ioue Tragædo, ὡς δαίμόνων οὐδενὸς φείδετη, ἀλλ' ἐξ ἀμάξης πῶρρησιάζετη, καὶ μάρπητα ἐξείκη, ὡς τ' αἰτιῶ, ὡς τε καὶ οὐκί. i. Ut nulli deorum parcit, uerum e plastro libere loquitur, Corripuens sūmul infontē, pariterq; nocentē. Obijcit & Demosthenes Aeschyni, quod in se ueluti de plastro

stro dicenda & non dicenda protulisset. Vnde hoc ipsum, ueteris Comœdiæ licentia, prouer-
bii quiddam sapit. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum. Ego enim neminē nomi-
nabo, nec ueteris comœdiæ licentia, certas personas eligam, atq; perstringam. Allusit huc, opi-
nor, Aristophanes in equitibus, οἱμοὶ σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἀμαξουργοῦ λέγεις, i. Hæc mihi nihil tu loqueris
e plaustrario, siquidem ἀμαξουργοὶ, uocantur plaustrorum fabri.

Plaustra conuitijs onusta.

LXXIII

Eodem allusit Lucianus, cum ait in Eunucho, καὶ ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν καπεσκέδασαν ἀλλή-
λων, i. Et solida plaustra conuitijs onusta, inter sese effundebant. Loquitur de duobus philoso-
phis inter sese cōtumeliose altercantibus. Significat autem ὑπερβολικῶς tantum conuitiorum,
quantum plaustro possit uehi. Quæ quidem ipsa figura ad prouerbij naturam pertinet, cū di-
cemus, plaustra promissis onusta, & naues pollicitis onustas, p maximis amplissimisque pmis-
sis. Nam & ἀμαξία, i. plaustralia, Græci uocant magnifica, fastuosaque, a plaustris ducto noie.

Tollat te, qui non nouit.

LXXIII

Tollat te, qui nō nouit. Si cuius dolos iam non ignotos esse nobis significabimus, neq; post
hac posse ab illo falli, concinne dicemus. Tollat te, qui non nouit. Refertur a Quintiliano li-
bro sexto. Simile est, inquit, quod dicitur, ἄροιμια, Et proueria opportune aptata, ut de ho-
mine in aquam lapsō, ut alleuaretur roganti. Tollat te, qui non nouit. Hæc Fabij uerba alio-
qui subobscura, uelut interpretatur Horatius in epistolis, agens de scurra Plano, qui spōte sua
sæpe cadens, tanq̄ crure fracto, miserandis uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolle-
retur. Peregrinus autem quispiam ac doli ignarus, siquando alleuaturus accessisset, a Scurra,
ludibrio habebatur. Verum ubi iam illius simulatio plarisque innotuisset, isq; aliquando crure
uere fracto tolli precaretur, nemo subuenit, omnibus Planum solitos agere ludos arbitran-
tibus. Nimirum euenerat homini, quod Aristotelem dixisse serunt. Qui rogatus, quidnam la-
crifacerent mendaces? Hoc, inquit, ut nec uera dicentibus habeatur fides. Versus Horatij sūt
hi. Nec semel irrisus triuijs attollere curat Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per sanctum dicat iuratus Osirim Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, uicinia rauca reclamatione. Porro uocem hanc Planus, Aulus Gellius libro
decimosexto, capite septimo, cōmemorat inter uerba inusitata, quibus usus sit Mimus Labe-
rius, aitq; significare sycophantā. Quæq; eodem nomine usus est. M. Tullius, eodem signifi-
catu, in oratione, quam dixit pro Cluentio. Est autem dictio græca, πλάνος, significatq; tum
erronem, tum impostorem. Potest & hoc pacto efferi adagium. Quære hospitem, aut qua-
re peregrinum, quemadmodum extulit Flaccus. Conueniet & in eos, a quibus aliquando fu-
mus delusi, caq; experientia facti cautiōres, minusq; creduli. Simile est illud Iuuenalis. Circu-
it & fatuos, non inuenit. Nam fatui facile decipiuntur. Nec absudit hinc græcum illud, οὐκ αὖ-
τις ἀλώπηξ, i. Non iterum uulpes, subaudi decipitur,

Oppedere, & oppedere contra tonitrua.

LXXV

Oppedere prouerbialiter, pro reclamare & cōtemnere reperimus usurpatum. Horatius in
sermōibus, Vin tu curtis Iudæis oppedere? Aristophanes in luto, καὶ φθὶ πεινίας ἀνταπεπῆδ' ἔμ-
Rursum in eadem alibi, καὶ φθὶ πεινίας κατὰ πῆδ' ἔμ, i. At paupertati oppedere tristi. Quod iam
diuites facti paupertatem negligere possent. Idem in nubibus, καὶ βόλομαι ἀνταπεπῆδ' ἔμ πρὸς
τὰς βροντὰς, i. Ac uolo contra tonitrua oppedere. Verba sunt Socratis adorantis nubes, & cō-
temnētis tonitrua Iouis. Interpres addit natum ex artificio quodam in scena repræsentari so-
lito, lapillis ex amphora, in uas quoddam æneum præcipitatis, atq; ita tonitruui strepitum imi-
tātibus, ut hoc sit uelut obstrepere tonitruis. Equidem, opinor, allusum, ad ueterum poppy-
sandi cōsuetudinem. Antiquitus enim, cum fulguraret, poppyimatibus obstrepebant, id re-
medio fore rati, ne quid læderet fulgur. Aristophanes in uestis, καὶ ἀσράψω, πρὸς πύξισι, id est,
Quod si fulguraro, poppyfant. Vnde quidam per iocum, ueluti perperam imitātes aliorum
poppysmata, crepitum uentris edebant. Cyclops apud Euripidem in eiusdem nominis tra-
gœdia, Iouis tonitruum contemnens, loquitur hoc pacto, εἴτ' ἐκπιῶν γάλακτος ἀμφορέα, πέντε λον-
κρούω, δὲ τὸς βροντᾶν ἔμ ἔμ κ' ὑπῶμ, i. Vbi lactis epotauero amphoram, peplum Quatio Iouis
ex æquo tonitruibus obstrepens.

In antro Trophonij uaticinatus est.

LXXVI

Ἐς Τροφωνίου μεμάνευτ, i. In Trophonij antro uaticinatus est. De homine uehementer tristi,
tetricoq; propterea quod olim creditū est eum, qui in Trophonij specū descendisset, postea

nunc̄ ridere. Aristophanes in nubibus, ὡς δ' ἐδοῖν ἔγωγ' εἶσα καταβαίνωμ ὡσπερ ἐς Τροφωνίου. i. Ut uidelicet horruī Haud aliter, ac subiens specū Trophonij. Porro historia de Trophonio uarie narrať a Gracis. Quidam aiunt hunc Trophonium, in secandis saxis summum artificem fuisse, Fanūq; subterraneum extruxisse, in Lebadia Bœotia regiōe, quod Trophonij uulgo cognominatū est, nimirū ab artifice. Dein qui sciscitarentur oracula, in aditu specus sedere solitos, nudos, atq; inde flatu quodam abripi sub terram. Gestare autem secum placentas quasdam, quas lemurbus & serpentibus occurrentibus obijcerēt. Deinde percepto oraculo, rursus per alium hiatum in summā terrā restitui. Alij narrant hoc pacto. Agamedes Stympheli, quæ est Arcadiae pars, rex erat. Is uxore duxit Epicasten, cuius filius erat Trophonius. Li eius tēpestatis mortales omncis artificio superabant, ac Delphicū templū extruendū receperant, atq; in Helide ararium quoddā condiderant Augea, ubi aurum suū reconderet. Qui postea soluta lapidis cuiusdam cōmissura, quam in hoc ipsū reliquerant, noctu ingressi, pecuniam furari, consueuerunt, socio Gercyone Agamedis germano, atq; Epicastæ filio. Quæ res cū uehementer perplexum haberet Augeam, forte fortuna accidit, ut Dædalus Minoem fugiens ad eū diuiceret. Hūc exorauit Augeas, ut arte quapiā fures hos inuestigaret. At Dædalus, laqueos quosdā sūmo artificio cōstituit. Quibus Agamedes captus est. Id cōspiciens Trophonius nō esse effugiū, capite Agamedis amputato, ne posset agnosci q̄s esset, una cū Gercyone Orchomenon aufugit. Hos cum Augeas, autore Dædalo persequeretur, & illinc aufugerūt, alter, nempe Gercyon Athenas (ut testatur Callimachus) in Arcadiam, alter uero in Lebadia Bœotia regione. Vbi parato sibi domicilio subterraneo per omnē uitam perseuerabat. Quo defuncto, uulgo creditū est illic certa reddi oracula, ac Trophonio perinde ut Deo sacrificari cōceptū. Quidam aiunt Agamedem & Trophonium, Dædali opera suffuratos aufugisse, & Trophonio fugienti terrā hiatu diductā uiuumq; absorbuisse, circa Lebadiam. Aliquot post annis, cū Bœoti pestilentia laborarent, Consultum oraculum respōdit, Trophonij manibus honorem habendū esse. At illi cū essent ignari, ubi nam terrarū illius esset monimētū, apum inditio repererunt. Nam ubi eas conspicerent, e cauo quodā subscatentes, conieciarunt eum esse locū. Quare uisum est aliquē in id antrum demittere, qui rem exploraret. Quidā igiť ingressus, duos Dracones obuios habuit. Quibus obiectis offis mellitis, illæsus euasit. Vnde & mos inoleuit, ut antrū Trophonij subituri, placentas aliquot secum deferant. Priusq; aut̄ subirent, certis diebus, cerimonijs præscriptis lustrabantur, pure interim agentes, deinde stola sacra ornati descendebant, hastas manu gestantes, ut aiunt nōnulli, quo uim serpentium deplulerent. Recentiores ita tradunt. Trophoniū uirum quempiā fuisse supra modū gloriæ famelicū, Empedocliq; simillimū, extructoq; sibi subterraneo domicilio, oracula reddidisse, deinde ubi ille fame interisset, geniū quendam in id imigrasse, atq; oracula reddere prexisse. Post superstitione mortalium plureis in id antrum demississe sese, ac dies complureis fuisse cōmoratos. Quæ quidem Trophonij fabula mihi adeo uideť similis, ei, quæ de Patricij antro, quod est in Hybernia fertur, ut altera ex altera nata credi possit. Tameť non defunt etiā hodie pmulti, qui descendant, sed prius triduo cnecti ieiunio, ne capite sano ingredianť. Qui descendunt, aiunt sibi ridendi libidinē in omnī uita ademptam. Plutarchus in cōmentario de dæmonio Socratis, narrat Timarchum quendam in Trophonij specū ingressum, posteaq; illinc redisset, prodigiosa dictu narrasse sibi uisa, nō abhorrentia ab ijs, quæ Beda, & alij nōnulli Christiani scriptores, de inferis prodiderunt. Meminit & Cicero libro de natura deorum tertio, huius Trophonij. Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamento nugatur apud Philostratum Apollonius, uir meo iudicio dignus, qui nō alia de re philosophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophoniū hunc Lucianus, adamantinus omniū superstitionū insectator, per cuius antrū & Menippus se iocatur ab inferis redisse. Huius antri mentionē facit Euripides in Ione, τὶ δέωσι μ' ἐκ Τροφωνίου φέρες. i. Quod ex Trophonij refers oraculum. Itē in eadem, Σκκοῦς δ' ἐν Σφέρας Τροφωνίου. i. Τέπλα adis Trophonij. Quæ nos de Trophonij antro retulimus, partim ex Aristophanis interprete, partim ex Zenodoto sumus mutuati.

Excubiarum causa canens.

LXXVII

φρουρας ἀδωμ. i. Excubiarum gratia canens. Dicebatur olim in hominem uigilantem ac diligentem, inde ductum, quod qui excubias agunt, canere consueuerunt, ueluti uigiliarum tædium cantu solentur, uel ne interim obdormiscant. Sic ait Strepriades in nubibus Aristophanis, male accepť in schola Socratis, φρουρά τα χήματα, φρονδι χροιά, φρονδι ψυχῆ, φρονδι δ' ἐμβας,

τούτους ἔτι τῆς κακοῦς φρεσῶς, ἄδωμ ὀλίπου φρεσῶς γεγέννηται. i. Cassi Nummi, Cassusq; color Cas-
sa est anima, cassæ soleæ, Hisq; malis accedit & illud, Dum canto uigil pene interij. Effertur
autem bifariam, parœmia, φρεσῶς ἄδωμ ἢ φρεσῶς ἄδωμ. Alluditur ad hanc uocem φρεσῶς, quæ si-
gnificat cassum & inanem.

Sale emptum mancipium.

LXXVIII

Ἀλώνητον ἀμφοτέρωθεν. i. Sale emptum mancipiū. In barbarū quempiā, ac uilem homuncionē
olim dicebatur. Nam negociatores olim in mediterranea salem importātes, mancipia repor-
tabāt a barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, mancipia sale cōmutare. Vnde Comi-
cus quidam, ὁραξ εὐγενὴς εἰ πρὸς ἄλλος ἡγορασμένω. i. Generosus es Thrax sale redemptus scilicet.
Huiusmodi ferme referuntur a Zenodoto.

Salis onus unde uenerat, illuc abiit.

LXXIX

Ἀλῶν δὲ φρέρεν ἔνδρον ἢ λῶν ἔνθ' ἔβη. i. Sal abiit illuc, unde demanauerat. Senarius puerbialis in
eos, qui parta tueri nequeant. Aut in eos, quibus male parta, male dispereūt. Natū adagiū ab
euentu. Negociator quidā nauem onustam sale uehebat, nautis dormitantibus influxu aquæ
marinæ, sentina uehemēter adaucta, & salem uniuersum, soluit, ac corrupit, & nauē ipsam de-
mersit, itaq; quod ex aqua marina natum fuerat (Nam hinc concrefcit sal) in eādē denuo li-
quefactum est.

Salem uehens dormis.

LXXX

Fertur & his uerbis adagium ex eodem euentu natum, ἄλας ἄνω καθεύδεις. i. Salem portās
dormis. Quadrabit in eum, qui in re periculosa, socorditer, atq; indiligenter agit, propterea
quod sal influxu sentinæ facile corrumpitur,

Male parta, male dilabuntur.

LXXXI

Respondet superiori sententiæ, quod est in secunda Cicconis Philippica, Sed ut est, inq;,
apud poetam, nescio quem, Male parta male dilabuntur. Quod autem de autore dubitat Tul-
lius. Est apud Plautum, Male partum, male disperit.

Qui se se non habet, Samum habere postulat.

LXXXII

Ὁς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμου δέλει. i. Qui ipse se se nō habet, Samum cupit. In eos conueniet,
qui impudenter quippiam postulant. Aut qui minora curant, maiorum negligentes. Natum
ex historia quapiam, cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Athenienſes
urbe uictori tradita, postularunt, ut Samum dūtaxat sibi relinqueret. Atq; is respōdit ad hūc
modum, Cum ueltri fueritis, tum alios habere postulate. Atq; hinc ducta parœmia, ὅς αὐτὸς
αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμου δέλει. i. Qui semetipsum non habet, Samum petit.

Occultæ musices, nullus respectus.

LXXXIII

Occultæ musices, nullus respectus. Græcis quondam celebratū adagiū, Cuius sensus est, ὅς
uis egregias ingenij dotes, si nō proferas, perinde esse quali non habeas. Quo uidetur allusisse
se Perſius, cum ait, Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Extat & in Hebræorū puer-
bijs, nempe Ecclesiastici capite uicesimo, simile quiddā, Sapientiæ reconditæ & Thesauri ab-
strusi, nullam esse utilitatē. Hoc nostrū refertur a Suetonio, in uita Neronis imperatoris. Quē
scribit imperatoriæ dignitatis oblitum, usq; adeo musices studiosum fuisse, ut nō modo nihil
omitteret eorū, quæ generis eius artifices, uel cōseruandæ, uel augendæ uocis gratia factita-
rent, uerū etiam in scenam prodire cōcupierit, subinde inter familiares græcū prouerbiū ia-
ctans, occultæ musicæ nullū esse respectū. Vsurpat idem Aulus Gellius, libro noctium duo-
decimo, Nosti, inquit, magister uerbū illud scilicet uetus, egregiam musicam, quæ sit abscondi-
ta, eā esse nulli rei. Vsurpatur a Luciano in Harmonida, οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπρημίτη φασὶ ἢ ἀφωυθε-
ρη μυσικῆς. i. Nulla enim utilitas occultæ, quæ admodū prouerbio dicunt, & abstrusæ musices.
Sunt autē nōnulli mortales, qui uel natiuo quodam ingenij uitio, uel data etiam opera, quæ sci-
unt dissimulant, & alijs grauantur impertire. His illud nōnunq; euenire solet, ut pro indoctis
negligant. His adscribendū quod Græci τυφλὸν πλοῦτον appellant. i. cæcas diuitias, reconditas
opes & abstrusas. Ad hunc modū uocat Plutarchus compluribus locis, atq; item Lucianus.

Ficulnus.

LXXXIII

Lignum ficulnum ut fragile, atq; ad oīa ferme inutile, puerbijs aliquot locū fecit. Nā ἄνδρα
σικιννομ. i. uirū ficulnū appellant mollem, atq; inutilem, Vt Theocritus in Ergatinis, μὴ παριώμεις
εἴπει, σικινοὶ ἄνδρες, ἀπώλετ' ἅπ' οὐτος ὁ μιθός. i. Ne quis prateriens dicat, Ficulni homines sunt. At-
q; hæc deperijt merces. Apud Aristophanem in fucis quidam interrogat, τίνας ἐνλασὶ; i. cuius

ligni tur? Respondetur *συκίνη*. i. ficulni. Quo loco monet interpret ex ficulno ligno fumū exi-
stere acerrimum, ac molestissimū. Apud eundem in Pluto Sycophanta minatur, siquem na-
ctus esset suæ fortis uirum ficulnum, ulturum iniuriam, *εὰν δὲ σικυτομ λάβω ἕνα καὶ σικυνομ. i.*
Si quempiam nanciscar eiusdem uirum Iugi, atq; ficulnum. Rursum apud eundem in ea-
dem fabula. *καὶ σικυνομ τὸν ἰαχυροὺν τοῦτοῦ θεοῦ ἐγὼ πρὶσώ, τήμξομ δούναὶ δίκημ. i.* Ego hercle ficul-
nū, ac præpotentem istum Deum Compulero pœnas hoc die dependere. Ficulnū Deum
appellans, imbecillum, ac nullarum uirium. Huc allusit Horatius, cum Priapum ita loquen-
tem facit. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Ac paulopost, Pæpedi diffisa nate
ficus. Ficulnam mentem dixit Lucianus, *ἐμ ἑστὶ πρὸς τὸν ἀπαίδουτομ χωλήμ μὲν ἔχωμ κὴ σικυνημ*
γνώμημ. i. Claudam habens ac ficulnam mentem. Eodem respexit Alexander. Pseudomantis
libros Epicuri, lignis exurens ficulnis, nullius pretij philosophum significās. Et *συκίνη ὑπὸ κερίας*
. i. ficulnum auxiliū, pro inualido atq; inutili. Aristophanes in *Lysistrata*, *οὐκ ἤμ ἡμῖν σικυὶ ἢ πτι-*
κερία. Qui nobis erat ficulnum auxiliū. Et *συκίνη μάχαρα. i.* Ficulna machæra, pro calumnia.
Et *συκίνη ναῦς. i.* Ficulna nauis, pro uili, minimiq; pretij nauicula.

Lupi illum priores uiderunt.

LXXXV

Lupi illum priores uiderunt. In raucum dicitur, & cui uox repēte sit adēpta. Festiuius dice-
tur in eos, qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroces. Vergilius in Ecloga, cui titulus Mœ-
ris. Vox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores. Seruius admonet phy-
sicos autores esse, inesse eā uim lupis, ut siquē hominē priores uiderint, ei uocē adimāt. Neq;
defunt philosophi, qui huiusce rei causam reddere conantur. Socrates apud Platonē rem ad
allegoriā uertit, dicens Thraymachū sibi uocem adempturū fuisse, ni forte fortuna, prior illū
conpexisset. Theocritus in Idyllio, *ε, οὐ φθέρξῃ, λυκομ εἶδες. i.* Edere nō poteris uocē, lupus
est tibi uisus. Illud interim obseruatione dignū, Theocritū uertisse sententiā, cū negat eū plo-
qui posse, nō qui a lupo sit uisus, sed qui lupum uiderit. Sed allusit dūtaxat ad puerbiū Theo-
critus, cum significaret riualem conspectum, cui nomen erat lupo.

Quæcūq; in somnio uidentur.

LXXXVI

οὐσα ἐμ ὀνείρω βλέπεις. i. Quæcūq; per somniū uides. De uotis immodicis dicitur. Nam quic-
quid optaris, id somniare contingit quibuslibet, sicuti Mycillus ille Lucianicus diuitem se, ac
præpotentem somniat. Et infimæ sortis homines nonnunq; reginarum coniugium somniāt.
Pastor quidam apud Theocritum in Ecloga nona, *εχω δὲ πρὶ ὄσ' ἐμ ὀνείρω φάνονη, πολλὰς μὲν οἴς*
πρὸς δὲ χιμαίρας. i. Possideo, quæcūq; solent sub nocte uideri Complureis & oues, multas
idem ipse capellas.

Bona Porfenæ.

LXXXVII

Bona Porfenæ dicebatur, quæ uelut ab hostibus erepta paruo ueneunt. Eam appellationē
Liuius scribit ad suam usq; ætatem durasse, Putatq; inde natā, quod in bello soleat bona Por-
fenæ uenire Rhomæ, eaq; consuetudo una cum titulo perseverarit, & in pace. Vel (id quod ē
uero proximū) quod Porfena discedens ab Ianiculo, ex fœderis lege, castra opulenta, conue-
cto ex propinquis ac fertilibus Hetruriæ aruis cōmeatu, Rhomanis dono dedit, inopī tū ur-
be ab longinqua obsidione. Ea deinde ne populo immisso diriperentur, hostiliter uenisse, bo-
naq; Porfenæ appellata, gratiam muneris magis significante titulo, quā auctiōne fortunæ re-
giæ. Fortasse non inepte dicitur in res, quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ cōmoditate citra no-
stram operam contingunt. Nam Liuius non indicat usum adagij.

Leonina societas.

LXXXVIII

Leonina societas est, cū omne cōmodum ad unū aliquem redit, reliquis ui fraudatis, qualis
ferme solet esse, cum regibus, aut præpotentibus plebeia fortis hominibus. Extat in Pandec-
tis, in quibus ex Vlpiano refert Aristo Cassium respondisse, societatem talem coiri nō posse,
ut alter lucrum tantum, alter damnū sentiret, & hanc societate Leoninam solitū appellare. Cæ-
terum Cassianam appellationē, haud dubium prouerbialē, ex Aesopi græci Apologo natā
apparet, qui talis circūfertur. Leo, asinus, & uulpes, societatem inierant, ut quod uenatu cœpif-
sent, id in cōmune partirentur. Prædam ubi erāt nacti, leo iubet ut asinus partiatur. Ille ut est
stolidus, in treis æquas portiones distribuit. Qua gratia mox indignatus leo, q; cæteris æqua-
retur, asinum adortus dilaniat. Restabat uulpes. Eam de integro partiri iubet, illa totam fer-
me prædam leoni attribuit, sibi uix pauca quædam seruans, Leo comprobata distributiōe,
rogat, quis nam illam artem partiendi docuisset. Et uulpes, Calamitas, inquit asini.

Ex tripode.

LXXXIX

τὰ ἐκ τῆς τρίποδος, i. Ex tripode dicta. Dicitur solitum de his, quæ uehementer uera, atq; indubitata uideri uolumus. Effertur uarie adagium, ὡς ἐκ τρίποδος, i. Tanq; ex tripode dicta. τὰ δὲ ἐκ τρίποδος, i. Hæc ex tripode dicta, id est certissima perinde, quasi ex Apollinis oraculo perfecta. Trifidum a tripode, uel Delphico, uel Pythio. Nam hæc duo oracula quondam summam fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo libro Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idq; liquere Theauris ingentibus inibi constructis, in quos sacra inferretur pecuniæ, tum operibus præstantissimorum artificum. Deinde ludis Pythiis illic celebratis, deniq; innumerabilibus oraculis, quæ mandata literis extarent. Tripodē ita describit. Autores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundam & curuam esse speluncam, non admodum lato patentem ore. Atq; hinc auram reddi, sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quem simul atq; Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa ædere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Oraculum Apollinis non uerius fuerit. Iusto libro de legibus duodecimo. Ne si Pythius quidem affirmauerit, Quin illæ quoq; figuræ prouerbiū relipiunt. Quicquid dixerit, oraculum uideri uult. Quicquid dixerit, legem esse uult, & Stoicorum δόγματα, i. decreta. Et quod apud Plinium de medicis ait Catho. Et hoc puta uatem dixisse, id est existima uerum fore, quod dixi. Ipse Plinius alibi. Utinamq; falsum hoc, & non a uate dictum, q̄ plurimi iudicent. Et Plutarchus in cōmētario de dignoscendo adulatorē ab amico, ἐν ἀκούσας ὅτι ἄμ' ἐπιτηρησμοῦ ἐλκεμέναι φήσας, οὐ βνώμην ἄπειρα, i. Cum is audito quicquid dictum fuerit, ita discedit, ut existimet se oraculum accepisse non sententiam.

Folium Sibyllæ.

XC

Folium Sibyllæ, apud Latinos eandem uim obtinet. Iuuenalis, Credite me uobis foliū recitare Sibyllæ, id est rem indubitatā. Aristophanes in pace, οὐ μετ' ἔχω φύτωνα, οὐ γὰρ ταῦτ' ἐπιβυλλὰ. i. Haud equidem agnosco, neq; enim canit ista Sibylla. Ductum adagium a Cumana Sibylla, Cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat, ut testat. M. Varro in palmarum folijs oracula scribere. Quod secutus Vergilius in tertio Aencidos. Infanam uatem aspicias, quæ rupe sub ima Fata canit, folijsq; notas & carmina mandat, Quæcūq; in folijs descripsit carmina uirgo, Digerit in numerū, atq; antro seclusa relinquit, Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt. Item in sexto. Folijs ne tantum carmina manda Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Frater uiro adsit.

XCI

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρῆν, i. Frater uiro adsit. De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis, uix unq; frater solet fratri deesse. Apud Platonē secundo de Rep. libro. Adamantus Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens. Nōdum, inquit, Socrates factis hac de re dissertum. Cur ita? Nempe, quia id nondum est dictum, quod maxime dictum oportuit. Tum Socrates, frater adesto uiro, ut habet prouerbiū, quare tu, siquid hic pratermissit, adiua. Idem ex Homero sumptum adagium, testatur in Protagora, ubi Socrates Prodicum aduocans, ut Simonidem eiusdem ciuitatis hominem, a Protagoræ calumnia tueat. Videor equidem, inquit, aduocare te, quemadmodū ait Homerus, Scamandrū ab Achille obfessum, Simocentem aduocasse, φίλε κασίγνητε, δέν' ἄνέσθ' ἀμφοτέρωϊ πῶς σχώμεν, i. Frater amice, hominis pariter compescere uires Ambo huius studeamus. Est autem is locus in Iliados φ. Rursum Iliados χ. Similiter Hector iam impar Achilli Deiphobū fratrem inuocat, uti ferat suppetias, δειφობομ δ' ἐκάλει ληκαωνίδα μακρὰν ἀνίσας, i. Deiphobum fratrem intēto clamore uocabat. A quo cum destitueretur, diem fatalem adesse, intellexit. Plutarchus in uita Cæsaris, Refert, Cæsam Cæsare retinente gladium, fratris auxilium, ad hunc modum implorasse, idq; uerbis græcis, quæ modo retulimus.

Ne temere Abydum.

XCII

μη' ἐκὴ πλὴν ἀβυδου, i. Ne temere Abydum, subaudiendū nauiges. Ne quod graue periculū, suscipias, sine causa idonea. Veluti si quis admoneat, ne se facile conijciat aliquis in aulam principis, quod ea res, non omnibus feliciter cedat, Aut ne compotatiōibus temulentis admisceat sese, quod fere non contigat abire sine malo. Aut ne poetarū attingat literas, quod animos cōpluriū soleant corrumpere. Nam periculosa erat in Abydum nauigatio, propter fretū saluum atq; asperum, in quo perijt Leander amasius Herus, qui quidem haud scio, an pueriū

præbuerit occasionem. Male audiebat ea gens, quod calumniatrix esset, ut intelligas ea gratia, non esse tutum illic uersari. Meminit adagij Stephanus & Suidas.

Vna hirundo non facit uer.

XCVIII

μία χελιδὼν ἕαρ οὐ περιᾶ. i. Vna hirundo non efficit uer, id est unus dies non fat est ad parandam uirtutem, aut eruditionē. Aut non unū aliquod benefactum, benedictum ue sufficit ad hoc, ut uiri boni, aut boni oratoris cognomen pmercaris, plurimis enim uirtutibus ea res cōstat. Aut ut certum aliquid cognoscas, non satis est unica coniectura. Quod si permultæ conueniant, tum deniq; probabilis fuerit coniectura. Siquidem fieri potest, ut una quæpiam hirundo casu maturius appareat. Sumptū ab hirūdinis natura, quæ ueris est nuntia. Nam hyme deuolat. Vnde Horatius, Zephyris & hirundine prima, de primo uere sentiens. Aristoteles libro moralium primo, τὸ γὰρ ἕαρ οὐτε μία χελιδὼν περιᾶ, οὐτε μία ἡμέρα. i. Ver enim, nec una hirundo facit, nec unus dies. Et beatū eodem modo felicem ue nec unus dies, nec breue efficit tempus. Aristophanes in auibus. Δεῖδ' ἂν εἰοικεμ οὐκ ὀλίγωμ χελιδόνωμ. i. Multa uideēt opus habere hirundine. Interpres indicat allusum ad puerbium, quod modo retulimus, μία χελιδὼν ἕαρ οὐ περιᾶ. Huic affine uidetur illud Sophocleū in Antigona, πόλις γὰρ οὐκ ἐστ' ἥτις ἀνδρὸς ἐστ' ἐνός. i. Nāq; unius quæ sit uiri, haud est ciuitas. Etenim quemadmodū una hirundo non facit uer, ita nec unus homo facit ciuitatem, nec unus numus diuitem.

Da mihi mutuū testimoniū.

XCVIII

Δνεσόμε μοι μαρτυρίαι. i. Da mihi mutuū testimoniū, id est, Da mihi tuū testimoniū, recepturus itidem meum, si quando desyderabis. In eos recte iaciendū, qui se mutua talione laudant, ac prædicant. Aut qui mutuo studio sibi inuicē suffragantur. Aut qui ad gratiā testificanē, neglecta religione. M. Tullius, pro. L. Flacco, repudiāns, eleuanēsq; Græcorū testiū fidem. Verūtamen, inquit, hoc dico de toto genere Græcorū. Tribuo uel literas, do multarū artium disciplinā, nō adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendī copiam, deinde si qua sibi alia sumunt, non repugno, testimoniōrū religionem, & fidem nunq; ista natio coluit, totiusq; huiusce rei, quæ sit uis, quæ autoritas, quod pōdus, ignorant. Vnde illud est, Da mihi testimoniū mutuū? Non Gallorū, non Hispanorū putatur. Totum istud Græcorum est, ut etiam qui græce nesciunt, hoc quibus uerbis a græcis dici soleat, sciant. Quibus ex uerbis, M. Tullij satis liquet adagium hoc, ætate illa, multo fuisse tritissimum.

Mutuū muli scabunt.

XCV

Mutuū muli scabunt. Vbi improbi, atq; illaudati se uicissim mirantur, ac prædicāt. Translatū a mulis, qui sicuti reliqua iumenta, sese inuicē dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuū muli scabūt, a Nonio Marcello inter reliquos Menippearū titulos. M. Varronis, mirum ni prouerbialis. Aufonius in altera præfatione monosyllaborum. Sed ut quod per adagionē cœpimus, prouerbio finiamus, mutuo muli scabunt. Meminit huius & Varro libro de Lingua latina tertio. Quāq; is locus est scēdissime deprauatus, nō temporū modo culpa, uerum etiā Impressorū istorum uulgariū, quibus hoc unice ppositum uideēt, ut omnes bonos libros radicitus extinguat. Sic autem legitur, Amica Philoptorus, eius qui senex puerum dicit psum, puellam psum. Sic fiet mutuam mulinam. Arbitror legendum mutuū muli, Ut subaudiatur scabunt. Symmachus in epistola quadam, Mutuū, inquit, scabere mulos, cui prouerbio ne uidear esse confinis, præconium uirtutum tuarum, presso dente restringo. Non uidetur autem adagium recte accipi posse, nisi malam in partem, ueluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus, uicissim laudaret. Cuiusmodi fabulā meminit Horatius de duobus fratribus, qui se mutuū scabebant, ac mutuo officio, alterum alter uicissim efferebant laudibus. Frater, inquit, erat Rhomæ consulti rhetor, ut alter Alterius sermone meros audiret honores. Gracchus, ut hic illi foret, hic ut Murius illi. Idē poeta indoctos notans, qui tamen inuicem se recitantes audiebāt, ac laudabant. Discedo Alcæus puncto illius, ille meo quis? Quis, nisi Callimachus?

Tradunt operas mutuas.

XCVI

Huic confine est Terentianū illud ex Phormione, Tradunt operas mutuas. De adolescentibus, qui se uicissim in peccatis defenderēt. Translatū uideēt ab agricolis uicinis, q mutuā inter sese operā cōmodare solēt. Aut ab artificib⁹, q mutua nōnūq; ut unā opa, maxime fabri ærarij.

Senes mutuū fricant.

XCVII

Huc pertinet & iocus ille in prouerbiū uersus, de senibus mutuo se fricantibus. Narrat autē

†

fabulā Aelius Spartianus in Adriani imperatoris uita. Is Adrianus in balneo ueteranū quē-
piam seruuli penuria, sese marmoribus affricantē cōspicatus, eū & seruulis aliquot, & sumpti-
bus donauit. Quod reliqui ueterani feliciter cessisse uidentes, cœperūt & ipsi complures sub
oculis impatoris sese marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerent benignitatē. At
ille euocatis senibus, iussit ut alius alium uicissim defricarent, atq; ita pueris nihil opus fore. Is
iocus postea in uulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemyliani apophthegma. Iu-
menta quod manibus careant, alieno egre frictu. Quo significatum est eos, qui res egregi-
as gerere non possunt, egre præcone, quo famam sibi comparent.

Fricantem refrica.

XCVIII

τὸν ξύοντα ἀντιξύνει. i. Scalpentē uicissim scalpe. Refertur in Diogeniani collectaneis. Par est,
de merente bene, bene mereri, & officiū officio pensare. Suidas ab asinis metaphorā transla-
tam existimat, inuicem morsicantibus, & in utrāq; partem dici posse, qui se mutuis officijs ad
iuuant, aut qui se mutuis cōtumelijs afficiunt. In quam sententiā celebratur & Mimus ille, nō
illepidus, Senecæ titulo, sed falso. Ab altero expectes, alteri quod feceris. Aristides in cōmu-
ni defensione quatuor oratorum, τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύνει ἢ τῶν ὄντων ἢ τῶν οὐκ ὄντων, δ' ἴπτε δ' ἰδωσι, πικρὰ
δὲ καὶ τῶν λέουσι μάλλον, ἢ τοῖς ὄνοις ἐκάζειν φάειν ἄμ' ἠμηνίδα. i. Scalpentē inuicē scalpere, etiam asi-
nis uidelicet tribuit prouerbiū. Porro Periclem cum leonibus magis, quam cum asinis esse
cōferendum dixerint Homerici. Huc pertinet illud, χεῖρα χεῖρα νίθει. i. Manus manū lauat, quod
citat in Axiocho Plato, διὰ παντὸς δὲ ἔσθ' ἐστὶν αὐτῷ φρονεῖν τὸ ἐπιχάρματον. Ἄ δὲ χεῖρ πλὴν χεῖρα νί-
θει, δός τε καὶ λάβε τε. i. Abluit manū manus, da aliquid, & aliquid accipe. Quod idē alio loco ci-
tauimus, sed aliter mendosum exemplar sequuti, cum græcus Plato nondū esset ad manum,
quē cōsulere possemus. Cuius rei uisum est cōmonstrare lectorem, nequis hoc nomine mi-
hi calumniam struat, quod temere Platonis scripturam inuerterim. Quantum autem ad sen-
tentiam pertinet, nihil omnino refert νίθει legas an κνίθει quādoquidem, ut manus manui mu-
tuum præstat officium lauando, itidem & scalpendo.

Ferrum ferro acuitur.

XCIX

Non erat consilium in hunc ordinem admiscere prouerbia Theologorum, nō quod ea cō-
temnam, sed partim quod hoc honoris habendum iudicarem sacris literis, partim quod pas-
sim in manibus sint. Vnū tamen illud, quoniā sic adamussim ad ista quadrat, non pigebit ad-
scribere. Id est in puerbijs Salomonis, capite. xxv. ij. Ferrū ferro exacuit, & homo exacuit fa-
ciē amici sui. Hebræi pñtiāt ad hūc modū, siquidē ē aliqd adagiū in suapte audire lingua,
וְהוֹרֵה לְבָרִךְ לְבָרִךְ

Fuit & Mandroni ficulna nauis.

C

Ἐγένετο καὶ μάνδραωνι συγκίνη ναῦς. i. Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos dici solitū, qui præter
meritum ad felicitatem, atq; opes euecti, pristinae conditionis non meminerunt, sed præsentī
rerum successu insolentius abutuntur, ita ut fere mos est, τοῖς νεοπλούτοις. i. ijs, qui ad nouas di-
uitias ex infima fortunæ conditione prouehuntur. A Mandrone quodam sumptum, qui in-
dignus & immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam per cōtem-
ptum dixit. Nam ficulum in genere uocant Græci, quicquid imbecille, aut contemnendum
significare uolunt, Sicuti paulo superius ostensum est.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA OCTAVA.

Aequalem tibi uxorem quaere.

I

Tὴν ἴσην σαυτῷ ἔλα. i. Aequalem tibi uxore ducito. Adagiū admonet, nequis cupidi-
tate, aut ambitione allectus, se potentiorē ducat uxore, Nā eiusmodi ferme cō-
nubia inauspicato cedere. Plutarchus in libello de liberis educandis. parētes ad-
monet, uti eiusmodi liberis suis uxores despondeāt, quæ nō sint multo uel diti-
ores uel potentiores. Prudenter em̄ dici puerbio, tuæ sortis uxore ducito. Ce-
lebratur & hoc inter sapientū apophthegmata, atq; a nonnullis Pittaco ascribitur, γάμειν ἴσην
ὁμοίωμ. i. Vxorem ducito ex aequalibus. Nā si duxeris, ex potentioribus te prognatam. domi-
nos tibi parabis, non affines. Diogenes Laertius in uitis philosophorū, huiusmodi quiddā cō-
memorat, quod quidē affirmat & a Callimacho nō inelegātī epigrāmate celebratū esse. Adu-
lscens quidam Atarnetes, Pittacon cōsuluit, utra sibi e duabus ducēda esset uxor. Nam duæ

offerebant, altera par opibus, ac genere, altera utroque superior. At ille sublato Scipione, quo nitebatur, admonuit, uti pergeret ad triuia ciuitatis, quo pueri lusus causa conueniunt, eos consuleret & quod illi dedissent consilij, id sequeretur. Pueri ex puerbiali cantione responderunt, Aequalē uxore esse ducendā. Itaque adulescens altera praterita, duxit aequalem. Idē Dioni suadet Callimachus. Hęc autē sententia hoc impensius placuit Pittaco, quod ipse nobiliorem se duxerat, Draconis sorore, cuius imperiū, fastidiaque molestissime legisset tulisse, ut hoc dictū nō in tempore sed suo malo uideatur reperisse. Extat autē Epigramma, tamen illic ἰὼν non δῖωμ, legisset mendose, opinor, id est huiusmodi. ἕξινος ἀταρνέτης τις ἀνέρετο πιτῆακὸν οὕτω τὸν μυτιλινναῖον παῖδα τὸν ἕξινος δῖος Ἀτῆα γέρον, δῖοῖός με καλῆ γάμος, ἢ μία μὲν δῖη νυμφῆ, ἢ πλῆθος ἢ γενεὴ κατ' ἐμὲ, ἠδ' εἶπεν, προσβέβαιε, τί λῳίωμ; εἰ δ' ἄγε μοι σὺ βάλῃσιν πετρήνεις ὑμνῳαίωμ ἄνω εἵπεμ, ὃ δὲ σκίπωνα, ἑοῦτικὸν ὄπλομ ἀείρας ἠνὶ δὲ κῆνοί σοι παῖμ ἕξινος ἐπὶ οἶδ' ἄρ' ὑπὲρ πλῆθῆσι δοῶς βέβαιος ἔχοντες ἐσσεφομ εὐρέην παῖδες ἐνὶ ἕξινος κένωμ ἕρξασιν μετ' ἕξινος. ἕξινος ἐπέση πλῆθος, οἶδ' ἔλετομ, πῶμ ἕξινος σάντῳ ἔλα ταῦτ' αἰὼμ ὃ ἕξινος, ἐφέισατο μείζονος οἶκος δρῶξασιν. παῖδῳμ κλήθονι σωδέμενος τῆμ δ' ὀλίγημ ὡς κῆνος ἐδοκὸμ ἐπῆσερ νυμφῆμ οὕτω ἢ σὺ δῖωμ τῆμ ἕξινος σάντῳ ἔλα. Quos uersus, quoniā Ambrosius Diogenis interpres, aut alius, quisquis is fuit (Nā stilus nō admodū respondet Ambrosiano. seculo) non omnino infeliciter Latinos fecit, haud grauabor adscribere. Hospes Atarnites rogauit Pittacon olim, Sic Mytelcnaon, Hyrrhadioque fatum Magne senex, gemine cupiunt mihi nubere, quarū Et genere atque opibus conuenit una mihi, Altera praeclit, quid praestat confulc, dicque Vtra ex his potius sit capienda mihi? Hic baculū tollens, sic, tela senilia, dixit, Consilium, pueri quod petis, expedient, Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo Af siduo, latis uertitur in triuis I sequere illorum monitus, sic fatur, at ille Scitatur, referunt, tu tibi sume parcm, Quae postquam audiuit, monitis puerilibus haerens, A magnis hospes abstinit thalamis, Atque parē paruas laetus traduxit in aedes, Sic Dion aequalem si sapias ipse cape. Est autē allegoria a turbine puerili, qui flagellis circumagitur. Agebat enim quisque pro suis uiribus turbinem sibi congruentem. Huc adscribendum putauit carmen illud, ex Thesmophoriazasis Aristophanis titulo inscripta, Falso, sicut ego quidem arbitrator. Δέσποινά γὰρ γέροντι νυμφίω γαμή. i. Regina siquidē mulier est sponso seni. Idem admonet uersus ille Euripideus in Rheso οὐκ ἐξ ἑμαυτὸ μείζονα σαμῆμ θέλω. Nolim ex potentioribus me ducere uxore. Neque uero solū id spectari conueniet, uti par sit uxor generis claritate, aut modo rei familiaris, uerum ut aetas nō admodū discrepet, ut forma, ut uita genus. Potest & longius trahi, nimirū ad negociū suscipiendū, cui sis conficiendo par, & idoneus, ad uita gen^o aptū, & ad amicū tuis accomodū morib^o.

Ne my quidem facere audeat.

II

Qui metu non auderent hircere, ij quondam negabantur my facere audent. Refertur adagium a Varrone, libro de lingua latina tertio. Putat enim ille mussare uerbum deductū a my, litera uocabulo, quasi μυζῆμ. Propterea quod muti non amplius sonare queant, quam my. Est enim ea litera maxime omnium muta, praesertim in fine, mire os contrahens & occludens. Verba Varronis sunt haec, A quo idem dicit, quod minimum est, neque, ut aiunt, μῦ, facere, audent. Videtur esse carmen Ennianum. Nam hunc paulo superius citauerat. Dicit, quod minimum est, neque, ut aiunt, my, facere audent. Est autem Graecis, μυζῶ, tum sugo, tum naribus uocem reddo. Aristophanes, τί μυζῆς; πάντα περιήτη καλῶς. i. Quid musitas? pacta sunt cuncta optime. Et apud Latinos mutire ac mussare est tacite ferre, & quasi uocē absorbere. Terentius, Mussitanda iniuria adulescentium. Vergilius, Mussat rex ipse Latinus. Apud Aristophanem in equitibus, duo priuatim apud se questuri quaedam de uitijs ciuitatis, scenarium hunc concinunt, μὴ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ. Ex quo licet conijcere hanc esse uocem loqui formidantium.

Ne gry quidem.

III

μηδὲ γὰρ φδέγγετη. i. Ne gry quidem loquitur, hyperbole item prouerbialis apud Graecos, pro eo, quod est, ne tantulum quidem. Nam gry, minimum quiddam significat, aut sordes unguium re uidelicet uilissimam, Aut uocem suillam, quam edere solent ij, qui grauantur sermone respondere, aut nomisma minutissimum. Aristophanes in Pluto, καὶ με προσβιάζει, καὶ ταῦτ' ἀπρηνομῶν τὸ προσάπαμ, οὐδὲ γὰρ. i. Meque ui subigit simul. Atque interim rogatus, haec quid sibi uelint. Prorsum nihil respondet, ac ne gry quidem. Hinc & uerbum deductum γυζῆμ. Idem in eadem fabula, γυζῆμ δὲ ἢ γλαῦτον ὃ κατὰρματε. i. Gannire uero etiam audeatis scelesti. Philostratus in uita Apollonij, οὐδ' αὖ μὲν ἐφδέγγετα, οὐδ' ὑπὸ χρομ γυζῆμ. i. Haud quaequam locutus est, neque adduci potuit, ut uel hirceret. Huius uocis usus, admodum frequens est apud Aristophanem.

Pili non facio.

III

Est Latinis hæc familiaris hyperbole. Nō facio pili. Ne pilo quidē melior, cū minimū quidā momētī significant. Catullus, Non faciunt pili cohortē. Cicero ad fratrem, Ego enim ne pilo quidē minus te amabo. Idē, Interea & Cappadocia, ne pilū quidē. Tametsi in uulgatis exemplaribus pileū hoc loco scriptū est. Quod quidē adagium etiā his temporibus nulli nō est in ore. Pili uilitas etiam Græcis in puerbio fuit. Vnde ἄξιός τις, i. dignus pilo. Quo durior crit translatio, hoc uenustior. Nam pili nō facio, præter hyperbolen, nihil pene habet figuræ. At ne pilo quidem doctior, Ne pilo quidē iniucundior, Ne pilo quidē honoratior, atq; id genus orationes, quoniam paulo longius recedunt a simplici sermone, plusculum accipiunt gratiæ.

Nauci non facio.

V

Nauci esse, & naucifacere, pro eo, quod est nihili esse, & nihili facere, sæpicule apud Plautū reperiet. Quid autē nauci significet seruus quidā Plautinus, cū crebrius ea uoce esset usus, tamen scire se negat. Plautus, Qui homo timidus erit, in rebus dubijs, nauci nō erit. Grammatici quidā, inter quos Pompeius Festus, aiunt nauci significare nucis putamē, aut oleæ nucleum, aut eam membranulā, quæ uisitur in medio nucis iuglandis interlita, deniq; rei cuiusuis putamen, quod Græci πρὶς κελύφα, nauci uocatū existimant. Quidam a uoce græca deducunt νάκη, qd declarat pellem caprinam. Sunt & aliæ de nauci sententiæ, quas qui uolet cognoscere legat Festum, in dictione Naccæ.

Flocci non facio, aut flocci facio.

VI

Eadem ratione dictum est, Floccifacere, & ne flocci quidem facere, pro eo, quod est, ne tantuli quidem facere. Est autem floccus particula lanæ, quæ inutilis a uellere diuellitur, atq; euolat, aut certe simile quiddam nullius momenti. Exempla passim apud autores obuia sunt, ut non uideatur operæ precium hoc inculcare loco.

Huius non facio.

VII

Ad hanc formam pertinet illud Terentianum, ex Adelphis. Huius quicquid non faciam. Dotonatus admonet esse δεικτικόν, i. demonstrantis, aut floccum, aut stipulam, aut summū digitum, aut huiusmodi quippiam.

Vitiosa nuce non emam.

VIII

Apud Plautū est, Vitā tuam uitiosa nuce nō emam, pro eo, quod est, ne minimo quidē. Et uulgo dicimus cassa nuce nō emerim, & putamine nucis nō emerim. Aristophanes in pace, οὐκ ἄρ' ἐπιαιμίμη οὐδ' ἄρ' ἰχάδος μιᾶς, i. Non emerim nec unica quidem nuce. Cōsimile his, quod legitur apud eundem Plautum, citante Festo, Non ego istud uerbum empsitem titiullitio, Nam hoc uerbo Latinos nihili rem significare solitos, quemadmodū & Græci dicunt, πιπλό. Rursum Butubata, qua uoce usus est Nenius, pro nugatorijs, autore Festo.

Ne Teruncium quidem insumpsit.

IX

Est aliquoties apud Ciceronē hyperbole Teruncij, quod apparet esse genus minutissimī nomismatis Ad Atticū, Atq; etiā spero, toto anno imperij nostri, Terunciū sumptus in puincia nullū fore. Plautus in captiui duo. Neq; ridiculos iam Terunci faciūt. Quēadmodū Græci dicunt, ἡμιβολίον, pro re uilissima. Varro Terunciū a tribus uncijs dictum putat.

Homo trioboli.

X

Itidē Plautus hominē trioboli dixit, pro nequissimo, planeq; nullius pretij. A nūmo minutissimo. Cōsimili figura dixit Aristophanes in Vespis p uilibus uersibus. Τριχονίκωρ ἐπώωρ.

Homo Tressis.

XI

Consimili modo Persius Tressem agasonem appellat, cōtemptissimū homuncionē. Idem, Et centum Græcos curto centusse licetur, id est, minimo. Tressem autem dixit, noue, quasi tribus assibus æstimandum. Assis autem erat ærei nūmuli genus. Persianū carmen sic habet in gnta Satyra. Heu steriles ueri, qbus una gritē uertigo facit. Hic Dama est, nō Tressis Agaso. Confine Hieronymianū illud, Quis te dupondio supputabat?

Dignus pilo.

XII

ἄξιός τις, i. Pilo digni, dicuntur Græcis, nulla bona re digni, quod pilo nihil contemptius. Aristophanes apud Suidam, εἰ ἐκλεψα πῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τις, i. liquid tuarum rerum furatus sum, uel pilo dignum. Adagium cōmemoratur a Diogeniano.

Nec uno dignus.

XIII

ἄξιός οὐδὲ μόνος, καὶ ἄξιός ἐνός, i. Ne uno quidē dignus, & uno dignus, de uilissimo. Translata

metaphora a iactu talorū, in quo *μόνας*, i. unionis numerus infimus erat. Demū ubiq; in rationibus numerorū minimū quiddā est unio, ac ne numerus qdē, ut autumāt philosophi. Ex aduerso, quē multi p̄ci signifiāt, hūc πολλῶν ἕξιον. i. multa re dignū, trita figura Græci dicunt, & ολίγου ἕξιον. i. Paulo dignū, quē cōtemnūt. Gregariū autē est, ac Plebeium, unius dūtaxat hominis uice supputari. Proinde Homerus Iliados. λ. cum medici dignitatem explicare uult, αἰτῖα ἕξιός ἐστιν ἀνὴρ πρῶτος ἀντάξιον ἄλλω. i. Vnus homo medicus multis æquandus honore est. Ad quod respexit Plato libro de legibus quinto, ο μὲν δ' ἕνός, ὃ δὲ πρῶτος ἀντάξιός ἐτέρω. i. Nam hic quidem pro uno, ille pro pluribus alijs æstimandus est. Ad hanc formam pertinent & illæ Rhetorum figuræ, cum aiunt unum aliquem sibi pro theatro esse, & unius cuiuspiam iudiciū plaris se facere, q̄ infinitæ multitudinis.

Dignus obelisco.

XIII

ἄξιός ἐστι βελίσκου. i. Dignus obelisco, dignus quouis honore. Sūmis enim uiris eiusmodi colūnæ, ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingentes Colossi, sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tamen si prouerbiū ancipitem habet sententiā, propterea quod Aristarchus obeliscis, iugulare sit solitus, quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

Aureus in Olympia stato.

XV

Quē summo præmio dignū Græci signifiāt, ei dicere solent, Aureus in Olympia statuere. Lucianus in Pseudologista, χρυσὸν φασίμ ἐν Ὀλυμπίᾳ σάδκτι. i. Aureus (ut aiunt) in Olympia stato. Quod is honos id ætatis præcipuus haberetur loco tam celebri, statuum inter illustreis uis ros habere. Huc allusit Vergilius, cum ait, Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto. Plato in Phædro, τιχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτηρην ἐς δελφούς ἀναθήσειμ. i. Pollicor me statuā aureā tibi æqualem, Delphis collocaturū. Ibidem paulopost, παρὰ τῶν κυβελιδῶν ἀνάδημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ σάδκτι. i. Inter statuarū monimēta, in Olympia fabrefactus stato. Interpretes fortassis, χρυσήλατος, legit, ut qui uerterit aureū. Allusit huc & Philostratus in Apollonij uita, καὶ σφυρῶν σου σὶ σε ἐν Ὀλυμπίᾳ. i. Et coronabunt te in Olympia. Non dissimili figura dixit Persius, satyra secunda, Præcipui sunt, Sitq; illis aurea barba. Quibusdā enī signis aurea barba cōlueuit addi.

Quauis re dignus.

XVI

ἄξιός ἐστι παντὸς. i. Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorum adagiorum collectorebus. Similiter dixit Terentius, Hominem quantiuis pretij.

Dignus Argiuo clypeo.

XVII

ἄξιός ἐστι ἐν ἀργείᾳ ἀσπίδος. i. Dignus es Argiuo clypeo. De generoso, ac maiore in modū uenerādo, inde sumptū qd' olim apud Argiuos, ex more pueri incorrupti puriq;, Clypeos quosdā gestātes, pompas agebāt. Isq; honos erat illi ætati, prisco quodā instituto maiorū decretus.

Dignū propter quod uadimonium deferatur,

XVIII

Vbi rem maximi momēti uolemus significare, quæq; uel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus, cuius gratia uadimonium deferatur. Nam qui uadati sunt, non nisi summo suo periculo absesse iudicio possunt. Plinius secundus in præfatione naturalis historix, Inscriptiones, inquit, propter quas uadimonium desereri possit, hoc est quarū gratia omnia sint posthabenda, uel maxime seria.

In utrauis dormire aurem.

XIX

In utrāuis dormire aurē, est animo ocioso, securo, uacuoq; esse. Terentius in Andria, Faciā in utrāuis aurē, ociosus ut dormias. Vti eo & Basilii in epistola quadā, sed malā in partē, ita ut supinā securitatē intelligi uelit. Menāder in Plotio apud Gelliū, ἐπ' ἀμφωτέρας ἢ ἐπὶ κληροῦ μὲλλει κακῶς δύναισθαι. i. In aurem utrāq; quandoquidē dotata est cubet, sic enī uertit nescio quis.

In dextram aurem.

XX

Eodem sensu dixit Plinius in dextram aurem. Ita enim scribit Romano suo. Nihil quod in dextram aurem, fiducia mei dormias, non impune cessatur, id est, nihil est, quod sis securus. Sic enim admonent medici, ut in primo somno, qui pfundissimus esse consueuit, in aurē dextram incumbamus, Cum experrecti redormire cupimus in sinistram. Porro qui leui somno uult uti, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

Porrectis dormire pedibus.

XXI

Huic affine est illud, ἀποτένομι τῶ πόδε καθεύδω. i. Porrectis pedibus dormire. Lucianus de mercede seruientibus, ἡδὲ τοῦτ' ἢ τὸ φθὶ εὐχῆς ἀπτείνωτα τῶ πόδε καθεύδω. i. Iamq; tandem

quod optari solet obtrigit, ut porrectis pedibus dormias. Ad eandē figurā p̄tinet, quod in Aristophanis Plato dixit Mercurius. ἀναβάδην ἀναπαύομαι. i. Sublatis pedibus requiesco, & supinus per ocium. Et supinitatem, negligentiam, incogitantiaq; significamus. Et conferere manus in Hebræorum prouerbijis, in ignauum. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus, ut dormias.

Naso suspendere.

XXII

Naso suspēdere, est uasre, ac subdole irridere. Plinius lib. xi. capite trigesimo septimo, docet a suæ ætatis hoibus nasum subdolæ irrisioni fuisse dicatū. Nā apud ueteres autores nihil huius modi legit. Verba Plinij subscribā. Et altior homini tantū, quē noui mores, subdola irrisiōi dī cauere, nasus. Horatius in sermōibus, Naso suspēdis adunco. Idē alibi, Balatro suspēdens oīa naso. Persius de Horatio, qui uasre, tēctēq; rideat, Callidus exterso populū suspendere naso. Idē alibi, Dilce, sed ira cadat naso, rugosaq; fanna. Vnde nasuti uocantur, qui doctē norint alios irridere. Martialis, Non cuiuscūq; datū est habere nasum. Idē, Et pueri nasum Rhinocerotis habēt. Idē rursus, Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus. Persius Rides ait, & nimis uncis Narib⁹ indulges. Græci simplici efferūt uerbo, μυκτῆρῶν, ἀντιμυκτῆρῶν. i. irridere, uicissim irridere ἀπὸ τῆ μυκτῆρος, i. naso. Cassius ad Ciceronē, libro epistolarū familiarū. xv. Quosq; ubi ridiculo aut scōmatico dīcterio læseris, uelint rustice gladio, ἀντιμυκτῆρῶν. i. uicissim naso suspendere.

Dignus qui cum in tenebris mices.

XXIII

Qui certissima esset fide, eum dignū dicebant, qui cū in tenebris micarec̄. Cicero libro ottiorū tertio. Hoc nōne est turpe dubitare philosophos, quæ ne rustici quidē dubitāt, a qb⁹ natum est, id quod iā tritū est uetustate puerbiū. Cū em̄ fidē eius, bonitatēq; laudāt, dignū esse dicūt, qui cū in tenebris mices. Idē de finib⁹ libro secūdo. Cur iusticia laudat, an uerū est hoc tritū uetustate puerbiū, q cū in tenebris mices? Est autē micare, lusus genus quoddā, quod adhuc apud Italos durat, ut repente porrectis digitis, uterq; numerū diuinet. Huius Cicero mentionē facit, libro de diuinatiōe secūdo. Quid est enim fors? Idem p̄p̄modum, quod micare, quod talos iacere, quod tessaras. M. Vairo, Micandū erit cū græco, utrū ego illius numerum, an ille meū lequaī. Nemesianus in carmine Bucolico, Digitos iactate micātes. Porro qui cū mices in tenebris, ei liberum est, si uelit fallere. Proinde dignus, qui cū in tenebris mices dicitur, qui sit, usq; adeo certa fide, ut nec si tuto possit, uelit quempiā mēdacio fallere. Habēt Græci simile quiddā. Dignus hic est, cui uel iniurato fidem habeas ὁδ' ἀνήρ κ' ἀνώμοτος πιστεύει ἄξιός. i. Hic uir dignus, cui credas etiam iniurato. Cui diuersum, ne iurato quidem illi crediderim.

Ex Iouis tabulis testis.

XXIII

ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς. i. Ex Iouis tabulis testis apud Græcos dicebatur, pro certo & indubitabili teste. Lucianus in libello de mercede seruiētibus, εἴ τις εἶπῃ μοι, χόρῃ ἢ παυδί ασήμ, τοῦτο περὶ ἐκείνου, ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς. i. Siquis te adulterum, aut pæderasten dixerit, is protinus, iuxta id quod dici solet, ex Iouis tabulis testis. Allusum est ni fallor ad diphtheram, in qua Iupiter omnia mortalium acta describere fingitur a poetis.

Atticus testis.

XXV

Ἀττικὸς μάρτυς. i. Atticus testis, legitur in collectaneis Diogeniani, pro probatissimo, atq; incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiā torqueat in testē uanū, non inconcinne dixerit.

Attica fides.

XXVI

Ἀττικὴ πίστις. i. Attica fides, legitur apud eundē de minime uanis, minimeq; piuris, inde narum quod apud Atticos tēplū esset Fidei deæ cōstructū. Cuius meminit etiā Plaut⁹ in Aulularia. Græca fide.

Græca fide.

XXVII

Ἑλληνικὴ πίστις. i. Græca fide, reperit pro certa item fide, fortassis idem cū p̄ximo. Nisi malumus per ironiā accipere, Aufonius ad Paulū, Nobiscū inuenies κατηνόπλια, si libet uti Non Pœna, sed græca fide. Idem de Philone uillico suo. Mutuatur, ad græcam fidē. Plautus græcam fidem dixit, ubi nō uerbis, neq; stipulatiōibus, sed præscnte pecunia res agitur. Sic enim apud eum loquitur Clarea lina in Asinaria, Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo. Cætera quæ uolumus uti, Græca mercamur fide, id est numerata pecunia.

Punica fides.

XXVIII

Pœnorum perfidia in puerbiū abijt, quod ea gens peculiariter periurij, uanitatēq; notata sit, quemadmodū abunde testatur. T. Liuius. Cuius hæc alicubi uerba sunt. Punica religione ea seruata est fides, & quod modo citauimus ex Aufonio, Pœna fide. Plautus, Nemo me pœ

nus Punior, alludens ad morū perfidiam, Pœni fœdī fragi semper habitī.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

XXIX

Qui corā blandiunt, clam obtrectātes, palam amicos agunt clanculū nocēt, aut qui hīc profunt, illic lædūt, falsam beneficij spem ostentant, ut nacti occasione funditus perdant, ij dicuntur altera manu portare lapidē, altera panē ostētare. Translatū ab ijs, qui canes ostentato pane pelliciūt, deinde accedētibus saxum illidunt. Euclio Plautinus in Aulularia, Nūc petit cum pollice, aurū inhiat, ut deuoret. Altera manu fert lapidē, panē ostētat altera. Diuus Hieronymus ad Rufinū. Hæc apud te amice potius exostulare uolui, q̄ lassitus publice desauire, ut animaduertas me recōciliatas amicitias pure colere, & nō iuxta Plautinā sententiā, Altera manu lapidē tenere, panē offerre altera. Eodē elegāter allusit, scribēs ad eundē Rufinū. An tibi ideo panē nō damus, quia hæreticorū cerebro lapidē illidimus?

Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

XXX

Εκ τοῦ αὐτοῦ σώματος τὸ θερμὸν ἢ τὸ ψυχρὸν ἐξέρχεται. i. Eodē ex ore calidū, ac frigidum pferre. Bilin- gues & qui eundē modo laudāt, modo uituperāt, ex eodē ore calidū, ac frigidū spirare dicuntur. Natū ex Apologō quopiā Aniani fabulatoris. Satyrus quidā cū uehementer algeret, hyberno gelu supra modū sæuiēte, a rustico quodā inductus est, in hospitium. Admiratus autē, cur hō inflaret, in manus ori admotas, rogauit, cur ita faceret, is respondit, ut frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde ubi extructo foco, apposita mēsa in pulstem feruidā rursus inflaret, magis etiā admiratus, sciscitatus est, quid hoc sibi uellet, uti pulstem, inquit, nimum feruentē halitu refrigerē. Tū Satyrus surgēs a mēsa, Quid ego audio, inqt, Tū eodē ex ore, pariter & calidū & frigidū efflas? Valebis, neq; em̄ mihi ratio est, cū eiusmodi homine commune habere hospitium. At huiusce rei, quam Satyrus admirabatur, causam reddit Aristoteles in problematibus, idq; ideo fieri putat, quod qui uehemētius efflat, is non moueat uniuersum aerem, sed ore contractiore paululum uenti expiret, ut calor ab ore profectus, a reliquo aere, quem ob impetum plurimū mouet, cōtinuo euanescat, atq; in frigus abeat, Id, quod secus fit, in eo, qui faucibus aptis uniuersum aerē exhalat. Est huic cōfine quiddā in epistola Iacobi, εκ τοῦ αὐτοῦ σώματος βρῦα τὸ γλυκὺ ἢ τὸ πικρὸν. i. Ex eodē ore emanat dulce & amarū. Huc adscribi poterit, quod refert secūdo libro Plinius, plus q̄; prodigiosum, fontē esse quendā in Dodona, qui cū sit frigidissimus, & faces, si quis ardentes immergat, extinguat, Si extinctæ admoucant, accendit. Quæ om̄ia torquere licebit in rhetores, qui eadē norūt laudare & uituperare, eleuare, atq; attollere. Item in iurecōsultos, qui causam eandē nūc tuent, nūc impugnāt. Ad eū sensum detorsit Plutarchus, quod Circe eadem uirga mentē adimit, ac reddit, pecudes facit, & homines. Extat apud Græcos hīc sc̄narius, puerbialis, τὸν αὐτὸν ἀνῆρ ἢ ψέγαυ ἀνδρὸς κακοῦ. i. Laudare eundē, carpereq; uiri est mali. Et Hebræus uates, n̄pe Esaias male ominat ijs, qui dicunt bonū malum, & malum bonū, dulce amarum, & amarum dulce.

Oculatæ manus.

XXXI

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, nō oratiōe p̄mitti. Nā oculos habere, quibus uideant exhibita, aures nō habere, quibus audiant pollicitationes. Ita lena quædā in Asinaria, adolescētī mōtes aureos pollicenti, cū illa nihil cōmoueret p̄missis, Semper, inquit, oculatæ nostræ sunt manus, credūt, quod uident. In eadē erat sentētia leno ille Terentianus Sannio. Nūq; inquit, ego adeo astutus fui, quin quicquid possem, malletm auferre in præsentia potius. Huc allusit Chærea in Eunucho, Fac nūc p̄missa, ut appareant.

Cæca dies, & oculata dies.

XXXII

Plautus item cæcam diem & oculatam, pro die, qua nō numeratur præsens pecunia, & qua numeratur. Sic enim Leno quidam loquitur in Pseudolo. Eme die cæca Hercle oleum, id uēdito oculata die, iam Hercule, uel ducentæ fieri possunt præsentis minæ. Hoc est, eme non præsentis pecunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præsentis. Vocant & iuriscōsulti cæcā diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur ab absentibus. Nam cæca sunt, nō tantum, quæ non uident, sed quæ non uidentur & absunt.

Lentiscum mandere.

XXXIII

Σχίνου διατρώγαμ. i. Lentiscū mandere, siue arrodere, Græco puerbio dicunt̄ ij, qui nimio cōmēdi corporis studio supfluunt. Nam ex lentiscodentifriciū fieri consueuit. Is est puluisculus quidam candidādis dentibus cōparatus. Fiebant & dentiscalpia ex lentisco, hoc est, cuspides quædā purgandis dentibus accōmodæ. Martialis in Apophoretis. Lentiscū melius, sed si tibi

τ 4

frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potest. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semp in ore est, Lentiscū arrodere dicunt & *λεντισκώρες*, i. Lentisci arrolores appellantur. Nam dentiū cura, olim ut delicatis probro dabatur, & Apulcio inter reliqua crimina obiectum est, quod dentifriciū parasset. Recte transferet adagiū & ad reliquū totius corporis cultum.

Vnico digitulo scalpit caput.

XXXIII

Molles, atq; effœminati, uno digito caput scalpere dicuntur, nimirum solliciti, ne comā studiose compositam perturbent. Id primum dictum putant a Caluo poeta in Pompeium, hinc in omnes parum uiros translātū. Iuuenalis Satyra nona, Qui digito scalpunt uno caput, Molles & impudicos ex gestu notans. Porro gestum cum antiquitus impudicitiae habitū argumentum testat in epistolis Seneca. Rerū, inquiens, omniū, si obseruentur, indicia sunt. Et argumentum morum, ex minimis quoq; licet capere. Impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & unum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum interdum risus, insanum uultus, habitusq; demonstrat.

Summo digito caput scalpere.

XXXV

τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τῆ κεφαλῆν κνώμ. i. Summo digito caput scalpere. Idem est cū *πξιμο*. Lucia nus in rhetorū præceptore, delitijs effœminatū hominē describit his uerbis, *ἐν τούτῳ δὲ πάνσοφόν τινα, καὶ πάγκαλον ἄνδρα διασεσαλκυμμένον τὸ βέλτισμα, ἐπικεκλασμμένον τὸ μ' αὐχένα, γυναικῆον τὸ βλέμμα, μελιχρόν τὸ φώνημα, μύρον ἀπ' πνεύοντα.* *τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τῆ κεφαλῆν κνώμνον.* i. Inter hæc autē, uirum quendā, egregie sapientem, atq; insigni forma, lubrico incessu, fracta cervice, muliebri aspectu, uoce mellita, olentem unguenta, caput summo digito scalpentem.

Phryx plagis emendatur.

XXXVI

Phryx plagis emendatur. In barbaros, feruiliq; ingenio homines dicitur, qui nō pudore, neq; monitis, sed uerberibus redduntur meliores. Cum cōtra generosus animus, ut ait Seneca, Rectius ducitur, q̄; trahitur. Cicero pro Lucio Flacco in testes Asiaticos, Asia uestra constat ex Phrygiā, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum, an uestrum est hoc puerbiū? Phrygem plagis fieri solere meliōrē. Adagiū ita refertur apud Suidam uersu Trochaico, *φρυξ ἀνὴρ πολλοῦ ἀμείνων καὶ διακονέσθ.* i. Verberatus Phryx melior & obsequens erit magis.

Nihil facies.

XXXVII

οὐδὲν ἱερόν ὑπάρχει. i. Nihil es sacri. Sermo cōtemnentis prouerbialiter. Siquidem Græci, quicquid præclarum, ac uehementer conducibile uideri uellent, id sacrum appellabant, ut *ἱερόν βουλή*, i. Sacra res cōsiliū, & *ἱερόν πόλις*, i. Sacram ciuitatē dixit Aristides, tāq; omniū tutatricem. & quod alio citauimus loco, *ἱερόν ἄγκυρα*, i. Sacra anchorā. Theocritus in Odæporis, *ἀλλ' εὐμῆκα λῆξ ἔριφον θέμεν ἐν τῇ μερὶ οὐδὲν ἱερόν.* i. Hedum igitur, si uis, age iā deponito, q̄; q̄; Nil sacri est. Verba sunt cōtemnentis pignus. Qui prouerbij tradunt originem, aiunt Herculem conspēcta Adonidis imagine contempsisse his uerbis, *οὐδὲν ἱερόν ἐστίν.* i. Nihil es sacri. Seu quod existimaret ijs duntaxat habendū esse diuinitatis honorē, qui de genere mortaliū essent benemeriti, siue quod fures, qui in eius templū aufugissent, non essent in tuto, ppter loci religionem, quæ admodū in aliorū Deorū sacellis. Nunc accommodat ad quāuis re despiciatū habitam.

Nihil sanum.

XXXVIII

Sūmam morū corruptionē, & nullum honesti respectū his uerbis Græci significāt, *οὐδὲν ὑγιές*, i. Nihil sanum, exempla passim in comœdijs, Tragœdijsq; Græcorū sunt obuia, Aristophanes in Pluto, *πένος μοι εἴη καὶ μεταβάλλοντα τὴν γρόπον,* *εἶναι πανούργου, ἄδικου ὑγιές μηδεμίνας* *ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' ἀντὶ νομισίας ξυμφέρει.* i. Scitatū an expediret, ut in cōtrariū Verso instituto *grūstinisq; moribus*, Iniquus esset, subdolos, sani nihil Ratus ista uitæ cōmodis cōducere. *Ἄνδρῳ δὲ ἐν τῷ ὀνόματι τῆς τραγῳδίας ἐπιγράφεται, ὡς πᾶσι τοῖς ἀνδράσι ἐχθροὶ βροτῶν, σπάρτης ἐνοικοί, δόλια βουλβιθήρια τῶν δῶν ἀνακτες μηχανορραφικῶν,* *ἐλικτὰ, κούδὲν ὑγιές.* i. Heus omniū mortaliū inuisissimi, Spartam incolentes, fraudulentis cōsiliis Mendaciore principes, & opifices Tecti malorū, tortiles, sani nihil. Aristophanes, *θεσμοφοριζούσας, σὶ modo nō fallit titulus de foeminis,* *τὰς οἰνοπότιδας τὰς προδότιδας τὰς ἀλάουε* *τὰς οὐδὲν ὑγιές τὰς μετ' ἀνδράσι κακοῦ.* i. Vini bibaces, pditrices garrulas Nihilq; sanum. *Μαξιμῦ uiris malum.* Vbi plane prouerbialiter dixit *οὐδὲν ὑγιές*, pro perditissimis. *M. Tullius ad Atticum, libro decimoquinto. Quid quæris? οὐδὲν ὑγιές.*

Dionis gry.

XXXIX

τὸ δῖωνος γρύ. i. Dionis gry. Recte dicitur, aut ubi quempiam magno animo cōtēnimus, ac

ne responso quidem dignū habemus, Aut cū rem nihili, significamus. Nam de gry, alio diximus loco. Adagiū ortum ex euentu. Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est cōsecutus. Huic erat frater luctator, nomine Topsius. Itaq; cū quidā ex eius cōcettatoribus Dionem probris inceseret, fanda atq; infanda in eum euomens, multa interrim turba ad cōuitiū, ut sit affluente, ipse ne uerbo quidē respōdit maledictis, uidelicet philosophiæ dogmatū memor. Cæterū ubi iam intra ædium suarū uestibulū esset, (nam cōuitiator eousq; fuerat, psecutus) nihil iracūdiæ præ se ferens, hoc tantū respōdit, οὐδὲ γρύ. i. Ne gry quidem. Iuuenis autē animi impotens, Laqueo se præfocauit, Ea res in uulgi fabulam abiit.

Cæcus cæco dux.

XL

τυφλὸς τυφλῷ ὁδῆγός. i. Cæcus cæco dux. Adagiū euāgelicis quoq; literis celebratū, quo lubētius etiā refero. Vti licebit quoties indoctus indoctū docere, incōsultus, imprudētī cōsiliū dare conabit. Cui cōsine est Horatianū illud, Cæcus iter ostendit. Horatius ad Scæuam, Cæcus uti si monstrēt iter, tamen aspice. Quod quidē Porphyrius, perinde dictū autumat, quasi dicas, Sus Mineruā. Præpostere enim res geritur, cū cæcus uidētibus iter cōmonstrare conat. Apud Aristophanē in Pluto, Carion seruus stomachatur in herum, quod ipse uidens, Plutū oculis captū sequeret, ος τις ἀκολουθεῖ κατόπιμ ἀνθρώπου τυφλοῦ τὸνναντιον δρωῖμ, ἢ προσῆλῖ αὐτῷ περιῖμ οἱ γῆ βλέπντες πῆς τυφλοῖς ἡγούμεθα οὔπρ δ' ἀκολουθεῖ, καμὲ προσβιάζετ. i. Luminibus ut q captum & orbum homunculū, A tergo sequatur, hoc agens præpostere. Nam qui uidemus, ducimus cæcos, at hic Sequitur, simulq; cogit eadē facere me.

Cæca speculatio.

XLI

Ἀλαοσκοπιή. i. Cæca speculatio, cōposita Græcis est dictio, ἀπὸ τῷ λάειμ, quod est uidere, inde Ἀλαός cæcus, & σκοπεῖμ. i. inspicere. Suidas prouerbialem dictionē admonet, quoties aut cōniuent, quibus datum est negociū, aut ipsi nihil uident, quibus obseruādī partes sunt delegatæ. Translatum ab ijs, qui speculis sublimibus, diligenter circūspectant undiq; & quod uiderint, alijs renunciant. Homerus, οὐδ' ἀλαοσκοπιήμ ἔχεις, pro eo, quod est, haudquaquæ cæcutienter speculatus est. Vti cōueniet, quoties significabimus aliquē rem sagaciter odoratū, ac deprehēdisse. Tanq; si dicas, episcopus ad cætera supinos, ac cæcutientes, Siqud extiterit unde sperēt quæstus nō nihil, ibi οὐκ ἀλαοσκοπιήμ ἔχειμ. Aut cōtra, si quis erat falsus, aut hallucinatus, τὰυτῆ μὲμ ἀλαοσκοπιήμ ἔιχεις.

Sine cortice nabis.

XLII

Sine cortice nare dicunt, qui iam per ætatē nō egent custode morū, aut qui eo doctrinæ pcesserūt, ut iam præceptorū opera nō habeant opus. Horatius, Simul ac durauerit ætas. Membra, animūq; tuū, nabis sine cortice, i. citra custodem, ac pædagogum ipse te reges, ac moderaberis. Acron puerbii admonet, Putatq; metaphorā mutuo sumptā, a iuuenibus, qui cum prius natate discunt, Corticibus, aut suberibus uentri subligatis natant, deinde exercitatiores citra huiusmodi admnicula natate incipiunt. Plautus in Aulularia, Quare pueris, qui natate discunt, Scyrpo induitur ratis. Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus.

Vt possumus quando ut uolumus nō licet.

XLIII

ζῶμεμ γῆ οὐχ ὡς θέλομεμ, ἀλλ ὡς δ' ὠάμεθα. i. Nō uti libet, sed uti licet sic uiuimus. Senarius puerbialis, Quo monemur temporī, ac necessitati, seruiendū esse. Trentiana Mils in Andria rogata, quā Athenis uitam agerent, uerecunde seni meretricium quæstum cōfitens, ut possumus, inquit, quādo ut uolumus, nō licet. Item Plato in Hippia maiore. Eiusmodi sunt Hippia res nostræ, nō quales quis optaret, sicuti puerbio dicitur, sed quales esse possunt. Huc pertinent & illæ græcorū sententiæ, βουλόμεθα πλουτεῖμ πάντες ἀλλ οὐ δ' ὠάμεθα. i. Omnes cupimus, at non licet ditescere. Et πάντες καλῶς ζῆμ θέλομεμ ἀλλ οὐ δ' ὠάμεθα. i. Bene uiuere omnes uolumus, at nō possumus. Nemini sua fortuna satifacit, & aliud uotis destinat, quod tamen haud scio, an quisq; unq; sit assecutus. Vius erit, ubi significabimus nostra nobis parū placere, uerū facultatē deesse, nō animū, uidelicet fortunā esse parum cōmodā, aut uitam non satis integrā, aut epistolam nō satis eruditam.

Atheniensium inconsulta, temeritas.

XLIII

Ἡ τῶμ ἀθηναίων δυσβουλία. i. Atheniensium incōsulta, temeritas. Quadrat in eos, quibus male cōsulta uertunt bene. Nam id olim uulgo tributū est Atheniensibus, quod ipsi quidē socorditer consultarent, parumq; pspicerent, uerum Minerua ciuitatis præses, illorum male instituta, bene uertere consueuit. Simile est huic, quod hodieq; uulgo dicunt, Est fortunator, q; pru-

dentior, de quo piam non suapte industria, sed fortunæ commoditate, secunda fortuna utentem, Eupolis apud Suidam, *ὡς εὐτυχῆμι γε μάλλον ἢ καλῶσ φρονῖν*, i. Felicem ut esse præstat, ac sapere inclyte. Porro Atheniensium incogitantiam notat & Aristophanes hoc uersu, in nubibus, *φασὶ γὰρ δυσβουλίαμ τῆδε τῆ πόλει προσφῖναι*, i. Nam consilia leua prædicant huic adesse ciuitati. Quo loco interpretes adscribunt fabulam huiusmodi. Cum Neptunus a Minerua uictus, non posset Attica regione potiri, iratus immisit illis, *δυσβουλίαμ*, i. leua, stultaq; consilia, hoc deinde uitium Atheniensibus, *ἐπιχώριον*, hoc est, uernaculum fuisse, Idq; Mineruam non mutasse, cæteræ, quod illi male statuissent illa in bonos exitus uertebat. Allusit huc idē Aristophanes in Vespis, *γλαῦξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπρασεν*, i. Vlula nostras ante pugnam puolarat copias. Eodē mihi leuiter allulisse uideat Demosthenes, cū ait in olynthiaca prima, statim in ipsa fronte, *ἀλλὰ καὶ φησὶ ἡμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλά τῶν δειόντων ἐκ τοῦ παραχρημα ἐνίοις ἂν ἐπελθῆμι ἐπιφῶ*, i. Sed uestræ etiā esse fortunæ existimo, ut nonnullis ex tempore quoq; succurrat animo, quæ dicenda sunt in re uestrā. Theognis, *πολλοὶ τοὶ χρώνη δειλαῖς φρεσὶ, δαίμοσι δ' ἐδιδῶσιν ἃ κακῶν δόκον γίγνεται εἰς ἀγαθόν*, i. Multis leua quidē mēs est, sed numina dextra. Quis bene uertit & id quod temere instituit. Nec abhorret hinc, quod alibi retulimus, *εὐδοντι κύριος ἄριστος*.

Vbi nō sis qui fueris, nō est cur uelis uiuere,

XLV

Cicero in epistola quadā sententiā huiusmodi ueteris prouerbij uice citat. Vetus est, inquit ens, Vbi nō sis quis fueris, nō esse cur uelis uiuere. Sumptū est a cōmuni mortaliū affectu, qui nihil minus tolerandū putant, q̄ ut inter eos neglecti, aut etiam notati uiuant, apud quos aliquando cum splendore, atq; authoritate sint uersati. Adco ut exilium ubiuis præoptent potius, aut etiam e uita decedere, q̄ mutata fortunæ pudorē, perpeti. Id quod notauit Euripides in Hecuba, quam ita facit loquentē, ut dicat sibi pudorē in caula esse, quominus obtueatur Polyxestorem, Pudere enim in tam calamitoso rerum statu, conspici ab eo, cui aliquādo uisa sit florens. Idem in Alceide, *τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον φίλοι κακῶς κλύοντι, καὶ κακῶς πετραγῶσι*, i. Post hac amici, cur, mihi sit uiuere Cordi, male audiendi, & affecto male. Ad eandem facit sententiā, quod apud Sophoclem ait Ajax, *ἀίχρῶν γὰρ ἄνδρα τὸ μακροῦ χριζερμ βίου κακοῖσιν ὅς τις μηδὲν ἐξαλλάσσει*, i. Est turpe, uitam prorogare Lōgius Quisquis malis nihil explicat sese suis. Itē paulo post in eadem Tragœdia, *ἀλλ' ἢ καλῶς τελευτῆσαι τὸν εὐγενῆ χροῖον*, i. Verū aut decore uiuere ingenium uirum Decet, aut decore oppetere mortem. Fertur hic quoq; senarius, *ζῆν ἀχρῶν δὲς ζῆν ἐφθόνησεν ἢ τύχη*, i. Fortuna quibus inuidit aspera uiuere. Hos indecorū, ac turpe uelle uiuere. Sed propius ad Ciceronis sententiā accedit locus ille apud Euripidem in Hecuba, ubi Polyxena ratiocinatur sibi nō esse causam, cur optaret uiuere, quod omnibus ornamentis prillina fortunæ iam esset spoliata. *τί ἐγὼ με δεῖ ζῆν; ἢ πατήρ με ἢ ἀναξ φρυγῶν ἅπαντων, τῷ τό μοι πρῶτον βίου, ἐπειτ' ἐθρέφθη ἐλπίδων καλῶν ὑπὸ βασιλευσὶ νύμφῃ*, i. Quæ nanq; uitæ causa iā superest mihi? Ut cui pater rex omniū fuerit phrygum Etenim rudis mi lucis hoc initium. Dein spes in amplas educabar, regibus Desponla. Et reliqua quæ sequuntur. Sunt enim longiora, q̄ ut hic putem esse percensenda.

Premere pollicem, conuertere pollicem.

XLVI

Antiquitus in pollice fauoris erat, studijq; significatio. Qui faueret, pollicem premebat, qui minus faueret, pollicem cōuertebat. Qui gestus in in prouerbij abierūt, ut iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet. Cōuertere, qui male uult. Plinius libro uigesimo octauo, capite secūdo, Pollices cum, faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuenalis. Cōuerso pollice uulgi, Quemlibet occidunt populariter. Horatius, utroq; pollice dixit, pro summo fauore. Cōsentire suis studijs, qui crediderit te. Fautor utroq; tuū laudabit pollice ludum. Porphyrius enarrat hūc ad modū. Vtroq; pollice, i. utraq; manu, *σωικδοχικῶς*, Sine doche a parte totū. An qui uehementius laudat, manus iūgēs, iungit pollicē cū proximo. Acron hoc pacto, utroq; pollice *σωικδοχικῶς* Manu utraq; sublataq; pariter, ac sapius mota. Hic cū gestus ualide laudantiū est. Sane utrūq; (sicut ex his conijci licet) puerbij origo fuit.

Faciem perfricare, frontis perfrictæ.

XLVII

Frons habita est antiquitus pudori sacra. Et facies item, id, quod & puerbio testatū est, quo dicunt pudorem esse in oculis. Inde frontem, aut faciem puerbio perfricuisse dicunt, qui pudorem omnē dederunt, uelut absterfo manu a uultu pudore. Translatum apparet a gestu quorundam, qui dicturi, facturi ue quippiam apud ignotos, manu faciem perfricant, id, quod rusticani cuiusdam pudoris indiciū est, quem coneris peruincere. Hunc gestū Quintilianus

notat inter uitia pronūciationis libro undecimo. Vitiosa enim, inquit, sunt illa, intueri lacu-
naria, perfricare faciem, & quasi improbam facere. Plutarchus scribit hunc gestum peculiare
fuisse. M. Tullio, ut dicitur leua faciem demulceret. Alioqui nō inficias it ipse Cicero, initio
dicendi trepidāciore fuisse sese. Fabius libro nono citat hac ex Caluo, Perfrica frontē, & dic-
te digniore, qui prator fieres, q̄ Catonē. Significat id esse dictu uehemēter improbū. Plinius
in præfatione naturæ historiarū, Perfricui faciem, nec tamen profeci, quādo alia uia ingēs oc-
curris. Huc pertinet etiā illa, quod effrontes appellamus inuerecūdos, Et qua fronte audebis
hac facere? Quod enim Horatius dixit, clament perisse pudorē cuncti pene patres, id Per-
sius imitatus, Exclamet, inquit, Melicerta perisse. Frontē de rebus. Item illa, Quo ore obiurga-
bis filiū? Et os impudens, os durū, os ferreū, cū impudentiā indicamus. Ouidius, Nō tibi plus
cordis, sed minus oris adest. i. Nō plus audes, aut sapis, sed minus pudet. Homericus Achilles
Agamemnonē κωώπημ appellat. i. canino aspectu, & apud eundem, κωός ὄμματ' ἔχωρ κραδί-
μ δ' ἐλάφοιο. i. Canis habens oculos, cor cecui, impudentiā significās cū timiditate cōiunctam;

Frontem exporrigere, Frontem contrahere.

XLVIII

Frontē explicare, cū hilarescimus, cōtrahere cū ringimur, hoc est, ubi quid molestum est, di-
cimur. Plinius in libro undecimo, Frons & alijs, sed homini tantū tristitiæ, hilaritatis, clemen-
tiæ, seueritatis index. Terētius, Expurge frontē. Horatius in Odis, Sollicitā explicuere frōtē.
Expurgeta frōte, hilariter, Porrectiore frōte mecū loquaris oportet, apud Plautū, Obducta
frōte, corrugata fronte, cōtracta fronte, caperata fronte. Plautus, Caperat frons seueritudine,
Quod quidē a caprinis cornibus translātū uolūt. Et nubila frons, serena frōs, explicata frons.

Attollere superciliū, ponere superciliū.

XLIX

Plinius, supcilia, inquit, homini, & pariter & alterne mobilia. Et in his pars animi, Negamus,
annuimus. Hæc maxime indicant fastus. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedē habet,
in corde nascitur, hic subit, hic pendet. Nihil altius simul, abruptiusq̄ inuenit in corpore, ubi
solitaria esset. Hactenus ille. Inde prouerbio attolli superciliū dicimus, arrogantia significā-
tes, adduci superciliū, fastidiū indicantes. Citat & Suidas αναωντες τὰς ὀφρῦς ἢ τὰς γναθούς
φυσῶντες. i. contractis supercilijs, & inflatis buccis. Poni dicitur superciliū cum fastu receditur.
Et fastosos homines superciliofos nominamus. Deniq̄ simpliciter ipsum superciliū pro fa-
stu, atq̄ arrogantia ponitur. Philosophorū superciliū, quis ferat? Porro, quod Plinius ait sup-
cilijs annuere nos, atq̄ renuere, Homerum secutus est, apud quem uersus hic aliquoties legi-
tur, ἦ, ἢ, ἢ κυναέησιν ἐπ' ὄφρυσιν νεύσε κρονίου. i. Sic ait, atq̄ supercilijs pater annuit atris. Id emulatus
Maro. Sic ait, & toto tum nutu tremefecit Olympum.

Conniuere.

L

Prouerbiali metaphora conniuere dicunt, qui prudentes culpam, quā intelligunt, indulgē-
tia tamen, ac studio dissimulant, quasiq̄ nō uident, id, quod uident, quemadmodum uulgo lo-
quuntur. Ut parentes ad leuiora quædam liberorum uitia conniuent. Et natura ad quædam ado-
lescentiæ uitia, quasi conniuet. Et maritis ad quædam uxorū errata cōniendum, Et corru-
pti iudices, in causa conniuent. Hallucinamur imprudentes, Cæcutimus nolentes, cōniuemus
data opera. Exempla crebra sunt in actionibus Ciceronis. Est autem cōniuere subinde clau-
dere oculos, quemadmodū faciunt ij, qui propter imbecillitatē uisus, nō ferunt lumen solis, at
ij facile fallunt. Contra, qui ἀτενέες ἐσορῶσι. i. qui fixis aspiciūt oculis, hos nihil potest suffugere.
Quod nos cōniuere dicimus, Græci uocant, tum σκαρδαμυκτέμ, tum ἰλλωπέμ. Vnde est illud
apud Aristophanē in equitibus, βλέψον ἐς ἐμ' ἀσκαρδάμυκτος. i. Aspice in me incōniuēter, aut ni-
hil cōniuens, Quod nos hallucinari, illi παραβλέπεμ, quod nos cæcutire, illi ἀμβλυώημ. Quæ qu-
dam omnia, si transferant, ad res animi, ptinebunt ad prouerbiorū rationē.

Bibe Elleborum.

LI

Aristophanes in Vespis, πῖθ' ἐλλέβορον. i. Bibe Elleborū. Quo dicto significat insanire quēpiā,
πῖθι uero dixit, non πίνε, quod (ut admonet interpres) hoc ad simplicem potum referunt grā-
matici, illud ad potionem pharmacorū. Idem ostendit & uerbum hinc esse fictum, ἐλλεβορίᾱμ
ἢ ἐλλεβορίζεμ pro insanire. Quiq̄ parum animo constat, ἐλλεβοροῦ δ' εἶδη. i. Elleboro se se purgare
re dicuntur. Atq̄ ijdem apud Latinos etiā autores Elleborum edere, & elleboro se se purgare
prouerbio iubentur, ppterea quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbe ad leuanda
mētis & capitis uitia. Plinius libro naturalis historiæ uigesimoq̄nto, capite q̄nto, Ellebori duo
facit genera, sicut & Dioscorides, libro quarto, Candidū, quod italia ueratū album appellat,

& nigrum, quod alij uocant entomon, etiam si in Dioscoride atomon legimus, Alij Polyrhizon, plariq; Melampodion uocant, ab inuatore Melampode uate, uel eiusdem nominis patre, quod is animaduertisset eo purgari capras. Deinde dato earū lacte sanauit Prætidæ fures. Sed Aulus Gellius Plinium secutus, ait coloris discerniculum, nō in semine, neq; in uirgulis, sed in radice apparere. Candido uomitiones ciuntur, eoq; stomachum & uentrem superiorē purgat. Nigro aluus inferior diluitur, utriusq; periculosa sumptio, sed albi, ut præstantior, ita periculosior. Quod ipsum tamen adeo uulgatum esse cœpit, ut plariq; studiorum gratia ad prouidenda acrius, quæ cōmentabant, sapius sumptitauerint. Nominatim autem Carneades Academicus, scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, candido elleboro superiora corporis purgare solitus legitur, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usq; animi redūdarct, & instantiā uigorēq; mētis labefaceret. Nigri uero religiosum etiam usum fuisse testat Plinius. Siquidē hoc & domos suffiebāt, purgabantq; aspergetes & sese & pecora. Tū solēni cū precatiōe colligebat & supstitiosius, ut meminit etiā Theophrastus. Primum em̄ gladio circūscribebat. Deinde qui succifurus erat, exortū solis spectabat, precabaturq; ut id sibi liceret, Dijs cōcedētibus facere. Obseruabat & aquilæ uolatū, quæ si propius aduolasset, moriturū eo anno, qui succiderat, auguriū erat. Ex Plinio igiŕ colligere licet utrūq; genus, tū candidū, tum nigrū, cū ad alia cōplura mala, tum aduersus melancholiam remediū efficax habere. Vnde & prouerbiū natum, quod tamē uarie effertur. Plautus, Nō potest hæc res trium iugerū Elleboro obtinerier. Demosthenes Aeschynē in actione monet, ut sese purget Elleboro. Lucianus in Dialogo Menippi, ac Tantalī, *ἀκρίβειά τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς ποτοῦ δόξας δὲ κίβει ἀκρίβει γὰρ ἐλλεβοροῦ νη δία*, i. Desipis Tantale, & ut uere dicā, Elleboro poto tibi est opus, eoq; sane meraco. Et apud eundē Rhadamanthus, in secūdo uerarū narrationū libro, ita pñūciat, ut Ajax traditū ab Hippocrate Elleborū bibat, priusq; in Heroū cōfortiū recipiat, alludēs ad eius insaniam. Ibidē legitur, nō licuisse Chrylippo in beatorū insulam immigrare, nisi quartū iam sumpto Elleboro. Nimirū illuc alluditur, quod ter in uita bibisse memoratur, ut testat etiam Petronius in carmine quodā. Horatius, Expulit Elleboro morbū bilemq; meraco. Ouidius in epistolis Pōticis libro quarto, I bibe dixissem purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascit Anticyra. Persius, Anticyras melior forbere meracas, Infanū significans. Aufonius ad Theonē, Elleborūq; bibas Samij Lucumonis acumen.

Nauiget Anticyras.

πλέυσαιμεις ἀντικύρας, i. Nauiget Anticyras. Horatius eleganter nouauit adagiū quasi faciē, cū ait in sermonibus, Nauiget Anticyras. Quibus uerbis Stoicum infanū significat, quiq; mētis morbo laboraret, essetq; sapientis indignus nomine, cū nemo sapiens, nisi sanus. Dictū est autem eadem figura, qua Græci dicunt, *πλέυσαιμεις μασυλίαν*, i. Nauiges Massyliam. Strabo libro geographiæ nono, duas Anticyras cōmonstrat & in altera, quæ sit post Crissam oppidū, Elleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit ad Sinum Maliacū & Oetam montē, optime temperari. Atq; in eam q̄ plurimis e regiōibus adnauigari sanitatis gratia. Pausanias in ultimo libro scribit supra Anticyram mōtes esse magnopere petricosos, in his copiose, prouenire Elleborum, nigro purgari aluū, albo uomitū cieri, ac superiora corporis purgari. Stephanus addit Anticyrensem quēpiam fuisse, qui Herculem Elleboro dato liberarit insaniam. Horatius, Si tribus Anticyris caput insanabile nunq; Tonfiori Licino cōmiserit. Treis Anticyras dixit pro uniuerso Elleboro, significans deploratam & immedicabilem insaniam.

Strychnum bibit.

στρυχνομ ἐπιπινει, i. Strychnum bibit. In insanos item competit, a strychni herbe natura, quæ uel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in quarto, quatuor strychni genera facit, E quibus postremū *μακρόμ* uocat, i. infanū. Plinius libro uigesimo primo, capite trigesimo primo cū duo strychni genera salutaria demōstrasset. Tertio, inquit, folia sunt Ocimi, minime diligēter demōstranda. Remedia em̄, non uenena tractamus, quippe inianiā facit, paruo quoq; succo. Quāq; & græci authores in iocū uertere. Drachmæ em̄ pōdere lusum pudoris gigni dixerūt, species uarias, imaginesq; cōspicuas obuerrari demōstrantes. Duplicatū hunc modum legitimā insaniam facere, quicquid uero adijciatur ponderi, representari mortem. Hoc est, uenenum quod innocētissimi authores simpliciter Dorion appellauere, ab eo, quod hoc cuspides in prælijs tingerent, passim nascente. Dioscorides scribit, Strychni radicem cū uino potam, mensura. < uisa quædam, ac ludibria nō iniucūda parere, duplicato modo sumptam, stupor

rem triduanum inducere, quadruplicato potam, adimere uitam. Remedio esse, si multum ac largiter biberis, ac reuomeris. Neq; uero hoc ego recēsuissē in hoc opere, ne uidelicet adagia non colligi a me, sed nasci quis calumniaretur, nisi quod Plinius dicens Græcos in iocū uertisse, satis indicaret, herbæ huius naturam in prouerbium abiisse.

Ede Nasturtium.

LIII

Εδθε κάρδαμου. i. Ede nasturtium, In socordem, ignauū, ebetem, stupidū, olim dicebatur, propterea quod huic efficaciam inesse credant, Erucae contrariam, uim enim, uigoremq; animi suscitare, Venerē cohercere, cū illa e diuerso Venerē acuat, uim mentis ebetet, unde & nomē apud Græcos habere uidet. Plinius libro decimonono, capite octauo. Nasturtiū, inquit, nomen accepit a nariū tormēto. Et inde uigoris significatio, prouerbio id uocabulū usurpauit, ueluti torporē excitātis, Græcis a corde nomen habet. Aristophanes, Εμ δεσμοφοριαζούσαις, Εχθέρς ἔφαγον κάρδαμα, τί καρδαμίζεις; i. Edī heri Nasturtia. Quid Nasturtiaris? Idē in Vespis, δευδύμων η̄ δε καιωμ η̄ βλεπόντων κάρδαμα. i. Qui acri sunt anio, iustiq; quicq; Nasturtia tuent. i. acutū cernūt.

Porcum immola.

LV

Neq; praterendum existimo, quod Plautus alicubi porcum syncerum & sacrum immolare iubet eum, quem mente captum significat. Opinor quod ueterum usu, qui, cuiuspiam irati numinis intemperijs ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Idem in Menæchmis. Nam tu quidem Hercle certo non sanus satis, Menæchme, qui nunc iplus maledicas tibi, lube si sapias porculum adferri tibi. Horatius in sermonibus, Immolet æquis hīc porcum laribus. Loquitur de eo, qui iam ab infania resipuisse uideretur.

Multa Syrorum olera.

LVI

πολλὰ σύρων λάχανα. i. Multa Syrorum olera. Diceit aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercētes, aut in eos, qui rebus uilibus abundant. Fortassis recte dicitur & in eos, qui in rebus non multæ frugis, nimium insunt operæ, quippe non in agris exercēdis, sed in hortis colendis occupati, quæ plus adferant uoluptatis q̄ emolumēti. Prouerbium refertur a Plinio libro uigesimo, capite quinto. Vbi commemoratis uarijs remedijs, herbæ Staphylini, quæ eandem & pastinacæ erraticam uocāt, hæc subnectit, Syria in hortis operosissima, inde quoq; prouerbium est Græcis, Multa Syrorum olera, simillimam Staphylino herbam ferit, quæ alij gigidion uocant. Hactenus Plinius. Vt autē existimem parœmiam in maleficos quadrare posse, illa me coniectura comouet, quod paulo ante, Orpheum citauerat autorem. Staphylino amatorium inesse. Neq; syrorum mores, uulgo nota caruisse, uel adagium illud testatur, Σύροι πρὸς τὴν φοίνικα. i. Syri contra phœnices.

Melle litus gladius.

LVII

Melle litus gladius. In perniciosam adulationē dici solitum. Diuus Hieronymus ad Augustinum, Nonnulli familiares mei, & uasa christi, quorum Hierosolymis, & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant, non simplici animo a te factum, sed laudem atq; rumusculos, & gloriolam populi requirentem, ut de nobis cresceres, ut multi cognoscerent te prouocare, me timere, te scribere ut doctum, me tacere ut imperitum, & tandem reperisse, q̄ garulitati meæ modum imponeret. Ego autem (ut simpliciter fatear) dignationi tuæ, primū idcirco respondere nolui, quia tuam liquido epistolam non credebā, & (ut uulgi de quibusdā prouerbium est) melle litum gladium. Si locus hīc mendo uacat, Hieronymus Augustini epistolam melle litum gladium appellat, propterea quod pariter & reprehensionē haberet, quasi gladium quo iugularet, & blandimenta, quibus reprehensionis asperitatē dissimularet. Porro prouerbium, Augustinus respondens, palam explicat, uidelicet deprecans, atq; abominās insidiosum blandiloquium. Plinius libro uigesimo primo, tradit Heracleæ in ponto, ab iisdē apibus aliquando mella reddi perniciosissimum habentia uenenum. Quæ, qui ederint, abiciūt se humi, refrigerium quarentes. Nam sudore diffluunt id, cur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam Aegolethron appellant.

Lætale mullum.

LVIII

Θανάσιμον μελίκρατον. i. Lætale mullum. Eandē cū superiori habet sententiā. Diogenes, formosa scorta, Θανάσιμον μελίκρατον. i. Lætiferū mullum appellare consueuit, tametsi nihil uerbit, & in assentationem, in fœdas uoluptates torquere, breuiter quicquid ita iucundum est, ut idem sit perniciosum. Legimus & mellitum uenenu apud Plinium, & idem Diogenes orationem, ad gratiam comparatā, auriumq; prurimum, μελίτινω ἀγχόνιω. i. Melleā præfocationem,

S

appellabat, quod assentatione quidem delectaret, cæterū mēdacio strangularet admittētem. Quod uidelicet illi Hieronymiano simillimū est, adeo, ut suboleat mendū inesse in exemplaribus, & pro gladio laqueum legi debere. Quis enim solet gladium oblinere melle?

Linum lino necētis.

LIX

Λίνου λίνω σωάπηας. i. Linum lino cōnectis. Huius adagiij duplicē apud Græcos interpretes sensum inuenio, Quorū alter est, infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, eadem non iisdem rationibus facis, aut dicis. Ctesippus in Platonis Euthydemo, Haud tu quidem linum (uti prouerbio dicitur) lino cōnectis, si pater tuus, pater est omniū. Est autē ironia in sophistā, qui friuolis argutijs id sibi collegisse uidebatur. Aristoteles in tertio libro, τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως disputās de infinito, ubi Parmenidis sententiā prefert sententiæ Melissi. Melissus enim ipsum infinitū totū dixerat. At Parmenides totum dixit esse finitum, a medio æque distans. Fieri em̄ inquit, non potest, ut infinitum cum toto, atq; uniuerso, perinde, atq; cum lino, linum necēt. Ipsa philosophi uerba subscribam, si quis forte requiret, διὸ βέλτιον οἰκτιρόν τῶν μενίδην μελίσσου εἰρηκέναι, ὃ μὲν τὸ ἀπειρομ ὅλον φησὶν, ὃ δὲ τὸ ὅλον περὶ πάντων, μεσοῦν ἰσοπαλεῖ, οὐ γὰρ λίνου λίνω ὅσι σὺ νάπησιν, ὡς ἀπῶντι. Ἐὐὸν τὸ ἀπειρομ. Suidas hoc adagium ex Stratidis citat Politia. Proculus itē in discutiendis quæstionibus, quæ exoriunt̄ ex dictis Platonis, quodā in loco sic utitur, ut uideatur conuenire in eum, qui copulet inter se pugnantia, Ostendens quemadmodum Plato de Homero diuersa pugnantiaq; dixerit, οὐ γὰρ λίνου λίνω σωάπησιν ὅσι, εἰ ταῦτα ἀλλήλοις συμπλέκῃ, i. An non enim linū lino cōnectere est, ista inter sese copulare?

Senesco semper multa addiscens.

LX

τηράσκω δ' αἰεὶ πλὴν διδασκόμενος. i. Discenti assidue multa, senecta uenit. Hic pētameter ex elegijs Solonis in puerbiū abijt, significat aut̄ usu uitæ, multa rerū experiētia parari prudentiā. Cōuenit cū ea, quæ citat̄ apud Gelliū, sententia. Vfus me genuit, peperit mater memoria. Citatur a Platone libro de Rep. septimo. Rursum in dialogo de philosophiā, quærens quispiā num philosophiā sit πολυμαθία. Quid aliud, inquit, est philosophari, ἢ id facere, quod dixit Solon? Dixit aut̄, Discenti assidue multa, senecta uenit. At mihi quidē uideť semp aliquid discendū ei, qui in philosophū sit euasurus, siue iunior sit, siue scnior, ut ἄ plurima discat in uita. Seneca in epistola quadā ad Lucilliū, Tamdiu discendū est, ἢ diu nescias, & si puerbio credimus, ἢ diu uiuas. Citat̄ semel, atq; iterū apud. M. Tulliū in Catone maiore. Quinetiā Terentianus ille Demea Solonis sententiā retulit, cū ait, Nunq̄ ita quisq; bene subducta ratiōe ad uitā fuit, quin res, ætas, usus, semp aliqd̄ apporet noui, Aliquid moneat, ut illa quæ credas scire, nescias, & quæ tibi putaris prima, in expiundo repudies. Alludit huc, cuiuscūq; est uersiculus ille, neq; incitus, neq; inelegās, Senecæ nomie celebratus. Equidē e Publianis Mimis, unū esse suspicor, hac adductus cōiectura, quod in hoc numero quosdā reperio, qui nomina tim ab Aulo Gellio, sub Publij titulo referunt̄. Scenarius aut̄ hic est, Discipulus est prioris, posterior dies.

Vita doliaris.

LXI

Ζωὴ τῶν δολίων. i. Vita dolij, prouerbio dicitur uita frugalis, parca, ab omni strepitu, atq; ambitione semota. Breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur, unico cōtentus pallio, baculo quo canes abigeret, dolio de palo suspēso pro Domicilio libēter utēs, crudis herbis & aqua simplici uictitans, pane excauato pro catino, manu caua, poculi uicē solitus uti, idq; a puero quodam didicisse se prædicabat, quem forte ad eum modum aquā haurientem uiderat. Porro ut in dolio habitaret, inde sibi dicebat in mentē uenisse, quod Cochleas cōtemplatus, nullum aliud æquæ cōmodum domicilium iudicasset, unde proueneret ad solem, & ubi se conderet a uentis, atq; æstu. Poterit torqueri & in eos, qui nimium sordide, nimisq; dure, atq; immunde uiuunt. Ad hanc formam torqueri poterit Hamaxobiorū (ea gēs est Sarmatiæ) appellatio, ut Hamaxobij dicantur, qui dure sordideq; uiuant.

In diem uiuere, Ex tempore uiuere.

LXII

In diem uiuere, est præsentibus rebus contentum uiuere, atq; ex parato, minime securum de futuris. Quæ uita Græcis dicit̄, καθήμερι βίον. Et καθήμεροβιοι, qui ad eum uiuunt modū. Theocritus in Idyllio, ν. Ὅθι θνατὶ πελάμοεδα, τὸ δ' αὐρίου οὐκ ἐσορῶμεν. i. Mortales sum⁹, haud sūt nobis crastina curæ. Aristophanes in equitibus, κριθαὲς ποριῶσσι, ἢ βίον καθ' ἡμέραν. i. Ego affatim tibi suppeditaui ordeum & uictū diurnū. Homerus Odysseæ, κ. Νήπιοι ἀγροῖωτη ἐφημέρια φρονέοντες. i. Agrestes stolidi, tantumq; diurna scientes. Persius, Atq; ex tempore uiuis. i. citra sollicitudinē futurorum, unde & ex tempore dicere. i. citra præmeditationē. Hanc uitam, ceu

felicissimam omniū probauit Christus, ut quam & ipse semper secutus sit, & Apostolis sequēdam proposuerit. At dictū mirum, quod hodie non probetur, etiā his, qui plus quam Christiani postulant uideri.

Vita macerata.

LXIII

βίος μεμαλαγμένος. i. Vita macerata, seu permollita. De molliter uiuentibus, quibus ex facili omnia suppetunt. Refertur a Diogeniano. Translatum arbitror a leguminibus, aut falsamentis maceratis, iamque ad esum accommodatioribus.

Ipse dies quandoque parens, quandoque nouerca.

LXIII

Versus est Hesiodi in libro de obseruatione dierum, auspicatorum, atque inauspicatorū, qui deinde in prouerbiū abiit, Longo hominum æuo probatus, ut apud Gellium refert Phaurinus philosophus, is est huiusmodi. ἄλλοτε μήτις ἢ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτις. i. Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est. Eo uersu significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atque alio male. Inde translatum, quod matres bene uolunt liberis, nouercæ ode runt priuignos. Proinde Plinius dubitare se dicit, utrum natura sæpius nouerca sit, an mater, ut quæ tot uenena, tot item remedia progignat.

Nunc pluit & claro, nunc Iuppiter ætheræ fulget.

LXV

Diuersa metaphora rem eandem explicuit Theocritus in Batto, ἄλλοτε ἀλλοκα μὲν πέλει αἰθρη, ἄλλοτε δὲ ἴα. i. Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere lucet. i. Aliquādo res aduersæ sunt, aliquādo secūdæ, quæ admodū cœlū nunc serenū est, & placidū, nunc turbidū, ac tēpestuosum. Huic affinis est allegoria Pindarica, Nō semper eisdem flare uentos, sed nunc hos, nunc alios ἄλλοτ' ἄλλοῖσι πνοαῖ ὑφιπετώρ' ἀνέμων. i. alias alij flatus, sublimiter uolantiū uentorum.

Plus aloes, quam mellis habet.

LXVI

Plus aloes, quam mellis habet, Prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiæ, quam uoluptatis. Nam Aloe frutex quidam est, odore graui, gustu amarissimo, cuius meminit Dioscorides, libro tertio. Plautus in Amphitryone, Ita cuiusque cōparatū est in ætate hominū, ita Dijs placitum, uoluptati ut mæror comes cōsequatur. Quin incōmodi plus, mali que ad sit, boni si obtigit quid. Apud eundem alicubi legitur uitam hominis plus aloes, quam mellis habere. Et Iuuenalis de uxore, Plus aloes, quam mellis habet. Apuleius citra metaphoram sic extulit, In floridis, Sed uerum uerbum est profecto, quod aiunt, nihil quicquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum uices, ac tristitiam, lætorūque mixturam Homerus Iliados ultimo libro, perquam eleganter indicauit, figmento duorum doliorum, quæ scribit in Iouis limine sita esse, quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis. Ex quibus ille mortalium fortunas temperans. ἄλλοτε μὲν τε κακῶ ὕγε κέρση, ἄλλοτε δὲ ἐὼλα. i. Nunc lætis uitam miscet, nunc tristibus idem. Quem admodum & superius indicauimus. Verum admodum maligne tēperat Iupiter Homericus, nimio plus admiscens malorum, quam bonorum, ut si suam quisque fortunam ad calculos sit fixura ratio eorum, quæ nobis ex animi sententia euenerunt. Id, quod eleganter dictū est a Pindaro, ἐμ γὰρ πὰρ ἐὼλον πήματα σωλὺο δ' αἰόντης βροτῆς ἀθάνατοι. i. Ad unum enim bonum, duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Plinius libro uigesimo septimo, sententiam inuertit, cum ait nihil esse tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum. Quandoquidem compertū est, etiam aconito, quo non aliud uenenū nocentius, inesse remedium, cum ad alia, tum ad oculorum uitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho, οὐκ ἄν γένοιτο χωρὶς ἐὼλα κακὰ ἀλλ' ἐσὶ τις σύγκρασις. i. Bona separare non licet malis, sed est mixtura quædam.

Naues onustæ conuitijs

LXVII

Adsimili figura dixit Homerus Iliados. x. Cōuitia, quorū onus, nauis cētiremīs nō queat portare, cuiusmodi Lucianus dixerat, ὀλας ἀμάξας βλασφημιῶν, ut ante dictū est. Carmen Homerici habet, ἐσὶ γὰρ ἀμφοτέρωσιν ὀνείδεα μυθήσειας πολλὰ μάλ', οὐδ' ἄν νηὺς ἐκάρχητος ἄχθος ἄροιτο. i. Proborū supest ambobus copia sūma, Quorū onus haud portet, cētū ratis incita remis, Affine & illi, quod alio dicebat loco, οὐκ ἄν ἀκηντ' οὐδ' ἐκατὴν αἰγύπιοι. i. Quos tollere nec centum queant Aegyptij.

Tollere cornua,

LXVIII

Tollere cornua, pro eo, quod est, animo efferrī, nunc quoque uulgo tritissimum est. Horatius de Baccho, Et addis cornua pauperi. Ouidius item de ebrietate, Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit. Translatū a pecoribus, quæ cornibus oppositis minant. Horatius in Odis,

Nāq; in malos acerrimus parata tollo cornua.

Tollere cristas.

LXIX

Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idem. Iuuenalis, Quid apertius? & tamē illi Surgebant cristæ. i. sibi placebat. Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores alacritatis, atq; animorum indicia sunt.

Animus in pedes decidit.

LXX

Qui uehementer consternant, atq; expauescunt, hīs animus in pedes decidere dicit. Quin hodie uulgo audimus, Torus animus mihi erat in genibus, pro eo, quod est, uehementer erā exanimatus. Homerus Iliados. ο. τρέψισαμ, πᾶσι δὲ παρὰ ἰσὶ κάππεσε θυμός, i. Pauor ingruit ingens Omnibus, inq; pedes, animus mox decidit imos.

Vespa cicadæ obstrepens.

LXXI

σφιξ βομβῶν τέτλιγος ἐναντίον, i. Scilicet obstrepitans arguta uespa cicadæ. Apud Theocritū est in Odeporis. Nā his uerbis cōtēnit quidā pastor pastorē, a quo puocatur. Quadrabit in eum, qui certat longe impar, cum superiore. Aut qui negociū facessit, longe se præstātoribus.

Pica cum luscinia certat. Epopa cum Cygnis.

LXXII

Consimilem habent sententiā, quæ leguntur apud eundem in Ecloga, οὐ δεμίτον λάκωμ πόντ ἀκρόνα κίωσας ἐρίσδεμ, οὐδ' ἐρπας κύνκοισι, i. Haud fas est Lacon, philomenam, ut prouocet unq; Pica, nec argutis Epopa obstrepat improba Cygnis.

Pilos pro lana.

LXXIII

τρίχας ἀντ' ἐρίων, i. Pilos pro lana. Prouerbialiter apparēt dicta etiā illa, apud eundē poetam in Odeporis, de re uehementer inæquali, aut de negotio supra modū absurdo, τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐρκίξασ; τίς δὲ παρεύσας Αἰγὸς πρῶτοκοιο κακὰμ κύνᾳ βούλετ' ἀμέλγασ; i. Quis uice lanarū se tas detondeat unq;. Quis capra pro primipara uilem uelit amens Emulgere canem?

Tibiam tubæ comparas.

LXXIII

Αὐλόμ σάλπιγγι συγκρίνας, i. Tibiam tubæ cōparas. Refert a Diogeniano. Cōuenit in res supra modum impares, ppterca, quod exilem uocē edat fistula, tuba prægrandem.

Cicadæ apem comparas.

LXXV

τέτλιγι τῷ μέλιτησ συγκρίνας, i. Cicadæ cōparas apem. Nā cicada cū maior, tum canora, cū apis sit nō modo minuto corpusculo, uerum etiā pene muta. Lucianus in Rhetorū doctore, puer biū utrūq; attingit, τοσούτῳ ὑπερφωνούντᾳ εὐρίσασ, ὁπόσοι ἢ σάλπιγγες τῶν αὐλοῦν καὶ οἱ τέτλιγες τὰς μελίησ, i. Inuenies tanto uoce superiorē, quāto tuba superat tibias, apes cicadæ.

Testudinē Pegaso comparas.

LXXVI

κελώνημ πεγᾶσφ συγκρίνας, i. Testudinē Pegaso cōparas. De rebus nequaq; inter scie cōferēdis. Pegasus equus erat uolucer (si fabulis credimus). Testudine nihil tardius. Vergilius in Etyro aliquot dissimilitudinis formulas congeffit. Sic canibus catulos, similes sic matribus hœdos Noram, sic paruīs cōponere magna solebam. Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes. Quantū lenta solent inter uiburna cupressi.

Aliter catuli longe olent, aliter sues.

LXXVII

Apud Plautū legitur, Sordidior quidē metaphora, sed tamen ad rem significandā apta. Aliter catuli longe olent, aliter sues. Quo dicto significatū est, nō uel te dignosci hominem ab homine, uerū inesse natiuū quiddā, genuinū, ac p̄priū in unoquoq; quod in ipso uultu, oculisq; eluceat, quo liberū a seruo, generosum a rustico, probū ab imbrobo, facile discernas. Atq; hic est hominis ueluti peculiaris quiddā odor, quo dephenditur, si quis modo sit sagaci nare. Huc allusit Martialis libro sexto. Cum bene se tutam per fraudes mille putauit. Omnia cum fecit Thaida Thais olet. Huc pertinet etiā illud cuiusdam apud Fabium, Ne faciē quidē liberi hominis habet. Quod cum a quodā esset dictum de formi specie, retorsit aduersarius, affirmans recte dictum, cum nō esse liberum, cui nō sit facies liberalis.

Vt sementem feceris ita & metes.

LXXVIII

Elegantissima metaphora dixit Cicero. Vt sementē feceris, ita & metes. i. reportabis præmiū tuis factis dignū. Plautus in Epidico, Sed ut acerbū est, pro benefactis cū malam messem metas. i. cū pro beneficio maleficiū reportes. Et apud Platonē, Quā hic messem facturū est? Haud sane bonā. Hæc metaphora cōmunis est etiā sacris literis. Qui seminant in lachrymis, in exultatiōe metēt. Et diuus Paulus, Qui seminat in carne, de carne metet corruptionē. Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitā æternā. Et si uobis seminauimus spiritualia, magnum sit

uestra carnalia metamus. Huc respicit illud Euripidis in Hecuba, ἤμεις δ' ἐχθρῶ μοῖα τοῖς βουλευ-
μασιμ. i. habeatis at vos instituto congrua. Deniq; illud pene solenne est apud Græcos poetas
κακῶς κακῶ. Aristophanes in equitibus, οὐδὲ μουσικῆ ἐπίσταιμι πλήρ ἡραμμάτων, ἢ ταῦτα μεμ-
κακῶς κακά. i. neq; musicā doctus scio, Sed literas tātū, atq; eas malas male. Illud itē frequēs,
Ἀπὸ θ' ὀλῶ κακῶς κακῶ. i. Tc malum perdā male. Interpres admonet figurā puerbialis, qua de
re dictū est, in huius opis uestibulo. Rursum Euripides in Hecuba, τὸν μὲν κακῶν, κακόντι πά-
χαιμ, τὸν δὲ χρησὸν εὐτυχῆμ. i. Bonis bene euenire, malis male. Idē in eadē fabula, ἀλλ' ἔπειτὰ μὴ κα-
λὰ πράσσειν ἐτόλμας, τλήνι ἢ τὰ μὴ φίλα. i. Quin ubi, quæ nō decēt, Haud ueritus es patrare, fer-
quæ non libent.

Carica musa.

LXXIX

καρικὴ μουσα. i. Carica musa, καρικὰ ἀυλήματα. i. Caricæ cantioēs. De lugubri, aut rustica, atq;
indocta seu molesta cantioē dici solitū. Quadrabit & in poetā, aut oratorē indoctū. Antiquus
enim de tristi, stridulaq; & inamoena cantione dicebat. Propterea, quod ut tradit Athenæus,
Cares itidē ut Phœnicēs, in luctu tybijs uti solent magnitudine palmi, lugubre quiddā & stri-
dululum sonātibus. Eas autē Tibias Phœnicū, lingua gringos uocari, quod ijs in Adonidis luctu
soleant uti. Porro Adonidē γρίγγημ. i. Gringen appellant. His cōfinia tradit Iulius Pollux libro
quarto, nisi quod ibi γρίγγημ inuenio scriptū. Caricā musicam notat & Aristophanes in ranis,
σκολιῶν μελίτθ ἢ καρικῶν ἀυλημάτων. i. Obliquoꝝ Meliti & Caricæ cantionū. Eadē καρικὰ ἀυλή-
ματα ueteres σκολιά. i. obliqua uocabant, uel a tibiariū specie, uel ab obliquo in cōiuijs canēdi
ordine, de quo meminimus in puerbio, Ad Myrtum Canere. Carum barbariem in dicendo
taxat Homerus secūdo Iliados libro, νᾶσκες αἰὲν καρῶν ἠγρίσατο βαρβαροφώνων. i. Nastes ducebat
Cares quis barbara uox est. De Cantionibus Carū & Phrygū, meminuit, & M. Tul. in Bruto.

Attica musa.

LXXX

Cui diuersum, Ἀθηναῖκή μουσα. i. Attica musa, pro uenusta, lepidaq; oratioē. Nam inter dicēdi
genera laudat in primis Atticū. Diogenes Laertius scribit id cognominis uulgo tributū fuissē
Xenophōti, ut Attica musa uocaret, ppter admirabilem quandā hominis in dicēdo uenu-
statem. Vnde & Atticā eloquentiā, & Atticū leporē appellant, quā admodū indicauimus ali-
bi. Sed ad hominē accommodatū, erit uenustius, præsertim si accedat ironia, ueluti, si in elegātē
aliquem, & ab omībus literis & gratijs alienissimū, Atticā musam uoces. Nam Amusi uocant
omnes huiusmodi.

Eodem bibere poculo.

LXXXI

Eodē poculo bibere, est iisdem affici incōmodis, malisq; cōmunibus obnoxiiū esse. Plautus
in Cassina. Ut senex eodē hoc poculo quo bibi biberet. Trāslatū uel a bibēdi certaminibus,
uel ab ijs, qui metuūt uenena. Idem, hodieq; nostrati uulgo tritissimū manet. Etenim siquādo
minantur, se parē gratiā relaturos, aiunt se de eodē porrecturos poculo. Taxat Martialis quē-
dam, qui cōiuius uinū dilutū & acerbū apponebat, cū ipse de exquisitissimo biberet, qui mos
& hodie, plerisq; diuitibus, atq; hinc puerbiū natū uideri potest. Fit autē interdū, ut q; impru-
dentes, poculū acerbū gustarint, studeant & alios illicere, ut ex eodē bibāt. Fit aliquoties & in
diuinis literis mentio de calice Babylonis, cum significat aliqua calamitas irrogāda. Paulo di-
uerlius est, quod ait Aristophanes in equitibus, οὐ πρ' ἐκ ταυτοῦ μεθ' ἡμῶν πίειν πρ' ἑκείνου. i. Ille no-
biscum haud eodem potat unquā poculo. Taxat fellatorem.

In planitiem equum.

LXXXII

Ἐς πεδίον τὸν ἵππον. i. In planitiem equū. Quoties quis ad id prouocat, in quo plurimū ualet
quoq; uel maxime gaudet. Equus in campo, tanq; in sua est harena. Apud Lucianū in Capti-
uo, cū ipse iudices postularet, Plato respōdet τοῦτ' ἐκείνο ἐς πεδίον τὸν ἵππον. i. Hoc ipsum, quod
dici solet, Equū in planiciē, uidelicet hominē Rhetoricū significās, & in agēdis causis exerata
tū. Plato in Theæteto, ἰπέα ἐς πεδίον προκαλεῖς σωκράτημ, εἰς λόγους. i. Equitē in planiciē puocas,
Socratē ad disputandū. Tametsi quiddā Codices ἵππον habēt, hoc loco nō ἵππια. Synesius in
epistola quadā, ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτ' παρακαλῶ ἵππον εἰς πεδίον, τοῦτ' δὴ τὸ τοῦ λόγου προξέπεμ ἠγούμε-
ν. i. Ad hoc ipsum certe te puoco, equū in planiciē, iuxta id quod dicit adhortari me putās,

Acanthida uincit cornix.

LXXXIII

Acanthidē superat Cornix. Calpurnius Bucolicus poeta, Ecloga sexta. Astyle credibile est,
si uincat Acanthida cornix. Vocalē superet, si turpior Aedona Bubo. Acanthis enim uocalis
est auis, & in primis canora, Cornix, obstrepera, quidē, sed minime canora. Acanthidē, Theo-
dorus nūc spinū uertit, nūc ligurinū, Quin & Aedona græce dixit. Tametsi legendū arbitror,
si turpis Aedona bubo. Nā græcis ἀιδὼν Lusciniam significat.

S 3

Prius testudo leporē praeuerit.

LXXXIII

Πρώτερον χελώνη παραδραμῆτι δασύποδα. i. Prius testudo leporē cursu praeuerit. De re neutri quae uerisimili. Testudine nihil tardius, unde & testudineū incessum dicimus, & apud Cicero-
nē in libris de diuinatione, quispiā testudinē, tardigradā & domiportā uocat. Lepus autē cele-
ritate praecellit. Meminit huius adagij Diogenianus.

Cancros lepori comparas.

LXXXV

Καρκίνους δασύποδι συγκρίνας. i. Cancros lepori comparas, de supra modū dissimilibus. Similli-
mū est illi quod proxime retulimus. Refertur & hoc apud eundem.

Terræ filius.

LXXXVI

Olim homines obscuro ignotoque genere prognati, terræ filij dicebantur, propterea quod terra sit omnium communis parens. Vel quod iuxta quorundam etiam historias primitus mortales et terra nascantur. M. Tullius ad Atticum. Et huic terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium, Cornelius quidem tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius. Persius. Praesto est mihi Mamius haeres, Progenies terræ, quare ex me quis mihi quartus, Sit pater, haud prompte dicam, adde etiam unum, Vnum etiam, terræ est iam filius. Iuuenalis, Vnum fit, ut malim fraterculus esse Gigantum, ad puerbium palam alludens. Nam gigantes et terra progenitos, poetæ fabulantur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percortat, γῆς ἄρ' ἐκ πέφυκα μηδ' ἰδ' ἰδ'. Nū satus Tellure matrem, atque ille respondet, οὐδέ μοι τίκτε τέκνα. i. Non parit natos solum. Apud Pausaniam, Strabonem, atque alios id genus autores, legimus populos quosdam αὐτόχθονας appellatos, qui non alio referant originem suam, quemadmodum plerique faciunt, uerum ex ipso solo nati uideri uelint, quorum de numero sunt Athenienses. Qui sibi nobilitate uirtute peperissent, nullis maiorum imaginibus illustres, noui homines dicebantur. Porro ignoti, & subito apparcentes incertum, qua regione profecti, Caeli filij uocabantur, quasi repente ex caelo demissi. Inducitur & in Mosais literis Melchisedec sine patre, sine matre, Neque dissimili ratione οὐρανοπετεῖς. i. De caelo lapsi dicebantur. Iuuenalis, Tertius ex caelo cecidit Cato. Quamquam hoc magis conuenit in homines eximia uirtute. Plutarchus in inuestiua, quam scripsit aduersus Herodotum de nauis quadam, unde subito uox est edita Adimanto ὁ δὲ κέλευς οὗτος ἢ ὡς εἴοικε οὐρανοπετεῖς. i. Nauis autem illa, erat, ut uidebatur ex caelo delapsa. Atque hic sermonis color sumptus uidetur et Tragedijs, in quibus machinis quibusdam sic, repente ostendebantur personarum populo, ut ex caelo uenisse uideri uellent.

Ex quercubus, ac faxis nati.

LXXXVII

Huic finitimum est illud Homericum, Ex quercu, et faxis prognatus, quod quadrabit, uel in hominem obscuro genere, uel in eum, qui sit agrestis, atque effero ingenio, moribusque immanibus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercubus, tectorum uice uictitarent homines, atque hinc ex quercubus nati fingebantur, Inde illud. Et duro robore natos. Praeterea creditum est, ex faxis, a Deucalione Pyrrhaque proiectis, mortalius genus absumptum diluuiio, instauratum fuisse. Homerus in Odyssaea. τ. οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶσι παλαιφάτες οὐδ' ἀπὸ πέτρης. i. Nam neque fatidica quercu satus es, neque saxo. Id imitatus Pallada in Epigramate, οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ οὐδ' ἀπὸ πέτρης φασίη. i. Non enim ex quercu natus es, nec ex petra, ut aiunt.

Deorum cibus.

LXXXVIII

θεῶν τροφή. i. Deorum cibus, De praelautis epulis dicebatur, propterea quod Horatius fingit deos necitare, atque ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere. Traquillus in Nerone, Patricidia (inquit) & cedes a Claudio exorsus est. Cuius necis etsi non autor, at conscius fuit. Neque dissimulauit, ut qui boletos in quo cibi genere uenenus accepit, quasi deorum cibum, prouerbio graeco collaudare sit solitus. Horatius in epistolis, O noctes, cenaeque decem. Aristophanes in Ranis, ἐξ μακάρων ἐνώχιας. Regum Aulica conuiuia significans.

Tertius Cato.

LXXXIX

Tertius Cato, Prouerbialis est Ironia. In uiros impendio tetricos, atque alienae uitae censores. Nam duorum Catonum, senioris, cui nomen Cenforio, & minoris, cui cognomen Vticensi, grauitas, pariter atque integritas, uulgo celebratissima quondam fuit. Adeo, ut ex caelo demissi dicerentur, ut bellum cum uitis gererent. Iuuenalis, Habeat iam Rhoma pudorem. Tertius ex caelo cecidit Cato.

Sapientum octauus.

XC

Huic per omnia simillimum est illud Horatianum in sermonibus, Sapientum octauus. In eum, qui sibi multum tribuat in sapientia. Numerant enim apud Graecos septem sapientes, eorumque apophthegmata oraculorum uice celebrantur, etiam si de nominibus magna inter scriptores uarietas est.

de numero certe constat inter omnes, unde per Ironiam sapientem octauum dicebāt, dignū qui septem illis adderetur. Horatius, Hæc me Stertinius sapientum octauus. Item Aufonius, Sapientēq; supra Græciæ septem uiros, Octauus accessit sophos.

Bis dat, qui cito dat.

XCI

Memini, nisi fallor, apud Senecam alicubi legere. Bis dat, qui cito dat. Idem libro de beneficijs secundo. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Quæ sententiā monet, haud constanter, haud grauatim opitulandum amicis, cum opus est, sed ultro non expectatis precibus deferendū officium. Inter epigrammata græca fertur & distichum, nomine, tituloq; Luciani, *οκτῶν χάριτες γλυκερώτεραι, ἢ μὲν βραδύων πᾶσα χάρις κενεή, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.* Id carmen latine nō potest commode uerti. Propterea quod lepos & argutia epigrammatis sita sit in hac uoce *χάρις*, quæ Græcis aliquando beneficium significat, aliquando gratiam, qua cōmendatur aliquid, aliquando Deam ipsam. Citatur similis apud Aufonium sententia græca, *ἂ χάρις ἂ βραδύων, ἂ χάρις χάρις.* Est autem initium carminis Heroici, ex epigrammate quopiam. Tardum beneficium, ingratum est. Eam ille sic uertit. Gratia quæ tarda est, ingrata est, gratia nāq; cum fieri properat gratia grata magis. Rursum aliter uertit idem. Si bene quid facias, facias cito, Nam cito factum, Gratum erit, ingrātū gratia tarda facit. Vnde & Hector apud Euripidem in Rhelo contemnit, ac damnat auxilium sero delatū amicis. *μισῶ φίλοις ἕσθρον βοκδρομαῖν.* i. Odi equidem amicis serius succurrere. Extat & Mimus non inuicustus in hanc eandem sententiam, Bis est gratum, quod opus est, si ultro offeras. Item alter huic adsimilis, Beneficium inopi, bis dat, qui dat celeriter.

Honos alit artes.

XCII

Id quod est apud M. Tullium, Honos alit artes, uidetur esse sumptū ex Aristophanis Plauto. *οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδέ μ' ἐστὶ οὐθ' ἢ τέχνη.* i. Neq; premiū ullum est, ars nec ipsa item uiget. Colligit enim non esse cōsentaneum Athenis ullos esse bonos medicos, cū medicis nulla sint præmia. Diogenianus autē hoc inter adagia cōmemorat. Huc allusit Martialis, cum ait. Sint Mœcenates, non deerunt Flacce Marones, Vergiliumq; tibi uel tua rura dabunt.

Vel cæco appareat.

XCIII

Prouerbialis hyperbole frequens apud autores, Vel cæco appareat, de re uehemēter perspicua. Aristophanes in Pluto, *τῷ τῷ κρινῆς, δηλονότι ἢ ἢ τυφλῷ, γινῶναι δοκῆ ἔρ.* Qui scis ita esse? Scilicet uel cæcus hoc uideat. Eusebius aduersus Hieroclem, *ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ φασι δῆλον.* i. Quinetiam uel cæco perspicuum aiunt esse. Quintilianus libro duodecimo, Nam quis ignorat, quin illud longe sit honestissimum, et liberalibus disciplinis, et illo quem exigimus animo dignissimum, non uendere operam, nec eleuare tanti beneficij autoritatem, Cū plaracq; hoc ipso possit uideri uilia, quod precium habent. Cæcis hoc, ut aiunt, satis est. Nec quisq; q sufficiens sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. In his uerbis Fabij, uox quæpiam deesse uidetur, ut legas, cæcis hoc, ut aiūt, satis perspicuum est. Allusit ad hoc adagium Antigonus rex, unoculus, cum allato instrumento prægrandibus scripto literis, *ταυτὶ μὲν ἢ τυφλῷ δῆλον.* i. Hæc quidem uel cæco perspicua sunt inquit. Recensuit Plutarchus, *τῷ συμπεσακῶν,* decade secunda.

Multis ictibus deijcitur quercus.

XCIII

πολλὰσι πηληγῶσι δρῦς εἰς δὲ δαμάζειται. i. Multis rigida quercus domatur ictibus. Senari⁹ hic extat in Diogeniani collectaneis, de re factu quidem ardua, quæ tamen assidua industria uincatur. Huic non dissimile uidetur Hesiodium illud, *εἰ σὰς κεν δ' σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο, καὶ θαμὰ ἔτ' ἔρδεις, ταχά κερ μέγα καὶ ἂ γένοιτο.* i. Si paulū paulo adijcias, faciesq; ita crebro. Mox magnum quiddam tibi conficietur & ingens. Id quod nō tantum ad lucri naturā pertinet, quod ex minutissimis sæpe maximum conflatur, uerum etiam ad industriam assiduam, quæ etiam si uehemens non sit, tamen si perpetua, atq; indefatigata fuerit, res difficillimas quoq; facile conficit. Quemadmodum unicus ictus, nihil adferre momenti uidetur, ad deijciendam molem querni roboris, uerum ea crebris ictibus facile profertur.

Caudæ pilos equinæ paulatim uellere.

XCIV

Caudæ pilos equinæ paulatim uellit, q quod uiribus, atq; impetu fieri nequit, id tpe, atq; assiduitate cōficit. Horatius in epistolis, Vtor pmissio, caudæq; pilos ut equinæ Paulatim uello, demo unū, demo etiā unū. Dū cadat elusus rōne ruētis acerui, Qui redit ad fastos, & uir/tutē æstimat annis, Natū e factō quodā ducis Sertorij, cui⁹ rei meminit Plutarchus in eius ui-

ta. Hic eni cū suis copijs, ex Barbara turba conflatis, rōnibus psuadere nō posset, in re militari plus habere momēti consiliū, q̄ uires temerarias, postea q̄ illi parū feliciter pugnaissent, duos pponit equos, alterum macilentū, atq; inualidū, alterū uegetū, cauda pilosa. Atq; inualido illi iuuenē adhibet prægrādi corpe, & admirādis uiribus. Contra, uegeto illi, pusillū & imbecillū admouet homuncionē. Hic singulos pilos paulatim uellens, breui spacio totā depilauit caudam. Iuuenis e diuerso caudam oēm simul manibus utrisq; comprehēsam, ui, atq; impetu conatur reuellere. Qui cū frustra sudaret, risui fuit circūstātibus. Sub hæc assurgēs Sertorius, cuius cōsilio, iussuq; hæc fuerāt acta, uidetis, inquit, cōmilitones, quāto plus possit ingeniū, q̄ uires.

Virum improbum uel mus mordeat.

XCVI

καὶ μὺς δάκοι ἄνδρα πνηρόν. i. Vel mus mordeat uirū improbū. Hemistichiū heroicū, Quo sūgnificatū est, quacūq; rōne uindictam nō deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Cōpetit & in eos, qui de re quantūuis friuola rixā mouent, seq; laesos quaruntur, & offēsos simulant, ne quid dent. Id quod nuper cuidā accidit apud Britānos, medico, mihi ut patria cōmuni, ita & amicitia cōiunctissimo. Libet enī obiter hanc fabulā inserere. Ciuem quendam Londoniensem, uirum egregie nummatū, & habitū ad prime probū, arte curaq; sua liberarat, nō sine suo ipsius periculo. Nā is pestilētissima febre tenebat. Et (ut fit in piculis) medico montes aureos fuerat pollicitus, si nō grauaret sibi, in tanto uitæ discrimine, dexter adesse, obtestatus & amicitia quæ illi cū eo intercedebat. Quid mltis: psuasit & iuueni, & Germano. Adfuit. Nihil nō fecit. Reuixit ille. Vbi uerecunde de pecuniā medicus admonuisset, elusit nugator, negans de mercede quicq; ad dubitandū, caterū arcæ nūmariæ clauē, penes uxore esse. Et nō stī, inquit, mulierū ingeniū. Nolo sentiat, tantā pecuniæ summam a me datā. Deinde post dies aliquot, hoīem obuiū forte factū, iā nitidū, & nulla morbi uestigia præ se ferētē, appellauit, et nōdū datā mercedis admonuit. Ille cōstanter asseuerare, pecuniā suo iussu ab uxore numeratā esse. Medicus negare factū. Hic uide quā ansam bonus ille uir arripuerit, cū forte medicus eū latine, numero singulari appellasset, ibi uelut atroci laceffitus iniuria, Vah, inqt, homo Germanus tuissas Anglū. Moxq; uelut impos animi, præ iracundia mouens, diraq; minitans, subduxit sese. Atq; ad eū modū honest⁹ ille ciuis, elusit, dignus quē sua pestis repetat. Risimus qdē fabulā, nec tamen sine dolore, ppter indignē frustratū amicū, nec sine tā insignis ingratitude dinis admiratione. Referunt gratiā Lcones in piculis adiuti, meminerūt officij dracones. Hō homini, amicus amico, sic merito, p mercede, quæ nulla fatis digna repēdi poterat, ludibriū reponit. Atq; hæc in facti detestationē diximus, nō gentis odiū. Nec em̄ par est, ex hoc uno nebulone Britannos omneis astimē. Referē adagiū inter græca epigrammata, φασὶ πῶοι μιανῶε, καὶ μὺς δάκοι ἄνδρα πνηρόν. i. Vulgo aiūt, uel murē etiā mordere scelestū. At is quisquis est, nam incertus autor, inuertit puerbiū, dicens bonos uiros uel a mure morderi, malis ne draconem quidem audere, dentes admoliri, hoc est, infontibus passim noceri, propterea, quod ij impu- ne lædi posse uideantur, utpote non relaturi iniuriam.

Vel capra mordcat nocentem,

XCVII

καὶ αἴξ δάκει ἄνδρα πνηρόν. i. Mordebit uel capra nocentem. Ita reperitur in collectaneis Diogeniani. Sensus nihil discrepat a proximo. Nam capra minime alioqui mordax est, nisi quod improbīs omnia sunt infesta.

Litem mouebit, si uel asinus canem momorderit.

XCVIII

Celebrañ Græcis & hic senarius puerbialis, Δίκη μὴ φέξῃ καὶ ὄνος δάκει κύνα. i. Litem mouebit, si uel asinus mordeat canē. Quadrabit in eos, q de re quantūuis exigua, litē suscitāt. Natū uidebī ab euētū quopiā. Extat autē apud iurecōsultos actio ex lege, si quadrupes damnū dederit.

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

XCIX

Δίκη δίκη ἐτικτε, ἢ βλάβει βλάβει. i. Litē parit lis, noxa item noxam parit. Senarius in rixolos & litium auidos, dici solitus. Quibus lis ex lite, alia ex alia nascitur, negocium scribitur, ex negocio, iniuria propagat iniuriam.

Bonus dux, bonum reddit comitem.

C

Ο καλῶς ἄγων, ἐμποιεῖ ὁ καλῶς ἐπειθῆ. i. Qui bonū ducem præstat, is bonum reddit comitem. In principe situm est, ut sit bene morata ciuitas, si modo ipse bonus sit imperator. In episcopo positum, ut piā efficiat plæbem, si tamē ipse piā & integram agat uitam. Prudens & incorruptus magistrat⁹ probos & integros reddit ciues. Bonus paterfamilias, domū efficit bene institutā. Doctus ac diligens præceptor, eruditum reddit discipulum. Frugi maritus uxorem in

suos trahit mores. Vnde quisquis praefectus est negotio, debet in primis operā dare, ut ipse suo fungatur officio, priusq; ab alijs officiū exigat. At nunc uideas nōnullos principes, qui legum obseruationē exigant a populo, cū ipsi uiuant oibus soluti legibus, a magistratibus & officialibus integritatē requirant, cū ipsi palā uendant, aut ad gratiam mandent officia. Non nullos uideas episcopos, qui a grege suo religionē & pietatem exigant, cū ipsi procul absunt ab omni pietate. Sumpta est metaphora a militia, in qua fere qualiscūq; fuerit dux, eiusmodi solet esse miles. Refertur in Græcorū collectaneis, sed ἀδ' ἑσποτομ. Mihi subolet e uulgo haustu quod genus permulta commiscuit Apostolus.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA NONA.

Amyclas Perdīdit silentium.

T Amyclas ἀμύκλας ἀπώλεσε μὴ σιγή. i. Amyclas perdīdit silentiū. Quibusdā cruditis, in quibus est autor operis, haud quaes aspemandi, quod inscribitur copia cornu, placet hoc ad puerbiorum ordinē pertinere, neq; nos ab illorū sententia magnopere dissidemus. Consentaneū em̄ est, rem uulgari ioco fuisse iactatam. Innuūt aut adagiū Vergilius Aeneidos libro decimo, cū ait. Fuluūq; Camertē, Magna nimo Vollicente satum, ditissimus agri, Qui fuit Ausonidū, & tacitis regnauit Amyclis, Videlicet Epitheto notū eius euentū indicans. Eum Seruius interpres, enarrat hunc in modū. Cū apud Amycleos subinde nuntiaretur hostiū aduentus, idq; falso, & ob eam rē ciuitas frequēter inani terrore quassaretur, lata lege cautū est, nequis unq; hostis nuntiaret aduentū. Atqui post euenit, ut uere iam aduenirent hostes. Quod cū nemo nuntiaret, ppter legis interdictū ciuitas de improuiso capta est. Qui casus ut apparet, populari ioco dedit occasionē, ut dicerēt Amyclas silentio perisse, si cui sua taciturnitas fuisset incōmodo. Citat idē Lucilliū. Mihi necesse est loqui, Nam scio Amyclas tacendo perisse. Accipiendae sunt aut hoc loco Amyclae, nō ut sit una e centū illis urbibus Laconiae, quam Lacedaemonis filius, cōdidit, sed oppidum quoddā situm inter Caietā & Tarracinā, conditum ab ijs Laconibus, qui comites Castoris et Pollucis fuerunt, eiq; nomen indidit, quo Laconicas illas Amyclas referret. Seruius existimat Laconas Pythagoricae disciplinae fuisse sequaces. Quoniam autem interdixisse creditus est Pythagoras σαρκοφαγία, hoc commento, quod diceret humanas animas in animantium corpora demigrare, & ob eam rē, prohibuisse, ne quod animal occideret, quē admodū attestatur Iuuenalis, A cunctis animalibus abstinuit qui, Tanq; homine, nefas esse ducebant serpentes, q ex uicinis paludibus nascebant, occidere. Quorū tanta increuit multitudo, ut ciuitatem eā deleuerint, teste etiā Plinio. Potest igit & hinc ortū uideri uulgare dictū, Amyclas silentio perisse, quod Pythagorici dogmatis obseruatio, pnicie illis attulerit. Quorū primū est, ἐχέμυθία. i. silentiū, quod in quinqueniū indicebat ijs, qui suae philosophiae uellent initari, sicuti declarat Aulus Gellius. Porro quod ait Seruius, Lacones Pythagoricae fuisse factionis, non recordor apud aliū autore legisse me. Nisi quod Plutarchus in Symplosiacis tradit Tyrhenos huius philosophi decretis usq; adeo fuisse addictos, ut etiā ea quae ille symbolis illis praecipit, ridicula supstitiōe soliti sint obseruare. Aut igit ex his erāt Amyclae, aut eiusdē instituti sectatores. Meminit de Amyclarū silētio Silius Italicus. Quasq; euertere silētia Amyclae. Meminit & Catullus, nisi fallit inscriptio carminis de uere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadā Galliae Bibliotheca repertū. Sic Amyclas, dū tacebant, perdidit silentiū. Prouerbiū ad uarios usus accōmodare licebit, uelut si ubi quis pecuniā creditā perdidisset, quod nō appellasset debitore, aut iure praescriptiōis, ut uocant, excidisset a possessione, Amyclarū silentiū appelles. Aut si quis audacius agens causam suā, iussusq; tacere respondeat, τὰς ἀμύκλας ἢ σιγὴν ἀπώλεσε. Hoc inutile silentium Græci uocant, δυσωπία, atq; huic diuersum uitium ἀδολεχία. De utroq; extant Plutarchi praepcepta.

Timidior es prospiciente.

T Δελοτέρου εἰ τοῦ παύκλυτοντος. i. Formidolosior es eo, qui prospectat. Dicitur in hominē supra modum pauidum. Id ortum, aiunt, ex huiusmodi fabula. Quidā natura timidus, audita Herculis fama, abdiderat sese praemetu in specum quendam. Deinde cum aliquando pspiceret & Hercule forte fortuna ptereunte uidisset, imodico metu exanimatus est, ac ptinus dirigit in saxū uersus, qd adhuc uisit, specie uiri, uelut a specu, pspiciētis. Vnde τὸν παύκλυτοντα, λακίμ illud uocant.

Timidior Pisandro.

III

Δειλοτέρῳ Πηλοπιδῶν. i. Timidior Pifandro. Dicebatur olim & hoc in immodice formidolos. Aiuunt autem Pifandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate, adeo ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi uideret, quæ se uiuum reliquisset. Idem uidetur esse cum illo Ciceronis, Vmbra suam metuere.

Diomedea necessitas.

Διομήδεα ἀνάγκη. i. Diomedea necessitas. De ijs, qui uí adacti, nō sponte, quid faciūt. Quidam originem adagiij referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur, hospites suos compellere, ut cum filiabus suis deformissimis rem haberent. Quo facto eosdē interimebat. Vnde fabula sparlit, Diomedis equas homines pabuli uice elitare solitos, uidelicet filias a uiris agitas equas appellans. Alij referunt ad Diomedē ducem Græcorū huiusmodi cōmētiam adferentes, cū Diomedes & Vlysses, communi opera, sublato Palladio, redirent, noctu. Vlysses quo facti gloriā in se unū transferret, destinabat occidere Diomedē præcedētem, ac Palladium secum portantē. Itaq; cū ensem in caput illius a tergo uibrasset, Diomedes aniaduersa ad lunæ lumē, gladij umbra, subtraxit se plagæ, correptumq; Vlysses, uinctis manibus præcedere compulit, gladio lato subinde cædens illius tergum. Hinc Diomedea necessitas.

Ad pristina præsepia.

Εἰς ἀρχαίας φάτνας. i. Ad pristina præsepia. In eos dicebat, qui e uita quapsam lautiore excusati, ad pristinam tenuitatē rediguntur. Aut contra de ijs, qui restituunt in pristinā fortunā unde exciderant. Aut qui ad solitū contuberniū sese recipiunt. Translatū ab animantibus, quibus nota, familiariaq; præsepia gratissima solent esse. Vsurpauit & Plautus alicubi, ni fallor.

Alia uita, alia diæta.

Ἄλλος βίος ἄλλη διαίτα. i. Alia uita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, qui cōmutata in melius fortuna, pariter & uitæ rationem, moresq; cōmutant. Trāslatum ab ijs, qui lautius incipiūt uiuere, ubi res lautior obtigit. Huc alludit Aristophanes in Pluto, cū ait, εὐφρατα πλεῖστ, οὐκ εἰδὲν φανῆ πρότ' ἢ ἕρ' ἢ πενία; ἀπωτα κατ' ἡδίστην. i. Dein diuitem factū, nihil iam lens iuuat. At pauper antehac deuorabat quælibet. De iuuenē iā anum amicā fastidiçte, posteaq; desisset egere.

Per medium anulum traharis, oportet.

Διὰ δακτυλίου δ' εἰ σε ἐλκυθήναι. i. Per anulum trahendus es, in eum quadrabit, qui sit uehementer extenuato graciliq; corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristophanes in Pluto, διὰ δακτυλίου μὲν οὐ μὲν ἐγ' ἄμ' ἐλκυσσας. i. Itaq; profecto per anulū me traxeris. Verba sunt anus uolētis se uideri usq; adeo maceratam, atq; exhaustam dolore, ut per anulum trahi posset. Equidem opinor adagiū esse sumptum a lusu, quo ouum aceto maceratū per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plinius libro decimo, capite quadragesimo. Magicum erat, aliquid per anulum traicere. Nam cerebrum capræ per anulum aureum traictū, priusq; lac daretur infantibus, instillabatur contra comitiales, cæterosq; infantium morbos, ueluti testatur idem libro uicesimo octauo, capite decimo.

Anus Bacchatur.

γραῦς βακχέυα. i. Anus Bacchatur. In eos dici solitum, qui præter ætatem indescere lasciuunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenulis utcūq; permittitur, aniculis certē foedissima est. Quādoquidem infantiæ species est, aut uetulam amare, aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puellaribus lusus indulgere.

Anus hircissans.

γραῦς καπρωσα. i. Anus hircissans. De anu adhuc intēpestiua libidine pruriēti & ut ait Plautus catulliente. Aristophanes in Pluto. ἀλλ' ἡπίσαρ γραὸς καπρωσος τ' ἐφόδια κατ' ἡδίστην. i. Verum nouerat anus capricātis uorare uiatia. De iuuenē cui anus libidinosa oīa suppeditabat, quo uicissim ab illo uoluptatē auferret. Nota est hircorū libido, odorq;, qui & subantes consequit.

Flere ad nouercæ tumulum.

πρὸς δ' ἄμ' ἡμῶν τὰ φρον δακρυλιν. i. Ad nouercæ tumulum lachrymari, est simulare gestu dolorem, cum re gaudeas. Neq; enim consentaneū est, priuignum moleste ferre nouercæ mortē, nihilo fecius tamen officij causa, nōnunq; ad tumulum illachrymat. Quod idē de diuitis hæredibus non incōcinne dicitur, in quos extat Publīanus ille Mimus, cum primis elegās. Hæredis fletus sub persona risus est.

Celerius elephantī pariunt.

Sunt quibus hoc quoq; inter adagia uidef adnumerandū, quod scriptū est apud Pliniū se-

se
ni
dit
pu
neq
pibu

g
t
c

o
r
fa
fir
nil
pac



foreq; ut Titanes rursus erumperēt, bellū cū Dijs, redintegraturi. Tandē ubi multū, diuq; suspēsis, attonitisq; animis expectassent, mus prorepit e terra, moxq; risus oīm ingēs exort⁹.

Aureos montes polliceri.

XV

Χρυσᾶ ὄρη ὑπὸ πικρῶν ὄψιν, i. Aureos polliceri montes. Prouerbialis hyperbole de ijs, qui immensa promittunt, spesq; amplissimas ostentant. A Persarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas, montes aureos iactabant. Plautus in Sticho, Neq; ille sibi mereat Perlares montes, qui esse aurci perhibent. Terentius in Phormione, s. senem per epistolā pellexit, modo nō montes auri pollicens. Quo quidē loco, illud obiter admonendū arbitror, quod opinor uulgas interpretum latere, modo non, dictum pro eo, quod est apud Græcos *μονονυχί*, i. tantum nō. Id perinde ualet, quasi dicas propemodū. Nam tantū non græcanico more reperies, tū apud Liuium, tum apud Suetoniū, neq; semel apud Valerium Maximū. Apuleius in prima actione Apologiæ suæ. Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, Ut cum montes auri pollicitus fueris, ne scorteū quidem numum, de thesauris tuis proferas. Aristophanes, *Ἐμ' ἀχαρνεῦσι. κ' ἀχαρνεῶν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὄρων*, i. Menses & octo cacauit in auri montibus. Cacauit dixit pro defedit, lasciuia comœdiæ ueteris. Paulo diuersius dixit Salustius in Catilinario, Maria montesq; polliceri cepit. Ad eundem modum Persius, Magnos promittere montes, ut hyperbole magnitudinis sit, non in aureis, sed simpliciter in ipsiis montibus.

Ambabus manibus haurire.

XVI

Ἀντλήσιν ἀμφοτέραις, i. Haurire ambabus, subaudi manibus. De ijs dici cōsueuit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristophanes in equitibus, *κ' ἀμφοῖν χροῖν μουσικῶν τῶν δημοσίων*. Huic confine est illud Homericum, ex Iliados. *ἢ οἷδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἷδ' ἐπ' ἀριστερᾷ νωμῆσαι βῶν*, i. Noui equidem Clypeum dextra, leuaq; mouere. Inuenitur & illud, *ἀμφοῖν δωρούμενοι*, i. Ambabus manibus largiens, id est affatim, & prodige, aut etiā perbenigne. Plato in Sophista, *καὶ τὸ λεγόμενον οὐ τῆ ἑτέρᾳ ληπτόν, οὐκ ἔστιν ἀμφοῖν χροῖν*, i. Et quod dici solet, nequaquā, altera prehendendum manu, quin magis ambabus. Nō nihil ab hac forma recedere uidetur, quod scriptū est apud Aristidem in Cimone, qui citat hunc locum ex Hymno poetæ cuiuspiam, *μέγα δ' ἔστιν ἡ ἀσία ὑπὸ αὐτῶν πωληθεῖς ἀμφοτέραις χροῖν, κρᾶται πλείους*, i. Grauius autem genuit Asia, ab illis percussa ambabus manibus, robore belli. Vicinius illud, quod est apud eundem in oratione Panathenaica, *οὐδ' ἀμφοτέραις τῆ χειρὶ πᾶσιν ἄνω τούς μέχρι φθι ἀπικῆς ἑλλήνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους*, i. At ille utraq; aderat manu, ducens usq; ad Atticam, Græcos simul, ac Barbaros. Quāq; hoc loco potest etiam citra figuram dictū accipi, ut intelligamus, uel de terrestribus pariter ac maritimis copijs, uel de Barbaris, ac Græcis. Quandoquidem & militum manū dicimus, ut apud Vergilium, Iuuenum manus emicat ardens.

Vno ore.

XVII

Vno ore, pro summo consensu, passim apud autores obuiū est. Terentius, Vno ore omnes, omnia bona dicere. M. Tullius in sermone de amicitia, Vna est enī amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate, omnes uno ore consentiunt. Seneca in tanta iudiciorum diuersitate, referendam bene merentibus gratiā, omnes uno tibi (quod aiunt) ore affirmabunt. Aristophanes in equitibus, *οἷδ' ἐξ ἑνὸς σώματος ἅπαντες ἀνέκρατον*, i. Ore uniuersi clamitant uno simul. Plato libro de legibus primo, *μὴ δὲ φωνῆ, καὶ ἐξ ἑνὸς σώματος, πάντας συμφωνῶν*, i. Vna uoce, & ex eodē ore, omnes concinere.

Aquilam noctuæ comparas.

XVIII

Ἀετῶν γλαυκὴ συγκρίσις, i. Aquilam noctuæ comparas. Martialis in Scaçonte, Aquilasq; similes facere noctuis quæris. Aquila uisus acerrimi, adeo ut *ἀσκαρδαμυκτῶς*, i. non conuiuens aduersus solem intueatur. Et sunt, qui tradant hanc auem hoc experimēto probare, degeneres ne sint pulli, an genuini. Cōtra noctua, solis lumen modis omnibus refugit. Pindarus quodā loco Graculos cum aquila confert.

Congregare cum leonibus uulpes.

XIX

Congregare cū leonibus uulpes, est res impares, dissimilesq; pmiscere. Martialis, Quid cōgregare cū leonibus uulpes? Vulpes dolis nitit, leo uiribus fidit. Quāq; utruq; cōiunxit Pindarus, indicās uirū fortē leonē oportere præstare, in exhauriēdis certaminū laboribus, uulpē in cōsilijs. Sic enī in Isthmijis scribit, *τῶλμα ἢ ἑοικῶς θυμὸν ἐριθρεμετῶν διηρᾶν λιόντων ἐν πόνω, μῆλιν δ' ὀλώπηξ*, i. Animo similis frementibus leonibus, in ferendis laboribus, consilio uero uulpes.

Aquila in nubibus.

XX

Αἰεὶδ' ἐμ νεφέλαις, ἰ. Aquila in nubibus. Plæriq; inter pretantur de re magna quidē illa, sed quā non facile sequaris. Alij, de ijs, qui longe reliquis præcellunt. Aristophanes in equitibus, ὠπρ ἡδ' ὁμοῦ ὡς ἐμ νεφέλαις ἰαιεὶδ' γενήσομαι. ἰ. Gaudeo istoc nomine, Quod aquila fiam in nubibus. Videlicet, uerba sunt populi Atheniensis, promittentis sibi futurū, ut orbi uniuerso imperet. Et paulo inferius in eadem comœdia, tanq; oraculum pronuntiatur, Αἰεὶδ' ὡς γίγναι, καὶ πάσις γῆς βασιλεύς, ἰ. Quippe aquila es, terræq; omnem dominaris in orbem. Dicuntur & hæc de populo Atheniensis. Nisi forte placet, allusio, ad spes huius principatus inanes. Rursum in auib' Αἰεὶδ' ἐμ νεφέλαις γενήσομαι. ἰ. Aquila in nubibus fies. Interpres admonet alludere poetam ad oraculum, quondam Atheniensibus redditum, quo prædicebatur futurum, ut Athenienses tanto interuallo reliquas urbes superaret, quanto aquila in nubibus reliquis auibus esset sublimior. Pindarus item in Nemeis, quem locum modo attigimus, se uocat aquilam. Bacchylidem æmulum graculum, uidelicet quod illum immenso uinceret interuallo, Αἰεὶδ' ὠκὺς ἐμ πτανοῖς ὡς ἔλαβεν αἴψα τηλόδεμ μεταμεινόμεν' ὅ δ' ἀφοινὸν ἄγχαμ πρὸς κρᾶγιη δέ, κολοιοὶ ταπεινὰ νέμοιη. Quorum carminum hæc est sententia. Aquila pernix inter uolucres, Quæ repente aduolās eminus, corripuit cruentam prædam uociferans. Graculi humi pascuntur.

Volantia sectari.

XXI

Huic affine est, quod usurpat Aristoteles tertio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libro, τὰ πετόμενα δῖωκεμ, ἰ. Volantia sectari. Loquitur autem de uehementer obscuris, & quæ difficillimū sit peruestigare. Cui nō dissimile est Persianum illud. Est aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum? An passim coruos sequeris, testaq; lutoq; De ijs, qui nullum certum uitæ scopum sibi pponunt, sed ex tempore uiuunt, ad quamuis occasionem mutabiles.

Ibyci grues.

XXII

Αἰ ἰβύκας γέροισι. ἰ. Ibyci grues, Græcis in prouerbiū abierunt, quod dici cōsueuit, quoties sceleribus nouo quodam & improuiso casu proditis, scelesti pœnas dant ijs, quos laferunt. Id ex huiusmodi quodā euentu natum memorāt. Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidisset iam occidendus, grues forte superuolantes obtestatus est. Aliquāto post tempore, cum ijde latrones in foro sederent, rursumq; grues superuolarent, per iocum inter se sulurrabant in aurem, Αἰ ἰβύκας ἔκλυκοι πάρεσιμ. ἰ. Adiunt Ibyci ultores, cum sermonē assidentes in suspicionē rapuerunt, maxime desyderato iam pridem Ibyco. Rogati quid nam sibi uellet ea oratio, haestanter, atq; inconstanter responderunt. Subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atq; ita uelut gruū indicio pœnas Ibyco dederūt, ac potius suo ipsorum indicio, ut dicitur, perierunt. Huiusmodi ferme Plutarchus in cōmentario de futili loquacitate. Meminit huius adagij Ausonius in monosyllabis. Ibycus ut perijt, uindex fuit altiuolans grus. Narrat hanc fabulam & Plutarchus in libro de futili loquacitate. Extat super hac re græcum epigramma, titulo Antipatri, quod non grauabimur adscribere. ἰβυκε ληΐσαι σε κατέκτανον, ἕκ πτε νήσος βάντες ἐρημαίη ἄσι β. ἡμίονα πολλ' ἐπιβωσάμεν, γ. ἄνωμ νέφος, αἴτοι ἰκόντ' μάρτυρες, ἀλγισον ὀλλυμλύω θάνατον οὐδ' μάτρη ἰάχμας, ἐπεὶ πρηνήτις ἐρίνυς τῶν δὲ διὰ κλαγγὴν τίσσατ' σέο φόνον σί. υφίημ ἡ. γ. αἰμ' ἰώ. ὠ. λοκρ. δ. ε. α. φῦλα ληΐσέωμ, τί θεῶν οὐ πεφόβηδε χόλου οὐδ' ἔξ' ὀ προπάροιθε κτανῶν αἰγισ. ὅ. αἰοιδ' ὀμ. μα μελαμ. ὠ. ἐπ. λωμ. ἕκφυγεμ ἐν μου' ἰδ' ὠμ. Meminit huius poetæ. M. Tullius, libro Tusculanarum quaestionū quarto, cuius poema maxime lasciū fuisse testatur.

Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt.

XXIII

Αλκιδέσρα ἦν ἐπὶ σάγρα. ἰ. Veriora ijs, quæ ad Sagram acciderūt. Dictum olim in incredulos, quiq; non nisi magno malo docti credūt. Refertur a Strabone libro Geographiæ sexto. Post Locros, inquit, Sagra fluuius labitur, in cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sūt, ad quas decem Locrorū milia, una cū Reginis aduersus Crotoniatas, numero centies ac tricies mille, Marte collato, uictoriam reportarūt. Ex quo euentu natū est in incredulos adagiū, Αλκιδέσρα ἦν ἐπὶ σάγρα. ἰ. Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt. Addidere plæriq; quo die certamē initum est ijs, qui in Olympijs erant, eum belli euentum nuntiatum fuisse. Tanta celeritate nūtiatæ pugnae ueritas comperta est. Meminit huius pugnae Iustinus, libro uicesimo, tametsi de numero occisorum a Strabone dissentit. Meminit & Eustathius in Bœotiam Homeri, ad ditq; dici solitum de rebus uerissimis quidem illis, at non creditis.

Rudem accipere, Rude donare,

XXIII

Rudem accipere, p dimitti a munere. Rude donare, p dimittere crebriter apud idoneos

autores obuia sunt. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores, quibus permissum erat, a gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur uirga, quā rudem appellabant, unde hoc modo dimissi Rudiarij uocant. Proinde quicūq; a munere quouis in ocium restituuntur, uel ob aetatem, uel ob imbecillitatē, rudē accepisse dicent. Horatius in prima epistola. Spectatū satis & donatū iam rude, quæris Mæcenas, iterū me antiquo includere circo. Itē Iuuenalis. Ergo sibi dabit ipse rudē, si nostra mouebūt cōsilia. Lepidior erit metaphora, si longule traducat, ueluti si quis adhortetur quempiā, ut a studiorū laboribus abstineat, sibiq; rudem impartiat, aut qui uitā aulicā reliquerit, cū aulicæ uitæ rudiarium appellemus. Huic ferme cōtrariū uidetur, quod ait Fabius, acutæ eloquentiæ candidatus. Quāq; eodem hoc loco legēdū arbitror anitæ p acutæ. Et bonarū literarū candidatus. Nā candidati p prie dicunt, qui magistratū ambiūt. Quod si transferatur alio, transibit in puerbñ speciem.

Mali corui, malum ouum.

XXV

κακὸν κόρακῶ κακὸν ὄρνιθι. Mali corui, malū ouum. Apte usurpabitur, quoties a malo pceptore, discipulus malus proficiscitur, ex improbo patre, filius improbus, ex patria illaudata, uir illaudatus, deniq; facinus sceleratum, ab homine scelesto. Metaphoram alij referūt ad naturam animantis, quæ nec ipsa est idonea cibus humanis, nec ouum parit ad quicūq; utile. Sunt qui dicant fieri, ut coruorū pulli parentes ipsos deuorent, si forte non pascant illos ad satietatem, & hinc ductum adagiū. Alij malunt ad huiusmodi fabulam referre. Corax quidā primus Syraculis, post mortem Hieronis, instituit artem rhetoricen mercede profiteri. Cū hoc adulescens quidam Tisias hac lege pactus est, ut tum demū mercedem persolueret, ubi iam artem pdidicisset. Dein ubi iam arte cognita, præmium reddere cōtaretur, Corax discipulum in ius uocat. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit. Per cōtātū quis esset artis finis, ubi Corax respondisset, persuadere dicendo, Age, inquit, si persuadeo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia uici causam. Sin minus persuadeo, non reddam, quia nō perdidici artem. At Corax Tisiæ dilemma, tanq; uiciosum, & ἀνύστεφόν, in discipulum retorlit ad hūc modum. Immo, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto, sin minus, dabis, quia sententijs iudicum damnatus. Quod cōmentum tam uasum, tāq; callidum, ubi iudices audissent, admirati uersutiam adulescentis, succlamarunt, κακὸν κόρακῶ κακὸν ὄρνιθι. Sunt q narrent hoc succlamatum a corona circūstantium, cum alter alteri litem intenderet. Huiusmodi ferme legunt in Prolegomenis in Hermogenis rhetoricen. Ex hac fabula, ni fallor, efficta est ea, quam narrat Aulus Gellius in Noctibus atticis, libro quinto, capite decimo, de Protagora Sophista, & huius discipulo Euathlo. Quæ tamen si longiuscula esset, & in promptu sita, tamē quod omnīū lepidissima uideatur, non pigebit adscribere. Gellius igitur ostenso uitioso dilemate, quod Antistrephon uocant, propterea, quod totidem uerbis possit in aduersariū retorqueri, quale est, inquit, prouulgatū illud, quo Protagoram Sophistarum acerrimū usum esse ferūt, aduersus Euathlum discipulum suum. Lis nāq; inter eos, & controuersia sup pacta mercede hæc fuit. Euathlus adulescens diues, eloquentiæ discendæ, causarumq; orandi cupiēs fuit, is in discipulum Protagoræ sese dedit, daturumq; promisit mercedē, grandē pecuniā, quantum Protagoras petiuerat. Dimidiumq; eius dedit, iam tūc statim, priusq; disceret, pepigitq;, ut reliquū dimidium daret, quo primū die causam apud iudices orasset & uicisset. Postea cū diuile auditor, affectatorq; Protagoræ fuisset, & in studio quidē facundiæ, abunde promouisset, causas tamen non reciperet, tempusq; iam longū transcurreret, & facere id uidere, ne reliquū mercedis daret, capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum, petere instituit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatur. Et cum ad iudices conijciendæ, consistendæq; causæ gratia uenisset, tum Protagoras sic exorsus est. Disce, inquit, stultissime adulescens, utroq; id modo fore, uti reddas, quod peto, siue contra te pronuntiatum erit, siue pro te. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententiā debebitur, quia ego uicero, sin uero secundū te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceras. Ad ea respondit Euathlus, Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiam, si uerba ipse non facerem, atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi in ista uictoria proludiū est, cum te non in causa tantum, sed etiam in argumēto uinco. Disce igit tu quoq; magister sapientissime, utroq; modo fieri uti non reddā, quod petis, siue contra me pnuntiatū fuerit, siue pro me. Nam si iudices p causa mea senserint, nihil tibi ex sententiā debebitur, quia ego uicero, sin contra me pnuntiauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non uicero. Tum iudices dubiosum hoc, inexpli-

t 2

cabileq; esse, quod utrinq; dicebatur rati, ne sententia sua utrācūq; in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatā reliquerunt, causam in diem longissimū distulerūt. Haftenus Gellius. Quid autē: an nō optimo iure iudices hoc saltē sententiæ uice pronuntiare debuerunt, κακοῦ κόρακος κακὸν ὄδον. Narrat eandem fabulā. L. Apuleius in Floridorū libris, non dicam copiosius, neq; enim potest copiosius referri, q̄ a Gellio denarrata est, sed tamē florulētius, & ut ita dixerim, picturatius. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis, atq; item in Acarnensibus.

Ab impijs egressa est iniquitas.

XXVI

Cōcinit huic Hebraicū illud ex libro Regum primo, capite uigesimoquarto, quod Dauid nominatim etiam pro uetusto prouerbio citat, Ab impijs egrediet iniquitas. Significat autē ab improbis semp mali quippiam exoriri, a bonis nihil malorū proficisci. Proinde nihil esse, cur Saul metuat, ne a se occideretur. Hoc facinus impium, nō nisi ab impijs esse patrandū, se manus suas, regia cede nō inquinaturū. Porro puerbiū, si quē hoc quoq; iuuabit, Hebræo sermone pronuntiat ad hunc modum *עוֹרְבֵי יָמַי יִשְׁעוּ*, Quandoquidem habent hoc peculiare plarq; prouerbia, ut in ea lingua sonari possunt, in qua nata sunt, Quod si in alienum sermonē demigrarint, multū gratiæ decedat. Quemadmodū sunt & uina quædā, quæ reculent exportari, nec germanā saporis gratiā obtinent, nisi in his locis, in quibus pueniunt. Idem ppemodum dicit apud Græcos, uersu prouerbiali. *τῶν ὄντων γὰρ ἐδὴ ληϊς ἔργα θεῆα γίνετη*. i. Probis ab animis, facta promanant proba.

Lemniū malum.

XXVII

Λημνίου κακόν. i. Lemniū malū, de malis immensis ac miserandis. Historia, unde natum adagium uarie narratur. Neq; magni refert eā anxie psequi. Herodotus in Eratone, & prouerbij & historiæ meminit, in hanc ferme sententiā. Pelasgi, ex Attica per uim expulsi Lemnon incolēbant, Huius iniuriæ cum pœnas de Atticis sumere cuperent, probeq; cognitos haberent dies festos ac cerimonias illorum, collocatis insidijs, uxores Atheniensium abduxerunt, cū Minervæ sacra facerent in Baurone, hisq; in Lemnū nauigio asportatis, cōcubinarū uice sunt abusi. Caterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omneis & Atticis moribus instituerunt, & Attice loqui docuerūt. Ira factū est, ut nec miscere cōiugia cum puellis Pelasgicis uellent, & siquādo Pelasgus quēpiam pulsare conaretur, omnes cōglobati Attici, huic suppetias ferrent. Breuiter adeo inualecebat pubes Attica, ut plariscq; in rebus priores tenere uiderēt. Quare uisum est Pelasgis, ut filios ex Atticis mulieribus susceptos, trucidarent. Idq; perfecerunt, occisis una & matribus. Deinde sterilitate, orbitate, pestilētia, reliquisq; plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerūt, qua uia calamitatibus leuari possent. Hinc igit̄ ait p̄ omnē Græciam increbuisse prouerbium, ut ingentiā, miserandaq; mala, Lemnia dicerentur. Partim igitur hinc natum adagiū putat, partim illinc, quod aliquando Lemniæ mulieres, graueolentia maritorum offensæ, eos uniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis. Cuius rei meminit & Euripides in Hecuba, *καὶ λημνον ἄρσενων ἐξώκησαμ*. i. Maresq; Lemno sustulere fœminæ funditus. Item Seneca in Agamemnone. Et scelere Lemnon nobilem.

Cicadā ala corripuisti.

XXVIII

τέτιγα πῆρσ' σωέλκφας. i. Cicadā ala corripuisti. Dicit̄ in eos, qui quempiam prouocat, minime ex usu suo. Lucianus in Pseudologista scribit Archilochū poetam iambographū & ad maledicendum egregie instructum, ad hunc modum respondisse cuidam, a quo fuerat cōuittio prouocatus, *τὸν τέτιγα πῆρσ' σωέλκφας*. Est autem huius insecti mira quædam & prodigiōsa loquacitas, maxime efferuescente sole. Plinius negat ijs uocem esse, sed stridorem cū tractu, eumq; sonū emittit, non alis, quemadmodū muscæ, apes, culices, Nam ijs stridor simul cū uolatu desinit, At cicade si presseris alas uehementius etiā perstrepet. Sed in pectore subesse, ait duos specus attrituq; membranæ, mobili accedente spiritu, per hos e uisceribus sonū edī. Ergo quemadmodū si cicadā natura garrulam, alaprehendas, clarius obstrepet. Ita si poetico hominī præbeas occasionē simultatis, nō modo non tacebit, sed clarius obstrepet, & omnē bilem Chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuisse, nequis hominem poetam sibi faceret inimicum. Et Horatius, genus irritabile uatum dixit.

Tenedia bipennis.

XXIX

τενέδιος πέλεκυς. i. Tenedia securis. Cōueniet aut in eos, qui nimium se uere iudicant ac puniunt, aut qui celeriter expediunt controuersias, & litium ambiguitates. Inde translātū, quod olim rex Tenedi securim gestans, lites audire cōsueuit, causaq; iudicata protinus eū, qui fecit.

set iniuriã, securi pcutere. Aut quod Tenedius quidã rex legem tulit in adulteros, ut utriusq; corpus securi concideret, eiusq; legis exemplũ etiã in filiũ edidit. Proinde in nomismate iussisse insculpi, altera ex parte securim, altera duos uultus ex eadem ceruice prominentes. Plutarchus in cõmentario de Pythiis oraculis, ostendit securim typum atq; insigne fuisse Tenediorum, idq; ppter cancos, qui sunt apud illos in loco dicto Asteriũ. Verba Plutarchi, si quis forte requireret, sunt hæc, ὡς πρὸς ἀμείλιχ σελίνου ἰνὸς ἴππε χυσοῦμ σέλινον ἀναθῆναι λέγοντι, καὶ τενέδιοι δὲ μὲν πέλεκυμ, ἀπὸ τῆς καρκίνωμ τῆς γινομῶμ πρὸς τὸ καλοῦ μιν οὐ μόνον ἀσέριον παρ' αὐτοῖς, μόνον γὰρ ὡς ἔοικε ἐμ τῷ χελωνίῳ τύπῳ πελέκεος ἔχουσι. Lucianus in Pseudologista, τοῦτ' ἐκείνο, ἠκμὴ γάρ μοι νομίσας, πέλεκυμ ἕνα μὲν τῆς ψευσμάτωμ. i. Ratus enim iuxta illud, quod uulgo dici consuevit, securim quandã mihi uenisse, ad incidenda mendacia. Mihi uidetur allusum ad Alexandri Magni factũ, qui nondum insolubilem in Midæ Plaustro ense dissecuit, quemadmodũ ostendimus alibi.

Thesaurus carbones erant.

XXX

Ἀνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφυκεμ. i. Carbones thesaurus erant. In eos cõpetit, qui spe sua frustrãtur, quiq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiã natum uidetur quo quispiã thesauri spe, fodiens, Carbones defossos inuenit. Ea; res in risum, uulgiq; sermonem abiit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solent, ad indicandos agrorũ terminos, ppter ea quod ut testat in ope de ciuitate dei Diuus Augustinus, nulla res durabilior, magisq; ppetua, q̄ carbones sub terra defossi. Lucianus in Zeuxide, τὸ δὲ κατὰ τὴν πρῶταιμ ἀνθρακες ἡμῶμ ὁ θησαυρὸς ἦσαμ. i. Verũ iuxta puerbiũ, Thesaurus noster carbones erat. Rursum in philopseude, τὸ σὺμ λόγου ἐκείνο, ἀνθρακες ἡμῶμ ὁ θησαυρὸς πέφυκαε, i. Proinde iuxta id quod dici solet, tu nobis qui thesaurus credebaris, carbones extitisti. Idẽ in Timone de auro inuento, Δέδια γὰρ μὲν μὴ ἀνθρακαε εὔρω ἀνεγρόμην. i. Vereor itaq; ne expgefactus carbones reperiã. Rursum in uoicis, καὶ ἀνθρακαε σοὶ ὁ θησαυρὸς ἔσαμ. i. Ac thesaurus tibi carbones fuerint, Alciphron in eplã quadã, οὐ ἀπόδος μοι πάντες οἱ θησαυροὶ γενήσονται. i. Nonne omnes Theauri mihi cinis erunt.

Octapedes.

XXXI

ὀκτάπεδες. i. Octapedes Scythico prouerbio dicebantur, qui duos possideret boues, & currum unum. Lucianus, οἱ παρ' αὐτοῖς ὀκτάπεδες καλοῦμνοι. i. qui apud illos Octapedes uocant. Dicit poterit per iocum, in hominem, qui sibi locuples uideatur, uel in eum, cui rusticanæ sunt opes. Inter opes enim rusticanas præcipue recenset Heliodus, τὸμ βῶμ ἀροτῆρα. i. boue aratore.

Satius est recurrere, q̄ currere male.

XXXII

πάλιμ δρομῆσαι μᾶλλον ἢ δραμεῖμ κακῶε. i. Satius recurrere, atq; uti curras male. Senarius prouerbio celebratus. Cuius hic sensus est, Præstat mutare consilium in melius, q̄ in male institutis pergere. Lucianus asinus, sententiam hanc secum uolebat nõ admodum asinina, ἐκρινε τῶε δὲ τὸ εἶλοστυ πάλιμ δρομῆσαι μᾶλλον, ἢ δραμεῖμ κακῶε. i. Visum est tandem, iuxta uulgi sermonem, potius recurrere, atq; currere perperã. Quin & hoc seculo uulgo dictitant, non prorsus aberrare eũ, q̄ medio e cursu recurat, significãtes pbãdos eos, q̄ mature resipiscũt ab stulticia.

Solus currens uicit.

XXXIII

μόνῳ δέωμ ἐκράπει. i. Solus currens uicit, de ijs, qui uincunt nemine contra certante. Translatum a stadijs. Nihil aut est negocij uincere, si nemo tecum certet. Cõcinne dicitur in eos, qui sibi placent, quasi pulchre causã suã probarint, cum nullus adsit, qui contra disputet. Lucianus de imaginibus, πᾶσομ δὲ οἶμαι τοῦτ' ὅτι κατὰ τὴν πρῶταιμ μόνον δέοντα κρατεῖμ. i. Haud ẽ difficile, iuxta prouerbiũ, cum solus curras, uincere. Affine illi, quod alias recẽluimus, ἐρήμῳ νικᾶμ. i. Desertam causã uincere. Nec alienũ ab illo, ἀκονίτῳ νικᾶμ. i. Citra pulucrem uincere.

Leonem ex unguibus æstimare.

XXXIII

Ἐκ τῆς οὐνυχῶμ δὲ μὲν λέοντα γινώσκεμ. i. Ex unguibus æstimare leonem, est ex una quãpiã coniectura, negocium uniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere. Natum uidetur adagiũ a Phydia statuario, qui sicuti narrat Lucianus in hæresibus, inspecto leonis dũtaxat ungui, quantus esset totus leo perpendit, totumq; ex indicio unguis effinxit. Plutarchus in cõmentario de defectis oraculis, uidetur ad Alcæum referre. Sic eni scribit, οὐ κατ' ἀλλοῖμ δὲ οὐνυχῶε τὸ λέοντα γράφονταε. i. Non Alcæi more leonẽ ex unguib; depingetes, hoc est, ex re minima, maxima colligetes. Philostratus in uita Apollonij, οἶσιν δὲ οὐνυχῶε ἴδῃ ὄρω. i. Qualem ex ungui iam esse uideo. Fit autem hoc Mathematica ratione, ut ex membro uel minimo, totius corporis modus colligatur. Quemadmodum Pythagoras Herculanĩ corpore mēsurã, ex Pisano stadio, quod Hercules suis pedibus fuerat metatus, ratiocinatus est,

t 3

Sic ex unius arteriæ pulsu, medici de tota hominis ualitudine iudicant. Sic ex coma, aut clu-
gulo, aut oculorum nutu, totam hominis uitam licet conijcere, Sic ex unica epistola, doctrinã
omnem æstimamus, ex unico responso, totam hominis sapientiam perpendimus,

Cauda de uulpe testatur.

XXXV

Ἡ κέρκος τῆ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. i. Cauda de uulpe testificat, in eos dici solitũ, qui pusilla in re cu-
lusmodi sint, declarant. Est aut uulpis cauda, p corpore maior, ac pilosior, ut nō sit facile celare.

E fimbria de texto iudico.

XXXVI

Ἐκ τῆ κραιπέδος τῆ ὑφασμα γινώσκω. i. E fimbria textum omne cognosco, hoc est, Ex uno aliquo
pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum a negociatoribus, qui inspecta texti mar-
gine, facile de uniuerso cuiusmodi sit, iudicant.

De gustu cognosco.

XXXVII

Ἐκ γενμαρς γινώσκω. i. Ex degustatione iudico, hoc est, ex minima experientia. Ductum itē
a negociatoribus, qui gustato dūtaxat uino, aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Est eni cu-
iusq; arboris foetui, suus quidam sapor, & indoles, & forma quoq; peculiaris, quæ quoties mu-
tarentur in diuersum, pro ostento habitum fuit, ut eleganter Theophrastus in historia plan-
tarum, libro secundo, capite quarto. Vnde Plinius ad eum, inquit, gustum, tibi reliqua pmit-
to. Seneca, Et gustum tibi dare uolui. Et degustationem huiusmodi experientiam uocamus.

Aethiopem ex uultu iudico.

XXXVIII

τὸν αἰθίοπα ἐκ φιλῶεθ γινώσκω. i. Aethiopem ex ipso uultu cognosco, præfert quisq; aliquo
signo, cuiusmodi sit moribus. Præ se fert enim Aethiops, nigrore uultus, intortis capillis, labris
tumentibus, dentium candore, patriã suã. Vestem eni mutare potest Aethiops, faciē nō pōt.

De fructu arborem cognosco.

XXXIX

Ἐκ τῆ καρπὸς τῆ δένδρον γινώσκω. i. E foetu cognosco arborem. E factis hominē iudico. Quæ pa-
roemia etiam in Euangelicis literis extat, quemadmodum ostendimus in operis initio.

In tenebris saltare.

XL

Ἐν τῷ σκοτῷ δρχεῖσθ. i. In tenebris saltare. Est rem gerere clanculum nullo teste, nullog; iudi-
cc. Translatum ab ijs, qui choros ducūt, quos in tenebris nemo queat dijudicare, recte ne an-
secus moueant pedes. Lucianus in sectis, ἐν σκοτῷ φασίμ δρχοίμεθα. i. In tenebris, ut aiunt, salta-
remus. Quibus ex uerbis, uidetur adagium dici posse etiam in illos, qui temere, nullog; iudi-
cio, nulla certa ratione rem agunt. Sentit enim Lucianus, nos philosophia destitutos, tanq; in
tenebris saltaturos, ut quicquid in manus uenerit, id esse credamus, quod quærebatur.

Arcopagita.

XLI

Ἀρκοπαγίτης. i. Arcopagita. De tristi, seuerog; dicebatur, aut etiam de iudice uehemēter in-
corrupto. Inuenitur & σκυθρωπότερ ἄρκοπαγίτης. i. Tristior Arcopagita. Athenis summa erat
Arcopagitarum autoritas, hi erant iudices, qui de capitalibus causis pronuntiabant, tanta in-
tegritate, ut noctu, atq; in tenebris, non interdium, neq; luci, causas cognoscerent, quo non dicē-
tes, sed dūtaxat, quæ dicerentur spectarent. Id ita esse testatur Lucianus in sectis. Alludit ad p-
uerbium Cicero ad Atticum, libro primo. Senatus ἀρκοπαγίτης, Nil constantius, nil seuerius,
nil fortius. Idem eiusdem operis libro quarto. Ex quo intellectum treis, τὸν ἀρκοπαγίτης ἀν-
bitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq; Remp. flocci non facere.

Atticus aspectus.

XLII

Ἀττικὸν βλέπε. i. Atticus aspectus. Perinde est quasi dicas os impudens, in eos dicebatur, qui
uultu ipso præ se ferebant impudentiam, dicendiq; confidentiam. Nam hoc uitio notati sunt
Atticorum mores. Aristophanes in nubibus, ἐπὶ τῆ προσώπου τῆ δξίμ ἀττικὸν βλέπε. i. Ac uultu in
ipso aspectus Atticus eminent. Sic enim loquitur Strepsiades de filio Socratica e schola redeū-
te, quem ex ipsa fronte conijcit, malam causam agere posse, quod nescio, quid Atticæ astutia
simul, atq; impudentiæ præferret.

Lari sacrificant.

XLIII

Ἐσία θύουσι. i. Lari sacrificant. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quicq; impertiūt. Aut in
conuiuas edaces, q nihil ex appositis epulis, neq; mittūt amicis, neq; quicq; faciūt reliquū. Nã
antiquis religiosum erat, ex ijs, quæ laribus immolabant, aliquid foras efferre. Huc alludit Ari-
stophanes in Pluto, apud quē Carion Mercurio obsecranti, ut aliquid sibi de sacrificio quod
intus agebatur impertiant. ἀλλ, inquit, οὐκ ἐκφορά. i. Efferre nequaq; licet. Item in eadem fabu-
la mulieri uolenti pro foribus spargere bellaria, ἐνθονγε, inquit, παρὰ τῆ ἔσιαμ, ὡπτες νόμος ὄν.

δὲν ἐκφέρειν πεπεωδὲς ὄζειν ἀλλὰ μάλλον ἐσφίρειν. i. Intus profecto, ut moris est, apud larem. Nam nefas efferre quicquid, inferre sed decet magis. Apud Rhomanos autore Plutarcho, nefas erat mensam prorsus inanem tolli, Vel quod innuerent semper aliquid reseruandum in tempus posterum, Vel ut assuescerent temperare cupiditati, a presentibus abstinentes, Vel ut hoc pacto seruorum animos sibi conciliarent, cum quibus mensam aliquo pacto communem habere uiderentur, Vel quod religiosum haberetur in sacris quicquid uacuum conspici. Porro mensa sacra quaedam res est. Huic diuersum adagium fingi poterit τῆ ἑκάτη θύειν. i. Hecate sacrum facere. Siquidem in huius deæ sacris, ij, qui cœnam inferebant, ipsi nihil inde gestabant, neque quicquid auferebant præter tumultum & fumum, ut inquit in Symposiacis Plutarchus. Idem fieri consuevit, siquid inferebatur reliquis dijs, quos ἀπὸ ἑορταίων appellat. Torquebit in eos, qui alijs consulunt, non sibi, alijs parant opes, ipsi non fruuntur.

Proteruiam fecit.

XLIII

Erat hoc religiosum in nonnullis etiam alijs hostijs, nequid ex sacris epulis relinqueretur, aut siquid reliquum esset, id igni absumeret. Quemadmodum Moyses tradit de agno paschali. Porro id genus sacrificij Romani proteruiam appellant. Vnde celebrat illud Catonis festiuiter dictum, In Albidium quædam, qui patrimoniū uniuersum luxu absumpserat, unis exceptis aedibus, quæ incendio conflagarunt. Proteruiam, inquit, fecit, propterea, quod ea, quæ comesse non potuerit, quasi combussisset. Author Macrobius libro Saturnaliū secundo.

Hic funis nihil attraxit.

XLV

Αὐτὴ μὲν ἢ μήρινθος οὐδὲν ἔωασεν. i. Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo significabant operam frustra sumptam, neque ex sententia cuenisse, quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui sæpe hamum retrahunt inanem. Ad adagium alludit Aristophanes in Vespis, ἀλλ' οὐκ ἔωασεν. i. Atqui non attraxit, De eo, qui tetederat patri laqueum, ne quo exiret.

Semper tibi pendeat hamus.

XLVI

Adsimili metaphora dixit Ouidius in amoribus, Casus ubique ualet, semper tibi pendeat hamus, Quo minime credis, gurgite, piscis erit. Id est, Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occasio. Simile illi, omnem mouere lapidem.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

XLVII

Diues Hieronymus ad Hedibiam scribit in hunc modum. Vnde & illa uulgata sententia mihi uidetur esse uerissima. Diues, aut iniquus, aut iniqui hæres. Quod si uerum est illud Heliodium, non omnino temere esse, quicquid uulgo dicunt mortales, prouerbiū hoc haud oscitanter expendendum est, ijs, qui suis opibus stulte se iactant. Neque enim fere parantur ingentes opes sine fraude. Et aut ipse possessor eas per fas, nefasque congescit, aut certe successit ei, quæ ea parauit uia. Plato libro de legibus quinto, ὡς τε ὁ λόγος ἡμῶν ὁρθός, ὡς οὐκ ἐστὶν οἱ πᾶμπλοῦστοι ἀγαθοί. i. Ita uerum est, quod uulgo dicimus, admodum diuites non esse bonos. Circumferat apud Græcos & hic uersiculus ex Menandri comædijs, οὐδὲν εἰς ἐπλοῦτησε ταχέως δίκαιος ὄν. i. Nunquam uir æquus, diues euasit cito.

Herculanus nodus.

XLVIII

Ἡράκλειον ἄμμα. i. Hercules nodus, pro uinculo arctissimo, atque indissolubili legitur apud eruditos. Seneca ad Luciliū, Vnus tibi nodus, Sed Hercules restat. Sic enim uocat syllogismū, qui uix dissolui posset. Quod in eos quadrabit, qui sunt arctissima necessitudine copulati. Idque unde sit natum, Plutarchus propemodum indicat, in Alexandri uita. Scribit enim Alexander Magnū, subactō oppido Gordio, Midæ regia, uisere uoluisse plaustrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro connexum. De quo talis fama apud barbaros increbuerat, ut quisquis eius nodos explicuisset, ei totius orbis imperium portendi fati. Alexander ense dissecuit. Aristobolus scribit eum facillime dissoluisset, nempe adempto clauo, quo remoni iugum annectit. Nodū autē eū, quē ostēdit Hercules, religiosum, ac sacrum apud præscos fuisse, satis liquet ex his Plinij uerbis, quæ sunt in historia mundi libro uigesimo octauo, capite sexto, Ac uulnera nodo Herculis præligare, mirū quātū ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, uim quādā utilem habere dicunt. Festus Põpeius ostēdit antiquus fuisse morē, ut noua nupta laneo cingulo præcingeret, uincto nodo Herculis, quē uir ominis gratia soluebat in lecto, ut & ipse felix esset in liberis suscipiēdis. Nā Hercules septuaginta liberos reliquit.

Fuere quondam strenui Milesij.

XLIX

t 4

πάλαι πότε ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι .i. Fuere quondam strennui Milesij. Hoc senario notabant eos, qui a pristina fortuna defluxissent, aut a maiorū moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui desierunt esse, quod erant, facti deteriores, in senem, in pauperem factum e diuite, in priuatum, qui quādoq; regnarit, in obscurū, qui aliquādo floruerit. Origo prouerbij, uarie narratur a græcis. Quidam aiunt Milesios olim belli gloria præter ceteros floruisse, adeo, ut quoscūq; bello lacefferent, eos superarent. Proinde Polycrates Samiorum tyrannus, bellum quoddam gesturus, cum in animo haberet Milesios socios ad eam rem accersere, oraculum super eo negotio consuluit. Deus respondit, Quondam fuere strennui Milesij. Alij diuersam adferunt fabulam. Cum Cares bellum aduersus quosdā molirentur, statuissentq; eius gentis auxilijs uti, quæ tum esset inter finitimos pollentissima, quidam Milesios accersendos censuerunt, alij cum Persis res componendas. Itaq; consultus hac de re Apollo, respondit modo dictum senarium. Dissipato per omnē Asiam oraculo, Milesij propemodū omnes in prælio cum Persis collato, cæsi sunt. Itaq; oraculum cum risu in prouerbium abiit. Rursum alij scribunt, Cares cum Dario belligerantes, iuxta uetus quoddam oraculum, quo monebantur, ut fortissimos auxilio aduocarent, in Branchidas fuisse profectos, atq; eius loci. Deum consuluisse, num Milesiorū auxilijs oporteret uti. Atq; eum respondisse. Quondam fortes fuisse Milesios, significantē uidelicet, eos iam imbelles esse, & delitijs effœminatos. Verum hoc cōmētum ex ipsa temporis ratione coarguit Zenodotus. Siquidem hūc senarium legi apud Anacreontē, qui floruit ætate Cyri Perlarum regis, a quo Darius fuerit tertius. Angelus itaq; Politianus maluit ad Milesiorum mores, in mollitiem uersos referre, quēadmodū facit & Atheneus. Usurpat hoc adagium semel, atq; iterum Aristophanes in Pluto, καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἰς περὶ ἀπὸ ἐμῶν, ὅτι πάλαι πότε ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. i. Ac præter hæc renunciauit hoc quoq; Fuisse quondam strennuos Milesios. Dicitur autem sub persona adolescentis, qui reuocatus ab anu, quam pauper aliquando diuitem emolumentum gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhaustam fastidit. Allusit eodem in Vespis, iocans in senes, ὡ πάλαι πρὸ ὄντες ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαισιμ καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτ' ἄνδρες μαχιμώτατι πρὶν ποτὲ ἢ πρὶν ταῦτα, νῦν δ' οἴχεται γε, κύκνου πλιώπεροι δὴ, id est, O qui quondam fortes fuistis in chorcis, fortes in pugnis, & secundū hoc deniq; tantum uiri pugnacissimi, Prius olim fuerunt, prius ista, Nunc uero pericrunt, Cygno magis cani iam. Usurpatur & a Synesio in epistola quadam ad philosphon mulierem, significans sese a pristina felicitate redactum ad calamitatem.

Fuimus Troes.

ἡμερ τρῶες. i. Fuimus Troes. Hic loquēdi color in Græcicis Tragœdijs adeo passim obuius est, ut tanq; in adagium abierit, ubi perijisse quempiam significant. Euripides in Hecuba, κα γὰρ γῆρ ποτέ. i. Et quōdam ego fui. Sophocles in Electra, ἀπολόμην δὲ σὴν οὐδὲν εἶμι ἔτι. i. Miseranda perij nulla sum post hac ego. Id imitatus Vergilius secundo Aeneidos libro, Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens gloria Theucrorum. Rursum alicubi. Et campos ubi troia fuit, extinctam significans. Item illud ex Terentiāna fabula, cui titulus, εαυτὸν τιμωροῦμεν. Immo habui Chreme, tanq; perijisse significans. Item illud ex rudentibus Plauti, miserū isthuc uerbum, & pessimū est habuisse. Præterea nobilis illa uox. M. Tullij de coniuratis supplicio affectis. Vixerunt, cum occisos significaret. Hanc sermopis figuram ex antiquissima illa Lacedæmonij chori cantilena putant increbuisse. Eius chori mentionem facit Plutarchus in libello, cui titulus, Quopacto laudare se quispiam citra inuidiam possit. Meminit & Diogenianus in Græcorum adagionum collectaneis. Constabat autem is chorus triplici serie, atq; orbe. Senū, puerorum, iuuenum. Senum hæc erit cantio, ἄμμες πότε ἦμεν ἄλκιμοι νεανία. i. Nos fuimus olim, strennui iuuenuli. Deinde puerorum hæc erat, ἄμμες δ' ἐγ' ἐσόμεθα πολλῶν κάρηνοι. i. præstantiores nos futuri olim sumus. Postremo iuuenum hæc erat, ἄμμες δ' ἐγ' εἰμεν αἰδὲ λῆς ἀγασθεοί. At nos sumus, uel experire, si uelis. Hunc chorum, quem τριχορίαν uocant, instituit apud Lacedæmonios Tyrtæus, iuxta triplex ætatum discrimen. Nam pueritia ingressus est uitæ, uirilis ætas progressus, senectæ exitus.

Pyrausta interitus.

πυραύστου μόρος. i. Pyraustæ interitus. In eos dicebat, qui sibijpsis exitiū accersunt. Ait em̄ Zenodotus, Pyraustā insectum esse, quod lucernis aduolet, atq; ita exustis alis cōcidat, pereatq;. Citat autem hunc ex Aeschylō senariū, Δέλοικὰ μωρὸν κάρτα πυραύστου μόρον. i. Metuo stultā Pyraustæ interitū. Tradit eadē de Pyrausta Aelianus de naturis animantiū libro duodecimo, αἰ

tans eundē ex Aeschylō locū. Meminit de Pyrausta & Plinius libro undecimo, capite trigēsi
mosexto. Gignit, inquit, aliqua & cōtrariū natura elemētū, siquidē in Cypri ararijs formacib⁹
ex medio igni maioris muscæ magnitudine, uolat pennatum quadrupes, appellatur Pyralis, a
quibusdā Pyrausta. Quādiu est in igne, uiuit. Cū euasit longiore paulo uolatu, tūc emoritur.
Quod si placet ad hoc referre adagiū, cōueniet & in eos, qui ὀκνύμενοι sunt. i. qui celeriter inte-
reunt. Nec inuenuste deflectet in eos, qui nūq̄ uiuere possunt, nisi in ppria patria, Si contin-
gat agere peregre, rebus omnibus offenduntur.

Post festum uenisti.

LII

κατόπιμ φθι έορτῆς ἡκας. i. Post festum uenisti. Refertur a Diogeniano. Dicit in eos, qui nego-
cio cuipiā egregio nō interfuerūt, p̄pterea quod serius, iam re p̄cracta, accesserint. Socrates in
Gorgia Platonis, ἀλλ' ἢ τὸ λεγόμενον κατόπιμ έορτῆς ἡκομεν, ἢ ὑστεροῦμεν. i. Num, inquit, post festū,
quemadmodū dici cōsueuit, uenimus, ac serius? Legitur & hoc pacto παναθηναίωμ κατόπιμ. i.
Post Panathenæa, item πυθιάωμ ὑστερομ ἡκας. i. Post Pythia uenisti.

Merx ultronea putet.

LIII

Merces ultroneæ putent. i. ingrata sunt, quæ ultro nō petētibus offerunt. Translatū uideē
a negociatoribus, qui merces a uenditore ultro oblatas, suspectas habere solent, quasi studeāt
eas extrudere. Adagiū refert a diuo Hieronymo in quæstionibus Hebraicis, Tritū, inquit, p̄-
uerbiū est, ultroneas putere merces. Vnde & nos de industria dicēda reticemus, ut auidi⁹ ue-
lis audire, quæ tacita sunt. Vsurpat idē in epistola ad Demetriadem uirginē. Ab hac sententia
nō abludit illud Ouidianū, Quod uenit ex facili, faciles, segnesq̄ tenemus. Quod spe, quod-
q̄ metu torsit, habere iuuat. Quin uulgo etiānum in ore est, ultro delatū obsequiū plarūq̄ in-
gratū esse, Cui tamē refragat Mimus ille nō insulsus. Bis est gratū, qd̄ opus est, ultro si offeras.

Illotis pedibus ingredi.


LIIV

ἀνίπτοις πσίμ ἀναβάνειμ. i. Illotis pedibus ingredi. Est cōfidēter, atq̄ imperite rē egregiā aggre-
di, tanq̄ p̄fane & irreuerēter. Translatū a sacrorū cerimonijs. In quibus omnia pura, lotaq̄ iu-
bebant exhiberi. Lucianus in Demonaectis uita, οὐ μὴν ἀνίπτοις γε πσί τὸ τὸ λόγον, πρὸς ταῦτα ἤξερμ,
id est, Haudquaē illotis, ut aiunt, pedibus ad ista uenerat, hoc est, neutiq̄ in exercitatus, neq̄
rudis. Idem in Rhetorū p̄ceptore notat eos, qui ἀνίπτοις πσίμ. i. nullis bonis disciplinis instru-
cti, ad rhetoricū munus accedūt. Aeneas Sophista in epistola quadā, οἱ μὲν πολλοὶ τὸ δὴ λεγόμε-
νον ἀνίπτοις πσίμ, ἐπιπικδῶσι τοῖς ἱεροῖς, id est, Plariq̄ quidem illotis, quod aiunt, pedibus irrum-
punt ad sacra. Aulus Gellius in noctibus, Illotis, quod aiunt, pedibus & uerbis, rephendit do-
ctissimi hominis orationē. Macrobius Saturnaliū libro primo, Illotis pedibus p̄tereūt. De
literatoribus loquit, qui reconditā illam in Vergiliano poemate doctrinā, negligūt. In genere
sermonē omnē parū uerecundū, nimisq̄ procacē, ac petulantē, illotū, p̄uerbio uocant.

Illotis manibus.

LV

ἀνίπτοις χερσίμ. i. Illotis manibus, a Diogeniano refertur, pro eo, quod irreuerenter, atq̄ im-
parate. Translatum, item a sacrorū puritate. Hesiodus in operis & diebus, uetat nequis mane
Ioui libet uinū χερσίμ ἀνίπτοις. i. manibus illotis, μηδ' ἐστ' ἐξ ἡοῦς δι' λείθεμ αἰδοπα δινωμ χερσίμ ἀνίπ-
τοισίμ μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισίμ. i. Ne unq̄ mane Ioui uinū libaueris ardēs Illotis manibus, neq̄ di-
uū p̄terea ulli, ac ne uel amnē quispiā ingrediat, aut fontem χέρσας ἀνίπτος, idem uetat. i. mani-
bus illotis. Vnde χέρσας apud Homerum crebra mentio. Ea uox perinde sonat, quasi dicas,
manuū lotionē, a qua rem diuinā antiquitus auspiciabant, atq̄ etiā cōuiuū, utpote rem sacrā.
Vtrūq̄ prouerbiū recte usurpabitur in eos, qui uel audacius, uel parum instructi rebus his, q̄
bus oportuit, negociū inuadunt, ueluti si quis principis munus capeſſat, nulla neq̄ uirtute, ne-
q̄ sapientia, neq̄ rerum usu p̄dītus.



Aquilæ senecta.

LVI

Αετῦ γῆρας. i. Aquilæ senecta. In senes dicebat bibaces magis, q̄ edaces. Nam Plinius libro nono refert, aquilas neq̄ senio, neq̄ agridudine oppetere, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aperiri nō queat. Eoq̄ aquilam tantū in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere. Cum nulle fere aves aduncis unguibus, utant potu, præter tinnunculū & miluū. Quāc̄ hi quoq̄ perq̄ raro bibāt. Author Aristoteles libro de natura anima. octavo. Sed idē libro nono, narrans de Aquilæ rostro eadē ferme quæ Plinius, Addit huic rei datam fabulam quæ significat hoc ideo accidere aquilæ, quod olim, cū homo esset, hospiti fecerit iniuriā. Terētius in Heautontimorumeno, uisa uero est, quod dici solet, aquilæ senectus. Verba sunt Syri adulantis hero, quod pridie strēnue bibisset in cōiuiuo. Est autē ueluti peculiaris senibus bibacitas. Siue quod natura frigus ætatis, uini calore pensare desyderat, Siue quod uini hilaritas minuit senectutis molestiam. Vnde Plato quoq̄ cū iuuenibus in totū interdixerit usum uini, uiris moderatū permiserit, senibus largiores cōpotationes cōcedit.

Aquilæ senecta, Corydi iuuenta.

LVII

Αετῦ γῆρας, κορύδιου νεότης. i. Aquilæ senecta, Corydi iuuenta. De uiuida, uiridiq̄ senecta, quæ præstantior sit, aliquorū iuuenta. Nam anus aquila, præstat Corydo auiculæ, etiam ætate integra. Citra allegoriā extulit Euripides in Andromache πολλῶν νέων γῶ, καὶ γέρον ἐύχρηστος ἢ κρείσσων. Multis enim iu uenibus antestat senex, Cui mens adest generosa.

Camelus uel scabiola compluriū asinorū gestat onera.

LVIII

κάμηλος ἢ ἰσχυρῶσα, πολλῶν ὄνων ἀνατίδεται φορτία. i. Camelus etiam scabiola, complurium asinorum tollit onera. De ijs, qui usq̄ adeo præcellūt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamen sint illis integris. Aut de his, qui rebus parum prosperis, tamen plus ualent, ob pristinae fortunæ reliquias, q̄ alij rebus integris.

Palinodiam canere.

LIX

παλινωδῆς. i. Palinodiam canere, est diuersum ab ijs, quæ prius dixeris dicere, atq̄ in contrariū uertere sententiā. Translatū est a Stesichori Lyrici poetæ facto. Cuius meminit Plato in Phædro. Is cum Helenā carmine uituperasset, oculis orbatu est, intelligens autem Achille (sic ut scribit Pausanias) Helenæ iussu nunciante, cæcitatē suæ causam, p̄tinus palinodiā cecinit, Helenāq̄ prius uituperatā laudauit, itaq̄ uisum recepit. Hunc Socrates iocatur sese uelle imitari, & amoris uituperati, prius canere Palinodiam, q̄ orbetur oculis. Sonat autē græce, παλινωδῆς, quasi dicas recantationē. Quo quidē uerbo Flaccus usus est in Odis, promittēs Palinodiam amicæ, quā cōtumelioso carmine puocarat. Dū mihi fias recantatis amica Opprobrijs, animūq̄ reddas. Diuus Aurelius Augustinus ad Hieronymū. Quare arripe obsecro te, ingenuā & uere Christianā cū charitate seueritatē, ad illud opus corrigēdū atq̄ emēdandū, & Palinodiā, ut dicis, cane. Deinde alludens ad Stesichori fabulam. Incōpabiliter em̄ pulchrior est, inquit, ueritas Christianorū, q̄ Helena Græcorū. Pro ista enim fortius nostri martyres aduersus hanc Zodomā, q̄ p̄ illa illi Heroes aduersus Troiā dimicauerūt. Neq̄ ego hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias, quos absit ut amiseris, sed ut aduertas, quos cū habeas sanos & uigiles, nescio qua dissimulatiōe auertisti. Ad quæ quidē respōdens Hieronymus, Sed si mea cōminus dicta rephēdas, inquit, & rationē scriptorū expetas, & quæ scripserim, emēdare cōpelas, & ad Palinodiā puoces, & oculos mihi reddas, in hoc lædiſ amicitia. Verū de hac Palinodia Augustinus ipse postea p̄modū Palinodiā canit, scribēs Hieronymo sese de Stesichoro, ineptius, q̄ literatius addidisse. M. Tullius ad Atticū. Expēcta Palinodiā diuina. Uturpauit hoc adagium nominatim puerbū iuce Ioannes Chrysoſtomus. Itē Plato in epistola ad Dionysiū tertia.

Vertere uela, Fūnem reducere.

LX

Vertere uela, est in diuersum mutare sententiā, uitāq̄ institutū. Horati⁹ in Odis, Nūc, retrorsum Vela dare, atq̄ iterare cursus Cogor relictos. Trāslata metaphora a nauigantib⁹, q̄ cursus

errorē uerſis uelis corrigūt. Hāc Perſius in qnta Satyra, nō nihil nouans, Funē reducere dixit, pro eo, quod eſt inſtitutū mutare in diuerſum. Quæ dederā ſupra, repeto, funemq; reduco.

Venia primū experiēti.

LXI

Συγγνώμη πρῶτῳ πέρῳ. i. Venia primū experiēti. Refertur a Diogeniano, Ignoscendum ijs, qui rudes nouo quopiā in negotio incipiunt uerſari, ſiquid per imperitiā peccarint. Fertur & hoc Συγγνώμη τῷ πρῶτῳ ἀμαρτάνοντι. i. Venia primū delinquenti. Pindarus in Hymnis, τὰς δὴ ἀμωλακίας φερεπόνους dixit, quod iteratū facinus, nō oporteat impunitū eſſe.

Euripus homo.

LXII

Εὐριπὸς ἄνθρωπος. i. Euripus homo. In incōſtantes, ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrabit & in fortunæ uices, quæ res mortaliū, uelut æſtu quodā ſurſum, ac deorſum iactat, ut recte dixerit Plautus in captiui duo, Dī nos, quaſi pilas homines habēt. A maris Euripi, prodigioſa quadā reciprocādī celeritate, ducta metaphora. Eſt autē Euripus, maris pars, inter Phocidē Bœotiz partē, & Euboiam inſulam, cuius meminit Strabo libro nono, & Plinius libro ſecūdo. Et quorundā tamē, inquit, priuata natura eſt, uelut Taurominitani Euripi, ſæpius, & in Eubœa ſepties die ac nocte reciprocātis, tam rapida cōuerſione, ut quæadmodū autor eſt Pōponius Mella, uētos, ac etiā plena uentis nauigiā, ſecū portet. Neq; dū huius, tam ſtupēdæ rei cauſa ſatis idonea perueſtigata eſt a ſcriptoribus. Etiamſi Titus Liuius, ſecundi belli punici libro octauo a uētis quibuſdā illic flantibus, ita rapi credit. Seneca in Hercule Oetæo. Euripus undas flectit inſtabilis uagas, Septēq; ruriſ flectit, & totidē refert, Dū laſſum Titan mergit Oceano iubar. Bœotius itcm, Exæſtuantis more fertur Euripi. Cicero pro Plautio. Quod fretum, quē Euripū, tot motus, tantas, tā uarias habere creditis agitatioēs, cōmutationes, fluctus, quātas pturbatioēs, & quātos æſtus habet ratio Comitioꝝ. Ob iicit Acſchines Demoſtheni, quod ſubinde cōmutata factione, Euripum ipſum incōſtantia ſua uiciſſet. Vnde Græci Euripiston, hominē incerta fide uocāt. Inuenitur & τύχη εὐριπὸς. i. Fortuna uolubilis. Nihil em̄ hac inſtabilius, & εὐριπὸς διάνοια, quod cogitatio nūc huc, nunc illuc feratur.

Endymionis ſomnū dormis,

LXIII

Ενδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. i. Endymionis ſomnū dormis. In eos quadrabit, qui ſeſe immodico ſomno ſaginant, aut qui diuturno in ocio uerſant, nec ullis ſe negotijs exercent, ſed mollē, feriatāq; agunt uitā. Natū a fabula notiſſima Endymionis, Is erat puer adprime formoſus, ac lunæ adamatus. Cui quidem illa a patre Ioue precibus impetrauit, ut quicquid optaſſet, id ferret. Optauit Endymion, ut perpetuū dormiret ſomnū, Ἀθάνατος κὴ ἀγέρας μύωμ. i. Immortalis p̄ ſeuerās & expers ſenij. Vſus eſt hoc adagio Ariſtoteles decimo moraliū libro, colligens, neq; ocium cōuenire Dīs, neq; ruriſ ullam aliam actionē illis dignā uideri, præter cōtemplationem. Porro cū cōſtet inter omnes, illos uiuere, conſentaneū eſt eorū & agere quippiā. Neq; enim, inquit, oportet eos Endymionis, ut aiunt, dormire ſomnū. Cicero libro de finibus quinto, diſſerens id maxime nobis inſitum a natura, ut agamus aliquid. Itaq; inquit, ne ſi iucūdiſſimis quidē nos ſomnijs, uſuros putemus, Endymionis ſomnū nobis nolimus dari, idq; ſi accidat, mortis, inſtar putemus. Idem Tuſculanarū quaſtionū libro primo, Quāq; qui leuiorē faciūt, ſomni ſimillimā uolunt eſſe. Quaſi uero quiſq; ita nonaginta annos uelit uiuere, ut cū ſexaginta cōfecerit, reliquos dormiat. Ne ſues qdē id uelint, nō modo ipſe Endymion. Vero, ſi fabulas audire uolumus, neſcio quando in Lamio obdormiuit, qui eſt mons Cariz, nondum opinor eſt experrectus. Ultra Epimenidem dormis.

LXIII

Ἐπὲρ τῷ ἐπιμηνίδῃ κεκοίμησαι. i. Ultra Epimenidis ſomnū dormiſti. In eos diceſ, qui p̄peruū agunt ocium. Historia de Epimenide Cretenſi theologo, extat in noctibus Gellianis, extat & apud Diogenē Laertiū. Is ambulādo feſſus, in ſpecū quēdā ſubierat, illic obdormiuit, nec experrectus eſt eo ſomno, ante exactos annos quadragintaſeptē. Meminit huius Plinius, libro ſeptimo, capite quinquageſimoſecundo, his uerbis, Magna quidē fabuloſitate, quā equidē & in Gnoſio Epimenide ſimili modo accipio, puerū æſtu & itinere feſſum, in ſpecu ſeptē & quinq; ginta dormiſſe annis, rerum faciē, mutationēq; mirantē, uelut poſtero experrectū die. Hinc pari numero dierū, ſenio ingruente, ut tamē in ſeptimū & quinquageſimū, atq; centeſimū uitæ duraret annū. Lucianus in Timone, Ἐπὲρ τῷ ἐπιμηνίδῃ κεκοίμησαι. i. Nam ipſum etiā Epimenidē ſomno uiciſti. Si huiusmodi fabulæ, quæ de Epimenide ſomno uiciſti, ſunt, quædam ſunt, quædam non ſunt. Quædam ſunt, quædam non ſunt.

Matura satio saepe decipit, sera semper mala est.

LXV

Columella de re Rustica scribit hunc in modum. Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sunt, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbiū. Maturā sationē saepe decipere solere, seram nunquam, quin mala sit. Haec tenus Columella. Admonet adagiū in omni negotio maturandū esse, neque paulo satius esse, occupare tempus legitimū, quam serius aggredi. Veluti, si quis admoneat, ut puer tenera adhuc aetate, praceptoribus committat erudiendis. Cōsultius enim antecurere, quam praecursoribus annis, tum demum incipere.

Fames Melia.

LXVI

Λιμός μελιαίας. i. Fames melia. De fame extrema, deque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliae, quod Nicias Atheniensium dux obsedit, expugnauitque non tam machinis bellicis, quam fame. Quidam sic efferunt adagiū, λιμῶ μελίω fame melia. Meminit huius historiae Thucydides in quinto.

Saguntina fames.

LXVII

Saguntina fames, cōsimili ratione in prouerbiū uenit. Historiae meminerunt Titus Liuius, Valerius Maximus, & M. Tullius in Philippicis. Est autē Saguntū Hispaniarum oppidū, iuxta flumen Hiberum, societate, foedereque cōiunctū cū Rhomanis. Id longa poenorum obsidione, fameque eo redactū est, ut ciues extructo in foro igni, quicquid erat preciosarum rerum in eum cōiicerent, ac postremo, seque, suosque liberos eodem praecipitaret, ne uenirent in hostium manus. Aulonius, iam iam peresam, iam Saguntina fame Lucaniacū liberet. Graeci uehementē & intolerandā, famē, quaeque λιποθυμία inducat, βούλιμορ appellant, & βουλιμῶν dicunt, qui animo deficiunt, praesertim ob inedia. Mos erat olim apud graecos famē uirgis ex aedibus eijcere, dicentes, ἔξω βούλιμορ, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίαια. i. foras famem, intro diuitias & sanitatem.

Famis campus.

LXVIII

Λιμῶ πεδίου. i. Famis campus. In ciuitates dicitur, ingenti fame pressas. Est autē locus quispiam hoc nomine. Addunt, cum aliquādo illic summa fame laboraretur, apud Athenienses oraculum admonuisse, ut famem, loco designato, certis piaculis placarent, illi designarunt campū, qui est post aerarium. Atque hinc eum locum famis, famis campū appellant.

Elephantum ex musca facis.

LXIX

Ἐλέφαντα ἐκ μυίας πῆρε. i. Elephantū ex musca facis. i. res exiguas, uerbis attollis, atque amplificas. Lucianus in Muscae Encomio, πολλὰ δ' ἐτι ἔχωρ ἐπιπῆρ, καταπαύσω τὸν λόγον, μὴ κη δ' ὄξω κτλ. ἵδ' παροιμία, Ἐλέφαντα ἐκ μυίας πῆρ. i. Multa adhuc commemorare possem, sed finem dicendi faciam, ne uidear & ipse iuxta tritum prouerbiū, Ex musca elephantū facere. Sumptū uideri potest ex Homero, qui inter praelia Deorum & heroum, muscae improbitatē describit, Cum hac inuictum & acrem bellatorem conferens.

Elephantus non capit murem.

LXX

Ἐλέφας μῦρ οὐχ ἀλίσκε. i. Elephantus nō capit murem. Generosus & excelsus animus, negligit praedas uiles, ac lucella minuta. Vir egregie doctus, nō infectatur minutulos istos literatorum simios. Homo praepotens, nō offendit, iniuriolis tenuium. ~~Καὶ τὸν ἰσχυρὸν οὐκ ἀλίσκε τὸ μικρὸν. Ἐλέφας μῦρ οὐχ ἀλίσκε. Ἐλέφας μῦρ οὐχ ἀλίσκε. Ἐλέφας μῦρ οὐχ ἀλίσκε.~~

Aquila thripas aspiciens.

LXXI

Ἀετὸς θρίπας ὄρωμι. i. Aquila thripas aspiciens. De magnis, qui, pusilla negligunt. Est ὄρωμι, auicula quae πῖα minutissima, quā aquila cū uideat, ut est oculatissima, haud tamē dignat̄ persequi, utpote praedam unguibus suis parū dignā. Ad hunc quidē modū in cōmentarijs graecorum, uerum haud scio, an mendose. Nam Thripas reperio uermiculi genus esse.

De Pilo pendet, de filo pendet.

LXXII

Ἐκ τριχός κρεμάτη. i. De Pilo pendet, De re uehementē periculosa. Videat̄ natū ab historia illa Dionysij tyranni, propter gladiū de pilo in caput impendentē. Ad quod alludit Persius Satyra tertia. Et magis auratis pendens laquearibus ensis, Purpureas subter ceruices terruit. Citat̄ hic uersiculus apud Macrobiū libro Saturnalium primo, ex Ennianorum annalium libro tertio, Hac nocte filo pendeat̄ Hetruria tota. i. uersabit̄ in summo discrimine. Hoc dicto nō est aliud hodie uulgo tritius. Synesius in epistola quadā, Ἀπὸ λεπτοῦ φασί μίτην τὸ ζῆλον ἄστῆος. i. Aiuu u

tam de tenui pendere filo, Eodem pertinet dictū illud Laconicū, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, Nam cum quispiam Lampen Aeginitam efferret, tanq̄ lōge ditissimū, p̄pterea quod multa possideret nauigiā. Lacon quidam, οὐ προσέχω ἔφη τῆ ἐν Δαίμοι νίκα ἐκ χροινίωμ ἡρτημύη. i. Nihil, inquit moror felicitatem de funiculis pendentē. Nimirū innuēs nauticas opes incertas esse, ac fortunæ ludibrijs obnoxias.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

LXXIII

Est uersus prouerbialis apud Horatiū in epistolis, dicēdus in eos, qui ad insaniā usq̄, impudentes, nō uerent̄ & cōfessa negare, & manifesto falsa pro certis affirmare. Deniq̄ quiduis dicere, ne uicti in disputando uideant̄. Qualem Plato inducit Sophistam Euthydemū, qui canem aiebat suū patrem esse, & eundē patrē omniū, & omnes omnia scire, atq̄ id genus portēta pertinaciter, ne coargueret̄, asseuerabat. Carmen Horatianum est huiusmodi, Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Nimirum inter sanos cōuenit, & nucem corticem habere durum, & baccam oleæ, lapillum intus durum. Proinde ludit operā, quisquis, cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucē tenebras, & tenebras lucem, ut ait uates ille diuinus.

Iupiter orbis.

LXXIII

Ζεύς ἄγρονος. i. Iupiter orbis, ubi quis palam falsa asseuerat. Constat enim Ioui q̄ plurimos esse liberos, utpote Deo longe mulierosissimo, salacissimoq̄, qui non una tantū corporis parte gignat, sed e foemore Bacchum, e cerebro Palladē produxerit.

In mari aquam quæris.

LXXV

Ἐν θαλάσῃ ζητᾷς ὕδωρ. i. In mari quæris aquā. Ibi quæris, perinde quasi difficile inuentu, ubi nihil aliud occurrat, ueluti, si quis in moribus scelestissimi hominis, unū aut alterū admissum uestiget, cū tota uita sit cōtaminata, aut si quis in scriptoribus indoctis, pauca captet, quæ reprehendat, cū nihil occurrat nō reprehendendū. Martialis, Si memini, per mare, inquit, quæris aquam.

Fluuius cum mari certas.

LXXVI

ποταμός θαλάσῃ ἐρίζεις. i. Fluuius cū mari certas, ubi minimi cū maximis certamē suscipiūt. Est aut̄ locus q̄sp̄iā, ut autor est Suidas in Leontide, cui nomē ποταμοί. i. Fluuij. Huius incolæ ποταμοί, quasi fluuiales dicunt̄. Hi notati sunt, quod q̄ plurimos in suā ciuitatē adscriberēt, quos ea nō satis cōmode caperet. Atq̄ hinc, puerb̄ ij iocus, quod cū fluuius esset. i. locus nō admodū amplius, mare uideret̄ æmulari, cū omēs, undecūq̄ in sese reciperet.

Balbus balbum rectius intelligit.

LXXVII

Balbus balbum rectius intelligit. i. Barbarus barbari orationē. Ita enim natura cōparatum est, ut qui balbutit, hoc est, parū expedite loquit̄, melius intelligat sermonē illius, qui & ipse cōsimili modo balbutiat, q̄ qui integre & articulate loquat̄. Cōcinne dicit̄ in eos, quibus indoctis, indocta magis & nota sunt, & placēt. Diuus Hieronymus hoc adagio monachi cuiusdā stultitiā tangit, haud scio, festiuius ne, an acrius, & iccirco, inquit, se eruditū putat, quia Iouiniā nū solus intelligit. Est quippe prouerbiū, Balbū melius balbi uerba cognoscere. Hæc ille. Porro Iouiniani stilum, ut portentuosum & uehementer obscurum, idem Hieronymus miris salibus deridet, in præfatione librorū, quibus illius coarguit errores.

Herbam dare.

LXXVIII

Herbam dare, p̄ eo, quod est, uictorē agnoscere, ac se uictum fateri, passim obuiū est apud doctos. Inde sumptū, quod (ut est author Festus Pompeius) Id erat pastoralis uitæ indicium, p̄pterea quod antiquitus, cursu, aut alio quopiā certamine superati, herbam ex eodē statim loco decerptam, aduersario porrigebant, uictoriæ agnitæ symbolū. Plinius libro, uigesimo secūdo, capite quarto, loquēs de corona obsidionali graminea. Dabat̄, inquit, uiridi e gramine, decerpto inde, ubi obsessos seruasset aliquis. Nāq̄ summū apud antiquos signum uictorie erat herbā porrigere uictos, hoc est, terra & altrice humo, & humatione etiā cædere. Quē morē, inquit, etiā nunc durare apud Germanos scio. Idem libro octauo, capite quinto, de elephāte, Mirus nāq̄ pudor est, uictusq̄ uocē fugit uictoris, terram, ac uerbenas porrigit. Festiuius autem erit adagium, si ad literariam uictoriā transferatur.

Dare manus.

LXXIX

Simili figura dixit Horatius, Dare manus, p̄ eo, quod est se uictū agnoscere. Nā qui se uictori dedunt, ne interimant̄, ultro manus ad uincula offerūt. Horatius in Odis. Iamīā efficaci do manus sciētīæ. M. Tullius in sermone de amicitia, Ad extremū det manus, uinciq̄ se patiat̄.

Vt canis e Nilo.

LXXX

u

Qui leuiter, ac uelut obiter artem quampiã, aut authorẽ deguſtat, hi ceu canis e Nilõ deguſtare dicenſ. Id adagiũ natum eſt ex apophthegmate quodã, cuius meminit Macrobius Saturnaliũ libro primo. Id eſt, huiusmodi. Poſt fugam Mutinenſem, quærẽtibus quid ageret Antonius, quidam familiaris eius reſpondit, Quod canis in Aegypto, bibit & fugit. Nam in illis regionibus conſtat canes raptu Crocodilõrũ exterritos, bibere & fugere. Solinus ait eos non niſi currentes lambitare, ne deprehendantur.

Hañtam abijcere.

LXXXI

Hañtam abijcere, dixit. M. Tullius in oratione pro Muræna, pro eo, quod eſt, cauſã diffidere, & cõtentionẽ relinquere. Tranſlatum a militia. Deſperat enim, quiſquis arma in bello abijcit, & aut fugam ſpectat, aut mortem expeçtat. Græci ſimplici uocabulo, $\xi\iota\lambda\alpha\omega\iota\delta\alpha\varsigma$ uocant, timidos, & in bello fugitiuos, nimirum ab Clypei iactu. Id cognominis Demoſthenes in prælio quodam emeruit, tam ignauus in bello, quã in concionibus inuictus. Cleonymus apud Ariſtophanẽ in Fucis, $\alpha\omega\iota\delta\alpha\pi\beta\lambda\eta\varsigma$ appellat. Plato libro de legibus duodecimo declarat, $\xi\iota\lambda\alpha\omega\iota\delta\alpha\varsigma$ nomen multo probroſiſſimũ eſſe.

Harena cedere.

LXXXII

Cõfine eſt his, Harena cedere, p deſistere a certamine, & uictoriã ultro cõcedere. Tranſlatũ a pugna gladiatoria. Sic & Horatius. Iam Scythæ laſſo meditant arcu, cedere campis.

In harenam deſcendere.

LXXXIII

In harenam deſcendere, pro eo, quod eſt certamen inire. A gladiatoria item harena tranſlatũ, de qua Flaccus, Ne populũ extrema toties exoret harena. Quæ ſi ad rem animi transferantur, metaphorã habebunt prouerbialẽ. In exemplis referẽdis, quoniã paſſim obuia ſunt, nõ arbitratus ſum, uel immorãdum mihi, uel remorandũ lectorem.

Auſtrum perculi.

LXXXIII

Auſtrum perculi. i. operam luã, eſt apud Plautũ in Epidico. Quo quidẽ adagio non grauatus eſt uti Paulus in epiſtolis ſuis. Aer enim uerberantis icctum, cedens eludit. Sumptũ uideri poteſt, uel ab ijs, qui exercenſ ad artem gladiatoria, enſem per acra uentilantes, Vel ab hiſtoria, cuius meminit Gellius de gente quadã, quæ cum hoc uento bellum geſſit.

De facie noſſe.

LXXXV

De facie noſſe, eſt leuiter cognitũ habere, quaſi quẽ ſemel, atq; iterũ uideris duntaxat, non quẽ ſiſ familiariter uerſatus, id ſi transferat ad res animi, fiet uenultius. M. Tullius in Piſonem, Habet hoc ipſa uirtus, quam tu ne de facie quidem noſti. i. ne tenuiter quidem.

Ne umbram quidem eius nouit.

LXXXVI

Simillimũ & huic illud, quod uſurpat. M. Tullius in epiſtolis ad Atticũ libro ſeptimo, O hominẽ amentẽ & miſerũ, qui ne umbrã quidẽ, $\tau\omicron\kappa\alpha\lambda\omicron\upsilon$ uiderit. Plutarchus $\omega\epsilon\rho\iota\ \pi\lambda\upsilon\phi\iota\lambda\iota\alpha\varsigma$, Memnandrũ citat, qui beatũ dixerit cum, qui uel $\sigma\mu\iota\alpha\mu\ \phi\iota\lambda\omicron\upsilon$. i. amici umbram habeat. Et apud Athenæum, Paraſitus quiſpiã, panes rancidos & atros in cõuiuũ illatos, $\acute{\alpha}\rho\tau\omega\mu\ \sigma\mu\iota\alpha\varsigma$, appellauit, quaſi Manes paniũ, nõ panes. Quãquã adagiũ magis uideretur ductũ ab antiqua pictura, quærẽ dũtaxat umbris ruditer reſentabat. Et nota eſt ſpecus Platonica, in qua qui deſident, rerum umbris oblectantur.

Nomine tantum notus.

LVXXVII

Huic ſimillimũ eſt illud Horatianũ, in ſermõibus, Accurrit quidã notus mihi noie tantũ. Nã hoc quoq; prouerbio uulgu tenuẽ quandã ac uulgare noticia ſignificat. Atq; id etiã plus habebit Veneris, ſi ad res animi traducat, ut ſiquis dicat philoſophiã alicui, uix etiã nomine cognitã.

Prima facie, prima fronte.

LXXXVIII

Sapiunt hæc quoq; prouerbiũ, maxime, cũ ad res incorporeas referunſ, Prima facie, prima fronte, pro eo, quod eſt primo obtutu, & priuſquã preſſius, ac diligẽtius cõſyderes. Fallit enim plærũquã primus ille aſpectus, neq; raro caligant oculi, pudore quodã. Deinde iterũ, atq; iterũ cõtẽplati pſpicimus quædã, quæ nos antea feſellerant, & primũ illud oculorũ iudiciũ quaſi recantamus. Vtitur hoc adagio Plato in Sympoſio, cũquã hoc complures Latini.

Intus & in cute.

LXXXIX

Intus & in cute notus, eſt modis om̄ibus cognitus, perinde quã ſi dicas foris, atq; intus notus. Perſi. Ad populũ phaleras, ego te intus & in cute noui. i. alijſ fucũ facito, mihi plane notus eſ, neq; potes impoſturã facere. Et ſummã cutẽ primã illam rei quaſi frontem, ac ſpeciẽ uocam. Aulonius in præfatione in periocha Homeri, Hæc eius ſpecies apparet, ſummã cutem primã

operis intuenti. Et Horatius, Introrsum turpis, speciosus pelle decora.

Domestice notus.

Simili figura dixit Lucianus in Pseudologista, *Ανδρὶ ἐλευθέρῳ, ἢ οἴκοθεν σε ἀκριβῶς εἰδόντι. i. Viro libero, & qui te ex domestico cōuictu cognitū habeat. Id erit uenustius, si ad res animi traducaſ, ut si quis dicat artē Rhetoricā οἴκοθεν alicuī notam. Eiusdē generis est Plinianū illud, in epistola ad Attiū Clementē. Hūc ego, in Syria cū adolescētul^o militarē, penitus & domi inspexi.*

A limine salutare.

Huic pene diuersum est, A limine salutare. Plurimū uenustatis obtinebit & hoc, si ad res in corporeas deflectat. Veluti, si quis dicat Theologiā a limine duntaxat salutasse, qui uidelicet neq; ualde diuturnā, neq; præcipuā operā impenderit, sed rudimēta modo degustarit. Seneca epistola quadragesima nona, Nec ego nego p̄spicienda ista, sed p̄spiciēda tantū, & a limine salutāda. Agit de dialecticorū argutijs, quas abūde satis existimat leuiter attigisse. Translatū a uulgaribus istis amicis, qui nō admittunt in penetralia, sed p̄cul atq; a limine salutant, ac deinde discedunt.

Primoribus labijs degustare.

Primoribus labijs degustare, est breuiter quippiā attingere. Ducitū ab his, qui cibū, aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachū trāsmittētes. Cicero pro Coelio, Equidē multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modo, qui primoribus labijs gustassent genus hoc uitæ. Quintilianus libro duodecimo, Sed hoc transeo, de quo neminē, qui literas uel primis, ut aiūt, labijs degustarit, dubitaturū puto. Procopius Sophista in epistola quadā, *πάλιν δὲ ταύτην ἐμεμφόμην, εἰ τοσοῦτου γεύσασθαι πράγματε ἀκρῶ δακτύλῳ φασίμ, εἶτα τῷ ἡδονῆν ἀφαιρήσεται. i. Rursum hinc stomachabar, si cū tantā rem, summo, ut aiūt, digito gustasset, deinde uoluptate spoliaret.* Quibus in uerbis illud noue dictū, quod digito gustū tribuit, nisi hoc seussit, qui leuiter degustant, eos rem degustandā, summo digito admouere linguæ.

Summis labijs.

Summis labijs Græci paulo diuersius usurpant, nempe cū quis uerbis duntaxat simulat gratiam, nō autē ex animo facit. Lucianus in Apologia, *καὶ ἀπ' ἀκροῦ χείλους φιλοσοφῶμι. i. Ac summis labijs philosophū agens. Item in Dialogis amatorijs, ἐπ' ἀκροῦ τοῦ χείλους τοὺς ὄρκους ἔχουσι, id est, Summis in labijs, iurandū habētibus. De amatoribus loquit, qui uenereū iurant iurandū, nō ex animo. Ad eundē modū diuus Hieronymus in epistola ad rusticū monachū, Ut non leui, inquit, citatoq; sermone, & (ut ita loquar) summis labijs hospites inuitemus. Hic aulicis & ciuilibus quibusdā mos est, polliceri omnia, Sed uerbis illis solēnibus, quibus nemo, uel tantulum cōmouet, nisi egregie stultus.*

Extremis digitis attingere.

Huic germanū est, extremis attingere digitis, pro eo, quod est leuiter attingere, quod ita demū adagiū uidebit, si metaphora accesserit. M. Tullius in eo loco, quē modo citauī, Equidem multos, & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modo, q primoribus labijs gustassent genus hoc uitæ, & extremis, ut dicit, digitis attigissent, sed qui totā adolescentiā uoluptatibus dedissent, emeruisse aliquādo, & se ad frugē bonā, ut dicitur, recepisse. Græci lic efferunt, *ἡδ' ἀκρῶ ἀφ' ἀδὲ δακτύλῳ. i. Summo cōtingere digito. Translatū uideri potest, a lucētibus. Nam Græci uocāt ἀκροχερὶ ζεῶς colluctari cū quopiā, citra reliqui corporis cōgressum, sed summis duntaxat digitis. Lucianus in Dæmonactis uita, οὐδὲ γὰρ τῷ παρομιίᾳ, ἀκρῶ ἡδ' ἀφ' ἀδὲ δακτύλῳ ἀφάμεν. i. Neq; summis, ut aiunt, digitis attigerat. Euripides hyperbolen citra metaphorā usurpauit, in Iphigenia Aulidensi, οὐχ ἀφ' ἑστῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνωνος ἀναξ, οὐδ' εἰς ἀκρῶν χεῖρα. i. Haud filiā cōtinget Agamemnon tuam, Non uel manu primore.*

Dimidiū plus toto.

πλέον ἤμυσι πάντες. i. Dimidiū plus toto. Aenigma puerbiale, quo cōmendat aurea mediocritas. Refert & exponit a Platone, libro de legibus tertio, *Ἄρα οὐκ ἀγνοήσαντες, τὴν ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα ὡς ἤμυσι τὸ πάντες πᾶσις ὅτι πλέον, ὅπου ἂν ἢ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν, ζήμιώδες, τὸ δὲ ἤμυσι μέτριον, τότε τὸ μέτριον τὸ ἀμέτρου πλέον ἡγήσασθαι, ἀμεινον ἢ χείρον. i. Nōne, quod ignorauerint Hesiodū rectissime dicentē, dimidiū sapenūmero plus esse, q̄ totū. Videlicet cū totū accipe notū fuerit, dimidiū aut moderatū, ibi moderatū immoderato plus esse duxit, utpote quod sit deteriore melius. Ad eundē modū enarrāt Hesiodi interpretes, nimirū in toto significatā esse, τὴν πλεονεξίαν, in dimidio τὴν ἰσότητα. Siquidē q̄ dimidio cōtētus est, is in medio cōsistit, cōtra, quisq; ad totū usq; p̄gredit, is mediocritatē prætergressus, ad extremū pueniat, oportet. Me-*

u 2 minit

minit eiusdē adagij & libro de Rep. quinto Pittacus apud Laertiū, ubi se spōte abdicasset mā gistratu, agri sibi a Mytilenæis relicti, dimidiū resecurit, autore Socrate, aiens, dimidiū præstabilis esse toto. Idē pecuniā a Cræso missam reculsit, respōdēs sibi dimidio plus esse, q̄ uel lect. Carmen extat apud Hesiodū libro primo, operis cui titulus εργα ή ημέραι. Scribit enim ad fratrem Persam in hunc modū, ηδ' η μέρ γ' κλήρομ ἐδ' αωάμεθ, άλλα τε πολλά Αεπάζωμ ἐφόρεις μέγα κυ δ' άντων βασιλῆας Δωροφάγους, οί τήνδε δ' ἴκμη ἐδέλουσι δ' ἰκάσαι Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιμ, ὅσω πλέον η̄μυσι παν τ̄ς οὐδ' ὅσομ ἐμ μαλακῆ τε η̄σασφ' ἐλω μέγ' ὄναρ. Quos uersus utcūq̄ uertimus ad hūc modū:

Iāq̄ patris nobis erat herciscūda facultas, At tu ultra sortē rapiebas plurima, reges Don/ uoros tibi cōcilians, q̄ soluere litē hāc Affectant, uerū stultī nescire uidentē Dimidiū q̄ sit to to præstātius, & q̄ Magna sit utilitas, malua, asphodeliq̄ uirentis. Quid aut sit asphodelus, uideēt olim parū inter eruditos cōstitisse. Quādoquidē Au. Gellius lib. decimo octauo hanc quæstionē in studiosorū cōuiuījs p̄positā fuisse prædicat, tāq̄ de re paucis cognita. Theodo- rus alicubi uertit Albucū. Quod autē ad huius adagij ptinet enarrationē, ex multis Luciani locis colligere licet, asphodelū herbam esse ptæbeiciā, ac uilem, atq̄ hac uicitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quinetiā apud Theocritū Idyllio septimo, asphodel' in/ ter rusticanas herbas cōmemorat, κνήζατ' ἰσφοδέλω τε πλυγνάμπῳ τε σελίνω. Proinde poeta, re gum, ac locupletū immoderatos luxus taxat, illorū fastibus, populariū mediocritatē antepo/ nens. Plutarchus itē in cōuiuīo septē sapientū locū hunc Hesiodiū putat ad frugalitatis admo/ nitionē esse referendū. Suidas ex euētū natā parœmiā existimat, huiusmodi quandā adferēs fabulam. Duo fratres erant, quorū alter mories, fratri testamēto mandauit, & filij quē pupillū relinquebat tutelā, & facultatū illius p̄curationē. At is cū esset eiusmodi, cuiusmodi uulgo sūt homines, nimirū ut plus apud eū ualeret lucrū, q̄ pietas, pueri res occupare conat, idq̄ dum molit, etiā sua pdidit. Deinde postulanti, ut sui ratio haberet, quo posset in locū meliōrē resti/ tui, respōsū est ad hūc modū, Νήπιος οὐκ ἐνόησεν ὅσω πλέον η̄μυσι παν τ̄ς, i. Dimidiū, q̄ sit toto præ stātius istud Haud nouit stultus. Itaq̄, puerbiū trifariā licebit usurpare, uel cū mediocritatē il/ lam uere aureā efferemus, citra quā nihil est in rebus humanis, nec honestū, nec iucundū, nec laudatū. Mediocritatē aut oportunitate metimur, quē ad modū Hesiodū imitatus ait Pinda/ rus επειτ' δ' ἐμ ἐκάσω μέτρομ, νοῆσαι δὲ καιρός ἀριστος, i. Adest unicuiq̄ rei modus, ad eū cognoscēdū optima oportunitas. Etenim p̄ loco qd̄ alias nimīū est, alias erit parū. Altera utē di ratio fuerit cū æqualitatē antefereamus, quā Pythagoras dixit amicitiaē, tū parentē, tū altricē, cōtra in æqua/ litatē discordiarū, bellorūq̄ matrē, id, quod elegāter extulit Euripides in Phœnissis, κείνο κάλ/ λιον τέκνον, ἰσότητα τιμᾶμ, ἢ φίλους ἀει φίλοις, πόλις τε πόλει, ξιμμάχους τε ξιμμάχοις Σωδ' ἔτ' ἴσομ, νόμιμον ἀνθρώπις ἔφυ τῶ πλέονι δ' αἰεὶ πλέμιον καθίσταη τούλασομ, ἐχθρᾶς δ' ἡμέρας κατὰς χετη, και γ' μετ' ἀνθρώπις η̄ μέρ σαθμῶμ, ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸμ δ' ἰώρισε, Νυκτὸς τ' ἀφεγγὲς βλέφα ρομ, ἡλιουτε φῶς, ἴσομ βαδ' ἴσημ τ̄μ ἐνιαύσιον κύκλον κούδ' ἔπερομ αὐτ̄ιμ φθόνομ ἔχει νικᾶμενον εἰθ' ἄλ/ ος μέρ, νύξ τε δουλεύει βροτῆς .i. Illud nate fuerit pulchrius, Aequalitatē amplecti, amicos hæc em̄ Glutinat amicis semp, urbes urbibus, Sociosq̄ socijs nec̄tit. Etenim æqualitas Cū legibus respōdet, atq̄ cōcinit. At quod minus sit, cū hoc qd̄ est plus, præliū Vtq̄ habet, & hinc dis/ cordiarū exordia, Sigdē modos cūctorū, & æquilibria, Aequalitas mortalibus præscripsit, & Præfinijt numeros, & atræ noctis, ac Lucis diurnæ secuit hæc discrimina Vt annuū aq̄s uicibus exigāt simul Orbē, nec altera alteri unq̄ inuiderit Superata. Deinde noxq̄, solq̄ ser uiuūt Mortalibus, & reliqua. Tertia utē di ratio, siquādo deterrebim' ab inferēda iniuriā, sua debimusq̄ satius esse iuxta Platonis sententiā, iniuriā in sese admittere, q̄ inferre alteri. Nam id sibi uelle puerbiū hoc demōstrat Plutarchus in cōmētario de audiēdis poctis.

Serpentis oculus.

οφθαλμῶμα. i. Serpētis oculus. De his dici consueuit, qui acribus & intentis intuerentur ocu/ lis. Ab animante sumpta metaphora.

Ne moueto lineam.

μη κίνα γραμμῆμ. i. Ne moue lineam. Pindaricorum Hymnorū enarrator exponens cum lo/ cum, οὕτω δ' ἐδ' ἴδου λίβυς ἀεμάζωμ κόρα νυμφίον ἄνδρα, πτ' ἰ γραμμᾶ μέρ αὐτᾶμ σασι, Loquitur autē de Antæo, qui iuuenibus desponsam filiam extrema statuerit linea, ut qui primus ad eam cur su peruenisset, is uxorem abduceret domū, recenset huiusmodi prouerbiū, μη κίνα γραμμῆμ. i. Ne moueris lineā, idq̄ translatū existimat a more ueterum, qui metam ducta linea signabāt, in qua præmiū propositū erat, quod auferret uictor, Ducebatur autem & altera linea pro car/

ceribus, quemadmodū alibi diximus, unde cursus erat initium. Igitur utraq; linea prouerbij ministravit occasionem ἀπὸ γραμμῆς, i. ab ipso initio, & μή κίνα γραμμῆς, i. ne moueas metam. Significat autem non esse mutandas leges, neq; prætercundos fines rerum præscriptos. Huc peculiarius pertinet Theocriticū illud. ἐν βωκολιάσαις, ἢ τῶν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον, i. Atq; a linea lapidem mouet. Alludit ad flumē Galatææ, saxum aliquod ab extrema ripa secū auferens. Est & sacra linea in tesserarū lusu, de qua dictum est alias.

Eandem tundere incudem.

XCVII

Eandem incudem assidue retundere, est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseverare. Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus, atq; ita tandē aliquando ferri rigorem, perpetuo labore uincuntibus. M. Tullius libro de oratore secūdo. Ego autem siquē nūc plane rudem institui ad dicendū uelim, his potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem die, noctuq; tundētibus. Cōueniet in grāmatistas, ac literatores, quibus sine fine eadem sunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando.

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.

XCIX

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. Hunc uersum Crassus orator usq; adeo uulgo iactatū ait, ut Tarracinā passim in omnibus parietibus inscriptus uiferetur. Fabula unde natū est adagium, sic habet. Memmius quidam Rhomanus cum ageret Tarracinā in mulierculā quandā deperibat, sed nō citra riualet. Cum hoc igitur cū aliquando rixa incidisset, eo iracūdiā prouectus est Memmius, ut Largij, nam id riuali nomen, brachium mordicus arripere. Ea res posteaq; in popularem abiit iocum, faceti quidam & φιλόγελοι senarium hunc in omnibus eius urbis parietibus quinque literis notarunt, depictis tribus. LLL. & duobus, MM. Videlicet ut aduenis perconctandi ministrarent occasionem. Itaq; cum M. Crassus Tarracinā aliquando uenisset, admiratus nouū literarū anigma, senem quendam oppidanū perconctatus est, quidnam sibi uellent eiusmodi literarū. Atq; is exposita fabula, uersiculum explicuit. Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. Huius rei mentionē fecit. M. Tullius libro de oratore secūdo. Tametsi L. Cæsar, qui hæc loquitur apud Ciceronē, existimat narrationē hanc totam in Memmium aduersariū, dedita opera confictam fuisse.

Cicada uocalior.

C

τέτιγος εὐφωνότερος, i. Cicada uocalior. Dicebatur in hominē impendio garrulum, aut admodum musicum, propterea quod hoc insectum rore duntaxat uiuens, cantu potissimū delectetur. Et puellas quasdā, ita musicæ deditas, ut neglecto cibo, peritura fuerint inedia, in cicadas a dijs mutatas, narrat apud Platonē Socrates.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA DECIMA.

ΑΝΤΙΠΕΛΑΡΓῆΜ.

I



ΑΝΤΙΠΕΛΑΡΓῆΜ. Apud Græcos est mutuam officij uicem rependere, maxime nutritandi, fouendiq; eos, a quibus aliquādo fueris enutritus, aut institutus, ut si liberi parentes atate fessos uicissim alant, foueantq;, aut si discipulus præceptorem inuicem erudiat. A ciconiæ natura sumptū, quæ Græce pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis symbolū obtinet. Extat enim lex pietatis magistra, quæ edicit, ut liberi parentes alant, aut uinciant. Ad id respexisse uidet̄ Homerus Iliados. Δ. cū ait, οὐδὲ πικρῶσι θρέψα φίλοις ἀπέδωκε, μιωθάδιος δὲ οἱ αἰώμ. i. Nec nutritandi officium genitoribus unquam persoluit caris, breue at illi cōtigit æuum. Eodem allusit Euripides in Oreste, καὶ μὴ τίνος ἔσθ' ἄμ τῆ τερμκκία τροφᾶς, i. Atqui rependet mortuæ alturæ uicē. Hanc itaq; legē, quā pleriq; etiā mortales negligunt, sola Ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidē reliqua tantisper amant, agnoscūtq; parctes, dū egent illorū ad nutritionē opera. Vna Ciconia, parentes senecta defectos, uicissim alit, & uolandi impotentes, humeris gestat, Quorum posterius laudat̄ in Aenea, cui inde Pij cognomen, Alterū miris laudibus fertur in puella, quæ matrē carptiua cōplureis dies, suis uberibus aluit. Hanc ob causam, ut autor est Suidas, antiquitus in regū summo sceptro Ciconiæ figura ponebat̄, in imo hippopotamus, ut ipso gestamine admodum nerenē, pietatē plurimi facere oportere, uiolentiā cohibere. Nam hippopotamus animal efferrum est, ac uiolentiū. Atq; adeo impium, quippe quod interfecto patre, matrē inuit, teste Plutarcho in cōmētario, cui titulus, Vtra animantia sint prudentiora, terrestria, an aquatilia. Laborāt

u 3

infamia impietatis & uiperæ, quod perfracta matris aluo nascatur. Item scorpiones & araneæ, qui post incubat⁹ officiū, a suis foetib⁹ interimunt. Testis Aristoteles libro de natu. anima. q^o to. De Ciconiarū pietate Plinius li. decimo, capite uigesimo tertio, testat^r his uerbis, Ciconia nidos eosdē repetūt, Genetricū senectā inuicē educant. Eodē allusit Crates Cynicus, scribēs Hipparchiæ uxori de filio nato, cū pollice sibi curæ futurū, ut illū matri Ciconiā p Cane remittat in senecta. Canes em̄ uocant Cynicæ sectæ philosophi. Significat igif puerū fore piū, q parentē iā decrepitā mutuo foueat. De Ciconiarū pietate meminit & Aristophanes in aui bus, *ΑΛΛ' ὄξιν ἡμῖν πῖσιμ ὄρνισιμ νόμος παλαιός, ἐμ πῖς τῶν πελαργῶν κύβεσιμ. ἐπὴν ὀπατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπεϊκσίμους πάντας πρὶς τὴν πελαργιδεῖς ἔεφωμ, Δεῖ τὴν νεοτῆος τὸν πατέρα πάλυμ ἔεφειμ.* Nobis quidē auib⁹, puetusta lex uiget, Ciconiarū inscripta tabulis, ut simul, Ciconia parēs educauerit suos, Ciconiadas, ut iā uolucres euaserint, Pulli uicissim, nutriāt patrē suū. Vtī eodē Plato in Alcibiade primo. Sed nemo pfecto uenustius, nemo felicius, q̄ Angelus Politian⁹, in quodā Epigrāmate, *κοῦτι γε θαῦμα εἶγε νεοί τῶν γαῦν ἀντιπελαργέομεμ .i. si nos Latini olim Græcorū literis educati, nūc Græciā uelut anū, atq̄ effoetā, uicissim suas doceam⁹ literas.* Porro huiusmodi officiū, qd liberi uicissim in parētes collocāt, Græci unico uerbo dicūt, *γρηβοσκῆμ.* Exstat in hāc sententiā huiusmodi senarius, *ἰκανῶς βιώσας γρηβοσκῶμ τὴν γονεῖς, .i. Viuax eris, senes parētes cōfouens.* II

Tenorem rei progressum uocant. Vnde, quæ sui similia sunt, sibiq̄ ueluti perpetua quadam succedunt serie, horū eundē esse tenorē dicimus. M. Tullius libro de oratore pfecto. Isq̄ uno tenore, ut aiunt, in dicēdo fluit. Loquit^r de æquabilitate dictionis, nulla uarietate reficiētis auditorū aures. Idem in libro de claris oratoribus. Vnus enim tonus est orationis & idem stilus. Quoquidē loco haud scio, an pro tono tenor legere præstiterit.

In quadrum redigere.

In quadrū redigere dixit. M. Tullius in eodē libro, pro eo, quod est, in ordinē, aptamq̄ structurā cōcinnare. Sumptū ab ijs, q arbores, aut lapides mathematicis gnomonibus exæquāt, ut undequaq̄ cōgruāt inter sese, proinde quod cōuenit, qdrare dicimus. Vergilius Georgicō lib. tertio, Indulge ordinib⁹, nec secius omīs in unguē Arborib⁹ positis, secto uia limite qdret.

De fece haurire.

M. Tullius in catalogo illustriū oratorū, figura mirū ni puerbiali dixit, de fece haurire, p eo, quod est, sordida quæpiā, ac plæbeia, nimisq̄ humilia persequi. Vsurpat hoc puerbiū Atticus eo quo dixi libro in Ciceronē, qui tēpus tereret in cōmemorādis oratoribus quibusdā obscuris, ac nullius pene nominis. Mutuo sumptū a sordidis istis, qui uinū una cū ipsa fece hauriūt, nequid omnino reliquū faciant in dolio, unde & plæbis infimam fecem dicimus.

In laqueum inducere.

In laqueū inducere, & in casses inducere, est arte sic cōcludere quæpiā, ut iā nullū sit effugiū. Qui mos fuit Socrati Platónico, suis illis rogatiunculis eo depellere Sophistas, ut negarent, quæ prius affirmauerāt, quæ negauerant, affirmarēt. Deniq̄ nihil nō dicerent. Quintilianus li bro institutionū quinto. Turbant enim & a patronis diuersæ partis in laqueū inducunt. Græci, qui iam capti teneant, *εμβρόχους* uocāt. Ouidius, Decidit in casses præda petita meos. Euripides in Hippolyto coronato *κρεμασοῖς ἐμ βρόχοις ἤτημ ἐνν. .i. Pensilibus irretita cassibus.* Ibidē paulo post, *ἀνσαι τ' ἀνασασσῆς ἐπιπασσῶμ βρόχων, .i. Herā e tenacibus expedire cassibus.* VI

Bœotica sus.

ἡ βοιωτία ἕς Bœotica sus, Vetusissimū adagiū olim in stolidum, & indoctū hominē iaci solitū, usurpat a Pindaro in Olympiacis, *ἐπιτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀληθέσι λόγοις, φεύγομεμ βοιωτίαν ἕμ.* Admonet Aeneā Chorodidascalū, ita curet canendū hymnū, ut uetus illud probū, ueris rationibus liceat effugere, quod in amulos dici cōsueuerit, *βοιωτία ἕς.* Interpretes originē prouerbij refert ad hunc modū. Qui priscis tēporibus Bœotiā regionē incolebant, *ἄντες* appellabatur, gens barbara, & agrestis, proinde quidam deprauata uoce, pro *ἄντες ἕς*, .i. Sues appellabāt. Idq̄ scōma cessit in prouerbij, ut primū in Bœotos diceret, ab his in quosuis indoctos, in cōditos, moribusq̄ rusticanis homines torqueret, *βοιωτία ἕς.* Interpretes citat eundē Pindarū ex Dithyrambis. *ἡμ ὅτε σῖας τ' βοιώτιον ἔθνος ἔλεγομ. .i. Erat cū Bœoticā gentē, sues uocarent.* Citat & ex Cratino, *οὔρι δ' εἰσὶ συβοιωτεκῶμ πεζοφόρον γένος ἀνδρῶμ.* In cōmentarijs Græcorum, inuenio, *βοιώτιος νοῦς, .i. Bœoticus animus, p stupido brutoq̄.* Plutarchus in cōmetario, *περὶ φθὶ σαρκοφαγίας.* Indicat Atticos, stupidi, bardi, insullsi, deniq̄ & suis cognomen indidisse Bœotis,

potissimū ob edacitatem. Idem de dæmonio Socratis, ἀνεγέρψη δ' ἡ βροίωτ' ἀρχαῖον εἰς μισολογίαν ὄνειδος. i. Refricare uetus illud aduersus Bœotios de literarum odio probrum. Quācūq; ipse Plutarchus Bœotus fuit, quiduis citius quā stupidus.

Impossibilia captas.

VII

Ἀδύνατα διερεῖ. i. Quæ fieri non possunt, uenaris. In eum, qui molitur, quod efficere nō queat. Sumptum ab aucupio, seu uenatu prædarum, quas consequendi non sit facultas. Quod quidem inter adagiones non recensuissem, nisi repperissem in collectaneis Græcorum. Nā præter metaphoram uerbi θερεῖς, nihil sapit prouerbij. Cæterum præceptum est haud inutile. Siquidem si recte præcipiunt Græci, non esse tentandum de quo dubites, multo minus quod certū sit te non assecuturum. Veluti si quis animi tranquillitatem opibus, aut uoluptatibus istis uulgaribus sibi cōparare conetur, aut uerā eruditionē, citra linguarū cognitionē, hic ἀδύνατα διερεῖ.

Cribo diuinare.

VIII

κοσκίνω μαντεύεσθαι. i. Cribo diuinare, est cōiectura sagaci rem deprehendere. Aut stulte de rebus occultis diuinare. Lucianus in Pseudomante, κοσκίνω δ' τὸ λόγῳ μαντεύομαι. i. Cribo quod aiunt, uaticinans. Meminit & Theocritus in Idyllio tertio, ἔπτε καὶ ἀγροῖω τ' ἀλάθεια κοσκινόμωυς. i. Cribo uaticinans, uerum mihi dixit Agroco. Porro genus hoc diuinandi suspensio cribo, in hodiernum usq; tempus durat, apud quosdam supersticiosos. Apud ueteres uaticinia peragebantur, Cribo lauro, & tripode.

Hydrā secas.

IX

Ἵδραμ τέμνεις. i. Hydrā secas. Est apud Platonem libro de Rep. tertio. Est autem hydrā incidere, ita unum aliquod incōmodum tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagiū natum a fabula hydræ Lernææ, quam alij cētum fuisse capitum aiunt, alij octo, e quibus unum erat immortale. Cum hoc monstro multum diuq; conflictatus est Hercules, propterea quod uno reciso capite, plura renascerentur. Plutarchus in cōmentario de fortuna Alexandri, Ἵδραμ τέμνωρ ἀεὶ τῖσι πλέμοις ἀναθλασάντα. i. Hydrā secans semper aliquibus bellis repullulantem. De Alexandro loquitur, cui uno bello confecto, subinde aliud atq; aliud exoriebatur. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunq; finiēdis. Lis enim litem parit, & sapenumero pro una enecta, tres subnascuntur. Seneca quodam in loco scribit negocia sordida, quæ nos auocant a studio sapientiæ, abrumpi posse, explicari non posse, quod negocium ex negotio seratur, & occupationi occupatio, uelut unda succedat unda.

Ne Ramenta quidem. Ne festuca quidem.

X

Ne ramenta quidem ditior, hyperbole prouerbialis cum alias aliquoties apud Plautum, tum in Rudentibus. Nunq; Hercle hinc hodie Ramēta fies fortunatior, perinde quasi dicas stupa ditior, ita ut uulgo loquuntur. Simili figura dixit Aristophanes in Lysistrata, ἀπὸ δ' ὅσα μηδὲν ἐνθαδὶ κινουσα μὴ δὲ κάρφ. Nihil hic cum reliquerit, mouerit ne festucam quidem. Idem in Vespis, Ἵππων δ' ὄρεα ὡς ὅτι νυκτὸς οὐδὲ πασσάλημ. i. Noctu haud uidet somni Paspalam quidem. Interpretes ait, πασσάλημ, significare minutissimum quippiam. Quibusdam ea uox magnetem lapidem declarat, subnectit eodem in loco consimilem figuram, ἡμ δ' οὖν κατὰ μύθεον κάρφ ἀχνημ. i. Quod si uel Achnen flexerit somno caput. ἀχνη uero significat minutissimū ac leuissimum illud, quod e spicis excussis euolat. Qua uoce usus est & Homerus, ὡς δ' ἀνεμὸν ἀχνας φορέει τέραι κατ' ἀλωάς. i. Ut uento tenues sacra Area iactitat Achnas.

Sacrum sine fumo.

XI

Ἀκατων δυσία. i. Sacrificiū absq; fumo, de nimiū tenui cōuiuio. Et in quibus nihil cocti obsonij apponit. Translatū a pauperculorū sacris, molas, thusculū, lac, aut corollas offerentium, cū Dii nidore illum expectent, una cum fumo subuolantē, iuxta Homerū. Lucianus in amonibus, εὐφάγοι μὲν ὁ δαίμων ὡς λυκίνη κὴ ταῖς ἀκάπνοις ὡς φασὶ τῶν δυσίων ἡκιστα περπόμεν. Sane perpedax deus est Luciane, quicūq; fumij expertibus sacris haud quacūq; gaudeat.

Non est curæ Hippoclidī.

XII

οὐ φροντὶς ἱπποκλείδης. i. Nō est Hippoclidī curæ. Hoc adagio significabant se quippiam negligere, neq; magnopere laborare. Natum est autem ex historia, quā pluribus uerbis narrat Herodotus in Eratone. Ut autē in pauca conferā, hic Hippoclidēs erat Tisandri filius, qui cū multis alijs iuuenibus Clisthenis Sicyonij filiam ambiēbat. Verum cum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclidēs in cōuiuio indecorā quandā saltationē edidisset, sublati italtū pedibus, pater offensus inhonesto iuuenis lusu, ait, ὡς αὖ ἰσάνδρῳ ἀπωρηχῆσαι γε μὴν δὲμ

u 4

γάμου. i. Fili Tifandri, a nuptijs tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit, οὐ φροντὶς ἰππευκλείδης. i. Haud curat Hippoclidēs. Ea uox, ut testatur Herodotus, in prouerbiū abijt. Id dictum in ipsum retorquet Herodotus Plutarchus in libello, quem aduersus eum scripsit, Δοκῆμοι καὶ ἀπὸ ἰππευκλείδης, ὁ τοῖς σκέλεσι χερσονομῶν ἐπὶ φθιτραπέζης ἐπέμ' ἄμ' ἄλλοι χόρ' ἀλλήλων, οὐ φροντὶς ἰππευκλείδης. i. Videtur mihi, uelut Hippoclidēs cruribus uice manuū in mensa gesticulans, post ἄ ueritate desultauit dicere, non est curæ Hippoclididi. Lucianus in Apologia Ἰκωνοῦ ἄμ' εἶν' μοι τ' οὐ φροντὶς ἰππευκλείδης. i. Mihi suffecerit illud, quod dicitur, haud curat Hippoclidēs. Idem in Hercule, καὶ ὁ ἰππευκλείδης οὐ φροντὶς. i. Neq; laborabit Hippoclidēs. Mentionē huius adagij facit & Eustathius in Iliados Homericæ primum librum scribens. Allusit huc Aristophanes in uespis, sæpius repetens illud, ολίγον μοι μέλει. i. Leuiter mihi curæ est.

Canis in præsepi.

XIII

ἢ κύων ἐν τῇ φάτνῃ. i. Canis in præsepi, in eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neq; reliquos item sinunt uti, ueluti si quis egregios codices inclusos diligēter adseruet, quos nec ipse unq̄ euoluat, nec alijs euoluendi faciat copiam. Quemadmodū canis in præsepi, nec ipse uescitur hordeo, & equum uetat uesci. Lucianus aduersus indoctū, ἀλλὰ τ' ἡ κύωνος περιφύει μ' ἐν τῇ φάτνῃ κατακεμυμένη, ἢ οὐτε αὐτὴ ἢ κ' κριθῶν ἐοδία, οὐτε τῶν ἰσπῶ δ' ὡσαμύω φαγῶν ἐπιτρέψῃ. i. Verum haud aliter facis, q̄ canis ille in stabulo cubans, qui cum ipse non edat hordeum, tamen haud finit equum qui possit edere, id facere. Vtitur eodem in Timone.

Captantes capti sumus.

XIII

Αἰσῶντες ἡρήμεθα. i. Captantes capti sumus. Cum res præpostere euenit, ut ipsi circumueniamur ab ijs, quibus conabamur imponere. Id quod raro solet usu uenire, ut in eas incidamur peccatas, quas alijs struxeramus. Sæpe fit, ut qui simulat amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse uero incipiat amare, Et qui dat operam, ut inuitatiunculis alium conetur efficere remulentū, ipse reddat ebrius, & q̄ finitimū moliat impio depellere, ipse suū amittat imperiū. Sic & Horati⁹, Græcia capta ferū uictorē cepit. T' rāstatū aut a bello, aut piscatiōe, ceu uenatur.

In uenatu perijt.

XV

Festiuus dixit Lucianus in Toxaride, αὐτὴ περὶ ἀπώλει τ' ὑπὸ τ' ἀγῶνας. i. Et ipsa uenatu perijt, hoc est, dum adulescentē uenatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit. Quinetiā illa ipsa, uenari laudē, aucupari famā, puerbials sunt metaphoræ, Expiscari, p̄ sciscitari, atq; exquirere.

In laqueos lupo.

XVI

Εἰς πάγας ὁ λυκοῦ. i. In laqueos lupo. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Refertur a Zenodoto.

Annosa uulpes haud capitur laqueo.

XVII

Γέρωμ' ἀλώπηξ οὐχ ἀλίσκη πάγῃ. i. Vulpes anus laqueis capi haud ullis potest. Senarius pro uerbialis dicendus in eum, qui longa ætate multaq; rerum experientia callidior est, q̄ ur arte dolisq; capi queat.

Vulpes haud corrupitur muneribus.

XVIII

Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται. i. Vulpes non corrupitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat autorem. De callidis ac uersutis, quos haud facile sit obiecto munusculo, aut astutiatuuncula, pollicitis ue fallere. Larus enim, & aliæ quædam aues, esca capiuntur. Vulpes non item. Verbum autem δωροδοκῆν, sumptum est a concionibus, aut iudicijs, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

Atticus in portum.

XIX

Ἀττικὸς εἰς λιμένα. i. Atticus in portum. In eos dicebatur, qui illic uirtutem ostentare solent, ubi tutum est, atq; ubi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gratia magnifice sese gerebant, in ipsa re non perinde strenui.

Capra Scyria.

XX

Ἀἰεσκυρία. i. Capra scyria. Zenodotus huius prouerbij Chrysippum citat, tum autorem, tum interpretem. Conuenit in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui uirtutes adiunctis uitijs cōtaminant atq; obscurant, quiue recte instituta non recte finiūt. Veluti capra Scyria mulctrum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atq; hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit. Alij purant dici in eos, unde plurimū emolumentum capitur, propterea, quod eius regionis capræ maximam lactis uim reddere dicantur.

Suspendio deligenda arbor.

XXI

In re uehemēter indigna, neq; ullo pacto tolerāda, ueteres arborē suspēdio deligendā esse dicebāt, inde natū, quod olim in Theophrastū philosophū præcipuū, meretricula quapiā nomine Leontiū ausa sit scribere. Plinius secūdus in præfatiōe historiarū naturæ, Ceu uero nesciam aduersus Theophrastū, hominē in eloquētia tantū, ut nomen diuinū inde inuenerit, scripsisse etiā foeminā, & puerbiū inde natū, suspēdio arborē eligendā. Haftenus Plinius. Finitimū huic est illud apud Euripidē in Alcestide, *ἄξια κῆ σφαγᾶς τὰδ' εἰ καὶ πλεῖον, ἢ βροχῶ δ' ἕξην οὐρωίω πελάσσει*. i. Heus ista cæde digna sunt, Vel potius, ut laqueo gulam Præfocet aliquis pendulo. Plautus in Curculione, Mea præda illa est, Proin tu te in laqueū duas.

Mineræ felem.

XXII.

Ἀθήνα τῆν αἴλουρον. i. Mineræ felem, subaudiendū. cōparas. Cū multo inferiora cū præstātoribus cōparant, quod leuicula quapiā in re cōueniant. Quid enim habet Minerua Dea cū fele cōmune, præter glaucorē oculorū? Nam is oculorū color Mineræ tribuitur, qui & noctuis, adest & felibus. Vnde apud Homerū etiā epiteton. *γλαυκῶπις Ἀθήνη*. Est & hoc felibus cōmune cū noctuis, quod & noctu cernūt, & pariter insidiant muribus.

Vorsuram soluere.

XXIII.

Vorsuram soluere dici, qui sic e præsentibus malis extricat sese, ut alijs grauioribus impediat. Nā Donato uorsurā facere, est æs alienū ex ære alieno soluere, aut minore scenore, maiore acceptā pecuniā occupare. Hinc ducta uoce, ut autor est Festus Pompeius, quod uerterat creditorē. Terentius in Phormione, In eodē luto hæsitās, uorsurā solues, præsens quod fuerat malum, in diem abiit, Plagæ crescunt. Cicero ad Atticū, Admirabilis abstinentia ex tuis præceptis, ut uerear, ne illud, quod tecū permutauī, uersura mihi soluendū sit. Explicuit eleganter hanc metaphorā Demosthenes in Olynthiaca prima, *Δέδοικα ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μή τῆν αὐτῆν τρόπον, ὡς ἄπο οἱ δανηζόμενοι γὰρ δ' ἰσως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐπρέσσωτες χρόνον, ὑπόρου κῆ τῶν ἀρχαίων ἀπέσσωται, οὐτὼ κῆ ὑμεῖς ἄν ἐπὶ πολλῶν φωνῶν μετ' ἐξ ἀδυσμικτότε, ἑῶν πάντων πρὸς ἡδονὴν κῆ τῶν πρὸς ἀλλὰ καὶ χαλεπὰ, ὡς οὐκ ἠδυσλόμεθα ὑπόρου εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν πρὸς, κῆ κυνδυνεύσωμεν πρὸς τῶν ἐν αὐτῇ τῆν χάριτος*. i. Vercor Athenienses, ne quemadmodū hi, qui cōtrahūt æs alienū facile magnis uluris ad breue tempus diuites sunt, paulo post etiam a principali summa excutiuntur, itidem & nos, si diutius uideamur negligētes, cunctaq; ad uoluptatem quærentes, paulo post in necessitatem ueniamus, ut nobis multa etiam acerba sint facienda, quæ nequaquā uoluerimus, deq; hoc ipso loco periclitemur.

Animam debet.

XXIII.

τῆν ψυχὴν ὀφείλα. i. Animam debet. Donatus propriū esse admonet, de eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus, q̄ omneis facultates debeat, ac deniq; seipsum debeat. Terentius in Phormione, Quid si animam debet. Erat enim antiquitus lex, ut qui soluendo nō esset, is nexus addiceret creditori, Luiturus corpore, id est, opera, quod ære nō posset. Extat apud Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat diffecari corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec esset soluendæ rei.

Summum ius, summa iniuria.

XXV.

Summū ius, summa iniuria. i. Tum maxime disceditur ab æquitate, cum maxime superstitione hæretur legum literis, id enim summū ius appellant, cum de uerbis iuris contenditur, neq; spectatur, quid senserit is, qui scripsit. Eam ineptiam, quorundam superstitionis iuris interpretum copiose simul & eleganter eludit. M. Tullius in actione pro Murena. Terentius. Verum illud Chreme dicunt, ius summū, sæpe summa malitia est. M. Tullius officiorū libro primo, ex quo illud, summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiū. Columella primo rei rusticæ libro. Nec sane est uindicandū nobis, quicquid licet. Nam summū ius antiqui, summam putabant crucem.

Ne ignifer quidem reliquus est factus.

XXVI.

οὐδ' εἰ πυρφόρος ἐλέφθην. i. Ne ignifer quidē supfuit, ubi significamus, omneis ad unū interisse adeo, ut ne ei quidē sit paritū, qui ignē præferat exercitui. Nam Priscis mos erat, ut uates aciem præcederet, lauro coronatus, ac facem gestans. Ab hoc belli uim abstinebāt utrinq; quod nefas duceret, in uirum sacrum, ferrum stringere. Proinde si crudelem aliquā stragem significare uoluissent, ne ignifero quidē paritū aiebant. Meminit huius adagij Eustathius Iliados. *Μεταφράζωντας hos Homeri uersus, οὐκ ἔτ' ἔπειτα οὐδ' ἀγγελον ἀπνεέας Αἰγυπιοῖσι ποτιᾶσιν*. i. Haud equidem fore credo, uti sit rediturus ad urbem. Hinc posthac aliquis uel nuntius. Admonet hoc quoq; figurā

quoque figuram habere prouerbialem, οὐδὲ ἄγγελος ὑπέλαφθαι. i. ne nuncius quidem relictus est, Quoties significamus ad unum omnes extinctos, ut ne unus quidem effugerit, qui rem gestam renunciaret. Nam is uel dedita opera, relinqui solet ab hoste.

πανολεθρία.

XXVII

Huic affine est πανολεθρία, qua uoce significabant internitionē, & eiusmodi perniciem, ut nihil omnino reliquū fieret, Thucydides in secundo historiae suae libro, κατὰ πάντα ῥῆ πάντες νικηθέντες, καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἔμ οὐδὲνὶ κάκοισαθήσωτες, πανολεθρία δὲ τὸ λεγόμενον, καὶ πεζοῦς, καὶ νῆες, καὶ οὐδὲν ὅτι οὐκ ἀπώλετο. i. In omnibus omnino uicti, & nihil mediocre ulla in re passi, sed internitione iam, quod dici solet & pedites, & naues, denique nihil erat, quod non periret. Venustius erit, si a bello, naufragio, incendio, ac similibus casibus, alio detorqueat. Veluti si dicas, libidinē magnā quidē esse pestem Christianae religionis, uerum auariciam prorsus πανολεθρία esse pietatis. Et Graecarum literarū imperitiā, omnium bonarū disciplinarū fuisse πανολεθρία.

Thracium commentum.

XXVIII

Θράκη παρέρσεις. i. Thraciū cōmentū, siue inuentū, apud Zenodotū legitur, torquendū in eos, qui pacta eludunt callido, uasque aliquo cōmento. Porro unde id puerbiū natū fuerit, indicat Strabo libro Geographiae nono, ex Ephoro autore. Thraces pactis cū Bœotijs aliquot diebus indutijs, nihilo segnius incursones agebāt nocturno tēpore. Hos cū ppulsaissent Bœotij, atque expostularēt, quod uiolassent indutias, respōderūt Thraces, se nihil praefer pacta fecisse, pactos enim esse de diebus, noctibus incurfasse. His ferme similia refert Zenodotus, Nempe Thraces cōstitutis decē diebus indutijs, noctu impressionē fecisse in Bœotios, iam negligentius agentes indutiarū fiducia, atque ex his nonnullos trucidasse, aliquot uiuos abduxisse. Deinde expostulantibus de uiolatis pactis Bœotijs, respōdisse, dies, non noctes pacto cōtineri. Ea res puerbio locū fecit, Θράκη παρέρσεις. i. Thraciū adinuentū. Est enim pprie παρέρσεις, excogitata cauillatio, qua pactū eludimus, quas Plautus Sutelas uocat. Et Terentius, nequid suo assuetat capiti. Addunt enim extra pactiōne cōmenti quippiā, quo rem omnē lubuertunt.

Romanus sedendo uincit.

XXIX

Romanus sedēdo uincit. Vetus puerbiū in eos, qui tranquilli, atque ociosi, tamē quae uolunt efficiūt, aut qui non uiribus, sed arte rē gerūt. M. Varro libro de Rustica primo, capite secundo, Vultis igitur interea uetus puerbiū, quod est, Romanus sedēdo uincit, usurpemus, dū iste uenit. Ex historia Fabij cunctatoris natū arbitror, qui Hannibalem iuueniliter exultantē, sua patientia fregit, de quo extat uersus ille Ennianus, Unus qui nobis cunctando restituit rē. Citatur apud Cicronē in Catone maiore. Usurpatus est diuinitus a Marone libro sexto.

Scopum attingere.

XXX

τυγχάνει τ σκοπῶ. i. Scopum attingere. Est uoti cōpotem fieri, aut cōiectura rem ipsam asse qui. Lucianus in Icaromenippo, καὶ οὐκ ἀπ σκοποῦ εἰκασσε. i. Tu atque coniectura haud procul ab est a Scopo, & ἀπ τυγχάνει τ σκοποῦ. i. Non attingere Scopum, & διαμαρτάνει τ σκοποῦ. i. Ab errare a Scopo, atque id genus alia figurā omnes puerbiū sapiunt.

Simia non capitur laqueo.

XXXI

ο πίθηκος οὐχ ἀλίσκητ βροχῶ. i. Simia non capitur laqueo. In callidos tergiuersatores dici solitū, qui coargui non queunt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiā perperā citatur ex Dionysio, quod erat apud Sophoclem. Deinde tergiuersanti, nec imperitiā agnoscenti, scripsit quispiam Simiam haud capi laqueo. Autor Diogenes Laertius.

Largitio non habet fundum.

XXXII

M. Tullius libro officiorum secundo, Omnino, inquit, meminisse debemus, id, quod a nostris hominibus sapissime usurpatū, iam in prouerbij cōsuetudinē uenit. Largitionē fundum non habere. Quo dicto significabant, stulta liberalitate quanta libet opes exhauriri, uel effluere potius. Translatum uidetur a pertuso dolio Danaidum apud inferos.

Inexplebile dolium.

XXXIII

Απλησος πίθος. i. Inexplebile odiū. Varius est huius adagionis usus. Quadrat enim primā, εις τους ἀδδ κφάγες. i. In glutones edacesque, congruetius aut in istos bibacitate inexplebili, quod plus biberint, hoc plus sitiūt, quē admodū olim dictū est de Parthis. Sic em Festus sensisse uidetur, quod citat nescio quē. Nā locus mutilus est, qui doliū pertusum dixerit, cū uentrē significaret, quod natura quoque ueter inexplebilis est, quod quicquid per os infuderis, id alijs uis excernitur. Quadrabit & in obliuiosum, cui siquid eruditionis infundas, prorsus effluit, quod prius obliuiscat quod didicerit

ἔπειδ' ἔδιδicerit, cuiusmodi Strepfiadē facit Aristophanes in nebulis, οὗτος ἡσθαλαδουματί ἄψα μι-
 κρὰ μανθάνωμ, ταῦτ' ἐπι λέλκυσαι πρὶν μαθῆμ. i. Huiusmodi Minutulas, q̄ argutias prius, atq̄ didicē
 dedidicerit immemor. Competet etiam in homines præter modum profusos, quemadmo-
 dum indicauit Aristoteles libro œconomicorum primo, καὶ γὰρ τὸ κτῆσθ' δύνασθ' ἔχει εἶναι καὶ φυ-
 λάττειν, εἰ δὲ μὴ, οὐδὲμ ὄφελος τ' κτῆσθ', τῷ δ' ἠὲ μὲν ἀντλήμ τῶν τ' ὄζειν, καὶ ὁ λεγόμενος πῆθος πῆχμ μὲν ἔσθ'. i.
 Siquidem oportet eiusmodi esse, qui norit & parare, & parata tueri. Alioquin nihil profuerit
 parasse, propterea quod hoc sit cribro haurire, quodq̄ prouerbio dicunt, pertusum doliū. Cō-
 gruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis, uerum quo magis impleantur opi-
 bus, hoc magis inanes esse uidētur. Quod eleganter illo Solonis carmine testatum est apud
 Plutarchum in libello, πρὶν φιλοπλοῦντας πλοῦτος δ' οὐδὲμ τέμα πεφασμῶσιν ἀνθρώποισι. i. Non est fi-
 xus opum finis mortalibus ullus. Zenodotus, & tartarum ipsum recte accipi inexplibile do-
 lium putat, quod tot milibus defunctorum nunq̄ expleatur. Et sapiens ille Hebræus hūc in-
 ter insatiabilia nominat. Quadrabit & in eos, qui male ab alijs rapiunt, quæ male item profun-
 dant in alios. Vsurpatur & de frustra laborantibus, quemadmodū alio demonstratum est lo-
 co, uelut apud Catullum, Dolia uirginis idem ille repleuerit urnis. Adagiū natum a notis-
 sima fabula puellarum Danaidum, quæ ob sponso necatos has pœnas apud inferos dare di-
 cuntur, ut situlis perstillantibus aquam hauriant, atq̄ in doliū item pertusum infundāt, gra-
 uī nimirum atq̄ inuiti labore. Cuius fabulæ mentionem facit Horatius in odis. Et inane lym-
 phæ doliū fundo pereuntis imo. Item Tibullus. Et Danaï proles Veneris quæ numina læsit.
 In caua lethæas dolia portat aquas. Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles lib.
 Politicorū sexto. Rurlum Lucianus in Hermotimo, ἐπιτρέψαι γὰρ ἡμῖν τὴν πρῶταιμ ἰαμ δὲ πρῶταμα, δὲ ζαν
 τλούμενον ἐς δ' ἐμπαλιμ, ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πῆθος. i. Affluit enim exhaustum negociū, laborq̄ cō-
 traq̄ fit, atq̄ in Danaidum doliū. Vsurpauit & Plato, cum alijs aliquot locis, tum in Gorgia.

Cum adsit ursus, uestigia quæris.

XXXIII

Ἀρκτὸς πρῶτος τὰ ἄχνη κητῆς. i. Vrsi præsentis, uestigia quæris. De ijs dicit, qui timiditate præ-
 sens negocium declinant, atq̄ ad alias nugas dilabuntur. Translatum a formidulosis uenato-
 ribus, qui se dissimulant sensisse ursum, & uestigia persequi fingūt, quo absint a periculo. Hoc
 genus homines Plato scripsit similes esse, τοῖς κωιδίοις, ἃ τῆς λίθους δάκνει, τῶν βαλόντων οὐχ ἄπρό-
 μωα. i. Catulis, qui lapides mordent, cum eos qui iecerint, non ausint attingere.

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.

XXXV

Ἀυτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ' αὐτὰς ἴεντη. i. Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum,
 Hexameter prouerbialis, tum usurpandus, ubi uir bonus, fiducia uirtutis & amicitia, quæ ge-
 neralis inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit, nō expectatis uulgaribus istis
 inuitatiunculis. Quidam natum putant ab Hercule, qui cum Ceti Trachenij domū inuoca-
 tus inuiseret, hunc uersiculum primus dixerit. Fertur & hic trimeter lambicus in eandem sen-
 tentiam. ἀκλήϊ κωμάσισμ εἰς φίλος φίλοι. i. Conuiuia amico amicus ultro etiā uenit. Tacite no-
 tauit adagiū Homerus in secundo Iliados, αυτόματὸς δὲ οἱ ἦλθε βοῆμ ἀγαθὸς μενέλαος. i. Illi fa-
 cundus Menelaus uenerat ultro. Zenodotus in collectaneis diuersa sententia, citat hoc ada-
 giū, Ex Eupolidis comœdia, cui titulus, Chrylogenes, αυτόματι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δ' αὐτὰς
 ἴασμ. Vltro adeunt hominis timidi conuiuia fortes. Idem ferme significat Plato in symposio,
 ἵνα καὶ τῶν πρῶταιμ διαφθέρωμεμ μεταβαλόντες ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ' αὐτὰς ἴασμ αυτόματι ἀγαθοί. i. Ut
 & prouerbium perdamus, hunc ad modum inuertētes. Boni ad bonorū cōuiuia ultro ueniūt.
 Sentire uidet Plato Homerū fecisse Menelaum deteriorē ad præstantioris accessisse conui-
 uū. Tamen nō hanc opinor Homeri mentē fuisse, cū uirtutis addat clogiū, βοῆμ ἀγαθὸς μενέ-
 λαος. i. Voce bonus Menelaus, & cum aliquot locis illum fortissime rem gerentem inducat.

In puteo cum canibus pugnare.

XXXVI

Ἐμφρέατι κυτὶ μάχεσθαι. i. In puteo cum canibus pugnare. Dici solitum, ubi cuiquam negocium
 incidit, cum homine rixoso & contentioso, a quo se nequeat extricare. Effertur etiam hoc pa-
 ρτο, Ἐμφρέατι κωομαχῆμ, uoce composita.

Mihi ipsi balneum ministrabo.

XXXVII

Ἐμανθῶ βαλανέσω. id est, Ipse mihi balneator ero, ubi quis suis ipsius inferuit comodis. Aut
 ubi quis, non expectato alieno officio, ipse suum agit negocium. Aristophanes, ἀλλ' εἰ ταῦτα
 δοκῆ, κἀγὼ μανθῶ βαλανέσω. Quis si ista placent, Et ego mihi ipsi balneum ministrabo. In-
 terpres admonet translatum a balneis, in quibus cessante balneatore, ipsi qui lauant, aquam

hauriunt, atq; infundunt. Zenodotus putat & ad eos referri posse, qui glandes in ignem iniectas coquunt. Fortassis haud absurde referetur ad glandium excusflores. Nam Græcis βαλανεύς balnearium cauponem significat, βάλανος glande. Atq; hinc anceps prouerbij interpretatio.

Vir fugiens haud moratur Lyræ strepitum.

XXXVIII

Ανὴρ δὲ φεύγων οὐ μὲν λύρας κτύπη. i. Hunc qui fugit strepitus Lyræ haud remorabit. Senarius prouerbialis, in eos, qui in rebus periculosis ac serijs, properandi studio negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello, nō putat sibi liberum, ac uacuum, ut cantorem aliquem auscultet. Idq; ad complures res accommodari potest. Veluti si dicas, Non esse rebus friuolis, ac uoluptuarijs nugandum, cum hæc uita tot periculis sit obnoxia. In hanc sententiam eleganter Seneca in epistola quadam ad Luciliū, Transcurramus (inquit) solertissimas nugas, & ad illa, quæ nobis aliā quam opem sunt latura, properemus. Nemo qui obstetricem parturienti filia, sollicitus accersit, edictum, & ludorum ordinem, perlegit. Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam latrunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At me Hercule undiq; tibi omnia nunciantur, & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium patriæ, & bonorum direptio. Adijce his naufragium, motusq; terrarum, & quicquid aliud timeri potest. Inter ista districtus, rebus nihil aliud, q̄ animū oblectantibus, uacas.

Caninum prandium.

XXXIX

Caninū prandium prouerbio dicebatur abstemium, & in quo nullum uinum biberetur, propterea quod peculiari naturæ proprietate, canes a uino abhorrent. Id adagij refertur ab Aulo Gellio, libro noctium Atticarum decimotertio, capite ultimo, his quidem uerbis. Eius autē loci in quo id prouerbiū est, uerba hæc sunt, nimirum ex M. Varronis Satyrarum libro, qui ἄδωρ κρυόν. i. aqua rigens inscribitur. Non uidet apud Mnescheum scribi, tria genera esse uini, nigrum, album, medium, quod uocant, κίρρον. i. giluum, nouum, uetus, medium. Et efficere nigrum, uirus, album urinam, medium πέψιμ. i. concoctionem. Nouum refrigerare, uetus calfacere, medium uero esse prandium caninum. Quid significet, inquit Gellius, prandium caninum, rem leuiculam diu, & anxie, quæsiuimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil uini potatur, caninum dicitur, quoniam canis uino caret. Cum igitur medium uinum appellasset, quod neq; nouum, neq; uetus esset, & plerūq; homines ita loquātur, ut omne uinum, aut nouū esse dicant, aut uetus, nullā uim habere significauit, neq; noui, neq; ueteris, quod medium esset. Idcirco puino non habendum, quia neq; refrigeraret, neq; calfaceret. Hactenus Gellius. Plutarchus in Symposiacis scribit Theophrastū ioco uocare solitum, αἰνὰ συμπόσια τὰ κερφία, quæadmodum alias admonuimus.

Vir fugiens, & denuo pugnabit.

XL

Ανὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. i. Qui fugerit, rursus ille præliabitur. Senarius prouerbialis, quo monemur nō protinus abijcere animum, siquid parum feliciter successerit. Nam uictos posse uincere. Proinde & Homerus ἐπικρατὴα νίκημ uocat, id est, uicissim, nunc apud hos, nūc apud illos pollentem. Apud eūdem Alexander sic loquitur Hæctori, νίκη δ' ἐπαμείβετη ἄνδρας. i. Alterna uiris uictoria cedit. Idē alibi, νῦν μὲν γὰρ μενέλαος ἐνίκησε ξυμθάβανη κείνου δ' αὐτὸς ἐγὼ. i. Palladis auxilio, nunc uictor abit Menelaus. Illum ego, sed posthac pugna suparo uicissim. Demostheni p̄bro datum est ab inimicis, quod in eo prælio, quo Philippus Macedonū rex Athenienses apud Cheroneam uicit, clypeo abiecto fugisset, eaq; gratia εἰσαπαιεῖ ignominioso cognomine uocatus. Id quod notauit Aristophanes in equitibus. Vbi Demosthenes a Nictia iubei iterū, atq; iterū dicere, μὴ μὴ μὴ μὴ. Verū id p̄bri, Demosthenes homo nō admodū uerecūdus, prouerbiali, notissimoq; uersiculo legi eludere solit⁹, Ανὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. Huic cōsine est illud, Dauī Terentiani, Hac non successit, alia aggrediendum est uia.

Ex stipula cognoscere.

XLI

ἐκ σθλὴ καλάμης γινώσκωμεν. i. Ex stipula iudicare, dicimur, quoties e uestigijs quibusdā in senectate reliquis, coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adulescentia, translata metaphora, ab segetibus. Homerus in. ε. Odyssæa, ἀλλ' ἐμῶν καλάμη γε δ' οἶομαι εἰς οἴωντα γινώσκωμεν. Attamen inspecta stipula te suspicor illud Conijcere. Vtitur hoc adagio Lucianus in Pseudomante, quem nos olim Latinum fecimus. Aristoteles in Rhetoricis καλάμη, senectam interpretatur, οταμ γὰρ, inquit, δ' γῆρας εἶπε καλάμη, ἐποίησε μάθησιν καὶ γνῶσιν διὰ τοῦ γέροντος, ἀμφὸ γὰρ ἀπηνθηκόπε. i. Etenim cum senectam dixit culmum, senem ostendit, ac representauit. Nam utriq; defloruerūt. Aristophanes in uespis, nō dissimili figura usus est, ἀλλὰ κέκ τῶν λαφάνων δ' ἔ

XLII Δὲ ῥώμῳ νεανικῶν ἔχεμ. i. Verum ex reliquijs oportet horum iuvenile robur colligere. Dicimus item ex fragmentis, ex ruina rem cuiusmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito.

XLII

Αὐτοῦ πύχαι. i. Eodem cubito, hoc est, eadem regula, eadem mensura. Vtitur hoc aliquoties Lucianus, cum alias tum in libello de ratione conscribendæ historiæ, καὶ ὕλως πύχαις εἰς, καὶ μέτρον ἀκριβές. i. In summa cubitus unus, atq; exacta regula. Aristophanes in Ranis, καὶ γὰρ ταλάμῳ μισθικῆ σαθμίστη, καὶ καὶ νόνας θείσσι καὶ πύχαις ἐπὶ ὤμῳ. i. In lance enim librabitur poetica, Promentq; regulas, cubitosq; carminū. Illud fortasse πῦρ γόπερον, at nō inutile fuerit admonere, plætaq; metaphoras a mensuris ductas esse prouerbiales, ut pensulare rem, pensitare factum, rependere beneficium, remetiri gratiam, librare negocium, expendere causam, renumerare beneficium, equilibrium officij, retaliare conuiuium, atq; id genus alias.

Monstrari digito.

XLIII

Δείκνυσι τοῦ δακτύλου. i. Monstrari digito, pro eo, quod est insignem esse, hodie quoq; puerbio uulgariter dicuntur. Horatius in Odis, Quod monstror digito prætereuntium. Persius, At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est. Lucianus in Harmonide, καὶ τὸ ἀπίσθητον εἶναι ἐν πλῆθει, καὶ δὲ δεικνύσι τοῦ δακτύλου. i. In turba insignem esse, digitoq; demonstrari. Natum uideri potest ab eo, quod in uita Diogenis narrat Laertius, Cum hospites quidam Athenas aduenissent, ut Demosthenem, cuius famam acceperant domi, conspicerent, Diogenes, τὸν μέσσομ δάκτυλον ἐκτένας, οὐτὸς ὑμῖν ἔφη ὅτι ὁ ἀδυναίωμ δημαγωγός. i. Medio porrecto digito, hic ē uobis, inquit, ille Atheniensium concionator.

Ne altero quidem pede.

XLIII

Μὴ δὲ τὸ ἕτερον πόδα. i. Ne alterum quidē pedē discedere. Lucianus in Harmonide. Idē in seculis, οὐδὲ πώποτε θῆ ἀδιοπίαιε τὸ ἕτερον πόδα προελθῶμ. i. Qui ex Aethiopia nunq; uel alterum pmouerit pedē. Annumerandū illis, quæ retulim⁹ alibi, latū digitū, & latū pedē, latum unguē.

Ex diametro opposita, diametro distant.

XLV

ἐκ διαμέτρου. Ex diametro. De uehementer inter se pugnantibus olim dicebat, sumpta metaphora a Geometris, apud quos perfectissima oppositio ppendicularis est. Lucianus in Tyranno, ἐκ διαμέτρου γὰρ οἱ βίοι φασίμ. i. Nostra enim & illorum uita, perpendiculari, quemadmodum aiunt inter se distant. Diametrus enī est recta linea figurā, qua lōgissime patet, ex æquo secans, ueluti Diametrus orbis est, quæ sic a summo ad summū teditur circulum, ut p centrum eat. Definitore Macrobio in somniū Scipionis libro secundo. Nec ab hoc dissentit Euclidis definitio, Latini figuram hanc, dimetientem uocant. Nam Græcis, διάμετρος πᾶσα διαμέτρος. i. A dimetiendo. Nomis causam reddit Aristoteles in Problematis. Cognatum est illi, quod alio recensuimus loco, Δὲ διαπάσῳμ.

Audi, quæ ex animo dicuntur.

XLVI

Ἀκοῦε τ' ἀπὸ καρδίας. i. Audi, quæ dicuntur ex animo. Nam seria, quæq; citra dissimulationē dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq; ex corde proficisci uulgus ait. Lucianus in Ioue Tragœdo, οὐκ ἔμ ἀκούετε ὃ θεοί, τάγε ἀπὸ καρδίας φασίμ. i. Itaq; audite Dī, nimirum ex animo dicenda, sicuti prouerbio dicitur. Nam adulatorū & simulantium oratio in faucibus nascitur, nō in corde. Plutarchus in cōmentario quem inscripsit, quo pacto quis possit assentatorem ab amico dignoscere, refert hos senarios, εμοὶ γὰρ εἶν πῶχος, εἰδὲ βονλετῆ πτωχὸ κακίωμ, ὅσις ὡμ ἔννευς εμοὶ φόβου πᾶθῶμ, τὰπὸ καρδίας ἐρεῖ. i. Mendicus utinam sit mihi, uel si libet, Mendicum & infra, q mihi uolens bene Timorem posito, possit ex animo loqui. Addit hoc haud facile dici a diuinitibus, ac principibus, quibus modis omnibus est inuisa ueritas, neq; quicq; ferunt aures delicatæ, nisi quod assentatione multa conditum, & assentationem sapiat. Ad hanc figuram pertinet illud Plautinum, corde amare, item illud, persequi corde, animo & uiribus, utrumq; est in captiui duo. Contrarium est huic a summis labris, pro eo, quod est, non ex anio. Seneca in epistolis ad Lucilium, Non a summis labris ista ueniunt.

Aut bibat, aut abeat.

XLVII

Aut bibat, aut abeat. Quo quidē adagio monemur, ut aut tempori locoq; nos accomodemus, aut a consuetudine nos subducamus. Quemadmodū Cato fecisse legitur, qui cum non posset sumere uultum floralium licentiæ conuenientem, discessit e Theatro. Natum est autē a Priscis illis Græcorum symposijs, hoc est comotationibus. In quibus mos erat talis fortiri quempiam, qui conuiuiū quasi præsideret, ac decreta conuiuialia præscriberet, quæ νόμους. i.

x

leges appellabant. De hisce legibus Valerius Valentinus, iocoso carmine conscripsit, cui titulum fecit Tapullæ, teste Festo Pompeio. Porro præfectum βασιλέα, hoc est regē nominabant. Plutarchus συμπίναρχου uocat. Varro apud Nonium, Modiperatorē a Latinis uocatum scribit, quasi modum imperantem, ne quis aut plus satis biberet, aut parum. Huius cōsuetudinis meminit & Horatius in Odis, Nec regna uini fortiter talis. Ex his legibus iocosis, hæc una fertur, Aut bibat, aut abeat. Cōmemoratur a Cicerone, libro Tusculanarum quaestionū quinto. Mihi quidem, inquit, in uita seruanda uidetur illa lex, quæ in Græcorum conuiujs obtinet, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis, pariter cum alijs uoluptate potandi, ne sobrius in uinolentiam uinolentorum incidat, aut discedat. Sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquant. Hactenus ille.

Domi coniecturam facere.

XLVIII

οἶκος δὲ ἐν ἀλάτῃ. i. Domi coniectare. Quod non aliunde petitur, id domi ficti prouerbio dicitur. Plautus in Cistellaria. Hanc ego de me coniecturam domi facio, hoc est, meo pte experimento comperio.

Domi habet, domi nascitur.

XLIX

Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. Nam id domi dicimur habere, quod in nobis situm est, neque necesse est ab alijs mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consuetudine foris rogandæ suppellectilis, quam domi desyderes. Terentius phy domi habet, unde dicitur. M. Tullius ad Varronem. Sed quid ego nunc hæc ad te, cui domi talia nascuntur? Idem Academicarum quaestionum libro secundo. Desine quæso cōmunibus locis. Domi nobis ista nascuntur, id est hæc oratorum sunt propria. Proinde dixeris eleganter. Quid in rebus istis felicitatem uenaris? Domi habes, unde beatus esse queas. Regum est, domi consiliū habere, nō ab aliena pendere sententia.

Confringere Tesseram.

L

Apud Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur, qui sibi reditum in domum aliam quam præclusit. Siquidem cum amans dixisset se iureiurando astrictum, ut lenæ filiam duceret, orans ne se periurum fieri pateretur, illa respondens, Abi, inquit, quærere, ubi tuo iurando satis sit subsidij. Hic apud nos iam Alcesimarche, confregisti tesseram. Est autem tessera symbolium hospitale, quo prolato agnoscebantur hospites, si quando redissent.

Frigidam aquam suffundere.

LI

Frigidam aquam suffundere, Plautus in Cistellaria uidetur usurpasse, pro eo, quod est instigare clanculum. Sic enim in ea fabula meretrix queritur de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflāmantibus. Ita nostro ordini, Palam blandiuntur, clam si occasio usq; est, Aquam frigidam subdole suffundunt, Viris cum suis prædicant, nos solere, Suras pellices esse aiunt. Translatum apparet ab ijs, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent acrius, atq; hoc pacto ad cursum instigabant. Cuius ministerij meminere etiā pādectæ iuris Cæsarei libro tertio, titulo de ijs, qui infamia notantur, ex Ulpiano, ijs quidē uerbis. Et generaliter ita omnes opinantur, & utile uidetur, ut neq; Thy melici, neq; Xystici, nec agitadores, nec qui aquā equis spargunt, cæteraq; eorum ministeria, & certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Hactenus Ulpianus. Id fiebat opinor, in Olympicis, aut similibus certaminibus, ne rotæ agitatione feruescentes, flammam conciperent. Nisi si cui magis probatur, ut traductum putetur ab ijs, qui ioci, ludibrii ue causa, clanculum aquam infundunt in conuiuij locum.

In senem nequod collocaris beneficium.

LII

γέρωντι μηδέ ποτε μηδὲν χρηστὸν ποίησι. i. Nequid unq; beneficij collocaris in senē. Refertur nominatim prouerbij uice, ab Aristotele in libro Rhetoricorū secundo, ἡ δὲ ὡς ἂν συμβεβηκέναι μὴ πρὸς ἀφιλίαν γέρωντα, τὸ δὲ τῷ μαρτυρεῖν ἢ προίμια, μὴ ποτ' εὖ ἔρδαν γέρωντα. i. Qui cōsulit, nequis cū sene ineat amicitia, huic testimonij loco est prouerbiū, nequando benemeraris de sene. Dicitur hodieq; uulgo. Neq; in senem, neq; in puerum collocandum esse beneficium, propterea quod alter nō refert, alter nō meminit. Extat & huiusmodi quoddā apud Diogenianū adagiū, μὴ ποτ' εὖ ἔρδαν γέρωντα, μηδὲ γυναικᾶ, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κῆρα ἄνδρος, μηδὲ λαλῶν κωπηλάτην. i. Nequid bñficiū colles, neq; in senes, neq; in mulierem, neq; in puerū, neq; in canem cuiuspiā, neq; in garrulum remigem, propterea quod perire uideat, quicquid in eiusmodi genus hominū inlumit.

Stultus, qui patre cæso liberis pepercit.

LIII

Superiori protinus illud subtexit, & quidem prouerbij nomine, καὶ τοῦ υἱοῦ ἀναστῆναι, ὡς καὶ τοῦ πατέρα, κνήπιον, ὅς πατέρα κτείνας, παῖδας κατὰλείπει. i. Et qui suadeat occidere liberos, quorum patrem occideris, huic attestatur hoc prouerbium, Stultus, qui patre occiso, liberos relinquit. Refert idem postea inter sententias. Fatuus, qui occiso patre, liberis pepercit. Est autem uersus prouerbialis, κνήπιον ὅς πατέρα κτείνας υἱοῦς ὑπολείπει. i. Est fatuus, qui patre pempto pignora linquit. Hoc adagium usurpasse scribitur Philippus Macedo, cū liberos etiam e medio tolleret, quorum parentes occiderat. Aut enim oportebat primum a parentibus occidendis abstinere, aut filios item submouere, paternæ necis ultores aliquando futuros. Huc pertinet Homericum illud ex Odysseæ. γ. ὧς ἀγαθὸν κὴ παῖδα κατὰφθιμύοιο λιπέω; Ἄνδρος. i. Ut bene habet caelo prolem superesse parenti. Erit usus adagio quoties admonebimus, aut non esse p uocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterum reliquæ nos exerceant.

χρησολογία.

χρησολογοὶ dicebantur, atq; hodie quoq; uulgo dicuntur, qui probe loquuntur, & improbe faciunt. Dictum autem peculiariter in Pertinacem imperatore, quemadmodū in huius uita testatur Iulius Capitolinus. Paulus in epistola ad Romanos, huiusmodi blandiloquentiā, χρησολογίαν uocat, καὶ διὰ τὴν χρησολογίαν, καὶ εὐλογίαν, ἔλαττωσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. i. Qui per blandiloquentiam ac benedictiam seducunt corda innocentium.

Pulchre dixti, Belle narras.

Huc pertinere uidetur ironiæ illæ prouerbiales, passim in comœdijs obuia. Dixti pulchre, Belle narras. καλῶς ἔλεξας. De re dictu uehementer absurda. Plato in Euthydemo nominatim pro prouerbio cōmemorat.

Figuli opes.

κλάμασθαι πλῆρες. i. Fictiles diuitiæ. De rebus incertis, i. fragilibus, ac neutiq; duraturis. Quæ admodū figulorū uasa facile cōminuunt quolibet casu. Refertur adagium a Diogeniano.

Lepus dormiens.

λαγῶν καθεύδων. i. Lepus dormiens. Quadrat in eum, qui quod nō facit, id facere sese adsimulat, aut quod facit, id se facere dissimulat. Quale quidam arbitratur fuisse Vlyssis somniū, cum a Phæacibus in Ithacam insulam exponeret, autore Plutarcho. Nam leporē patentibus genis dormire, cum alij permulti tradūt autores, tum Plinius libro undecimo, capite trigesimo septimo, id quod etiā hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κορυβαίτες appellant. Neq; perperam, opinor, dicitur & in timidos. Adagium a multis autoribus refertur.

Sero Iupiter Diphtheram inspexit.

ὄζεις κατ' ἄλγε χρόνιον εἰς τὰς διφθέρας. i. Inspexit, etsi sero, pellem Iupiter. Senarius prouerbialis in eos, qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enī credidit Iouem omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem p tempore dissimulare, uerum aliquando de improbis pœnas sumere. Belle quadrabit & in principes, qui diu dissimulata maleficia tandem puniunt.

Aut mortuus est, aut docet literas.

ἢ τὴν τεθνηκυῖαν, ἢ διδάσκει γράμματῶν. i. Aut perijt, aut profecto literas docet. Senarius prouerbialis, quo significabāt olim cuipiā oino male esse, tamen si parū liqueret, quid rerū ageret. Is autē hac occasione uenit in uulgi sermonē, autore Zenodoto. Athenienses duce Nicia, paræ feliciter aliquā pugnauerūt aduersus Siculos, p multis occisis, plærifq; captiuis in Sicilia abductis, q Siculorū filios, literas docere coacti sūt. Proinde pauci, q fuga elapsi redierāt Athenas, rogati qd hic aut ille faceret in Sicilia, mō memorato uersiculo rñdebāt. Aut perijt, aut docet literas.

Oportet testudinis carnes aut edere, aut non edere.

ἢ δὲ χελώνης κρέα φαγῆναι, ἢ μὴ φαγῆναι. i. Testudinis carnē aut edas, aut nō edas. Trimeter prouerbialis, in eos, qui negocium susceptum frigide ducunt, neq; explicantes, neq; relinquētes. Sunt qui putent hoc dictū, ab autore Terpsione, pfectum esse. Addūt testudinis carnē si mō dice edatur, uētris tormina facere, rursus, si copiose lenire. Cuiusmodi quiddā & de lactucis refert Plinius, pcrinde quasi dicas, aut bellandū est, aut non bellandū, aut studendum, aut nō studendū. Nam plæræq; res sunt, quas si facias acriter, plurimū conducunt, sin ignauiter officunt. Velut eæ quæ mediocritatem nō recipiūt, quod genus est musica, poeticaq;. Sunt rursus quædā quæ degustasse sit satis. Quo de genere putauit esse philosophiæ studiū Ennianus ille Neoptolemus, & Calicles Platonicus. Non abhorret ab eo quod est in Apocalypsi, Vtinam

aut calidus esses, aut frigidus.

Bonae leges ex malis moribus procreantur.

LXI

Macrobius Saturnaliū libro tertio. Vetus uerbum est, inquit, Leges bonae ex malis moribus procreantur. Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraret, ita legibus ferendis nihil opus esset, nisi perperam uiueret. Vnde apud Aeginetas olim pecuniaria poena multabat is, qui legis instituendae dedisset occasionem. Autor Aristoteles libro rhetoricorum secundo. Huc pertinet quod Solon, *ἔρωτηθεὶς, διατί ηἱ παροκτόνος νόμος οὐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀελπίσαι ἔιπερ*. i. Rogatus, quare ob causam, non tulisset legem in parricidas? Respondit, quod non sperasset futurum parricidam.

Bos alienus subinde foras propeccat.

LXII

βουὲς ἀλλότριον τὰ πρὸς ἕξω βλέπει. i. Bos alienus subinde foras propeccat. De iis, qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, coque sapius suos delectant. Vnicuique domi, ac uelut in suis praesepibus iucundissima uita, peregre permulta sunt, quae laedant, plurima desunt. Alluisse uidetur ad hoc prouerbium Plutarchus in symposiacis decade octaua, pro blemate secundo, *ὅπως δὲ ἑαυτὸν μὴ καταφρονῆτε, μηδ' ἕξω βλέπετε παντάπασι*. i. Verum ne uos ipsos contemnatis, neue foras prospiciatis, id est, Ne aliunde petatis, quod ab ipsis Platonis interpretibus sumi potest. Proinde recte dicitur, *ἕξω βλέπετε*, qui non contentus suis, aliunde pendet. Vsurpat & in libello, *πρὸς τὴν ἀρετῆς καὶ κακίας*. Septimus Bos.

LXIII

ἔσθ' ὁμοῦ βοῦς. i. Septimus bos, Olim in stupidos, brutosque dicebatur, unde celebratus senarius, *τὸν ἔσθ' ὁμοῦ βῶν ἢ σοφῆ πρῶοιμία*. i. Venustum adagium septimum narrat bouem. Id hinc ortum esse tradunt, quod antiquitus post sextam lunam bouis imaginem e farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referret. Sunt qui malint hinc natum, quod cum apud ueteres sex animantium genera maculari Dijs soleant, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser, pauperes non habentes uiuum animal, quod immolarent, bouis simulachrum e farina fingere consueuerunt, is quoniam sensu, uitaque careret, in stoliditatis abijt prouerbium. Citatur apud Suidam Euripides in Erechtheo, Et Acheus in Iride, qui prouerbium hoc usurpauerint.

Summis naribus olfacere.

LXIII

τῆ ἀκρῆ ρινὶ ὀσφραίνεαι. i. Summa nare olfacere, pro eo, quod est leui experimento, coniecturaque qualicumqueprehendere. Extat apud Lucianum in Ioue redarguto.

Si meus ille stilus fuisset.

LXV

Si meus stilus fuisset, dixit. M. Tullius in secunda Philippica, pro eo, quod est, si hoc negotium meo arbitrio, meoque artificio commissum fuisset. Translata metaphora a fabularum autoribus, quorum stilo & calamo fabula tota conficitur. Verba Ciceronis haec sunt. Sed unam rem uereor ne non probes. Si enim fuisset, non solum regem, sed regnum etiam de. R. P. sustulisset. Et si meus ille stilus fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam confissem. Stilus autem est cuspis illa graphiaria, qua scribimus in tabulis ceratis. Transfertur autem ad characterem & filum quoddam orationis, ad quod alludit Cicero.

Indus Elephantis haud curat culicem.

LXVI

In epistolis, quae Phalaridis nomine feruntur, extat huiusmodi quoddam adagium, *κωνωπὶ ἐλέφαντος ἰνδὸς οὐκ ἀλεγει*. i. Culicem haud curat Elephantis indicus. Dicitum est autem ob singularem duritiam cutis Elephantinae, qua fertur etiam iacula excutere.

Lutum luto purgare.

LXVII

πῶ πῶ καθαίρειαι. i. Lutum luto purgari, dicitur, Vbi res sordida sordibus tollitur, hoc est cum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonius in epistola quadam, *ἀλλ' οὐδ' ἐκφύει ἐφ' ἐσίου ἐπεισε, μὴ πῶ πῶ καθαίρειαι*. Loquitur de sacerdotibus, qui Deorum aras sanguine polluerent, eamque expiationem esse ducerent.

Quocumque pedes ferent.

LXVIII

εὐθ' ἂν οἱ πόδες φέρωσι. i. Quocumque ferant pedes, pro eo, quod est quouis. Quadrabit ubi nihil certum spectat, ad quod nostri dirigantur conatus. Lucianus in Hermotimo, *οὐδ' ἔτι δὴ ὁ λόγος πρὸς μου, εὐθ' ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσι ἐκείσε ἄπιμυ*. i. Neque iuxta prouerbium, quocumque nos pedes tulerint, illuc ibimus. Horatius in Odis, Ire pedes quocumque ferunt, quocumque per undas Notus uocabit aut pterius Africus. Ita & Theocritus in Hyla, *ἂ πόδες ἔγωμ' ἐχώρε*. i. Ducebant quocumque pedes ibat. Et Vergilius, Quo te Moeris pedes, an quo uia ducit in urbem.

Cyclopica uita.

LXIX

κυκλώπι βίη. i. Cyclopica uita, pro uita uehementer effera, ac barbara, quae neque legibus, neque

disciplina ciuili constet, neq; religione Deorū gubernet̄. Qualē describit Homerus Odyssæa libro nono, sub persona Polyphemi, *νήπιος εἶς ὦ ξεῖμ, ἢ τὸ κλοῦν ἐλπίσθαι· οὐ με θεοὺς κέλευα ἢ δαίμον, ἢ ἀλέαδι· οὐ γὰρ κύκλω περὶ δῖος ἀργόχρ' ἀλείψουσιν οὐδὲ δειῶν μακάρων.* i. Desipis, aut certe loquens hospes ab oris Hic ades, ut qui me iubeas cura ue moueri, Siue timore Deū, neq; enim Cyclopica turba Curamus summū ue Iouem, diuos ue beatos. Eodem in libro, *τῶν δ' ἀνδρῶν περισσομα, οἳ ἄνεις εἰσιν ἢ ὕβρισταί τε ἢ ἄγριοι οὐδὲ δίκαιοι, ἢ φιλοξένοι καὶ σῶμα νόος ἔστι θεός.* i. Quod genus hoc hominū experiar̄ iā, sint ne feroce Agrestes, æquiq; rudes, an & hospitij ius Obseruet̄, anio reuerentes numina diuū. Homerū æmulatus Eurypides Cyclopē hoc pacto loquētem facit, *Ζηνὸς δ' ἐγὼ κριανὸν οὐ φρίσσω ξένη οὐδ' ὀϊδ' ὅτι Ζεὺς ἐστ' ἐμῶ κρείσσων θεός.* Atqui hospes ego fulmen Iouis non horreo Neq; me Iouem præstantiorē habeo Deum. Strabo libro Geographiæ undecimo scribit hoc uulgo dictū in Albanorū gentē, quod Cyclopum agerent uitam, utpote neq; cultura studioſi, & ad omnē uitæ cultū inertes, & rudes:

Longe, lateq;

LXX

Cum ingens discrimen significat, longe lateq; distare dicūt. Aulus Gellius, Sic existimo, nisi me scriptoris istius, omniscq; antiquæ orationis amor, atq; ueneratio, cæco esse iudicio facit, longe, lateq; esse amplius, plixius, fusius, in significāda totius ciuitatis multitudine, mortales, q̄ homines dixisse. Citant̄ in Pandectis hæc ex Ulpiano. Si usus fundi sit relictus, minus utiq; esse q̄ usufructū, Longe, lateq; distare nemo dubitat. Trālatū uidet̄ ab agrorū mēsorib⁹.

Similes habent labra lactucas.

LXXI

Similes habent labra lactucas. Vbi similia similibus contingunt, ueluti præceptor̄i parum docto, discipulus indocilis, improbo populo, magistratus improbus, contumelioso patrono, contumeliosus actor, uxori morosa, maritus morosus, breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniunt. Natū adagiū ab asino carduos pascente. Est aut̄ lactuca herba mollis, ac tenera, quæ tamē nō admodū sit dissimilis carduo, præsertim syluestri. Itaq; quæ admodum cardu⁹ spinosus est, atq; maiorem in modū asperis folijs & caule, deniq; ipso etiam flore, itidē & asini labris nihil durius, ac petricosius, ut illis nō alia lactuca magis apta uideat̄. Porro carduos lactucarum uice etiam in cōuiujs a nōnullis apponi solere, testis est Iulius Capitolinus in uita Pertinacis imperatoris. Plinius item libro decimonono, de carduis, in hunc modum, Poterāt uideri dicta omnia, quæ in præcio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, nō sine pudore dicēda. Certū est quippe carduos apud Carthaginē magnā, Cordubāq; præcipue, Sestertium sena milia e paruis his reddere, quoniā porteta quoq; terrarum in ganeam uertimus, etiam ea quæ refugiant quadrupes conscia. Vsurpat, simulq; interpretatur prouerbium, diuus Hieronymus, scribens ad Chromatiū in hunc modū. Secundū illud quoq; de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucilius, Simile habent labra lactucam, asino carduos comedere, uidelicet ut perforatā nauim debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueā, & talis sit rector, quales illi qui reguntur. Hactenus ille. Fuit aut̄ hic Crassus auus eius Crassi, q̄ pugnant̄ aduersus Parthos, interijt, cuius signa postea retulit Marius. Numerat̄ is inter eos, q̄ nunq; in uita risisse ferunt̄, eaq; gratia *ἀγέλασοι*. i. irrisibiles cognominati. M. Tullius in actionibus, Crassum Liciniū autore Lucilio, semel dūtaxat in uita risisse testat̄. Plini⁹ libro naturalis historiæ septimo, ca. nono, Ferunt, inquit, Crassum auum Crassi in Parthis interempti nunq; risisse, Ob id Agelastū uocatū, sicuti nec fesse multos. Diuus Hieronymus cōtra Rufinū, Ego certe ut homini seuerissimo risum moueā, ut imiteris aliquñ Crassū quē semel in uita risisse scribit Lucili⁹.

Dignum patella operculum,

LXXII

Huic simillimū est illud, quod ab eodem Hieronymo refertur in epistola ad Chromaciū, Dignū patella operculum. In mea enim, inquit, patria, rusticitas uernacula, Deus uenter est, & in diem uiuitur, & sanctior est ille, qui ditior est. Accessit huic patellæ, iuxta tritū populi sermonē puerbiū, dignum operculū. Significat aut̄ episcopū, ad improbos populi mores accommodatū. Idem aduersus Rufinū, Quod librum Eusebij pro Pamphili uerteres, quod tuum quasi operculum uenenatæ patellæ imponeres.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces.

LXXIII

Plutarchus in libello de liberis educādis, *Ἄμ χωλῶν παροικίσης ὑπεσκάζην μαθησῆς.* i. Si iuxta claudum habitaris, disces subclaudicare. Prouerbiū admonet perniciosam improborum hominū consuetudinē, propterea, quod cum corporis, tum maxime animi uitia contagio serpūt in uicinum. Naso, Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi. Multaq; corporibus trāsitiōe nocēt,

x 3

Id Aristoteles existimat potissimū usu uenire in morbis oculorum, quod ea corporis pars, maxime sit mobilis. Item in scabie, quod in summa sit cute, & humore glutinoso, ad uiciūm permanet. Postremi in omnibus morbis, qui e spiritu corrupto nascuntur, ut pestis, quod spiritus facile ab alio in alium trañciatur. Deniq; est occultus quidam naturæ cōsensus, qui fit, ut oscitare incipiat, qui uiderit oscitantē, & micturiam, qui mientē cōspexerit, Autor est Alexander Aphrodisieus. Et balbutire discit, quisquis assidue cum balbo uiuit. Morum autē scabiem affricat conuictor cōuictori. Plutarchus in cōmentario de ratione dignoscendi uerum amicū ab adulatore, Scribit tantā habere uim assiduam cōsuetudinē, ut imprudentes etiam imitemur uitia eorum, quibuscū uiuimus. Quemadmodū Platonis familiares eius gibbum imitabant, Aristotelis amici, balbutiem eiusdē exprimebant, Alexandri Macedonū regis familiares ceruicis inflexum, & uocis in dicendo asperitatem effingebant.

Corrumpunt mores bonos, colloquia praua.

LXXIII

Eodem pertinet ille Menandricus senarius, quē diuus Paulus Apostolus, haud quāq; grauatius est in prima ad Corinthios epistola citare, φθέρουσιν ἡδὴ καὶ τὴν ὁμιλίαν κακὰν. i. Mores bonos conuictus inficit improbus. Consimilem huic sententiā refert Aristoteles, nono moralium libro. Celebratur & hic Senarius a Græcis, κακοῖς ὁμιλιῶν καὶ τὸ ἐκθίσει κακὸς, i. Malus ipse fiet, si malis cōuixeris. Quāq; autē alienius ab hoc instituto uidetur huiusmodi cōquirere, tamen nō mihi tempero, quin illud adscribam ex Senecæ de ira, libro tertio, si nō magnopere pertinens ad prouerbij declarationem, certe ad uitam instituendam in primis conducibile. Sumuntur, inquit, a conuersantibus mores. Et ut quædam in contactis corpore uitia transfiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus cōuictores in amorem uini traxit. Impudicorum cœtus, fortemq; & si liceat, uirum emollit. Auaritia in proximos uirus suū transfudit. Eadem e diuerso ratio uirtutum est, ut omne quod secum habent, mitigent. Nec tam ualetudini profuit utilis regio, & salubrius cœlum, quam animis parum firmis, in turba meliorē uersari. Quæ res quantum possit, intelliges, si uideris, feras quoq; conuictu nostro mansuescere, nulliq; immani bestię uim suam permanere, si hominis contubernium diu passa est. Hucusq; Senecæ uerba reddimus. Porro cum omnis contubernij cōflicatio, plurimum habet momenti, ad corrigenda, deprauandaq; mortalium ingenia, tum præcipue ualet oratio, quæ quidē ex arcanis illis animi penetralibus deprompta, genuinam quandam & occultam uim, atq; ut græce dicā melius ενεργίαν secum adfert, camq; in auditoris animū, in quem illabitur, transfundit præsentaneum uenenum, si pestilens fuerit, remedium efficax, si salutaris. Proinde nullū adhuc apophthegma philosophorū memini legere, quod mihi uideatur cum illo cōferendum, quod Ioannes Coletus meus, uir pariter & eruditus & incorruptus, subinde dictitare consueuit. Tales nos esse, qualia sunt quotidiana colloquia, tales euadere, qualia frequenter audimus. Iam uero, quod de colloquio dictum est, idem oportet & de studijs accipere. Qui uitam omnem in Ethnicis conterunt literis, gentiles euadunt. Qui præter obscœnos autores nihil euoluunt moribus obscœnis reddantur oportet. Etenim lectio colloquium quoddam esse uidetur.

Annus clibanum.

LXXV

ANN[⊙] κλίβανου, i. Annus clibanū. In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidā Aegyptius clibanorū usum, in quo panes coquerentur fertur excogitasse. Siquidē Prisci, pulte polentaq; uictitabant, cocti panis usum nescientes. De ratione coquendi panis in furnis, p̄ multa Plinius libro decimo octauo, capite undecimo, & hinc rei uocabulum etiā inditū. Nam Plautus in Aulularia Artoptesiam uocat. Seneca i epistola quadam ad Luciliū ostendit, antiquitus panē manuū tractatione subactum, feruētī cinere, testa q; p̄coqui solere. Deinde paulatim reptos furnos, & alia genera, quoq; feruor feruoret arbitrio. Meminit huius adagij tum Suidas, tum Aristophanis interpres, ἐμ' ἀκαρνεῖσι. Quāq; exemplaria pleraq; ἀνθρώπων habent, in uno duntaxat loco ANN[⊙] scriptum reperi, quod mihi quidē magis ardet, ut uocabulum sit proprium.

Magistratus uirum indicat.

LXXVI

Ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δείκνυσσι, i. Imperia demonstrant uirum. Dimeter iambicus puerbio celebratus. Quidam Pittaci Mytlenæi putant apophthegma. Sunt qui Soloni tribuant, quorū de numero Sophocles est. Aristoteles quinto moralium libro, Biantis nomine citauit. Item Theophrastus in prouerbijis quamq; ea non extant Bianti ascribit. Hoc adijciendum putauī, ne quis cauilletur sententiā esse, nō puerbiū. Sensus est in uita priuata uix satis p̄spici posse mores

& ingenium hominis. Verū, si cōmittas imperiū, ut quod libeat, idem liceat tum demū apparere, quo sit animo. Eleganter inuertit Epaminondas, cui cum Thebani per cōtumeliam magistratū quempiā sordidum & cōtemptū mandassent, nō cōtemptit, sed ea cura gessit, ut ueneri prius cōtemptissimo dignitas, & authoritas accederet, dicens, οὐ μόνον ἡ ἀρχὴ ἢ ἀνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνὴρ. i. Non solum magistratus uirum ostendit, sed magistratum uir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

Idem Accij, quo Titij

LXXVII

Extabat olim adagium apud. M. Varronem in Satyra, cui titulus, Testamētum, referturq; apud Aulum Gellium, in noctibus Atticis. Idem Accij quod Titij. Quod si quis, inquit, undecimo mēse. κατ' ἀριστοτέλην natus est, Accio idem quod Titio ius esto. Nimirum significans eodem sibi iure futurum, filium decimo mense natum, quo eum qui natus sit undecimo. Sumptum uidetur a iuriscōsultorum cōsuetudine, Titij & Accij uocabulū pro quibuslibet duobus subinde usurpantiū.

Muta persona.

LXXVIII

κωφὸν πρόσωπον. i. Muta persona. Martialis in sexto Epigrāmatū libro, Comædi tres sunt, sed amat tua Paula Iuiperce Quatuor, & κωφὸν Paula πρόσωπον, amat. Quadrabit in eos, qui in consessu deliberantiū, aut disputantiū, aut etiā in cōuiujs cæteris loquentibus, soli tacent. Traductum apparet a lege Comædiarū, In quibus non temere plures tribus personæ solent induci in eadem scena. Quod si quando quarta accesscrit, aut muta prorsus est, aut per pauca loquitur. M. Tullius ad Atticum. Si Cottam & Varronē fecissem inter se disputantes, ut a te proximis literis admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset.

Caput sine lingua.

LXXIX

Ab hoc nō admodū abludit ille Laberianus trimeter, Caput sine lingua, pedaria est sententia. Cōpetit in eos, qui in cōsultatiōibus, aut disceptationibus, ipsi quidē nihil habent, quod dicant, uerū aliorū sentētijs annuūt. Nam Pedarij lenatores dicebant ij, qui in senatu quidē sedebant, Verū sententiā nō rogabant, Sed in aliorū sentētijs pedibus discedebant. Refertur a Gellio noctium Atticarū libro tertio, capite, decimoquarto.

Corpus sine pectore.

LXXX

Prouerbiali figura dixit Horatius in epistolis ad Albiū. Non tu corpus eras sine pectore. Dij tibi formā, Dij tibi diuitias dederant, artēq; fruēdi. Item Ouidius in Heroinis. Hunc cinctu speras hominē sine pectore, dotes posse satis formæ Tyndari nosse tuæ. Perinde uero dictum est corpus sine pectore, quasi dicas, sine mēte. Nam sapientiā & ingeniū in pectore, atq; in corde cōstituit. Vnde & cordatos appellamus prudentes. Et Iuuenalis tardum ac stolidū significans. Cum leua in parte mamillæ Nil salit Archadico iuueni.

Cerite cera dignus.

LXXXI

Olim notari dignos, atq; improbos & nequā homines, Cerite cera dignos prouerbio uocabant, nimirū ceritem cerā insignem ignominiā appellantes. Horatius. Quid deceat, quid nō obliuisceris, cerite cera. Digni remigiū uitiosum Ithacæsis Vlyssis. Acron & Porphyrius, huiusmodi tradunt originē adagij Rhomani. Ceritibus bello subactis, eā dixere conditionē, ne suffragij ius haberet, ne leges ullas aut cederent, aut haberent. Eāq; ignominiā in adagiū abijisse. Meminit de tabulis ceritibus & Aulus Gellius, libro decimosexto, capite decimotertio. Primos autē municipes, inquit, sine suffragij iure cerites esse factos accipimus. Cōcessumq; illis, ut ciuitatis Rhomanæ honorē quidē caperēt, sed negocijs tamē, atq; oneribus uacarent, p̄ sacris bello gallico receptis, custoditisq;. Hinc tabulæ cerites appellatæ uersa uice, in quas cæsores referri iubebant, quos notæ causa, suffragijs priuabāt. Cōsine uidet illi, quid alibi diximus, futuriū atramentū.

Dij lancos habent pedes.

LXXXII

Macrobius libro Saturnaliū primo capite sexto, scribit in hūc modū. Cur autē Saturnus ipse in cōpedibus uisat. Verius Flaccus causam se ignorare dicit. Verū mihi Appollodori lectio suggerit, Saturnū Appollodorus alligari ait p̄ annū lanco uinculo, & solui ad diē sibi festum. i. mēse hoc decēbri. Atq; inde prouerbiū dictū, Deos lancos pedes habere, significari uero decimo mēse semē in utero animatū, in uitā grādescere, quod donec erūpat in lucē, mollibus naturæ uinculis detinet. Hactenus Macrobius. Lucianus itē in Cronosolone, Saturnū in cōpedibus fingi solere significat. Atq; huius figmēti rationē reddit in lib. de Astrologia. Nēpe quod orbis Saturni longissime a nobis semotus sit, ob hoc in tartara cōiectū finxere ex acris p̄tūditate, supra occasiōe. Deinde quod motus sit oim tardissimi, ut quāsi stare uideat, cōpedibus alligatū finxerūt. Plu.

x 4

tarchus in pblematis, scribit Tyrñs fuisse morē, ut deorū statuis uincula inijcerēt. Quid autē sibi uelit uulgatū illud puerbiū, mihi nōdū fatis liquet. Nisi forte illud innuit, deos ad scelerū uultionē lente quidē pcedere, sed tamē aliquādo de malefactis pœnam sumere uel inopinato.

Zenone moderatior.

LXXXIII

Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. i. Zenone temperantior. Testat & Laertius in Zenonis uita, Philolophū hunc, tum in uictu, tum in uoluptatibus Venereis, usq̄ adeo patientē, ac parcum fuisse, ut crudis duntaxat uesceret, ac pallio pratenui tegeret. Vnde & Philemon in Comœdia taxat hominē, qui post panē, obsoni loco, carycis uteretur, aquā uini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. Hinc & in uulgi sermonē abiit, Zenone tēperantior, Philemonis uersus apud Diogenē ex fabula, cui titulus, Philosophi sunt huiusmodi, εἰς ἄστυ ὄψομ ἰχάδαε ἐπιπιση ὕδωρ, φιλοσοφίᾳ καὶ νήμ γῆ οὐτρε φιλοσοφῆ, πεινήν διδάσκει καὶ μαδκτ ἀελαμβάνα. i. Post panis esum, caryce umq̄ obsoniū. Aquam bibens perdurat inde simplicem. Nouum enim philosophiæ celebrat hic genus. Docet esurire, ac discipulos ita illicet. Quāq̄ sunt, qui uersus hos Posidippo tribuant, non Philemoni, uelut idem admonet Laertius.

Sylofontis Chlamys.

LXXXIII

Ἡ συλοσώντης χλαμύς. i. Sylofontis Chlamys. Refertur a Diogeniano, dici solitū in hos, qui se cultu, uestitūq̄ iactitant, ac uenditant. Videf haud absurde dici posse & in eos, quibus munus exiguū in tēpore, magno cū fœnore redijt. Historiā, quæ puerbij dederit occasionem, meminit Herodotus in Thalia, & Strabo geographiæ libro decimoquarto. Ea sic habet. Syloson q̄dam cū sensisset Dariū Hystapis filiū, cū adhuc priuatus ageret, Chlamyde quadam sua ad modum bella, impensius fuisse delectatū, eam ultro dono misit. Cuius tam tempestiuæ liberalitatis, memor Darius, cum iam rebus esset præfectus, totam & urbem & insulam Samiorum Sylofonti in manus tradidit unius uestis munus, tam opulento regno cōpensans. Mentionē facit huius rei Valerius quoq̄ maximus, libro memorabiliū quinto, titulo de gratitudine. Porro quod alij Chlamydem uocant, hic amiculum appellat.

Opera Sylofontis ampla regio.

LXXXV

Εἰκτι Συλοσώντης εὐρυχωρία. i. Per Sylofontē regio facta est amplior. Senarius in puerbiū uersus, quē refert Strabo libro Geographiæ decimoquarto. Nā Syloson munificētia Darij, mortuo Polycrate, Samiorū adeptus Tyrannidē, cū acerbius exerceret imperiū, ita ut fere solent ij, qui ab humili fortuna, repente ad res amplas puehantur, & ob hāc causam insula desererēt ab incolis, puerbio dici cœptū, Εἰκτι Συλοσώντης εὐρυχωρία. i. Sylofontis causa ampliata est regio,

Phalaridis imperium.

LXXXVI

Φαλαρίδος ἀρχή. i. Phalaridis principatus. Refertur inter Græcas parœmias. Recte dicēt in eos, qui crudelius exercent imperiū, aut potestātē sibi delegatam. Ortum adagiū a Phalaride Agrigentinorū tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autē crudelitatis exempla celebratur in primis aeneus ille taurus Perilli, siue Perilai, Nā sic appellat Lucianus, inuentum, in quo subiecto igni, mortales uiui sic exurebant, ut pro eiulatu humano, mugitum ederent morientes. Eum taurū, exusto primū in codē artifice, Delphos misisse legitur, ut Phœbo dicatus, in eius templo reponeretur, monumentū futurum, simul & artis exquisitissimæ, & inuenti crudelissimæ, & pœnæ merito in authorem retortæ. Verum Delphi munus, ut a Tyranno missum repudiarunt. Hæc ferme legunt apud Lucianū. Simili figura dictum legimus φαλαρισμόν, pro immani crudelitate. Cicero ad Atticum, Nam istum quidē, cuius φαλαρισμός, times omnia teterrime facturū puto. Idem alibi. Quoniā, inquit, Phalarin grammaticū habemus. i. qui perperam scripta etiam capite punit.

Manliana imperia.

LXXXVII

Vt hoc proximū recte congruit in hos, qui sauiunt. In eos, in quos ius nacti sunt, ita Manliana imperia confine illi prouerbiū, probe torquebit in eos, qui nimis rigida iuris obseruatiōe humanitatis & æquitatis obliuiscunt. Historia quæ puerbio causam dedit, narrat a Tito Liuio, primæ Decadis, octauo libro. Extat & apud Valeriū maximū, aliosq̄ cōplures scriptores. Ea ad hūc ferme habet modū. L. Manlius, cū Cōsul bellum cū Latinis gereret, edictūq̄ esset, nequis extra ordinē pugnaret, ac T. Manlius Cōsulis filius turmæ præfectus, puocatus a Genutio, siue (ut Valerius) a Geminio Metio Tusculanorū equitū præfecto, oblitus edicti cōsulis cōfluxit, & puocatorē hasta cōfodit. Deinde ubi comitante turma, ac uelut ouante spolijs ornat, ad patrē tenderet, ille mox in cōspectu omniū, filiū quod extra ordinē pugnasset,

ad palū delegari, deinde uirgis ex more cadi, postremo securi feriri iussit. Salubri quōdē in posterū exemplo (quēadmodū ait Liuius) sed in præsentia nimiū inuidioso Cōsuli. Siquidem, ut author est Valerius, libro memorabiliū nono, capite de ira, cum Victor Rhomā reuertere, nemo iuuenū obuiam ijt, in tantū totius iuuentutis odium uenerat. Hinc & cognomen additum uulgo imperioso. Refert simile saucritatis exemplū Valerius Maximus, libro secūdo, capite de disciplina militari, de Posthumio Tiburto, cuius filius fortissimus adolescēs, quod feliciter quidē, sed iniussu patris, cū hoste cōmisisset, a patre securi percussus est. Quāq; Titus Liuius primæ Decadis, libro quarto maluit hoc de Manlio Torquato, q̄ de Posthumio credere, atq; in uarijs scriptorū opinionibus, hoc potissimū argumēto sese uti testat, quod uulgato pro uerbio Manliana imperia dicta sint, nō Posthumiana, cū tamē Posthumius a tate præcesserit Manlium. Quod si prior tam saui exempli fuisset author, occupasset nimirum insignem titulum crudelitatis, præterea quod Manlio cognomen inditū esset imperioso, nō Posthumio.

Compluriū Thriorum ego strepitum audiui.

LXXXVIII

πολλῶν ἐγὼ θρίων φόφου ἀκίκοα. i. Thriorum ego strepitū audij cōpluriū. Senarius est, puerbia/lis, quo minas & inanē clamorē nos cōtēnere significamus. Quemadmodū Thais illa Terentiana, sauas & gloriosas Thraſonis minas p̄ nihilo ducit, magnū nebulonē appellans. Aristophanes in Vespis, οὐδ' ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας, θίδα θρίων τῶν φόφου. i. Thria noui, quid strepāt, ut sapius qui audiuerim. Porro Thria a Græcis dicuntur ficulna folia, quæ cū incendunt, minacē quēdā edunt strepitū, & formidandū ijs, quibus antea nō sit auditus. Alioquin inanē & cōtemnēdum. Nisi mauis legere θρίων, Sic enim Græci uocant Calculos, quos in urnā mittūt fortilegæ, cū diuinant, quēadmodū admonuimus alibi. Solent huiusmodi diuinatrices aliquādo e fortibus dira prædicere, quo stultos, ac credulos territēt, cum sapenumero nihil eueniat eorū quæ minantur.

Ne in apio quidē sunt.

LXXXIX

οὐδ' ἐν σελίνοις εἰσίμ. i. Ne in apio quidē sunt, pro eo, quod est, ne ingressum quidē, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab ijs, qui hortos ingrediunt. Nā antiquitus extremus ille hortorū ambitus, apio cōserebat, quē qui nōdū præterissent, uelut in horti limine adhuc esse uidebant. Aristophanes in Vespis, οὐδ' ἐμὲ γ' οὐδ' ἐν σελίνω ποῦσιν οὐδ' ἐν περγάνω. In apio nōdū est uel ipso, sed nec in rutis adhuc. Hoc est, nec initium habet eorū, quæ sunt futura. Interpres & aliā quandā hoc loco refert sententiā, uolens adagiū ad Gymnicū Agonē pertinere, ad qd, quæ præpararēt infantes, statim ut essent nati, in apio collocare cōsueuerūt. Itaq; perinde dictū uidetur, Ne in apio quidē, quasi dicas, ne in primis quidē rudimētis. Rutam aut Comicus addidit risus causa, quod apium prælocutus fuerat. Porro morē apio coronādi putant iam olim ab Hercule inductū, post interfectū Nemeæ leonē, quod & Pindarus indicare uidet alicubi.

Podex lotionem uincit.

XC

πρωκτὸς λουξοῦ περιγίνη. i. Podex lotionē uincit. Callistratus apud Aristophanis interpretem adagiū hoc retulit ad eos, qui sese in malū aliquod adigūt, p̄pterea, quod ea corporis pars, etiā si lauet, semet rursus inquinat, ita ut ipsa sit in causa, quo min⁹ lauari possit. Quadrabit etiā ubi quid frustra fieri significabimus, ueluti si quis nocentē e carcere redimat, atq; ille mox iterato cōmisso, semet eodē præcipitet. Aut si quos recōcilies, mox in pristinā relapsuros simultatem, aut castiges incorrigibile ingenium, quod genus est mulierū. Cōueniet & in illos, qui suo ipsius uincunt malo. Veluti, si quis morū intra stabilitate obtineat, ne posthac obiurget a præceptore. Putant adagiū uideri sumptū ab ijs potissimū, qui cita sunt aluo, quos Nonius foriosos appellat. Aristophanes πρωκτὸς λουξοῦ περιγινόμην. i. Podex peruincens loturam. Idem & morbus dici uincere artem, curam ue medici, cū est immedicabilis.

Conscientia mille testes.

XCI

Quintilianus oratoriarum institutionū libro quinto, hanc sententiā ut prouerbialem citat. Cōscientia mille testes. Sensus interprete non eget. Quis enim nescit conscientiam rem esse unā omnium efficacissimā, adeo, ut nulla tormenta melius prodant maleficiū, q̄ conscientia, nullus carnifex seuerius puniat, q̄ hec. Vnde & illud, Heu q̄ difficile est crimen nō prodere uultu. Extat & Græcanica sententiā, σωείδης πλάττει τὸ ψυχῆμ. i. Cōscientia uerberat animū. Iuuenalis item, Et surdo uerberare cadit. Hanc sensere poetæ, cū de diris & ultricibus fur ijs fabulant.

Mysorum præda.

XCII

μυσῶν λῆα. i. Mysorū præda. In eos olim dicebat, qui impune a quibuslibet læduntur, ac diripiunt. Ortum Adagium a Mysis, quos aiunt quondam finitimorū incurſatiōibus male uexa

tos fuisse, quo tēpore Telephus rex peregre agebat. Vtiñ hoc adagio Aristoteles libro Rhetoricorū primo, tractans de locis cōiecturalibus, και τὸς ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας, καὶ μὴ ἐπεξελάθοντες, ὡς ὄντας ἢ τὴν παρομοίαν μυσῶν λείαν. i. Eos item, inquit, qui a cōpluribus affecti iniuria, nō curant de ulciscendo, Nam ut trito dicitur prouerbio, Myforū hi prāda sunt. Hoc est, passim ab omnibus incessuntur, propterea, quod ueterē ferendo iniuriam, inuitant nouam. Vfus est Demosthenes aduersus Aelchynē, Quo quidē in loco Scoli deprauarūt p Myforū, miserorum. Citatur & ex Stratidis Medæa, & Iambis Simonidis.

Ultra septa transilire.

XCVI

Ἐπὲρ τὰ ἑκαμμμένα πηδῶν. i. Septa transilire. Cōgruit uel in eos, qui rem quampiā nouā & incredibilem designant, longeq; supra uulgariū hominū facultatē. Vel in hos, qui a re proposita digrediunt. Vel in illos, qui præscriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modū trāseunt. Natum adagiū a Phaylo quodā Pentathlo Pontico, ut quibusdam placet, Crotoniata, qui tū saltu, tum disco mirum in modum ualuisse legitur. Extat & inscriptio statuæ illius huiusmodi, πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πηδῶσε φάυλος. Δισκίει δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολαπομύωμ. i. Quinq; supra quinquaginta pedes salit Phaylus. Discum autē iacit centū, exceptis quinq;. Meminit huius adagiū Plato in Cratylo, και ὑπὲρ τὰ ἑκαμμμένα ἄλειδ. i. Et ultra septa salire. Refert & Iulius Polylux libro de rerū uocabulis tertio. Lucianus in somnio, ἔπὲρ τὰ ἑκαμμμένα ἡδὴ πηδῶ. i. Ultra septa iam transilit. De somnio cuius finis cū sit somnus, iam etiā uigilanti duraret. Cicero de oratore libro primo, Et quasi certarū artium forensibus cancellis circumscriptam sciētiam. Idem in actionibus, Ab his cācellis, quibus me circumscripti, declinauero. Locus enim is, in quo celebrabantur ludi forenses, fossis, cancellis, aut alijs id genus septis erat circumscriptus.

Psyryce facta.

XCVII

Psyra, insula quæpiam est, haud procul a Chio, Cuius meminit & Homerus libro Odysseæ tertio, Psyriam appellans, ἢ καδύπερδε χίοιο νεοίμεθα παιπαλοέσσης νήσου ἐπὶ ψυρίας, αὐτὴν ἐπ' ἀριστῆς ἔχοντες. i. Certe supra Chiū redibamus asperā, in insula Psyra, ipsam a sinistris habētes. Strabo Psyra pronunciat, pluratiue & neutrali genere. Meminit huius & Plinius libro mundanæ historiæ quinto. Ea insula quoniā esset & perpusilla & ignobilis, in cōtemptus & uilitatis pro uerbiū abijt, ut quæ sordide, parumq; magnifice fierent, Psyryce facta dicerentur. Hæc ferme Stephanus, idem citat Cratinū, τυρά τὸν διόνυσου ἄγοντες. i. In Psyra Bacchum ducētes. Eundem rursus in Nemela, τυρά τε τὴν πῶρτην ἄγας. i. In Psyra Spartam ducis.

Bos Cyprius.

XCVIII

κύπριος βοῦς. i. Cyprius bos. In brutū, ac stolidū iaci solitū, ppterca, quod Cyprii boues magis bruti ferant, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur a Suida, ac Diogeniano. In terpres Aristophanis in Plutum, scribit Bæotios boues σκατοφάγους fuisse. i. oletum edentes. Hoc autem nomine Aristophanes, Medicos appellat, quod in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium, aut uentris excrementa cōtemplantes. Sed de Cyprijs bubus cōsentit Plinius libro uigesimo octauo, capite ultimo, narrans Cyprios boues hominū excrementa appetere, nō pastus causa, sed ut hoc remedio torminibus medeantur.

Cyprio boui merendam.

XCVIII

Festus Pompeius uersum hunc Sotadicū citat ex Ennio, Gyprio boui Merendā, Ostēditq; cōuenire, quoties cōuiuia sordidus & insipidus, sordido atq; insipido accipit cōuiuio. Originē Adagiū refert eandē, quā nos modo cōmemorauimus. Festiuus erit, si ad res animi deflectatur, ut si quis apud spurcos spurce loquat, apud indoctos indocte.

Equum habet Seianum.

XCVIII

Equum habere Seianum olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremā inopiā redactū. Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui a Cn. Seio domino, nomen inditū est Sciano, is ex Diomedeis equis prognatus fuisse creditus est, fuit insigni quidē specie, uerū eiusmodi quodam fato, ut quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad interitū nē usq; deperiret. Id, quod Cn. Seianus ipse, capitis damnatus, ac miserādo affectus supplicio. Deinde & Dolobella bello interfectus. Post hūc Cassius ab hostibus occisus. Deinceps Antonius detestabili exitio pditus, pbauit. Hunc equū. C. Bassus Argis se uidisse refert, haud credibili pulchritudine, uigoreq; & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagiū & refert, & copiosius explicat Aulus Gellius, libro noctium Atticarū tertio, capite nono. Fieri potest, ut hæc de equo supstitio manarit ab equo illo Durateo, cuius aliquot locis meminit Home-

rus, qui fatalem interitū attulit Troianis. Ad quod alludens Maro. Scandit, inquit, fatalis machina muros. E diuerso quaedā fataliter esse felicia credidit ueterum superstitio, Nam auctor est Treuelliū Pollio, in libro de triginta tyrannis, uulgo persuasum fuisse, res ijs feliciter cedere, qui Alexandri magni imaginē, auro, argētoue exp̄ssam gestitarent. Nec hodie desunt, qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quasdā nugas pollicent̄ principibus.

Aurum habet Tolosanum.

XCVIII

Huic simillimū est illud, Aurum habet Tolosanū. In eum, qui magnis, ac fatalibus afficit̄ malis, nouoq; ac miserando exitio perit. Refertur ab Aulo Gellio, eodem loco, quē modo citauimus, ad hunc modum. Eadem sententia est illius quoq; ueteris prouerbij, quod ita dictum accipimus, Aurum habet Tolosanū. Nam cum oppidum Tolosanū in terra Italia, Qu. Cepio consul diripiisset, multūq; auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabiliq; exitu perijt. Meminit auri Tolosani. M. Tullius, lib. de natura Deorum tertio. Cognosce, inquit, alias quæstiones auri Tolosani, cōiurationis lugurthinæ. Strabo libro geographiæ quarto, admonet hanc pecuniā Tolosanā Delphicā pecuniæ partē fuisse. Brēnus enim Praulus natione, Tetofagis auxiliantibus Delphos incurrauerat, deinde quē admodū refert Iustinus libro uigesimosecundo, cum Tetofagi se in antiquā patriā Tolosani recepissent, pestilentia laborare cœperunt, a qua nō prius sunt liberati, q̄ haruspicum respōsis moniti, aurum, argentumq; sacrilegio quæsitū, in Tolosensem lacum mergerent, quod omnē magno post tempore Cepio Rhomanus consul abstulit. Quod quidem sacrilegium, exitium attulit, tum ipsi Cepioni, tum illius copijs. Erant autem auri pondo. C. X. milia, argenti pondo quinquies dccies centū milia. Scribit enim Strabo Tolosanos ex priuatis fortunis auxisse sacram pecuniā, ut magis deum sibi reconciliarent. Narrantur & alia quaedam hoc loco a Strabone de auro Tolosano ex Posidonio, uerum quoniā ad Adagionis enarrationem nō magnopere pertinere uidebantur, sat habuimus locum indicasse. Durat hodieq; apud uulgus hæc opinio, ut existiment, omnes misere perire, quicunq; a sacris rebus nō abstinent manus uolentas.

Polypi caput.

XCIX

πολύποδος κεφαλή. i. Polypi caput. In hominē uarium, & in quo pariter & uitia quaedā, & uirtutes inuenias, cuiusmodi Catilinā describit Salustius. Competit & in rem, ex qua nō parum commoditatis capere queas, sed quæ eadem nōnullis incōmodis noceat. Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod sicuti testatur Plutarchus in libello, cui titulus, quomodo sint adolescentibus audiendū poetæ, esu quidem suauissimum, & esculeutum, Caterum somnia parit tristitia, ac prodigiosa. Vnde huius esum interdicebant ijs, qui cuperent ex insomnijs præscire futura, quemadmodū & fabarum, ut testis est idem Plutarchus in Symposiacis. Proinde poetice Polypi caput uocat, in qua sicuti sunt permulta cognita, tum iucunda, tum frugifera, ita sunt nōnulla, nisi caucas, pestilentia. Porro ex huiusmodi rebus, id, quod inest commoditatis, cōueniet excerpere, quod noxiū, uitare. Iuxta Simonidis doctrinā apiculas imitari, quæ præteritis reliquis, ad ea duntaxat aduolant, unde possint aliquid ad mellificiū idoneum excerpere, nec aliud colligunt, q̄ quod sit usui futurū. Prouerbiū integre refertur apud Plutarchū hoc pacto, πολύποδος κεφαλή ἐνὶ μέρει κακὸν ἔνδ' εἰ καὶ ἐσθλόν. i. In Polypi capite, inest quidem malū, inest & bonum. Itidem Theognis in sentēt ijs de uino prædicat, ἐσθλὸς καὶ κακὸς ἐστίν. i. Bonum, ac malum es. Possiet ad hanc formam torqueri fabula de hasta Achillis, quæ uulneris auxiliū tulit, eadem quæ uulnus inflixerat.

Aestate penulam deteris.

C

Ἐν θέσει τῆς χλαῖνας καταξίβας. i. Aestate penulam deteris. Refertur a Zenodoto, Diogeniano, Suida. Recte dicitur in eum, qui res necessarias temere, nec in tempore profundit, aliquādo futuras usui, si seruent. Id, quod uulgo faciunt adolescentēs, qui facultates patrias stulte prodigunt in iuuenta, qua sustinenda fuerat imbecillitas senectæ. Neq; male quadrabit in eos, q̄ corporis uires in uoluptatibus frustra cōsumūt, quas in obeundis negocijs serijs, postea sint desideraturi. Nam χλαῖνα summa uestis est, quæ pro tempore sumitur ad uentos, pluuiam, frigus ue depellendū, quasi latine dicas penulam. Iuuenalis, Et multo stillaret penula nimbo.

Finis Primæ Chiliadis:

Festina lente.

I



πεῦδε βραδέως. i. Festina lente. Prouerbiū hoc nō inuenistam ænigmati-
 sspeciem præ se fert, propterea quod constat ex uerbis inter sese pugna-
 tibus. Ideoq; referendū est ad eam formā, quā in operis huius initio de-
 monstrauius, nimirum eorū, quæ per ἐναντίωσιν. i. cōtrarietate efferrū-
 tur. Quod genus est illud Δυσδαίμων ἐυδαιμονία. i. infelix felicitas. Nec
 absurde mihi cōiectasse uideatur, si quis effectum existimet ex eo, quod
 est apud Aristophanem in Equitibus, πεῦδε ταχέως. i. propea prope-
 re. Vt allusor quisquis is fuit, τὸ ἀναδιπλασίον ἐναντίωσιν cōmutarit. Ad
 hunc autē figuræ colorem, atq; ad hanc allusionis facetiam, nō mediocrē gratiā adiungit tā cō-
 moda, tamq; absoluta breuitas, quæ & ipsa uelut in gēmis, itidem & in adagijs, nescio quo mo-
 do peculiariter decere mihi uideat, & ad precij miraculum facere. Etenim si uim, ac sententiā
 æstimes, quam hæc tam circuncisa uocum breuitas in sese complectitur, q̄ sit fœcunda, q̄ gra-
 uis, q̄ salutaris, q̄ ad omnē uitæ rationē late patens, profecto facile discesseris in hanc sententi-
 am, ut in tanto prouerbiorū numero, non arbitreris ullum aliud esse perinde dignū, quod om-
 nibus incidatur columnis, quod pro templorū omniū foribus, & quidem aureis describat no-
 tis, quod in principaliū aularū ualuis depingatur, quod primatiū in scalpā anulis, quod regijs
 in sceptris exprimat, deniq; quod omnibus ubiq; monumentis representetur, propagetur, ce-
 lebretur, ut quod tantopere expediat semper cuiusq; obuersari animo, nusq; nō occurrat ocu-
 lis, nulli quidem mortalium, non maximo futurum usui, præcipue tamen principibus & ijs, q̄/
 bus, ut uerbis dicā Homericis, λαοί τ' ἐπιτετραφάτη ἢ τόσα μέμλε. i. Populiq; cōmissi sunt, & tā-
 ta sunt curæ. Quandoquidē a plæbiciæ sortis hominibus, siquid forte sit uel prætermissum so-
 cordia, uel admissum temeritate, quemadmodū iactura leuior, ita & incōmodum, quod acce-
 ptum est, faciliore remedio sarcitur. At uero principis, uel unica cessatio, semelue præcipitatū
 consiliū, deum immortalem, quas tempestates nōnunq; excitat, quantas rerū humanarū rui-
 nas secum trahit. Rursum si adsit τὸ ἀεὶ δευ βραδέως, hoc est, maturitas quadam, ac modera-
 tio, simul & ex uigilantia, lentitudinēq; temperata, ut neq; per temeritate quicq; faciat pœni-
 tendū, neq; per socordia quicq; prætereat, quod ad reipublicæ cōmodū ptinere uideat, quæ-
 so te, quid esse possit hoc imperio felicius, firmitus, stabiliusq;. Quāq; hæc felicitas, haudqua-
 q; ipsis imperij terminis circumscribit. Quin undiq; longe lateq; ad finitimos populos dima-
 nat, nec usq; æque locū habet Hæsiodiū illud, πῆμα κακὸς γέτωρ, ὅσοντ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειρα. Proin-
 de sic equidē existimo, prouerbiū hoc, siquod aliud, optimo iure, βασιλικόν. i. regium appellari
 debere, nō tantū ob eam, quā modo diximus causam, uerum etiā, quod duobus his uitijs inge-
 nia principum peculiariter uideant esse cōfinia. Nam fortunæ fauor, rerū affluentia, tam para-
 tæ uoluptatū illecebræ, præterea protinus licere quicquid collubitū fuerit, deniq; pestilentissi-
 mū illud assentatorū εὐγε, semperq; parati quicquid quocūq; modo dictum factūue fuerit, ar-
 risus, applausus, hæc inq;, atq; id genus alia, nō mirum, si quibusdā socordiam cōciliant. Maxi-
 me, si his omnibus fomentis ætas iuuenta cōtigerit, & huius comes rerum imperitia. At e di-
 uerso fit nōnunq;, ut insitus ille principum ingenijs uigor, & impetus quidā, ut ita dixerim, le-
 oninus, adauctus amplitudine fortunæ, excitatus rerū maximarum successibus, inflammatus
 uel iracundia, uel ambitione, uel alijs huiusmodi cupiditatibus, extimulatus cōsilijs præfero-
 cibus, transuersos rapiat, aliquoties, tum ipsos, tum omnē imperij molem in præcipitium aufe-
 rat. Quāq; siquidem in alterutram partē peccandū sit, nō paulo præstiterit, regē impēdio len-
 tiorem esse, q̄ plus æquo præcipitē. Homerus Agamemnoni uitiosam quandā animi molliti-
 em, hoc est, τὸ βραδέως, affinxisse uidetur, ut eius nullum egregiū facinus adferatur, aut animo-
 sum, nisi cū ob ereptam Chryseidem stomachatur, & Achillem sua spoliat Bryseide. Rursum
 Achilli parū moderatos impetus, hoc est, τὸ ἀεὶ δευ attribuit, nisi sicui tum alicui σπεύδεν βρα-
 δέως, uidetur, cum in consilio districto gladio, regē impetiturus, a Pallade cohercet, admoni-
 tus, ut intra cōiuitia duntaxat indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, in frequen-
 ti principum confessu, tot probris, tam manifestis conuictijs, in eum debacchari, penes quē re-
 rum erat summa. Achillem imitatus uidetur Alexander ille Magnus, ac plane uicit, quippe
 quem eouq; præcipitem egerit impetus animi, ut in amicissimos etiam ferrum destrinxerit.

Agamemnonē Sardanapalus est æmulatus, Sed ita æmulatus, ut lōgo præcesserit interuallo, Quin utriusq; generis innumerabiles inuenire liceat, qui uel huius inertia, uel illius ferocitate referat, per paucos aut reperias, qui puerbiū hoc secuti, tempestiuā celeritatē, cū prudenti tarditate recte miscuerint, nisi quod pro multis unus sufficit. Fabius ille maximus, cui cognomen etiam additū cunctatori, cum ipsi laudem peperit immortalem, tum Rhomano imperio cunctādo restituit rem, aliorum ducum inauspicata celeritate, iam ad extrema redactam. Itaq; nō sine causa uideo factum, ut hoc *σπεινδε βραδέως* intantū arriserit duobus Imperatoribus Romanis, omnium facile laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano. Quorum utriq; singularis quædam aderat animi magnitudo, cum incredibili quadam lenitate, facilitateq; coniuncta, ut cum amabili morę popularitate, omnium animos sibi deuinxerint, nihilo secius tamē, pari diligentia, si quando res uirum postularct, celeriter res maximas cōfecerint. Octauius igitur, hoc dicto, tam impense delectatus est, quemadmodum in noctibus Atticis narrat Aulus Gellius, ut non in sermonibus modo quotidianis, crebrius usurparet, uerum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duabus uocibus, ut ad rem agendam adhiberetur simul & industriæ celeritas, & diligentia tarditas. Quod quidem Gellius Latinis existimat, unico uerbo dici, Matura. Nam maturari, quod neq; præpropere fiat, neq; serius, q̄ oporteat, sed ipso in tempore. In hūc sensum usurpasse Maronem, cum ait Aeneidos libro primo, Maturate fugam. Quanq; omnino uox hæc apud authores significat idem quo festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimū anteueras, siquidem festinata recte dixeris etiam præpropere, matura nō dixeris. Neq; dissident ab his, quæ Suetonius tradit in huius uita, nihil, inquit, minus in duce perfecto, q̄ festinationē, temeritatēq; cōuenire arbitratur. Crebro itaq; illa iactabat, *σπεινδε βραδέως, ασφαλής γάρ ὄζει ἀμείνων ἢ θρασυς στρατηγός*, i. Festina lente, Nam certus dux potior, q̄ cōfidens. Hæc ferme Suetonius. Iam uero dictum idem Tito Vespasiano placuisse ex antiquissimis illius nomismatis facile colligitur, quorū unū Aldus Manutius mihi spectandū exhibuit, argentum, ueteris, planeq; Rhomanæ sculpturæ, quæ sibi dono missum aiebat, a Petro Bembo patritio Veneto, iuuenē, cū inter primos erudito, tum omnis literariæ antiquitatis diligentissimo peruestigatore. Nomismatis character erat huiusmodi, Altera ex parte faciē Titi Vespasiani cū inscriptione præfert, ex altera ancorā, cuius mediū, ceu temonē, Delphin obuolutus cōplectitur. Id autē symboli nihil aliud sibi uelle, q̄ illud Augusti cæsaris dictum, *σπεινδε βραδέως*, indicio sunt monimenta literarū hieroglyphicarū, Sic enim uocant ænigmati cæ sculpturæ, quarū prisca sæculis multus fuit usus, potissimū apud Aegyptios uates, ac Theologos, qui nefas esse ducebant, sapientiæ mysteria, literis cōmunibus uulgo profano prodere, quemadmodū nos facimus, sed si quid cognitu dignum iudicassent, id animantiū, rerumq; uariarū expressis figuris, ita representabāt, ut nō cuius statim promptū esset cōiicere, uerum si cui singularū rerum proprietates, si peculiaris cuiusq; animantis uis ac natura, cognita, penitusq; perspecta fuisset, is demū collatis eorum symbolorū cōiecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Veluti cum Aegyptij Osirim suū, quem eundem solem esse putant, significare uolunt, in sculpunt sceptrum, inq; eo speciem exprimunt oculi, nimirum innuentes hunc Deum esse, regaliq; potestate sublimem cuncta despiciere, quia solem Iouis oculum appellat antiquitas. Huiusmodi ferme refert Macrobius libro Saturnaliū primo. Item annum hoc modo demonstrabant. Effingebant serpentē ita circumuolutū, ut caudam ore teneret insertam, innuētes annum semper isdem uicibus temporū reciprocantibus in sese recurrere, Vnde Seruius autumat apud Græcos *ενιαυτου* uocabulum attributū anno, atq; huc respexisse Maronem, cū ait, Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Etiam si Horus Aegyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri, serpentis sculptura nō annum, sed auum representari tradit, Annum autē tum Isidis, tum Phœnicis imagine. Scripsit his de rebus & Plutarchus in cōmentario de Osiride, & Charemon apud Græcos, testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta suspiror ea quæ nos nuper conspeximus huius generis monimenta. In quibus etiam hæc inerat pictura. Primo loco circulus, deinde ancora, quā mediā, ut dixi, Delphinus obtorto corpore circumplectit. Circulus, ut indicabat interpretamentū adscriptū, quoniā nullo finitur termino, sempiternū innuit tempus. Ancora, quoniā nauim remoratur & alligat, sistitq; tarditatē indicat. Delphinus, quod hoc nullum aliud animal celerius, aut impetu pernitiore, uelocitatē exprimit. Quæ si scite cōnectes, efficiunt huiusmodi sententiā, *Αει σπεινδε βραδέως*, i. Semper festina lente. Porro hoc scripturæ genus nō solum dignitatis plurimū habet, uerum etiam uolupta-

tis nō parū, si quis modo rerum, ut dixi, proprietates, penitus perspectas habuerit, id, quod partim cōtingit sollerti cōtemplatiōe rerū, causarūq; naturalīū, partim liberaliū cognitione disciplinarū. Veluti, si quis ex Aristotelicis libris, quos de naturali auditu inscripsit, probe teneret, analogiā quandā esse & similitudinē inter magnitudinē, motū ac tēpus. Nam horū triū unū quodq; pariter in codē existunt. Siquidē ut tēpus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctum, hoc momentū in tempore, impetus in motu (liceat enim interim sic appellare, quod in motu minimū est, atq; indiuisibile) Neq; enim de uocibus laborandū, si de re cōueniat. Iam igitur, si in recta linea magnitudinē cōsideres, duo pūcta reperies, quorū alterū sit initiū duntaxat, alterū finis tantū, hoc est, unde quasi fluit longitudo, & in quod desinit. In eadē si motū cōstituas, duos item reperies impetus, alterū unde motus oritur, alterū in quē desinit. Horū item ea ratio est, ut qui initiū est, tantū eius motus initiū est, qui finis, tantūmodo finis. Motum tēpus necessario comitat. Est enim huius ueluti regula, cuius naturā si separatim cōtemplere, duo uides momenta (liceat enim ita loqui) alterū tēporis illius initiū, alterū finem. Rursum autē, si in eadem linea cōsideraris, puncta magnitudinis, impetus motus, momenta tēporis, quæ mediā intercedūt inter initiū & finem, uides horū unius cuiusq; uelut ancipitē esse naturā. Etenim ad initiū relata, fines sunt, ad finē, initia. Proinde ubi finita erit magnitudo, ibi simul & finitus motus, & tempus finitū sit, oportet. Finita est autem ea magnitudo, in qua tale cōpetit initiū, ut id ē finis esse nō possit, talis finis, ut in eundē nō cadat, ratio principij, id, quod euenit in omnibus figuris, excepta circulari seu sphericā. Nam ut in hac nullum certū est punctū, quod pprie dici queat initiū, nullum item, quod ita sit finis, ut tantū eam recipiat appellationē, ita nec momentū huiusmodi, ullum est, nec impetus. Vnde cōsequit, ut ibi neq; finita sit magnitudo, neq; motus finitus, neq; finitū tempus. Rursum ubi quodlibet magnitudinis punctū, simul & initiū & finis esse potest, ibi magnitudinē infinitam esse necesse est. Ad eandem rationē, ubi quilibet impetus, uel principium motus esse potest, uel finis, illic motus uidetur infinitus. Demū ubi quoduis momentū, simul uel initium temporis esse potest, uel finis, ibi tempus infinitum oportet esse. Sed infinitū tempus, æternum uocamus, quod quidem æterno respōdet motui. Motus æternus magnitudinē item æternā requirit. Hæc nō possunt competere, nisi in sphericā, aut circularem magnitudinē. Vnde philosophi quidam æternitatem mundi collegerunt, quod animaduertent cœli uniuersi, syderūq; & sphericā esse figuram, & motum item esse sphericum. Porro nō solum in huiusmodi magnitudinē circuli ratio quadrat, uerum etiā motus huic adhærens, circulus est quidam, item tempus eum dimetiens motū, nō respuit appellationē circuli, quemadmodū testat etiā Aristoteles quarto, περὶ φύσις φυσικῆς ἀκροάσεως libro. Hæc igit, atq; id genus alia, qui ex philosophorū disciplinis perdidicerit, is facile cōiectabit, quamobrem Aegyptij circulo sempiternū tempus exprimere uoluerint. Iam uero Delphini uim, naturāq; paucis inspiciamus. Tradunt auctores hunc incredibili uelocitate, & admirabili impetu, reliquū animatiū genus, longo interuallo post se relinquere. Proinde Oppianus libro de naturis pisciū secūdo, Delphinos nō cum quibuslibet aibus, sed cū aquilis cōfert, *οασομ ἢ κούφοισι μετ' οἰωνοῖσιμ ἄνακτες, Διερὶ, ἢ θήρεσσ μετ' ὠμκῆσι λέοντες, ὄσσομ ἀριστέουσισιμ ἐμ ἐρπυσῆσσι δράκοντες τοσσομ καὶ δελφῖμες ἐμ ἰχθύσιμ ἡγεμονῆες*, id est, Quippe citas quātum inter aues, insignis honore. Regali, reliquas aquila prauertitur omnibus. Inq; feris leo crudiferis, sæuoq; dracones. Serpentū in genere exuperant, tantū impete Delphin. Eximius uincit, regnātes æquore pisces. Cōfert & iaculo *Διὰ γῆς βέλος ὡς τε, δάλασσ αμ' ἴπτανη*. i. Nāq; per æquora lata sagittæ, more uolat. Deniq; cōfert etiam uento, uel turbini potius, ac procellæ uentorum. *Ἄλλοτε μὲν βαδὺ κῆμα διατρέχει ἥντε λάλαψ*. i. Altas aliquādo per undas Turbinis in morem discurret. Plinius libro historiae mundi nono, capite octauo, Aristotelis secutus sententiam, haudquaq; ab his discrepantia refert, uidelicet Delphinū omnīū animantiū, perniciosissimū esse, neq; id solum inter maritimi generis, uerum etiā uolucris quauis ocyorem, quouis acriorem telo. Singularem autem huius uelocitatem hoc potissimū argumēto colligi, quod cū os habeat longo distitum interuallo a rostro, nempe medio pene uentre, quæ res in confectandis piscibus nō mediocrem illi morem adferat, necesse est, neq; enim, nisi resupinus, atq; conuersus corripit, tamen uix ullus est Piscium, qui illius effugiat celeritatē. Nec ignorat ipse hanc naturæ dotem, sed ueluti laudis, animi ue causa certat aliquoties, cum nauigij plenis uelis euntibus. Est enim præcipue *φιλάνθρωπος* Delphin (quin & *παιδρασῆμ* aiunt nō nulli) & ob id capitalis est hostis crocodili, quo nō aliud animal insensius homini. Itaq; nō pa-

uelcit hominē, ut alienum, uerum obuiam nauigijs uenit. Alludit exultans, certat etiā, & quāuis plena praterit uela. Quin etiam in mugilum uenatu, apud stagnum Laternam magnifice declarat, quantū ualeat celeritate, quantū polleat ingenio, quātum deniq; bene uelit homini. Iam uero quid dicam de impetu, uix credibili: Siquidem ubi fame concitatus, fugientē in uada ima, persecutus piscem, diutius spiritum cōtinuit, non aliter, q̄ arcu emissus, ad respirandū emicat, tanta ui exilit, uti plarumq; uento turgentia uela nauium saltu transuolet. Quod igitur symbolum magis cōueniebat, ad exprimendum acrem illum & indomitum animi impetum, q̄ Delphini: Porro ad significandam tarditatem, cūctationeq; nō male quadrabat *ἔχεν* *μις* piscis, quem Latini Remoram uocant, uerum quoniā huius figura parum cognobilis uidebatur (Nam praterq̄, quod admodum pusillus est, nec ulla insigni nota discernit) magis ad id placuit Anchoræ symbolum. Quæ, siquando periculose nauigatur ob uentos nimiiu leucundos, ibi cursum immoderatū nauis figit, ac retinet. Itaq; dictum hoc *ἄνκυρα* *ἔχεν*, ex ipis usq; prisca philosophiæ mysterijs profectum apparet, unde ascitum est a duobus omniū laudatissimis imperatoribus, ita ut alteri adagionis esset loco, alteri insignium uice, utriusq; moribus, ingenioq; mire quadrans. Nunc uero in ALDVM Manutium Rhomanū ceu tertiū hæ redem deuenit, haud equidē sine mente reor, sine numine Diuū. Nam huius eadē, quæ quondam Tito Vespasiano placuerūt, celebrant insignia, nō notissima modo, uerum etiā gratissima quibuscunq; ubiuis terrarum, bonæ literæ, uel notæ sunt, uel charæ. Neq; uero symbolum hoc tum illustrius fuisse crediderim, cum in scaltum imperatorio nomismati, negociatorum manibus terendum circumferret, q̄ nunc, cū ubiq; gentiū, uel ultra Christiani imperij terminos, una cum omnigenis utriusq; linguæ uoluminibus, propagat, agnoscit, tenetur, celebrat, ab omnibus, qui liberaliū studiorū colunt sacra, præsertim ijs, qui fastidita barbara ista, pinguis doctrina, ad uerā, atq; antiquā aspirant eruditionē, ad quā restitucendam uir is, quasi natus, & ab ipis, ut ita dixerim, fatis factus, scaltusq; uidei. Tam ardētibus uotis unū hoc optat, tā infatigabili molitur studio, usq; adeo nullum refugit laborem, ut literaria supellex & integra, & sincera, puraq; bonis ingenijs restituat. Quāquidem ad rem quantū iam attulerit momenti, tametsi fatis, pene dixerim, inuitis, res ipsa nimirū indicat. Quod si pulcherrimis, planeq; regijs Aldi nostri uotis Deus aliquis bonis literis amicus, aspirauerit, & siquē numina leua sināt, intra paucos annos illud futurū polliceor studiosis, ut quicquid est bonorū authorū in quatuor linguis, Latina, Græca, Hebraica, Chaldaica, tum aut in omni genere disciplinarū, id unius huius opera & plenū habeat & emendatū, nullamq; iam literariæ supellectilis partē quicq; desideret. Quod simul atq; contigerit, tum uero palam fiet, quantū adhuc bonorū codicū in abdito sit, uel retrusum ob negligentia, uel suppressum quorundā ambitione, quibus hoc unum cordi est, ut soli sapere uideant. Tum deniq; cognitū erit, q̄ prodigiosis mendis scateant authors etiam ij, qui nunc satis emendati putant. Cuius rei si cui libebit uelut ex degustatione coniecturam facere, Plinianas epistolas, quæ propediem ex Aldina officina prodibunt in lucem, cum uulgatis exemplaribus cōferat. Quodq; ibi deprehenderit, idem in alijs expectet authoribus, Herculanū me Hercle facinus, ac regio quodam animo dignū, rem tam diuinam, quasi funditus collapsam, orbi restituere, latentia peruestigare, eruere retrusa, reuocare extincta, sarcire mutila, emendare tot modis deprauata, præcipue uulgariū istorum excusorum uirtio, quibus unius etiam aureoli lucellum antiquius est, q̄ uel uniuersa res literaria. Adde ijs, quod quantumlibet exaggeres eorū laudem, qui respublicas sua uirtute, uel tuentur, uel etiā augent, in re certe prophana, tum angustis, circumscripta spatijs uersant. At, qui literas collapsas uindicat, nam id pene difficilius q̄ genuisse, primū rem sacrā molitur & immortalē, tū nō unius alicuius prouinciæ, sed omniū ubiq; gentiū, omniū sæculorū negocium agit. Postremo quondam principum hoc munus erat, inter quos præcipua Ptolemæi gloria. Quāq; huius bibliotheca domesticis & angustis parietibus continebat, Aldus bibliothecā molit, cuius nō alia septa sint, q̄ ipsius orbis. In hanc digressiunculam nō ab re mihi uideo expatiatus, nepe quo studiosi hoc impetius his insignijs & faueant & delectent, posteaq; cognouerint a tā inlytis authoribus fluxisse, præterea quid sibi uelint, intellexerint, deniq; cū memincent quātum bonæ rei Delphinus ille polliceat, siquis modo deus pulcherrimis conatibus dexter adfuerit. Nunc ad adagionis enarrationē nostra sese referat oratio. Triphariam uti libebit puerbio, primū, siquando admonebimus, diutius deliberandū, priusq; aggrediare negocium, posteaq; statueris, tum uelociter peragendū, ut ad cōsultandī moram pertineat ancora, ad confi

ciendi celeritatē Delphinus. Huc pertinet Salustianū illud, Antequā incipias, cōsulto, ubi cōsulueris, mature factū opus est. Quā sententiā Aristoteles recenset, sexto moralium libro, tanquā uulgo iactatam. Aiunt, inquiens, de quibus iam deliberaris, ea celeriter esse peragenda, cunctanter autem cōsultandū. Cuius authorem Biantem fuisse testatur Laertius, qui solitus sit admonere βραδέως ἐγχεσθῆναι τῆς πρῶτης ἐπιλογῆς, ὅλ' ἄμ' ἔλθῃ, βεβαίως τῶν πάντα διαμύειν. i. Cunctanter aggrediendum negociū, uerum in suscepto cōstanter perseuerandū. Nec admodum abludit hinc Mimus ille Publianus, opinor, diu apparandum est bellum, ut uincas celerius, Item ille, Deliberare utilia, mora tutissima est. Adde ijs prouerbiū illud ἐμ νυκτὶ βουλῆ. i. in nocte cōsiliū. Præterea Sophocleū illud in Oedipo Tyranno, φρονεῖν γὰρ οἱ ταχῆς, οὐκ ἀσφαλές. i. Periculosa præpropera est prudētia. Addēdum his illud Platonis, quod alibi citauimus. Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit. Paulo diuersius est, sed tamen ad hanc referendū formā, quod ait Quintilianus. Præcox illud ingeniorū genus, non temere puenire ad frugē, Et quod uulgo dicunt, qui pueri adhuc, & uelut ante tempus sapiūt, eos in senectute stultos euadere. Quod Accius approbare uidetur, qui apud Gellium ait sibi in iuuenilibus ingenijs, itidem ut in pomis immaturis placere acerbitatē. Nam hæc demū maturescere. Porro maturitas tepestiuam adfert suauitatē Reliqua ante tempus putrescere. Alter usurpandi modus fuerit, cum admonēbimus affectus animi, rationis uelut habenis reprimendos esse. Siquidem plato animum hominis in treis partitus parteis, rationē, iracundiā, concupiscentiā, in hoc philosophiæ summam sitam esse putat, si affectus pareant ratioi, nō aliter quā regi, cui quidem ob id ipsum, sedem in cerebro, uelut in arce datam existimat. Peripatetici, quorum signifer Aristoteles, affectus qui sunt animorū impetus quidam, ceu stimulos quosdam a natura datos existimat, quibus ad uirtutis usum excitemur, quāquā reclamantibus Stoicis, & nominatim Seneca in libris, quos ad Neronē scripsit, de ira. Putāt enim affectus huiusmodi nō modo nihil conducere ad uirtutē, uerum etiā officere. Quāquā ne isti quidē inficias eunt, in animo sapiētis illius quē imaginātur, relinqui primos impetus anteuertere solitos rationi, quos funditus extirpare nō queas. Verum ij, ne cōsequat assensio, protinus a ratioe reijciuntur. Hoc innuit Homerus, cum Iliados primo, Pallas a tergo adstat Achilli iamquā manū admoventē gladio, coercet. Igitur uiolentos illos animi motus Delphinū recte dixeris, Ancoram moderatricem sapiētiam. Seneca scripsit nulli rei prodesse moram, nisi iracundiæ. Immo quicquid impēse cupimus, aut odimus, ibi salutaris est mora. Vnde facete Cæsar, roganti cuidā, quo remedio foret utendum aduersus iracundiæ uiolentiā, si priusquā iratus quicquā aut faceret, aut respōderet, literarū nomina recēferet ordine. Huc spectat etiā Terentianū illud, Vide ne nimiū calidum hoc sit modo. Sūt autem quædam ingenia, quibus calcaribus est opus. Sūt quibus freno. Proinde recte ueteres illi a Delphino ancoram cōplecti uoluerunt, quod oporteat alterū altero temperari, & utrūquē cū altero cōiungi, quo uidelicet eiusmodi quidam animi habitus existat, qualem Plato cōflari putat ex musica, gymnasticaquē, si pariter exerceanť. Tertia utendi ratio fuerit, cum admonēbimus in omni negotio uitandam præcipitē celeritatē, quod uitij quibusdā ingenijs peculiari ter insitum est, ut illis in omni re, quātulacūquē mora longa uideatur. Huiusmodi festinationis comites esse solent error & pœnitentia, iuxta uersiculum illum, apud Græcos celebrem, πομπέτα πολλοῖς ὄσιν αἰτία τῶν κακῶν. i. Multis malorū est causa præcipitantia. His occinendū nobile illud Catonis dictum. Sat cito, si sat bene. Cuius mentionē fecit Diuus Hieronymus, scribens ad Pammachium in hæc uerba, Scitū est illud quoquē Catonis, Sat cito, si sat bene. Quod nos quondā adolescētuli, cū a perfectō oratore in præfatiuncula diceret, risimus. Meminisse te puto erroris mutui, cū omne Athenæum scholasticorū uocibus cōsonabat, Sat cito, si sat bene. Hactenus Hieronymus. In summa quicūquē uel socordia peccāt, uel immoderato impetu, ijs illud Octauiani Cæsar, συνεδέε βραδέως, Simul symbolum illud olim Titī Vespasiani, nūc Aldinum oportebit in memoriā reuocare, ut Delphini, atquē Ancoræ meminerint.

Pedetentim.

κατὰ πλὴθος βιάσιν, Græcis prouerbio dicitur, quod Latini reddiderūt, pedetentim, ubi quis nō precipitater, atquē incōsiderate, sed sensim, atquē cunctanter aggreditur negociū, atquē arte rem gerit magis quā impetu. Translatum ab his, qui cauti, ac prætentantes per glaciem, locum uel lubricum ingrediuntur. Terentius in Andria, Dñj bene uertant quod agas, pedetentim tamē. Quintilianus, At si (quod secūdo loco diximus,) nesciet actor, quid propositi testis attulerit, paulatim, & (ut dicitur) pedetentim experiet.

Placide bos.

III
Ἀξέμας βοῦς, i. Lente bos. Subaudiendū, incedit, aut simile quippiam. Cōgruet in illos, qui placide & paulatim, citraq; tumultū, sed tamē assiduitate rem cōficiunt. Equorū laus est uelocitas. Boues nō ualent celeritate, sed uiribus & assiduitate pollent, nō impetu. Proinde in pugna stataria, uel leonibus formidandū animal, & ad exhaustōdos ingentes labores appositū, Eodem pertinet illud, Bos lassus fortius figit pedem. In sacris precibus, ut tradit Plutarchus in commētario de Osiride & Iside mulieres Helæas publicis, ac solennibus uotis ad hūc modum solitas inuocare, ut accederet, *βοέω πάλι*, i. Bubulo pede, Siue quod huic animāti, cū sit uiribus immensis præditū, deinde tanta corporis mole, tamē peculiare uideat molliter, quasiq; pedetentim ingredi, nullog; strepitu, Vel quod bouis pedes, arua calcatu reddant meliora, cū reliquorum animantium noccant.

Tacito pede.

III
 Huic simillimū est, quod indicauit, quisquis is fuit, certe haudquaq; indiligens scriptor, qui Rhetoricam Aristotelis exponit, *ἡσύχω πάλι*, i. Tacito pede, seu lento pede, cum cautim, ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquāto secius usurpat tacito pede, pro furtim, ac clanculum, ut apud Ouidium, Tacitisq; fenescimus annis.

Cumini sector.

V
 Impēdio parcus, ac sordidus olim prouerbio, *κυμνοπρίσκη*, i. Cumini sector dicebat. Testis & Aristoteles libro Moraliū quarto, *τούτωμ δὲ καὶ ὁ κυμνοπρίσκη ἢ πάρε ὁ τοιοῦτος*, i. Ex hoc genere est & cumini sector, & quisquis eiufmodi. Meminit & Theocritus Idyllio, *κ. κάλλιον ὦ πῖμα λητὰ φιλάργυρε τῶς φανὸς ἐφ᾽ ἐμὴ μὴ πιλᾶμης τῆ χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον*, i. Lenticulam coquere pastor tibi præstat auare, Ne fodias digitos, cupiens secuisse cuminū. Est autē cuminum per se quidem exilis herba, tum præcipue genus Aethiopicū, quod Hippocrates, authore Plinio regium appellat, quod olim scerebatur a male præcātibus, authore Plutarcho, atq; ita felicius prouenire creditū est. Quo magis quadrat in hos huiusmodi cōuitiū, qui ob parsimoniā male audiunt. Idem Plutarchus cōuiuialium quæstionū Decade secunda, significat hominē uelhemēter parcum cuminū appellari solere. Siquidē loquēs de ijs dicitur ijs, quæ citra dolorē dici possunt, uelut inquit, Siquis hominē splendidū, ac benignū Cimbicon appellet, aut Cuminū. Est autē *κίμβικον* Græcis apicula, seu parsimonia, Suida interprete.

Ficos diuidere.

VI
 Huic affine est, quod refert Martialis libro Epigrammatū quinto *σῦκα μερίζω*, i. Ficos diuidere. Vnde licebit & cognomē fingere *συκοπρίσσου*. Martialis carmē est huiusmodi, Quadringenta secat, qui dicit *σῦκα μερίζε*. Sordidum, ac parcum significans, etiamli ditissimū. Captatus autem est iocus ex uocis amphibologia Sectoris.

Myconius caluus.

VII
μυκόνιος φαλακρός, i. Myconius caluus. Strabo libro Geographiæ decimo refert uulgo Myconios caluos dici solitos, quod in ea insula uitiū hoc quasi gentilitiū sit, atq; omnibus ferme cōmune. Idem affirmat Plinius libro undecimo, capite trigelimo septimo. Est autem Myconus una Cycladum insularū, Quāq; Herodotus in quarto scribit in Scythia quoq; gentem esse ab ipso natali caluam. Admonet & Donatus grāmaticus, Ecyram interpretās Terentianā, puerbio dictum Caluus Myconius. Citatq; Lucilij testimoniū, Myconi omnis calua iuuetus. Tuetur autē Terentiū, qui a nōnullis hoc loco imperitiā nomine rephenderet, quod cū Appollo dorus caluū dixerit, ipse Crispum mutauerit, putatq; poetam, nō inscitia, sed facetius etiā pironiā dixisse, Crispū, q̄ si caluū dixisset. Quod quidē etiā ipsum puerbiū resipit, de raris iuuetu ueluti siquis Scytham dicat eruditū, aut Pœnū fidum. Erit autē elegātius adagiū, si caluos homines, raroq; capillitio simpliciter Myconios appellemus, perinde ut siquis fastuosum, Sybaritam nominet, negociatorem Phœnicem.

Cum aqua fauces strangulet.

VIII
 Aristoteles Moraliū libro septimo citat huiusmodi quoddā adagiū, *ὁ δὲ ἀκρατὴς ἐνοχοσ τῆ παρομοία, ἐμ ἢ φαμὲν, ὅταμ τὸ ὕδωρ τὸμ φάρυγγα πίνῃ, τί δ᾽ ἔτι πίνωμ*, i. Intēpans autē obnoxio puerbio, quo dicimus Cū aqua fauces strangulet, quid iā opus est bibere? Refert idem in eundē usum libro Moraliū Eudemiorū sexto, disputans de eo qui prudēs intēperatiā uitio, noxia sequit, haudquaq; ignorās, quid sit optimū, hunc autē lōge insanabiliorē esse eo, qui fallus opinione nō expetēda expetit. Quadrat in eos, qui in absurdissima sentētia ptinaciter manēt, uel manē

festā negātes, quibus cū frustra disceptes. Cōfine illi quod alibi diximus, Nil intra est oleā, nil extra est in nuce duri.

Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus.

IX

Aristoteles Moraliū libro primo, ο δ' ἀγαθὸς ἢ κακὸς ἕκαστα διάδικλος καθ' ὑπνομ, ὅθεν φασὶν οὐδὲμ διαφέρειμ τὸ ἕμυσσι τῷ βίον τῶς εὐδαίμονας τῶμ' ἀλλωμ. i. Porro pbus, atq; improbus, nequaq; in somno dignoscunt, Vnde natū est, ut dicāt, felices nihil a reliquis distare dimidio uitæ. Proinde nō inscite dixit Ariston apud Plutarchū in cōmētario de cōtentiōe ignis & aquæ, ολίγου χρόνου τῷ βίον τῆς ἀνθρώπου, δεδ' ομολίου ὑπνος διομ τελώνης τ' ἕμυσσι ἀφαιρεῖ τῷτου. i. cū exiguū uitæ tēp^o datū sit hominib⁹, somnus uelut foenerator dimidiū ei⁹ aufert. Plato libro de legibus septimo, κα δέωλων γῆ οὐδ' εἰς οὐδ' ἐνός ἄξιος, οὐδὲμ μᾶλλον τοι μὴ ζῶντος. i. Nullus enim dormiēs alicuius est precij, nihilo magis, q̄ is, qui uiuus nō est. Prouerbiū cōsolat, parū fortunatos, diuitūq; ac potentū insolentiā retundit. Somnus enim adimit nobis nostri sensum, unde fit, ut neq; miseris molesta sit sua calamitas, neq; fortunatis iucunda felicitas. Præterea felicitas iuxta p̄hos sita est in actu ratiōis p̄ habitū uirtutis. Somnus aut̄ quies est auimi, bonis pariter, ac malis cōmunis.

In eadem es nauī.

X

M. Tullius epistolarū familiariū libro secūdo ad Curionē. Et si ubicūq; es (ut scripsi ad te antea) In eadē es nauī, tamē quod abes gratulor. In eadē es nauī dixit, pro eo, quod est in cōmuni periculo. Siquidē ad eos, qui eodē uehūnt nauigio periculum naufragij cōmuniter p̄tinet, neq; magnopere refert, in prora sint, an in puppi, an carina, cū nihilo magis absint a discrimine. Idem alibi, Hoc miror enim, querorq; quēquā hominē ita pessundare alterū uelle, ut etiā nauim perforet, in qua ipse nauiget, Hoc est, ut rempublicā euertat, cū qua sit etiā ipsi pereundum. Aristophanes in Vespis, περι φηι πόλεως γὰρ ὄσι τ' σκάφους ὄλου. i. De ciuitate est, nauē de tota puta. Est aut̄ familiare poetis a nauibus ad Rempublicā similitudinē mutuari.

Qui arat oliuetum.

XI

Columella de Re rustica libro sexto parœmiā huiusmodi refert. Quinetiā, inquit, compluribus interpositis annis oliuetū putandū est. Nā ueteris p̄uerbij meminisse cōuenit. Eum qui aret oliuetū rogare fructū, qui stercoret exorare, qui cedat cogere. Huic adagio locus fuerit, ubi significabimus fieri non posse, quin uoto potiat is, qui curā extremā imp̄derit. Vulgaris enim diligētia quasi rogat, mediocris impetrat, extrema cogit. Allusio fit ad eos, qui a principibus improbo studio, officioq; sic impetrāt, ut nō precibus, sed ui uideant impetrasse. Laudat atq; imitandus p̄ponit in euāgelicis etiā literis flagitator importunus.

Difficilia, quæ pulchra.

XII

Δύσκολα τὰ καλὰ. i. Ardua quæ pulchra. Extat apud Platonē in Protagora. Citat̄ alicubi a Luciano. Item a Plutarcho in libello de liberis instituendis p̄uerbij nomine. Quidā p̄diderunt Pittacū, ubi semet abdicasset impio, dixisse, χαλεπὸν ἐδόλ' ἔμμεναι. i. difficile bonum esse. Porro Solonem Pittaci molliciem, atq; ignauitā taxantē dixisse, χαλεπὰ τὰ καλὰ. i. Difficilia quæ honesta. Vtriusq; dictū in prouerbiū abijisse. Sunt, qui hinc arbitrent̄ natam parœmiā. Periāder Corinthius, initio populariter, ac moderate gerebat imperiū. Postea ueris moribus tyrānicē agere coepit. Id simul atq; cognitū esset Pittaco Mytilenæo diffusum de sui ipsius animi cōstātia, magistratū deposuisse, relictoq; imperio, in exiliū abijisse. Percontatibus deinde quibusdam, qua gratiā fugisset imperiū, respondisse, quod admodū esset arduū probum esse, p̄pter mutatū Periandrū. Quibus auditis, Solonem addidisse suū apophthegma χαλεπὰ τὰ καλὰ. Huc spectat illud quoq; quod meminit Plutarchus in cōmētario περι δυσωπίας. Platonem cū Heliconē quendā Dionisio datis literis cōmēdasset, scribens illum uirū probū, ac modestum, adscripsisse in calce epistolæ, γράφω δέ σοι ταῦτα περι ἀνθρώπου, ζώου φύσει εὐμεταβόλου. i. Hæc aut̄ tibi scribo de homine, uidelicet animante natura mutabili. Nec absurde quis referat ad celeberrimā illā Hesiodi sententiā, τὸν μὲν τοι κακότηκα καὶ ἰλαδὸρ ὄζειν ἐλέω, ῥήϊδι ὄως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγυδι ναία, τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτά, θεοὶ προπάροιθεμ ἔθνηκαμ ἀθάνατοι, μακρὸς τε καὶ ὄρδι. ὅμιμος ἐπ' αὐτῆμ καὶ τρηχύς το πρῶτον, ἐπὶ δ' εἰς ἄκρον ἴκηαι ῥήϊδι δ' ἤπειτα πέλει χαλεπὴ περι εἴουσα. id est, Omnino uicium facile est contingere cuiuis. Est uia ad id breuis, & uicina in sede moratur. Contra, uirtutem sudoribus undiq; diui Præsepsere, & longus ad hanc perq; ardua callis. Asper & est primum, sed ubi alta cacumina uictor Contigeris, iam fit facilis, licet ardua dudum. Neq; quicquā est tritius eo, quod dixit Aristoteles libro moralium Nicomachiorum secundo, περι τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετή. id est, Et ars & uirtus circa id uersatur, quod

est difficilior. Eodem pertinet, Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni. Et euangelicum illud de uia arcta, quæ ducit ad uitam. Item de duplici uia apud inferos, quarum altera ducit ad campos Elysios, altera in malam rem.

Colophonia ferocitas.

XIII

κολοφώνεια ὕβρις. i. Colophonia ferocitas. In insolentes, qui ferociter despiciunt & affligunt huiusmodi fortunæ homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia, superbiaque eius gentis. Refertur a Diogeniano in adagionum collectaneis. Theognis, ἔρις κὴ μάγνητας ἀπώλεσε κὴ κολοφώνια. i. Perdidit & Colophonia ferox mens & Magnetes.

Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris.

XIII

Vulgo apud nostrates circumfertur adagium, haud fidendum esse cuiquam, nisi cum quo prius modium salis absumpseris. Significant autem hominis ingenium non posse perspicui, nisi diu turno conuictu, longoque commercio. Apparet uerbum hoc ab antiquitate profectum esse. Quamdoquidem Aristoteles libro moralium octauo, Simile quiddam refert, his quidem uerbis, ἐτι δὲ προσδέτη χρόνου κὴ σωκλήσιας, ἢ τὴν προίμιον ἄνευ χρόνου ὄζειν εἰδήσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἄλλας σωκναλώσαι. i. Præterea autem spatio temporis & consuetudine opus est. Siquidem iuxta primum uerbum fieri non potest, ut nos mutuo pernoscamus, antequam salis, quem dicunt modium pariter absumpserimus. Idem moralium Eudemiorum libro septimo, διὸ ἐν προίμιον ἐλήλυθε μὲν Διμνὸν ἢ ἄλωμ. i. Quapropter in proverbium abiit salis modius. Eodem in libro refert illud quoque ex poeta quopiam Hemistichium, ni fallor, οὐδ' ἄνευ χρόνου φίλος. i. Non est amicus absque temporis mora. Addit ex Theognide, οὐ γὰρ ἄν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικὸς πρὶν πρὸς αὐτὴν ὥσπερ ὑπερυγίου. i. Haud nosse ingenium uel uiri licet aut muliebri, ut nec iumentum nisi experire prius. Notat hanc parœmiam & Plutarchus commentario, περὶ φιλαδέλφιας, his quidem uerbis, τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δὲ κρίνεται ἀλλὰ κρίνοντάς τε φίλους, ὅπως δὲ ἡ φύσις ἢ γεμονία μὴ κρίσει πρὸς εὐνοίαν δίδωσι, οὐδὲ ἀναμύθει τὸν θρυλλοῦ μέτρον τὸν ἄλωμ μέδιμον ἀλλὰ συγγεγυῖσθε πλὴν ἀρχῆν τὴν φιλίας, ἔνταῦθα δὲ μὴ πικρὸν εἶναι μηδὲ ἀκριβῆς ἢ ἄμαρτημάτων ζητεῖσθαι. i. Alienos enim quemadmodum ait Theophrastus, non oportet amantem iudicare, sed amare, posteaque iudicari. Siquidem ubi natura ipsa dux est ad beneuolentiam præcedens iudicium, neque exspectans illum uulgo celebratum salis modium, quippe quæ amicitiam seminariū in seuerit, ibi non oportet acerbos & exquisitos esse delictorum expensores. Meminit huius parœmiae & M. Tullius in sermone de amicitia, Verum illud est, quod uulgo dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiam munus expletum sit. Huc pertinet illud quoque Sophoclis in Oedipo, χροῖον δίκαιον ἀνδρῶν δέικνυσθαι μόνον κακὸν δὲ καὶ ἐν ἡμέρας γνοῖς μόνον. i. Mora temporis probum arguit tantum uirum. At improbum uel unico agnoscas die. Huc pertinet etiam ille senarius proverbialis, ἡδὺς δὲ βάσανός ὄζειν ἀνθρώπους χρόνον. i. Nota mortum & index tempus est mortalibus. Idem admonet illud Epicharmi, νῆφε κὴ μέμνησο ἀπιστίαν. Sobrius sis, ac memineris nemini confidere. Illud item Euripidis in Helena, σώφρονον δ' ἀπιστίας. οὐκ ἔστι οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς. i. Prudente diffidentia, Haud alia res utilior est mortalibus. Inuenio citatum mutilatum ad hunc modum, ἄλωμ μέδιμον ἀρφαγῶν, Modium salis postquam ederis. Quo quidem licebit uti, si dicas. Vide quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum ἄλωμ μέδιμον ἀρφαγῶν. Aut sic, Tum demum isti fidas ἄλωμ μέδιμον ἀρφαγῶν. Est autem iambicus trimeter, ex poeta quopiam, sicuti coniectio, sumptus.

Leporem non edit.

XV

Antiquitus suppositiose creditum est, esu leporinæ pulpæ conciliari formam. Unde extat iocusus Martialis in Gelliam, quæ misso lepore addebat ex uulgata opinione ad muneris commendationem. Formosus septem Marce diebus eris, id poeta in ipsam retorquens, quæ deformis esset. Si me non fallis, inquit, si uerum lux mea dicis. Edisti nunquam Gellia tu leporem. Commemorat idem in uita Alexandri imperatoris Romani, qui cum forma esset conspicua, ac leporinas carnes quotidie esitaret, Poeta quidam graecis uersibus in eum iocatus est, quorum hic erat sensus, nam ipsum epigramma non est adscriptum. Non mirum uideri oportere, quod formosus esset imperator, cum quotidianus cibus esset lepus, de quo, qui ederit, is septem postea diebus formosus fore uulgo crederetur. Est autem & piscis, lepus appellatus, qui uenenum habet imedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam contactu necat hominem, autore Plinio. Lenta tunc consuevit. Malum hac deprehenditur nota, quod piscem olent, qui ederint. Huic homo uicissim pestilens est, cuius contactu pertinens emoritur. Hoc cibus admixto, multos sustulit Domitianus, eodem Titum fratrem sustulisse creditur, ut autor est Philostratus in Apollonij uita, proinde in hos, qui con-

tabescunt, nec ulla medicorum ope possunt restitui, dici poterit, Edit leporem marinum.

Plena manu,

XVI

Plena manu, pro eo, quod est ampliter, copiose, plix, minimeq; maligne. Translatum ab ijs, qui nō minutim & parce, sed plena manu largiuntur. Cic. ad Atticū libro secūdo, At Her- cle alter familiaris tuus Horatius, q̄ plena manu, q̄ ornate nostras laudes in astra sustulit. Se- neca in declamationibus, Liberaliter hodie, & plena manu faciam. Idē in Ludicro, quod scri- psit in Claudium Cæsarem. At lachesis quæ & ipsa homini formosissimo faueret, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos donat.

Sine riuale diligere.

XVII

Sine riuale diligere dicuntur, qui stulte mirantur, quod nemo alius cōcupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur & amplectitur, & indocti poetæ suas nugas soli diligūt. Sumpta est al- legoria ab amātib; quibus est amica deformis, & quā alius nemo uelit. Extat adagiū in epi- stolis Ausonianis. M. Tullius ad Atticū libro sexto. Huius nebulonis oratione si Brutus mo- ueri potest, licebit eum solus ames, me æmulum nō habebis. Horatius in arte poetica, Nullū ultra uerbum, aut operam sumebat inanem, Quin sine riuali, teq; & tua solus amares.

Pedibus trahere.

XVIII

Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu uersare. M. Tullius ad Atticū libro quarto. Nō recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem meū & te si habebō, per me pedib; ista trahuntur. Metaphora ducta uideri potest, uel a Vulcano illo Homérico, quem Iupiter ut lōge uiribus præstantior, pedibus tractū e cœlo deiecit, Quemadmodū testat ille, *πῖ δὲ πρὸς πταγωμὰν ἔκ βηλοῦ διεπεσίοιο*. i. Protractū pedibus supero deiecit olympto. Vel ab eiusdem He- ctore cui uictor Achilles libro Iliados uigelimos secūdo, *Ἀμφότερων μετόπιον πρὸν τέτρηνε τένορον ἐξ σφυρὸν ἐκ ἤϊερης, βοέει δ' ἄλκην ἰμάνιας ἐκ δίφροιο δ' ἔδρασε, κάρη δ' ἔλκεδ' ἔασεμ*. i. Qua post am- bo pedes calcaneus imus adhæret Talo, transfodit neruos, ac bubula lora Inseruit, corpus de curru deligat alto Pendulum at interea trahitur caput. Trahitur ad eundem modum & Cacus apud Maronem libro octauo, ab Hercule uictore, pedibusq; in forme cadauer, pro- trahitur. Iuuenalis, Eijcere foras uelut ictus ab Hercule Cacus.

Naribus trahere.

XIX

τῆς ρίνος ἔλκεδ' ἰ. i. Nare trahi est citra iudiciū, alieno arbitratu quouis adduci. Metaphora mu- tuo sumpta a bubalis, qui anulo in summā narem inserto circūducuntur nō aliter, q̄ equi fre- no. Quāq; & equis lignū aut ferrū dētātū in nares inserit, aut etiā in morsum, ad cohibēdā co- rū ferocitatē, id instrumētū postomin appellatū indicat Nonius. Lucianus in dialogo quodā Iunonis & Iouis, *σοῦ μὲν ἡρῆ πᾶν οὐτόσ γε διεσώτης ὅσι καὶ ἄγει σὲ ἢ φέρει φηί ρίνος φασίμ ἔλκωμ*. i. Iste qdē modis oibus tibi dominaat, ducitq; te & circūagit, ipsa (quod dici solet) nare trahēs. Idē in hæresib; *οὐδὲμ κωλύσει σὲ τ' ρίνος ἔλκεδ' ὑφ' ἐκάσωμ*. i. Nihil obstiterit, quo min⁹ a qbusuis nare tra- haris.

Barbarus ex triuio.

XX

βάρβαρος ἐκ *τρίοδ' ἰ*. i. Barbarus ex triuio, in hominē dicebat̄ extremæ humilitatis, ac prorsum nullius pretij, pinde quasi dicas, externū ac uilē seruulū alicunde e triuijs emptum, non dono datum, aut domi natum. Lucianus in eum, a quo fuerat Prometheus appellatus, *οἶος, ἐκ τρίοδ' ἰ βάρβαρος ἵς πρὸς μικρόμ*. i. Qualis pene barbarus quispiā e triuio. Quāq; quidam hoc loco legūt nō Barbarus, sed *βάρβαρος* ἐκ *τρίοδ' ἰ*. i. Cœnum e triuio. Quæ lectio sola probanda est, mea qui- dem sentētia, propterea quod eo loco de luto fiat mentio, nō de Barbaro quopiam.

Rara auis.

XXI

Rara auis puerbio dicebat̄ res quæuis noua & inuētū prara. Persius, Si forte qd apti⁹ exit. Quando hæc rara auis est. Iuuenalis, Rara auis in terris, nigroq; simillima Cycno. Idē, Coruo quoq; rarior albo. Quin & Phœnicis raritas in puerbiū abiit. Ducta allegoria ab auibus pe- grinis & inusitatis, quæ nōnunq; casu in nostrā regionē deuolāt, uel miraculi gratia deportāt. Vñ illud sapius iteratū apud Aristophanē, *τις ὄσπρ' ὄρνις οὐτοσί*. i. Quæ est hæc auis? De hospite & ignoto.

Succisua opera.

XXII

Succisuis operis fieri dicit̄, quod horis quibusdam quasi furtiuis agit, ubi iā ordinarijs ac legitimis officijs pfuncti sumus, Metaphora traducta a mercēnarijs aut seruis, qui præter pa- ctas operas quas debēt, extra iustas illas horas nō nihil etiā operant̄ sibi, quod cedat in pecu- lium. M. Tullius libro de oratore secūdo, quæ cursim arripui, quæ succisuis opis, ut aiunt, iste a puero, summo studio, summis doctoribus. Plini⁹ in præfatiōe historiæ, Et occupati officijs,

succifiuis temporibus ista curamus, id est, nocturnis. Itaq; quod obiter, atq; aliud agentes curamus, id operæ succifiuæ tribuif. Græci simili pene figura πάροργον appellant. Agathon apud Athenæum, τὸ μὲν πάροργον ἔργον ὡς προνούμεθα, τὸ δ' ἔργον ὡς πάροργον, ἐκπρονούμεθα, Quorum carminū, quandoquidem uerti cōmode nō possunt, hæc est sententiā, Quod obiter faciendum erat ei principalem operam impēdimus, quod principalis est operæ, id obiter curamus. Legimus etiā, τῆς ὀδοῦ πάροργον, quod a pposito sit paulo alienius. Et παρέργως, quod nos fere, obiter, aut negligēter uertimus. Diuus Hieronymus in epistola quadam. Cū hæc furtiuus (ut aiunt) operis ad lucernulā uelox notarij manus me dictante signaret. Furtiuas uocat, qd' illi succifiuas.

Compressis manibus.

XXIII

Compressis sedere manibus, dicit in ociosos, & nihil aliud, q̄ sua fata deplorātes. T. Liuius libro septimo, Cōpressis (quod aiūt) manib⁹ sedecas. Extat & in Hebræorū puerbijs, Paululū cōferes manus, in ignauum, figura sumpta a gestu sollicitorum quidem, sed inertium tamen.

Ioca, seriacq;.

XXIII

Quoties omnia nostra cum aliquo cōmunicamus, cū eo ioca, seriacq; conferre dicimur. M. Tullius libro de finibus bonorum secundo. At qui cum ioca, seriacq; ut dicitur, qui cum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Donatus in Adelpbos, huiusmodi ferme figuras omneis quæ cōstant ex contrarijs, prouerbiales existimat. Quod genus sunt. Fanda infanda, quo iure quaq; iniuria, facta atq; infecta, digna atq; indigna, fasq; nefasq;, clamq; palamq;, terraq; mariq;, noctesq; diesq;, iuuenesq; senesq;, neq; in minimo, neq; in maximo, neq; deos, neq; homines ueretur, uocatus atq; inuocatus, re salua & perditā, atq; alia huius generis innumerabilia. De quibus meminimus & in initio operis.

Ea tela textitur.

XXV

Prouerbialis allegoria ea tela textitur, pro eo quod est, eiusmodi negocium in manibus est, & res inceptant tales. Translatio sumpta a textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo de oratore libro. Quāq; ea tela textit, & ea incitat in ciuitate ratio uiuendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum ciuiū, quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit exordiri telā, pro incipere negocium. Exorsa est hæc tela nō omnino pessime mihi.

Multas amicitias, silentium diremit.

XXVI

πολλὰς φιλίας ἀπροσκορία διέλυσεν. i. Multas amicitias silentiū diremit. Admonet adagiū assiduo conuictu, ac frequentibus alloquijs, necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles libro moraliū octauo, εἰ μὴ δὲ χρόνῳ ἢ ἀπυσία γέννηται ἢ φθι φιλίας δὲ καὶ ἢ ἀπυσία λιθικὴ πρὶς μὲν ὁδὸν εἰρηκτὴ πολλὰς δὲ φιλίας ἀπροσκορία διέλυσεν. i. Quod si diuturna fuerit absentia, uidetur & necessitudinis obliuionem adferre. Vnde dictum est illud, multas amicitias silentium diremit. Figuratius atq; ob id ipsum elegantius est illud Alphij fœneratoris dictum apud Columellam. Bona nomina nōnunq; mala fieri, si nūq; interpelles. Ille nomia iurēcōsultorum more, debitores uocat, & interpellare, subinde creditum reposcere. Vox autē græca ἀπροσκορία, nō ita cōmode reddi Latine potest, neq; enim simpliciter significat silentiū, sed illud silentium, cum quis nō appellat, ac salutat amicum.

Ad pileum uocare.

XXVII

Ad pileum uocare, pro eo, quod est, ad libertatē inuitare, aut pmissis ingentibus seditiōem cōmouere, puerbiali figura dixit Macrobius libro Saturnalium primo. Dicit aliquis nūc me dominos de fastigio suo deijcere, & quodāmodo ad pileū seruos uocare. Atq; hæc quoq; uerba sublegit e Seneca, qui epistola quadragesima septima scribit in hūc modum. Dicat nūc me uocare ad pileum seruos, & dominos de fastigio suo deijcere. Metaphora ducta a ueterum cōsuetudine, qua serui cum statū mutarēt, ac manumitterent, capite raso pileum accipiebant. Vnde est illud in Amphitryone Plautina, sub persona Sosia serui libertatem optātis. Quod ille faciat Iupiter. Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Martialis libro Epigrāmatum secūdo ad Olum. Totis pilea sarcinis redemi, hoc est, rebus omnibus relictis cōtemptisq;, peperit mihi libertatem. Etenim qui potest nihil habere, is nulli seruire cogitur, eiq; liberū est suo more uiuere. Atq; ideo subijcit, seruum si potes Ole non habere. Et regem potes Ole nō habere. Persius, Hanc nobis pilea donant. Suctonius in Tiberio. Seruisq; ad pileū frustra uocatis, in Siciliam pfugit. Seruius in Aeneidos octauū refert Feroniam seruorum deam haberi, in cuius templo capite raso soliti sint pileū accipere. Videat autē pileū priscis insigne fuisse uirtutis spectatæ, ut hinc fluxerit mos, ut q magistri, doctorisq; titulo decorant pileū accipiāt.

Aulus Gellius noctium Atticarum septimo, capite quarto scribit, seruos eos uenire solitos pileatos, quorum nomine uenditor, nihil præstaret. Eius rei Celius Sabinus iurecõsultus, hanc fuisse causam scripsit, quod eiusmodi cõditionis mancipia insignia esse in uendendo deberet, ut emptores errare & capi nõ possent, neq; lex uendundi operienda esset, sed oculis iam perciperent, quodnam esset mancipiorum genus.

Eiusdem musæ æmulus.

XXVIII

Eiusdem artis aut disciplinæ studiosi, eiusdem musæ æmuli dicuntur. Vsurpatur apud Aulum Gellium prouerbij uice. Græci ομοτέχνους appellant eiusdem artis opifices.

Lolio uictitant.

XXIX

Aenigmate prouerbiali lolio uictitare dicuntur lusciosi & cæcutiētes, quos Græci, teste Nonio Myopes uocāt. Plautus in milite. Mirum est lolio uictitare te tam ulli tritico. Quid iam? Quia Lusciosus, Verbero, Aedepol tu quidem cæcus haud Lusciosus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes cõmemorat, una cum carduis ac tribulis. Vergilius in Bucolicis, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Item Georgicon libro primo, Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos. Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis, Carduus, intereūt segetes, subit aspera sylua. Lappæq; tribulicq; interq; nitentia culta. Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Inest autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat, id quod indicat Ouidius libro fastorum primo, cum ait. Et careant lolijs oculos uitiantibus agri. Hinc nimirum iocus prouerbialis.

Intus canere. Aspendius citharædus.

XXX

Qui priuati cõmodi impendio studiosiores essent, ac fere quicquid rerum agerēt, id omne ad domesticam referrent utilitatem, ij puerbio intus canere, ijdem apud Græcos Ἀσπένδιοι κίθαρισταί, i. Aspendij citharistæ dicebantur. M. Tullius in Verrem actione tertia. Atq; etiã Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis in puerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis ædibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo surpassere uideatur. Facetissime taxauit. Cic. Verris rapacitatem, qui intus canentem in intimis ædibus collocarit, hoc est, plusq; intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam. Atq; hoc carmen hic tribunus plæbis, non uobis, sed sibi intus canit. Nã ostendit Tullius in ea oratione legem tamesi popularis uideretur, haud tamen populi, sed decemuirum utilitati repetam. Porro, de Aspendio Citharædo Asconius Padianus ad hanc ferme sententiã enarrat. Vulgares Citharædi, cum canunt utriusq; manus funguntur officio, ita ut dextra plectrũ tenent, id quod foris canere appellant, sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere uocant. Difficile autem uisum est, quod Aspendius Citharædus faciebat, qui nequaquã utraq; uteretur manu, sed omnia, id est totam cantionem intus & sinistra tantum manu complecteretur. Atq; ita tacito, leuiq; modulamine sinistra contactis chordis, cantilena peragebatur, ut uox ad Citharædum dũtaxat, aut proxime assistentem perueniret. Hinc fluxisse puerbium, ut furaces homines Aspendij Citharistæ Græcis uulgo dicerentur, quod ut hic carminis, ita illi furtorum essent occultatores. Fatetur Asconius adagionem etiam in illos apte dici, qui multum intestinis suis cõmodis consulunt, præter honestatem. Neq; discrepat interpretamentũ, quod adfert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagionũ collectaneis. Porro Aspendus Pamphiliæ ciuitas est, autore Stephano. Vnde Aspendij dicebantur. Apud quos Citharædi hoc artificio præcelluisse uidentur. Ad hoc prouerbiũ apparet allusisse Plinium libro uicesimo octauo, capite quinto, cum ait, Verum id remedijs cecinit, non epulis.

In lapicidinas.

XXXI

Εἰς λατομίας, i. In lapicidinas. Simillimũ est illis, Εἰς κόρακας, καὶ εἰς πλὴν μακαρίαν. Cum significamus quempiam e medio tollendum, & in rem malam aliquo auferendum. Natum a Philoxeno poeta dithyrambico, qui cum Dionysij Tyrãni poemata nõ probaret, utpote indocta, in lapicidinas ab eo detrusus est. Deinde reuocatus illinc amicorum precibus, ubi denuo Dionysium sua carmina pronunciantem audisset, surrexit, Et rogatus a Dionysio, quid esset rei, respondit, satius ac potius esse in lapicidinibus uitam degere, q̃ illius audire poemata. M. Tullius in epistolis, Philoxeni animũ probat, qui maluerit in carcerem reduci, q̃ assentari tyrãno. Lucianus in libello, cui titulus De mercede seruientibus, τὸ δὲ ὄνομα μὴ ἑσπαινῆς, εἰς τὰς λατομίας τὰς διονυσίου εὐδύς ἀφίξει. i. Quod ni tu laudes, protinus in Dionysij lapicidinas relegaberis. Plautus in captiui duo, Inde ibis porro in latomias lapidarias.

Equi senecta.

XXXII

ἵππος γῆρας. i. Equi senecta. Prouerbiū in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis in iu-
uenta, postea cōsenuerunt, ad fordidas curas semet abijciunt. Allegoria sumpta a generosis
equis, qui senio facti segnes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur,
olim in præcio habiti, dum uiribus integris essent. Plutarchus in libello, cui titulus, an seni sit
administranda Resp. οὐ παντῆρασιμ δὲξαι τὸ δὴ δὲ καλούμενον, ἵππος γῆρας ἐπάγειας κηδεύων ἀναγ-
κάζοντες; i. An non is plane uidebitur, equi senectam, quemadmodū uulgo uocant, adiungere,
nemine compellente? Cum hoc cōuenit Ennianū illud, quod refertur a Cicerone in Catone
Maiore. Sicut fortis equus spatio q forte supremo Vicit Olympiā, nūc senio cōfect⁹ qescit.

Si tibi amicū, nec mihi inimicū.

XXXIII

Plato in Theetæo, ἀλλ' εἰ οὕτως ὃ θεόδωρε σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν φασιμ οἱ πῶδοι μιζόμενοι. i.
Si istud tibi amicū Theodore, nec mihi est inimicū, quemadmodū prouerbio dicunt. Hoc
est si tibi res placet, mihi non displicet. Captata est autem in figura uocum pugnātia, deinde,
τὸ ἀμειβολὸν φίλος κῆ ἐχθρὸν, quorum utrūq; a personis ad res detorquetur, quāq; ad personas
relata, sunt usitata. Vltus erit quoties alienæ obsequimur uoluntati.

Rana Gyrina sapientior.

XXXIII

Plato in Theetæo, ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὡς θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὃ δ' ἄρα ἐπύργαυεν ὡς εἰς
φρόνησιν οὐδὲν βελτίω βαβῆχου γυρίνα. i. Nos illum tanq̄ deum ob sapientiā admirabamur. At
ille nihilo magis antecellebat prudentiā, q̄ rana Gyrina. Equidem legendum arbitror γυρίνα
i. Grynea. Est enim Gryneum Myrenæorum oppidum, ubi consentaneum est ranam despi-
catissimam fuisse propter Apollinem, cui peculiariter id animal inuisum, propter fabulam de
rusticis in ranas cōmutatis. Est autem in eo loco templum Apollini sacrum candido marmo-
re, & oraculum uetustissimū. Vnde etiam ipsi cognomentum Gryneo.

In puteo constrictus.

XXXV

Plato in Theetæo, τί γὰρ χεῖρα ἀφύκτω ἐρωτήματι δ' λεγόμενον, ἐν φρέατι συγκόμενῳ. i. Cur enim
utaris inexplicabili quæstione, in puteo quemadmodum aiunt cōstrictus. Quadrabit in eos
qui in angustias eas redacti sunt, ut extricare sese nullo modo possint. Non admodum ablu-
dit ab illo, ἐν φρέατι κωσμάχεσθαι. i. In puteo cū cane pugnare. Itē illo, Cantherium in fossa.

In eadem anfas uenisti.

XXXVI

Plato in Phædro, πρὶ τούτου μὲν ὃ φίλε εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλίλυθα. Quantū ad istā rem perti-
net, Amice, in eadem anfas uenisti, id est, nihilomin⁹ teneris, nec potes effugere, quin dicas.
Item Aristides in cōmuni quatuor oratorū defensione, ὡς εἶχεν ἄν πάλιμ ὁ καλλιχῆς εἰς αὐτὰς
λαβὰς ἐπανελεθῆναι. i. Itaq; Calliçi erat in eadem anfas recidendū. Quadrat in eum, qui sic irre-
titus est, ut quocūq; se uertat, teneatur, nec explicare sese possit.

Qui possum ab hoc epulo abesse?

XXXVII

Plato in Phædro, πῶς ἂν δῖός τε εἴημ τριαντῆς θοίνης ἀπέχεσθαι. i. Qui possum ab hoc epulo absti-
nere? De re uehementer suauī atq; expetenda, quod genus est festum aliquod conuiuīū. Al-
lusum opinor ad eam fabulam, qua tradunt Palladem iracunde tulisse, quod cum reliqui Dī
adhibiti essent ab Oeneo ad sacrum epulum, sola fuisset præterita, solaq; domi sederit, secum
stomachans, quod nihil ex illo nidore sentiret. Qua de re meminuit Lucianus in Lapithis, itē
in libello de sacrificijs.

Dulcis cubitus.

XXXVIII

γλυκὺς ἀγκῶν. i. Dulcis cubitus. Abominātis est sermo, aut cum aliud dicimus, aliud sentien-
tes. Plato in Phædro, γλυκὺς ἀγκῶν ὃ φαῖδρε λέλκιδέ σε ὅτι ἀπ' τ' μακροῦ ἀγκῶνος τ' ἤϊ τ' ἤϊ ἐλομ ἐκλήθη,
καὶ πρὸς ἀγκῶνι λουθάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονῶντες ἦν πολιτικῶν, μάλιστα ἐρῶσι λοιογραφίας κῆ καταλεί-
ψως συγγραμμάτων. i. Num Phædre fugerat te, quod dulcis cubitus, a longo illo, qui in Nilo est
cubitu dictus esset. Quinetiā præter cubitū illud fugit te, quod qui rerū ciuiliū sūt peritissi-
mi, cōscribendarum orationū, ac posteris relinquendarū sunt cupientissimi. Hactenus Plato.
Ancon aut Nili pars est, in qua nauigantes plurimū & sudant & periclitant. Vnde prouerbio
dicebāt, κατ' εὐφημισμὸν γλυκὺς ἀγκῶν. i. Dulcis cubitus, quasi deprecantes eius loci discrimina.
Id autem perinde ualeat, quasi dicas, εὐφημια φώνη. i. Bona uerba, aut bene ominata loquere. Sūt
qui e Comico Platone natum existiment, Is in fabula, cui titulus, Phaon senem facit aman-
tem tibicinam, atq; hæc loquentem, ὡ χρυσῶν ἀνάδημα ὃ τοῖσιμ ἐμοῖσι τρυφεροῖσι τρώποισι ὃ γλυ-
κὺς ἀγκῶν, id est, O aureum amiculum, o meis delitiosis moribus gratus cubitus. Suidas scri-

scribit Anconem Carthaginensibus uocari domicilium obscurum, ac profundū, in quod conijci solēt, si quibus indignaretur tyrannus. Præterea summa montium iuga Ancones uocari. Deniq; præter alia gurgitem ac tumorem fluminis circa ripas propter anfractum & amnis re percussum Anconem dici, a cubiti figura ni fallor, ducta similitudine, quod quibusdam locis ripa excurrat, prominatq; specie cubitali. Vnde & oppidis, ac locis aliquot Anconis inditū est uocabulum, ut Anconi Picentinarum ciuitati, teste Stephano. Item Ouidius libro trāstfor mationū ultimo, Et spissi littoris Ancon, ut quidā legunt. Valerius Argonauticon libro quar to, Quid memorem quas iris aquas, quas torqueat Ancon. Vnde nō absurde, κατ' ἀντίφρασιμ quis acceperit, sicuti placet Zenodoto. Nam alij putant per exclamationem dictum.

Bos ad præsepe.

XXXIX

βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. i. Bos ad præsepe, in emeritos dici consuevit, quicq; iam ob ætatem ocio, uitaq; molliori indulgent. Effertur & ad hunc modum, βοῦς ἐν ἀνλίῳ. i. Bos in stabulo. Congruit in eos, qui nullis honestis negocijs exercentur, sed turpi ocio atq; abdomini seruiunt. Philostratus in Cassandra, ἀλλ' ἐν μερακίοις καὶ γυναικίαις βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. i. Verum inter adulescentulos ac mulierculas, bos ad præsepe. De Agamemnone loquitur, uoluptuariam agente uitam. Effertur item ad hunc modum, βοῦς ἐπὶ ἀνλίῳ γέρω. i. Bos in stabulo senex. Rursum hoc modo, βοῦς ἐν ἀνλίῳ κάδῃ. i. Bos in stabulo desides.

Ne genu quidem flexo.

XL

οὐδὲ γόνυ κάμψας. i. Ne genu quidem flexo. Philostratus in Antæo, καὶ οὐδὲ γόνυ φασὶ κάμψας ἀπεδίειη πρὸς τὸ ἀντιᾶομ. i. Ac ne genu quidem curuato aduersus Antæum exiuit. Idē in Herode, ἐνταῦθα ἔφη γόνυ κάμψωμεν. i. Hic, inquit, genu flectamus. Dictum est autem, ῥηθρολικῶς, pro eo quod est, ne tantulū quidē. Etenim qui iā incipit ad quietē componere sese, primū genu flectit. Itaq; p̄inde ualet, οὐδὲ γόνυ κάμψας, quasi dicas, citra respirationē, sine omni intermissione.

Quo properas, Num ad Ephebum?

XLI

Philostratus in uita Apollonij, οὐτε κιλίκιῳ λότος, πρὶ τρέχεις ἢ ἐπὶ δῦ ἔφορον, ἐπ' ἐκείνω τε ἐλέγετο, καὶ ἡρομιώδῃ ἡμιῶν ἔχευ. i. Ac Cilicibus celebratum dictum, quo curris, num ad Ephebum? de illo quoq; ferebatur, adagijq; uim obtinebat. Parum liquet, quid sibi uoluerit Cilicū illud adagium, nisi forte sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod undiq; festinabatur, Fingebat autem imberbis Apollo, quemadmodum & Bacchus.

Et puero perspicuum est.

XLII

καὶ παιδί δῆλομ. i. Et puero perspicuum. Dere supra modum perspicua, confessaq;. Vtitur & Plato quodam in loco, & Philostratus in uita Apollonij. Finitimū illi, quod alibi retulimus, καὶ ἄλλ' τυφλῶ δῆλομ. i. Vel cæco perspicuum.

Ne in Melampygam incidas.

LXIII

μηδὲ μελαμπύγῳ πρὶ τήχοις. i. Ne in Melampygam incidas, in lasciuos & iniuriosos homines quadrat. Est autem cōminantis, nequando incidant in eum, qui malefactorum poenas de eis sumat. Vtitur hoc adagio Philostratus in Apollonij uita, libro secūdo, καὶ τῶν ἴσως ἢ μὲν δ' μελαμπύγῳ τυχεῖμ. i. Et hoc fortassis erat in Melampygam incidere. Aristophanes in Lysistrata καὶ μυρωνίδης γῆρ ἢ μὲν ἔραχὺς ἐν πεύδῃ, μελάμπυγός τε πρὶ, ἐχθροῖς ἀπασιν. i. Et Myronides enī erat, hit futus illinc, Melampygos hostibus omnibus. Melampygam dixit, quasi uindicem, ultorēq;. Porro Melampygos græcis significat eum, qui nigro sit podice, quo quidem cognomēto notatus est Hercules, quod eam corporis parte, nō Lydorum more uillam, neq; candidam, quæ admodū effœminati solent, sed nigris pilis hirsutam ac sylvosam haberet. Nam Græci quæ admodum molles & imbelles, fractosq; delitijs πυγᾶργος καὶ λυκοπύγος appellant, itidem e diuerso fortes ac strennuos μελαμπύγος uocare consueuerunt, ut autor est Lycophronis interpres. Idem ostendit parcemiam ad hunc quoq; modum efferri, οὐπω μελαμπύγῳ τετύχικας. i. Nondum in Melampygam incidisti. Prouerbiū ex huiusmodi quadam historia natū exi- stimāt, quam partim ex Suida, partim ex Gregorij Nazianzenī enarrationibus adscribemus, Olim duo quidem fratres erant, omni genere maleficiorū passim in omnes debacchātes, unde & ex morum atrocitate nomina repererūt. Nam alter Passalus dictus est, alter Achemon' siue (ut alicubi legitur) Achmon. Hos mater nomine Sennonis, ubi uideret atrociam facinorā passim patrans, iussit cauere, nequando in Melampygam inciderēt. Euenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes siue Perperi fratres, utrūq; enim scriptum inuenitur, & Herculem dormientem suis ar-

mis aggredi tentarūt. Ille p̄tinus sensit insidias, & correptos ac uinctos de claua a tergo suspēdit leporum ritu, atq; ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis cū Herculis posticum nigris pilis horridum atq; hispidum uiderent, materni moniti memores, super hac re inter sese cōfabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos uinculis solutos dimisit. Notat hanc historiam Plutarchus, in libello de discrimine amici & adulatoris, cum ait Herculem Cercopibus fuisse delectatum. Meminit & Herodotus in septimo de loco, dicto lapide Melampygo, & Cercopum sede. Quo sane loco lapsus est insigniter Laurentius Valla, quod fabulam hanc aut nescierit, aut certe nō meminerit. Plutarchus in libello de puerorum educatione refert & hoc inter Pythagorica aenigmata, μη γένεσθι τῶν μελανούρων. i. Non gustanda, quæ nigra sint cauda. Atq; hunc in modum interpretatur abstinentum a conuictu mortalium atrorum, & improborū. Quāvis hoc a prouerbio diuersum.

Noctuum ouum.

XLIII

γλανκῆον ὄον. i. Noctuum ouum. Refertur a Nicolao Perotto in Copiæ cornu prouerbij loco, nec explicatur tamen. Fortassis antiquitus abstemiū, & a uino abhorrentem hoc adagio significabant. Philostratus enim in uita Apollonij libro tertio de ouo noctuæ, rem oppido q̄ p̄digiosam refert. Itaq; satius est ipsius referre uerba, τὴν γλαῦκα, ἰνq̄, χρη ἐπιφυλάτῃσιν οὐ νεοπένησιν ἢ τὰ ὠὰ παύσασθαι δοῦναι μασσῶσθι τῶν βρέφει, συμμέτρως ἐξαιτίας, εἰ δὲ βρώσεται ἢ τούτων πρὶν οἶνον γένεσθαι, μίσησθαι πρὸς τὸν οἶνον αὐτῶν ἐμφύσει, καὶ σωφρονέσεται διακείσει. i. Obseruandum ubi loci nidu letur noctua, deinde oua subducere oportebit, eaq; mediocriter cocta infanti mandenda dare. Quod siquid ex his ederit, priusq; degustarit uinū, inseretur illi uini odium, adeo ut in omne uitā q̄ maxime sobrius sit futurus. Aelianus libro de naturis animantiū primo fabulā refert, paulo magis etiam q̄ hac est anilem. Eam quoq; præstiterit ipsius autoris recensere uerbis, οἱ πελαρσοὶ λυμανομύξαι αὐτῶν τὰ ὠὰ νυκτερίδας ἀμύνοντι πάντῃ σοφῶς, αἱ μὲν προσελάμναι ἀνεμιῶσιν ἐργάζονται καὶ ἅπαντα αὐτὰ. οὐκοῦν τό ἐπι τῆς φάρμακον, ἐκείνο ὅστι πλάτανος φύλλα ἐπιφέρεισιν ταῖς καλαῖς εἰ δὲ νυκτερίδες ὅταν αὐτῆς γιτνεῖσσι, ναρκῶσι ἢ γίνονται λυμῶν ἀδύναται. i. Ciconiæ noctuas, oua sua perdere solitas arcent miro ingenio. Nam hæ contactu reddunt ea subuentanea, steriliq; Remediū igitur aduersus hæc illud adhibent, Platani frondes in nidum conuehunt, quas noctuæ posteaq; cōtigerint torpescunt, ita ut iam nocere non queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negent noctuum ouum inueniri. Prouerbiū itaq; quadrabit, uel in hominē nihili, nulliusq; frugis, iuxta fabulamentū Aelianū, uel in rem raram inuentu, iuxta horum sententiam.

Amaçonum cantilena.

XLV

ἀμαζόνων ἄσμα. i. Amaçonum cantilena, in delicatos ac lasciuos. Philostratus in Apollonij uita libro quarto apud Athæneum, ni fallor, μερῶσιον τῶν ἀεσῶν οὕτως ἀσελγῆς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαι πρὸς τὸν ἀμαζόνων ἄσμα. i. Adulcens de numero mollium usq; adeo lasciuus habitus, ut aliquando Amaçonum quoq; fuerit cantio. Quid autem sibi uelit Amaçonum cantio, fateor mihi nondū satis compertum apud idoneos autores. Nisi sicui placet, ut accipiamus, Amaçones ludibrij causa in molles uiros cantilenas solere celebrare. Quod si fas sit mutare scripturā mihi nequa q̄ displiceat, ut pro ἀμαζόνων μαζονόμων, legamus. Sic enim appellant Lancis gen̄ prægrande, quo cibi inferuntur in cōuiuū. Mos autem erat antiquitus, ut epulæ lautiores tibi cōcedente inferrētur, ut acipenser. Horatius in extrema Satyra, Μαζονομοῦ πueri magno dilcerpta ferentes Membra gruīs.

Tantali horti.

XLVI

τωντάλου κῆποι. i. Tantali horti. De bonis, quibus tamē frui non liceat, aut de ijs quæ uideātur aliquid esse cum nihil sint. Philostratus in uita Apollonij, libro quarto, τοὺς τωντάλου ἔφη κήπους εἶδ' εἶε ὡς ὄντες οὐκ εἰσι. i. Tantali hortos uidetis, inquit, esse cum non sint. Nota est fabula de Tantalō apud inferos ad aquam stante, deq; pomis in caput imminentibus, cum sitiens interim atq; esuriens neutrum possit contingere.

Res sacra consultor.

XLVII

σύμβουλον ἱερὸν χεῖμα. i. Cōsultor res sacra. Zenodotus ex Epicharmo refert. Sensus est adagionis, plurimū utilitatis adferre, bene consulentem, aut religiose ac pure dandum consilium ijs quibus est opus. Plato in Theage, ἀλλὰ μὲν δὴ ὡς θεμόδοκε ἢ λέγεται γε σύμβουλον ἱερὸν χεῖμα εἶναι. i. Quin illud etiam dicitur Demodoce consultorē rem esse sacra. Effertur & ad hunc modum, ἱερὸν ἢ σύμβουλον. i. Res sacra consilium. Extat inter græcas sentētiās hic Senarius, ἱερὸν ἀληθ

διὸς ὄζειν ἢ συμβουλίαι. i. Res est profecto sacra consultatio.

Ante mysteria discedere.

XLVIII

Ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων. i. Ante mysteria discedere, est re nondū absoluta subducere sese. Sūpta metaphora a sacris, in quibus profani iubebantur abire, cū iam essent peragenda mysteria, initiati manebant. Plato in Menone, εἰ μὴ ὡσπερ χθεὲς ἔλεγε, ἀναγκαῖόν σοι ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ περιμέναις τε μνηθείη. i. Nisi quēadmodū heri dicebas tibi fuerit ante mysteria discedendum, uerum si & permaneas, & mysteriorum particeps fias, & cætera quæ sequuntur.

Ex uno multa facere.

XLIX

Ἐξ ἑνὸς πρὸ πολλῶν. i. Ex uno multa facere prouerbio dicebantur, qui rem quampiam minutim secabant. Quadrabit in eos, qui idem alijs atq; alijs modis uariant, ut nō iam unū, sed plura uideantur. Plato in Menone, καὶ παῦτε πρὸ πολλῶν ἐκ τῶν ἑνὸς, ὅτι φασὶ τὴν σωτήριον τὰς ἑκάστοτε οἱ σκώπτουτες. i. Ac parce ex uno plura facere, quo dicto taxant eos, qui rem quampiā undecunq; cōminuunt. Narratur apud Titum Liuium non illepida fabula, de caupone quodam, qui suis unius carnes tam uario coctas apparatu proponebat, ut dux Romanus admiratus, rogaret, unde nam mediā bruma, suppeteret tanta uenatus copia. Tum arridens caupo, confestus est, eas omneis ciborum species, ex uno sue domestico coctas fuisse. Neq; secus isti faciūt, inquit, qui cōmemorandis uarijs & horrēdis nominibus uos territāt, Cū hæc oīa una gēs sit,

Iouis Corinthus,

L

Ὁ δῖος κόρινθος. i. Iouis filius Corinthus. In eos dici solitum, qui semp eadem aut dicūt, aut faciunt. Pindarus in Nemæis, ταῦτά γε εἰς πρῶτος τ' ἀμπερὶς ἀπρῖα πλεῖθαι τέκνοισι, ἀπὲρ μαφύλακας δεῖ δὲ κόρινθου. Negat se uelle iterum, atq; iterum eadem iterare, perinde quasi pueris nugas narret δῖος κόρινθου. Nam μαφύλακας cum significat, qui frustra nugas effutit. Interpres hoc loco fabulam adfert, ad prouerbium hoc, meo quidem animo, non multum pertinentem, tamen adscribam. Aletes, inquit, consuluit Dodonæum oraculum, quod tum Iouis erat, num Corinthiorum imperio potiri posset. Responsum est, tum illum potiturum, cum quispiam illi glebam daret, aut ruder, idq; die multarum coronarum, Nam id addidit, Itaq; Corinthum profectus panem ab rustico quopiam petijt, is glebam porrexit. Sensit ille iam perfectum oraculū, animumq; ad capeffendum imperiū adiecit. Parentabatur eo die manibus, eamq; ob causam, cum plæræq; ciuitas in monumentis abesset, accedens, reperit Creontis filias, iam pacifcentes de imperio. Harum natu minimæ persuadet, si uelit adiutare, se simulatq; principatū esset cōsecutus illam ducturum uxorem, Illa imperij cupiditate prodit ciuitatem, ac portis aptis Aletem admittit. Is itaq; uictor, Iouis Corinthum eam appellat, quod ex Iouis oraculo contigisset. Deinde subtextit aliam fabulam, cum aliorum interpretamento fere conuenientem. Ea est huiusmodi. Olim Megarenses Corinthijs erant uectigales. Cæterum cum illorum imperiū insolentius grauatim ferrent, ac defectionem pararent, missus est legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarensē cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus, ac uociferans intonuit, οὐκ ἀνέξετ' ὁ δῖος κόρινθος. i. Non feret Iouis filius Corinthus. Id ubi sapius iteraret, concitatus populus, succlamare cœpit, feri feri Iouis Corinthū, simulq; legatū expulerunt. Erat autem Corinthus hic Corinthiorum rex, Ioue prognatus, tamen Paulanias in Corinthiacis negat se apud autores serios reperisse Corinthum Iouis fuisse filiū, sed uulgi dūtaxat Corinthiorum ita prædicare. Vsurpat adagium Plutarchus in cōmentario, quē inscripsit aduersus Stoicos, πολὺν οὖν ὁ δῖος κόρινθος ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀντὶ τῆς ἀπειρίας τῆς ἐξοπῆς ἵνα μὴ σκώπτῃ δοκῆς ἕαστον. i. Multus igitur Iouis Corinthus ad orationē illorum admittitur. Nā pistilli circūuolutionem, ne mordere uidearis, omitte. Aristophanes in ranis, τὰτι τί ἦν τὸ πρῶτον γὰρ ἀλλ' ἢ δῖος κόρινθος ἐν τῷ σφώμασι. i. Quid erat hæc res, nili Iouis Corinthus in stragulis. Verba sunt ministri, Bacchi, ταυτολογίαμ notantis, qui dixerat, ἄροις ἄμ' αὐδὲς αὐγὴ παῖ τὰ σφώματα. Hæc rursus iterum, tolle minister stromata. Idem in cōcionatricibus, οἷε δὴ δ' ἀνασκοπευμένας ἐφάνετ' οδῖος κόρινθος. i. Vbi denuo cōsiderantibus, Iouis apparuit Corinthus. Philostratus in Antipatro Sophista, ὠδῶντων δὲ αὐτῶν τῶν συγγενῶν ἐς τὸν γάμον κὴ δῖος κόρινθος ἢ γουρμύων τ' ἀντίπατρον. i. Impellentibus autem illum cognatis ad nuptias, & Iouis Corinthū exiltimantibus Antipatrum. Vsurpat hoc adagium & Socrates apud Platonem in Eūthydemo. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus, Δις κρεῖμει. i. Bis crambe. Neq; solum uti licebit, cum eadem iterum, atq; iterum dicuntur, uerum etiam cum in eodem negotio nimium assidue persistitur. Velut si quis cibum semper eundem apponat, aut si quis semper studijs literarijs incūbat, aut assu-

due uenetur, ut hinc iam oboriatur ex assiduitate fatietas, recte dicemus, ο δίδος κόρινθου. Molestum est enim, quicquid perpetuum, uel Pindaro teste, Ἀλλὰ γ' ἀνάπαυσις ἐν παντί γλυκὴ ἐργῶ, κόρου δ' ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ περὶ ἄνδρα ἀφροδίσα. i. Verum enim uero intermissio in omni negotio iucunda. Accipit autem fatietatem & mel & amoeni flosculi Venerci. Illud admonitu nō inutile duxerim, Prouerbiū bifariam accipi posse. Nam & hoc ostendit interpret Pindari, uel cum eadem iterantur sapius, uel cum ἡ, qui initio magnifice loquuntur, minanturq; ferociter, postea timide fugiunt, id quod euenit legatis Corinthiorum, qui cum sapius illud intenuissent in concione, Δικαίως σενάξει ὁ δίδος κόρινθου, εἰ μὴ λάθοιτο δίκας παρ' ὑμῶν. i. Merito suspirabit Iouis Corinthus, nisi pœnas sumperit de uobis, postea cum ad manus esset uentum igna uiter aufugerunt. Nec illud prætereundum, adagionem accōmodari posse, tum ad rem, tum ad personam. Ad rem hoc pacto, Iam milies audiui, non possum diutius ferre, τὸν δίδος κόρινθου Ad personam. Ut si quis hominem eadem semper inculcantem, τὸν δίδος κόρινθου appellet. Indicat & hoc interpret Pindari.

Testulæ transmutatio.

LI
οδοῦκος πρὶς σοφῆ. i. Testulæ cōuersio. De rebus repente in diuersum cōmutatis. Lucianus in Apologia, πρὶς ἡ' ἐπὶ μιᾷ σωνίω. Ἐπειτα πάντων ἐκλαδόμενοι, ὁσράκος φασὶ μεῖα πεσόντες, ἐκὼν ἑαυτὸν φέρωμ εἰς δ' αὐλείωμ, οὕτω πρὶς φανῆ καὶ πρὶς ἑλεπτομ ἐνήκε. Deinde oblitus omnium, testula, ut aiunt, transmutata, uolens ipse semet in seruitutem usq; adeo manifestariam & insignem cōiccit. Incertum utrum sumpta sit metaphora a ludi genere quodam, quem ostracinda Græci uocant. Hunc innuit Plato in amatorijs, Iulius pollux describit libro nono. An ab Ostracismo suffragiorum genere quodam, quod per calculos, ac fabas ferebatur, in hoc repertum, ut per id ciues, qui uel opibus immodicis, uel nobilitate uel gloria, uel alia quauis insigni uirtute, multitudine inuidiam in se prouocassent, in exilium decenne relegarētur. Hoc pacto fuit eiectus & Aristides, nō aliam ob causam, nisi quod molestum esset populo, iusti cognomē illi uulgo tributum. Ferebatur autem ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est, testulæ uiritim in comitijs dabātur. In eis quem quisq; uellet urbe cedere, literis inscriptis indicabat, hos deinde omnibus in fori locum quendam cancellis circūseptum, deportabant. Porro magistratus, quibus hoc datum erat negocij, primum uniuersos recensebāt, qui nisi plures sex milibus fuissent, nihil conficiebatur. Deinde semotis uniuscuiusq; calculis, is qui pluribus calculis damnat⁹ erat, ad decennium in exilium ire iubebatur. Ita tamen, ut illi liberum interim esset, fructus suos accipere. Erat itaq; ostracismus non improbitatis castigatio, sed uulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. Antiquatus est autem hic ostracismus, eiecto per hunc hyperbolo quopiam homine contempto atq; humili. Huiusmodi ferme referuntur a Plutarcho, in uita Aristidis. Ab hoc igitur ostracismo quoniam magna uulgi licentia, ac temeritate peragebatur, ac repente præstantissimi cuiusq; ciuis fortunam cōmutabat, non absurde uideri potest ductum adagiū. De lusu ostracorū Iulius Pollux, in hunc fere modum tradit. Pueri ducta in medio linea, duas in partes sese distribuebant, quarum altera intra ostracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam testam, utrius partis superior extitisset aliquis hunc insequēbatur, qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuersis. Cæterum e fugientibus, qui comprehensus esset, is confidebat, alinus dictus. Testaq; proiecta dicebat, nox dies. Nam interior testæ pars pice sublita erat, quæ nocti respōdebat. Hoc autem lusus genus, appellabatur ὁσράκος περὶς σοφῆ. i. Testæ conuersio.

Alterum pedem in cymba Charontis habere.

LII
Extremæ, decrepitæq; senectæ homines, etiam hodie uulgo dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Nec hinc abhorret, quæ scribit Lucianus in Apologia, πρὸς αὐτὸν δὲ ἡδὴ τὸ αἶμα καὶ γινόμενον, καὶ μονονσχί τὸν ἕπερον πόδα ἐν τῷ περὶ μέτω ἔχοντα. i. Qui iam sit Acaco ipsi uicinus, quiq; iam tantum non alterum pedem in cymba Charontis habeat. Idem in lectis, καὶ τὸν ἕπερον πόδα φασὶ ἐν τῇ σορῶ ἔχωμ. i. Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habens. Plutarchus in cōmentariolo de puerorum institutione notat, senes uulgato conuitio uocari solere, κρονολήτες καὶ σοροδαίμονας. Quod iam ætate desipient, & fossæ confines essent, magisq; bustuariæ laruæ, q; hoies. Plautus Achorontiū senē dixit. Tercti⁹, Silicerniū Et capulare dixit, nescio q's.

Cauam Arabiam serere.

LIII
τὴν κοίλημ ἀραβίην ἀείρουμ. i. Cauam Arabiam serere. Pro frustra sudare, aut in re p̄difficili, nec ad modū frugifera operā sumere. Lucian⁹ in Apologia, ὡς τῇ κοίλημ ἀραβίην ἀείρουμ ἐπιχειρήσειμ.

Ut cauam Arabiam serere aggrediatur. Significat autem palustrem Arabiæ partem, neutriq; idoneā sementi. Plutarchus, πρὶ φθι ἀδολεχίας, τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὰς Ἀσίας εὐκαταφόρων ἀγονομ εἶναι τὸ πῶμα λέγουσι, τῶν δὲ ἀδολεχῶν ὁ λόπος ἀπελής ἢ ἀκαρπὸς ὄσι. i. Aiunt enim sterilem esse sationē humilium Asiæ regionum, at loquaculorum oratio inutilis est, atq; infrugifera.

Lynceo perspicacior.

LIII

Lyncei perspicacitas in prouerbiū abijt. Plinius naturalis historiæ libro secūdo, capite duci molesimo. Nouissimam, inquit, lunam, primamq; eadem die uel nocte, nullo alio in signo, q̄ in ariete conspici, id quoq; paucis mortaliū cōtingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Sunt q̄ tradant Lynceum primū reperisse fodinas metallorum æris, argenti, auri. Et hinc uulgo natā fabulam, quod ea quoq; uideret, quæ sub terra forent. Testis Lycophronis interpres. Meminit huius & Plato in epistola quadam. Aristophanes in Pluto, βλέψαμ τ' ἀπδείξω σ' ὄξυπερομ τ' λυγκέως, i. Faxo ut uideas uel Lynceo ipso acutius. Lucianus in Hermotimo, εὐ δὲ ὑπὲρ τῶν λυγκέα ὑμῖν δέδορκαε κῆ ὄρᾶς τὰ ἐνδομ ὡς εἰοικε δια τ' εἴρησ, i. Tu uero nobis ipso etiam Lynceo perspicacior es, qui sicuti uidetur per pectus ipsum, quæ sūt intus cernis. Idem in Icaromenippo, πῶς νῦν καὶ δάπῃ λυγκέως ἕρε ἀφω γενόμεμθ' ἀπαυτὰ διαγινώσκεις, i. Qui nunc repente quasi Lynceus quidā effectus, cuncta discernis. Horatius in prima epistola ad Mœcenatē, Non possis oculo quantum contendere Lynceus. Non tamen idcirco cōtemnas lippus inungi. Apollonius in Argo nauticis scribit hunc Lynceum, usq; adeo fuisse perspicacem, ut etiam terram ipsam oculorū acie penetraret, quæq; apud inferos fierent, peruideret, λυγκέως δὲ, ἢ ὄξυτάτοις ἐκέκασο ομμασμ, εἰ ἐπέομ γε πέλει κλέθ' ἀνέρα κένομ ρηϊδίως καὶ νέρδε κῆ χθονὸς ἀνγάξεδι, i. At miro uisus pollebat acumine Lynceus. Si modo uera est fama, uirum, quæ prædicat illum, Perfacile inspexisse sub altis condita terris. Plutarchus in cōmentario, quem scripsit aduersus Stoicos, testatur, famam fuisse de Lynceo, quod saxa quoq; & arbores oculorum acie penetraret. Pausanias in Corinthiacis tradit Lynceum Danao uita defuncto, regni successionem suscepisse.

Quod in animo sobriū, id est, in lingua ebrī.

LV

τὸ εὖ τῆ καρδίας τῶν νήφοντες, ἐπὶ φθι γλώττης ὄσι τ' μεθύοντες, i. Quod in corde sobriū, id est, in lingua ebrī. Prouerbialis sententia, quam refert in collectaneis Diogenianus. Vlurpat Plutarchus, idq; prouerbiū nomine in libello, cui titulus πρὶ ἀδολεχίας, Nec pretereundū illud Herodoticum, οἶνον κατιόντος, ἐπιπλόσσιμ ἔπεα, i. Subsidente uino, supernatant uerba.

Virgultea scaphula, Aegæum transmittere.

LVI

ἐπὶ εἰρήσ τῶν ἀργαῶν διαπλευσαμ, i. Virgulto Aegæum transmittere, in eos dicitur, qui rē supra modum arduam leui opera conficere tentant. Lucianus in sectis, ἐπὶ εἰρήσ ὡς ἢ πῶσιμια φροσι, εὐ ἀργαῶν ἢ τόνιομ διαπλευσαμ δέλουτας, i. Virgulto, quemadmodū prouerbio dicitur, Aegæum aut Ionium mare transmittere cupientes. Citatur hic Senarius a Suida. Extat autē apud Aristophanem in Pace, κέρδης ἔκκτι κᾶμ ἐπὶ εἰρήσ, πλέοι, i. Causa lucelli nauiget & in uimine. Taxat Simonidem, tanq̄ lucri cupidiorē, quod ad quæstum scriptitarit carmina. Porro εἰς uimē est flexibile, aut ramus salignus παρὰ δ' εἴπω, uidelicet quod inflectatur ob lentitudinem. Citat & hic, εὐν τῶν δειῶ πλώμ, κᾶμ ἐπὶ εἰρήσ πλέοι, i. Quisquis secundo nauigarit numine. Is uel saligno nauigarit uimine. Extat & hic inter sententias prouerbiales, citatus item ab Aristophanis interprete, θεοῦ δέλουτες κᾶμ ἐπὶ εἰρήσ πλέοι, i. Deo fauente nauiges uel uimine.

Phoenice uiuacior.

LVII

Lucianus in sectis, ἢ μὴ φρίνικος ἔτη βιώκ, i. Ni Phoenicis annos uixeris. De Phoenicis uiuacitate diximus alibi. Cuius etiam raritas prouerbio fecit locum.

Cum plurimū laborauerimus, eodem in statu sumus.

LVIII

Lucianus in sectis, καὶ κῆ τούτ' πῶσιμια ζομύσες πρὸς μὸχθίσωτες ὁμοίως ἐσμὸν, i. At iuxta prouerbiū cum multū laborauerimus, itidem ut antea sumus. De frustra laborantibus. Quod euenit ijs, qui post diuturnum studium nihilo reperiuntur eruditiores, post longam negotiationem nihilo ditiores.

Aquam in mortario tundere.

LIX

τῶν ὑπὲρ πλῆθωμ, i. Aquam pistillo tundere. Lucianus in sectis, ὡσπ' εἴ τις ἐς ὄλμομ ὑδωρ ἐν χέας ὑπὲρ σιδκρῶ πλῆθωμ, i. Tanq̄ si quis aquam in mortarium infusam ferreo pistillo tundat. Quadrat in eos, qui laborant inaniter, siquidem aquam siquis uel ætatem cōtundat, nihil aliud erit, q̄ aqua. Lucianus in sectis, οὐκ ἐδῶς, ὅτι ἄμ ἀπβάλη φασί, τὸν ὡμης πλῆθωμ ὑδωρ ὁμοίως εἴ ὑδωρ μὴ μ, i. Ignarus, quod etiam si humeros, ut aiunt uerberando decutias, tamen aqua ma-

net aqua. Suidas ad hunc effert modum, Αναπλῆς ἴσους ὕδατος πῖσων, ὁμοίως ὕδατος μίσει. i. Perdis scapulas aquam pinsens, aqua tamen æque aqua manet. Quantumuis doceas, ονομ λῦσαι, quantumlibet admoneas stupidum, sui similis esse pergit.

Gnomon & regula.

LX

Quod est in re quapiam præcipuū, & ad quod unū reliqua omnia conferuntur, regulam & gnomonem prouerbio uocabant. Lucianus in Harmonide, ὅτι δὲ κεφάλαιον ἀρετῆς ἀπάσης, ὁ γνώμων φασὶ καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιοῦτων. i. Quod est caput omnis uirtutis, gnomon ut aiunt, & recta regula. Idem in Scytha, οὗτος σοὶ ἑλληνικὸς κανὼν. i. Hic tibi græcanica regula. Itē in sectis, τὸ πρῶτον κανὼνα ἐσαδάμην ἀκριβῆς ριούτων. i. Hanc regulam & amussim certissimam rerum eiusmodi.

Caput.

LXI

Eiusdem formæ est, cum præcipuam negocij partem aut autorem rei, caput uocamus. Terentius in Adelphis. Te esse huic rei caput. Exempla tum apud græcos scriptores, tum apud latinos passim obuia sunt. Eundem in modum & arcem dicimus rei cuiuspiam. Aristoteles in præfatiōe rhetoricorum ad Alexandrum, ὡς ἀκρόπολις ὄρεσι σωτηρίας. i. Quoniā incolumitatis arx ē. Plato de legibus libro primo, κεφάλαιον δὲ ἢ παιδείας λέγουμεν πρὸς ὀρθὴν ἔσοφίην. i. Caput eruditio- nis censemus rectam educationem. Plautus in asinaria. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Ego pes fui, Quin nec caput, nec pes sermonis apparet.

Somnium.

LXII

Rem futilem, inanem & nihili, somnium prouerbio dicimus. Terentius in Adelphis. De argento somnium. In eadem fabula, Ille futillis, somnium. Lucianus in Harmonide, πάντα ἐκῆνα, ὑπνέματα ὀνειρατά φασί, ἐπὶ ὧν σκιαί. i. Omnia illa, subuentanea somnia, sicut aiunt, & uerborum umbra. Idem in dialogo Nirei & Therisitæ & Menippi, ονειρατά μοι λέγεις. i. Somnia mihi nar- ras, Plautus in captiui duo. Hic uigilans somniat.

Nec Epicureos talia fabulantes audiuit.

LXIII

Lucianus in libello, cui titulus, quomodo conscribenda sit historia, οὐτε δὲ λεγόμενον δὲ ἢ ἴσως, ἢ ἐπικυρεῖω τὰ τοιαῦτα μυθολογῶντων ἀκρόσας. i. Qui neq; Epicureos, quemadmodū dicitur, eiusmodi fabulantes audierit. Videtur fabulosa, ridiculaq; Epicurorum philosophia, in uulgarem abiisse iocum, ut qui rem adferret, præter modum absurdam dictu, ne ab Epicureis quidem eam audisse diceretur. Nam uidentur anilibus deliramentis similia, quæ tradūt huius factiōnis philosophi, de Atomis parentibus omniū rerū, de mundis innumerabilibus. Idem in uoluptate corporis, finem boni constituunt.

Nunquid & saul inter prophetas.

LXIII

Libro Regū primo, capite decimo, refertur huiusmodi prouerbiū. ὁ σαὺλ ἐν τῷ ὄρει. i. Nunquid & Saul inter prophetas. Natū a Saule, qui cum in prophetarum cœtum incidisset, subito & ipse diuino furore correptus, uaticinari cœpit. Id admirantes qui Saulem antea cognouerant, inter sedictabant, Quid accidit Sauli, Num & Saul inter prophetas? Ea uox deinde uersa est Hebræis in prouerbiū de re noua & inopinata, subitaq;. Est autem apud illos iambicus dimeter. Finitimum illi, καὶ κόρχος ἐν λαχάνοις, καὶ δὲ ἐν φακῇ μύρομ.

In foribus urceum.

LXV

Ἐπὶ θύραις πρὸς ὑδρίαν. i. In foribus aquarem, Nam hoc uerbo usus est Plautus. Aristoteles libro rhetoricorum primo, τὸ δὲ τέλος ἀγαθὸν ὅδεμ ταῦτα εἰρηκτὴ καὶ δέκεμ εὐχολίην πρὸς ἀμω, καὶ ἀίχρον τοι δὴρόμ τε μύριαν, καὶ ἢ πρὸς μία δὲ, δὲ ἐπὶ θύραις πρὸς ὑδρίαν. i. Finis autē bonus, Vnde illa dicta sunt, Et laudem Priamo. Præterea, turpe diu mansisse, iam uero prouerbiū etiam illud, in foribus urceum. Interpres quispiam, ait significari rem contemptam ac uilem. Negligūt enim, quæ passim sunt obuia, quæq; facile quibuslibet contingunt. Itaq; urceum in foribus positum, nemo studet tollere, procliue enim. Verum uniones in scrinijs reconditos magis expetunt. Plutarchus πρὸς πελυθλίαν, ait, rubum ultro hærentem negligi ac præteriri, uineam, oleasq; expecti, recensens hanc sententiam, οὐ γὰρ αἰρετέον πάντῃ δὲ πράξις ἀλισκόμονομ. i. Non est tollendum quod admodum facile consequi licet. Item in epistolis Seneca, Multi aperta transeunt, condita & abstrusa rimātur. Furem signata sollicitant. Vile uidetur, quicquid patet, aperta effracta- rius præterit, hos mores habet populus, hos imperitissimus quisq;. In secreta irrūpere cupit. Porro prouerbiū imperfectum ac mutilum uidetur. Quandoquidem Aristoteles ad eum modum plæraq; refert, tanq; alioqui per se satis nota.

Haud quæq; difficile Atheniensem Athenis laudare.

LXVI

z 3

Aristoteles libro rhetoricorum primo, ὡς αἶψα γὰρ ὁ σοκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν ἀθηναίους ἐν ἀθῆναις εἰπεῖν, ἰ. Quemadmodum enim dixit Socrates, haud difficile est Athenienses Athenis laudare. Citat idem, eodem in opere de prohemii agēs, Haud quæquam esse difficile Athenienses laudare apud Athenienses, Verum apud Lacedæmonios id fore difficile. Extat autē in Menexemo Platonis, idq; in adagionis locum cessit. Dicitum est autem, propter encomia, orationesq; panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter oppetissent in bello, in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Atheniensis, pronis auribus audiebantur, propterea quod suis quisq; laudibus fauet.

Exigua res est ipsa iusticia.

LXVII

Aristoteles libro rhetorices primo, Διὸς ἑπιπέτῳ δικαιοσύνην φασί, μικρὸν εἶναι, ἰ. Vnde etiam aiūt, ipsam iusticiam, exiguum quiddam esse. Quo prouerbio significabant, non multum adferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habearis, & opinionem lōge plus ualere, q̄ rem ipsam. At quanto melius Aeschylus apud Plutarchum de Amphiarao, οὐ γὰρ δοκίμη ἄριστος ἄλλ' εἶναι θέλει, βαθεῖα μὲν αὐλακα διὰ φρενὸς καρπὸς μὲν, ἰ. Neq; enim uideri, at esse uir cupit optimus, Modestius Euripides in Oreste, probās opinionē, ubi res ipsa nō adest, tanq̄ optimo proximam, κρεῖσσον δὲ τὸ δοκίμη καὶ ἀληθείας ἀπὸ, ἰ. Res ipsa ut absit, optima est opinio. Idem Terentius in Adelphis. Si tibi isthuc re ipsa non dolet, at simulare certe est hominis.

Occasione duntaxat opus improbitati.

LXVIII

Aristoteles libro rhetoricorum secūdo, καὶ πρὸς οὓς ἔχασσι προφασίμῃ ἢ προγονῶν, ἢ ἀνθρώπων, ἢ φίλων, ἢ πρὸς ἀνθρώπων κακῶν, ἢ μελῶν, ἢ ἀνθρώπων, ἢ προγονῶν, ἢ ὧν κήδοντες, ὡς γὰρ ἢ προνομία, προφάσεως δέεση μόνον ἢ πικρία, ἰ. Aut aduersus quos occasionem habent, siue progenitorum nomine, siue sui ipsius, siue amicorum, siue eorum, a quibus beneficio fuerunt affecti, quæ curæ habuerūt, aut maiores, aut ipsos, siue eorum, qui illis curæ sunt. Quemadmodū enim prouerbio dicitur, Occasione duntaxat opus est malitiæ. Quadrabit in nocendi cupidus, qui ne temere læsisse uideatur, causas prætexunt. Celebratur hic Mimus Publī, ni fallor, in hanc sententiam Malefacere qui uult, nusq; non causam inuenit. Circūfertur & hodie uulgo apud nostrates adagiū nō usq; quæquam spernendum. Facile sustem intenerit, qui cupit cedere canem. Eodem spectat Terentianum illud. Fingit causas, ne det sedulo. Idem illud Martialis, Irasci tantum felices nostis amici. Nō quia sic merui, sed iuuat hoc facere. Fortassis huc allusit & Euripides, cum sic ait in Iphigenia Aulidēsi, ἐπεὶ βραχέως προφάσετ' ἔδει μόνον, ἐφ' ἧς ὁ γὰρ ἢ παῖδες αἱ λελημμέναι δεξιόμεθα δέξιν, ἢ μὲν σε δεξιόσθ' ἡρώμ, ἰ. Occasione tantum opus fuerit leui Vt & ipsa quicq; mihi supersunt liberi Te rursus accipiamus istunc admodum Quo te accipi par est.

Vel a mortuo tributum auferre.

LXIX

καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρει, ἰ. Etiam a mortuo tollit. In hominem undecūq; per fas, nefasq; lucrum captantem. Aristoteles libro Rhetoricorum tertio, tractans de ijs, quæ pudenda habeant, οἷον, inquit, πενήτων ἢ πεθνεώτων, ὅθεν ἢ προνομία, τὸ καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρει, ἀπὸ ἀίχρονος δ' ἰ. Veluti si quis exigat a pauperibus siue defunctis, unde etiam illud ortum est adagiū, Etiam a defuncto tollere, propterea quod id a turpi lucri cupiditate proficiscitur. Finitimū est illi, Αἰτιῶ γὰρ καὶ τὸς ἀνθρώπων ἀλλοτρίων, ἰ. Ipsis uel a statuis farinas postulat. Natum a tyrānis, qui a sepulchris, a uel defunctorum statuis, uectigal colligunt.

Pudor in oculis.

LXX

ἐν ὀφθαλμοῖς ἢ αἰδώς, ἰ. In oculis pudor. Horū nos pudet, quæ in ppatulo sūt. Aspectū cū uel incutit, uel renouat etiam pudorē. Vnde fit ut pueri, cū pudescunt, oculos tegāt. Hinc & poetæ Cupidinē quod sit improbissimus, cæcū fingūt. Eodē pertinet illud Ciceronis, Epistolā nō erubescere. Videmus etiam eos, qui oculis capti sunt, a uerecundia plurimū abesse. Huc spectauit Ouidius, cū ait noctem, utpote cæcā pudore uacare. Nox, inquit, & amor, uinūq; nihil moderabile suadent. Illa pudore uacat, liber, amorq; metu. Refert adagiū ab Aristotele libro Rhetoricorū tertio, καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἢ τὰ ἐν φανερώ, ὅθεν ἢ προνομία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδώς, ἰ. Et ea quæ sūt oculis exposita, quæq; in ppatulo sūt. Vnde & illud prouerbio dicunt, Pudorē in oculis esse. Idem in problematis causam inquirēs, q̄ obrem pudefactis rubescant aures, iratis oculi, huius adagij testimoniū citat, ἢ ὅτι, inquit, ἢ μὲν αἰδώς ἐν ὀφθαλμοῖς κατὰ φύσιν ἔστι μετὰ φόβου, ὡς τε εἰκότως ἀπλείπει τὸ διεργαζομένου τὸς ὀφθαλμούς, χωρίζομενον ἢ εἰς τὸν διεκτικώτατον φέρει τὸ πρῶτον, τοῦτο δὲ ὅτι τὸς ἀκροῖς τῶν ὠτων, ὃ γὰρ ἄλλοις ὁσώδης, ὀργιζομένοις δὲ ἐπανέσχετη τὸ διεργαζομένον, μέγιστα δὲ γίνεται φωνή.

ἔξω ἐν ῥίσι ὀφθαλμοῖς, διὰ τῆς χροῦς οὐσαμ λυκίη. i. An ppterca, quod pudor in oculis, frigus quod
dam adducit una cum metu, Atq; ob id, merito calor destituit oculos. Is uero demigrans inde
fertur ad locū sui maxime capace. Est autem huiusmodi summa pars aurium. Nā reliqua pars
est offea. Rursus iratis calor suffundit, Idq; potissimū apparet in oculis, ppter albicantē illo/
rū colorem. Aristophanes in Vespis, Ἀλλὰ τῦστις γε οὐκ ἐνὶ οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσι μ' αἰδῶς τῶν παλαι/
ῶν ἐμβάδωμ. i. At his nō est ne oculis quidem pudor uetcrū calciamentorū. Huc referri potest
& illud, quod Aristoteles libro rhetoricorū secūdo ex Alcaeo citat, Αἰδῶς κέμ σε οὐκ ἔιχεμ ὄμμα/
τα. i. Nō erat tibi pudor in oculis. Hinc & ille figuræ, quo ore, qua fronte audebis obiurgare fi
lium? Et illud apud Ciceronē in epistolis ad Atticū, Nec enim cōquisitores, φαινοπροσωπῆμ au
dent. Quin & hodie uulgo dicunt, Non audebis faciem ostendere. Apud Euripidem in Iphi
genia Aulidensi. Menelaus iubet Agamemnoni, ut sese aspiciat, uidelicet, quo facti pudcat,
ἠλέψωμ εἰς ἡμᾶς, ἢ ἀρχὰς τῶν λόγων ταύτας λάδω. Aspice in nos recta, ut hoc capiam loquēdi ex
ordium, Isq; respondet, μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρομ Ἀξέως γεγώς; id est, Num uerebor,
lumina in te tollere Atreo fatus?

Conciliant homines mala.

LXXI

σωάγει τῦς ἀνθρώπου κακά. i. Conciliant homines mala. sententia, puerbialis, quæ declarat id,
quod uulgo fit, ex hostibus nōnunq; amicos fieri ppter malum aliquod incidens utrisq; com
mune. Aristoteles libro Rhetoricorum primo, οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐνίτε ταύτ' συμφέριμ τῖς ἐναντίοις,
ἔθιμ λέγει, ὡς τὰ κακὰ σωάγει τῦς ἀνθρώπου, ὅταν ἢ ταύτ' βλαβερόμ ἀμφοῖμ. i. Nihil enim uetat, quo
minus idem cōducatur ambobus aduersarijs. Vnde dicit illud, Conciliari homines malis, quo
ties idem utrisq; noxium fuerit. De syncretismo diximus alibi, Quin huc quoq; potest defle
cti prouerbiū, ut dicamus indoctū fauere indocto, infantem infanti, nepotē nepoti, Neq; em
bonarū modo rerum similitudo cōglutinatur necessitudinē, uerum etiā ex malis cōmunibus sa
penumero mutua nascitur beneuolentia. Amant fere inter se, qui simul fecere naufragiū, qui
militarūt una, q simul capti fuerūt ab hoste, deniq; qui corpis aut animi morbis ἡσδὲ laborāt.

Ama tanq; osurus, oderis tanq; amaturus.

LXXII

Δεῖ φιλεῖμ ὡπερ μισήσονται, μισεῖμ δὲ ὡπερ φιλήσονται. i. Sic amādū tāq; sis osurus, sic oportet odī
se tanq; sis amaturus. Hanc Biantis sententiā Aristotelis in libris Rhetoricorū satis indicat in
prouerbiū ab ἡσσε, Cum ita scribit, οτι οὐ δεῖ, ὡπερ φασι φιλεῖμ, ὡς μισήσονται, ἀλλὰ μάλλον μισεῖμ, ὡς
φιλήσονται. i. Nō est amādū quasi sis osurus, quemadmodū aiunt, sed ita exercendū odī, tan
quā sis aliquādo amaturus. Ac paulo inferius, Δεῖ φιλεῖμ, οὐχ ὡπερ φασι, ἀλλ' ὡς αἰεὶ φιλήσονται. i.
Oportet amare nō quemadmodū aiunt, sed tanq; semper amaturū. Commonstrat enim illic
Philosophus, quo pacto refellendæ, corrigendæq; sint sententiæ uulgo receptæ, atq; inculca
tæ. M. Tullius in sermone de amicitia, scribit Scipioni usq; adeo nō placuisse dictum hoc Biā/
tis nomine celebratū, ut negaret ullam uocem inimiciorē amicitia reperiri potuisse, q̄ eius, q
dixisset, ita amare oportere, ut si aliquādo esset osurus, nec uero se adduci posse, ut hoc quem
admodū putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiēs habitus esset unus e septem, sed
impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiā reuocantis esse sententiā, Quo
nam enim modo, inquit, quisquam amicus esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse,
Quinetiam necesse erit cupere & optare, ut q̄ sapissime peccet amicus, quo plures det sibi tā
quā anfas ad reprehendendū. Rursus autem recte factis, commodisq; amicorū necesse erit
angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptū cuiuscūq; est, ad tollendam amicitiam ua
let. Illud potius præcipiendū fuit, ut eā diligentia adhiberemus in amicitijs parādīs, ut nequā
do amare inciperemus eū, quē aliquādo odisse possemus. Hactenus Cicero. Refert ab eodē
Aristotele paulo supius hic senarius, οὐδεὶς ἐρασῆς, ὅς τις οὐκ αἰεὶ φιλεῖ. i. Nō est amicus hic, q ama
re definit. Extat autē hic uersus apud Euripidē in Troadibus. Diogenes Laertius mutilum ada
giū refert, εφασκε φιλεῖμ ὡς μισήσονται, τῦς γὰρ πλείους εἶναι κακούς. i. Iubebat amare tāq; osuros,
plurimos enim esse malos. Huc adscribendus Mimus ille Publilianus, qui est apud Aulum Gel
lium. Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes. Et alius eiuisdē, ut opinor, sed Senecæ
titulo, Ita crede amico, ne sit inimico locus,

Atticus aduena.

LXXIII

Ἀπικὸς πάροικος. i. Atticus aduena. In uiolentos & feroces uicinos dicebat. Duris apud Zenō
dotū ait ex Atticorū moribus natū, quod olim finitimos ex sedibus suis exigere cōsueuerint.
Craterus inde manasse putat, quod Atheniēses, qui samū missi fuerāt, indigenas expulerint.

Notat̄ adagium ab Aristotele libro Rhetoricorū tertio, *ἔτι, inquit, ἐνταῦθα παροιμιῶν ἢ γνώμαί ἐισὶν, οἷοι μαρτυρίαι, Ἀπικὸς παροιμικός, i.* Ad hæc nōnulla proueria sunt & sententiæ, tanq̄ testimo-
nia, ut Atticus aduena. Proinde proprie quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod af-
citi sunt, ut superiores efficiant.

Purpura iuxta purpurā d̄iudicāda.

LXXIII

Ἡ πορφύρα περὶ τῆς πορφύρας διακρίτεια, i. Purpura ad purpurā d̄iudicāda est. Certissimū iudiciū
ex collatione nascit̄. Vnde emptores mercaturī purpurā, ne fallant̄ alterā adhibent purpurā.
Licet uti, quoties negabimus infantiā, aut insitiā indoctorū plene dephēdi, nisi cū eloquē
tiū & eruditorū scriptis cōferant̄, Etenim si uel Salustiū cōferas cū Cicerone, iam uelut obmu-
tescit ille. Refert̄ adagiū a Phœbammone sophista in cōmentario de figuris Rhetoricis.

Saturniæ lema.

LXXV

Κρονικαὶ λῆμαι, i. Saturniæ lema. In cæcutiētes, ac stupidos dicit̄, præsertim in eos, qui ætatis iu-
tuo desipiscūt. Est enim lema humor in oculis cōcretus, unde lippitudo nascit̄. Deriuat̄ autem
Ἄπ τῷ λέω, i. uideo, & *μη* negatiua particula, quod cuiusmodi lachrymæ crassæ, oculos occupā-
tes uisui efficiāt. Aristophanes in Pluto, *ἀλλ' ὃ κρονικαῖς γνώμαις ὄντως λημῶντες τὰς φρένας ἄμφω,*
id est, Quin o Saturniis mētibus uere lippientes animis ambo. Gnomas dixit p̄ lemas. Vn-
de *λημῶ* Græcis lippio, cæcutioq; significat. Porro Saturniæ dicunt̄ quasi seniles, ac ueteres, p̄-
pterea quod *κρόνος, i.* Saturnus podagrosus, ac senex a poetis fingit̄, & tēporū Deus, quasi *χρό-*
νος, Ἀρχαία uero, id est, Prisca & antiqua, Græci nonnunq̄ stulta uocant, & *κρονικώτερα, μωρότε-*
ρα, & κρόνου, nugas, ac deliramenta. Aristophanes in Vespis, *καὶ τῦς τραγωδοῦς φησὶν ἄπ' εἰξῆσιν*
κρόνου, id est, Et Tragædos ait se redditurum Saturnos. Idem in Nebulis, *καὶ πῶς ὃ μωρὸς σὺ ἢ*
κρονίωμ ὄζωμ ἢ βεκκεσελνε, id est, Et quomodo o stulte, & Saturnalia olēs, ac lunaris. Allusit huc
Lucianus in Timone, *λημας ἢ ἀμβλυώτης πρὸς τὰ γινόμενα, i.* Cæcutis ac lippis ad ea, quæ pat̄a
tur. Atq; inibi paulo inferius, *καὶ καθ' ἄληγον κρόνον σὲ ὃ θεῶν γενναϊότατε ἀπ' φαίνουσι, παρωσάμενος*
φθιτιμῆς, id est, Et paulatim Saturnum te, o deorum præclarissime reddunt, depellentes ab ho-
nore, Plutarchus ætate desipientes ostēdit uulgo *κρονολήρους* appellatos fuisse, i. Saturni more
delirantes, uidelicet p̄pter aniles fabulas, quæ de hoc deo ferunt̄. Eas refert idem Plutarch⁹
in cōmentario, de facie apparenti in orbe lunæ, Saturnū in insula quapiā fortunata, profundo
in antro dormire, saxa complē: ἄ aurea, Cæterū hunc somnū illi accidere, ex uinculis in cum
usum arte confectis a Ioue. Aues autē quæ scopulī cacumine uersantur, adferre illi ambrosiā,
Vniuersamq; insulam mira fragrantia compleri, e rupe, uelut e fonte scatente, Adesse dæmo-
nes, qui Saturnū obseruent, & inseruiant. Hos olim cum illo amicitia cōiūctos fuisse, Cū dijs
atq; hominibus imperaret. Multaq; de futuris rerū euentibus ex se prædicere. Sed maxima,
maximisque de rebus, sic efferunt, ut Saturni somnia uideantur. Nam quicquid cogitarit Iupi-
ter in animo, id somniare Saturnū. Huiusmodi quædā nugamenta, de Saturno cōmemorant̄
in hoc, quo dixi libello, iam illud eruditi lectoris iudicio relinquo, nunquid ad hoc adagium
pertineat, quod Pythagorici *συμβολικῶς* mare Saturni lachrymā appellant, ut testatur idē au-
thor, cōmentario de Iside & Osiride. Siquidem est aqua marina nō falsa solum & amara, sed
crassior item & impurior reliquis.

Cucurbitas lippis.

LXXVI

Κολοκύνταις λημᾶν, i. Lippire cucurbitas, ad supiorē adagi formā ptinet. Aristophanes in nu-
bib⁹, *νῦν γέ τι ἴδην καθορᾶς αὐτὰς, εἰ μὴ λημᾶς κολοκύνταις,* At nūc certe illas uides, nisi lippis cucur-
bitas. Verba sunt Socratis ostēdētis nubes, hoc est, nisi plane nihil uides, & tātas habes in oca-
lis lemas, quātæ sunt cucurbitæ.

Ollas lippire.

LXXVII

Χύτρας λημᾶν, i. Ollas lippire. Prouerbialis hyperbole, pximæ simillima. Lucianus aduersus
ineruditū, & multos coementē libros, *χύτρας,* inquit, *λημῶντες, i.* Ollas lippietes. Lachrymas in
dicans ollis æquales. Hoc adagiū utrūq; quoties ad animū refert̄, fit elegātius & iucūdus, ue-
luti si quis hominem crassi iudicij, ac uehementer cæcutientis, & turpiter errantis dicat lippire
nō lemis, sed ollis.

Odium agreste.

LXXVIII

Μίσος ἀγρῆκου, i. Odiū agreste. Atrox odiū ueteres sic appellabāt, p̄pterea, quod rustici plā-
rūq; *μισάνθρωποι* sunt, & acerbius atq; implacabilius oderūt. Lucian⁹ cōtra indoctū, *μισος δὲ ἀγρῆ-*
κόν φασιν παρὰ πάντων ἔχεις ἐπὶ τῆς βδελυγίας, i. Laboras autē agresti, sicuti dicit̄, omniū odio, p̄pter
insolentiā. Vnde & ciuilitatē appellamus morū comitatē, humanitatēq; Et apud iureconsul-
tos ciuilis actio discernit̄ a criminali. Deniq; Græci quicquid barbarū, immane, aut crudele uo-
lunt intelligi, id *ἀγρῆκου* uocant.

Megarenſes, neq; tertij, neq; quarti.

LXXIX

μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι. i. Megarenſis neq; tertij, neq; quarti. Dicebat olim in homi-
 nes ſupra modū ignauos & cōtēptos, nullosq; honore dignos. Natū adagiū ex oraculo quo-
 dā. Id qdā, inter quos Stephanus Mneas & Ion, Aeginēlibus, alij Megarēſibus redditū exiſti-
 mant. Narrat itaq; Mneas, cū Aeginenſes in Achaia debellaſſent Aetolos, ac decimā Pētecō-
 torum, coepiſſent (Ea eſt nauis remigū quinquaginta.) hanc Apolloni Pythio uictoriae moni-
 mentū dedicarunt. Rogabantq; deū, qui nam eſſent græcorū præſtatiſſimi, arbitrares futurū,
 ut ob eam uictoriā ſibi prima laus ab Apolline tribueret. Oraculū hunc admodū reſpondit.
 Ἰσῶσιν Δεωσαλικήν, Λακεδαιμονίην τε γυναικα. Ἀνδρας δ' οἱ πίνουσι ὕδωρ, καλῆς ἀρεθούσης, ἀλλ' ἔτι κῆ-
 τῶν ἐσθὴν ἀμείνονες, οἷτε μεσογυῖ τήρωδος νάουσι κῆ ἀρκαδίας πλυμῆλου Ἀργιοὶ λινοθώρηκες κέντρα πῆλο-
 λέμοιο γυμῆς δ' αἰγίτες, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. οὐδὲ δ' υδωδέκαροι, οὔτ' ἐμ λότῳ οὔτε ἐμ ἀριθμῷ. i. Theſſala
 equa præſtat reliq; mulierq; Lacæna. Porro uiri potāt, q; pulchra; fluēta Arethufa. Hos quoq;
 præterea, mediæ gens incola uincit Tirinθi, Arcadiæq; bidētibus indytæ albis Argiui ſtimu-
 li bellorū, armisq; potētes. At uos Aigini, neq; tertius accipit ordo, Nec qrtus, neq; biſſenus
 neq; deniq; ueſtri. Villa uſq; ratio eſt, nuſq; numerus, locusue. Callimach⁹ in Epigrāmatis
 ad Megarēſes retulit puerbiū, τῆς δὲ Ταλαίνης Νύμφης μεγαρέων, οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμός. i. Sed ueluti
 Megarēſibus accidit olim Nymphæ infelicis, nō loc⁹, aut ratio. Itē Theocritus in Cyniſcis, ἀμ-
 μεις οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι, οὐδ' ἀριθμηρί, Δύσανοι μεργαῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ. i. Noſtri nec ratio eſt,
 numero neq; ponimur ullo, Extremæ fortis ueluti quondam Megarenſes. Effertur etiam hac
 forma prouerbiū, τῆς μεγαρέων ἄξιοι μερίδος. i. Megarenſium parte, ſeu loco digni. Huc ſpectat
 & Homericum illud Iliados. β. οὔτε ποτ' ἐμ πῆολέμῳ ἐναρίθμιος οὔτ' ἐνὶ βουλῆ. i. Nuſq; in conſilijs,
 nuſq; numerantur in armis. Hanc figuram & Latini uidentur exprimere. M. Tullius, Nemi-
 nem eſſe puto, qui, modo in aliquo numero ſit, hoc eſt, qui ſit alicuius momēti, alicuius precij.
 Plutarchus in Sympoſiacis, τῶν δὲ ἐμῶν πλιτῶν ὡς περ μεγαρέων οὐδεὶς λόγος. i. Atqui meorū ci-
 uium, ueluti Megarenſium nulla ratio. Idem alias in eodem opere, τῶν δὲ δημοκριτέων ἔφη εἰδῶ
 λωμ, ὡς περ αἰγίων ἢ μεγαρέων ἀριθμός, οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. i. Atq; Democriticarū, inq; imaginū, pinde
 ut Megarēſiū aut Aeginenſiū, nullus numerus, neq; reſpectus. Equidē arbitror & Ariſtopha-
 nem huc leuiter alluſiſſe, cum ſcribit in Acharnenſibus. ὧς χῆ μεγαρέας μῆτ' ἐμ γῆ μῆτ' ἐμ ἀγορῆ.
 μῆτ' ἐμ θαλάτῃ μῆτ' ἐμ ἠπείρῳ μένερ. i. Megarenſibus nefas manere eſſet neq; In terra alicubi, nec
 foro, nec in mari, Neq; continente. Siquidē excludens Megarenſes quatuor locis, nimirū ad
 illud reſpexit, οὔτε τέταρτοι. Quāq; in his uerſibus, opinor, nō abeſſe mēdum, uidelicet in μῆτ'
 ἐμ γῆ, quod ipſa quoq; carminis lex arguit, οἴκοι magis quadraret ad ſententiā, modo metri ra-
 tio nō reclamaret. Verū huius inſtituti nō eſt, mēdas ex authoribus tollere, maxime Græcis.

Lepus pro carnibus.

LXXX

Λαγῶς περὶ τῶν κρεῶν. i. Lepus de carnibus, ſubaudi periclitat. In eos dicit. qui ob aliquā ſuf-
 utilitatē in diſcrimē uocant. Nā leporē nō inſectamur, quod noccat, ſed quod pulpametū ha-
 beat. Eſt enim animal & eſculentū & timidū, atq; inerme, ut natura hominū eſcis leporē genu-
 iſſe uideat. R. heginēſes aut uulgo lepores dicti ſunt, utpote pauidi, ac formidoloſi. Effert etiā
 ad hunc modū adagio, ὁ λαγῶς περὶ τῶν κρεῶν ἔρχεται. i. Lepus pro carnibus currit. De ijs, qui ma-
 gno ſuo periculo, aut capitis etiā diſcrimine, atq; ob id acriter, decertant. Tranſlata metapho-
 ra a uenatu, in quo lepus quoniā intelligit ſeſe ad necem peti, pniciffimo curſu fugit, adeo, ut
 nō raro deficiat, medioq; in curſu exanimeſ. Qua de re Plutarchus in cōmētario de terreſtriū
 & marinorū animantiū prudentiā narrat quiddā haudquaq; indignū, quod hoc inferat loco.
 οἱ δὲ τοὺς δασύπιδας διώκοντες, εἰ μὲν αὐτοὶ κτείνουσι, ἴδοντες διασπῶντες καὶ τὸ αἷμα μαλάττουσι πσοδῆ-
 μως, εἰ μὲν δὲ ἀργονοὺς εἰς τὸν ὁ λαγῶς, ὁ γίνετα πλάκεις, ὅσῳ ἔχει πνεύματος, ἀνάλωσας εἰς τὸν δρόμον ἐκλί-
 πητο, νεκρὸν καταλαβόντες, οὐχ ἀπῆγον τὸ παράπαν, ἀλλ' ἴσαντες, τὰς οὐράς κινουῦντες, ὡς οὐ κρεῶν χάρις, ἀλ-
 λά νίκης ἢ φιλονεκίας ἀγωνιζόμενοι. i. Porro canes cum leporē inſequunt, ſiquidē occiderint ipſi,
 gaudēt dilacerare, atq; alacres ſanguine ſeſe cōtamināt, oblinūtq;. Quod ſi lepus deſperās de-
 ſeſe (quē admodū accidit ſæpenumero) quicq; habet halitus, id omne q; intētiffimo curſu cō-
 ſumpſerit, atq; ita deſecerit, canes exanimem repertū omīno nō attingūt, uerū cōſiſtūt mouē-
 tes caudā, perinde, quaſi nō carnīū gratia decertarint, ſed magis de uictoria cōtēderint, Cha-
 ron apud Ariſtophanem in Ranis, Δούλομ οὐκ ἄγω. Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τ' ὅ περὶ τῶν κρεῶν, Seruū,
 haud ueho, nauale ni pegerit. Certamē ac pro carnibus pugauerit. Adſcribit hoc loco Ari-
 ſtophanis interpres, Apud Arginulam, ſeuos nō p pecunia, aut alio quouis præmio, ſed pro
 uita dimicare ſolere. Idē in Velpis, ποιήσω δακτῆρ τ' ἢ καρδίαν κῆ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον, δραμῆμ. i. Eſt.

fecero, ut cor mordeas, cursumq; curras pro capite, ac uita. Idē in eadē fabula, ἢ λαγῶν ἢ λάμπαδα ΕΔραμαε, i. Leporē cucurrissi, an nelampadē magis? Plutarchus in dialogo, quē scripsit aduersus Epicurū, παπαί ἐἴπομ ἔγωγε γελάσασ ἕς τῆ γαστέρα τοῖς ἀνδράσιμ ἔοικας ἐμαλιεύς, ἢ καὶ τὸμ περὶ τῶμ κρεῶν ἐπάξειμ. i. Papæ inquā, ridens, in uentrē ipsum uiris insultū facturū uideris, & ad cursum, qui p carnibus dicitur adacturus. Significat autē cū Epicureos in summū discrimē adducturū, qd aduersus uoluptatis assertores pposuisset, nec iucūde uiui posse secūdū Epicurū.

Carpathius leporē.

LXXXI

Ο καρπάθιος τὸμ λαγῶν. i. Carpathius leporē. Dicebat in eos, qui sibi rem noxiam accerierēt. Hinc deductum adagiū, quod cum in Carpathiorū insula lepores nō essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum ubi eius animantis magna uis increuisset, ut est mira foecūditas, fruges insulæ populari cœperūt. Refert & interpretat parcemiam Iulius Pollux in quinto de uocabulis libro. Addit nec in Ithacēsiū insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse, priusq; Anaxilas Rheginēsis eos importasset, unde uictor in Olympiacis, Rheginensium nomismati curum insculpsit & leporē.

Γρύζειμ

LXXXII

Γρύζειμ. prouerbio dicunt hiscere seu mutire. Sunt qui putent γρύζειμ esse uocem Suillam edere, deductū, ἀπ τῶ γρύ, de quo meminimus alibi Vnde & Grylli nomē effictū apud Plutarchū, & Grunij Corocottæ porcelli, cuius meminit diuus Hieronymus. Aristophanes in Pluto, γρύζειμ δὲ τολμᾶτομ ὃ καθάρματα. i. Audetis & mutire sceleratissimi. Idē in eadē fabula, ἀλλὰ φθέρου κῆ μὴ γρύζεις. i. imo peres, neue quid hiscas. Simili figura Terētius dixit in Adelphis. Quid gannis? Et in Phormione. Quod illi ad aurem obganniat.

Nullum animal, quod animal.

LXXXIII

Prouerbialis uidet & illa figura. Nullum animal, & quod animal. Aristophanes in Pluto, πείνα γὰρ ὕστω ὃ πόνηρ, ἢς οὐδ' αμῶν οὐδὲμ πέφυκε ζωὸν ἐξολέεσθωμ. i. Inopia nāq; est heu miser, qua scilicet Haud aliud usq; est animal exitialis. Idem ἐμ νεφέλαις, τοῦτ' εἶσ' ὁ τόκος, τί θνήσκωμ. i. Usura at ipsa quæso, quæ nam belua est? M. Tullius ad Atticū, Terētij uestigiū nullum agnouit. Meragenes certe perijt. Fecit iter per possessionē, in qua animal reliquū nullum est. Nec abludivit ab hac figura Plinianū illud, Regulus bipedum nequissimus.

Ne musca quidem.

LXXXIII

Huic affinis est & illa prouerbialis hyperbolæ, Ne musca quidem qua maximā hominū solitudinē significamus. Plautus in Truculento. Quas tu mulieres mihi narras? Vbi musca nulla foemina est in ædibus? Huc allusit Vibius Crispus orator delectationi natus, ut ait Fabius, Cuius erant mores, qualis faciūdia, quæadmodū scripsit Iuuenalis. Cū rogatus ecquis esset cū Cæsare, in cōclau, respondit, ne muscam quidē intus esse. Ancipiti ioco, Domitiani cōsuetudinē notans, cui mos erat quotidie sibi secretū horarium captare, nec interim aliud fere agebat, nisi quod muscas captas ltilo cōfigeret.

Communis Mercurius.

LXXXV

κοινὸς ὁ ἐρμῆς. i. Cōmunis Mercurius. Lucianus in Votis, οὐκοῦμ τὸ πρῶτον ἀρτότατομ τοῦτ', κοινὸς ἐρμῆς φασὶ κῆ ἐς μέσομ κατατίθει φέρωμ τὸμ πλοῦτομ. i. Itaq; quod passim in ore est omnibus, cōmunis, ut aiūt, Mercurius, opesq; in mediū allatas deponē. Plutarchus in libello, cui titulus, ὅτι μάστιγα τοῖς ἡγεμόσι διὰ τὸμ φιλόσοφωμ διαλέγεσθ, ἀλλ' ἀμουσία κῆ ἀπεροκαλία τὸμ κοινὸμ ἐρμῆμ ἐμπόλαιον κῆ ἔμμοδομ γενέσθαι. i. Sed imperitia, & inelegantia, communem Mercurium, Cauponatorem & quæstuosum factum esse. Quidam hinc natam Parcemiam arbitrant, quod Mercurius ut est furtorum author, ac rector, primus ostendit, quæ furto parta sint, ea in mediū communiter oportere deponere. Alij malunt huc referre, quod Mercurius sit oratiōis author, p quam inter homines omne commercij genus constat, unde & medius inter superos, atq; inferos a poetis fingitur, pariter superis deorum gratus & imis, quod sermo animi interpres summos cum infimis, reges cum plæbe conciliet. Extrat super hac re fabella non illepidā Aristidis in secundo libro, quæm aduersus Platonem cōscripsit, in defensionē Rhetorices. Eam hoc magis libuit adscribere, quod is author haudquaquā adhuc uulgo notus est. Νεωστὶ γὰρ ἀνθρώπων γεγόνωτωμ καὶ τῶμ ἄλλωμ ζωῶμ, δόρυθος πολὺς ἢμ κῆ τῆ γῆμ καὶ ταραχῆ, οὔτε γὰρ αὐτοῖς σφίμ εἶχομ, ὅτι γῆσσονται, οὐδὲ γὰρ ἢμ οὐδὲμ τὸ σπᾶρομ, ἀλλ' οἱ μείζους τοὺς ἐλάττους ἢγομ, οὔτε τοῖς ἄλλοις ζωοῖς εἶχομ ἀπταρκεῖμ, πᾶσι γὰρ πάντων ἀπελείποντ', ἄλλοτε ἄλλωμ. τάχει μὲμ τῶμ πῆκνῶμ ἀπάντων, ὅπερ σὺμ ἔμικρος ἔφκ τοὺς πυγμαίους πάχεμ ὑπὲρ τῶμ γεράνωμ, πᾶσι τοῖς τότε ὑπὲρ πάντων σπιείβαινε τῶμ ἀλκίμων ὀρνίθωμ, κατ' ἰχθῦμ αὐ πόρρω καὶ τῶμ λεόντωμ καὶ τῶμ κάπρωμ καὶ πολλῶμ ἄλλωμ ἢσ αμ, ὥστ' ἀπ' ἄλλωμ σιγῆ, κῆ μὴμ τῆ

γε κατὰ σκῆψιν τῶ σώματος, οὐ μόνων τῶν κορᾶκων ἀλλὰ καὶ τῶν κοχλιῶν ἀπελείποντο, οὐδεὶς αὐτῶν ὑπάρ-
 χων ἀπὸ τῆς φθορομύθου δὲ οὕτως τῶ γένους καὶ ἡ μικρὸν ὑπορρέοντος κατιδάμῳ ὁ προμηθεὺς αἰεί πωσὼν
 φιλόανθρωπος, ἀνέρχεται πρὸς θεοὺς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων πεμφθεὶς, οὐδὲ γὰρ πρὸς θεοὺς ἦμ
 πῶποτ' εἶδεναι, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' εαυτοῦ, ὃ δὲ θεὸς τοῦτε προμηθεὺς ἀγαθὸς δίκαια λέγοντος, καὶ ἅμα καθ' ἑαυ-
 τὸν εὐλογοῦν λογισμὸν τῶ πράγματος, τῶν αὐτοῦ πάιδων ἐρμῆν κέλευε ρητορικῆν ἔχοντα ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώ-
 πους, ὃ μὲν οὖν προμηθεὺς καθάπερ ἐπίσης ἅπασι τὰς τε αἰσθήσεις καὶ τ' ἄλλα μέλη τῶ σώματος, οὐχ οὕτως
 ἐκέλευε, ὡσαύτως δεωρικοῦ διάδοσιμ διελθεῖν, ἵνα πάντες ρητορικῆς ἐφεξῆς μετέχοιεν, ὡσαύτως ὀφθαλμῶν χειρῶν καὶ
 ποδῶν, ἀλλ' ἐπιλεξάμενον τοὺς ἀρίστους καὶ γεννησιότατους καὶ τὰς φύσεις ἐξέωμονεσάτους τῆς ἐγχειρίσει τῆ
 δ' ὡρῶν, ἵνα ὁμοῦ σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους σάξην ἔχοιεν. Αφικομύθης δὲ φησὶ ρητορικῆς εἰς ἀνθρώπους, οὕτως
 ἐκ δεῶν ἠδ' ὠκηθισαμ μὲν οἱ ἀνθρώποι τ' μετὰ τῶν θηρίων δ' αἰταμ χαλεπὴν ἐκφυγῆν, ἐπαύσαντο δὲ ἐχθροὶ
 πάντες ὄντες ἀλλήλοισ ἐν κύκλῳ, κοινωνίας δὲ εὖρον ἀρχῆν, καταβάντες δὲ ἐκ τῶν ὄρων, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέ-
 ρη φησὶ οἰκουμένης ἐωλησίσασα τότε πρῶτον ὑπαιθροί, μετὰ δὲ τοῦτο ἠδ' ἡ λόγου νικῆσαντος, πόλιμ τε κα-
 τεσκήσασαντο καὶ διακρίθασαμ, οὐχ ὡσαύτως πρῶτον ὡς ἔτ νχημ, ἀλλ' εἰς τε σωτάξαις κοινωνιῶν, καὶ τοὺς πόλε-
 ων ἠγεμόνας νόμους ἔδειντο καὶ ἀρχοντας καὶ πολιτείας ἐνόμισαμ. καὶ θεοὶς χαρισήρια ἀνήγαγον πρῶτας ἀπασ
 χὰς ποιησάμενοι τὰς ἀπ' τῶν λόγων, αἷς ἔτι καὶ νῦν χαίρουμ μάλισα τοὺς θεοὺς λόγος αἰρεῖ, ὅτι καὶ γνωρίσαι
 πρῶτον αὐτοῖς τοὺς θεοὺς ὑπῆρξεν, ἐντεῦθεν οὕτως ἀνθρώπος ἦρθη μέγας ἐξ ἀδενούς καὶ σαθροῦ καταρχὰς
 καὶ πρῶτον καταφρονούμενος, ὡς οὐδὲν πρᾶγμα, κύριος ὅστιμ ἐξ ἐκείνου τοῖς ἐν τῆ γῆ, τοῦτο ὅτι βούλεται γῆν
 ὁδοὶ πρόβλημα ποιησάμενος ἀντ' ἄλλου φιλακτηρίου τῶν λόγων, καὶ ὁ μῦθος ἡμῶν τάντημ ἐχέτω τῆμ τελει-
 τῆμ, Quæ si quis Latine malet, sensum utcūq; reddemus. In initio cū recens essent homines na-
 ti, magnus inter hos, ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq; sup̄ terrā, p̄pterea, quod
 nō possent iniucē uti sese. Nec enim ulla res intercedebat, quæ illos cōciliaret, uerū qui poten-
 tiores erant, opprimebant inferiores. Neq; satis erant idonei, ut reliquis animātib; resisterēt,
 Om̄ibus em̄ illis om̄ni ex parte inferiores erant, Aliaq; in re ab alijs uincebant̄. Vcluti ab unū
 uerso genere uolucriū celeritate. Vnde factū est, ut quod ait Homerus Pigmæis accidere a
 gruibus, id tum tēporis passim a robustioribus auibus paterent̄ mortales. Rursum quantum
 ad uires attinebat, lōge supra uant̄, & a leonibus, & a capris, & alijs item cōpluribus. Atq; hunc
 in modū silentio peribāt. Iā uero quo ad munitionē, ornatūq; corporis, nō coruis modo uerū
 etiā cochleis cedebāt, neq; cuiq; ex ipso suppetebat, quod ad tuendā uitā erat opus. Itaq; cum
 ad eū modū interiret hominū genus, ac paulatim dilaberet̄, Prometheus (ut semp̄ est homi-
 nū studiosus) orator ascendit in cœlū, mortaliū nomine, nō ille quidē missus ab eis, neq; enim
 dū id tēporis legatos ullos erat cernere, sed ipse ultroneus abiit. At Iupiter partim in gratiam
 Promethei, maxime, qui iusta postulare uideret̄, partim negotio apud sese cōsiderato, filium
 suū Mercuriū iubet ad homines descendere, Rhetoricen secū adducentē. Edixit autē ut eam
 mortalibus impertiret, nō quæadmodū Prometheus omnibus ex æquo, sensus, reliquaq; cor-
 poris mēbra, perinde quasi Thetralen pecuniā disperties, ut omnes ex æquo Rhetorices es-
 sent p̄cipies, nō aliter, q̄ oculorū, manū, ac pedū, sed ut prestātissimos quosq; ingenioq; ge-
 nerosissimo & indole pollentissima præditos deligeret, atq; ijs demū munus hoc impertiret,
 ut pariter & suā ipsorū & aliorū incolumitatē tueri possent. Porro posteaq; Rhetorica iam ad
 mortales puenisset, cū negociū, quod habebāt cū beluis molestissimū, licebat effugere, tū ue-
 ro desierūt, unde quaq; inter sese simultatē exercere, reperto cōmerciorū initio. Digressiq; de
 mōtib; alijs in aliā orbis partē iungebant̄, principio quidē sub diō uiuētes, post autē ubi uer-
 bis inter se cōmunicassent, & ciuitatē cōdiderūt, ac distributi sunt, nō quemadmodū antea, te-
 mere, uerum in ordines plæbis, ac belli duces, sancitisq; legibus, tum principes, tum Reip. sta-
 tum instituerūt, Dijs munera cœperūt offerre, primitias auspicantes ab oratiōe, Quibus nūc
 quoq; uel maxime gaudere deos cōsentaneū est. Quādoquidē hac cōtiguit, ut primū esse De-
 os cognosceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut qui initio debilis fuerat, atq; inualidus,
 postea in altū tolleretur, quiq; antea pro nihilo habitus, ac despectus erat, deinceps factus est
 omniū, quæ sunt in terra dominus, ut quibus uti liberet, ius esset, nō alio propugnaculo sibi pa-
 rato, q̄ oratiōe. Atq; hic nobis sit fabulæ finis. Hactenus Aristides. Extat si satis cōmemini, fa-
 bella nō dissimiles apud Platonē in libris de Rep.

Ale luporum catulos.

LXXXVI

Theocritus in Odæporis, θρέψαι καὶ λυκεῖν, θρέψαι κύνας ὡς τὸ φάγωντι. i. Ale & luporum catu-
 los, ale canes, qui te deuorent. Prouerbiū est, teste interprete, in eos, qui læduntur ab ijs, de
 quibus bene meriti sunt. Nam plærūq; solet id usu uenire illis, qui catulos luporum enutriunt.

Extat super hac re, nō inelegans Epigramma, ἄφ' ἴσθ' incerto authore, de oue lupi catulum alēte suis uberibus, τὸμ λύκομ ἔξ' ἰδίωμ μαζώμ τρέφω, οὐκ ἐθέλουσα, Ἀλλὰ μ' ἀναγκάζει ποιμνίῳ ἄφροσύνῃ Ἀνέκθεϊς δ' ὑπέμοῦ, κατέμοῦ παλιθέρωμ ἔσαι ἢ χάρις ἀλλάξαι τ' φύσιν οὐ δύναται. i. Lacto lupum uberibus proprijs nō sponte, sed horsum Me demens adigit pastor, ut id faciam, In me rursus erit fera, postq̄ creuerit ex me Natura haud unq̄ uertitur officijs. De canibus aut̄ sumptū est ex Actæonis fabula, a suis ipsius canibus dilacerati. Nam & hoc indicāt enarratores Theocriti. Ex quibus facile liquet, quodnam sit illud prouerbiū antiquū, cuius meminit. M. Varro in libris de Re rustica, tractans de canibus alendis. Diligēter, inquit, ut habeant cibaria prouidendū. Fames enim hos ad querendū cibum ducet, si nō dabitur, & a pecore abducet, si non præbebitur. Nisi (ut quidā putant) & illuc peruenerint, ut prouerbiū attollant antiquū, uel etiā ut aperiant de Actæone, atq̄ in dominū adferant dentes. Idem in Phœbo citāte Nonio, Crede mihi plures dominos comedere serui, q̄ canes, Sed si Actæon occupasset, & ipse prius suos comedisset &c. Hucusq̄ Varronis uerba relata. Cæterū legim⁹ & lcones & dracones nutritijs suis gratiam officij retulisse. Verum nulla est fera tam ingrata, quæ sit cum hominis ingratitudine conferenda.

E dolio hauris.

LXXXVII

Ἐκ πίθου ἀντλήει. i. E dolio haurire dicebat̄ olim qui abundaret rebus optatis. Est enim doliū uas uinariū ingens, unde largiter haurire licet, neq̄ facile sentit̄ detrimētū, uidelicet in tāta copia. Theocritus, ἐμ εργατίναις Ἐκ πίθου ἀντλήεις δ' ἦλομ, ἐγὼ δ' ἔχω οὐχ ἄλις ἕξος. i. E dolio hauris nimirū, At ego uix fatis aceti habeo. Nam uini uis quo copiosior est, hoc suauior esse cōsueuit. Vbi paulū est liquoris, celerius uappescit. Admonet & Hesiodus, dimidiato dolio, parcendū esse, quod fera sit in fundo parsimonia.

Vna cum ipso canistro.

LXXXVIII

Ἀυτῶ κανῶ. i. Vna cum ipso canistro. Quadrat in eos, qui rem intemperatē profundūt, deuorantq̄ & abliguriunt. Mos enim erat antiquis, ut testat̄ Didymus, ut, coenæ canistris inferrent. Citatur apud Zenodotum Plato, ἀνὴρ πακαστ' ἀπαξάπαντ' αὐτῶ κανῶ. i. Ipso canistro cū cta rapuisti simul.

Prius locusta bouem pariet.

LXXXIX

Prius locusta bouem pariet, περὶ τοῦ ἀδωάστου. M. Varro de lingua Latina libro tertio, refert ex Ennio, uersum hunc, Atq̄ prius pariet locusta lucam. Nam Lucas antiqui Boues appellabant ob magnitudinē.

Per tenebras, quæ apud quercū.

XC

Τὸ περὶ δ' ῥῆμ σκότος. i. Per tenebras, quæ apud quercū. De ingenti, ac fatali calamitate dicebat̄. Zenodotus Aristotelem citat authorē, in politia Samiorū. Priensium plurimos a Milesijs occisos fuisse iuxta locum, cui nomen quercus, Vnde receptū, ut Priensium mulieres, ei⁹ calamitatis memores, per tenebras, quæ circa quercū essent iurarēt. Huius historiæ simul & adagij meminit & Plutarchus in problematis, ad hanc ferme sententiā. Cū bellum esset inter Prienses & Samios, initio mediocribus dānis inuicē sese afficiebant. Deinde iusto prælio cōmisso, mille Samij a Priensibus occisi sunt. Septimo post anno cōgressi cum Milesijs, primos quosq̄ ciuiū, ac nobilissimos simul uno prælio amiserūt. Quo tpe Bias ille sapiēs Samū a Priensibus orator missus, egregiā laudem adeptus est. Post eā itaq̄ calamitatē atrocē, ac miserādam, Priensium foeminæ per tenebras, quæ circa quercū erant obtestari, ac deierare cœperūt, quod liberos, parētes, maritos, charissima quæq̄ pignora eo loco perdidissent.

Concupiuit assam farinam.

XCI

Ἡραρ ὀππῶ ἀλεύρω. i. Concupiuit assam farinam. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertesus, apud alios lautiorē uitam quælisset. Dictū est autē in Platonē, qui relictis Athenis ter in Siciliā ad Dionysiū nauigauit, quo fortunā suā redderet lautiorē, quæadmodū interpretant̄ æmuli. Nam hanc profectiōnē probro illi datam fuisse, testatur etiā Aristides in oratione, qua t̄uetur oratores quatuor, aduersus Platonis calumniā. Et Diogenes, authore Laertio, cum animaduertisset Platonē in opiparo quodā cōuiuio, a reliquis temperantem cibus, & oleis duntaxat utentem, taxauit hominis ambiciosam abstinentiā, τί ὁ σοφὸς εἰς σικελίαν πλέυσας τῶμ ἑσπεζῶμ τούτῶμ χάριμ, νῦμ περικεμδίωμ οὐκ ἀπολαύεις. i. Quid homo sapiens, cum ob huiusmodi mensas in Siciliam nauigaris, nunc appositis, nō frueris? Ad quod ita Platonē respōdit se narrat, καὶ τοὺς θεοὺς Διογενεὺς κακῆ τὰ πολλὰ πρὸς ἑλέας ἢ τὰ πρῶτα ἔγινόμεμ. i. Per Deos Dio-

genes, & illic plarũq; oleis, atq; id genº cibis utebar. Ad quod rurſũ Diogenes, τί οὐκ ἐδ'εω πλεῖν εἰς Συρακούσας; ἢ τότε ἀπικὴ οὐκ ἔφερεμ ἐλάιας; ἰ. Quorsum igitur attinebat Syracusas nauigare? Nũ id temporis Attica non ferebat oleas? Theocritus in Cyniscis, ἤρατο μὲν ἢ τῆνος ἐμὴν δοκῆ, ὀππῶ δ'ἀλεύρω. ἰ. Nam puto & hic assæ correptus amore farinae. Porro farinaã assam & nouam, lautiorẽ uictus rationẽ uocat, p̄pterea, quod priscos illos pulte duntaxat uictitalie legimus, uidelicet clibano coquendi panis usu nondũ reperto. Vnde & Annus ille Aegyptius primus panariũ clibanũ excogitauit, qui in prouerbij iocum abijt, tanq̄, qui rem nouã esset cõmentus, quẽ ad modũ alibi retulimus. De delitijs coquendi panis, multa recenset Plinius libro decimo octa uo, capite undecimo.

Battologia, Laconismus,

XCII

βαττολογία Græcis multiloquiũ uocat, a Batto quopiã inepto poeta, qui hymnos quosdã cõ/ scripsit prolixos, In quibus eadem crebrius iterabant. Hinc uox etiã conficta, βαττολογεῖν, quã quidẽ adeo, uulgo fuit usurpata, ut ea Matthaus apostolus sit usus. Sic enim apud hunc loq- tur Christus, προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογίσητε ὡσπερ οἱ ἔθνηκοι. ἰ. orantes autẽ, ne battologissetis, more gentiliũ. E diuerso λακωνισμός. ἰ. Laconismus in breuiloquentiã significationem abijt, quo modo usurpat̄ aliquoties apud. M. Tulliũ in epistolis.

Batti Silphium.

XCIII

βάττου σίλφιου. ἰ. Batti Silphiũ Græci nouũ & rarũ quẽpiã honorẽ prouerbio uocat. Aristopha- nes in Pluto, οὐδ' ἄμ ἐί δόσεις γέμοι τὸν πλοῦτον αὐτῶν, ἢ τὸ βάττου σίλφιου. ἰ. Nec si mihi donaueris, Ipsumq; Plutũ, ipsumq; Batti Silphium. Negat se Sycophanta quieturũ, etiam si præmiũ quã- tũuis detur. Idẽ in equitibus, τὸν καὐλον οἰσθ' ἐκένου τ' σιλφίου τῶν ἄξιον γενόμενον. ἰ. Scis Caulon il- lum, qui dignus ipse Silphio, est effectus. Interpres diuersam originẽ adagionis adscribit. Bat- tus a Thera iuxta Cretã insula, p̄fectus, oraculo monitº Apollinis, uel (ut aliĩ tradũt) domesti- ca pulsus feditiõẽ, Cyrenẽ possedit. Cui cũ Afrĩ bñficij memores summũ honorẽ habere stu- derent, donarũt illi Silphium herbã apud illos omniũ pulcherrimã, Simulq; nomisma ferien- tes, in cuius altera parte regnũ erat inscalptũ, altera Silphiũ, quo fuerat a ciuitate donatus. Cu- ius rei meminit & Aristoteles in Rep. Cyrenorũ. Sunt qui dicant imaginẽ fuisse datam, sunt rursum, qui anulum, in quo ciuitas erat expressa, regi Silphiũ deferens. Porro Silphium inter herbas primã gloriã obtinet, cuius & folia, & fructus, & caulis, & succus preciosissimus sit. Vn- de Ampeliotæ, ea gens quãdã est Africa, Delphis Silphij caulem consecratũ suspenderũt, ut autor est Alexãdrides. Huius Batti meminit & Pindarus in hymnis, χθῆσεμ οἰκισήρα βάττου καρ- ποφόρου λιθύας. ἰ. respõdit habitatori Batto frugiferæ Africae.

Ne malorum memineris.

XCIII

μὴ μνησικακήσης. ἰ. Ne malorũ memoriã refrices. Thraſybulus, ubi ciuitatẽ Atheniensium tri- ginta tyrannorũ sæuitia liberasset, plæbiscitũ interposuit, nequa præteritarũ rerum mentio fie- ret. Quam malorũ obliuionẽ Athenienses ἀμνησίαν uocant, Author Valerius Maximus libro quarto rerum memorabiliũ, titulo de animi moderatione. Meminit & M. Tullius in prima Philippica, his quidem uerbis. In quo templo quantũ in me fuit, ieci fundamenta pacis, Athe- niensiumq; renouaui uetus exemplũ, Græcum etiam uerbum usurpauĩ, quod tum in sedãdis discordijs usurpauerat ciuitas illa, atq; omnẽ memoriã discordiarũ, obliuione sempiterna de- lendam censui. Aristophanes in Pluto, μὴ μνησικακήσης εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβεις. ἰ. Ne malorũ me- moriam refrices, si Phylam cœpisti. Interpres inter alia tale quoddam commentũ adscribit. Thraſybulus occupato loco quodam, cui nomen Phyla, triginta tyrannos sustulit. post ubi ar- rogantius quiddam dixisset, audisse, μὴ μνησικακήσαι. ἰ. Ne malorum memoriã renoues, Idq; dictum in prouerbium abijisse. Admonet adagiũ non esse refricandam commemoratione præteritorum malorum memoriã. Sunt autem apud Aristophanẽ uerba Mercurij ad Ca- rionem seruũ, Plato libro de legibus quarto, φράσω γὰρ, οὐτι μνησικακῆν βουλόμην ἔμην. ἰ. Di- cam certe, nō autem, quod uelim præteritorũ malorum memoriã uobis refricare. Sumptũ uidetur ex Homero, apud quẽ frequẽs hic uersus, Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετεύχθαι ἑάσομεν ἀχνύμενοί· περ. ἰ. Quin ista quidem antea cta sinamus licet dolentes. Hunc tanq̄ prouerbialem subinde usurpat Tullius ad Atticum scribens. Eodem spectat & illud eiũdem Odysseæ, θ. ἔπος δ' εἶ- περτι βέβακται δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροισι ἀναρπάξασαι ἄελλαι. ἰ. Verbum aut, siquod dictum est graue, p- cul illud auferant rapientes procellæ. Plutarchus, περὶ φιλιαδελφίας, δ'εἰ ἐμ' ἀμνησία τῶν ἡμερῶν ἐκένη τ' ἰδέσθ. Oportet eum diem obliuioni tradere. Et hic usus prouerbij, si iuxta Vulpinum

A

illud consiliū, admonebimus aliquē, ne præteritorū malorū memoria semet affligat, quando quidem quod factum est, infectum fieri nō potest. Lucianus in Caucaſo, *εξ δὲ τῷ αὐριον ταμινεὺς ὄσαι τῷ μίτσοις ἢ μνηστικακῆν ἢ ἔωλόμ τινα μνήμη διαφυλάττω, ἀπαγε οὔτε θεοῖς πρέπορ οὔτε ἄλλωι βασιλικῶν.* i. Cæterum in posterū diem reponere odium & malorū meminisse, ac pridianā quamdam memoriā seruuare, apage, neq; dijs dignum, neq; alioqui regale.

Mentam belli tempore, neq; serito, neq; edito.

XCV

Μέντην ἐν πολέμῳ, μήτ' ἔδει μήτε φύττει. i. Mentam in bello, neq; edito, neq; serito. Aristoteles problematum, sectiōe uigesima, statim initio refert hoc adagium, causam uestigans, unde dictum hoc in ora uulgi peruenerit. Arbitratur autem esse causam, quod menta corpori frigus adducat eius rei argumentum esse, quod semē genitale minuat, frigus autem aduersari fortitudini, atq; audaciæ. Sicut ostendit sectionis decimæquartæ, ultimo problemate, Cū ait eos, qui natura sint frigida, formidolosiores esse, contra qui calida, audaces. Potest & in eum sensum deflecti parœmia, ut admoneat, nequid alieno tēpore fiat, quod officiat, quemadmodū menta bellum inituris est inutilis.

Ad coruos.

XCVI

βάλλ' ἐς κόρακας. i. Abi ad coruos, perinde ualet, quasi dicas, abi in malam rem, atq; in exitiū. Aristophanes, *ἐν νεφέλαις.* *βάλλ' ἐς κόρακας, τίς ἐστ' ὁ κόραξ τῷ θυγατρῶν.* i. Abi ad coruos, quis est qui secuit hostium? Rursum in Pluto, *οὐκ ἐς κόρακας;* i. An nō ad coruos? Iterum in eadem fabula, *εἰς ἐς κόρακας θᾶπρον ἀφ' ἡμῶν.* i. Ocyus hinc ad coruos abeas. Reperitur apud hunc poetam & alijs plerisq; locis. Plutarchus in cōmentario, quem scripsit aduersus Herodotum, taxat eum, quod Isagoram ad Cares, uelut ad coruos relegarit. i. quod eū Carem fecerit. Elegāter dictū est a Diogene Cynico, *κρεῖπρον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόλακας.* i. Satius esse, ad coruos deuenire, q̄ ad aduatores, quod hi & uiuos & bonos etiam uiros deuorarent. Zenodotus scribit in Thessalia locum esse quēdam, cui nomen inditū Coruis, in quem nocentes præcipites dabantur. Atq; huius adagiū Menandrum etiam meminisse. Quosdam autē originem adagiōnis ad huiusmodi quandā historiam referre. Bœotijs quondam Arnā incolentibus oraculo prædictum est, futurum, ut e finibus expellerent, simul atq; corui albi apparuissent. Euenit deinde, ut adolescentes aliquot per lasciuā, ac temulentiam, Coruos, quos cœperant, gypso oblitos, rursum emitterent. Quos ubi uidissent uolantes Bœotij, recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis e sedibus eiēciendi, summopere perturbati sunt. Cæterum adolescentes, territi & ipi tumultu, profugerunt, ac locum quendam sibi mercati sunt, cui nomē indidere Coracō. i. coruorū, Contigit aliquāto post, ut Aeoles eiectis Bœotijs, Arnā occuparent. Apud quos hic deinde mos receptus, ut maleficos relegarent in eum locum, cui nomen erat corui. Aristophanis interpres paulo diuersius hanc recenset historiā. Nempe Bœotijs aliquando a Thracibus subuersis, ac profligatis, respondiſse deum, ut ibi sedem figerent, ubi coruos albos cōspexissent, conspexisse autē in Thessalia iuxta sinum Pagæaticum circumuolantes coruos quosdam soli sacros, quos pueri per lusum, gypatos dimiserant. Bœotij uero rati iam perfectum oraculi symbolum, inibi sedem cōstituerunt. Sunt qui parœmiam ad coruorū uolatū referāt, quod in desertis fere locis uolitare cōsueuerint. Vt puerbiū conueniat cū illo, in extremas solitudines publicitus deportandū. Euripides in Hecuba, *οὐχ ὄσον τᾶχος, κινῶσιν ἐρήμιων αὐτὸν ἐκβαλεῖτε ποί.* i. Nō huncce solitarias. Quantū pōt aliquo auferetis in insulas.

Mitte in aquam.

LXXVII

βάλλ' ἐς ὕδωρ. i. Mitte in aquam, hoc est, aufer e medio. Dicitur uel in hominē, uel in rem exitio dignam. Tractum a supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare præcipitabatur. Quæ pœna peculiaris erat parricidis apud Rhomanos. Vnde Philosophus in Timone iubet aurum abijci in mare, quod aliquando fecisse legit Crates ille Thebanus. Horatius, *Vel nos in mare proximū Gemmas & lapides aurum, & inutile Summi materiam mali Mittamus, scelerum si bene pœnitet.* Mihi non absurdum uidetur, si referatur ad aquam Clepsydram dispensandam, ut intelligas in ius trahendum, & ad prouerbium, quod alio diximus loco, *ὑφ' ὕδωρ ὁ πονηρὸς*, sub aquam malus. Effertur adagium etiam hoc pacto, *βάλλ' ἐς ὄλεθρον*, id est, Abi in perniciem.

In beatam.

LXXVIII

βάλλ' εἰς μακαρίαν. i. Aufer te in beatam. Quibusdam placet dictum, κατ' ἐνφνημισμῶν, pro eo, quod est in rem malam, fingunt enim apud inferos locum esse quēdam, cui nomen μακαρία.

Aristophanes in Equitibus, Ἀπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκποδῶν. i. Aufer te hinc procul in Macariam'. Alij fabulam huiusmodi allegant. Narrant Macariam Herculis filiam fuisse, de qua prædictū erat oraculo, ut sibi mortē ultroneam conscisceret. Itaq; Hercule defuncto, cum Eurystheus illius liberos insectaretur, atq; illi ad misericordiæ aram confugissent, Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperunt. Porro edito oraculo futuro, ut Athenienses ab Eurysthei incurratione liberarent, si quis e liberis Herculis semet inferis deuoueret Macaria sese spontaneæ mortī obtulit. Quo factō congressi cū hostibus Athenienses uictoriam reportarūt, cum alijs q̄ plurimis interfectis, tum Eurystheo ipso, ab Hylo Herculis filio perempto, cuius caput amputatū ad Alcmenam detulit, Illa defuncti oculos efodit. Cæterū Athenienses Macariæ tumulum floribus & coronis decorantes, dicebāt, βάλλ' ἐς μακαρίαν. i. Mitte in Macariam. Hinc igitur ortū adagium. Primū de his ferebat, qui sese per uirtutē in periculum sponte demitterēt. Deinde de quouis piaculo dici cœptum.

Alabanda fortunatissima.

XCIX

Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεσάτη. i. Alabanda Carum fortunatissima. Stephanus in cōmētario de urbibus tradit Alabandam Cariæ ciuitatē esse conditā a Carc, a cuius filio nomen sortita sit. Siquidē is postq̄ in equestri prælio strenue nauasset operā, Alabandus est dictus. Carc enim sua lingua Ala uocant equū, Banda uictoriam, Eamq; uocē ait Rhomanis etiā in usu fuisse, ut Bandam uictoriā dicerent. Equidem, opinor, hinc Germanis durare uocē cam, qua præpotētē & antiquæ nobilitatis principem, Banderū uocant, ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Addit ex Philoxeni in Odysscam Homeri cōmentarijs, Soloecismi genus esse, quod Alabandiacū uocetur, ueluti si quis μη pro οὐ ponat, aut apud nos, non p ne, aut quod pro ut. Quandoquidem Homerus quoq; Caras βαρβαροφώνους appellat. Iuuenalis in tertia Satyra, Alabandam recenset, inter urbes, barbaricis delicijs, ac luxu perditas. Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta, Hic Andrō, ille Samo, hic Thrallibus, aut Alabādis, Stephanus admonet olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimā, ac florentissimā fuisse, ut prouerbio quoq; locū fecerit, quod modo retulimus. Quadrabit igitur, ubi uolumus intelligi, fortunam amplam, & uitæ genus uoluptariū, q̄q; a literis & uirtutis studio alienū. Veluti si dicat aulicus aut negociator quispian, Alij se literis macerent, alij cum paupertate philosophentur, Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεσάτη. Itaq; confine fuerit illi, quod alio dictum est loco, εὐδαίμων ἢ κόρινθος. i. felix Corinthus. Poterit & per irrisionē usurpari, ueluti si ioceris in quempiam, parum egregiū, qui tamen in gente uehementer barbara crassaq; præcellere uideatur ἑλάβανδα καρῶν & τ.

Rubo arefacto præfractior.

C

Ἀγναμπόταρος βάρος αἶνος. i. Rigidissimus rubus aridus. Aut Ἀγναμπόταρος βάτον αἶνου. i. Rigidior arido rubo. Prouerbialis est cōparatio, in difficilem, atq; inexorabilem, ac præfractum, & suorū (ut uulgo uocant) morū hominē. Quod genus homines Græci uocant ἀνδρακόους. i. suo quodā instituto uiuentes, expertesq; sensus cōmuni. Referē adagium a Suida simul & a Zenodoto. Ductū admonent a rubo, qui simul atq; exaruit, rumpi potest, inflecti nequaq;. Vnde & in senes accōmodatius dicitur, ætatis uitio difficiliōres.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA SECVNDA

Tristis scytale.

I



Ἀχνυμένη σκυτάλη. i. Tristis Scytale. De re tristi, seriq; dicebāt, aut de nuncio, qui dolorē adferret. Meminit huius Aristophanes in Lystrata. Referē a Diogeniano. Plutarchus in cōuiuio septē sapientū, τὴν μὲν τοὶ αἰθίορες ἐπίταξιν, οὐδὲν ἄντις ἄλλο, πλὴν ἀχνυμένην σκυτάλην προσέειπεν. i. Aethiopsis mandatū istud, quid aliud appelles, q̄ Scytalam tristē. M. Tullius ad Atticū, Habes Scytalam Laconicā. Quod quidē uidetur nō absurde, uel ad epistolam p breuē, uel ad obscurā & arcanis de rebus cōscriptā, uel ad sollicitā, ac tristia nunciantē, ac mandantē accōmodari posse. Quid sit aut Scytale Laconica, docet Aulus Gellius noctiū Atticarū libro decimosextimo, capite nono. Sed ipsius uerba præstiterit adscribere. Lacedæmonij autem, inquit, ueteres, cū dissimulare & occultare literas, publice ad imperatores suos missas uolebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, cōsilia sua noscerent, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erāt teretes, oblonguli pari crassamēto, eiusdēq; longitudinis, derales, atq; ornati cōsimiliter. Vnus imperato-

A 2

ri in bellum ꝑficienti dabañ, Alterũ domi magistratus cũ iure, atq; cũ signo habebãt. Quando usus uenerat literarũ secretiorũ, circum eũ surculum lorum modicæ tenuitatis, longũ autẽ quantũ rei satis erat, cõplicabãt, uolumine rotundo, ac simplici, ita uti oræ adiunctæ undiq; & cohæretes lori, quod plicabañ coirent. Literas deinde in eo loro per transfuerfas iuncturarum oras, uersibus ab imo ad summũ ꝑficiscẽtib; inscribebant, id lorum literis ita ꝑscriptis reuolutũ ex surculo, imperatori cõmenti illius cõscio mittebãt. Reuolutio autẽ lori literas truncas, atq; mutilas reddebat, membraq; earum & apices in parteis diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manibus hostium inciderat, nihil quicq; cõiectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille, ad quẽ erat missum, acceperat, surculo cõpari, quẽ habebat capto, ad finẽ ꝑinde ut debere fieri sciebat, circũplicabat, atq; literæ ꝑ ambitũ eundẽ surculi coalescẽtes, rursus coibant, integræq; & incorruptæ epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonij σκυτάλημ. i. loricatũ surculum appellant. Hactenus Aulus Gellius. Meminit huiuscæ rei Plutarchus in Lyfandro. Suidas eadẽ ferme refert, quæ Gellius de Scytala. Strabo Geographiæ libro primo, hyperbolam hãc quoq; cõmemorat. Ager angustior est, q̃ Scytala Laconica.

Hirundinum musca.

Χελιδόνων μουσῆα. i. Hirundinũ Musea. Aristophanes in Ranis. Επιφυλλίδες ταῦτ' ὄσι κὴ σωμύλλματα, χελιδόνων μουσῆα, λωβηταὶ τέχνης. i. Sunt ista folia, & stulta blateramina, Musea hirundinũ, artis, ac subuersio. Interpres admonet, puerbiũ esse in impẽdio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garritu plus tædij auditoribus adferre, q̃ uoluptatis. Est enim hæc auis minime canora, sed molesto quodã stridore, Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cũ uetant nequis hirundinẽ sub eodem habeat tecto. Apte dicẽt in poetas indoctos, oratores loquaces magis, q̃ eloquẽtes, aut in cõtũ hominũ inepte loquaciũ.

Lusciniæ nugis insidentes.

Ακρόνες λέχαις ἐγκαθήμενοι. i. Lusciniæ nugis insidentes, Proximũ illud ad imperitos, & tamē garrulos cõuenit, hoc ad eruditos, qui tamē immodice suo studio delectent. Quod genus sunt poetæ potissimũ. Plautus ad puellam transtulit, Metuo, inquit, ne lusciniolæ defuerit cantio. Quãq; in Græco prouerbio iocosa deprauatio uidetur inesse, ut pro λέχαις dictũ sit λέχαις. Sumptum est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic auiculæ tribuitur. Siquidem, ut narrat Plinius libro decimo, capite uigesimonono. Diebus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionẽ canit, densante se frondium germine, Multis nomini bus admiratione digna auis. Primũ tâta uox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfectæ musicæ scientia. Modulatus editur sonus, & nunc cõtino spiritus trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocat, infuscatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uibrans, summus, medius, imus, Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiariũ tormentis, ars hominũ excogitauit. Ac nequis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, & nõ idem omnibus, sed suos cuiq;. Certat inter se, palamq; animosa cõtentio est. Victa morte finit sæpe uitã, spiritu prius deficiente, q̃ cantu. Meditant alia iuniores, uersusq;, quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna & reddit, uicibusq; reticent. Intelligit emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Hæc & alia nõnulla de lusciniarũ cantu refert Plinius, quo diximus loco.

Asinus portans mysteria.

Ονος ἄγωγμ μυσῆρια. i. Asinus portans mysteria. In cum dicebañ, qui præter dignitatẽ in muncere quopiam uersabañ. Veluti, si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset. Aristophanes in Ranis, ἢ ἢ μ Δι ἐγὼ γ' οὐμ ὄνος ἄγωγμ μυσῆρια, Ἄταρ οὐ καδέξω ταῦτα ἢ μ πλείω χρόνον. i. Ita per Iouem sum asinus uehens mysteria. Verum ista nõ iam sustinebo diutius. Interpres affirmat inde natum adagiũ, quod olim, quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit & in eos, quorum opera alijs duntaxat est usui, cum ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti, si quis cibos alijs gestet, quibus ipsi nõ liceat uesci. Huc allusisse uidetur Apuleius, cum se fingit asinum, Cercerem Deam circumferentẽ. Suidas adscribit Dæmonẽ ad lapidem molarem referre, quem Græci ὄνον appellant, propterea, quod in sacris, molis frumentarijs coronas imponere consueuerint. Itaq; torquebitur elegantè in eos, quibus immerẽtib; honos habetur, Veluti, cum indoctis doctoris titulus, pileum, & anulus, aliaq; id genus insignia tribuuntur.

Iterum tranquillitatem uideo.

V
 Ἀνδρῶν αὖ γαλῆν ὄρω. i. Rursum denuo tranquillitatem aspicio. Aristophanis interpres prouerbium esse scribit, quo nos significamus e malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus conquiescente procella, grata solet esse trāquillitas. Aristophanes in Ranis, εἴσεις δ' ὥσπερ ἢ γέλοχος ἡμῖν λέγειν Ἐκ κυμάτων γὰρ ἀνδρῶν αὖ γαλῆν ὄρω. Notat autem obiter Aristophanes Euripidis, ταυτολογία, apud quem hic uersus est in Oreste, ἀνδρῶν αὖ γαλῆν ὄρω, quam eandem imitit etiam Stratis. Quāq̄ uidetur & illulio subesse in Græcanicis uerbis γαλῆν ὄρω. i. felem uideo, & γαλῆν ὄρω. i. tranquilla uideo. Atqui uicissim Euripides apud eum Comicū, Aeschylum taxat, qui bis idē dixerit in hisce uersibus, Δίς ταυτὸν ἡμῖν ἔγωγε ὁ σοφὸς ἄσχυλος, ἢ καὶ γὰρ εἰς γῆν φκιστὴν κατέρχομαι, καὶ τὸν δ' ὥσπερ εἴτις εἶποι γένοι, χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπαρ. i. Sapiens bis idem est nobis locutus Aeschylus. Ad terram enim, inquit, uenio & accedo, uelut Si per Iouem, uicino ita quis dicat suo. Mastram, aut canistrum, si libet, mihi commoda.

In tranquillo est.

VI
 Ad hanc formam pertinet Terentianum illud ex Eunuchō. Tum autem Phædræ meo fratri gaudeo esse amorem in tranquillo. Item illud. Qui te in scopulum e tranquillo auferat. Et quod alibi diximus, Ego in portu nauigo.

Septēnis cum sit, nondum edidit dentes.

VII
 Ἐπτάτης ὦν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν. i. Cum sit septem natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet prouerbio dici solere. Mihi quadrare uidetur in eū, qui natus grandis, tamen adhuc quasi puerum agit. Aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc authoritatis, aut honoris sit assecutus. Metaphora mutuo sumpta uidetur ab infantibus, quibus circiter annū ætatis septimū, omnes dentes solent enasci. Aristophanes in Ranis, Σκώλωμερ ἀρχιδέμου ὅς ἐπτάτης ὦν, οὐκ ἔφυσεν φράτορας. i. Taxemus Archidemū Septēnis hic nōdum tribules edidit. Vbi poeta captans iocandi occasionem, pro ὀδόντας, φράτορας mutauit. Taxat enim obiter Archidemū quempiam, qui morem Atheniesium neglexerat, apud quos hospes septem annos in ea uersatus ciuitate, in ciuium numerū adscriptus, iam uelut in cognationem illorum asciscbatur.

De pulchro ligno uel strangulare.

VIII
 Ἀπὸ καλοῦ ξύλου καὶ ἀπάγξασθαι. i. De pulchro ligno etiam strangulari cōuenit. Admonet parœmia, calamitatē tolerabiliorem esse, si cum honestate fuerit coniuncta, & de decore uacauerit. Veluti, si uirgo uitictur a generoso, ac prædiuite amante. Aristophanes in Ranis ad puerbium alludens, ἐξ ἄξιου γούρ τ' ξύλου, ἢντι καὶ πάχῃε, πάχην τοῖς σοφοῖς δοκίσηται. i. Digno siquid e ligno rei Perferetis, ferre cordatis uidebimini uiris. Quali minus miserum sit suspendium, si quis ex arbore pēdeat insigni. Circumfertur huic simillimū prouerbiū etiam hodie apud nostrates, si demergendus sim, in aqua pura me demergam, Hoc est, si pereundum est, honesta morte perire satius. Aut si peccandum, honestiore peccandū titulo. Potest referri & ad eos, qui uincunt quidē, sed a uictore tam insigni, ut honestius & optabilius uideatur, sic uinci, q̄ alios quosdam uicisse. Vnde est Vergilianum illud, Anææ magni dextra cadis. Et apud Ouidium, Ajax pudendum sibi putat cum Vlysse, uel certasse etiam, si uictor discesserit. Mecum, inquit, certasse feretur. Item apud Homerū Iliados. φ. ad hunc modū loquitur Achilles, ὡς μὲν ὄφελ' ἔκταφ' κτείναι ὅς ἐνθά δ' ἐτέφαφ' ἄριστος τῶν ἀγαθῶν μὲν ἔπεφ' ἀγαθὸν δ' ἔνεμ' ἐξενάριξε Νῦν δ' ἐμε λυγαλέω θανάτῳ εἴμαρ' ἀλώσασαι. O si me necet, huc qui egit fortissimus hector Tum gnauus gnauū uictus uirtute perirem. Nunc me fata uolunt obscura morte perire.

Non Chius, sed Cius.

IX
 Didymus prouerbium subesse putat in his Aristophanis uerbis, οὐ χίος ἀλλὰ κίος. i. Non Chius, sed Cius, propter uulgato scommate notatam gentis inconstantiam, ac uolubilitatē, p tēporis ratione cōmutantis institutum, ac idem ad fortunæ commoditatē accommodantis, Aristophanis carmina, e Ranis sunt hæc. In Theramenē, πέπωκεμ' ἔξω τῶν κακῶν, οὐ χίος ἀλλὰ κίος; id est, Euolauit e malis, haud Chius, immo Cius. Quāq̄ hoc loco Aristarchus Cius legit, nō Cius. Theramenes enim Cius fuisse dicit. Fortassis allusum ad id, quod is Theramenes fuerit Prodicij Cij discipulus. Huius mentionē facit & Lucianus in amoribus. Itaq; & ipse quoq; si fieri possit, optarim Theramenes fieri ille cothurnus. Porro de Cothurno diximus alibi.

Extra oleas.

X
 A 3

Ἐκτός τῶν ἐλαίων φέρεται. i. Extra oleas fertur, ubi quis terminos præscriptos transgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia facit, dicit ut Aristophanes in Ranis, μήσε ὁ δὴ μὲν ἀρπάζασι Εκτός οἱ σὺ τῶν ἐλαίων. i. Nec te correptū ira extra oleas auferat. Interpres adagiū hinc natū ait. Stadia in quibus currēdi certamina peragebant, oleis per seriem positis, utrinq; sepiebant, quas præterire nō licbat, proinde, qui præterisset oleas, extra stadiū currere uidebat.

Coronam quidem gestans, cæterum siti perditus.

XI

Στέφανον μὲν ἔχωρ, δὲ δὲ ἀπλωλῶς. i. Coronam quidem gestans, cæterum siti perditus. In temulentum & lurconem apte torquebitur, quiq; obligurita re redactus sit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus, ὡς περ κοινῶς, στέφανον μὲν ἔχωρ, δὲ δὲ ἀπλωλῶς. i. Quemadmodū Connas, coronam quidem gestans aridam, uerum siti perditus. Taxat autem Cratinū Comi cum tāq; ebriosum, ac delirantem. Effertur adagiū & ad hunc modum apud Dio genianū, Δελφὸς ἀνήρ στέφανον μὲν ἔχωρ, δὲ δὲ ἀπλωλῶς. i. Vir Delphus cum portet scita, siti exanimatur. Natum est a moribus Connæ cuiusdā. Is primū erat tibicen, uinosus, atq; in conuiuijs assidue coronatus potabat. Nam prisca mos erat in cōpotationibus coronas gestare. Deinde e tibiçi ne factus est Olympionices, atq; in Olympijs sæpe uictor coronam tulit, unde Cratinus eῦ, πολὺ στέφανον uocat. Alioqui pauperrimus, neq; tantillo ditior factus suis uictor ijs. Nihil enim habuisse fertur, præter oleastrum.

Aphya in ignem.

XII

Ἀφύα ἐξ πυρ. i. Aphya ad ignem, Prouerbiū in ea, quæ celeriter intereunt, aut absumunt, siue quæ facile, ac statim cōficiunt. Nam Aphya piscis genus molle, ac tenerum, quod ad motum igni protinus decoquitur. Frigitur autem in olio feruenti, unde fertur & illud apud Græcos, ἀφύων τιμὴ ἔλαιον, Aphyarū honor oleum, ac protinus, ut contigerunt oleū iam decoctæ sunt. Hunc piscem, Suidas scribit etiā ἀφρόν. i. spumam appellari propter candorem, & ἔγγαυλιμ, cōplura cōmemorans eius genera. Athenæus ad hunc modum extulit παραμιά, ἵδεν πύρ ἀφύα. i. Aphya uidit ignem, Quasi uidisse modo sufficiat ad decoctionē.

Boliti pœnam.

XIII

Βολίτην δίκην. i. Boliti pœnam dicunt, ubi quis de re friuola, nihilq; plectitur. Bolitus autē græcis significat stercus bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam ijs, qui bubulū stercus furto sustulissent. Huc alludit Aristophanes in Equitib⁹, τῆς βολίτης ἡ τῆς οἴου, id est bubulis stercoreibus uictus.

Haud unquā arcet ostium.

XIII

Ὀὐδὲ πρὸ ἴχθου ἢ δὴ οὐρα. i. Haud unquā arcet ostium, Interpres Aristophanis parœmiā admonet esse de ijs, qui impendio sunt hospites, Quorū fores semper patentes neminē excludunt. Sumptū ait ex Eupolidis comœdia, cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabit uel in credulum, qui quoduis mendaciū admittat auribus, uel in mulierem nulli negantem.

Semper aliquis in Cydonis domo.

XV

Ἀεὶ τις ἐν κύδωνος. i. Semper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthus quispiā erat, adeo in signis hospitalitate, ut etiā prouerbio locū fecerit. Refertur a Suida pariter, & a Zenodoto, neq; nō ab Aristophanis interprete.

Summis unguibus ingredi.

XVI

Ἐπὶ ἀκρωρὶ ὀνύχων. i. Summis unguibus. Metaphora prouerbialis in eos, qui auidius auscultant. Nam ij solent semet in summos pedes erigere, καὶ ἐπὶ ἀκρωρὶ ὀνύχων βαδίζωμ. i. Summis ingrediens pedum unguibus, in fastuosos. Refert adagiū ab Aristophanis interprete, ἐν ἀκαρνεύσει, putatq; huc alluisse poetam, cum ait, εὐδὺς διὰ τῶν στέφανων ἐπὶ ἀκρωρὶ τῶν πυγιδίων ἐκάθηθε. i. Protinus ob coronas in summis natibus sedetis. i. Efferimini, uobisq; placetis.

Haud impune uindemiam facies.

XVII

Ὀὐκ ἐρήμας Ξυγίσαι. i. Haud impune uindemiā facies. In eum competet, qui nullo scrupate impune decerpunt uuas. Aristophanes in Vespis. ἀλλ' οὐκ ἐρήμας ὡς ὠντω ραδίως Ξυγίσαι. i. At ne existimetis uos adeo facile, atq; impune uindemiā facturos. Nam ἐρήμας Græci fieri dicūt, qd fit nullo prohibente, nulloq; obliſtente. Cōfine est illi, quod alio retulimus loco. γλυκεῖ ὕπωμα φύλακος ἐκλειπότητος. Solent enim uitibus & pomarijs adhiberi custodes, præsertim autumno, cum iam maturi foetus furem inuitant.

Mens est in tergoribus.

XVIII

Ὁ νοῦς ὄζει ἐν τοῖς σκντήσιμ. i. Animus est in tergorib⁹, de sollicitis dicitari solitū, quiq; malū ali

quod imminēs timere uidentur. Aristophanes in Comœdia, cui titulus pax, ἡμάρτομεν ταῦτ' ἀλλὰ συγγνώμῳ ἔχει. Ο νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότε ἐν τοῖς σκύτεσι. i. Peccauimus quidem ista, sed ueniā dabis. Tum namq; noster animus in corijs erat. Metaphora sumpta est, uel a loris, quibus cæ duntur serui. Nam hec e bubulis tergoribus secantur. Vnde Plautinū ænigma, Vbi uiuos homines mortui incurfant boues, uel a clypeis, qui bubulo corio solent obduci. Proinde cōgruet, uel in eos qui flagra metuunt, uel in hos quos belli impēdentis metus habet sollicitos. Nō dissimile Terentianum illud ex Eunuchō. Iamdudum animus est in patinis. Item illud Aristophanicum in uespis, de homine litium auido, ο νοῦς πέταται νύκτα πρὸ πλῶ κλεψύδρα. i. At uolitat animus nocte circa clepsydra. Breuiter quacūq; in re fumus intenti, in ea dicimur esse.

σκύτη βλέπει.

XIX

σκύτη βλέπει. Hoc est, ut uerbo uerbum reddam, tergora tuetur. Cōfine proximo, quo signi ficabant quempiam præ se ferentem uultu, quod mali quippiam instare suspicaretur, idq; cōiecturis aliquibus colligeret, ueluti si quis conspēctis boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quod his integantur clypei. Citatur adagium ex Eupolidis fabula, cui titulus, Chryso genes, Απχυνῶς μὲν οὐκ ἔλεγετο σκύτη βλέπει. i. Itaq; omnino, quod dici solet, tergora tuet. Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum prouerbiū dicere, quod in clypeis, barbaricæ quæpiam & horrendæ facies depingi sculpi ue solent, barbarorum, aut Cycloperum, aut be luardū, etiam, ut eam ob causam qui truculento essent uultu, σκύτη βλέπειμ dicerentur. Quancūq; hoc adagium in sua duntaxat lingua gratiam habere potest.

Cochleare crescet.

XX

Δοῖδνεῖ αὐξεί. i. Cochleare crescet. Chryssippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem ait, hanc parcemiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam. Nam cochleare & pusillum est & contortum. Aristophanes in equitibus, σκέυη δ' ἄνο χρισίμω Δοῖδνεῖ ἡδὲ τρυνῆ. i. Duo utilia uasa, Cochleare & Toryna. Est autem Toryna, qua mouetur olla.

Connæ calculus.

XXI

κόννου ψήφου. i. Connæ calculus, in hominem aut rem nihili, nulliusq; momēti. Prouerbiū manauit a Conna quopiam Citharœdo; siue (ut quidam uolunt) Lyrista, ex eorum numero, qui citra uocem organo canebant. Sunt qui dicant Connam fuisse quendam extremæ sortis hominem, qui deuorato patrimonio pauperrimus fuerit. Callistratus apud Aristophanis interpreter, ad hunc modum effert parcemiam, κόννου θρίον. i. Connæ ficulnum folium, quod eo iusitare sit solitus. Aristophanes in fucis, σὲ μὲν ἡγούνητη κόννου ψήφου. i. Te quidem Connæ suffragium existimant, hoc est, nihili ducunt.

Vnicum arbutum, haud alit duos erithacos.

XXII

μία λόχημ οὐ τρέφει δύο εριθάκος. i. Idem arbutum nō alit duos Erithacos. Zenodotus autor est, hoc adagio notatos illos, qui ex rebus minutis festinant ditescere. Mihi uidetur non intēpestiuitur dici posse in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer uersari queunt. Est autem Erithacus auis quædam solitaria, ut eodem in saltu nō temere nisi unam inuenias. Hanc Theodorus Gaza nunc Syluiam, nunc Rubeculam interpretatur. Thomas magister ait a quibusdam, εριθεία uocari, ab alijs εριδυλομ, a plæriscq; εριθακομ. Aristophanes eleganter ad hoc allulit adagium in uespis, οὐ δ' ἄμ πετε τρέφειμ δ' ἄναιτ' ἄμ μία λόχημ κλέπηα δ' ἄνο. i. Nec em̄ unq; unum arbutum, duos fures possit alere.

Pedibus ingredior, natate enim non didici.

XXIII

παιζῆ βαδίζω, νεῖμ γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. i. Ambulo pedes nandi imperitus scilicet. Prouerbialis sc̄narius in eum, qui maiorum rerum imperitus, minutioribus negocijs sese exercet. Aut qui p̄pter imperitiam, priuatus & humilis uiuit, Aut qui sese necessario cōfert ad aliud genus, quādo quidem ad illud, aut illud nequaquā est idoneus, ueluti si quis negociator fiat, ad literas indocilis. Refertur huic adsimilis uersus, παιζῆ βαδίζω, οὐκ ἐπίσταμαι σκάπημ. i. Fodere imperitus pedibus ambulo meis. Huc uidetur referendum & Euangelicū illud, Fodere non ualeo, σκάπημ οὐ δάωμαι. Fossionem enim pro quauis opera mercenaria posuit. Aristophanes in Vespis, ζῦγγνωθι κιδάριζεμ γὰρ οὐκ ἐπίσταται. i. Ignosce, neq; enī canere doctus est Cheli. Nimirum alludēs ad uulgatum adagium, perinde quasi dicat, Reliquorum imperitus artium, furto tantum rem parat. Item in equitibus, οὐδὲ μουσικῶν ἐπίσταμαι. i. Neq; musicam didici.

Vna domus non alit duos canes.

XXIII

A 4

Εἰς οἶκος οὐ δύναται ἔξέφειν τὴν δύο κύναι, ἰ. Eadē domus non bene canes alit duos. Prouerbio in status senarius in eos, inter quos parū conuenit, propter idem lucrū quod cōmuniter expectant. Sic idem regnum non fert duos tyrānos. Eadem respublica, non fert duos expilatores. Idem munus, non fert duos ambitiosos, quorum uterq; conetur tenere primas. Refertur ab Aristophanis interprete.

Vallus uitem decepit.

XXV

Ἡ χάραξ πλὴν ἄμπελον ἄγκυράτῃσιν, ἰ. Vallus uitem decepit. Vbi quispiam ab eo fallitur aut læditur, a quo pendeat, cuiusq; fidei nitetur. Traductū a uallis, quibus alligatae fulciuntur uites. Fit autē interdū, ut illi radicibus actis, ramis, ac frondibus suis uitem strangulet. Aristophanes in uespis, εἶτα νῦν ἄγκυράτῃσιν ἡ χάραξ πλὴν ἄμπελον, ἰ. Ita ne circūuenit ipse uincā palus suā.

Trepidat in morem galli cuiuspiam.

XXVI

Πτήσῃ ὡς ἄλεκτωρ, ἰ. Trepidat tanq̄ gallus gallinaceus. In male affectum & cōmotū, aut etiam pauitatem opportune dicitur. πτήσῃ enim græcis fugitare significat, atq; expauescere, peculiariter autem de auibus dicitur. Aristophanes in uespis, πτήσῃ φρύγῃ ὡσπερ ἄλεκτωρ, ἰ. Galli in morem Phrynichus horret. Fuit hic Phrynichus Melanthæ filius, Atheniēsis, tragœdiarum scriptor, quem Athenienses mille Drachmis multarunt, quod Milesiorum excidium Tragœdia complexus esset. Quod quidem ego non adscripturus eram inter adagia, nisi cōmentarius Aristophanis hoc nominatim prouerbij loco retulisset.

Non magis parcemus, q̄ lupis.

XXVII

Οὐ φεισόμθα μάλλον ἢ λύκων, ἰ. Haud magis parcemus ac lupis. Aristophanis interprete prouerbiale figuram esse admonet, inde natam, quod antiquitus lex ad interficiēdos lupos etiam præmio inuitabat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemisset, huic talentum, q̄ adultum occidisset, duo talenta dabantur. Vnde & Apollinem, λύκειον καὶ λυκοκτόνον, cognominarunt. Aristophanes in auibus, φεισόμθα γὰρ ἢ τῶνδε μάλλον, ἢ λύκων, ἰ. Quid enim his magis parcemus, atq; ipsis lupis?

Nisi siqua uidit auis.

XXVIII

Πλὴν εἴ τις εἶδε μὲν ὄρνιθιν, ἰ. Nisi siqua uidit auis. Hyperbole prouerbialis de re uehementer occulta. Aristophanes in auibus, οὐδεὶς εἶδε τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἴδῃ ὄρνιθιν, ἰ. Nemo uidit thesaurum meū, nisi siqua auis. Suidas etiam hunc uersiculum citat ex Aristophane, οὐδεὶς με θεωρεῖ πλὴν ὁ πτεροπλάμιος ὄρνιθιν, ἰ. Nemo me contuetur, nisi præteruolans auis.

Perdicis crura.

XXIX

Πέρδικος σκέλος, ἰ. Perdicis tibia. Perdix caupo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus. Vnde & in prouerbium abiit. Cuius mentionem fecit Aristophanes gramicus in prouerbij orationis solutæ. Dicebatur in crura gracilia distortaq;. Refert a Suida, πέρδικος πρὸς, ἰ. Perdicis pes. In loripedes quadrat.

Tolle calcar.

XXX

Αἶρε πλῆκτρον ἀμωπήριον, ἰ. Tolle calcar ultorium. Extat adagiū in Aristophanis auibus, αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχη, ἰ. Tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui iam ultionem parat. Mutuo sumpta metaphora a Gallis pugnam inuitur, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tueantur inter certandum. Quanquam, autore Aristotele libro de animalibus secundo, capite duodecimo, natura calcar addidit ex auium genere ijs, quæ ob corporis molē sint ad uolatum minus idoneæ. Cuiusmodi sunt galli. Id confirmat Plinius libro decimo. Et regnum, inquit, in quacūq; sūt domo exercent dimicatione paritur, hoc quoq; inter ipsos, uelut ideo tela adnata cruribus suis intelligentes nec finis, sæpe cōmorientibus.

Minus habes mentis, q̄ Dithyramborum poetæ.

XXXI

Διδυρα μβοποιῶν νῦν ἔχεις ἐλάττονα, ἰ. Minus sapis scriptoribus Dithyrambicis. In stupidos ac furiosos torquetur. Adagiū annotatur ab Aristophanis interprete in auibus, Sumptū a poetis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant, unde & Horatius. Aut insanit homo, aut uersus facit.

Cercyræa scutica.

XXXII

Κερκυραῖα μάστιξ, ἰ. Cercyræum flagrum. De re superuacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea quibus ornatus additur neutiq; decorus aut congruus. Cercyræis quoniam crebris scditionibus agitabantur, mos erat gestare flagra ingētia, ansis eburneis exornata. Quidam autē, ea duplicia fuisse. Itaq; in prouerbium abierunt. Autor interprete Aristophanis in Aues.

Larus.

XXXIII

κέφθ' λάρθ'.i. Cepphus larus. In Garrulum ac uecordem dicebatur, præcipue qui cuiusuis rei cupiditate deceptus capitur, ab auis ingenio ductū, quam spuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum. Obijcitur spuma primum longiore interuallo. Deinde propius propiusq;. Postremo manibus gestantes exhibent. Larus itaq; cibi auuiditate captus comprehenditur. Aristophanes utitur in Pluto, Interpres admonet cognomen esse puerbiale. Rursū in nebulis Clonem Larum uocat, quod furtis ac rapinis inhiaret. Lucianus in libello de mercede seruientibus, σάντ'ρμ δὲ πῶρα καλέσας θαρρόθ'μ, ἐπιχείρη τῆ ἄγρ'α, εἰ δέλας, καθάπρ' ὁ λάρθ', ὄλομ πρὶ χανῶν δ' δέλεας. i. Sumpta uero fiducia, uenatū aggredere, si uideretur, Lari in morem, totam escam ore deuorans.

Cepphus parturit.

XXXIII

κέφθ' ὠλίνα. i. Larus parturit. Dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, deinde nihil promissis dignum præstarent. Est enim Larus auis, multa plumarū copia circumfecta, ceterū carnibus exiguis. Pariens autem uociferatur. Recensetur adagium ab Aristophanis interprete, in comœdia, cui titulus, pax. Confine est illi. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Canis festinans cæcos parit catulos.

XXXV

ἡ κύων ἀπὲν Δύσσα τυφλὰ τίκτη. i. Canis festinans cæcos parit catulos. In eos iaciebat, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt, ut si quis operis parum elimati præcipitet editionem. Hinc natum quod canis quia celerius pariat, catulos cæcos uelut adhuc immaturos edit. Aristoteles libro de generatione animalium quarto demonstrat, id potissimum euenire in animantibus, quæ multifidis sint pedibus, & numerosum alunt foetum, ut uulpes, urfa, leæna, canis, lupa. Nam hæc omnia cæcos pariunt catulos, quædā etiam informes adhuc edunt. In causa putat, quod cum corporis humor, non sufficiat, alēdo tam numerofo foetui, natura partum imperfectum potius educit. Alludit ad parœmiam Aristophanes in pace, ἡ κώδωμ ἀκαλαυδὶς ἐπειρομλὴ τυφλὰ τίκτη. i. Garrula Acalanthis accelerans cæcos parit catulos, aut pullos. Acalanthidem quidam putant canem esse insignem, quidam auem.

In canis podicem inspicere.

XXXVI

Aristophanes, ἐμ ἐκκλησιαζούσας. τούτῳ μὲν ἐπὶ κωδὸς πύγῃ ὄρᾳ. i. Canis quidem hunc inspicere iussit podicem. Interpres admonet uulgo dici solere, in cæcutientes, adscribēs & hūc Trochaicum, ἐς κωδὸς πύγῃ ὄρᾳ καὶ τριῶν ἄλωπέκωμ. i. In canis despiciere podicem, triumq; uulpiū. Alludit eodem & in Acarnensibus, τοῖς ὀσίνοις φουσητε τὸμ προκτὸμ κωδὸς. Has profecto nugæ pigeret adscribere, ni propositum esset operi suscepto per omnia satisfacere, καὶ ἡμ' ἔλαχον ἀσάπτω κοσμῆμ.

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci.

XXXVII

Theocritus in Syracusis, Tentādo atq; experiendo quantūlibet etiam ardua perfici, figurat prouerbiali significās, ἐς ἔοίλω, inquit, περῶμνοι ἡλδομ ἀχαιοὶ καλλίσα πάδωμ πῆρα δὴμ πάντα πλῆτη. i. Tentando ad Troiam Venere Pelasgi Experiendo conficiuntur filia, quæuis.

Deum sequere.

XXXVIII

Plutarchus in libello de audiendo, refert hoc adagiū, quod & inter septē Græciæ sapiētum oracula celebratur. ἔπου δεῶ. i. Sequere deum. Putat hūc esse sensum, Obtēpera rationi. Quasi cuiq; debeat oraculum esse, quicquid in pectore dictauerit ratio. Vnde & Vergilius dixit, An cuiq; Deus sua dira cupido. Cui uersus ille grecis celebratus astipulatur, ο νοῦς γάρ ἡμῖν ὄσι ἐκᾶσω θεός. i. Inest enim suus cuiq; animus, Deus. Et Menander apud Plutarchum, ο νῶς γὰς ἡμῶν ὁ θεός. Nam noster animus numen est. Et cōsimilia quædā apud Lucanū dicit Cato Vtī censit. Sumptū uideť ex Homericæ Iliadis libro primo, ubi Achilles Palladi obtēperans hæc dicit, ος κε θεοῖς ἐπιπέδκητ, μάλατ' ἔκλυομ ἀντ'. i. Qui Dñs paruerit, proni huius uota receptant.

Lingua quo uadis?

XXXIX

ἡ γλῶσσα πῆ πορεύη; πόλιμ ὄρδῶσσουσα καὶ πάλιμ ἀναστρέλουσα. i. Lingua quo uadis? Erectum ciuitatem, eandem denūo subuersura. Refertur a Suida, Zenodoto. Diogeniano. Docet linguam plurimū utilitatis adferre mortalibus, & eādē rursū plurimā adferre perniciem. Tametsi membrū corporis sit perq; exigū. Proinde diuus Iacobus Apostolus eam clauo nauis adsimilem facit, quæ cum pars sit minima, tamen totam nauē, aut seruat, aut euertit. Bias, referēte Plutarcho in libello de audiēdo, rursū in alio de loquacitate. Amasidi Aegyptiorū tyranno iubēti, ut sibi, quod esset in uictimā, quā ad illū miserat carnib' et optimū & pessimū mitteret,

Lingua resectam misit. Innuens huius usum esse præcipuū, siue pdesse cupias, siue nocere.

Ollas ostentare.

XL

χύτρας ἐπιδακνύουσι, i. Ollas ostentare, est rem per se ridiculam ac sordidam, perinde ut maximam efferre. Plutarchus in libello de auscultando taxās Sophistas, quibus mos erat ἀδ' ὄξος, i. infames materias uerborum fucis exornare, cum uomitum, febrim, Busyridem, atq; id genus alia laudant, καὶ νῆ δ' ἴα, inquit, χύτρας ἐπιδακνύμενοι. i. Ac per Iouem ollas ostentātes. Nō quod prorsus improbandum sit, si quis uel exercendi, uel laxandi ingenij gratia, ludat nonnunquam huiusmodi argumentis, modo iocus sit eruditus, & cum uoluptate misceat non nihil utilitatis. Quandoquidem ridentem dicere uerum, quid uetat? Imo fit, ut citra offensam, & gratius irrepat in animos mortalium ueritas huiusmodi lenocinijs cōmendata, adeo, ut Aulus Gellius non dubitet ridiculas Aesopi fabellas, tetricis illis & e cælo delapsis, Stoicorum dogmatis antepone. Lusit & ipse Plutarchus in Gryllo, festiuiter sane, sed ita tamen, ut philosophum iocari, non scurrā possis agnoscere. Lusit

id est

Puer glaciem

XLI

ο παῖς κρύσταλλον, i. Puer glaciem. Dicebatur in eos, qui cum retinere quippiam non possint nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistratum recuset deponere, cui gerendo sit impar, aut a munere nolit absolui, quod tueri tamen non possit. Competet & in eos, qui sponte nolunt a se amouere, quod tamen aliquanto post sit elapsurum. Ut cum opes urgemus, premi- musq; mox nihilominus nos relicturas. Aut cū rē noxiam urgemus, nec uolumus amittere, quod lædit. Refertur a Zenodoto, Suida, Diogeniano. Meminit Plutarchus, & explicat libro de futili loquacitate.

Vnum ad unum.

XLII

ἐμ πρὸς ἐμ φασιν, inquit Lucianus. i. Vnū ad unū, nimirū figuram puerbialem esse significās, cum exactius singula singulis componunt. Theocritus in pastore, ἐμ μὲν δ' ἐ τὸ βωκολιάσδεν ἐμ πρὸς ἐμ. Sic enim quidā eruditi legūt, Plato libro de legibus quinto, δ' ἔ' ὅ πάντα ἀνδρα, ἐμ πρὸς ἐμ ἴπ' ἀπὸν Δ' μ. Idem in libro sexto, ἐμ ἐφ' ἐνὶ πρὸς ἐμ. Vt & libro primo plane prouerbiali figura, ἐμ πρὸς ἐμ. Rursum libro quarto, ἀνδ' ἐνὸς ἐμ. Translatū uideri pōt a prælio, quoties acriter res gerit, singulis aduersus singulos dimicantibus. Nisi malumus ad Laconicum illud apophthegma referre.

Narrat enim Plutarchus in libello de futili loquacitate, Lacedæmonios aliquando unū legatum ad Demetrium regem misisse, Cūq; stomacharetur tyrānus, uociferareturq; Vnum in-
quiens ad me Lacedæmonij: legatum nihil attonitum respondisse, unum ad unum. Nec ab-
surde dixeris a mathematicis mutuo sumptum, quorum est hæc loquendi figura peculiaris,
ἐν πῶς ἐμ. i. Vnum ad unū, sic enim pportionem constare dicunt, quam uocāt parē & æquam.

In nocte consilium.

XLIII

ἐν νυκτὶ βεβλή. i. In nocte consilium. Admonet adagium non esse præcipitandū consiliū, ne-
q; statim ad primos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter solitudinem ac
silentium, uel maxime ad considerandum, consultandūq; de rebus grauibus est idonea. Præ-
terea sæpenumero fit, ut somnus sedata cupiditate pristinā sententiam uertat. Vnde etiā uul-
go dicitur ab idiotis nostratibus, super hac re indormiam, ubi significant se per ocium delibe-
räturos. Porro præceps consilium, inauspicatū esse solere, & uulgato sermone dicit, & elegan-
ter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello de garrulitate, οὐ γὰρ ἂν βεβλής ταυτὸ ἢ δρόμος
τέλθ. i. Haud quaerit enim idem finis cursus atq; consilij. Siquidem in cursu uincit, qui celer-
rimus sit. In consultando contatio tutior est, periculosa celeritas. Plutarchus in Symposiacis,
decade septima, problemate nono, citat Platonē, qui scripserit apud Lacedæmonios, ni fallor
fuisse νυκτερινῶν σύλλογον. i. Nocturnum cōuētū, grauissimorū, ad quod difficillimæ causæ reijci-
ebantur. Addit apud ueteres noctem εὐφρόνην fuisse, uocatam πρὸς τὸ εὐφρονῆν.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet.

XLIII

ὅπου τις ἀλγί, κίσει ἐπὶ χεῖρ ἔχει. i. Vbi dolet quis, ibi & manū frequens habet. Senarius pro-
uerbialis, quem refert Plutarchus libro de futili loquacitate. Natum est dictum a naturali ho-
minū cōsuetudine, qua fit, ut ei corporis parti, quæ dolet, frequēter manus admoueamus. Tē-
pestiuius utemur, cum significabimus quempiam ea tractare, deq; ijs libenter uerba facere
quæ mouent animū. Stobæus idem refert ad hunc modum, ὅπου τις ἀλγί, κίσει καὶ τὴν νοῦν ἔχει. i.
Vbi quis dolet, illic & mentem habet.

Plus apud Campanos unguenti, q̄ apud cæteros olei fit.

XLV

Plinius naturalis historię libro decimo octauo, capite undecimo, In Campania tamen, in-
quit, laudatissimus campus est. Montibus subiacet nimbosis, totis quidē. xl. mil. pas. planicie.
Gratia terræ eius, ut protinus soli natura dicatur, puluerea sūma, inferior bibula, & pumicis fi-
stulans uice. Montium quoq; culpa in bonum cedit, Crebros enim imbres percolat, atq; trās-
mittit, Nec diluit, aut madore uoluit, propter facilitatem culturæ. Eadem acceptū humorem
nullis fontibus reddit, Sed temperat & cōcoquens, intra se uice succi continet, seritur toto an-
no, panico semel, bis farre. Et tamen uere, segetes quæ interquie uere fundunt rosam, odorati-
orem satiuā. Adeo terra non cessat parere. Vnde uulgo dictū, Plus apud Campanos unguen-
ti, q̄ apud cæteros olei fieri. Quantum autem uniuersas terras campus circum campanus an-
tecedit, tantum ipsum pars eius, quæ laboriæ uocatur, quem Phlegræum Græci appellāt. Ha-
cētenus Plinius. Sicui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari, uel in re-
gionem, uel in hominem adeo cæteris antecellentem, ut apud hunc maior sit exquisitarum re-
rum copia, q̄ apud alios mediocrium, aut uulgarium.

Ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi.

XLVI

μηδὲ πῶς ἀντὶ ὁδοῦ βαδίζει. i. Ne uia quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo dissidēt
odio, adeo ut non solum mensa tectoue cōmuni non sustineant uti, sed ne uia quidem cōmu-
ni uelint ambulare. Vnde & uulgata dicunt ironia. Vsq; adeo illū amat, ut si forte fortuna fu-
erit obuius, in aliam deflectat uiam. Plutarchus in cōmentario, περὶ φιλαδέλφιας. τῶς δὲ ἀδελφοῦ
μηδὲ πῶς ἀντὶ ὁδοῦ διόμει. i. Cum fratre uero ne uia quidem eadem sibi putans
ingrediendum esse. Huic congruit prouerbialis ille uersiculus, καθὼς σὺν ἀνδρὶ μηδὲ ὅλως ὁδοιπό-
ρ. i. Viro scelesto nec uia fueris comes.

Extra cantionem.

XLVII

παρὰ τὸ μέλος. i. Extra cantū agi, diciue dicūt, quod ad rē nō ptinet. Etiā si puerbio in alienam
trāsituso linguā, perit genuina illa gratia. Sigdē πρὸς μέλος p̄inde sonat, quasi dicas, parū modu-
late, parū cōcinne, parū apte, parū decore, Nā quod in musica est μέλος, id in uita decorū. Lu-
cian⁹ in Eunuchō, καὶ ἐφ' ὧν ἄν τις ἠδ' ἔοδη πρὸς μέλος τί φθεγγάμενος. i. Et apud quos uerereť aliq; p̄-
ter cantū q̄ppia dicere, id est, quod a re esset alienius. Imitat⁹ est hæc figurā ex Platone, q̄ libro
de legib⁹ tertio, scribit ad hūc modū, παρὰ μέλος ἐμοί γε ἂν δοκῆς φθέγγασθαι. i. Præ cantilenā mihi

dīcturus fuisse uideris. Finitimū est huic, quod alibi retulimus, οὐδὲμ πρὸς ἔπης, nihil ad uerbum seu nihil ad carmen. Quo quidem Aristophanes, ἐν ἐκκλησιαζούσαις, noue utitur p̄ temere, οὐ γὰρ ἔμ' ἐμὸν ἰδρῶτα καὶ φειδωλίας οὐδὲμ πρὸς ἔπης ἢ ἀνοήτως ἐγὼ ὠκθαλῶ. i. Neq; enim meo sudore, quod parauerim, Meaq; parsimonia, temere ac nihil, Ad rem profudero. Quod carmē equidem duxi fatius, uel alieniore citare loco, q̄ eo studiosum fraudare lectorem. Natum ut uideatur ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poetæ petenti quiddam a se parū equū, respondit ad hūc modum. Neq; tu bonus esses poeta, si præter cantum caneres, neq; ego bonus princeps, si præter leges iudicem. Sumptum est ab antiquis cantoribus, qui uocem ad lyram accōmodabant. Aut certe a concentu uocalium musicorum, ubi si quis dissonet ab harmonia, grauer offendit aures. Lucianus, θηγαγῶνια uocat, quæ ad causam non pertinent. M. Tullius, ὁδ' οὐ πάριγγα, quæ aliena a re proposita.

Ignis, mare, mulier, tria mala.

XLVIII

Circumfertur apud Græcos & hic trimeter prouerbialis. πῦρ ἑ δάλασσα καὶ γυνή κακὰ τρία. i. Ignis, fretumq; & mulier, hæc mala tria. Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimū est. Vnde & Aeschylus in Persis, ἄμαχορ κύμα θαλάσσης, i. Inexpugnabilis unda maris. His autem simillimū quiddam esse mulierem sentit parcemia. Porro mulierem omnē esse malam, per q̄ uenuste significauit Lacon quidam, qui cum uxorem duxisset perpulillam, dicebat e malis, quod minimū esset eligendum. Fatetur & apud Euripidem, Medæa fœminarū genus esse malum, ἀλλ' ἐσμὸν διομ' ἐσμὸν, οὐσ' ἐρῶ κακὸν, ἡνωῶκες. i. Sumus quidem quales sumus, nos fœminæ, Neq; enim malæ ausim dicere.

Falces postulabam.

XLIX

Ἄμας ἀπήτηρ. i. Falces postulabam. In eos, qui respondent id, quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in cōmentario, περὶ ἀδολεχίας, admonet, ut qui uelit accurate respondere, mentem rogantis diligenter perdiscat, ne illud fiat, quod prouerbio dici consueuit, ἄμας ἀπήτηρ. Est autē senarius prouerbialis apud Suidam & Zenodotum, Ἄμας ἀπήτηρ, οἱ δ' ἀπηνῆν' σκάφας. Falces petebam, at hi ligones denegāt. Videtur hinc natum quod agricolæ cuiquam a uicino falcem cōmodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi.

Alba auis.

L

Ἀλυκὸς ὄρνις. i. Alba auis, pro re noua atq; auspicata dixit. M. Tullius in epistolis familiaribus libro septimo. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius q̄ solebat, quod quasi albam auem uidetur, bene sentientem ciuem uidere, abdo me in bibliothecam. Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatā, quod aues perpauca sint hoc colore. Ita Iuuenalis coruo quoq; rarior albo, de albæ gallinæ filio, dīctum est alibi.

In alieno choro pedem ponere.

LI

Ἐμ' ἀλλοτρίῳ χορῶ πόδα τίθει. i. In alieno choro pedem ponere, est sese miscere negocijs alienis, & aliorum sibi uendicare partes. Plutarchus in cōmentario, quē inscripsit, Quo pacto seipm aliq; citra inuidiā laudare possit, τὸν μὲν γὰρ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῶ πόδα θένθαι πῶτεργον ἢ πῶσιμία. i. γελοῖον ἀπ' ἐκνυσί. i. Eum quidem, qui alieno choro pedem imponit, curiosum ac ridiculum esse puerbium declarat. Idem in symposiacis, ἐγὼ δ' καὶ πῶ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῶ πόδα θέεις ἔπει. i. Ego uero tametsi pedem in alienum inferens chorum dicebam, hoc est, respondens de re, quæ ad philosophi professionem non pertinebat. Affinis est huic adagio, metaphora per q̄ elegans, neq; discrepans a specie prouerbiali, qua usus est Aristides in Miltiade, μιλιτιάδην δ' ἔμ' ἐν μαρσάδωνι, πῶ χοροῦ τάξομεν. i. Porro Miltiadem, qui est apud Marathonem, qua chori parte collocabimus. Interpres addit metaphoram sumptam a choris Dionysiacis. Certe constat mutuo sumptā a choreis ac saltationibus, Quibus si quis ignotus admisceat, sese derideatur, atq; exili biletur ilico.

Ne magna loquaris.

LII

Μὴ μεγάλα λέγε. i. Ne grandia loquaris, refertur a Diogeniano, admonet temperandū esse a magniloquentia, iactantiaq; qua nihil omnium intolerabilius. Dīctum est autem propter Ne mesim deam, quæ grandiloquentiam huiusmodi non finit impunitam. M. Tullius epistolarū ad Atticum libro quarto, epistola octaua, μὴ πω μὲν εἴπης πρὶν πελοῦς ἀντιάσας. i. Nequando iactes, ni prius p̄feceris. Aristophanes in Ranis, ὦ δ' αὐμόνι' ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λίσμ λέγε. i. O demone uir ne nimium magna loquere. His uerbis Bacchus reprimit Euripidē p̄ arrogantiā semet an teponentem Aeschylō, Sophocles in Aiace flagellifero, μηδὲμ μὲν εἴπης, οὐχ' ὄρεας ἢ ἔτι κακοῦ. i.

Ne magna loquere, non uides quo in sis malo. Theognis, μή πτε κινῶ ἀπορᾶσθ' ἔπρς μέγα, οἶδ' ε γὰρ οὐδεις ἀνθρώπων, ὅτι νῆξ ἡμέρα ἀνδρὶ τελαῖ. i. Verbū Cyrne caue magnum ne dixeris unq̄ Ne scis quidnā homini nox ue dies ue ferat. Huc allusisse uidef Vergilius, libro. x. Dixerat ille alī quid magnū. Inuenit sapius & μέγα φρονέμ, p eo quod est, insolentē atq; elatū esse. Sophocles in Oedipo tyrāno, φρονέμ εἰ ὡς γωνὴ μέγα. i. Sētire em̄ altū ut fœmia. Extat & senari⁹ puerbialis, οἱ εὐτυχῆς μάλισα, μὴ μέγα φρονέμ. i. Neq; tume, cū res secundæ maxime, Et μέγα πνέμ. i. Magnū spirare. Euripides in Bacchis, κῶμ πνέωμ ἔλθῃ μέγα. i. Quamuis magnum spirans uenias. Elegāter Horatius huiusmodi grandiloquentiā, ampullas & scsquipedalia uerba uocat in arte poetica. Projicit ampullas & scsquipedalia uerba. Terentius in militem gloriosum, & magnifica uerba. Legimus & τραυικῶς λέγμ. i. Loqui Tragice, & ἐκξαγωγῆς ἰεμ, pro eo, quod est, magnificis uerbis efferre. Horatius in epistolis. Et spirat Tragicum satis, & feliciter audet. Tamen si non me fugit poetam hoc loco simpliciter dixisse, spirat Tragicum.

Exercitatio potest omnia.

LIII

μελέτη πάντα δάσση. i. Cura omnia potest. Lacrtius hanc sentētiā Periandro tribuit, qui Isthmū etiam tentari perfodere. Significat autem nihil esse tam arduū, quod diligentia, cura & non efficiatur. Vergilius in Georgicis, Labor omnia uincit improbus, & duris urgens in rebus egestas. Extrat apud Græcos prouerbialis sententia, θεοὶ τ' ἀγαθὰ τοῖς πόνοις παλοῦνη. i. Dī bona laboribus uendūt. Huc allusit Horatius, Perrupit Acheronta Hercules labor. Sophocles in Electra, πόνος ἰ χωρὶς οὐδὲμ εὐτυχῆ. i. Citra laborem nil bene est. Quanc̄ autem in præsentia non est, neq; propositi, neq; operis huius, quicquid ad huiusmodi sentētiā facit, in unū conuerrere, tamen haud grauior, quādoquidem casus obtulit, adscribere uerba Senecæ ex libro de ira secundo. Atq; nihil est, inquit, tam difficile, & arduū, quod non humana mens uincat, & in familiaritatē perducatur assidua meditatio. Nulliq; sunt tam feri, suiq; iuris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcūq; imperauit animus, obtinuit. Quidam nunq̄ ridere consueti sunt. Vīno quidam, alij Venere, quidā omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno uigiliam indefatigabilem extendit. Didicerunt tenuissimis & aduersis funibus currere, & ingentia uixq; humanis toleranda uiribus, onera portare, & in immensam altitudinē mergi, ac sine ulla respirandi uice perpeti maria. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditq; nihil esse difficile, cui⁹ sibi ipsa mens patientiam indixerit.

Quid primum, aut ultimum.

LIIII

τί πρῶτον ἢ τί ἔσχατον. i. Quid primū aut ultimū. Figura puerbialis, qua utimur, quoties aut rerum copiam tātam significamus, ut hælitemus, unde potissimū exordiamur, aut cum perplexi dubitamus, quid primum agere debeamus. Lucianus in libello, cui titulus, de mercede seruientibus, καί τισιν πρῶτον ὡς φιλότιμος, ἢ ἔσχατόν φασι καταλέξω τῶτον ἢ πάχον ἢ πρῶτον ἀνάγκη τῶς ἐπιμοδιῶ σωνότας. i. Quidnam tibi primum amice, aut quid postremū, ut dici solet, cōmemorē, ex his quæ & pati & facere cogunt, ij qui mercede seruiūt. Iuuenalis, Quo te circūagis, quæ prima aut ultima ponas. Eiusdē characteris est illud Euripidis in Iunone insaniēte, ὁμοὶ τῶν ἡμῶν πρῶτον, ἢ τῶν ἔσχατον πρὸς σέθεν θῶμαι. i. Quē uestrū ohe quē pectori admouea meo p̄mū, ultimū ue

Dente Theonino rodī.

LV

Theonino dente rodī dicuntur, qui conuictis lacerantur. Sumptū a Theonino poeta quodam rabiosæ loquacitatis, petulantissimæq; maledicentiæ, unde & Ausonius in carmine Hendecasyllabo, poetam quempiam indoctum & mordacem Theonem appellat. Nec posthac metues, ubiq; dictum. Hic est ille Theon poeta falsus, Bonorum mala carminū Lauerna. Horatius in sermonibus, Dente Theonino, qui circūroditur. Neq; dissimili figura est usus in epistola ad Iulium Florum. Hic delectatur iambis ille Bionæis sermonibus. Acron admonet Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerauerat poetas, sic, ut nec Homero parceret. Porphyrius autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Zoili quoq; mordacitas propemodum in prouerbio est, sed ut inuidum intelligas magis, q̄ oblatratorem. Horatius hoc uitū, alibi succū loliginis uocat, & salē nigrū, quod cū morfu, addat & famæ maculā.

Hipponacteum præconium.

LVI

Hipponacteum præconium pro infami nota dixit. M. Tullius, nimirū prouerbiali schema te, in epistolis familiaribus, de Tigellio quodam ita scribens, Eumq; addictum iā tū puto esse, Calui Licinij Hipponacteio præconio. Nam Hipponax poeta fuit lambographus, amarulē-

B

tus, ac notæ mordacitatis, qui autore Dionysio Halicarnasseo, trimetrum Archilochiū de industria in Scacontē infregit, cū inimicos laccrare uellet, quo uidelicet feriret fortius. Hic Bupalū & Anterinū, quod ab his deformi specie pictus esset, uersibus iambicis infectatus legit. Erat autem Hipponacti notabilis in uultu foeditas, quam obrem quidam imaginē eius proferre in ridentiū circulis, quorum aliquot suis carminibus creditur ad laqueum cōpulisse. Negat id esse uerum Plinius, libro tricesimo sexto, capite quinto.

Archilochia edicta.

LVII

Adagionis faciem habet & illud, quod Cicero scribit ad Atticū, libro secundo, itaq; Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita sunt iucunda, ut eum locum, in quo proponuntur præ multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus. Archilochia edicta contumeliosa uocat ac uirulenta. Archilochi poetæ mordacitas uulgo celebratissima fuit. Is Lycamben focerum a quo fuerat repudiatus, huiusq; filiam a deo uirulentis uersibus infectatus est, ut uterq; se laqueo præfocauerit.

Archilochi patria:

LVIII

Ἀρχιλόχου πατρις, i. Archilochi patria. Diogenianus testatur hoc dici solere de mordacibus, ac maledicis. Videas enim populos nonnullos, natura dicaces, cuiusmodi fuisse ferunt Siculigeno mordere.

Genuino mordere.

LIX

Qui clanculū obtrectant, lacerantq; quempiam, eum genuino mordere dicunt. Persius, Et genuinū fregit in illis, Lucilium sentiens poetā Satyricum. Item Diuus Hieronymus. Possim respondere, si uelim, possim genuinū lasus infigere. Dentes autē genuini sunt omnium reconditissimi, ac propemodum operiti gingiua. Sero emergunt homini. Nempe circiter annum uigesimalium, multis & octogesimo, ut autor est Plinius libro undecimo, capite tricesimo septimo. Et ob id haud ab re, liuoris atq; obtrectationis morbo dicati. Potest non absurde, referri & ad uiperæ denticulos illos, quibus eam uenenū infundere putant. Plinius eodem, quod modo citauimus capite. Nam hi quoq; sunt uiperis sub gena fistulosi. Potest & ad canes referri, qui postremis dentibus ossa duriora circumrodunt. Omnis autē obtrectatio morsus dicitur. Vnde Aristophanes iocatur, in anulo non inesse remediū aduersus Sycophantæ morsum. Diogenes apud Laertium rogatus, cuius nam animantis morsus esset perniciosissimus. Ex feris, inquit, obtrectatoris, ex cicuribus adulatoris. Hoc uenenū Horatius Loliginis succū appellat.

Aureo piscari hamo.

LX

Aureo piscari hamo dicunt, qui mediocris cōmodi cupiditate periculum adeunt, ne maximarum rerū faciant iacturam. Cōmemoratur inter facete dicta Octauij Cæsaris a Suetonio. Fit enim nonnunq; ut piscis hamū etiam ipsum secum auferat. Porro metaphora præterq; a piscatione ducte prouerbij uice sunt usurpata. Sicut expiscari apud Terentiū, pro eo quod est, diligenter elicere, atq; exquirere. Vorare hamū apud Plautum, Semper tibi pendeat hamus, apud Nasonem. Quod si quis pugnet Augusti dictum non esse prouerbium, certe puerbiale est, nec indignum, quod in hūc ordinē adlegat. Potest fieri, ut quibusdā etiā hoc libuerit aureo hamo piscari. Siquidē, autore Suetonio, Nero Cæsar, reti aurato, funibus purpura, crocoq; nexis, piscari solitus est. Proinde quoties sic ambimus quippiam, si potiamur optatis, medio ocre sit emolumentū, sin fallat spes, damnū ingens, apte dicemur aureo piscari hamo.

Sapientia uino obumbratur.

LXI

Plinius historia mundi libro uigesimali tertio, capite secundo, Vinū ieiunos bibere nouicio inuento utilissimum est. Curas, uigoremq; animi impedit, ad Procinthum tendentibus, somno non accommodatum, ac securitatibus, iamq; dudū hoc fuit, quod Homericæ illa Helena ante cibum ministravit, sic quoq; in prouerbium cessit, Sapientiam uino obumbrari. Haftenus Plinius. In prouerbis item ecclesiasticis duo referuntur, quæ sapientem etiam dementent, uinum & mulieres.

Homines frugi, omnia recte faciunt.

LXII

M. Tullius libro Tusculanarū quæstionū quarto, Frugalitatis nomē tanq; ad caput referre uolumus, quod nisi eo nomine uirtutes continerent, nunq; illud tam peruulgatū esset, ut iam prouerbij locū obtineret. Homines frugi, omnia recte facere. Haftenus Cicero. Docet adagium quosdam improbos homines, certis in rebus nonnunq; esse usui, ac præclare se gerere, uerum ubiq; ac perpetuo præstare uirum integrum, atq; inculpatum, id eius demū esse uidentur qui natura, uereq; sit probus. Alludit ad hanc sententiam Euripides in Hecuba, cum ait, Ἀρετῆς

πρὸς αἰεὶ· ὁ μὲν πνηρὸς οὐδὲμ ἄλλο πλὴν κακός, ὁ δ' ἐδδλός, ἐδδλός, οὐδὲ συμφορᾶς ὑπὲρ φύσιν δ' ἐφθερῶ, ἀλλὰ γρησός ἐστ' αἰεὶ. i. *Cæterum in mortalibus Quisquis malus, nil aliud ille, q̄ malus, Frugi usq; frugi est. Non enim ingenium grauis Fortuna uitiat. Sed probus semper manet. Itē in Iphigenia in Aulide, ὁ δ' ὀρθός, ἐδδλὸν σαρῆς αἰεὶ. i. At qui probus. Is palam est semp probus. Aristoteles libro moralium septimo, τότε τὸ ἀγαθὸν ἀπλοῦν τὸ ἢ κακὸν πλύμορφον, Ἐὐαθὸς μὲν ὁμοιοῦται αἰεὶ, ἢ οὐ μεταβάλλεται ὁ δ' ἄδικος, ὁ δὲ φαῦλος ἢ ὁ ἄφρων οὐδὲμ ἔοικεν ἑωθεμ ἢ ἑσπερας. i. Sigdē qd' bonū, idem simplex, cōtra quod malū, id uariū est. Et qui bonus, is semp sui similis, neq; unq; cōmutat mores. At quisquis improbus & stultus, haud quac̄q; idem esse uidef manet & uel perit. Huic mire cōcinit illud literarū arcanarum, Stultus ut luna mutatur, sapiens permanet ut sol.*

Fallacia alia aliam trudit.

LXII

Terentius in Andria, Fallacia alia aliā trudit. Donatus admonet prouerbiali figura dictū. Sumptum a consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis confarcinantium ne deprehendant. Vnde cōsūtis dolis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi Technas, Et δόλος ὑφάναει, apud Homerum, id est dolos texere.

Sera in fundo parsimonia.

LXIII

Prouerbialis sententia apud Senecam in prima epistola. Sera in fundo parsimonia, digna profecto, quæ omni scrinio, omni cado, omni cællæ penuariæ inscribatur. Admonet in tēpore parcendum rebus necessarijs, neq; imitandum profusorum uulgus, qui tum deniq; incipiunt parcere, posteaq; uiderint minimū superesse. Erit elegantior sententia, si traducaf ad res animi. Veluti si quis admoneat iuuenes, ne sināt optimos illos ānos inaniter effluere, ne illis eueniat, quod plarissq; solet euenire, ut iam natu grandes animū ad res honestas applicēt, & cum perpusillum uitæ superfit, tum tempori parcere incipiāt. Scram enim in fundo parsimoniam esse. Prouerbiū sumptū apparet ex Hesiodo, cuius hi sunt uersus in opere, cui titulus, Opera et dies, Ἀρχομύς δὲ πιδυ καὶ λήγοντες κορέσασθ' μεσοδι φέδεσθ', δ' εὐνὴ δ' ἐπὶ πυθμύϊ φεσθ'. i. Plena ubi dolia sunt, aut iam prope inania uini Tum satiari, sed in medio fac parcior esto Absurdum siquidem & grane in imo parcere fundo. Allusit huc Persius Satyra secunda. Donec deceptus & expes, Ne quicq; fundo suspiraret nūmus in imo. Plutarchus in symposiacis, decadis septimæ, problemate tertio, indicat poetam admonuisse, tum esse bibendum uinum, cum est optimū, Vinum autem in medio saluberrimū, optimūq; esse potu, quemadmodū summa pars olei potissimū laudatur, mellis infima. Primū, quod uini uis calor est. Is autem uidef maxime colligi circa medium, proinde id optimū est seruare. Deinde uini pars inferior uicina fecis corrumpitur, summa pars ab aere proximo læditur. Nam acrem inimicum esse uicino, uel illud satis arguit, quod dolio pleno, uinū min⁹ uappescit, quā semipieno. Tū qd' terra defossa, ut aer attingere non possit, q̄ diutissime uigorem suum conseruant. Theocritus item in charitibus, κενεῶς ἐπὶ πυθμύϊ χηλοῦ. i. Vacuæ fundo capsæ. Scrinium inane si gnificans.

Sybaritica mensa.

LXV

Συβαριτικὴ ἑσπερα. i. Sybaritica mensa. De cōuiuio dicebañ nimiū apparato. Natum a gentis eius moribus. Est enim Sybaris oppidum uicinum Crotoni, ut testis est Herodotus libro quinto. Stephanus in Italia constituit, atq; postea Thurion appellatū. Vnde Sybaritæ dicti, gens in architectura uoluptatū, operosissima. Suida teste, luxu, delitijsq; adeo notabilis, ut quicq; effœminatū, quicquid molle, quicquid accurata, atq; ambitiosa luxuria paratū esset, id uulgo Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in libro tristium secūdo, scribēs ad Augustū, Nec qui cōposuit nup Sybaritida fugit. Sybaritida uocat opus Hemitheonis cuiusdam cinædi Sybaritæ, de generibus uoluptatū, & obscœnarū deliciarum. Itē Martialis libro duodecimo, Qui certant, inquit, Sybariticis libellis. Philo Hebraus in uita Moyfi Sybariticas nequitias uocat lasciuia poemata. Maximus Tyrius in dissertatione tertia de uoluptatibus, Sybariticas saltationes cōmemorat. Aristoteles libro moralium Eudemiorum primo, Smyndiridē quoq; Sybaritā comparē Sardanapolo inter uoluptarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas Sybariticas appellatas scribit. Idē refert Sybaritas instituisse, ut equi ad tibiæ cantum saltare cōdiscerēt. Et luxuriosos Sybaritas appellatos, & Sybarissare, Sybaritarū ritu delitijs indulgere dictum. Astipulat & Quintilianus libro tertio, Frugalitas, inquit, apud Sybaritas in dulsan odio foret. Plutarchus in cōuiuio septē sapientū, tradit apud Sybaritas hūc fuisse morem, ut mulieres ab usq; anno priore ad conuiuū uocarent, quo se per ocium auro, uestibusq; possent exornare. Hæc atq; huiusmodi ferme referunt ab Angelo Politiano Miscellancorū,

B 2

capite decimoquinto. Caterum conuiuū Sybariticum depingit, ac missus Sybaritici meminit Aelius Lampridius in Heliogabali uita imperatoris luxu pditissimi, adeo ut inde nomen inuenerit, uulgo dictus Apicius. Sed Lampridij uerba subscribā. Semp, inquit, sane aut inter flores sedit, aut inter odores præciosos. Amabat sibi præcia maiora dici, earum rerū, quæ mensæ parabantur, orexin in cōuiuio hanc esse asserens, Sexcentorū struthionū capita una coena multis exhibuit, ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale cōuiuium, ut haberet uigin ti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauarentur, & mulieribus uterentur, & ipse & amici cum iureiurando, quod efficrent uoluptatem. Celebrauit item tale cōuiuium, ut apud amicos singulos, singuli missus apparerentur, & cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Cælio, alter trans Tyberim, & ut quisq; mansisset, tamē per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur, icturq; ad omniū domos, sic unum conuiuū uix toto die finitum est, cum & lauarēt per singula fercula, & mulieribus uterentur, Sybariticum missum semper habuit ex oleo & Garo, quem, quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum interitu, permulta cōmemorat & Athenæus in Dipnosophistis. Aristophanes, ἐν Εἰρήνῃ, σιβαρίζουμ dixit, pro eo, quod est opipare, ac genialiter uiuere, ἠδὲ δ' ἑξέσαι τὸδ' ἡμῶν πλεῖν, μλίειν, κινεῖν καδένδεον εἰς παυκγύρης θεωρεῖν ἐσιᾶσθ' κοῦπαβίζουμ σιβαρίζουμ. Iam uero licebit uobis nauigare, manere, mouere, dormire, in festis spectare, conuiuio accipi, Cot tabo ludere, Sybarissare.

Sybaritica calamitas.

LXVI

συβαριτικὴ συμφορὰ. i. Sybaritica clades Stephanus tanq; prouerbiū notauit. Porro quemadmodum Sybaritæ perierint, Idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiusmodi acceperāt, Εὐδαμομ σιβαρίτα πανένδαμομ, σὶ μὲν αἰεὶ ἐμ δαλίσι θεῶν ἡμῶν γλῆος αἰεὶ ἐόντων εὐτ' ἄρ' ἡ πρὸτερον θηκῆμ δεῖοιο σιβίρη τιμῆκασσι πόλεμος τε καὶ ἐμφύλιος σάσις ἦξει. i. Felix omnino felix Sybarita futurus, Dum rebus lætis uenerabere numina diuum, At simulatq; illis mortalis homo anteferetur, Tum ueniet, bellumq; tibi atq; domestica turba. Euenit deinde ut Sybarita quispiam seruū loris cæderet in agro, qui cum ad numinis aram confugisset, nihilominus pfe quente domino cædebat. Quod ubi uidit, sibi nihil profuisse numinis reuerētiam, protin⁹ ad monumentum patris herilis confugit, atq; ibi demū religione cōmotus herus, destitit a cædendo. Itaq; iuxta dei responsum, a Crotoniatis euerfi sunt Sybaritæ. Aelius Lampridius in uita Heliogabali scribit eos eodem āno perisse, quo missum ex oleo & Garo reperissent, quē ob id Sybariticum uocabant, ut modo diximus. Quadrabit adagiū in eos, qui neglectu Deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

Sybaritæ per plateas.

LXVII

συβαρίτη διὰ πλατείας. i. Sybaritæ per plateas. Contra fastosius ingredientes per uiam, selesq; uelut ostentantes. Sumptum adagium a fastu, luxuq; Sybaritarum. Aphricanus in oratione quæ Cestis inscribit. Sed enim, inquit, Sybaritæ fastu præurgidi. Venustius erit, si paulo longius detorqueatur, ueluti si de homine insolentius se gerente, aut arrogātius de se loquēte, dicas, συβαρίτης διὰ πλατείας. Cognatum est illi, quod alio dictum est loco, ἀρσοπαγίτης. Refertur adagium a Suida, atq; Zenodoto.

Syracusana mensa.

LXVIII

συρακυσία τράπεζα. i. Syracusana mensa, prælauta atq; opipara dicebatur. Syracusani enim, ut erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus, ac delitijs addictissimi. Lucianus in Dialogo Symiliac Polystrati, καὶ τράπεζα, inquit, ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. i. Ac mensæ Siculis lautiores. Meminit Siculæ mensæ Plato quoq; lib. de Rep. tertio. Meminit & Diogenes i epistola quadā, ad Aristippū. Itē Aristides in Pericle. Parœmia refertur a Zenodoto. De Syracusanorū luxu meminit Aristoteles in Politia eius gentis, Addens Dionysium minorem nonnunq; ad nonagelimū usq; diem, ebrium perseuerasse, atq; ob eam rem cæcutientibus, ac uitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrastus apud Athenæum, amicos illius & compotores in conuiujs ad mulare solitos, non uidere sese, uel cibos, uel calices appositos, uidelicet ad eum modum, adulantes regi cæcutienti, unde διονυσόκολακες sunt appellati. Apud eūdem Aristophanes, ἐν δαιταλεύσιμ. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάδετε τὰυτὰ ἐμοῦ πέμπντος, ἀλλὰ μάλλον πίναμ, ἔπειτ' ἄδου κακῶς συρακυσίωμ τράπεζαμ. i. Atqui hæc quidem me duce non didicistis, uerum bibere potius, deinde male cæcutere, Syracusanorum mensam. Item Plato de Rep. libro tertio, συρακυσίωμ ἢ ὃ φίλε τράπεζαμ ἢ σικελικῶν πικυλίωμ ὅψις ὡς ἔοικας οὐκ εἰνῆς. i. Syracusanā amice mensam, & Siculā in obsonijs ua-

rietatem, non uideris approbare. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam et Italicam sic imitantur, ut propemodum superent, huiusque prouerbij gloriam plane perdidērunt. Vnde Fauſtus Andrelinus Foroliuēſis poeta, non ſolum laureatus, uerum etiam regius, uetus congerro meus, qui plus quā triginta iam annos in celeberrima Parrifiorū Academia, poetice docet, in carmine, quod de pauimento Parrifienſi inſcripſit, adagione in Anglos deriuauit. Menſa, inquit, Britanna placet. Et haud ſcio unde natum ſit hoc uulgatiſſimū apud Gallos prouerbium, ut cum hominem uehementer cibo diſtentum uelint intelligi, dicāt tam ſatur eſt, quā Anglus. Verum iidem ut illis attribuunt *πλυταγία*, ita nobis *πλυπσία* aſcribunt.

Spithama uitæ.

LXIX

ἑπιθαμὴ βίου. i. Spithama uitæ, hoc eſt modus uitæ perpuſillus. Prouerbialis eſt figura, tuo ſumpta a rerum menſuris, apud quos Spithama ſeu palnus, digitos duodecim continet, quantum ferme longiſſimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoque puſillum homunculū, palmū hominis appellāt idiotæ noſtrates. Refert adagiū a Diogeniano.

Temporis punctum.

LXX

ἑπιγμὴ χρόνου. i. Punctum temporis. Simili figura dixit Terentius. Tum tēporis ad hoc punctum mihi eſt, id eſt, ſpaciū breuiſſimū. Apud Mathematicos enim punctū indiuiſibilis quædam pars eſt lineæ. Plutarchus de pueris inſtituendis, *ἑπιγμὴ χρόνου πᾶς ὄσιν ὁ βίος*. i. Tēporis punctum eſt omnis uitæ.

Noua hymettia, falerna uetera.

LXXI

Macrobius libro Saturnalium ſeptimo. Cur Diſari mel & uinum diuerſis ætatibus habentur optima, Mel, quod recentiſſimum, Vinum, quod uetiſſimum. Vnde eſt & illud prouerbium, quo utūtur gulones, Muſſum, quod probe temperes, miſcendum eſt nouo Hymettio, falerno uetulo. Quod adagium, non uideo, ubi nobis poſſit ului eſſe. Sed tamen adſcripſimus, ne nihil omnino de popinis mutuati uideremur. Nili forte placeat eo torqueri, ut dicamus e diuerſis rebus quædam optime conſari.

Qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit, ſaluus erit.

LXXII

Aelius Lampridius in uita Alexandri Seueri. Idem, inquit, addebat ſententiā, de furibus notam, & græce quidem, quæ latine hoc ſignificat. Qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit, ſaluus erit. Admonet adagium, id quod noſtris quoque temporibus uulgo factitāt, fures non omnino ſtupidī, non niſi magnis prædis iniiciendam manum, ut ſuperſit quo iudicem, ſi forte ſit opus, corrumpant atque exoculent. Cæterum qui parua tollunt, deprehenſi pendent, utpote quibus nihil ſit quod impertiant præfectis.

In ſimpulo.

LXXIII

M. Tullius libro de legibus tertio, agens de lege tabellaria, hoc eſt, de iure ſerendorū per tabellam ſuffragiorum. Et auus quidem noſter, inquit, ſingulari uirtute in hoc municipio, quo aduixit, reſtitit. M. Gratidius, cuius in matrimonio ſororem, auiam noſtram habebat, ſerenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quod poſt filius eius Marius in Aegæo excitauit mari. Haſtenus Cicero. Quantum igitur coniectura conſequi licet, in ſimpulo fieri dicebāt, quod uel clanculum uel in re minuta atque humili fieret. Eſt enim ſimpulum, autore Feſto, uas paruū, non diſſimile cyatho, unde mulieres diuinis rebus deditæ, Sympulatricæ uocentur. M. Varro ſcribit, uas eſſe minutim fundens, in cuius locū ſucceſſerit Epichyſis, unde ueteres res minutas, nulliusque pretij, Simpularias appellabant. Plinius libro trigefimoquinto, capite undecimo. In ſacris quidem etiam inter has opes, nō myrrhinis cryſtallinis ue, ſed fictilibus prolibaſ Simpulis innocentius. Atteſtatur & M. Varro cū apud Nonium Marcellum ait Deos ipſos, uili ſimpulo inuitari. Item Apuleius, in hodiernū, ingit, populus Romanus, Dijs immortalibus ſimpulo & Catino fictili lacrificat. Proinde non abſurdum mihi uidetur, ſiquis exiſtinet ſumptam allegoriam a puerorum luſu, quo ſolent per ſimpulum anguſtam in ſimpulum inflantes, quali fluctus quosdam & aquæ ſtrepitum excitare.

Proteo mutabilior.

LXXIII

πρωτεύς ποικιλόπτερος. i. Proteo mutabilior, in uafum & uerſipellem competit. Lucianus in ſatiricijs, Iouē *ποικιλόπτερον αὐτοῦ πρωτεύς*, appellat, quod ſe ſubinde in alias atque alias formas trāſ figuraret. Horatius in eos, qui facile uertunt ſententiā. Quo teneā uultus mutantem Protea nodo. Item alibi, Effugiet tamen hæc ſcleratus uincula Proteus. Protea uocat tergiuerſantē, & quem Græci uocant, *δυσφύρατος*. i. Deprehenſu difficilem. Porro fabulam Protei notioſam

B 3

arbitror, quæ ut hic sit recensenda. Extat apud Homerū Odissæ quarto, & apud Maronē quarto item Georgicon. Simili figura dicere & Vertumno incōstantior. Nā hic deus in omnigena specie sese uariat. Vnde & nomē reperit apud Latinos. Hor. Vertumnis, quotquot sūt natus iniquis. Huius meminit Ouidius describens, quemadmodū amans Pomonā Deam, alias subinde formas assumpserit. Et εὐμειθαβολώτερος ἔμψοςος, i. Empusa mutabilior. Cuius mentionem fecit Lucianus in cōmentario de saltationibus, ἰδοὺς τ' ἄμ οὐδ' αὐτὸς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὠκέως διαλλαττομένης, καὶ αὐτὸν μιμουμένης τὸν πρῶτα, ἐκάλειν ἢ ἕξιν ἢ πλὴν ἔμπροσθα πλὴν ἐξ ἑμυρίας μορφῆς μεταβαλλομένης, i. Videbis igitur ipsos eodē in tēpore subito in aliā transfigurari specie, atq; ipsum referre Proteum. Quin & Empusæ exemplū conferre oportet, quæ sese in innumera- biles uertit formas. Meminit huius Aristophanes in Ranis, καὶ μὲν ὄρω νῆ ἴσθ' ἰδία θηρίον μέγα ποῖόν τι, δεινόν, πῶν δ' ἀπὸ γούμ γίγνεται, τότε μὲν βοῦς, νῦν δ' ὄρευς, τότε δ' αὖ γυνὴ ὀραιοτάτη τις, πῶ δ' ἔστι φέβ' ἐπ' αὐτὴν ἰὼ, Ἀλλ' οὐκ ἔτ' αὖ γυνὴ ἴσθ' ἄλλ' ἠδ' ἠ κύνων ἔμπροσθα ἴσθ' ἔστι, i. At maximā pfecto uideo beluā, Qualē Nouā, quæ in cuncta subito uertit, Modo bos, mō aut mulla, rursus fœmina Pulcherrima, age ubi est: Recta ad illā iā feror, At rursus haud est mulier, imo iam canis Empusa p̄inde est. Interpres adscribit Empusam spectrū quoddā esse, quod ab Hecate soleat emitti uidendū miseris & calamitosis. Id subinde cōsueuit alijs, atq; alijs formis exhibere sese. Quidam existimant meridianis horis apparere solitū, ijs, qui parentant manibus. Quod quidē haud scio, an recte possit referri ad id, quod extat in psalmis Hebræorū, Ἄπ' οὐρα πῶματι ἡ δαίμονίου μεσιμβρινοῦ, i. Ab occurfu & dæmonio meridiano. Sunt qui in hanc ipsam Hecaten affirmant esse. Narrant aut uno uideri pede, unde & nomen inditū putant, ἔμπροσθα οἶονε, ἐν ἰπείδα. Demosthenes ait, Aeschini smatrē, cui ipse Leucotheæ nomē mutasset, appellatā fuisse Empusam, eo quod quæstus gratia, quiduis & faceret, & pateretur.

Amicus magis necessarius, quæ ignis & aqua.

LXXV

Ἀναγκαιότερος ἢ πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος, i. Amicus magis necessarius, quæ ignis & aqua. Hypbole puerbialis, admonens neminē esse tā diuītē aut potentē, quin opus habeat amicorū officijs. Quæadmodū em̄ citra ignē & aquā nō cōstat hominū uita, ita nec sine cōsuetudine, atq; opera familiarī, quos ob id ipsum Latini necessarios uocant. Innuīt adagiū duo quædā maxima cōmoda colligi ex amicitia, uoluptatē, & usum. Nihil est em̄ neq; iucundius igni, neq; utilius aqua. Quæobrem recte scripsit Horatius. Nil ego cōtulerim iucundo sanus amico. Item Euripides apud Plutarchū, εἰς ὄμματ' εὖνυ φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύν, i. Dulce est tueri homis amici lumina. Recenset adagiū a Plutarcho, cōmētario quē scripsit, quo pacto sit dignoscendus assentator ab amico, καὶ δ' ὅτι καὶ λέγετ', πῦρὸς ἢ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος, i. Quapropter etiā dicunt amici cū igni quoq; & aqua magis necessariū esse. Extat & apud Aristotelē in moralib⁹, & apud Ciceronē in Lælio. Hodieq; uulgus indoctū habet in ore, Tolcrabilius uīuī sine pecunijs, quæ sine amicis.

Lupus circum puteum choream agit.

LXXVI

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει, i. Lupus circum puteū chorū agit. In eos dicere, qui sumpta inaniter opera, spe sua frustrant. Aliunt enim lupo morē esse, ut siquādo sitiat, nec tuto se possit demittere, circum puteum oberret, frustra inhians aquæ, quā non possit cōtingere. Sunt q̄ parcemiā inde ductam existiment, quod aliquando ueniat usu, ut lupus pecudē aliquā, aut hominē insecetur, qui posteaq; se in puteum quempriā altiorē metu demiserit, obambulat ille, uelutiq; saltantiū in modum in orbem circūagitur, præde cupiditate, qua tamē potiri non queat. Plutarchus in cōmētario, cui titulus, quomodo possit adulator ab amico dignosci, ὡς ἄρα μὲν οἱ πολλοὶ πλὴν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς ἄρα μὲν οἱ πολλοὶ πλὴν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς ἄρα μὲν οἱ πολλοὶ πλὴν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας, i. Qua qui utuntur, seipfos quoq; in perniciem adducunt, re uera, saltationē illam circum puteum saltantes. Loquit aut de dicacitate intēperatī & uirulenta, qua fit, ut nec illis quicquid utilitatis adferamus, in quos dicimus, & nobis ipsis maximū malum conciliemus. Refertur adagiū a Zenodoto, Suida, Diogeniano.

Lydius currus.

LXXVII

Λύδιον ἄρμα, i. Lydius currus. Hoc scommate notabant, qui in certamine quopiā longe ceteris essent inferiores, & πρὸς λυδίον ἄρμα θέει, i. Iuxta lydium currū curris. Plutarchus in libello quē inscripsit, de dignoscendo assentatore ab amico, τὸν ἢ κρείττονα τρέμα καὶ δέδοικε, οὐ μὰ δία παρὰ λυδίον ἄρμα πρὸς οἰχενέωμ, ἀλλὰ παρὰ χυσοῦ ἐφοδόν. Ceterum superiorē metuīt ac ueretur, non Herde ad currū Lydiū pedes ingrediēs, sed ad aurū purū. Refert adagiū a Diogeniano. Quiddā ad Pelopem Lydū referunt, qui suo currū uicerit Oenomanū. Effert & ad hūc, ut dixi mo

dū parœmia, παρὰ λυδίου ἄρμα θέει, i. Præter Lydiū currū currere, aut iuxta Lydiū currū, ut pedes intelligatur certare cum Lydio curru uclocissimo. Quod quidē certamā nimis inique cōparatum uideatur. Achilles apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, pedestri cursu certat cū quadriga & uincit.

Cinclus.

LXXVIII

κίγκλοι, i. Cincli, rusticano puerbio dicebant, præter modū pauperes, quibus neq; domus esset, neq; quicq;, quod suū possint dicere. Qualem Catullus describit Furiū, cui neq; uillula fuerit, neq; domus, neq; arca. Cinclus eī auis quædā est imbecillis, atq; inualida, ita ut nō possit ipsa sibi propriū nidum parare, proinde oua nidis supponit alienis. Vnde & rustici uerterūt in adagionē, ut mendicos & erroneos Cinclos uocent. Author Aelianus libro de naturis animātiū duodecimo. Quod genus homines Græci ἀνεσίους uocant. Suidas tradit Cinclum auē esse maritimā gracilem, nulloq; ferme corpore, cui peculiare sit clunium pennas subinde mouere, unde & nomen additū, σασοπυγίδι, nimirū ab agitatione caudæ, Eam, puerbio fecisse locū, quo Menander sit usus in Thaide πτωχότερος λεβριδός η̄ κικάλου, i. Mendicior Leberide, atq; Cin calo, κικαλίζωμ dici pro eo, quod est cōmoueri, & ostrepere.

Quæ sub alis fiunt.

LXXIX

Αἰ ὑπὲρ μάλης πρᾶξις, i. Facta subalaria. Prouerbiali figura dixisse uidef Plutarchus in cōmentario, quod inscribit, quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico, πόνου, inquiring, καὶ αὐτοδῆς ἐπάσης ἀπολαπόμενος, ἐν ταῖς ὑπὲρ μάλης πρᾶξις ἀπροφάσιτος ἔστι, i. Ad laborē & res honestas segnis, in his rebus, quæ sub ala fiunt, nihil recusans. De adulatore loquit ad honesta officia, tum pigro, tum inutili, ad uoluptaria ministeria p̄mpto, uidelicet ad scortū cū fide adducē dū, ad cōparāda opsonia, ad instruendū cōuiuū. Equidē, opinor, ob id adulationi sub alis sedē datā esse, qd hæ corpis ptes titillationē præcipue sentiāt, Siue ob cutis tenuitatē, Siue quod insolitus nobis earū cōtactus p̄tiū, Siue quod is locus uenulas habeat, quib; frictu calefactis eiusmodi nascat̄ delectatio. Quid aut̄ aliud est adulatio, q̄ auriū pruritus quidā & gargarizatio? Vnde Lucian; in Dialogo quodā Charontis Menippi & Mercurij, Philosophū quēpiā omib; exuens uitij, ἐμ̄ ἐτι τὸ βαρῦταρμ ὑπὲρ μάλης ἔχει, τί ὧ̄ μένιππε, κολακίᾳ ὧ̄ ἐρμῆ, πολλὰ ἐμ̄ τῷ βίῳ χησιμύσσα σαμ̄ αὐτῷ, i. Vnū quddā adhuc sub alis gestat, quod est omniū grauissimū. Quidnā Menippe; Adulationē, Mercuri, quæ illi plurimū attulit emolumētī in uita, Nisi siq; malit τῇ μάλης, ita dicitū, ut alibi Lucianus dixit, τῇ κόλπῳ, Sub sinu, significans eū Veneris usum, q nō uacat turpitudine. Nam oscula quæq; supra sinum fiunt, utcunq; cum honestate possunt cohærere. Cæterū infra sinum οὐδὲμ ὕγιες,

Simul sorbere & flare difficile.

LXXX

Tranio seruus apud Plautū obiurgatus est ab hero, quod non maturius redisset, cum ille se aliubi fuisse diceret, nec simul apud herum esse potuisse, & illud, quod iussus fuerat, peragere, Si uoles, inquit uerbū hoc cogitare. Simul flare, sorbereq; haud factu facile est. Cōmode utemur hoc adagio, siquando significabimus negocia quæpiam id genus esse, ut pariter ab ipsdē tractari non queant. Veluti liquis conetur simul & literis & uoluptatibus uacare. Simul amoribus & parsimonix indulgere. Simul uxori, studijsq; satisfacere. Simul & poetis & Theologicis studijs operā dare. Simul & mundo seruire & Christo. Quemadmodū fieri non potest, ut quis eodem in tempore sorbeat hausto spiritu, & flet emisso halitu. Affine uidetur huic adagio dictū illud euangelicū, Nemo potest duobus dominis seruire. Nemo potest Deo seruire & mammonē. Item illud Photionis ad Antipatrum, οὐ δύνασαι μοι ἢ φίλῳ χηρῶς, ἢ κόλπῳ, i. Nō potes me simul & adulatore uti & amico. Ad hæc scenarius ille, qui falso Senecæ inscribitur, Amare & sapere, uix Deo cōceditur. Quodq; ait Terentiū imitatus Horatius, Nihil opus explicet, ac si Insanire paret certa ratione, modoq;

Manum admouenti fortuna est imploranda.

LXXXI

τὴν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰμ τύχαμ ἐπικαλεῖμ, i. Manum admouenti fortuna inuocanda est. Admonet adagium ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihilo segnius, quantū in nobis est, etiam ipsi nostra admittamur industria. Alioqui nō audituros superos inertū, ac desidiosorum uota. Quemadmodū eleganter scripsit Alexander HEGIVS, primus pueritiæ meæ doctor, haudquaq; pœnitēdus. Solas iure Deus p̄ces, Quo nemo magis impiger Aut infestior ocio Aueriat inertū. Plutarchus in Apothegmatis Lacedæmonicis, refert apud eā gentē Deos, Deasq; omneis cum hastis fingi solere. Venerem etia ipsam armis indutam, tanquā ne illi q.

dem ocium agant, sed bellicis studijs exerceant. Addunt, inquit, & prouerbiū, τὸν χεῖρα ποτι-
φέροντα τὰν τύχῃ ἐπικαλεῖσθαι. i. Ita fortunā inuocādā, ut interim nihilominus manū admoucas,
Aeschylus apud Stobæum, φιλεῖ δὲ τῶν κάμνοντι συσπειθεῖν θεός. i. Huic qui laborat, adesse numē
assolet. In eandem sententiā Pindarus, πρὸς ἄκρον ἀρετῆς ἔλθοι οἷτε πόνωμ ἐγεύσαντο, σὺν θεῷ δὲ τῷ
χρ. i. Ad summū uirtutis apicem peruenerunt, qui gustarūt labores, non autē sine dcī fortuna.
Proinde nec ita fidendū industriæ, ut diuinā opem negligamus, nec ita rursū pendendū ab
illa, ut nostrum prætermittamus officium.

Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.

LXXXII

M. Tullius Tusculanarum quæstionū libro primo, Sed hic quidem, quibus eruditus sit, sicut
est, hæc magistro cōcedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorū
præcipit. Quā quisq; norit artem, in hac se exerceat. Hactenus Cicero. Est autē senarius iam-
bicus, admonens, ut quarū rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis, tractandisq; uerse-
mur, quarū uero sumus rudes, eas doctioribus cōcedamus, neq; professionē alienā nobis uen-
dicemus, neq; in messem alienā mittamus falcē, neue sutores ultra crepidā iudicemus. Aulus
Gellius ex Euripide citat, Sed in sensum nō nihil diuersum a Ciceroniano, Nepe suo quicq; uir-
tutis instituto, studioq; impense delectari, quod in eo se laudē aliquā assecuturū cōfidat. Accidit,
inquit, illis, illud Euripidis, Qua in re clarus quisq; est, ad eam pperat, & diei partē illi plurimā
impertit, in qua ipse se exuperet, Cōtra, in qua stupidior, ac nihili sit, inde effugit eaq; cōtēnit.
Ad hoc puerbiū allusit Horatius ita scribens, Nauem agere ignarus nauis, timet, Abrotanū
agro non audet, nisi qui didicit dare. Quod medicorū est, Promittūt medici, tractant fabrilia
fabri, Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. Huc ptinet illud Pindaricum, quod refert
Plutarchus cōmentario, quē inscripsit, περὶ τῆς εὐδυνμίας. τῶν ἄρμασιμ ἰστωσος ἐμ δ' ἀρότην βοῦς, παρα-
ναῦμ δ' ἰδίνα τάχιστα δ' ελφίς, κάπρω δὲ βουλεύοντι φόνουμ, κύνά δ' εἰ τλάθυμομ ἐξόρῃμ. Equus in quadrigis,
in aratro bos. Nauem ocyslime præuertit Delphinus. capro cædem molienti inueniēdus ca-
nis laborū patiens. Videlicet significat unūqueq; adhibendū ad id, in quo ualet.

Dedi malum & accepi.

LXXXIII

Dedi malum & accepi. Beticū adagiū est, quo licebit uti, quoties eiusmodi pmutatio uide-
bitur facta, ut malum pro malo sit redditū, & par pari relatum, ueluti siquis improbū generū
dedisset, ac nulum item improbā recepisset. Recensetur & explicat a Plinio iuniore in episto-
lis. Cecilius, inquit, Classicus homo foedus & aperte malus, consulatū in ea parte nō minus ui-
olenter, quā sordide gesserat, eodē anno, quo in Africa Marius Priscus. Erat autem Priscus ex
Betica; ex Africa Classicus, inde dictum Beticorū (ut plarūq; dolor etiam uenustos facit) nō
illepidum ferebatur. Dedi malum & accepi.

Carpit citius aliquis, quā imitabitur.

LXXXIII

μιμῆσται τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. i. Reprehendit aliquis citius, atq; imitabit. Senarius hic Apollo-
dori pictoris operibus inscribi cōlucuit, qui primus umbrarū imitationē inuenit. Apte dicitur
de re quapiā artis absolutæ, atq; inimitabili. Porro res egregias multo procliuius est carpere,
quā æmulari. Cæterū est elegās προσονομασία in duabus uocib; Græcanicis μιμήσεται & μιμῆσται,
quæ cū sono minimū distent, tamē res declarāt longe diuersissimas

In foribus adesse.

LXXXV

περὶ τὰς δύρας. i. In foribus adesse, dicitur allegoria puerbiali, quod instat, iamq; in pximo est:
Plutarchus περὶ τῆς δύρας ὄντος. i. Cum febris in foribus adest. Sic & orbis opifex, in arca-
nis literis, ad Cain fratricidam, Sin male egeris, statim in foribus peccatū tuū aderit.

Alia Lacon, alia asinus illius portat.

LXXXVI

Ἄλλὰ μὲν λάκων λέγει, ἄλλα δὲ λάκωνος ὄνος φέρει. i. Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis asinus
portat. Effert apud quosdā & ad hunc modū paroemia, Ἄλλὰ μὲν λεύκων, ἄλλα δὲ λεύκωνος ὄνος φέρει.
i. Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebat, quorū oratio dissentiret a factis.
Narū aiunt ab huiusmodi quodam euetu. Agricola quispiā nomine Leucon solitus est utres
melle plenos storeis obuolucere. Rogatus autē ab exactoribus uectigaliū, quidnā portaret, or-
deum se portare respōdebat, uidelicet quo minus pecuniæ psolueret. Sed cū euenisset aliquā
do, ut lapsus in terrā asinus onus effudisset, accurrerūt exactores, in reponendis sarcinis auxili-
lio futuri. Verū ubi interim cognouissent mel in utribus esse, nō ordeū, Leuconē obtorto col-
lo abduxerūt, tāq; q se debito uectigali fraudasset. Atq; illud ridentes addiderūt alia Leucon,
alia portat asin, quæ uox postea uerba est in adagionē, Referat a Zenodoto & a Diogeniano,

Corpore effugere.

LXXXVII

Corpore effugere, est periculum iam imminens, ac pene premens arte quadam declinare. Translatū a gladiatoribus ictum modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Catilinam inuectiōe prima. Quot ego tuas petitiōes ita cōiectas, ut uitari posse nō uiderent, parua quada[m] declinatiōe, & (ut aiunt) corpore effugi. Hactenus Cicero. Itaq; quoties aliquē discrimi- ne q̄ minimo a periculo abfuisse significabimus, corpore declinatū malum dicemus. Minus enim periclitant, qui mōenibus, aut alio quopiā obiectu defendunt, Verū qui nudī telis obiecti, nihil habēt, quo se tueant, nisi cōmodo corporis deflexu, ij demū in extremo periculo uer- sari uident, pene diuersa figura dixit Catullus. Cōtra nos tela ista tua euitamus amictu, id est, facile depellimus, nō secus, q̄ muscarum insultus.

De alieno ludis corio.

LXXXVIII

De alieno corio ludere prouerbio dicunt, qui securius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria uel a coriarijs, uel ab Apologo quopiā, uel a seruis, qui siquid peccatū sit, tergo dant pœnas. Apuleius in Asino aureo libro septimo. Quod siquo modo cæteri latrones persense- rint, nō rursus recurre ad asinū, & rursus exitiū mihi parabis. Re uera ludis de alieno corio. Verba sunt Asini, puellam accusantis, quod cū prius illius culpa fuisset, in discrimē adductus, in fuga, nūc denuo cōmittat, ut sit rursus fugiendū, idq; suo potissimū piculo. Allusum est au- tem ad asini coriū, quod mortuis detrahūt. Est simile quiddā & apud Plautū, de meo tergo de- gitur coriū, id est, res meo sit periculo. Neq; dissimile quod refert Festus p scapulis, id est, p periculo plagarū. Circūferē apud nostratiū uulgus nō absimile huic prouerbiū. Ex alieno ter- gore lata secari lora, Quo quidē significant unūquēq; minus esse parcū in alieno, q̄ in suo.

In herba esse

LXXXIX

Vbi spem immaturā indicamus, ac longius adhuc abesse, ut consequaris, in herba esse dici- mus. Sumpta metaphora a segetibus, teneris adhuc & herbescētibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quod plurimi casus solent incidere, qui nō sinant cultorē optato potiri. Verum ubi iam demessam segetē in horrea cōuexit, tum demū utcūq; tutum est bene sperare. Ouidius in epistola Helenes ad Paridem. Sed nimiū properas & ad- huc tua messis in herba est. Hæc mora sit uoto forsan amica tuo. Persius in Satyra sexta, E- mole, quid metuis? occa & seges altera in herba est.

In alieno foro litigare.

XC

Prouerbiū respicit hæc quoq; figura. In alio foro litigare, pro eo, quod est in re noua, cuiq; nō dū assueueris uersari. Habēt enim diuersa fora, diuersas litiū formulas, uariasq; tractandarū cau- sarū rationes, quarū qui rudis sit, is tanq; hospes in peregrina regione multa desyderet neces- se est. Martialis in præfatiōe libri duodecimi. Accipe ergo rationē, in qua hoc maximū & pri- mū est, quod ciuitatis aures quibus assueuerā, quæro, & uideor mihi in alieno foro litigare.

In seditione uel androclides belli ducem agit.

XCI

Ἐν δὲ διχοσασίῃ ἀνδροκλείδης πολεμαρχεῖ. i. Seditione orta, dux est etiā Androclides. Carmen Heroicum prouerbio celebratū, in homines cōtemptos & humiles, qui per occasiōē aliquam incidentē, dignitatē sortiunt. Quemadmodū in rerū tumultu, nōnunq; infimi quidā pro tē- pore regnāt. Referē a Suida, Diogeniano, atq; item a Plutarcho in uita Niciæ, & apud eundē in cōmentario, περὶ φιλαδέλφειας, Effertur etiā ad hunc modū, Ἐν δὲ διχοσασίῃ ἢ πάγκακος ἔμμο- ρε τιμῆς. i. In seditione etiam ignauissimus honorem sortitur. Rursus effertur hoc pacto, Ἐν Ἰστανδουλῇ ἢ ἀσκινοῦ ἔμμορε τιμῆς. i. In rebus desperatis, etiā cancer honorē sortitur. Ad hanc sententiā pertinet & illud Græcis prouerbiū uice celebratum, καὶ τοῦ τυχεῖος ἢ πτωχοῦ ἰσχυεῖ μέ- γα. i. Mendiculus etiam plurimū in loco potest.

Inter indoctos etiam Corydus sonat.

XCII

Ἐν ἀμούσοις ἢ κόρυδος φθέγγεται. i. Inter amulos etiā Corydus sonat. Quadrabit in quosdam qui apud idiotas audent sese uelut eruditos uenditare, inter doctos alioqui prorsus elingues, id, quod citra metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato, οἱ ἢ ἐμ σοφοῖς φαῦλοι, πᾶσι δ' ὄχλω μουσικώτεροι λέγεται. i. Apud cruditos, qui nihil ualent apud plæbem imperitā præminent facundia. Corydus uilissimū auicula genus, minimeq; canorū, strepit tamē utcūq; inter aues mutas. Apud Lusciniam canens, ferri nequaq; posset,

Quæuis terra patria.

XCIII

Ἡ ἅσα γῆ πατρίς. i. Quæuis terra patria, Hemistichiū est oraculi, quondā redditi Meleo Pe-

Isigo de uictoria cōsulenti, cuius meminit & Mnaseas teste Zenodoto & Dionysius Chalcedensis. Admonet adagiū uirum sapientē, ac bonū ubicūq; gentiū uixerit, felicē esse. Vnde & Socrates interrogatus, Cuiatis eslet, κοσμικόν, i. mundanū se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto, cum ait, πατρίς γὰρ ὅτι παῖδ' ἴδ' ἄν παρ' ἧμ' τις εὔ. i. Illic enim patria est, ubi tibi sit bene. Dicunt hęc a Mercurio, cupiente uel cœlo relicto, in Chremyli iam diuitis ascisci familiam. Vsq; adeo credebat ibi demū esse patriā homini, ubicūq; feliciter ageret. Illic exiliū, ubi parum cōmode uiueret. Fertur hic quoq; uersiculus, πuerbialis, τοῖς δ' καλῶς πῶσασσι πᾶσα γῆ πατρίς, i. Solum omne patria prospere quicunq; agit.

Odium Vatiniānum.

XCVIII

Odium Vatiniānū, pro capitali, ac uehementer acerbo. Vatinius in quē acerrime. M. Tullius inuectus est, in tantū odium populi Rhomani puenerat, iam detectis illius flagitijs, ut in puerbiū ceciderit odiū Vatiniānū. Catullus, Munere isto odissem te odio Vatiniāno.

Odium nouercae.

XCV

Cōsimili figura legimus odiū nouercae, ppter ea, quod nouercis omnibus, innatū sit fatale quoddā & irrecōciliabile odiū in priuignos, id, quod elegāter indicat Epigrāma græcū, quod haud grauabor adscribere. Fert̄ aut̄ titulo Callimachi, nec illo quidē indignū authore, μητρὸς μικρὰν λίδον ἔσεφε κοῦρος ὡς βίον ἠλλάχθαι, ἢ πρόπομ οἰόμην, ἢ δὲ τάφῳ κλιθεῖσα κατέκτανε παῖδα πσοῦσα φεύγετε μητρὸς ἢ τάφομ οἰ πρόγονοι, Quorū carminū elegantia cū haud nescire mus nos nō assecuturos, tamē quo possent intelligi utcunq; uertimus. Exiguo lapidi puer addit ferta nouercae. Mutasse ut uitā sic ratus ingeniū. At puerū extinguit tumulo hęc illapsa nouerca Priuigni exanimē uel tumulū, fugite. Euripides in Alcestide, εχθρὰ γὰρ ἢ ποιῶσα μητρὸς τέκνοις τοῖς προσδ' ἐχίδνοις οὐδὲν ἠπιωτέρα. i. Hostis nouerca est ante natis liberis, Nihilōq; mitior nocētī uipera.

Perdidisti uinū infusa aqua.

XCVI

Απώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ, i. Perdidisti uinū infusa aqua. Verba sūt Polyphemi ex Tragedia Aristi, cui titulus Cyclops, teste Chamaleonte in Satyris. Sic enim increpat Vlyssē uinū aqua temperantē. Antiquitus merū bibebant, nō sine noxa, donec Staphilius Sirrhēni filius ostendisset uinū aqua diluere. Nā huius hoc inuentū teste Plinio libro septimo. Dicitur in eos, qui initio quædā recte faciunt, deinde quibus leui de causa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpianus apud Athenā in eum, qui βαλκίζουσι dixerat pro κωμάζουσι, idq; barbare εὐδὲ ἡμίρ ἐκ γῆς σβούρας ὄνομα πριάμνον, ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ, i. Tu uero nobis ex terra subulca uocabulum mercatus perdidisti uinū infusa aqua. Cyclops enim ut Barbarus, ac temulentus (talem enim inducit etiā Homerus) sic existimat uinū aqua corrūpi, cū e diuerso sapientū iudicio reddat̄ melius, ac salubrius, unde & Plato admonet, ut Bacchum temulentum Deū, nymphis sobrijs deabus tēperemus. Idē docet Epigrāma græcū Meleagri, id est, huiusmodi, Αἱ νύμφαι τὸν βᾶκχον, ὅτ' ἐκ πυρός ἤλαθ' ὁ κοῦρος Νίψαμ, ὕπερ τέφρης ἄρτι κυλιόμηνον, τοῦνεκα σὺν νύμφαις βρομίος φίλος, ἢ δ' ἐν νιμ εἶργης μίσγεσθ', δέξκ' πῦρ ἐτι καιόμενον, i. Bacchus ut e flammis puer exiliisset, in undis Tinxerunt nymphæ lordidū adhuc cinere. Hinc iūctus nymphis est Bacchus gratus, at ignem Ardentē capies, hunc nisi miscueris. Quanc; uinū largius dilutū illud habet noxā, quod in posterū diem grauius dolet caput, qui biberit, q̄ si merū bibisset. Aristoteles id esse putat in causa, quod uinū per se crassius, accessione aquæ factū subtilius, citi⁹ pene trat angusta capitis foramina, meri noxam, cuius adhuc multam uim obtinet, eodem trāsmittēs, præterea cōcoctu difficilior est.

Abiecit hastam, Rhipsalpis.

XCVII

Hastam abiecit dicit, utiq; puerbiali figura, qui causæ suæ diffusus abiecit animū, ac declinat cōtra conari. Cicero p. L. Murena. Vides ne tu illum tristem demissum? Iacet, diffidit, abiecit hastam. Græcis itē puerbiali cōuitio dicunt, ἐπιφάσσειε, Ignauī, ac timidi, quicq; in acie locum deserūt, & clypeū abieciūt, quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue Tragædo, καὶ δὴ γὰρ ὅστιμ' ἀποβῆσι φωμ' ἐπὶ ἀσπίδα, i. Ac plane uidetur scutū abiecturus. Vsq; adeo uero probrosum habebatur antiquitus clypeum abiecit, ut Lacedæmonij Archilochum e finibus suis iusserint excedere, quod scripserat fatius esse clypeum abiecit, q̄ interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laonicis. Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabula, cui titulus Εἰρήνη. Εἰς τῶν ἡμῶν αἰῶν τὸν ἀγάλλεται, ἢ παρὰ δάμνω ἐν τῶν ἀμώμων κἀλλυπρὸν οὐκ ἐθέλωμ, i. Scuto aliquis gaudet Saius, ego quē sine culpa Deserui nolens, inter opera rubi. Interpres admonet Saios esse Thraciæ populos, aduersus quos bellans Archilochus,

fugerit abiecto clypeo. Cuius exemplū postea secutus est Demosthenes. Notat apud Aristophanē & Cleonymus hoc nomine, ut in Vespis, ἀπέσκαλε τὸ ἀσπίδα. i. Abiecit Clypeum.

Mentiuntur multa cantores.

XCVIII

πολλὰ ψεύδονται αἰοῖδοι. i. Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit, qui ad gratiā loquuntur, & auribus blandiunt. Inde ductum, quod cantores hoc modo spectantes, ut delectent, ac placeant, pluraq; canūt in laudem auditorū falsa. Nihil enim ueritate grauius, nihil assentatione suauius. Aristoteles libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primo, ἀλλὰ καὶ τὴν παροιμίαν, πρὸς τὸ ψεύδοντες αἰοῖδοι, Sed iuxta prouerbiū, Multa mentiuntur poeta.

Accissare.

XCIX

Ἀκκίσει. i. Accissare. Græco prouerbio dicebant, qui cum maxime cuperent accipere quippiam, tamen sicte recusabant, qui mos hodie quoq; multis durat. Scribunt Accon mulierē fuisse quampiā, notæ stulticiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atq; cum alia muliere cōfabulari, ut hinc uulgo, quæ stultius, aut ineptius aliquid agerent, accissare dicerentur, & Accus nomine compellarent. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, ut recusaret, quæ tamē cupiebat, unde & Accissimus ficta huiusmodi recusatio dicat. M. Tullius ad Atticū libro epistolarū secundo. Hoc, opinor, certi sumus perisse omnia, Quid enim ἀκκίσει μέθα tam diu. i. quid dissimulamus? Lucianus in libello de mercede scriuentibus, ο δὲ ἀκκισέ μου θ, ἀπαγε παρά σου δ' ἐγώ. i. At ille accissans, Aufer, inquit, Ego ne abs te. Idem in amoribus, πάντα δ' ἡ περιελώρ ἀκκισμὸς. i. Omni sublato Accismo. i. tergiuerfatione. Rursus in eodem sermone, πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμὸς. i. Multus autē uiris adest Accissimus. Plutarchus indicat Acco & Alphito mulieres fuisse, per quas fœminæ deterrent pueros a peccando.

Scytha accissans asinum.

Ἀκκισσομένη σκύθης τῦνον. i. Accissans Scytha asinū. Aduersus eos, q uerbis auersant, qd recipiūt. Id ad huiusmodi fabulā referūt. Quidā cōspecto asini cadauere, Scythā quēdā, q forte aderat, admonuit, ut cœnaret, Ille primū aspnatus, atq; abominat, postea tamē apparauit, cœnauitq;.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA TERTIA.

Aut quinq; bibe, aut treis, aut ne quatuor.

I



Thenæus de bibacitate disputās, scribit adagium huiusmodi, uulgo fuisse celebratū, ἢ πέντε πίναρ, ἢ τρία ἢ μὴ τέσσαρα. i. Aut quinq; bibe, aut tria, aut ne quatuor. Præscribit modū diluendi uini. Hæc autem temperatura maxime placebat antiquis, ut quinq; uini cyathis, duo adderent aquæ, aut duobus unus. Huius rei testem citat Ionem poetam, qui scripsit, uatem quendā Palamedī prædixisse, Græcos nauigaturos, qui tres cyathos ad unum biberēt. Item Nicocharem in Amymone, χαῖρε πέντε καὶ δύο. i. Salue quinq; & duobus. Præterea Amipsiam, ἐγὼ δὲ διονύσοσ παῖσιν ἡμῖν εἰμι πέντε καὶ δύο. i. Ego autem Bacchus omnibus uobis quinq; & duo. Verum hac de re copiosius aliquanto Plutarchus, τῶν συμποσιακῶν, Decade tertia, testans conuiuialibus cantiunculis celebratum fuisse, ἢ πέντε πίναρ ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα. Ne quis temere Plauti uerba commutet, Atq; in hanc rem iocatur Ariston, quemadmodum in musica Hemioliij proportio symphoniam reddit diapente, dupla symphoniam efficit, quæ dicitur diatessaron, At eam quæ uocatur Diatessaron, symphoniam esse, præter cæteras hebetem & obscuram, & epitrito constare. Idem & in bibendi harmonijs treis esse symphonias uini ad aquam, Diapente διὰ τριῶν, & diatessaron. Nam diapente symphoniam ex Hemiolio constitui, si treis aquæ cyathi, duobus uini cyathis admisceantur. Quod si duobus admisceas duos, dupli proportionem existere, Diatessaron harmoniam fore, si uni uini cyatho treis aquæ cyathos addideris, Atq; hic esse epitritum. Quæ proportio pertineat ad treis magistratus in Prytanco sapiētes, ac sobrios, Aut ad dialecticos, cum adductis supercilij de suis anxijis argutijis disputant. Iam si duos uni admisceas tonā nasci maxime turbulentū, & ut appellat ipse ἀκροθώρακα, chordas mouentem, nō mouēdas mentiū, ppter ea quod per hunc nec omīno sobrios esse licet, nec stulticiā mero immergere. Quod si duo tribus addideris, harmoniam existere omniū, maxime musicā, ut quæ somnos inuitet, tranquillitatē ac summā quietē inducat. His ita p iocū dictis adiecit Plutarchi pater, Priscos Ioui duas addidisse nutrices, Iten & Adrastiam, Iunoni unā, nempe Euboëam, Apollini duas, Alethiam, & Corythalam, Baccho uero plures, quod hunc deum oporteat, pluribus nympharum mensuris mansuetum, ac domitū, moderatiorem, ac mitiorem reddere. Significat

autem uinū multa aqua diluendū. Meminit huius adagij Plautus in Sticho, seruos compotātes inducēs. Sed interim Strategie noster, cur hic cessat cantharus? Vide quot cyathos hos bībimus, Tot quot digiti sunt tibi in manu. Cantio est Græca, και πέντε πίνε η̄ τρία πίνε η̄ μη τέτραρα. Quācūq; hic Plauti locus nō caret suspitione mendī. Quod autē prohibet Græca cantio, ne quatuor biberet, ad ueterū supstitutionē ptinet, qua creditū est impares numeros ad omnia efficiaciores esse, id, quod Plinius intelligi putat in febribus dierum obseruatione. Porro de quaternione uitato in poculis, idem libro uigesimo octauo capite sexto, scribit ad hunc modum. Numerū quoq; quaternariū Democritus cōdito uolumine, & quare quaterni cyathi, Sexta rihue nō essent potandī. Huc nimirum alludit Horatius, libro Odarum tertio, Da lunæ prope re nouæ, Da noctis mediæ, da puer auguris Murenæ, tribus aut nouem, Miscētur cyathis pocula cōmodis. Qui musas amat impares, Ternos ter cyathos attonitus petet. Vates tris prohibet supra, Rixarum metuēs tangere gratia, Nudis iuncta sororibus. Item Ausonius, Ter bibe uel toties ternos, sic mystica lex est. i. Aut treis cyathos, ad numerū gratiarū, aut nouem ad numerum musarum.

Siculus mare.

Σικελός θάλασσα, i. Siculus mare, Subaudi, prospectat. De his, qui denuo sollicitant̄ ad subeūdum periculum. Natum aiunt a Siculo quodam, qui cum ficos nauī portans, naufragiū fecisset, ac deinde sedens in littore mare placidum, ac tranquillum uideret, uelut inuitans ad iterādam nauigationē, dixisse fertur, οἶδ' ἔδέλεσ, σῦκα δέλεσ, i. Noni quid uelis, ficos uis. Recensetur ab omnibus ferme prouerbiorū Græcorū collectoribus.

Ficum cupit.

Σῦκομ αἰτῆ, i. Ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quod olim Athenienses agricolis blandiri soleant, ut ab illis ficos præcoquos acciperent, bene ominantes, ac precantes, ut in annum sequentem fici feliciter prouenerent. Rustici uero posteaq; scelerunt ciuium blandiloquentiā eo spectare, ut ficos acciperēt, in prouerbium uerterunt, ut adulantem ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespis, εὐ δέ τῦμ σῦκα μ' αἰτῆσ, i. Tu uero nunc ficos a me petis.

Longum ualere iussit.

μακρὸν χάρισμα φράσαις ταῖς ἐνταῦθα τιμαῖς, i. Honoribus, qui hic sunt, longum ualere iussit. Ea figura quoties ad rem, non ad hominē refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igit̄, a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum ualere iubere. Sumpta metaphora ab ijs, qui discedunt diutius abfuturi, seu nunq; redituri. Est sapicule apud Lucianū, & item apud alios. M. Tullius in epistolis ad Atticum libro octauo. At ille, πολλὰ χάρισμα ἔωδ' καλῶ dicens, Contulit se Brundisium. De Philosopho loquitur, qui cum solitus esset multa præclara de honesto loqui, quod in ipso situm esset, postea ueluti renūcians philosophiæ, sibi cōsuluerit. Item Hippolytus apud Euripidem, τῆμ σῆρ δέ κύπριμ πολλ' ἐγὼ χάρισμα λέγω, i. Veneri tuæ multum ualere renuncio.

Ficus ficus, ligonem ligonem uocat.

τὰ σῦκα σῦκα, τ' ἰσκάφημ σκάφημ λέγωμ, i. Ficusq; ficus, ac ligonem nominans ligonē. Senarius e comœdijs Aristophanis in adagionē traductus. Quadrat in eum, qui simplici & rusticana utens ueritate, rem ut est narrat, nullis uerborum ambagibus, ac phaleris obuoluēs. Sunt em̄ apud Rhctores figuræ quædam, quibus fit, ut turpia honeste, aspera molliter, superba modeste, mordacia blande dicantur. At qui crassiore sunt Minerua, rudius, ac planius eloquuntur, suo quicq; nomine signantes. Lucianus in loue Tragædo, ἐγὼ γ' ὡς ὁ κωμικός ἔφη ἀγροικός εἶμι τ' ἰσκάφημ σκάφημ λέγωμ, i. Nam ego, quemadmodū ait Comicus rusticanus sum, & ligonem ligonem appello. Rursum in præceptis historiæ cōscribendæ, uult scriptorem liberū & incorruptum esse, qui rem, ut est gesta, narrans, ficus ficus appellet, ligonem ligonē. Inuenit̄ ad hūc quoq; modum, τὰ σῦκα σῦκα λέγω η̄ τ' ἰσκάφημ κάρδοπυμ, i. Ficus, ficus uoco, & panarium panarium. Aristophanes in Nebulis, οὐκ ἄμ' ἀπ' δ' οἴημ οὐδ' ὄβολουμ ἄμ' οὐδ' ἐνὶ ἔς τις καλέσει κάρδοπυμ τ' ἰσκάφημ, id est, Ego nec obolum cuiquam persoluerim, Qui cardopum, tantum uocarit Cardopus arca panaria,

Domesticus testis.

οἶκοδεμ ὁ μάρτυς, i. Domesticus testis, Vbi quis ipse sese laudat. Quasi domi testem habeat, nō aliunde adductum. Huic autem testium generi c̄minima fides haberi solet. Lucianus in loue Tragædo, εὐ γέ οἶκοδεμ ὁ μάρτυς φασίμ, i. Euge, Domo adductus testis, ut dici solet. Huc

ānūisse uidetur Seneca ad Lucilliū, cum scribit in hunc modū, Expecta me pusillū, & de dono fiet remuneratio, nisi quis malit illic dono legere. Sunt, qui dicant hoc adagium conuenire in eos, qui prius mentiti, postea uerum cōfiteant, uelut adacti cōscientia, quæ pectoris testis est. Sic Plutarchus, τῆς ὀκνοῦν κρήσμιος, animi iudiciū, quod nō corrumpit.

Bœoticum ingenium.

VII

Bœotij apud antiquos male audierunt uulgo, stoliditatis nomine, quemadmodū superius ostensum est. Vnde quicquid insulsum esset, ac stultum, id Bœotici dicebant. Lucianus in Ioue Tragœdo, Ἀγροίκον τοῦτ' εἰρηκας ἢ δ' ἐνῶς βωιωτικόν. i. istud, quod dixisti prorsus agreste est & uehemeter Bœoticū. Inuenit & βωιωτικός νοῦς. i. Bœoticū ingeniū, pro stupido, ac stolido. Horatius in epistolis, Bœotum in crasso iurares aere natum. Plutarchus cū alijs aliquot locis, tū in cōmētario de carnīū esu, Scribit ab Atticis notatos Bœotos, tāq̃ brutos & stupidos, ac pingues, idq̃ ppter edacitatē, quemadmodū alibi meminimus.

Bœotica cantilena.

VIII

βωιώτιος νόμος. i. Bœotica cantio, dicebat, si quibus rerum initia trāquilla, ac prospera fuissent, posteriora turbulenta, ac tristia. Vnde Sophocles scripsit, ὅταν τις ἄδῃ τῆν βωιώτιον νόμον. i. Vbi quis cecinerit cantionē Bœoticā. Natum ex historia. Nam Bœotij primū liberā, ac pacatā agebāt uitam, deinde mortuo Laio, in uarias calamitates inciderunt, ut illorū cantilena, a lato initio in luctum desisse uideatur. Citatur a Zenodoto.

IX

βωιώτια ἀνίγματα. i. Bœotica ænigmata dicebant, oblique atq̃ obscure dicta, quæq̃ per difficile percipi possent. Sumptū a fabula Sphingis monstri Thebani. Ea proposuit Oedipolani gma huiusmodi, τετράπους, δίπους ἢ πάλιν τρίπους. i. quadrupes, bipes, ac rursum tripes. Id Oedipus interpretatus est, hominē esse, qui puer manibus quoq̃ pedum uice nititur, deinde cōfirmato gradu duobus pedibus se sustinet, donec ætas decrepita baculum, ceu tertiū pedē addat. Extat Epigrāma Sphingis ænigma cōplectens ad hunc modum, ἐσι δίπου ἐπὶ γῆς ἢ τετραπόδου, οὐ μίαν φωνὴν καὶ τρίτην, ἀλλάσα δὲ φωνὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἐρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα ἢ τῆν γῆν. Ἄλλ' ὅποταν πλείσοισιν ἐπιγόμενον ποσὶ βάνη. ἐνθα τάχος γήιοισιν ἀφανέστατον πέλει αὐτοῦ. i. Est bipes in terris & quadrupes, haud eadē uox. Et tripes, immutat speciem hoc ex omnibus unum. Quæcūq̃ in terris reptant. Volat æthera circum. Perq̃ mare, ast ubi iam pedibus cōpluribus auctum. Accelerat gressum, uietis tum maxima membris. Segnities ac torpor adest, minimūq̃ uigoris. Hesiodus itaq̃ in secūdo Georgicon libro, Vetulum ac senio iam incuruum, Tripedē hominē appellat, τότε δὴ τρίποδι βροτῶν ἴσοι. i. Tūc iam Tripedi mortali similes.

Bouem in faucibus portat.

X

βούμ' ἐπὶ γνάθοισι φέρεται. i. Bouem in faucibus portat. In edacem olim dicebatur. Natum uti conijcio uel a Theagene Athleta Thasio, uel a Milone Crotoniata, quorum alter bouem solidum solus comedit, teste etiam Græco Epigrammate, tum authore Posidippo apud Athenæū. Alter (ut narrat apud eundem Theodorus Hieropolites) in Olympijs taurū quadrīmū humeris sustulit, ac stadij spatio gestauit, eūq̃ eodem die solus comedit. Cuius rei meminuit & Aulus Gellius in noctibus Atticis.

Bœotij uaticinare.

XI

βωιωτοῖς μαντεύσαιο. i. Bœotij uaticinare. Abominantis est sermo, perinde ut dicimus, hostibus ista uaticinare. Capiti cane talia demēs Dardanio. Et Hostium uxores, pueriq̃ cacos, sentiant motus orientis austru & æquoris nigri. Et hostibus eueniant cōiuiua talia nostris. Aptius autē dicit in eum, qui tristia uaticinat, siquādo precabimur, ut ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit. Heraclidē allegās authorē. Olim, inquit, cum Thebani de belli euentu consulerent oraculum, uates quæ tum Dodonæ respondebant, ait eos fore uictores, siquid impie patrassent. Itaq̃ consultorū quidā arreptam Myrtillam, nam id mulieris fatidicæ nomen, in lebetē aqua calida feruentē, qui forte inibi aderat, inijcit. Sunt qui narrent Bombum diuinū quendā Thebanis de belli successu sciscitantibus, respondiisse futurum, ut q̃ plures uincerent, si prius quempiam e ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse. Atq̃ hinc ortum prouerbium.

Arietem emittit.

XII

Ἄρνα προβάλλει. i. Arietem obijcit, in rixæ pugnaq̃ cupidum dicebat. Antiquitus enim bellū suscepturi fecialem mittebant, qui arietem adductū in hostiū fines immitteret, hoc significās pacto ciuitatē & agros illorū hostibus cōpascuos fore. Autor Diogenianus.

C

Argenti fontes.

XIII

Αργύρου κρηῖναι λαλοῦσιμ. i. argenti fontes loquunt̃. Hoc adagio notabantur ἦ, qui stolide quidē. atq; indoctē, sed arroganter tamen & cōfidenter loquerentur, opibus uidelicet suis freti. Vulgus enim diuitū dulci, ut ait Horatius, fortuna ebrium, hoc quoq; putat suis diuitijs deberi, ut quicquid dixerint, id protinus uelut creditum omnes suspiciant & approbent. Quod notās Flaccus, Μεα, inquit, contēdere noli, stulticiam patiunt̃ opes. Itē alibi. Et quicquid uolet, hoc ueluti uirtute paratum, Sperauit magnā laudi fore. Huc pertinet & Mimus ille neutiq; inuenustus. Fortuna quem nimiū fouet stultum facit. Item illud ex Antiphane apud Stobæum. ο δε, πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακός, τυφλοῦς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιῆ. i. Opes em̃ nos sicuti medicus malus Vbi cœperint, reddunt uidentes ilico cæcos. In eandem sententiā, Menander in seipsum lugente, τυφλὸς ὄπλοῦτος ἢ τυφλοῦς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν δέικνυσιμ. i. Cæcæ diuitiæ, atq; eos, qui se intuent̃, cæcos reddunt. Rursum illud eiusdem, ὑπερήφανόν τε γίγνεται λίαν τρυφήν ὅτε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον, εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐμῶν τὸ πρόθετον ἦμ. i. Nimis insolētum reddi lasciuia. Quoties opes qui possidet, mores repens Mutat in alios pristinis cōtrarios. Quadrabit in eos quoq; quorum oratio propter opum fiduciam plus satis libera, atq; audax uidebitur. Nam quemadmodū paupertas timiditatē adfert, itidem opulentia παρρησίαν, id est loquendi confidentiā adducere solet.

Terram pro terra.

XIII

ἦμ̃ τὸ γῆς ἐλαύνεω. Prouerbialis est figura in hominē exulem, erronem, & incertis uagantē sedib⁹. Aristophanes in Acarnēsis, καὶ δῖώκεμ γῆμ̃ πρὸ γῆς. i. Sectari terrā ante terrā. Itē alibi, ἐγὼ δὲ φεύγωμ γῆμ̃ πρὸ γῆς φοβοῦμενος. i. Ego uero fugiēs terrā ante terram metuēs. Lucianus in Pseudomante, ἀλλ' εἶδαι γῆμ̃ πρὸ γῆς ἐλαύνεω. i. Sed oportebat ad terrā pro terra uehi. Apud Latinos solum uertere dicunt̃, qui exiliū causa migrant alio. Alciphron in epistolis, ἀναστᾶσα ὅπῃ πτε γῆμ̃ πρὸ γῆς φεύξομαι μάλλον. i. Demigrans quolibet fugiam potius terram terra commutans. M. Tullius in epistolis ad Atticū libro decimoquarto. Hæc & alia ferre non possum, itaq; γῆμ̃ πρὸ γῆς, cogito. Significat se de fugiēdo cogitare.

Ne ad aures quidem scalpendas ocium est.

XV

Prouerbialis est hyperbole, cū ne minimū quidē ocij superesse significamus, dicimus nec tā tillū uacui tēporis esse, quod ad scalpēdas aures sit satis. Lucianus in bis accusato, οὐδ' ὄσαμ κνήσασθ' ὅς φασι, χολήμ ἄγωμ. i. Ac nec tātis per ociosus, ut aurē (sicut aiunt) scalpere uacer.

Citius in nauī cadens a ligno exciderit.

XVI

ἑὸς τῶν ἄμ̃ τις ἐμ̃ πλοῖω πεισὼν διαμάσσει ξύλον. i. Citius alicui in nauigio cadēti lignū defuerit, Hyperbole puerbialis, qua tantā ubiq; copiam significamus, ut quocūq; te uertas, occurrat quod quæris. Etenim cū nauis ipsa undiq; sit lignea, nō potest nō in lignū incidere, quisquis in ea cadit. Lucianus in bis accusato, ὡς τε μὲν τὸ παρομιῶν δᾶτῶν ἄμ̃ τις ἐμ̃ πλοῖω πεισὼν διαμάσσει ξύλον, ἔνθ' ἄμ̃ πρὸς ὁ ὀφθαλμὸς, ἀπρηκὸς φιλοσόφου. i. Itaq; iuxta puerbiū citius fiet, ut in nauī lapsus nō incidat in lignū, q̃ ut quocūq; aspexerit oculus, philosophū desyderet. Taxat Lucianus philosophū turbam tantam, ut omnia ubiq; plena uideantur, nec liceat effugere.

Episcythizare

XVII

Ἐπισκυθίζεω. Lacedæmoniorū adagio dicit̃, pro eo quod est uinū merū intēperātius bibere. Et Achæus in Satyris σκυδιπιεῖμ, dixit, pro eo quod est ἀκρατπιεῖμ. Athenæus ex Herodoto & Chamæonte authoribus refert Cleomenē regē Spartanū, cū Scythis agentē cōsuetudinē, & illorū ἀκρατοπρίαμ. i. meripotationē imitantē in insaniam uersum fuisse. Scythæ autē & Thraces, ἀκρατοπότῃ, uocant̃. i. meribibi, unde plerūq; cōuiuia illorū sanguinolenta sunt & tumultuosa. Cōmode deflectas licebit, ad cuiusuis rei intemperantē & immodicū usum.

Vinum caret clauo.

VIII

Athenæus de potationibus differens huiusmodi puerbiū eleganter uulgo dici solere scribit, τὸμ̃ δῖνον οὐκ ἔχουμ πικράλια. i. Vinū nō habere clauū, p̃pterea qd ebrietas nihil cōsulte, neq; moderate, uel dicit, uel facit. Obruīt em̃ ratio, quæ clauī uice sobrios moderat, ac gubernat.

Vinū senem etiam uel nolentem, saltare compellit.

XIX

Athenæus hoc item earmen prouerbio iactatū scribit, οἶνος ἀνωγε γέροντα ἢ οὐκ ἐδέλοντα χολεύεμ. i. Vinum impellit senem, etiam nolentem, ad saltandum. Admonet nihil esse tam ineptū neq; alienum, ad quod non incitet ebrietas.

Ranis uinū præministras.

XX

βαζάχοις οἶνοχοῦς, i. Ranis uinū infundis. In eū dicebat, qui id ministrat, quo nihil est opus ei, cui exhibet, ueluti, si quis apud indoctos multa de philolophia disserat. Ranis enim nihil op^o uino, aqua palustri magis gaudentibus. Explicatur adagiū a Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherecrates, apud Athenæū, iu Coriāno, ἐπὶ ἐς κόρακας βαζάχοις οἶνοχοῦς σε δεῖ. i. Abi in malam rem, Ranis pocillari te oportuit. Obiurgat enim pincernā, quod quatuor uini cyathis duas in fuderit aquā. Vnde licet conijcere prouerbiū in hos quoq; cōuenire, qui uinū immodica dilunt aqua, ita ut aquā, nō uinū bibere uideant ranarum ritu.

Ouo prognatus eodem,

XXI

Fortasse simpliciter dictum est ab Horatio, Ouo prognatus eodem, quādoquidē ad fabulā respicit Leda, quā grauida ex Ioue in Cygnū cōuerso, ouum peperit, unde gemini prognati Castor & Pollux. Id ouum Pausanias in Laconicis refert, ostendī apud Lacedaemonios suspēsum tenijs a testudine tēpli. Verum si quis hoc dictū defleat ad hōsdem natos parētibus, aut ab eodē eruditōs praeceptore, aut ita cōsimilibus ingenijs, ut eodē ouo natī uideri possint, nihil eque fuerit prouerbiale. Aristoteles libro de generatiōe animalīū quinto, ostendit id iuxta naturā fieri, ut ex eodem ouo duo pulli nascant, & quidem perfecti, Si uitelli membrana dirimanī, lidē si cohæreāt & cōfundant, foetum edī monstruosum,

De curru delapsus.

XXII

ἐξήμαξομύθη. i. De curru delapsus. In hodiernū quoq; uulgo durat adagiū, ut eis, qui oblitus propositi, alio se transfert, aut qui in sententia labascit, de curru delapsus dicatur. Quēadmodū ab asino delapsus. Aristophanes in Ranis, ἐξήμαξομύθη φρήμ. i. Animus a curru decidēs, hoc est, aberrans ab instituto.

Numerus.

XXIII

Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio dicuntur, etiam idiotis. Aristophanes in Nubulis, οντες λίδοι ἀριθμὸς, πῶσατ, ἄλλως νενασμύθοι ἀμφοράς, Horatius. Nos numerus sumus & fruges consumere nati. Trāslatum uideri potest a calculis, ad nihil aliud utilibus, nisi ad numerum. Anacharsis Plutarcho teste, taxauit Athenienses, qui nūmis ad rationem duntaxat uterentur. Quancq; mihi magis arridet, ut ita numerus dicat, quemadmodum dicunt ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, hominem undequaq; inuilem.

Summis uti uelis.

XXIII

Ἀκροὶς χηῶσαι τοῖς ἰσίοις, i. Summis uti uelis. Prouerbiali metaphora dicuntur, qui maximo conatu admittuntur, atq; incumbunt, aut qui omnē captant occasionem. Mutuo sumptū a nauis, quibus mos est uelum in altum tollere, quo currāt celerius. Aristophanes in Ranis, Ἀκροῖσ χῶμονος τοῖς ἰσίοισιμ. i. Summis utens carbasis.

Summū cape, & medium habebis.

XXV

Ἀκρον λάβε ἢ μέσον ἔξεις, i. Summa cape, & medio potieris. Hemistichium carminis Heroici, ubi quid obscurius & perplexius dictum significabant, admonentes rem attentius expendēdam, hoc prouerbio cōsueuerunt uti. Zenodotus hinc natū tradit, Aeginitis patriā pullis, de quaerenda sede cōsulentibus oraculum responsum est hoc enigmatē, Ἀκρον λάβε ἢ μέσον ἔξεις, atq; illos cacumine quodā mōtis occupato, circa mediū incoluisse. Potest & in hāc accommodari sententiā, ut admoncamur ad res summas & egregias eniti, sic enim futurū, ut ad mediocritatē perueniamus, Summū animo destinandū, ut saltem modicis potiamur. Fit enim plerūq;, nescio quo modo, ut exitus citra spem & scopum praestitutū consistant.

Iniquum petendum, ut æquum feras.

XXVI

Huic affine, quod recēlet Quintilianus institutionū oratoriarū libro quinto. Nec omnino sine ratiōe est, quod uulgo dicit, iniquū petendū, ut æquū feras. A negociatoribus ductū uide ri potest, q callide merces longe minoris licent, & multo pluris indicant, q; p dignitate, quo p cium saltē æquū accipiant. Nō fugit hęc sententia Syrum illum Teretianū in Adelphis, cum Sānionē Lenonē astu tractans, postulat, ut puellam Aeschino dimidio precij tradat, atq; hac arte efficit, ut Leno sortē solidā percupide & rogās etiā accipiat. Iactat & uulgo uerbū huiusmodi. Qui annitit, ut aurā qu adrigā sibi cōparet, certe rotam unā assequet.

Ad ambas usq; aures.

XXVII

μέχρι τῶν ἀμφωτίδων. i. Vsq; ad aures ambas impleri dicunt, qui suprā modū ingurgitant se. Sumpta metaphora a ualculis, ad ansas usq; impletis. Extat apud Suidam.

Scrulis capillus.

XXVIII

C 2 Ανδραπαδάωδης

Ἀνδραπώδων τρίχα ἐπιδακνύει. i. Seruilem capillum præ se ferrè dicuntur, qui agrestibus & inclegantibus sunt moribus. Inde ductū, quod Athenis serui manumittendi capitis pilos deradebant. Plato scribit quosdam seruiles pilos in animo gestare, indoctos & stupidos significans. Citantur apud Suidam hæc ex auctore, nescio quo, πολλῶν σωαλεγγυλῶν ἀνδρῶν οὐδὲ τὰ πᾶσιν κατεσαλλύω, ἀλλ' ἔτι τῶν ἀνδραπώδων τρίχα φασὶν ἐπιδακνύει. i. Multis collectis uiris, Neq; compositis affectibus, sed qui seruilem (ut aiunt) capillum adhuc præ se ferrent. Plinius libro undecimo, capite trigesimo septimo, rem prodigiosam tradit, homines quosdam hirsuto corde nasci. Pliniana uerba sunt hæc, Hirsuto corde gigni quosdam homines prodūt, nec alios fortiores esse industria, sicut Aristomenem Messenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios, ipse conuulneratus & captus, semel per cauernam Latomiarum euasit, angustos uulpiū aditus secutus, iterum captus lopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cū corpore excussit. Tertio capto Lacedæmonij corpus dissecuere causa uidendi, hirsutūq; cor reptū est.

Amyris insanit.

XXIX

Ἀμυριε μαίνετη. i. Insanit amyris. Allegoria prouerbialis, qua recte utemur, ubi quis sub infantiæ prætextu, rebus suis consulit. Aut ubi quis solus periculum prospiciēs, in tempore tibi cauet, creditus interim uulgo desipere, deinde rerum euentus docet, illum unum sapuisse. Ut hæc sit uox uelut opprobriatis socordiam ijs, qui sibi nō prospexerint mature, neq; sapere cœperint, nisi accepto uulnere. Zenodotus ab historia natum ait huiusmodi. Cū Sybaritæ florenter opibus, quendam Delphos emandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitareſ oraculum. Responsum est euertendam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpissent hominibus, q̄ dijs. Euenit deinde ut seruus a domino uapulans, ne quicq; ad Deorū aras confugisset. Post ad heri monumentum confugiens, liberaretur a plagis, ut alibi dictum est. Quod simul atq; conspexisset Amyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demigravit, reliquis interim Sybaritis hominem uelut insanum ridentibus. Postea idem ob fictam insaniam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit. Citatur ab Eustathio in secundo Iliados libro, citatur autem ex Pausaniæ Rhetorico dictionario. Addit quosdam Thamyrim hūc appellare, quosdam Amyrim, abiecto thita. Solet autem more hominū euenire, ut uati tum demū habcat fidem, ac laudetur, posteaq; ipsis iam premimur malis. Proinde Cassandra in Tragœdia quapiam loquitur ad hunc modum, citante Plutarcho, καὶ πρὸς παθόντων, καὶ κακοῖσι κερμύωι σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαινομαι. i. Sapiensq; dīcor, his malum qui sentiunt, Porro anteq; il lud sentiant, insanio.

Sophocles Laudiceni.

XXX

Qui ad ostentationem dicebant, aut recitabant, uulgato conuicio Sophocles & Laudiceni dicebantur Adagium natum, ut apparet, ætate Plinij minoris. Cuius uerba paulo altius repetemus, quo planius prouerbij sententiā intelligere liceat. Nam in epistola quadam adolescentium quorundam, ridiculam in agendis causis arrogantiam & ambitionem taxans, sic ait. At Hercule, ante memoriam meam, ita maiores nati solent dicere, ne nobilissimis quidē adolescentibus, locus erat, nisi aliquo consulari producente. Tanta ueneratione pulcherrimū minus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris, omnia patent omnibus. Nec inducuntur, sed irrumpunt. Sequuntē auditores actoribus similes conducti & redempti mancipes. Conuenitur a conductis, & redemptis, in media basilica, ubi tam palam sportulæ, q̄ in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam nō inurbane, σοφοὶ λέγῃ ἀπὸ τῶν σοφῶν καλεῖσθαι uocant. Iisdem latinū nomen impositū est, Laudiceni. Hactenus Plinius. Vtroq; uerbo notantur, qui facundi dici malebant & uideri, q̄ esse. Sophocles enim Græce dicitur ἀπὸ τῶν σοφῶν ἢ κλέος. At illi dedita opera, perperam interpretabant ἀπὸ τῶν σοφῶν καλεῖσθαι. i. Ab eo quod sapientes uocarent. In hoc igitur est allusio festiua ad poetæ Tragicij nomen, in Laudiceni uocabulo, ad gentis nomen alluditur.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes,

XXXI

Macrobius in cœnis Saturnalijs. Vnde putas arrogantissimū illud manasse prouerbium quod iactatur. Totidē nobis hostes esse quot seruos? Nō habemus illos hostes, sed facimus. Meminit & Seneca epistola q̄dragesima septima, Cuius uerba sublegisse uidet Macrobius, ut est omnium auctorum uere fucus. Admonet adagiū, ne quid fidamus illis, neue ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colūt. Admonet idem Plato libro de legibus sexto, propterea, quod seruorum animus nequa q̄ integer sit, sed mentis dimidium ijs ademerit iupiter. Homero teste

Homero teste, quos seruituti fecit obnoxios. Verus autē amor, libertatis est alumnus, Odit uero quisquis metuit. Vnde genuinum quoddam odium insitum uidetur seruis in dominos. Quadrabit & in principes tyrannidem in suos exercentes. Verba Platonis sunt hæc, οὐ γὰρ ὕγιες οὐδὲμ ψυχῆς δούλης, οὐ δ' εἰ γὰρ οὐδὲ πῶς εὐαίμ αὐτοῖς τῆρ νοῦν κεκτμηλόμ, ὁ δὲ σοφώτατος τῶν ποιητῶν φησὶν, ἢ μυστὶ ἢ τ' νόου ἀπαμείρετη εὐρυόψα ζεύς, ἀνδρῶν οὐκ ἄν' ἴδῃ γὰρ δούλιον ἢ μαρ' ἔλκισι. i. Nihil enim integrum, neq; sanum habet animus seruilis. Nam nihil oportet credere his, hominē, qui sapiat. Siquidem poeta doctissimus ait, Dimidio mentis depriuat Iupiter illos, Seruilis quoscunq; uiros fors cœperit unquam. Asinius Capito apud Festum Pompeium, nam is quoq; prouerbij facit mentionē, existimat hominū errore perperam fuisse pronūciatū, propterea quod uerolimilius sit, sic esse dictū initio, quot hostes, tot serui. Quod capti, uictiq; ad seruitutem adducebantur, unde etiam dicta mancipia.

Vocatus, atq; nō uocatus Deus aderit.

XXXII

Oraculum olim Lacedæmonijs redditum abijt in prouerbium, καλούμενος τε κἀκλήτος θεός παρῆσαι. i. Vocatus & inuocatus Deus aderit. Vltus erit, ubi quid significabimus etiam non accersitum, neq; curatum, tamen euenturū, uelimus nolimus, puta senectam, mortē, malefactorū pœnam. Horatius huc allusit in Odis, Nec satelles orci callidum Promethea Reuexit, auro captus, hic superbū Tantalum, atq; Tantalī Genus coerces, hic leuare functum, Pauperē laboribus, Vocatus, atq; nō uocatus audit. Fortassis respexit huc & Terentius in Eunuchō, ut uocato mihi, atq; inuocato sit locus.

Influit, quod exhauritur.

XXXIII

Επιρῆει τὸ ἐξαντλούμενον. i. Adfluit, quod exhauritur. Vbi quis frustra sumit operā in re quapiam, Lucianus in Sectis, Επιρῆει ἢ τ' ἴσ' ἀραιομίαιμ τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον, ἐς τὸ ἔμπαλιμ ἢ τῶν δ' ἀνάϊδωμ πίδος. i. Influit, iuxta prouerbij, negociū exhaustum, ac diuersum quiddam accidit, atq; in Danaidum dolio. De Philosophiæ studio loquit, in quo quantumlibet opera sumptis, nunquā tamen decet, quod te laboribus exerceat, & labor laborem scriat, & iuxta Sophoclem πόνος πόνω πόνον φέρει. i. Labor labore laborē adducit. Zenodotus carmen prouerbiale recenset huiusmodi, Ἄλλημ μὲρ ἐξηντλούμεμ, ἢ δ' ἐπεισρέα. Aliam quidē exhaustimus, uerum illa rursus influit. Sumptū a nautis, naue pertulā frustra sentinam exhaurientibus, tantū humoris accipiētibus fissuris, quantū ab illis educit. Videť ad hanc parœmiā alluissse Plato libro de legibus septimo, τί οὐμ πολλὴ αὐξήσεται ἐπιρῆει. i. Quid igitur multū augmentū, cum affluat. Seneca libro de ira secundo, Nunquid ille cuius nauigiū, multam undiq; laxatis compagibus aquā trahit, nautis ipsiq; nauigio irascit? Occurrit potius, & aliam excludit uim, deinde aliam egerit, manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinam ducētibus, labore cōtinuo resistit, nec ideo intermittit, quia quantū exhaustum est, subnascitur.

Tibicinis uitam uiuis.

XXXIII

Αὐλητοῦ βίον ζῆς. i. Tibicinis uitam uiuis. In eum iaciebat, qui laute quidem, sed alieno uiuere sumptu. Tibicines enim quoniā in sacris olim adhibebantur, adesse solent & in cœnis illis pontificalibus, idq; immunes. De hoc hominum genere, ni fallor, Sentit Aristoteles, quærēs in pblematis quāobrē τεχνίτη διουυσιακοί. i. Artifices Bacchanales, uix unquā bonæ frugis esse cōsueuerint. Reddit autem triplicē rationē, Siue quod necessarijs artibus magnā uitæ partē occupati, nō dant operam philosophiæ præceptis, Siue quod assidue in delitijs, ac uoluptatibus uitam agunt, Siue quod egestas etiam ipsa ad uitia propellit. Problema refertur a Gellio, libro nocturnum Atticarū uigesimo. De Tibicinibus qui Rhoma Tibur secesserant, Narrat T. Liuius primæ Decadis libro nono, Posteaq; perpelli nequibant, inquit, cōsilio haud abhorret ab ingenijs hominū, eos aggrediunt. Die festo alij alios, per speciem celebrandarum cantu epularū inuitant, & uino, cuius auidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atq; in plaustra somno uictos cōijciunt, ac Rhomā deportant. Nec prius sensere, q̄ plaustris in foro relictis pleinos crapulæ lux eos reliquit. Refert a Diogeniano & Suida. Mulice uiuere dixit Plautus, pro eo, quod est uoluptariā & ociosam agere uitā. Huc respexit Terentius, Vide ociū & cibus qd faciat alienus. Item Alexis apud Athenæum in cōmoriētibus, οὐτω τίτ' ἀλλότρη' ἐδίαιμ, ὅσι γλυκύ, id est, ἄριστον οὐ κακῶ; ἔχουμ, τὰ ἀλλότρηα διεπνεῖμ τῆμ καλῶς ἐβδ' αἶμονα. i. Sane eleganter dixit hoc Euripides, Felicem eum esse, aliena qui usq; cœnitet.

Scytharum oratio,

XXXV

C 3 Scytharum

Scytharū feritas, apud Græcos in puerbiū cessit, ut quicquid agreste, quicquid barbarū, ac fœuū intelligi uellent, id Scythicū appellarent. Est apud Lucianū cum alijs aliquot locis, tum in metrico dialogo Chelidonij & Drosæ, τὰ μὲν ἄλλα σκυθῶν ἔχουσιν, i. Reliqua quidem Scytharū oratio, sentiens in calce literarū fuisse quiddam mitius dictū, reliqua nihil præ se ferre humani tatis. Quidā inde natū existimant, quod Scythæ Dario regi nihil aliud respōderint, ἢ κλάεμ, id est, ut ploraret, quæ quidem ipsa etiam uox in prouerbiū abiit, ut plorare iubeamus, quos cōtemnimus. Aelianus in epistolis, Ἐγὼ σοὶ τοίνυν, ἢ ἀπὸ σκυθῶν λεγομένη ἀπόκρισις αὐτῆς, ἐγὼ μὲν οὐ μοι ἢ φρονῶ ἢ μισῶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, i. Itaq; Scytharum, sicuti uocant, responsum hoc tibi sit, Ego insanio & sapio, & odi mortalium genus.

Accipit & glebam erro.

XXXVI

Δέχεσθαι ἢ βῶλον ἀλήτης, i. Accipit & glebam erro. Hemistichium carminis Heroici dici solitū in eos, qui nihil grauant, aut aspernant, sed quicquid datur, quātumlibet pusillum, id boni cōsulunt. Neq; in tempestiue dicet etiā in illos, qui rerum inopia laborātes, quiduis uniecuq; libenter accipiunt, donec ad fortunā cōmodiorē emergāt. Originē adagionis ad huiusmodi casum referunt. Aletes quidā Corintho pulsus, adhortante oraculo, tētauit, si posset in patriā redire. Atq; interim, rustico cui piā factus obuius, cibū mendicauit, ille, ludibrii, opinor, causa, glebā ex agro sublata porrexit. Aletes cā, tāq; felix omen accipiēs, effatus est, Δέχεσθαι ἢ βῶλον ἀλήτης. Huius Aletæ mētionē facit & in Corinthiacis Pausanias. Plutarchus in pblematibus haud omnino dissimilē historiā recēset, unde puerbiū ortū uideri queat. Emanes, inquit, post sedes iā sapius aliūde alio trāsmutatas, tandē in agrū Inacho uicinū descēderūt, quē id temporis Inachiensis & Achæi obtinebāt. Oraculū autē pditū erat, si in agrū eos recepissent, futurū, ut ueteres incolæ pellerent, noui uero, si quā uolētibus acceperissent, agrū retinerent. Temo quidam igiē inter Emanes uir solers & catus, sumpta pera, mendici habitu, ad Inachienses accessit. Ibi cū p risum & cōtumeliā rex mēdicanti cibū, cespitē dedisset, in perā cōiecit, ac uelut eō cōtentus, statim e cōspectu se subduxit, nec præterea quicquid rogauit. Seniores tum rei nouitate, tū oraculi recordatiōe submoniti, rege adito cēsent hominē neutiq; esse negligēdū, nec e manibus omittēdū. Quod ubi sensisset ille, fuga sibi cōsuluit, uotaq; p tinus hecatombe, & Apolline inuocato, furtim abiit. Postea cōgressi prælio, Emanes pulsus Achæis & Inachiensibus, illorū agros occupauerūt. Hæc ferme Plutarchus. Itaq; cōpetet in illos quoq; qui magnū quiddā molientes quiduis & patiunt & faciūt, ut uoti sui cōpotes aliquādo fiant.

Stentore clamosior.

XXXVII

Prouerbialis hyperbole. Stentore clamosior. Iuuenalis, Vt Stentora uincere possit. Sumptū a fabula Stentoris, cuius meminit Homerus Iliados. Σ, εἰς ferreā, hoc est inuictā attribuit uocē, Στέντορι εἰσαμμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνω, ὅς τὸσον ἀνδρίας ὕσον ἄλλοι πεντήκοντα, i. Stentoris in specie ualidi, cui ferrea uox, qui Quinquaginta alios æquans clamore, sonosq;

In orbem circūiens.

XXXVIII

Lucianus in Hermotimo, ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθῶν, i. Omneis in circulo obiens, dixit, mirum ni prouerbiali figura, quæ durat etiam in hodiernū apud uulgos illiteratum, p eo, quod est usq; ad unū omneis, nemine præterito.

Optimum aliena infania frui.

XXXIX

Optimum aliena infania frui. Plinius secundus naturalis historiæ libro decimo octauo, capite quinto, nominatim prouerbij loco citat. Eodem inquiens pertinet, quod agricolam uenturam oportere esse dixit, fundum in adolescentia conferendum sine cunctatione, ex edificandū, non nisi consito agro. Tunc quoq; cunctanter, optimum est, ut uulgo dixere, aliena infania frui, sed ita, ut uillarum tūtela non sit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidem uerbis refertur a Plinio iuniore in epistolis de Reguli stultitia loquens hominis ridicule ambitiosi, sed tamē ad excitanda studia non inidonei. Admonet adagium, ut ex aliorum erratis, ipsi cautiōres efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores, & aliorū desipientia nobis sapienti præbeat occasionē. Vulgo iactatus uersus est in eandē sententiā, Felix quē faciūt aliena pericula cautū. Cicero in epistola quadā bellū esse scripsit, ex aliorū erratis suam uitā in meliōrē instituere. Plautus itē, Feliciter sapit, q alieno periculo sapit. Extat & huiusmodi quidā Mimus Publīanus, uti cōiunctio Ex uitio alterius sapiens emēdat suū. Et Demea Terentianus, iubet ex alijs exemplum capere. Potest & in hunc accipi sensum, ut is dicat, aliena frui infania, qui alienis fruitur malis, ipse in tuto consistens. Nulla enim uoluptas minoris constat, neq; ulla solet esse iucundior

esse iucundior. Sumptum uideri potest prouerbiū ex Sophoclis tragœdia, cui titulus *Aiæx* flagellifer. Apud quem Aiæce per insaniam gloriante, quod hostes sustulisset, cum sæuisset in pecudes, Pallas Vlysem ad hoc spectaculum inuitat his uerbis, οὐκ οὐμ γέλωσ ἡδὶς εἰς ἐχθροῦς γελᾷ. i. Ridere de hoste, risus est suauissimus.

Ingens telum necessitas.

XL

Ingens telum necessitas. De re ineuitabili. Liuius primæ Decadis libro quarto. Necessitate quæ ultimū ac maximū telum est, superiores estis. M. Tullius libro de amicitia. Nec uero negligēda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiā ciuium. Vtitur eodem adagio quodam in loco Plinius auunculus. Est aliquoties apud Liuium Huic rei aliud inuenietur telum. Et eam rem hoc telo maxime parabant, ut pro cōsilio, ratio neq; ac uia gerendi negocij capi uideatur, fortassis sumpta metaphora a uenantibus, qui telo appetunt, quod capere uolunt. Vnde & certa dicentur tela, consilia quæ nunq̄ fallunt.

Aduersum necessitatem ne Dī quidem resistunt.

XLI

Ανάγκη οὐδὲ θεοὶ μάχονται. i. Necessitati ne Dī quidem resistunt. Hæc sententia Simonidi tribuitur, sumpta est ex Homero. Refert̄ duobus locis a Platone, libro de legibus septimo. Iterum libro eiusdem argumenti quinto scribit, τὴν ἀνάγκην οὐδὲ τοὺς θεοὺς βιάζεισθαι. i. Ne deos quidem cogere posse necessitatem. Titus Liuius, Pareatur necessitati, quam ne Dī quidem superant. Palladius, Necessitas ferijs caret. Euripides in Helena, λόγος γάρ ὅστις οὐκ ἐμοὶ σοφὸν εἶπε Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲρ ἰχθύαμ πλέομαι. i. Nāq; illud est sapientium dictum haud meum, Nihil necessitate dira fortius. Extat apud Græcos, uersus prouerbialis, τὴν φθὶ ἀνάγκης πάντα δολοῦν τὰ χα. i. In seruitutem cuncta agit necessitas. Euripides in Hecuba, σπερὰ γὰρ ἀνάγκη. i. Rigida nāq; necessitas. Horatius, Si figit adamantinos Summis uerticibus dira necessitas Clauos. Poetæ necessitatem Deam faciūt, parcarum matrem, quæ & ipsæ ineluctabiles atq; inexorabiles uocantur. Hanc necessitatem philosophi fatum appellant, quæ est æterna rerū series, necessario coherentium, cui ueluti cedens Iupiter apud Maronem. Fata, inquit, uiam inuenient. Et Tragicus quidam apud Senecam, Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Squillas a sepulchro uellas.

XLII

Σκίλλας ἀπὸ σήμαρος τίλλει. i. Squillas a sepulchro uellere iubebantur, qui parum sanæ mentis esse uiderentur. Hæc enim herba, malum hoc expiatur antiquitus. Theocritus in Bucolicis, Σκίλλας ἴωμ γράϊας ἀπὸ σήμαρος αὐτίκα τίλλοις. i. Squillas ab anus q̄ primū uelle sepulchro. Innuīt illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeo iracunde ferre, ut periculum sit, ne uertatur in insaniam. Et alter simile quiddam refert, ἐνδὼμ τὰμ κυκλάμινον ὄρισσέ νιμ εἰς τὸν ἀλέντα. i. Hinc abiens fluuio infodias Cyclaminon Halenti.

Iucundi acti labores.

XLIII

Iucundi acti labores. M. Tullius libro de finibus bonorum & malorū. Quid si etiam iucunda memoria præteritorū malorum, ut prouerbia nōnulla ueriora sint, q̄ uestra dogmata, Vulgo em̄ dicitur iucundi acti labores. Ex ipsa hominū natura sumptū adagium, est em̄ hoc insitum omnibus, ut iucunda cuiq; sit antea actorum malorū, aut periculorū secuta recordatio cōmemoratioq; præsertim insigniū fatalium, & quæ cum turpitudine coniuncta non sint, ueluti bellorum, naufragiorum, atq; id genus discriminum. Vnde dictum est ab Horatio, Gaudent ubi uertice raso Garrula securi narrare pericula nautæ. Hoc prouerbiū ortum ab Homero ceu fonte, a diuersis deinde scriptoribus uarie est usurpatum. Extat autem apud hūc Odyssæ libro decimoq̄nto, κῆρ δ' ἐν κλησῆ πίνοντέ τε δαιτυμνίω τε κήδεσσι ἀδμήλωμ περτώμεθα λόνγα λείοισιμ μνωμοδίω, μετὰ γάρ τε καὶ ἀλγεσι τέρωτετ' ἀνήρ. ος ἴσ δ' ἡ μάλα πολλα πᾶσθι καὶ πολλὰ ἔπαλλοι. i. At nos in scamnis uescentes atq; bibentes. Tristibus inter nos recreemus pectora fati. Cōmemorando. Etenim fit, uti post gaudeat actis. Aspera quisquis multa tulit p̄ multa uagatus. Citatur & locus hic, & prouerbiū ab Aristotele rheroricorum libro primo, ubi cōmemorat, quæ cuiq; natura, uel iucunda sint, uel molesta. Vergilius Homerum æmulatus. Forfan & hæc olim meminisse iuuabit. Item in Tragœdijs Seneca. Quod fuit durū pati, Meminisse dulce est. Circūfertur Græcis & huiusmodi trimeter prouerbialis, ὡς ἡδ' ὑ τοῖς σοφοῖσιμ μεμνήσθαι πόνωμ. i. Ut est iucundum præclaris uiris meminisse laborum.

Aulædus sit, qui citharœdus esse non possit.

XLIII

M. Tullius in oratione pro Murena, comparisonē faciens iureconsultorum & oratorū. Itaq; mihi plarior̄ uidentur, inquit, initio hoc multo maluisse, post cum id assequi non potuis-

C 4 sent isthuc

sent, isthuc potissimū sunt delapsi. Vt aiūt in Græcis artificibus eos aulædos esse, qui citharæ di fieri nō potuerunt. Sic nōnullos uidemus, q̄ oratores euadere nō potuerūt, eos ad iuris studiū deuenire. Hactenus Cicero. Recte dicit in eos, qui malunt in multo inferiore ordine, alii cuius haberi momēti, q̄ inter excellētes negligi. Quemadmodū Iulius Cæsar, maluit in frigidō oppidulo primus esse, q̄ Romæ secūdus. Nec male quadrabit in eos, qui desperatiōe meliorum ad humiliora sese conferunt. Citatur idem adagium in decretis ex Augustino in monachos malos, ad clericorum gregem descilcentes.

Colophonem addidit.

XLV

τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν. i. Colophonem addidit. Dicit consuevit, cum summa manus rei cui p̄ am imponitur, aut cum accedit id, sine quo negōcium confici non potest. Originem adagionis indicat Strabo libro Geographiæ suæ decimoquarto, scribēs Colophonios olim cum naualibus copijs abundasse, tum equestribus usq̄ adeo præcelluisse, ut ubicūq̄ gentium bellum gereretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profugaretur. Atq̄ inde uulgo natum prouerbium, κολοφῶνα ἐπέθηκεν. i. Colophonem addidit. Refertur a Diogeniano prouerbium. Indicauit & Festus Pompeius, scribens Colophonē dici solere, cū aliquid finitum significaretur, tamen si locum eum arbitror non uacare mēdo. Aristides in Themistocle, πάντα ταῦτα κολοφῶν τῷ λόγῳ. i. Atq̄ hic rationis summa Plutarchus in libello de musica, tamen si stil⁹ p̄pe clamitat illi⁹ nō esse, τούτους τοὺς σίχους ἀγαθὲ δὲ διδάσκαλε κολοφῶνα ἢ πρὶ τῆ μουσικῆς λόγων πεποιήμα. i. Hos uersus bone præceptor Colophonem eorum, quæ de musica disputata sunt feci. Idem in libello de prudentia animantium dixit, κορυφήν. ἵνα ἡ κορυφήν ὁ λόγος ἐπιθεὶς ἐαυτῷ πάντη. i. Vt autem oratio sibi fastigium imponēs finem faciat. Latinis item dictū est apicem imponere. M. Tullius in Catone maiore. Apex autem senectutis, est autoritas.

Nullum ocium seruis.

XLVI

οὐ χολὴ δούλοις. i. Non est ocium seruis. Refertur ab Aristotele libro Politicorum septimo, Sumptum a seruorum conditione, quibus heri nullum concedunt ocium, immo paulo plus etiam imponunt operæ, q̄ illi præstare possint, ut q̄ sunt in dimenso parci, tam sint in operarum pensis liberales. Dicitur in eos, quibus propter obnoxiam ministerijs sordidioribus conditionem, nō uacat honestis disciplinis operam dare. Nam artes liberales hinc dicunt, quod his ingenui incumberent, utpote, quibus & ocium & res suppetebat. Accommodabitur haud quaq̄ incite & in improbos, quorum ingenium ita uitijs occupatur, ut non possint egregias artes perdiscere. Nihil enim occupatus seruitute. Nulla autem seruitus grauior, q̄ si quis uitijs seruiat. Maxime cum is plurimos habeat dominos, eosq̄ plurimum inter se dissidētes, & ob id nequaq̄ eadem imperantes. Etenim si quando segnities iubet in medios dormire diēs, auaritia contra iubet, prima luce adesse in portu. Cum tenacitas indicit parsimoniā, amor iubet profundere. Solus itaq̄ sapiens & liber est, & in octo uiuit.

Titanas imploras.

XLVII

Τιτᾶνας καλεῖ. i. Titanas inuocas. Vbi quis suis diffusus uiribus, alienum Implorat auxilium. Sumptum a Gigantum fabula, in qua Iupiter suo timens Olympo, Titanas in auxiliū accersit. Id quod prouerbiali quoq̄ metaphora Latini ueteres quiritari dicebant, autore Nonio Marcello Tractū a more Romanorum, qui uī oppressi Quirites inuocabāt, Sic enim appellant ciues Romanos. Refertur adagium a Diogeniano. Lepidior fiet allegoria, si lōgius a simplici figura recedat. Veluti si quis Theologus non potens se diuinis tueri literis, ad philosophorum rationes sese transferat.

Homo bulla.

XLVIII

πομφόλυξ ὁ ἀνθρώπος. i. Homo bulla. Prouerbium hoc admonet humana uita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Est em̄ bulla tumor ille inanis, qui uisitur in aquis, momento temporis enascens simul & euanescent. M. Ter. Varro in præfatione, quā scripsit in libros de re rustica. Cogitans, inquit, esse properandū, quod si, ut dicitur, homo est bulla, eo magis & senex. Annus em̄ octogelimus admonet me, ut sarcinas colligam, anteq̄ proficiscar e uita. Lucianus item in Charonte, uitas hominū bullis huiusmodi similes facit, quarum aliæ simul atq̄ natae sunt, protinus euanescent, aliæ paulo diutius durant, omnes breuissimis quibusdam interuallis, aliæ succedunt alijs. Neq̄ quicq̄ profecto potuit excogitari, quod melius representaret, q̄ nihili sit hæc uita nostra. Primum quāto discrimine prodimus in lucem, deinde q̄ destituta, quātis obnoxia piculis infantia. Quā fugax adulescentia, q̄ præceps iuuenta. Aristoteles in libris

les in libris Politicis, itemq; Rhetoricorū libro tertio, uigorē humani corporis tradit iam euanescere anno ferme trigelimoquinto, animi, unde quinquagesimo. Hippocrates extremā hominis aetate terminat quadragesimonono. Iam si pueritiā & senectam deducas de ratione aui quæso quantulū est hoc, quod relinquetur. Et hoc ipsum, tantis circumscriptū angustijs, sexcēta morborū genera quotidie infestant, nec pauciores impetūt casus, ruinae, uenena, naufragia, bellum, terremotus, lapsus, fulmen, & quid non? Alius acini granum glutens praefocatus est. Est quem potus cum lacte pilus strangularit. Neq; defuit, cui stiria gelu durata delapsa tecto, subitum attulerit exitium. Et hoc est animal illud, quod tantos molitur tumultus, cuiusq; cupiditatibus orbis hic angustus est. Nec mihi temperare possum, quin hoc loco Plinij uerba adscribam ex libro septimo, uitae fragilem breuitatem scite depingentis. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus naturae, quicquid datur nobis. Malignum uero & breue, in ijs etiā quibus largissime cōtingit uniuersum utiq; aui tempus intuentibus. Quid quod aestimatioe nocturnae quietis dimidio quisq; spacio uitae suae uiuit, pars aequa morti, similis exigitur, aut poenae, nisi contingit quies, nec reputantur infantiae anni, qui sensu carent, nec senectae in poenam uiuacis, tot piculorum genera, tot morbi, tot metus, tot cura, toties inuocata morte, ut nullū frequentius sit uotum. Natura uero nihil hominibus breuitate uitae praestitit melius. Hebescunt sensus, membra torquentur, praemoritur uisus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta. Et tamen uitae hoc tempus annumeratur. Ad bullarum similitudinē accedit nobilis illa Homeri comparatio de caducis arborum folijs. Sic enim Glaucus apud hunc loquitur Iliados sexto, οἷν πρὸ φθιλλῶν γενεῆ, τοίη ἢ κῆ ἀνδρῶν φύλλα τὰ μὲν τ' ἀνεμος χαμάδι χεῖρ, ἄλλα δ' ἔσ' ὕλη κλεῖδῶσα φύη, ἕαρος δ' ἐπιγίγνετ' ὥρη. i. Tale quidē genus est hominum, quale est foliorū. Quorum haec uetus humi fundit, rursum illa uirescens Profert sylua, simul ueris iam afflauerit aura. Hoc carmine Pyrrhonem Academicum, peculiariter delectatum fuisse, testatur Diogenes Laertius. Rursum Homerus Iliados. φ, οἱ φύλλοισιμ εἰοικότες ἄλλοτε μὲν περὶ ἀφλεγέες πελέδισσιμ ἀρούρης καρπῶν ἔδοντες ἄλλοτε δ' αὖ φθινύσσισιμ ἀκρήιοι. i. Frondibus arboreis similes nunc ubere factū Exuperant, laetiq; satis uescuntur agrorum Nunc rursum intereunt, euanescentq; caduci. Idem alio rursum loco quopiam, οὐδὲρ ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώπιον. i. Nil homine cunctit tellus infirmius alma. Menander apud Plutarchum in libello consolatorio ad Apolloniū, τὸ δὲ κεφάλαιον τῆν λόγων, ἀνθρώπος εἶ οἷ μετὰ θολήν δάπτω πρὸς ὕψος κῆ πάλιν ταπεινότητι αἰῶν οὐδὲρ λαμβάνει καὶ μάλα δικάως ἀδενέστωρ γρ' ὅμ φνσει, μεγίστοις οἰκονομῆτη πράγμασιμ. i. Caput atq; summa orationis haec, homo es, Quo non aliud est animal usq; quod modo Surgat, modo cadat, citius atq; crebrius. Ac iure sane, quippe debilissimum Cum sit, negocia administrat maxima. Euripides apud eundem, οὐδ' ἔλθοσ, οὐ βέβαλοσ ἀλλ' ἐφήμεροσ. καὶ ἡμέρα μία τὰ μὲν καθ' ἄλιν ὕψοσ τὰ δ' ἥρ' ἀνω. i. Nec stabilis est felicitas, sed in diem durans. Et Vnicus dies & haec ab alto traxit, haec & sustulit Ab imo in altum. Quo quidem in loco Demetrius Phalareus poetam alioqui laudatum ob elegantiam, taxasse legitur, qui non ἡμέραμ μίαν. i. Vnū diem, sed σιγμῆμ χρόνον. i. Temporis punctum dicere debuerit. Pindarus uicit etiam Homericam similitudinē, ut qui hominem non frondes, sed umbræ somniū uocarit, τὶ δὲ τὶσ; τὶδ' οὐτὶσ; σκιᾶσ ὄνασ ἀνθρώποσ. i. Quid autem aliquis? Quid autem nullus? Umbrae somniū homo. Nihil inanius umbra. Videtur enim esse, cum nihil sit. At hac quoq; reperit quiddam inanius, nimirum umbræ somnium. Aeschylus apud Stobæum, umbræ fumi similem facit hominis uitam, τὸ δὲ βροτέιον ἀπὲρ μ' ἐφήμερα φρονεῖ καὶ πῖσόν οὐδὲρ μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιᾶ. i. Caduca molitur genus mortalium Neq; certa res est ulla nec tuta, haud magis Atq; umbra fumi. Sophocles item in Aiace, ἀνθρώποσ ἔστι πνεῦμα κῆ σκιᾶ μόνον. i. Nil aliud ac umbra, atq; flatus est homo. Nil autem uenustius illa comparatione, rosarum repente nascentium, senescentium & intereūtium cum hominum uita. Carmen extat titulo Maronis, quod etiam si Vergilianam uenam nō admodum relipit, tamen ita scatet gratijs leporibusq;, ut ab autore non solum eruditissimo, uerum etiam festiuissimo (quisquis is fuit) profectum appareat. Huc pertinet, quod poeta fingunt mortales omneis a parcarum filis pendere, quibus infectis protinus decidant. Atq; alios quidē a candidis, alios a pullis suspēdi filis. Rursum alios in sublime sublato pēdere, alios terrae uicinos. Omnium tamē hanc eandem esse sortem, ut simul atq; inexorabilis Atropos, pollice filum secuerit, ilico decidat, is qui pēdebat. Nec ullum esse discrimē, nisi quod maiore tumultu decidit, is qui pēdebat altius. Rides? & hos lusus esse, iocosq; poeticos existimas? Lusus quidem, sed saeuus ille, nimiumq; procax fatorum lusus, quē utinā in gregarios & inutiles homines

homines duntaxat exerceant, in quos cōuenit Homericū illud, *ἔτ' ὅσπου ἀχλὺς ἀρούρης*, ac non etiam uirōs cœlesti præditos ingenio, tum autem principes optimos ante diem e medio tollerent. A quibus non solū non abstinent hanc ludendi licentiam, uerum etiam his quasi declarata opera uidentur insidiari, nimirum ambitiosa quadam inuidētia, ut hoc ipsum sibi licere declararent, palamq; faciant, omnē mortale, quicumq; is fuerit ex æquo bullam esse. Quanta rei literariæ iactura, nuper mors imatura terris eripuit Paulū Canalē, Patriciū Venetū, Iuuenem quidē illū uix dū annos natū uiginti quinq; sed Deū imortalē, q̄ felici ingenio, q̄ acri iudicio, q̄ ubere faciendia, quanta linguarū, quanta disciplinarū omniū scientia præditum? Nihil sua referre putauit inexorabile fatum, quod tantū adferret dispendiū bonis literis, quibus ille iā succurrere nō instrēnue cœperat, quod tam graue desyderiū excitaret literarū cultoribus, quod tantos fructus, tantas studiosorū spes repente incidere. Iā uero PHILIPP I Principis mei tam immaturū interitum, equidem nec memorare possum, ob acerbissimū illius desyderiū, neq; rursus, quando quidē locus admonuit, præterire fas est, propter singularē etiam illius in me benignitatē. Hunc unū fortuna, Principū omniū, quos unq; sol uidit, optimū, maximum, ornatissimū terris ostendit, sed heu facinus, ostēdit tantū, ac protinus subduxit. Nā quæ nam sunt, uel naturæ dotes, uel ornamenta fortunæ, quid diuinitus a superis dari potest mortalib⁹, quod in illo nō fuerit & eximiū, & cumulatissimū? Primū q̄ heroica corporis p̄ceritas, quanta formæ, tum dignitas, tum gratia? Quis oculorū uigor? Quam felix indoles, Quæ firmitas membrorū, quod robur, qui status, quæ habitudo? Nam de natalium splendore, quid attinet dicere, In quibus tot reges, tot imperatores, tot heroes inuenies, ut ne fingi quidē possit quicq; illustrius, amplius, luculentius. Accēdebat ad hæc arcana uis quædam diuinitus insita, qua fiebat, ut non secus ac magnes quidam, regum, gentiū, suorum, externorū, breuiter omnium mortaliū animos in sui raperet amorem, adeo ut non solum conspectus congressusq; sed uel auditum modo Philippi nomen, nescio quomodo miram quandā excitaret beneuolentiam. Quæ quidem re quid potest summo Principi cōtingere felicius? Augebat fatalem hanc amabilitatem, singularis quædam morum comitas, dexteritasq;. Itaq; Regum ac nationū omniū tam mirus in hoc amando consensus, ut etiam, qui paulo ante bello conflictabant, iam positis armis, pari studio ad ornandū Philippū incumberent. Adeo pacis, concordia, gratiarum, ac gaudiorum plena erant omnia, ubicūq; terrarum affulsisset ille. Quem ueterū ducem, quem triumphū nō contemnat is, qui spectarit, quantum ueræ beneuolentiæ, quantum studiorum, quantum ornamentorū duabus illis in Hispaniam p̄fectionibus, certatim cōtulerunt, tot reges, tot proceres, tot nationes, Gallia, Sabaudia, Hispania, Germania, Britannia. Multum ornamentum sibi putabat adiungi, quisquis in PHILIPP V ornamentum quippiā contulisset. Quibus de rebus noster extat Panegyricus. Adiunge ad hæc uxoris fecunditatem, liberos omneis incolumes, patrem (ut infinita decora uerbo cōplectar) MAXIMILIANVM, adde tot reges ad finitatis etiam uinculis ad glutinatos. Adde imperij magnitudinem, in qua natus, adde regni luculentiam, in quod ascitus, adde paternæ maiestatis successionem, adde tantarum rerum spes, quæ tali indoli, talibus fati, talibus debebantur moribus, certas, siquid omnino certum esse superi uoluissent in rebus mortalium. Quæ iam contigerant, erant maxima, atq; hoc maiora, quod non quemadmodum plerisq; ui, sanguine, & alienis calamitatibus accreuerant. Vix enim aliter ingentia possidentur imperia. Nihil erat in tot felicitatis PHILIPPI nostri calculis cruentum, nihil cum ullius dolore iactura ue coniunctum. Quæ uero impendebant, sic impendebant, non ut inualurus ea uideret, sed ut reculare non liceret. Tot inq; dotes, tot ornamenta, tot gentium studia, tot regum optata, tam iusta, tā pia patris amatissimi uota, tot patriæ gaudia, tam amplas spes, tantam orbis expectationem repente prope rata mors interfecit, nimisq; crudeli docuit exemplo, neminem esse mortalem, usq; adeo cœlitibus uicinum, quin bulla sit. Sed iam dudum tempus est, ut his omiſsis ad institutum negociū recurrat oratio, ne quis merito calumniari possit, nos in medijs adagijs declamare. Quæ uideo Plinium in huiusmodi locos causa uoluptatis frequenter digredi. Me dolor a propoli to non nihil transuersum egit, non illectauit amœnitas.

Optimum non nasci.

XLIX

Venustissimam & omniū literis celebratam sententiam usurpat Plinius secūdus in præfatione septimi libri, ubi collectis innumerabilibus, tum natiuitatis nostræ periculis, tū uitæ incommodis, ita concludit. Itaq; multi extitere, qui non nasci optimū censerent, aut q̄ocyssime aboleri

Hanc M. Tullius à Sileno profectam scribit, quam M. T. libro de cōsolatione sic extulit, teste Lactantio, non nasci longe optimū, nec in hos scopulos incidere uitæ, proximum autē, si natus sis, quæ primū mori, & tanquæ ex incendio effugere uiolentiam fortunæ. Citat idem Lactantius duos hos senarios Græcos, τὸ μὴ γενέσθαι μὴ κράτιστον ἐστ' αἰεὶ ἔπαρ δ' ἐγένησθαι ὡς τάχιστ' εἶναι τέλος. i. Haud unquæ in auras prodississe potissimum est, Aboleri ubi sis natus ilico, proximum est. Adducit & Theognidem, ἀρχὴ μὴ μὴ φῦναι ἐπιχθονίσι μᾶλλον ἀριστον μὴ δ' εἰσιδέσθαι αὐτὰς ὄψεος ἡλίας φησὶν αὐτῶν ὡκίσα, πύλας αἰδοῦσθαι. i. Non nasci omnino, primum est mortalibus, atque Haud unquæ solis cernere triste iubar. Verum ubi sis natus, quæ primū inuisere manes. Extant in hanc sententiam epigrammata Posidippi, siue quemadmodū alijs placet, Cratetis Cynici, & huic diuerso respondens, Metrodori. Quæ quoniam elegantissima, nō grauabor adscribere. Cratetis est huiusmodi, πόλις τίς βιότοιο τάμοι τρίβου, ἐμ' ἀγορῆ μὴ Νείκεα, ἢ χαλεπαὶ πρήξεις, ἐν ᾗ δόμοις φροντίδες, ἐμ' ἀγορῆ καμάτων ἄλλης, ἐν ᾗ θαλάσῃ τάρβου, ἐπὶ ξείνης, ἢ μὴ ἔχης ἴδ' ἐμ' ἐμ' ἀγορῆ, ἀνιπρόν, ἔχης γάμον, οὐκ ἀμέριμνον ἔσσαι. οὐ γὰρ μέγας, ζῆς ἔτ' ἐρημότερον. τέκνα, πόνοι πῆρωσις ἄπαις βίον. αἰ νεότητες, ἀφρονες, αἰ πρῆλαι δ' ἐμπαλιμ' ἀδραμέα ἢ ἄρα τοῖμ' ἐνός αἰρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι μὴ δέωτ', ἢ τὸ δανῆμ' αὐτίκα ἡκτόμωμ. i. Id nos ex tempore sic utcūque uertimus, Quod nam iter humanæ cupias insistere uitæ? Quoquo te uertas, omnia plena malis Litigijs causisque forū strepit usque molestis. Perpetua cruciat sollicitudo domi. Enecat assiduis rus triste laboribus, undas Et freta si sulces, mille pericla premūt. Viuenti peregre, si res tibi suppetit ampla. Cuncta miser metues, nec bene tutus ages. Rursum si uacua pendebunt are crumena, Ut durum ac miserum est hospitem egere uirum. Coniugium sequeris, quāta hic te cura sequetur: Defolatus eris, si sine coniuge eris. Si tollis sobolem, multo educēda labore est. Non tolles, orbi lumine uita uacat. Si iuuenis fueris, uaga & inconsulta iuuenta est. Viribus effoeta est cana senecta suis. Ergo quid reliquum est, quæso, nisi sanus ut optes. Alterutrum, aut nunquæ tristibus e sinibus Materni prodisse uteri, aut ubi protinus illinc Exieris, stygias abdiere in latebras. Metrodori sic habet huic diuersum, παντοῖον βιότοιο τάμοις τρίβου, ἐμ' ἀγορῆ μὴ κῦδεα ἢ πινυταὶ πρήξεις, ἐμ' ἀγορῆ ἀμπαυμ', ἐμ' ἀγορῆ φύσιος χάρις, ἐμ' ἀγορῆ θαλάσῃ κέρδος, ἐπὶ ξείνης, ἢ μὴ ἔχης τί, κλέου, ἢ μὴ ἀπρῆς, μόνος οἰδασ, ἔχης γάμον, ὄικος ἀριστος ἔσσαι. οὐ γὰρ μέγας, ζῆς ἔτ' ἐλαφρότερος τέκνα, πόδος ἀφροντις ἄπαις βίος, αἰ νεότητες Ρωμαλέαι. πρῆλαι δ' ἐμπαλιμ' εὐσπείες οὐκ ἄρα τ' διασῶν ἐνός αἰρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι μὴ δέωτ', ἢ τὸ δανῆμ', πάντα ἄ' ἐοδλά βίου. Quod ipsum etiam ad hunc modū traduximus, Quamlibet imo uiam uitæ ingrediare licebit Vndique blanditur plurima cōmoditas Concio si placet atque forum, hinc uberrima fame Materia, hinc ingens gloria colligitur. Hic bene tractandis prudentia callida rebus Exeritur, rursum uita quieta domi est. Rura petis, uario illic oblectamēte mentē Naturæ facies pascet amœna tuā. Dulcia prædiues luca suppeditauerit æquor, Si peregre uiuis, resque tibi suppetit, Multus honos comitat, habes nihil, ergo pudoris Est min⁹, ipse tibi cōscijs unus eris. Vxor ducta tibi est, domus optima p̄inde futura est. Nō ducta est curis exoneratus ages. Si tibi dulce patris cognomē, pignora nata Donat, & quod ames, unde & ameris erit. Orbus ages, orbi est siue sollicitudine uita Quā patribus soboles ferre alitura solet. Ut cōstāt uiridi, roburque uigorque iuuentæ. Cōmendat pietas sic sua caniciē. Nil igit uideo causæ, cur alterutrū optes Aut nasci nunquæ, aut interisse statim Quādoquidē humanæ, quæ tādē est portio uitæ Non optanda bonis, atque adamāda suis. Extat in hac sententiā & Aufonij Carmē nō inelegans, in quo collectis oibus huius uitæ malis, cōcludit ad hunc modum. Ergo optima Graiorū sententiā, quippe homini aiunt nō nasci esse bonū, aut natum cito morte perire. In hac opinione uident & Thracēs fuisse, quibus mos erat in lucē editos lachrymis prosequi, mortuos cōuiujs & tripudijs. Huius rei meminit Quintilianus institutionū oratoriarū libro quinto. Item Plinius & Valerius Maximus. Herodotus in quinto historiae suæ libro, a quo hæc fabula p̄fecta est, ait Trausos gentē esse Thracibus finitimā, quæ cætera quidē cū Thracū moribus cōcordet, unū illud habeat peculiare, quod edito infante, propinqui circūstantes cū ploratu cōmemorent, quātū calamitatū illi sit p̄ferendū, uitā ingresso. Cōtra defunctum hominē cū lusu læticiaque efferant, recensentes quæ multis malis subductus sit. Plutarchus de audiēdis poetis e Tragico quopiā hos senarios refert, quos Aristides in Themistocle Euripidis esse docet, τὸ μὴ φῦναι θρίωμ' εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ τὸ μὴ αὐτὸ δανόντα ἢ πόνομ' πεπωαυμῶμ χάριτος εὐφροσύνας ἐκπέμψω δόμων. i. Plorare natū, ut maxima ingressū mala, At mortuū, uitæ subductū malis. Efferre lætos, gratulātesque ædibus. Senferūt ueteres uitā hūanā p̄ se mi-

feram & calamitosam esse. Proinde Homerus passim, Δειλοὺς βροτοὺς, i. Miseros mortales appellat. Et hunc emulatus Maro, Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit. Menander apud Stobæum, Sufficere putat ad calamitosi nomē, ut homo sis, Ἀνθρώπος ἰκανὴ πρόσφασις εἰς τὸ δυσυχθῆναι. Homer⁹, ὡς ἴ' ἐπεκλώσαντ' δεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι ζώειν ἄχθυμλυσας, i. Sic etenim statuere Dei mortalibus ægris, Ut uiuant curis districti. Idem alibi, οὐ μὲν γὰρ τί ποτ' ὄξυρ' ἀίχρῳ/περὸν ἀνδρὸς πάντων ὄσα τε γαῖα ἐπὶ πνέει τε καὶ ἔρπει, i. Nil æque miserum est ut homo, quæcunq; animantum, Vitalesq; trahunt auras, serpūtq; per arua. Nec illepide Plautus in Bacchidibus. Vixisse nimio satius est, q̄ uiuere.

Tanq̄ in speculo, tanq̄ in tabula.

Hyperbolæ prouerbiales sunt & hæ, καθάπερ ἐν κατόπτρῳ καὶ ὡσπερ ἐν γυαφῇ, i. Tanq̄ in speculo, tanq̄ in tabula. De re uehementē euidente, perspicuaq;. Terentius in Adelphis. Deniq; in spicere tanq̄ in speculum uitas omniū iubco. Plato libro de legibus decimo, ὡς ἐν κατόπτρῳ, i. Tanq̄ in speculis. Propterea quod inter multa, quæ rerum referunt imagines, uelut aqua, æ politum, gemmæ quædam, nihil æque perspicue reddit simulachra, ut uitrum plumbo sublitum. Nam uitrum quidem ut rarum ac pellucidum maxime capax est imaginū, uerum accēptas non perinde continet, ob pelluentiam, proinde sublitum plumbum, ob nigrorē aliquē naturæq; densitatem, sistit impressam imaginem, neq; dilabi sinit. Euanescūt enim simulachra non secus atq; candelæ lumen, in sole, quoties excipiuntur in corpore nimio tenui p̄spicuoq;, uelut in aere, pura aqua, crystallo, uitroq; non obscurato corporis alicuius oppositu. Rursum in nimium densis & obscuris non hærent, uelut in silice, ligno ue. Proinde natura solertissima rerum omniū architectrix, oculum animantium ad speculorum imaginem finxisse uideē, q̄p pe quæ parti pelluenti nigrorem quendam adiunxit a tergo, quo sublato, protinus tollat & uidendi facultas. Vnde scite dictum est illud, ut speculum oculus est artis, ita oculus esse naturæ speculum. Illud miraculo dignum, speculum non modo clarissime representare simulachra rerum omniū, quæcūq; obiecta sūt, uerum etiam interualla, colores, motus, breuiter res ipsas pene dixerim euidentius q̄ sunt, hoc uno discrimine quod aduersa refert. Cuius causa hæc est, quod species quæ a corpore solido per aerem manat ad speculi superficiē, simplex puraq; est, unde fit ut non alia sit auersa, q̄ aduersa. Quibus de rebus acutissime multa disseruit Ambrosius Leo Nolanus noster in quæstionibus suis. Iam ars picturæ a rudibus initijs profecta, eo subtilitatis excreuit, ut nō oculis hominum, sed etiam aibus imposuerit, effeceritq; ut ueras res esse crederent, quæ coloribus erant fucata.

Salsitudo non inest illi.

Ἀλμη οὐκ ἐνεστ' αὐτῷ, i. Salsitas non inest illi. In infacetos & fatuos & stupidos. Sal enim primum maximeq; cōmunc condimentum uidetur. Plinius libro trigessimoprimo indicat, metaphoram esse sumptam ab usu salis, quod in omnibus cibis sit condimenti uice, & auiditatem inuitet. Ergo hercle, inquit, uita humana sine sale nequit degere, adeo necessarium elemētum est, ut tranierit intellectus ad uoluptates animi quoq;. Nā ita sales appellant, omnisq; uitæ lepos & summa hilaritas, laborūq; requies, nō alio magis uocabulo cōstat. Atq; hinc insulsa oratio, quæ nihil habeat leporis, & insulsus homo, moribus inelegātibus. Contra falsum dīcteriū quod acrimonia quadam mordcat. Et Sales uocant festiuiter & argute dicta, non sine illecebra quadam mordacitatis. Seneca non uult Sales nostros, dēratos esse. Quintilianus institutionum libro sexto, capite de risu. Salsum, inquit, in consuetudine, pro ridiculo tantum accipimus. Natura nō utiq; hoc est, quanq̄ & ridicula oporteat esse falsa. Nam & Cicero, omne qd falsum, ait esse Atticorum, non quia sint maxime ad risum compositi. Et Catullus cum dicit, Nulla in tam magno est corpore mica salis, nō hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, & uelut palatum excitat, quod & a tædio defendit orationem. Sane tamen, ut ille in cibis paulo liberalius aspersus, si tamen non sit immodicus, adfert aliqd propriæ uoluptatis, ita hi quoq; in dicēdo habēt quiddam, quod nobis faciat audiendi sitim. Hactenus ille. Porro Catulli carmē, quod Fabius citat, sic habet. Quintia formosa est multis, mihi, candida longa, Recta est hæc, & ego singula confiteor. Totū illud formosa nego. Nā nulla uenustas, Nulla in tā magno corpore mica salis. Quo quidē in loco, stultissime carpit Fabium Catullianus interpres, quasi poetæ uerba parum perpenderit, Cū ip̄e dormitans Fabij uerba parū perpenderit. Negat enim Fabius Salsum uocari, quicquid ridiculū sit, etiā

si uulgo sic, usurparent indocti. Allusit ad hoc adagium Terentius in Eunucho. Qui habet sale m, quod in te est, fatuum militē & insipidum intelligi uolens. Cui postea simili ironia, Atticam tribuit eloquentiam. Refertur a Diogeniano & Zenodoto.

Acetum habet in pectore.

LII

Huic germanum est Plautinum illud in Bacchidibus. Nūc experiar, sit ne acetum, tibi cor acre in pectore. Legitur & alias apud hunc ipsum, Ecquid habet acetum in pectore, pro eo, quod est, Num sapit, Num quid habet astutia? Nam ut salsa, itidem & acida, palatum iuuant, acuiuntq; & irritant stomachum. Horatius in sermonibus, acetum pro mordaci dicacitate dixit. At Græcus postq; est Italo perfusus aceto Persius exclamat. Et hoc ipm aceto pfundere, prouerbij speciem habet, sicut & illud ex sermonibus Horatianis. At idem quod sale multo. Urbem defricuit charta laudatur eadem.

Solus sapit.

LIII

Narrat Diogenes Laertius Chrysippum philosophum usq; adeo sibi placuisse, ut cōsultus a quodam, cui potissimū filium suum philosophiæ præceptis instituendum traderet, Sibi cōmittendum responderit. Nam si quem, inquit, alium me præstantiorem arbitrarer, ipse apud hunc philosophiæ darem operam. Vnde & illud Homericum de eo uulgo iactatum fuisse. Quod solus saperet, reliqui uero umbræ ferrentur. Est autem apud Homerum Odissæ. x. de Vate Tiresia, cui uni Proserpina dederit, ut etiā uita defunctus saperet, reliquas umbras uolitare, & eas quidem nihil aliud, q̄ umbras, τῶν ἐπιθνησῶντι νόσῳ πόρε πρῶσεφόνεια, οἷω πεπνυόσῃ, τοῖς δὲ σκιαῖ αἴωσαν. i. Huic etiā extincto dederat Proserpina mentem. Solus uti saperet, reliquis uolitantibus umbris. Usurpatur & a Platone, tanq; prouerbij loco. Vnde licet conijcere carmen hoc Homeri, unū fuisse ex ijs, quæ plurima Macrobius scribit, adagionum instar solere celebrari. Sic & Cato de Scipione Africano pronūciauit, ut narrat Plutarchus in præceptis ciuilibus, οἷος πέπνυται, τοῖς δὲ σκιαῖ αἴωσαν. i. Solus sapit, alij uero umbræ feruntur. Apte dicebat de ijs, qui tanto interuallo reliquos omnes post se relinquunt, ut illi nihil nisi umbræ præ his esse uideantur, planeq; quemadmodū Græci dicunt, λήθη καὶ φλυαρία. i. Nugæ, deliriaq;.

Canem excoriatam excoriatam.

LIIII

καὶ α δέρεται δὲ δαρμύλιω. i. Canem excoriatam excoriatam. Suidas ait dici solere de ijs, qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata, nā hāc quoq; nomine huius inscriptam inuenio, τὸ τῷ φρεσὶ γὰρ τὰ κύνια δέρεται δὲ δαρμύλιω. i. Illud Pherecratis, Canem excoriatam excoriatam. Diogenianus ait cōuenire in eos, qui frustra sumunt operam. Sunt qui putent magis cōuenire, cum quis affligit afflictum. Confine est illi, quod alibi diximus, ἄσχομ δέρεται. i. Vtrem excoriat. Quod usurpat Aristophanes in nebulis.

Perq; enses, perq; ignem oportet irumpere.

LV

διὰ καὶ μαχαίρων, ἐπὶ πυρός ῥιπῆσθαι δέει. i. Perq; ignem eundem est, & per enses impetu. Cum significamus quiduis periculi subeundum. Aristophanes in comœdia, cui titulus, Lysistrata, ἔγωγε με γὰρ διὰ τὸ πυρός ἐδέλω βαδίζω. i. Etiam si sit opus, per ignem ire cupiam. Et Terentius ait, paratitum non grauaturum, uel e flamma cibum petere. Calliæ adultores taxauit comœdia, ὅτι οὐ πῦρ οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκός ἐργα μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δίσπνομι. i. Quod nō ignis, non ferrum, neq; æs perhibuerit illos, quo minus uentitarent ad cœnā. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello de discrimine adulatoris & amici. Horatius item, Per mare pauperiem fugiēs, per saxa, per ignes, Impiger extremos currit mercator ad Indos. M. Tul. Tusculanarum quæstionū libro secundo. Quæ flamma est, per quam non cuccurrerint, qui hæc olim punctis singulis colligebant, id est, Quid non uel fecerunt, uel perpessi sunt.

Non impetam lingua.

LVI

οὐκ ἐπιγλωτῆσομαι. Non incessam lingua. Figure nouitas in prouerbium abiisse uidet, auctore Diogeniano. Aristophanes in Lysistrata, περὶ ἧν ἀδυνάω δὲ οὐκ ἐπιγλωτῆσομαι. i. At lingua Athenas neutiq; incessam mea. Græcis, ἐπιγλωτῆσθαι, est linguæ conuēt ijs incessere, quasi dicas inlinguare, quemadmodū a uola dicimus inuolare. Vt licebit, cum significabimus nos de re quæpiam periculosa nolle uerba facere, ueluti de rebus diuinis, de rebus principum, aut potētum, οὐκ ἐπιγλωτῆσομαι. Verbum inde ductum, quod qui temere loquuntur, ὅτι ἄρ ἐπὶ γλώτῃα κληθῶ, loqui dicuntur, sicut alibi monstraui mus.

Arena sine calce.

LVII

Vt auctor est Suetonius Caligulæ Cæsari, usq; adeo placebat ardor, ac uis in dicēdo, ut Seneca orationem

D. cæ orationem

cæ orationē, sine calce arenam sit solitus appellare, tanq̄ dissolutam, ac neruis carentem. Male em̄ cohæret arena, ni calcē admisceas. Cō fine illi, quod alio dictū ē loco, Scopæ dissolutæ.

Lupus hiat.

LVIII

λύκος ἔχωνεμ. i. Lupus hiat, dicebatur si quis re multum sperata, multumq̄ appetita, frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu late diducto accurrere. Qua si frustra obambulare hiantem. Aristophanes in *Lystrata*, οἷσι μὲν πρὸς οὐδὲν, εἰ μὴ πρὸς λύκῳ κεχρησμένοι. Quibus tutū nihil, nisi lupo hianti. Item Lucianus in *Gallo*, ἐσθάρ οὐ μὲν, μάττω λύκῳ χωνῶν πρὸς ἀμικρόν. i. Ingrediebar itaq̄, cum parum abfuisset, ut lupus hians discederē. Dionysius Sophista in epistola quapiam, ἄρα μὴ λελήθαι ἐμαυτῶν εἰς πρῶσι μίαν ἐλθῶν, εἰ γέγονα λύκῳ χωνῶν διὰ κενῆς. Num insciens in prouerbiū incidi, factulq̄ sum lupus frustra hians?

Porcellus Acarnanius.

LIX

χοιρίσκος ἀκαρνάν. i. Porcellus Acarnanius. In mollē & amabilem, atq̄ in delitijs habitū dicebat. Lucianus in dialogis meretricijs, λέει μοί φασι χοιρείας ἢ χοιρίσκῳ ἀκαρνάν. i. Lenis mihi, ut aiunt, Chæreas, & Porcellus Acarnanius. Allusū opinor ad Porcellū, quē inducit Aristophanes, ὃν ἀκαρνέυσιν, symbolū eorū membrorū, quibus obscœnæ uoluptates peraguntur.

Megaricum Machinamentum.

LX

μεγαρικὴ μηχανή. i. Ars megarenسيس dicitur, cum dolo & astu res agitur, non sincera fide. Olim enim Megarenسيس uulgo male audiebant, tanq̄ fraudulentī, ac ficti, quod aliud sentire soleāt, aliud loqui. Citatur apud Suidam hic senarius, ἀλλ' ὅστι μὲν μεγαρικά ἴς μαχωνά. i. Sed quæpiam ars nobis adest Megarenسيس. Est autem apud Aristophanē in fabula, cui titulus, ἀκαρνέης.

Seruus seruo præstat, dominus domino.

LXI

δοῦλος πρὸ δούλου, δεωπότης πρὸ δεωπότου. i. Seruoq̄ seruus, potior est, herusq̄ hero. Senarius est prouerbialis, admonens in eodem hominū genere, non statim omnes æquales esse, uerū hominū habendam esse rationem, non tantū conditionis. Veluti generosus antecellit suo pte genere plebeium, uerum est non mediocre discrimen inter generosum & generosum, itidē inter plebeium & plebeium, adeo ut quosdam plebeios nonnullis ingenuis anteponas. Aristoteles libro *Politicorum* primo, τὰ μὲν ἐντιμότερα ἔργα, τὰ ἢ ἀναγκαϊότερα, καὶ ἢ πρὸς τοῖς πρῶσι μίαν, δεῦλος πρὸ δούλου, δεωπότης πρὸ δεωπότου. i. Quædam ministeria honoratiora, quædam autem magis necessaria. Et iuxta prouerbiū, Heroq̄ herus, seruoq̄ seruus est prior.

Dædali opera.

LXII

Δαιδάλεια πημάτια. i. Dædalea opera dicunt, quæ nouo artificio fabricata sunt, & admirādo. Hinc natum, quod cum ueteres illi plastæ formas animalium cæcas fingerent & immobiles, Dædalus insolito artificio, primus & oculos induxit, & neruis quibusdā abditis effecit, ut huc atq̄ illuc mouerentur, adeo scite, ut spectantibus uiuere, atq̄ ingredi uiderentur. Vnde scrūt quædam Dædali signa uinciri pedibus ne aufugiant. Huius rei meminit Plato in *Memnone*, his quidem uerbis, ὅτι τοῖς δαιδάλοισ ἀγάλμασιν οὐ προσέχηκας τῶν νῶν, ἴσως δέ, οὐδ' ὅτι παρ' ὑμῶν, πρὸς τί τὸ τοῦτ' λέγεις, ὅτι καὶ ταῦτα ἐὰν μὴ δεδεμένια ἢ ἀπιδιδράσκη ἢ δραπέτευσαι, ἐὰν ἢ δεδεμένια, πρὸς μένει. τί οὐκ ἔστιν ἐκείνους πημάτω μὲν λεγόμενον ἢ ἐκτῶν οὐ πολλῆς ἕνεκα ἕξιόν ὅτι ἡμῶν ὡσπερ δραπέτευσαι ἀνθρώπων, οὐ γὰρ παραμένει. δεδεμένον ἢ πολλῶν ἕξιόν. i. Quoniam non animaduertisti Dædali signa, Fortassis ne sunt quidam apud uos. Quorum isthuc dicitis: Quoniam illa quoq̄ ni reuincta fuerint, discedunt, atq̄ aufugiunt. Sin uincta sint, consistūt. Quid tum postea? Siquid ex illius operibus solutum possideas, haud quaq̄ magno æstimandum, perinde quasi seruū possideas fugitiuū. Neq̄ enim apud te manet. Sin autem uinctum, id magno æstimandum sit. Meminit & Aristoteles libro *politicorum* primo, de seruis loquens, quos ait nihil aliud esse, q̄ instrumenta uiua. εἰ γὰρ, inquit, ἡ δαῶντο ἕκαστον ἢ ὀργάνων κελδοδὲν ἢ προσαιδωνόμενον ἀπτελῆν εἰ ἀντ' ἔργον, ὡσπερ τὰ δαιδάλοισ φασιν ἢ τῶν τῶν ἡφαίστου τριπόδας οὐς φασιν ὁ πεκτῆς αὐτομάτας δεῖον δὲ αὐτῶν οὕτως αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταί, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιδάριζεν, οὐδὲν ἄν εἶδαι οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτονσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεωπότοις δούλων. i. Etenim si fieri posset, ut unumquodq̄ instrumentū, uel iussum, uel per se præsentiens, suum opus perageret, quæadmodū aiunt Dædali statuas facere, & Vulcani tripodes, quos poeta scribit ultro in diuinū certamen prodisse, itidem & pectines per se texerent, & plectra cithara canerēt, haud quaq̄ opus haberent, neq̄ Architecti ministris, neq̄ domini seruis. Meminit item de anima libro primo, refellens opinionem Democriti, celen tis animā ita mouere corpus, ut ipsa prius mota, moueret. Ait enim Democritum tale quiddam adferre, quale sit apud Philippum comœdiarum scriptorem. Is enim scripsit a Dædalo ligneam Venerē

gneam Venerem fabricatam fuisse, quæ moueretur argento uiuo infuso. Proinde prouerbiū ad uarios usus poterit accommodari, Vel ubi res inuitata arte confectas, significabimus. Nam **Homerus**, artificiosa Dædala uocat, ος χρῆσιν ὑπίσταρ δαίδαλα πάντα πύχερι. i. Qui manib⁹ sciebat artificiosa omnia fabricari. Item **pindarus** in Olympiacis, καὶ δεδαδαλμῶσι φείδεσι πικίλοις ἕξαπατήσιν μῦθοι. i. Et arte confictæ mendacijs uarijs fallunt fabulæ. Et **Vergilius** Dædalum Circeum uocat, quod nouis & admirandis artibus homines uerteret in feras. Vel cum inconstantiam & instabilitatem cuiuspiam significabimus. Sic enim apud **Platonē** in Eutiphro ne, Socrates argumenta nō consistentia, Dædaleis operibus similia uideri dicit. Eutiphron autem respondet, Socratem sibi pro Dædalo esse, quippe qui rationes suas non sinat cōsistere, rursus coarguens & euertens, quod paulo ante uisus sit approbare.

Furemque fur cognoscit, & lupum lupus.

LXII

Ἔγνω ἢ φῶρ πε φῶρα καὶ λῆκθ' λῆκον. i. Furemque fur cognouit, & lupū lupus. **Aristoteles** septimo libro moralium Eudemiorum hūc quoque senariū citat inter adagia similitudinis. Amat em̄ uulgo se mutuo, & similibus uitij laborat, præcipue fures. Et lupi latronū instar, collecti grassant.

Terra amat imbrem.

LXIII

Ἐστὶ μὲν ἄμβροσ γαῖα. i. Imbrem quidem tellus amat. Vbi quis desiderat ea, quæ sibi nouit esse accommodata, conducibiliaque. Citat hoc **Hemistichium** ueluti prouerbiale **Aristoteles** libro moralium Eudemiorum septimo, Ostendens non solum similitudinem conciliatricem esse amicitia, uelut inter fures, gracos, & lupos, uerumetiam dissimilitudinem nōnunquam beneuolentia causam existere, contra similitudinem odij. Nam terra cum suapte natura sit sicca, amat imbrem, & figulus odit figulum, indoctus amat literatum, mulier uirum.

Herculana balnea.

LXV

Ἡράκλεια λουτρὰ. i. Herculana balnea. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & **Thermas Neronianas**. **Aristophanes** in nebulis, πού ψυχρὰ δὴτα πώποτ' εἶδες Ἡράκλεια λουτρὰ. i. Vbi nam frigida unquam uidisti Herculana balnea. Interpretes adscribit **Ibycum** autorem esse, **Vulcanū** muneris uice submisisse **Herculi** feruida Balnea. Atque inde calida Balnea Herculana dici coepta. Porro **Aristoteles** in problematis ostendit huiusmodi Balnea apud ueteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine, rebus natura sacris proueniāt. **Pisandrus** autem tradit **Mineruam**, **Herculi** fesso calidum Balneū suppeditasse. Vnde mihi fit uerisimile, prouerbiū recte dici posse, quoties ætate aut labore quopiam fatigatis, ministeriū paulo diligentius ad refocillandas uires adhibetur. Nam **Plato** libro de legibus sexto, καὶ λουτρὰ. i. Senilia balnea calida uocat, eaque senibus exhiberi iubet. Siquidem ueteres frigida lauabant, Calida balnea ualitudinaris duntaxat exhibebantur. At his temporibus aurigæ quoque & nauæ lauant in **Thermis**.

Aut ter sex, aut tres tessera.

LXVI

ἢ τρις ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. i. Aut ter sex, aut tres tessera. Siquando significabimus nos extrema periclitari uelle, & aut plane uincere, aut profum uinci, hoc adagio tempestiuiter utemur. Sumptum est a uetusto tesserarum lusu, in quo qui nouem iecisset, is modis omnibus superabat, & tres, is longissime aberat a uictoria. Nam antiquiores tribus tesseris uti consueuerant, nō quæ admodum nunc duabus. Tesseram autem etiam iactum ipsum appellant, qui nōnunquam plenus est, Interdū inanis. Itaque iactus ter triū felicissimus erat, triū inanis. Neminit huius adagionis **Iulius Pollux**, libro de rerū uocabulis nono. Porro tesseras easdem esse cum ijs, quos **Græci** κύβοι appellat, testis est **Aulus Gellius** libro primo, capite uigesimo, κύβος enim, inquit, est figura, ex omni latere quadrata. Quadrantales sunt, inquit, **M. Varro**, tessera, quibus in aluolulo luditur, ex quo ipsæ appellatæ κύβοι. **Zenodotus** parœmiā hanc citat ex **Pherecratis** fabula cui titulus, **Myrmecanthropi**. Est enim clausula carminis **Trochaici**. **Suidas** & **Aeschylū** adducit ex **Agamemnone**, τὰ δεσποτήν γ' εὖ πεσόντα θήσομαι τρις ἕξ βαλοῦσα φιλῆμῆς φρυκτωρία. Vsurpatum est a **Platone**, libro de legibus ultimo. τι οὐμ δ' εἶ πικτέον ἐχόντων τούτων οὕτως ὡς ξένης τὸ λεγόμενον ὡς φίλοι ἐν κοινῷ καὶ μέσῳ ἔοικεν ἡμῖν κίβω, καὶ ὑπὸ κινδυνεύειν περὶ φιλῆμῆς πλιτίας ἐδέλομυ ξυμπάσας, ἢ τρις ἕξ φασὶ ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας, πάντα πικτέον. i. Itaque cum hoc in loco res fuerint, quod faciendum censes hospes. Iuxta id quod uulgo dicitur, amici uisum est nobis par esse, uti rem in publicum & in cōmune conferamus, uelimusque de uniuersa Rep. supremum subire discrimen, nihilque non facere, ita ut uel ter tres, uel tres talos iaciamus.

Quanta Mus apud Pisam.

LXVII

D 2

οσα μῦς

ὅσα μῦθς ἐν πῖσῃ, i. Quanta Mus apud Pisam Subaudi tulit, aut simile quippiam. De ἴς, qui uincunt, & optatis potiuntur, sed non sine summo negotio, neq; citra magnū incōmodū sūt. Suidas natum ait ab Athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminib⁹, apud Pisam, semel duntaxat uictor discessit, idq; plurimis acceptis plagis. Plutarchus Symposiaco cōmentario quinto, docet apud Pisam, *μονομαχίας*, i. singularia certamina celebrari solere. In quibus etiam ad cædem usq; affligebantur ἴς, qui succubuissent.

Mus picem gustans.

LXVIII

μῦθς ἀπὲρ πῖσῃς γεύομενοι, i. Mus nunc picem gustans. Quidam aiunt dici solere in eos, qui cū antea fuerint audaculi & cōfidentes, postea periculo degustato, plane timidi uidentur. Nōdum satis liquet, utrum a Mure in pice deprehenso, sit translata allegoria, sicuti placet Diogeniano, An ab illo de quo meminit Herodotus primo libro in pice deprehenso, atq; ita pœnas dante, An a pugile illo Tarentino, de quo alibi quoq; fecimus mentionem, ut in πῖσῃ sit allusio ad nomē urbis, apud quam celebrabantur certamina. Theocritus in Idyllio, *ἔ. κῆρ δ' ἐπὶ δ' ὄσῳ ὡς μῦθς φωνῆι δειώνυχα γέμμεθα πῖσῃς*, i. Nunc tandem sicuti Mus, ut aiunt, Theconyche gestamus picem. Porro siue ad animal referas, siue ad pugilem nomine Murem, eadem ferme manet adagij significatio, uidelicet, experientiam male cessisse. Siquidem Mus imperitus, siquādo in picem inciderit, aut perit, aut uix eluctatur, ac deinde periculi memor timet cōtingere. Et pugil ille ante ferox & iactabundus, simulatq; certamen Olympiacum expertus est, sensit q; quanti constiterit ea uictoria, deinceps abstinuit. Huc spectat illud Horatianū. Dulcis in expertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Idem iuuenes bellorum imperiti, facile bellum suscipiunt. Senes experti, quantum malorum agmen secum trahat bellum, reformidant. Quare non intempestiue dicetur in eum, quem pœnitent experimenti, aut qui rem parum feliciter tentatam, iterum aggredi refugit.

Delphicus Gladius.

LXIX

Δελφικὸν ξίφος, i. Delphicus gladius. De re dicebatur ad diuersos usus accōmodabili. Quē admodum ἴσδῃ uasculis, & poculorum uice in conuiuῖς, & Clypeorum uice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem simul & sacras mactarent uictimas, & nocentes afficerēt supplicio. Meminit huius gladij, cum Euripides in Tragœdijs, tum Aristoteles Politicorum libro primo, differens naturam non gignere singula ad plures usus, sed unumquodq; ad suū peculiarem, propriumq; finem, οὐδὲν γὰρ ἢ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον χαλκοπίποι πῶ μάχαιραν δελφικὴν πενιχρῶς ἀλλ' ἐμ πῶς ἐμ. i. Neq; enim natura tale quippiam facit, quemadmodū ærarij fabri gladium Delphicum, quasi per inopiam, sed unūquodq; ad singula. Meminit idem huius rei, libro de partibus animalium quarto, tractās de linguis insectorum, quæ pluribus funguntur officijs, simul & tentantes cibum, & attrahentes, & spiculi uice aduersus iniurias defendētes, id quod negat facere naturā, nisi coactā inopia, ut idē instrumētū ad usus dissimiles accōmodet, quādoq; ad defendēdū magis appositū uideat, qd sit acutissimū, ad gustandum, qd sit fungosum. Vbi enī, inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obelisco/lychnium, ex ueru lucernaq; componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Vnde mihi uidetur δελφισκολύχνιον iucundius quadraturum puerbio, q̄ Delphicum gladium, nisi forte hic ipse Delphicus est gladius. Item Euripides in Oreste, *θανῆμ γὰρ αὐτῶν μούρα δελφικῶ ξίφει*, i. Fatale em illi est, ense Delphico mori. Quadrabit igitur uel in pauperes, qui ob penuriā eandē uestem, aut aliam rem quāpiam, ad uarios usus accōmodant, aut in uitiosum phœmium, & diuersis causis applicabile. Licebit & in serium sensum accōmodare prouerbiū, ut si quis eruditioem, Delphicum appellet gladium, quod in omni ætate, omni uitæ cōditione sit usui. Nam literæ, iuuenibus sunt necessaria, senibus iucundæ, paupibus opes suppeditant, opulentis adiungunt ornamentū, in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloria, claro natis genere splendorē augent, obscuro genere natis, claritatis initium conciliant.

Anteq; incipias, consulto.

LXX

Anteq; incipias, consulto, ubi consulueris, mature factū opus est. Hanc sententiam Salustianam Aristoteles ut prouerbialē refert libro moralium Eudemiorū quinto, *κοὶ φασὶν π' ἀπ' αὐτῶν μὲν ἄμ ταχὺ τὰ δόξαντα, βραδέως ἢ βραδέως*, i. Et aiunt mature quidem faciunda, quæ decreta sunt. Cæterum lente cunctanterq; deliberandum. In hanc sententiam copiosius, diximus in prouerbio, *αὐτῶν δ' ἐβραδέως*.

Margites:

Margites.

LXXI

Margiten pro stupido dixit Lucianus in Hermotimo, ἀλλ' οἷα μαργίτη λιμὶ διαλέγεσθαι. i. Sed existimas te cum Margite quopiam loqui. Hunc ita describit Homerus, citante Aristotele libro moralium Eudemiorum quinto, τὸν δ' οὐτ' ἄρ' σκαπῆρα θεοὶ θέσαν, οὐδ' ἀροῖῆρα οὐτ' ἄλλως πεσοφῶν. i. Hunc neque fossorem uoluerunt numina diuum Esse, nec agricolam, nec in ulla præterea re, Scitum aut egregium. Conuenit cum illo Hesiodio. Nulla in parte utilis, qui nec ipse sapit, nec alijs obtemperat.

Quod factum est, infectum fieri non potest.

LXXII

Nihil hæc sententiã uulgatius. Quod factum est, infectum fieri non potest. Extat apud Terentium in Phormione. Citatur ex Agathonis Tragœdijs ab Aristotele libro moralium Eudemiorum quinto, μόνος γὰρ αὐτῷ θεὸς εὐρίσκειται. ἀγγλῆτα ποιῆσθαι, ὅσθ' ἄρ' ἢ πεπραγμένα. i. Etenim illud unum ipsi negatum est & Deo, ut infecta reddat, facta quæ fuerint semel. Vsurpat in epistolis Ciceronis ad Atticum, non semel uersus ille Homericus, ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἰάσομεν ἄχρῆ μὲν οἱ πῶν. i. Ista molesta licet antea facta ualere sinamus. Nec infectum Phocylidis carmẽ, μηδὲ πῶροιχο μὲν οἱσι κακοῖς εὐχῆς πῶν ἤτορ οὐκ ἔτι εἰ δύναται τὸ πετυγμένον εἶναι ἀτρεκτόν. i. Neue malis iam præteritis animum excruciaris. Quod semel est factum, fieri infectum haud queat unquam.

Iusticia in se uirtutem complectitur omnem.

LXXIII

Ἐν ἡ δικαιοσύνη συνλάμβανει πάντα ἀρετὰ ὅσιν. i. Iusticia in se uirtutem complectitur omnem. Aristoteles libro moralium Nicomachiorum quinto, uersum hunc ut prouerbialẽ refert. Extat autem in Elegijs Theognidis. Chærcemon bonarum omnium summam prudentiam tribuit. Cuius hic uersiculus citatur a Græcis, ο γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συνλαβῶν ἔχει. i. Cuncta uniuersim, qui sapit recte, obtinet.

Mendacem memorem esse oportet.

LXXIII

Quintilianus institutionum oratoriarum libro quinto, sententiã hanc prouerbij uice citat. Mendacem memorem esse oportere. Item Apuleius in Apologia Magiæ secunda. Sæpe, inquit, auidui, non de nihilo dici, mendacem memorem esse oportere. Diuus Hieronymus, Oblitus uerteris prouerbij. Mendaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, nempe perdifficile esse, ut qui mentitur, semper sibi constet, nisi summa sit memoria. Est autem fictarum rerum memoria non paulo difficilior quam uerarum. Proinde plerumque deprehenduntur hoc pacto mendaciorum architecti, dum obliti quæ prius dixerint, diuersa a superioribus loquuntur. Sic deprehenditur apud Terentium Dauus. Sic Psyche Apuleianæ commentum a fororibus sentitur.

Malus cum malo colliquescit uoluptate.

LXXV

κακὸς κακῷ γὰρ σωτέτκεται ἢ λονῆ. i. Etenim improbo uir est uoluptati improbus. Refertur ab Aristotele inter similitudinis adagia, libro moralium Eudemiorum septimo. Malus malo iucundus ob uitiorum commercium & societatem. Iuuenalis, Magna inter molles concordia.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium.

LXXVI

Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo, sententiã hanc uelut e medio sumptam refert. Amicitiam esse stabilium, & felicitatem eorum, qui sua sorte contenti sunt, ὅσθ' ὡς λέγειται, ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὡς πῶρ ἢ εὐδαιμονία τῶν αὐτάρκων. Amicitia uirtute non pecunijs, aut forma concilianda est. Etenim si rebus caducis concilietur, caduca sit & ipsa, necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile, præter unam uirtutem, quæ sola fortunæ ludibrijs obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant, uerum in hoc, ut suam quisque fortunam boni consulat.

Leonis catulum ne alas.

LXXVII

Aeschyli sententiã prouerbialis refertur apud Aristophanem in ranis, οὐ γὰρ λέοντι σκῆμνον ὡς πῶρ ἔξεραι μάλα μὲν λέοντα μὲν ἢ πῶρ ἔξεραι ἢ ἐκ τῶν τίς τοῖς ἔσποισι ὑπερεῖται. i. Catulum ne alas leonis in Republica. Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi. Quod si quis alitus, obsequendum moribus. Admonet anigma, non esse fouendam potentiam, quæ leges possit opprimere, quod si forte talis quispiam extiterit, non esse e Republica decertare cum illo, quem nequeas nisi magno reipublicæ malo deuincere.

Qui bene conijciat, hunc uatem.

LXXVIII

M. Tullius in opere de diuinatione scribit græcum uersiculum extare in hac sententiã. Qui bene conijciat, uatem hunc perhibeto optimum. Citat autem eum uersiculum Plutarchus in libello de responsis Pythiæ, ο μὲν ἐκάζωμ καλῶς, ὁμ' ἄριστον μάντιν ἀνηγόρευκε ἢ πῶροιμία. Quamquam hic in Plutarcho locus mutilus erat & lacer, Attamen colligi potest carmẽ huiusmodi

D 3 fuisse

fuisse. *μάντις γ' ἄριστος*, ὅστις ἐκάζει καλῶς. Atq; ita citat ex Euripide, in libro de defectis oraculis. Admonet adagium futurorum præscientiam, non e sortibus, aut augurijs petendam esse, sed a prudentia. Siquidem, qui prudentia sit præditus, is ex præteritorum, præsentiumq; cōiecturis, facile prospiciet, quid sit euenturum. Proinde non iniuria scripsit Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo, *φρονίμων ἐσοφῶν ταχέστατον εἶναι, πλὴν μαντικῶν, ἢ μόνων*. i. Prudentium atq; sapientium hominū celerem esse diuinationem, & horum tantum.

Pannus lacer.

LXXIX

Hominē iam fastiditum, & reiectum, *ῥᾶκ* πολυχιδῆς appellāt Græci, id est, pannū undiq; lacerum. Sumpta metaphora a ueste longo usu detrita, atq; ob id reiecta, cum noua fuerit in pretio. Sic autem quidam amicis utuntur uti uestibus, dum usui sunt, ac uigent, amplectunt, curant, ostentant, simulatq; uel ætate defecti sunt, uel alioquin utiles esse desierunt, negligunt ac reijciūt. Lucian⁹, *Αἰσχρὸν δὲ τῷ λόγῳ τὸ ῥᾶκος πολυχιδῆς, ἐρῆσάμενον*, *ἄξεῖωσε*. i. Donec ubi te iam iuxta id, quod dici solet, Pannum undiq; lacerum reddiderit, expulerit. Idem in eodē dialogo, nempe de mercede feruientibus similitudinē adfert de nouis calceis, qui tantisper in precio sunt, dū noui nitent, ἴδὲ ubi luto sorduerunt, in angulum abijciuntur aliquo, atq; ibi nullo curante, situ cimicibusq; opplentur.

Metum inanem metuisti.

LXXX

Ἀδελεὺς δὲ Δίας δέσποτα. i. Inanem metuis metum. Vbi quis formidat in re tuta. Vergilius, *Omnia tuta timēs*. Inest autem in ipsa græcanici dicti figura, prouerbiale quiddam propter *ἀντίθεσιν*. Velut in his quoq; *Ἀδωρα δῶρα, δέσμοις ἀδέσμοις, πῦρ ἐν πύρῳ, ἀπὸ ἀφροσύνης, νύμφη ἀνυμφῶν*, atq; i id genus alijs, de quibus iam non semel admonuimus. Refertur adagium in collectaneis Plutarchi, si modo titulo est habenda fides.

Sycophanta.

LXXXI

συκοφάντου. i. Sycophantæ cognomen, uulgo probri loco tribuebatur. Aristophanes in *Pluto*, *ὡς σοδορὸς δὲ δάματρες εἰσελθόντες ἐν συκοφάντῳ*. i. Vultu ut se uero ingressus est o Dii boni, *Hic Sycophanta*. Conuittium prouerbiale, in calumniatores, & quibus pusilla de causa litem mouēt. Inde natum arbitrantur, quod olim apud Atticos fici essent in precio, multarētq; ἢ, qui eas furto tollerent, hos, qui obseruabant, aut deferebant, Sycophantæ uocari cœpti, ludibrij causa, Quos eosdem *φιλεγκλήμονας, συκοβίους, συκωρούς, συκολεῖρας, φιλοσκόου, συκιδῆες ἢ συκώπαιδες* uocabant, id est (ut sententiam magis, q̄ uerba reddam) De ficis calumniantes ficis uiuentes, ficorum custodes, ficos numerantes, ficorum studiosos, ficosos, ficis puerorum instar gaudentes. Plutarchus in cōmētario de curiositate ostendit, hoc cognominis hinc natum, quod cū lege cautum esset, ne quis Athenis ficos efferret, quidam obseruatos nōnullos, qui furtim exportabant, detulerunt. Hinc populari ioco Sycophantæ uocati *πῦρ τὸ σῦκα φαίνεσθαι*. Festus Pompeius ostendit apud Athenienses pœnam capitis constitutā ἴς, qui ficos furto tollerēt.

Multis parasangis præcurrere.

LXXXII

πολλοῖς πῦρσάγγαις ὑπερδραμέμῳ. i. Multis parasangis præcurrere, dicitur, qui longo interuallo præcedit, multisq; partibus superior est. Est apud Athenæum, *πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸ σικελώτην διονυσίον*. i. Multis parasangis superantes Siculum illum Dionysium. Id quo magis ad animi res trāfferetur, hoc erit uenustius. Parasangam autem Persæ triginta stadiorum spaciū uocant, qua uoce usus est Lucianus in Icaromenippo, quem nos olim latinitate donauimus.

Putre falsamentum amat Origanum.

LXXXIII

Clearchus apud Athenæum, *σαπρὸς τὰριχθὸν πλὴν ὀρίανου θιλῆ*. i. Putrida falsamenta amant Origanū. Apte dicitur de re per se parum honesta, aut iucunda, atq; ob id exoticis condimentis, & honestamentis egente. Qui mos etiam hodie fordidis, ut piscibus supputribus, nequid offendat edentes putor, acida admisceant. Veritas per se placet, honesta per se decet, Falsa facis, turpia phaleris indigent, hoc est putre falsamentum Origano.

Voracior purpura.

LXXXIII

Athenæus ex Apollodoro huiusmodi quoddā refert puerbium, *τὰ λυχνόπερα τῶν πορφύρων*. i. Edaciora purpuris, idq; ductū existimat, Vel a tincta purpura, quæ oia, quibus admota fuerit uelut ad sese rapit, suocq; colore res uicinas inficit, Vel ab animāte ipso, quod quicquid tactū fuerit, retinet, ac deuorat. Vtrūq; p̄p̄modū licet e Plinij uerbis colligere. Siqdē libro. ix. c. xxxvi. de colore scribit in hūc modū. Sed purpuræ Florē illū tingēdis expetitū uestib⁹, in meridjs habent

dñs habet faucib⁹, liquoris hic e minimi i candida uena, Vñ p̄ciosus bibif nigrātis rosæ colore subluces, Reliquū corp⁹ sterile. Ac paulo post, Hinc fasces securesq; Romanæ uia faciūt, Idēq; p̄ maiestate in pueritia est, distinguit ab egte curiā, dñs aduocat placādis, oēm̄q; uestē illum nat, in triūphali miscet auro. Quapropter excusata & purpuræ sit insania. De uoracitate mox hæc subiicit, Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur deuorādo reliqua conchilia, Tanta duricia aculeo est, Cōueniet in edaces, aut in eos, qui omnia in suū compendiū uertūt. Fortasse durius, sed nō inelegāter accōmodabit ad reges δημοβόρους, qui purpurati omnia cō/ uerunt in fiscum suum, & quocūq; se cōferunt, abradunt aliquid. Tale quiddā cogitasse uidetur poctæ, qui Midam finxerunt, cōtactu corporis, omnia uertentē in aurum.

Tarichus assus est, simul atq; uiderit ignem.

LXXXV

τάριχος ὀπίος ἐνδύς ἀμ ἴδκ ῥ πύρ. i. Tarichus assus, mox ut ignem uiderit. Athenæus prouerbij loco citat. Est autē Tarichus piscis falsus. Opinor idem esse cum illo ἀφύα ἐς ῥ πύρ, Quod ante iam exposuimus.

Non sunt amici, amici qui degunt procul.

LXXXVI

τῆλοῦ φίλοι ναίωντες οὐκ εἰσὶν φίλοι. i. Haud sunt amici, amici qui degunt procul. Hanc parœmi am recenset Athenæus, eamq; omniū μισανθρώπων ὀπάτημ. i. inhumanissimā uocat, uidelicet, quod absentiu amicorū memoriā obliterare uideat. Est omnino ex amicis, qui adsunt uberior amici tix fructus, ppter officia mutua, cōsuetudinēq; quotidianā. Præterea uulgo fit, ut simul atq; e conspectu necessariorū seiuncti sumus, nescio quo modo obrepat obliuio quædam familiarū. ut id iam om̄ibus in ore sit, qui semotus sit ab oculis, eundem ab animo quoq; semotum esse. Proinde Hesiodus, uicinos potissimū ad conuiuū uocandos esse monet, καλέμ, inquit, ὅς τις σέδεμ ἐγγύδι ναίει. Fatentur & Hebræorū proueria potius esse, amicū habere uicinū, q̄ fratrem, qui procul absit. Terentianus item Chremes in propinqua amicitia parte ponit uicinitatem. Quāq; equidē nō uideo, quāobrem Athenæo uideatur adagiū hoc usq; adeo ab humanitate alienū. Quandoquidē (ut opinor) nō tam docet, quid nobis faciendū sit, q̄ admonet, qd uulgo factitetur. Quotū autē quēq; reperias amicū, tam certū, qui si absis, nō sui dissimilis esse incipiat. Proinde puerbio hoc ueluti Delphico gladio utrolibet pacto utaris licebit, ut intelligas, Aut nō esse fidendū amicis, qui longo locorū interuallo seiuncti sunt, Aut nō esse colendos amicos longinque distitos, unde nō queas multū sentire cōmoditatis, sed hos potius, quibus præsens præsentibus fruare.

Perfæpe sacra haud sacrificata deuorat.

LXXXVII

Ἄθυσά δ' ἱερά πολλὰ κτεροδία. i. Perfæpe sacra haud imolata deuorat. Senarius est apud Athenæum Simonidis in mulierē quandā male moratā & auidā in cōuiujs. Cōcinne dicef in eos, qui uentris impulsu, statim ad deuorādas epulas irrumpūt, nō expectatis cerimonijs & elegātiolis illis, quibus ciuiles utunt inuiti cōuiuū, puta, ut imprecatiōibus quibusdā pijs, cōsecratur cibus, deinde de accubitus ordine, urbana quædam adhibeat cunctatio. Præterea, ne statim appositis escis, unguis inijciamus. Neq; intēpestiuiter dicef in eos, qui non expectata iuris ratione, hæreditate inuadunt, & aliena per uim occupant. Ductum a uictimis, quas fas nō erat cōtingere, nisi mysterijs peractis. Et Plato uult etiā in cōuiujs prælibari Dijs, & mēsam rem sacram existimauit antiquitas, teste Plutarcho, unde fit, ut etiā his tēporibus nefas putet, ἀπίποις χερσὶμ. i. Illotis manibus accedere.

Chius dominum emit.

LXXXVIII

Χίος δεσπότημ ὀνήσατο. i. Chius dominū mercatus est. In eos quadrabit, qui ipsi sibi malum accersunt. Vtus est hoc adagio Eupolis in amicis, Athenæo teste. Natū ait inde, Quod cū Chij primi seruis mercenarijs instituisent uti, postea subacti a Mithridate Cappadoce ppijs seruis uincti sunt traditi, ut in Colchorū regionē deportarenē, idq; illis aliquādo euenturū oraculū prædixerat. Huius historiæ authores citat Nicolaū Peripateticū, & Polidoniū Stoicū.

Anima & uita.

LXXXIX

Ζωὴ ἢ ψυχὴ. i. Aia & uita. Dere supra modū suauī. Prouerbiū natū in cubilib⁹, atq; inde deductū in cōmunē sermonē. Videf autē peculiare fuisse mulieribus. Iuuenalis, ζωὴ ἢ ψυχὴ, modo sub lodice relictis, Vteris in turba. Itē Martialis Epigrāmatū libro decimo in Læliā, ζωὴ ἢ ψυχὴ Lafciuū cōgeris usq; Pro pudor Hersilia ciuis & Aegeriæ. Huc respexit Iuuenalis, cū ait, Cōcumbūt græce. Hesiodus pecuniā, animā mortalib⁹ esse dicit, χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλετη δειλοῖσι βροτοῖσι. i. Pecuniā em̄ aia est miseris mortalib⁹. Et Aristoteles pecunias uelut alterā hois ani

D 4

mam esse scripsit. Nihil autem est uita, neq; iucundius, neq; charius.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

XC

Vergilius in Pharmaceutria, Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Seruius pro uerbialiter admonet dictum a poeta. Nam quod quisq; sperat, facile credit. Et tarde, quæ credita lædunt, Credimus. Metus autē & spes, ut eleganter & uere scripsit Lucianus in Pseudomante diuinationē & auguria repperūt. Qui impense cupiunt, suis uotis undecūq; blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt. Rursum qui misere metuunt, quauis ex re solatium formidinis aucupantur. Non usq; quaq; discrepat ab hoc Terentianum illud, Mihi nō fit uerisimile. Atqui ipsi s commentū placet.

Polypī.

XCI

Polypī, prouerbio dicebant olim, uel stupidi, stolidiq; uel rapaces, & uncis unguibus homines. Siquidē ob eā causam, Polypo stulticiā tribuūt. quod ad manū captātis ultro moueēt, nec aliter capiēt, nisi quod nō cedat, auctore Athenæo. Adscribit autē rapacitas, tenacitasq; quod quicq; brachiorū flagellis nactus fuerit, suctu attrahat, ac retineat. Plautus in Aulularia, Ego istos noui Polypos, q ubi quicq; tetigerint, tenent. Nihil autē uetabit, quo minus Polypos appellemus eos, qui semet in omnē habitū uertunt, omnibus assentantes. Quos elegāter notat Phocylides, μηδ' ἕτερον κεύθης κραδίη νόου, ἀλλ' ἀγορεύω μηδ' ὡς περὶ φωνῆς πολύπους ἢ χῶρα ἀμύβου. i. Pectore neue aliud cæles, aliudq; loquare. Proq; loco uariere, petris uti Polypus hærens.

Nullus malus magnus piscis.

XCII

οὐδ' εἷς κακὸς μέγας ἰχθύς. i. Nullus malus magnus piscis. Aenigma prouerbiale, dici solitum in homines prægrandi quidē corpore, cæterum ingenio nullo. Clearchus in cōmentario de prouerbijs apud Athenæum hinc ortum scripsit. Stratonicus Citharædus cum Porpin uidisset Rhodium citharædum ingenti corporis mole, uerum arte non perinde magnū, percunctantibus quibusdam, quis nam is esset, hunc ad modum respondit, οὐδ' εἷς, σαπρὸς, μέγας, ἰχθύς, Ancipiti dicto significans illum, nullum, id est, nullius est precij, malum & improbū, Magnū corpore, deniq; piscem, quia mutus esset, & infacundus, & male canorus. Theophrastus de risu, fatetur dictum quidem esse a Stratonico, sed nō in Porpin, uerum in Simacam histrionem. μέγας, οὐδ' εἷς, σαπρὸς ἰχθύς. i. Nullus magnus putris piscis. Sed elegātius quod retulit Clearchus, ppter amphibologiam nō inuenistam.

E squilla nō nascitur rosa.

XCIII

Prouerbiali figura dixit Theognis, οὔτε γὰρ ἐκ σαύλλης ῥόδ' α φύεται, οὐθ' ὑάκινθος οὐδέ ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλυδέριον. i. Non etenim e squilla rosa nascitur, aut hyacinthus. Sed neq; ab ancilla filius ingenuus. Admonet adagiū e probis parentibus nasci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis, Neq; imbellem feroces pgenerant Aquilæ columbā. Venustius erit, si ad indocti doctoris, indoctū discipulū referatur, ad improbi nutricij improbū alumnū. Pertinet adagiū ad illam classē, κακοῦ κόρακος κακὸν ὦρον. i. mali corui malū ouū, ἢ οὐκ ἂν γένοιτο χηρὸς ἐκ κακοῦ πατρὸς. i. prolem pbam haud pater p gignet improbus.

Non omnia possumus omnes.

XCIII

Non omnia possumus omnes, apud Vergiliū in Pharmaceutria. Prouerbialis sententia, qua uix tritiorē aliam reperies. Sumpta uidetur ex Homero, apud quem Iliados. n. Polydamus sic alloquitur Hectorem. ἀλλ' οὐ πως ἅμα πάντα δ' ωνήσεται ἀντὶς ἐλέως. ἀλλ' ὅ μιν γὰρ εἰδὼκε θεὸς πολεμῖα ἔργα. ἀλλ' ὃ δ' ὀρχησάμ, ἐτέρω κίθαρι κ' ἰοιδ' ἢ μ. ἀλλ' ὃ δ' ἐμ σήθεισι τίθει νόον εὐρυόπ' α ζεύς. εὐδλόμ, τῷ δ' ἐτε πᾶλοι ἐπαυρίσκοντ' ἀνθρώποι. i. Haudquaq; poteris sortire omnia solus. Nāq; alijs diu bello pollere dederunt, Huic saltandi artem, uoce huic, citharaq; canendi. Rursum alijs in seuit sagax in pectora magnus Iupiter ingeniū. At multis est utilis ille. Item Odysseæ. θ. οὕτως οὐ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα δίδουσι ἀνδράσιν, οὔτε φωνή, οὔτ' ἀρ φρένας, οὔτ' ἀγορητήν. ἀλλ' ὅ μιν γὰρ εἰδὼς ἀκιδ' νότος πέλει ἀνήρ. ἀλλ' ὃ θεὸς μορφὴν ἔπεισιν σέφει. i. Nō ita cœlestes tribuūt sua dona quibusuis, Seu formam, siue ingenium, uiresue loquendi. Est etenim, informis species, cui cōtigit, atqui Linguae dote deus pensat dispendia formæ. Euripides in Rhelo, ἀλλ' οὐ γὰρ ὅς τ' ἅντ' ἐπίσαυζ βροτῶν πέφυκεν, ἀλλ' ὃ δ' ἄλλο πρόσκατη γέρας. i. Vt cuncta norit memini mortaliū. Datum est, at alia dos adest alijs uiro. Eodem pertinet, quod scribit Theognis, πάντοισ ἀνθρώπων ἀρετὴ κ' κάλλος ὀπκδ' εἰ. ολβίος ὅς τούτων ἀμφοτέρω ἐλαχεν. i. Sunt pauci, quibus ijdē & uirtus suppetit & res. Felix, cui simul hæc sunt data sorte deum. T. Liuius libro duodecimo, Nō omnia eidem dijs dederunt. Vincere scis Hannibal, uictoria uti nescis. Videtur Liuius retulisse illud

tulisse illud ex Iliados. *Ἰδὲ δ' ἄρα πως ἦμ, ἐν πάντεσσι ἔργοισι δαίμονα φῶτ' ἄ γενέσθι.* Haud illud cōtigit unq̄, ut Omnibus in factis callens appareat idem. Huc pertinet & Pindaricū illud ex Nemeis, *τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεροι.* i. Artes alijs alia. Interpres ostendit illud Atticis prouerbij loco dictū fuisse, *ἄλλοι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις.* i. alia aliorū inuentiones. Idem alibi, *φυσὰ δ' ἕκαστος διαφέρει μὲν βιοτῶν λαχόντες ὁ μὲν τὰμ, τὰμ δὲ ἄλλοι, τυχεῖν δ' ἐπ' ἀδύνατον εὐδαιμονίᾳμ ἄπασσιν.* i. Natura differimus, uitam fortientes, hic hanc, illam alij. Porro fieri non potest, ut omnis felicitas uni contingat.

Multæ manus onus leuius reddunt.

XCV

Vulgo circumfert adagiū, Multis manibus onus reddi leuius. Quo significant etiam difficilia facile confici, si quis nō ipse solus negociū aggrediat, sed in plures adiutores & auxiliares partiatur. Sumptum est a tollendis oneribus. Videtur autem ea sententia ab ipsa usq; antiquitate in nostram atate demanasse. Legimus enim apud Hesiodum in opere, cui titulus, *ἔργα κὴ ἡμέραι πλέων κὴ πλεόνων μελέτη.* i. Plus potest & plurimum industria. Item Homerus Iliados. *μ. ἀλλ' ἔφομαρτῆσιν, πλεόνων δ' ἐπι ἔργον ἄμεινον.* i. Aditis comites multorum industria, nanq; Plus pollet, q̄ paucorū. Ad hoc respexit Euripides in Phœnissis, *εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὄρα.* i. Vir unus autē nemo cuncta dispicit. Rursum in Heraclidis, *μίαε γὰρ χειρὸς ἀθενὴς μάχη.* i. Inualida pugna est unica tantum manus. Eodem pertinet quod alibi retulimus, *εἷς ἀνὴρ οὐδ' εἰς ἀνὴρ.* i. Vnus uir, nullus uir.

Proprij nominis obliuisci.

XCVI

Prouerbialis Hyperbole proprij nominis obliuisci in hominem supra modum obliuiosum. Lucianus in Toxaride. *ὁ ἄπῃομ γοῦν τοῦνομα ἕκασομ ἀνὴρ ἐπιλάδοιτ' ἑ πατρὸς.* i. Itaq; citius fieret, ut patris sui nomen obliuisceretur quisq;. Ouidius, Nominis ante mei uenient obliuia nobis. Vsurpatur & a diuo Hieronymo in epistola quadam. Plinius libro historiæ mundi septimo. Inter ademptæ memoriæ exempla commemorat & Coruinū Messalam oratorem, qui nominis etiam proprij fuerit oblitus.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

XCVII

Terentius in Eunucho uerbū Hercle hoc uerū est, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Dicunt hæc sub persona Chremetis adolescentis rustici, qui sobrius oderat meretrices, post idē potus nō abhorret. Cibus enim & potus irritamenta sunt libidinis. Eleganter autē Cererē p̄ cibo, Bacchum pro uino, Venerem p̄ libidine dixit, cōtinēter in figura persistens. Nam illud ipsum uerbum friget, metaphorā habet, quā Donatus a p̄icatione uasorū mutuo sumptā autumat, quod frigida pix nō adhæreat. Frigida profecto, nimīūq; affectata interpretatio, quod quidē tanti uiri pace dixerim, si modo illius est interpretamentū. Ardent amantes, & frigent, quæ languent. Horatius, Nō enim posthac alia calebo fœmina. Et frigēt in uxores mariti, qui nō admodū amant. Diuus Hieronymus Terentianā sententiā crassiore Mincrua explicans, Distento uentre, distendunt ea, quæ uentri adhærent, significans libidinem esse gastrimargiæ comitem. Peculiariter autem uinum irritat libidinē, ideoq; diuinæ litteræ uentant, ne uino inebriemur, quod in eo sita sit libido. Euripides, *οἴνου δὲ μὴ παρόντος οὐκ ἔστι κύπρις.* i. Absente uino, nulla tunc adest Venus. In Græcorum Collectaneis ita lego, *νεκρὸν ἀφροδίτη διονύσου δίχρα κὴ θήμησος.* i. Mortua res Venus, sine Baccho & Cerere.

Nauiges in Massiliam.

XCVIII

πλέουσαις εἰς τὴν μασσαλίαν. Scribit Athenæus Massilienses usq; adeo delitijs effœminatos olim fuisse, ut prouerbio dici cōsueuerit, *πλέουσαις εἰς μασσαλίαν.* i. Nauiges in Massiliam. Non explicat quidem ille prouerbij sensum, sed facile conijcit in molles, & moribus cultuq; parum uirili torquenti debere. Plautus in Cassina, ubi tu es, qui colere mores, Massilienses postulas. Tametsi, quod ait Plautus, mihi potius referendū uidetur ad seueritatem uitæ. Nam non alia gens laudatior, q̄ Massiliensīū, si Ciceroni credimus, Et uera memorat Valerius Maximus libro secundo, capite de Institutis, multa cōmemorās de disciplina eius ciuitatis, quæ nec Mimos ullos in scenam admiserit, ne parum pudicis fabularum argumentis, ciuium mores inficerētur, nec eos, qui religionis pretextu uitam inertem & ociosam sectarent, intra portas receperit. Aliaq; id genus de Massiliensīū seueritate referunt apud authores, ut appareat Athenæū nō de Gallica Massilia, sed de Libyca loq; cuius meminit Vergilius quarto Aeneidos libro. Hic mihi Massilæ gentis monstrata sacerdos. Quo quidē ex loco cōiecturā facere licet Massilos maleficijs olim infames fuisse, quemadmodū & Thessalos.

Nauiges Troezenem.

XCIX

πλέουσαις ἑοικῶνα

πλευσείας Τροίηνα. i. Nauiges Troezenem. Eustathius enarrans secundū Homericæ Iliados librum ait, dici solitū in eos, qui cum mento imberbi essent, tamen apposititijis pilis barbam uirilem mentirent. Addit inde natū, quod Troezenis portus quispiam uulgo celebratus sit nomine Barba. Est autem alter Troezen in Massilia.

Attica bellaria.

πέμματα ἀττικά. i. Bellaria Attica. De lauticijs & cupedijs. Transferri potest ad rem quācūq; maiorē in modū suauē, ac iucundā. Plato politicæ suæ libro tertio, λέγεις ἢ ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθέας. i. Damnas & Attica bellaria, quæ uidentur ad lauticias pertinere.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA QVARTA.

Nemo benemerito bouem immolauit, præter Pyrrhiam.



Ἰδὲ εἰς εὐσεγείῃ βοῦν ἔδυσεν ἀλλ' ἢ πυρρίαν. i. Nemo bouē immolauit benemerito, nisi Pyrrhiam. Hoc prouerbio quondā utebantur, siquādo quis extitisset, homo insignite gratus, qui beneficiū acceptū ampliter repensaret. Plutarchus in quæstionibus Græcanicis, unde sit natū adagiū enarrat ad hunc modum. Nauis quædam Pyratice appulit ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna senex quidam erat una cū cadis fictilibus plenis pice. Pyrrhiam quidā Ithacēsis, ut opinor, negotiator, senem dato precio redemit a Pyratice, nō ob id, quod eo sibi foret opus, sed partim quod miseratū esset senilis fortunæ, partim hominis oratione persuasus. Emit autē una cū sene, cados illos picarios, idēq; authore sene. Deinde profectis Pyratice, quo Pyrrhiæ gratiā referret senex, quod nō ob lucri cupiditatē, sed ob beneuolentiā sese liberū fecisset, indicauit in cadis, multā pecuniæ uim pici admixtam abditā esse, Qua reperta, cū Pyrrhiam de repente diues esset reditus, cū magnifice collaudauit senis erga sese gratitudinē, tum eidē bouē immolauit officij præmiū. Atq; hinc re iā peruulgata natum prouerbiū, de gratia prolixè relata. Veteres enim regale sacrū, & magnificū, opiparumq; conuiuīū *βουθύσιον* appellabant. Accommodabitur recte prouerbium & in uulgatam mortalium ingritudinē, adeo, ut uix unum reperias, qui meminerit officij. Non abluat hinc exemplum euangelicum, quo e decem lepra, Christi beneficio liberatis, unus duntaxat reuersus est, qui gratias egerit.

Fumi umbra.

καπνοῦ σκιά. i. Fumi umbra. Prouerbiali hyperbole id dixit antiquitas pro qualibet uili. Sophocles in Antigone, τὰ δ' ἄλλα καπνοῦ σκιάς, οὐκ ἄν περιείμην. i. Reliqua fumi umbra nō emerim. Cū omnis umbra res quædā est inanī, tū uero fumi umbrā pene dixeris umbrā umbræ.

Viuum cadauer, Viuum sepulchrum.

Ἐμψυχὸς νεκρός. i. Viuū cadauer. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone, οὐ τίδ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἐμψυχὸν ἠγοῦμαι νεκρόν. i. Hunc ego uiuere Haud arbitror, uiuum at cadauer iudico. Euripides in Acolo apud Stobæum, φεῦ φεῦ παλαιὸς ἄνθρωπος ὡς καλῶς ἔχει, γέροντες οὐδὲν ἐσμεν ἄλλο πλὴν ὄχλος καὶ γῆμ' ὀνείρων δ' ἐξωμερ μιμήματα, νοῦς δ' οὐκ ἔνεστι, οἰόμεθα δ' εὐφρονεῖν. i. Heus heus uetustū ut recte habet prouerbiū, Nil aliud atq; turba nos senes sumus, Vmbræq; uerū serpimus imitamina, Insomniorū, cæterū mens haud inest. Quācūq; uidemur sapere nobis adprobe. In eos dicet, qui sic uiuūt, ut nihil uita dignū agant. Lucianus senē decrepitū, ἐμψυχόν τινα τάφον. i. uiuū quoddam sepulchrū appellat. Huc pertinet etiā illud Mimi cuiusdā apud Gellium. Similis sepulchris nil nisi nomen retineo.

Ex fronte perspicere,

Ex fronte perspicere dicimur, quod statim & uelut ipso pertinus occursum percipimus. Sumptū ab Physiomicis, quæ se pertinent ex oris lineamentis, reliquaq; corporis specie, ingenium hominis posse perhædere. M. Tullius ad Antoniū, nō em̄ solū ex oratiōe, sed etiā ex uultu & oculis, & fronte, ut aiunt, meū erga te amorē perspicere potuisses. Id adagiū etiā hodie uulgo tritissimū est.

Spem precio emere.

Est lucrum incertū, & in euentu situm, certo affectare damno. Terentius in Adelphis, Ego spem precio nō emo. Hanc sententiam Leno refert illi, Pecuniam in loco negligere maximū interdū est lucrū. Quadrabit potissimū in eos, qui spe rerū adducti maximarū, principū fauorem muneribus, obsequijsq; captant. Nā ij, quid aliud, quæ spem precio emunt? Figura mutuo sumpta uidetur a quodam emptionis genere, in quo consueuit alea rei, nō res emi. Vcluti, si quis retium faciū

retium iactū emat in piscando, aut missiliū prædam in uenatu, aut siquid aliud eiusmodi. Quæ de re multa fit mentio in Pandectis, titulo de cōtrahenda a cōtione.

Coelum territat.

VI

Prouerbialis hyperbole apud Vergiliū in Acneide, Et cœlum territat armis. Cōuenit in mīnaces & feroces, Thraonesq; magniloquos. Sumpta uidetur a bello Gigæteo, quæ fabula notior, q̄ ut hic sit repetenda. Cōfine huic illud Synesij in epistola cōtra Andronicū, τῆ κεφαλῆ τῆ οὐρανὸν ἐξαρᾶσεν ἐπιχερᾶ. i. Capite cœlum perrumpere conatur.

Subere leuior.

VII

Φέλλου κουφότερος. i. Subere leuior. Prouerbialis hyperbole in homines inconstantes & lubrica fide. Suberis enim lignū cauernosum, quod in aqua nō sedit, uerum etiā retibus & natantibus alligatur, ne possint sidere. Horatius in Odis, Quāq; sidere pulchrior ille est, tu leuior cortice, & improbo iracundior Adria. Strabo libro primo inter hyperbolas puerbiales hāc quoq; commemorat Subere leuior Vmber.

Cubito emungere.

VIII

Αγκῶνι ἀπομυσόμενος. i. Cubito emungēs. Prouerbialis ironia in hominē sordidi quæstus & cōditiois abiectæ. A falsamētarijs ducta, quibus mos est nariū mucū cubito abstergere, nimirū manibus muria & salugine oppletis. Bion philosophus apud Suidā, Εμοῦ πατρὸς μὲν ἢ ἀπελευθεροῦ, ἢ ἀγκῶνι ἀπομυσόμενος. i. Meus pater erat libertinus, cubito emungens.

Hiberæ næniæ.

IX

Hiberas næniās diuus Hieronymus nugas appellat In præfatiōe, quā præposuit Moyse Pætatheuco. Quod multi ignorantes, inquit, apocryphorū deliramenta sectant, & Hiberas næniās, libris autenticis præferūt. Idem in duodecim quæstiōibus, Et Hiberas næniās Aegyptiæq; portenta sectari. Opinor Hiberas næniās dici ppter pdigiosas maleficiorū fabulas uulgo iactatas. Nam Hiberos maleficiorū infamia laborasse testis est in Odis Horatius, Nisi qs mauult ad flumen auriferū Tagum referre. Quāq; ipse Diuus Hieronymus in epistola aduersus Vigilantiū fatis indicat de portentis, ac monstris intelligendum, scribens ad hunc modum. Et quia ad radices Pyrenæi habitas, uicinusq; es Hibæriæ Basilidis antiquissimi hæretici, & impetite scientiæ incredibilia portenta persequeris.

Siculæ nugæ, Gerræ, Persolæ nugæ.

X

Siculæ nugæ prouerbio dicunt res leuiculæ. Ausonius Symmacho, Cogitans nō illud Catullianū, cui dono lepidum, nouū libellum, sed amargoteron & uerius, cui dono illepidū, & rurdem libellum, nō diu quæsiui. Tu enim occurristi, quem ego, si mihi potestas sit, ex omnibus unum semper eligerē. Misi itaq; ad te friuola Gerris Siculis uaniora. Porro Gerras Græci crates uimineas appellant. Ea uox postea uulgo pro nugamētis, rebusq; friuolis usurpata est auctore Festo Pompeio, hac quidē occasione. Athenienses cū Syracusas obsiderent, & crebro Gerras poscerēt, irridentes Siculi Gerras clamitabāt. Hinc in puerbiū cessit. Vnde & familiaris quiq; inter se nugas omneis cōmunicāt, Cōgerrones uocant. Suidas neutro genere γέρρα refert, ut Persicā uocē, quæ qdē, tū arma declarat, tū quoduis defensaculū. Etymologicō Græcum addit apud Siculos naturam muliebrem gerron appellari, γέρρα nāq; dici, cōmutatione literæ quali δέρρα, Δέρρας autē apud Græcos pellem significat, & gerra pprie defensacula sunt pellicea. Plautus in pœnulo, Scitū per tempus, hoc iam est uerbū, si uerbū uetus, Nam tuæ blandiciæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ Aedepol, lira, lira. Apud hunc ipsum & persolas nugas legimus, opinor ob montes aureos, qui apud Persas esse perhibent.

Qui semel scurra, nunq; pater familias.

XI

Qui semel scurra, nunq; pater familias. Porphyrius enarrans Horatiū, admonet fuisse prouerbium. Sensus est autem eum, quem semel depuduerit, quiq; cōtempta fama scurram age-re cœperit, uix unquā ad bonam frugem redire. M. Tullius in Actiōe pro Publico Quintio: Memini uetus est, de scurra multo facilius diuitem q̄ patrem familias fieri posse.

Aegroto dum anima est, spes est.

XII

Aegroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis, admonens, ne in afflictissimis quidē rebus, abijciendam esse spem. M. Tullius ad Atticū, Vt aegroto dū anima est, spes esse dicat. Sic ego quoad Pompeius in Italia fuit, sperare nō destiti. Sumptū uidet adagiū ex Theocritū Batto, θαρσῆμ χρῆ φίλε βᾶττε, τάχ' αἰρίου ἔσειτ' ἄμενον ἐλπιδέσ' ἐμ ζωῆσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες, ἢ ὡς ζῆς ἄλλοκα μέρ. πλεῖ ἀθροῖος, ἄλλοκα δ' ἴει. Hos uersus, quoniā non ineleganter uertit Philadelphus haud

phus, haud grauabor adscribere. Fidere Batte decet, melius cras forsân habebis, Sperandū est uiuis, non est spes ulla sepultis. Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget. Item Euripides in Troadibus, οὐ τὰντ' ὦ παῖ ᾧ βλέπεμ τὸ κοῖθανεῖμ τὸ μὲν γὰρ οὐδέμ, ᾧ δ' ἔνεσμε λπί-
δε, i. Non est idem mi gnate uiuere, ac mori. Siquidem hoc nihil, spes sunt in illo scilicet. Eo-
dem pertinet fabula de Pandoræ pyxide, in cuius summo labro sola spes hæserit, reliquis omni-
bus morbis euolantibus.

Ad uiuum refecare.

M. Tullius libro de amicitia, ad uiuū refecare, dixit, pro eo, quod est, rem exactius, q̄ sat est, ac morosius excutere. Sed hoc, inquit, primū sentio, nisi, in bonis amicitia esse nō posse. Neq; id ad uiuū refeco, ut illi, qui hæc subtilius differūt. Mutuo sumpta metaphora a tonsoribus capillos, aut ungues refecantibus. Nam ij sæpenumero molesti sunt, dum nimium diligētes esse student. Idem in libris de finibus, dixit pressius agere, pro exactius & accuratius. Plautus in Bacchidibus sub persona Chryfali, Tondebo auro usq; ad uiuam cutem. Et hoc ipsum tonde-
re pro deludere Græcis in prouerbio est.

Hostimentū est opera pro pecunia.

Hostimentū est opera pro pecunia. Hoc adagium admonet nihil gratuitū esse debere, sed officium beneficio pensandum. Hostimētū autem, auctore Pompeio Festo, beneficij pēlatio est, a prisco uerbo hostire & redostire, qd̄ est paria referre. Ab eodē hostē dici putat Nonius, qd̄ ex æqua causa pugna suscipiat. Sic Lena apud Plautum in Asinaria adolescenti respondet sua exprobrati beneficia. Hostimētū est opera pro pecunia, Hoc est, Neuter habet, quod im-
putet alteri. Tu mulierem amabas, missa est, Ego pecuniā, dcdisti. T. Liuius, Nunq; nec ope-
ra sine emolumento, nec emolumentum scriuis sine impēsa opera est. Cōfine illis, Manus ma-
nū fricat, & scalpentem scalpe.

Vtrāq; paginam facit.

Plinius historia mundi libro secundo, capite septimo, de fortuna loquens. Huic, inq̄t, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola utraq; paginam fa-
cit. Prouerbij faciem habet illud, utraq; paginam facit, sumpta metaphora a codicillis rationa-
libus, duas habentibus paginas, alteram quæ indicat, quid sit datū, alteram, quæ quid acceptū sit, ostendit. Itaq; in rebus humanis fortuna utraq; facit paginam. i. siue quid obtingit boni, ea laudatur, quasi dederit, siue mali quid accidit, eadem inceslitur, ceu malorū author.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus,

οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων, i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Admonet adagiū in muneribus accipiendis, nō solum uerecundiā adhibēdam esse, uerum etiā delectū. Sunt enim quædam, quæ neutiq; decorū sit accipere. Est item locus, est tempus, quo pulchrū sit recusare munus oblatum. Sunt quidam, a quibus inhonestum sit admittere donū. Laudat Horatius Telemachum Homericū, qui equos ab Agamemnone oblatos recusarit. Hoc ada-
gium citatur ab Ulpiano in Pandectis libro primo, titulo de officio procōsulis, ex epistola di-
ui Seueri & Antonini imperatoris. Verba ipsa subscribam. Quātū, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentiamus Græcum prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων, i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam inhumanū a nemine accipere, sed passim uilissimū est, & omnia, auarissimū. Hactenus illi. Græca uerba in omnibus exemplaribus desyderaban-
tur. Ea Politianus ex archetypis restituit, ne quid hunc interim debita fraudemus laude. Allu-
sit huc Theocritus in Thyonicho, αἰτέμονος οὐκ ἀνανεύωμ οἶα χη βασιλῆϊ, i. Nō solet ille nega-
rerogatus Principe digna, nec est de re quacūq; rogandum.

Tempus omnia reuelat.

Tertullianus, quem Diuus Cyprianus præceptorem suū appellare cōsueuit, in apologetico contra Ethnicos, Bene autem, inquit, quod omnia tempus reuelat, testibus etiam uestris pro-
uerbijs, atq; sententijs. Aulus Gellius noctium Atticarū libro undecimo, capite item undeci-
mo, citat in hanc sententiam hos Sophoclis uersus, πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲμ, ὡς ἀπανθ' ὀράμ και
πάντ' ἀκινῶμ, πάντ' ἀναψύσασα χρόνος, i. Ob ista ne quid occultas, siquidem intuēs Cūcta, audic̄sq; cuncta proferet dies. Idem, in Aiace flagellifero, ἀπανθ' ὁ μακρὸς ἢ ἀνάριθμος χρόνος φέρετ' ἄδνη
λα, η) φανέντα κρύπτει, i. Cuncta pariter immensus ordo temporū Occulta prodit, & idem pro-
dita occultit. Eodem in loco Gellius admonet quendam ueterū poetarum ueritatē, Tempo-
ris filiam uocasse, quod licet aliquando lateat, tamen temporis processu in lucē emergat. *Ἐρεῖ
in candem*

in eandem sententiã, hic quoq; senarius prouerbialis, *Αγα δὲ πρὸς φῶς τὸ ἀλήθεα χρόνος*. i. *At ueritatem tempus in lucem eruit*. Et alter item huic adsimilis, *πάντ' ἀνακαλύπτωμ ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρε*. i. *Omnia sub auras tēpus aperiens refert*. Idē opinor sensisse Thaletem, cū ait, *τὸν χρόνον σοφώτατον ἀπάντων, ἀνδρείσκαμ γὰρ τὰ πάντα*. Hoc est, Tēpus omniū esse sapientissimū, ut quod cūcta reperiat, eruatq;. Nec aliud Pindarū in Olympiacis, cum ait. *Αμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι*. i. *Posterius dies sapientissimi testes*. Idem alibi, *Tempus omniū parentē appellat*, quod nihil nō fiat progressu temporis, οὐδ' ἄμ χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύνατο δέμεν ἔργων τέλος. i. *Ne tempus quidem rerum omniū pater, potuit negocijs finem imponere*. Huc alluisse uidetur Vergilius in sexto, *Subigitq; fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram cōmissa piacula mortem*. Neq; discrepat euangelicū dictum, *Nihil opertum, quod nō reueletur, & occultum, quod non sciatur*. Plutarchus in problematis causam inquirat, cur antiquitus operto capite res diuina Saturno fieri cōsueuerit. Atq; id significatū arbitratur, quod ueritas plærūq; tecta, ignorataq; sit, sed eadem aperitur tempore. Saturnus enim temporū author, ac deus fingitur. Nam *χρόνος* Saturnus, *χρόνος* tempus. Nec aliud sensit T. Liuius, cū ait libro duo decimo. *A ueritate laborari nimis ius sæpe aiunt extingui nūquā*.

Alpha penulatorum.

XVIII

Martialis Epigrammatū libro secundo, *Quem nō lacernis, Publius meus uincit Nō ipse Codrus, Alpha penulatorum*. Alpha uocauit præcipuū, & quasi primatē, Prouerbiali nimirū figura. Idem alias iocatur in quendam offensum, quod cum dixisset Alpha, monetq;, ut huius iniuriæ talionē faciat, seq; uicissim Beta, si uelit, appellet. Translatū a notulis literarum, quibus Græci numerū indicant. Eosdem signiferos & antesignanos appellant, metaphora sumpta a militia. Quamobrem autē Alpha inter literas, primū obtineat locum, Plutarchus nō in scite causas reddit *τῶν συμμακῶν προβλημάτων*, Decade nona. Protogenes grāmaticus e suo ludo causam adducit, Primū uocales iure præferri cōlonātibus, quod citra illarum admīniculum sonent, deinde uocales ancipites merito præferri longis ac breuibus, quod utriusq; generis uim complectant. Cæterū inter ancipites recte primū locum Alpha tribui, quod in cōficiendis syllabis, iota & ypsilon sequantur Alpha, uelut in *ἄυριον* & *ἄιας*, Alpha nunq; sequat illas duas, ut eādē efficiat syllabam, sed resilit & p̄priū tuetur principatū. At Ammonius mox diuersam allegat causam, Cadmū ob id Alpha principem inter literas locū tribuisse, quod Phœnicū lingua bos Alpha uocet, cui primū locum attribuendū putarit, nō secundū, aut tertium quemadmodū fecit Hesiodus, *οἶκος μὲρ πρῶτις α, γυναικα τε βοῦν ἀροτῆρα*. i. primū aedes, deinde uxorem, inde bouem agricolantē. Nam his præsidijs putat opus esse, si quis cupiat famem, ac paupertatē effugere. Rursum Plutarchus addit hanc causam se a Lampria suo didicisse auo, Primam uocem naturalem & articulatā reddi per alpha, Propterea quod spiritus, qui est in ore, potissimū format, ac fingitur motu labiorum, quibus diductis, primū hic egreditur sonus mire simplex, & nullius indigens negocij, ut neq; linguæ requirat auxiliū, sed ea subiacente, p̄ spatium effertur. Vnde & pueri nascentes, primū hanc edunt uocem. Hæc atq; huiusmodi quædam, eo quē ostendi loco referunt. Disputat & apud Platonē de Alpha inter literas principatu. Quin & illa, puerbiū sapiūt, Primas tenere, & apud græcos, *πρωτεύειν*, Et *τὰ πρῶτα δούνα*.

Saluam imbibere.

XIX

Diuus Hieronymus in euangelia præloquens, *Quis enim, inquit, doctus pariter, uel indoctus, cū in man^o uolumē assumpserit, & a salua quā semel imbibit, uiderit discrepare, quod lætitat, non statim erumpat in uocem*. Eleganter profecto, prouerbialiq; figura dixit & a salua, quā semel imbibit, id est, ab illo gustu, quo puer imbutus est. Sūpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum nutrices in os inserunt, nō sine salua, Cui cum assucuerint, nihil iā illis sapit, quod ab illius primæ saluæ gustu diuersum sit. Idem solet accidere plærūq; nostrū, ut quicquid dissideat ab ijs, quæ primis illis annis imbibimus, p̄tinus displiceat. Aiūt & canes eos amare, quorū saluā gustarint. Verū malim ad superiorē metaphorā referri. Huc spectare uideat & Persianū illud, Inq; luto fixum possis transcendere nummū. *Nec glutō sorbere saluam Mercurialem*. Quāq; magis arbitror referendū ad ficos Mercuriales, de quibus alias diximus, quos ioci causa quidā salua oblinebant, ut ludibrio essent, qui tollerent, cū cōsimilē lutosum præmiserit de nūmo infixō luto. Illud certe p̄tinet ad hoc puerbiū, quod est apud eundē in sexta Satyra. *Nec tenuē sollers turdorū nosse Saluam*. Saluā pro gustu dixit.

Quo semel est imbuta.

XX
E

Huic nō dissimile est Horatianū illud, Quo semel est imbuta recens, seruibit, odorem Testa diu. Proinde recte monet Fabius, ut statim optima discant, propterea, quod nihil hæret tenacius, q̄ id, quod rudibus annis p̄ceperimus. Et Aristoteles libro moralium Nicomachiorum secundo, οὐ μικρὸν οὐμ διαφέρει τὸ οὐτως ἢ οὕτως εὐδύς ἐκ νέωμ ἐδίξει, ἀλλὰ πᾶσα πολλὴ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶρ. i. Itaq; nō parui refert, hoc an illo pacto p̄tinus a pueris cōsueciamus, imo plurimū interest, uel potius, omne in eo momētū est sitū. Et Vergilianū illud ἐπιφώνημα, in Georgicis. Adco in tenebris consuescere multum est.

Augiæ stabulum repurgare.

XXI

Αὐγείου βουσασία. i. Augiæ Bublic. Allegoria, puerbialis in hominē, aut in rē maiore in modū inquinatā. Lucianus in Pseudomante, καὶ τὸ Αὐγείου βουσασία, ἢ κὴ μὴ πᾶσα, ἀλλ' εἰς δύναμιν γὰρ ἔμεμαυτοῦ ἀνεκαθήρα, πειράσομαι. i. Et Augiæ Bublic, si nō omne, at certe p̄ mea uirili conabor submouere. Ostedit aut̄ huius stabula tantū habuisse cōgesti fimi, quātū ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Huius mentionē facit & Pausanias in Eliacis, Deq; bobus & fimo nō nihil meminit. In Græcis Epigrāmaticis recēlet̄ inter Herculis labores Augiæ stabulum repurgatum.

Periculosum est canem intestina gustasse.

XXII

Καλετὸν χορίων κύνα γεῦσαι. i. Periculosum canem intestina gustasse. Prouerbiali allegoria dictum est a Theocrito in Idyllio decimo. Admonet adagiū haud facile tēperare a peccādo, q̄ semel illecebrā illam, uelut autoramentū uitiorū degustarit. Quemadmodū qui semel scortū attigerit, qui semel periurio rē auxerit, qui semel aulicā uitā sit exptus. Effertur & ad hūc modū apud Lucianum, οὐδὲ κύων παύσεται ἂν ἀπαξ σκυτοῖσιν γεῖν μαθῶν. i. Neq; canis desiturus est, qui semel coriū edere didicerit. Horatius in sermonibus, simili figura dixit, Quæ si semel uno De se ne gustarit, tecū partita lucellum. Vt canis a corio nunq; absterrebit uncto.

Dubia cœna.

XXIII

Dubiam cœnā opiparam, uarijsq; instructam ferculis appellabant, idq; puerbiū a parasitis repertū apparet. Phormio apud Terentiū, Cœna dubia apponit̄. Quid istuc uerbi est? Vbi tu dubites quid sumas potissimū. Exponit Parasitus uerbū suum alioquin anceps. Nam dubium etiā periculosum significat, & dubia cœna possit intelligi, quæ nō careat suspitiōe ueneni. Horatius in sermonibus. Vides ut pallidus omnis, Cœna defurgat dubia.

Canis circum intestina.

XXIII

Κύων παρ' ἐντέροις. i. Canis iuxta intestina. Dicebat̄, ubi quis res eas, quarū esset cupic̄tissimus, p̄positas cōspiceret, quibus tamē frui nō liceret. Canes enim oberrāt circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timerent. Suidas arbitrat̄ accōmodari posse in res inutiles, & insuaues, intestina enim nō facile deglutiri a canibus, ac deuorata reuomī plerūq;.

Auræ compedes.

XXV

Χρυσῆι πέδιλοι. i. Auræ compedes. Prouerbiali metaphora dicit̄ seruitus, splendida & amabilis, qualis est Aulicorū uita. Diogenes in epistola quadā scriptum reliquit Aristippū in aula regia aureis teneri cōpedibus, ne posset auolare. Seneca in dialogo quodā affectus & rationis. Stulti est, cōpedes suas, q̄uis aureas amare. Loquit̄ de uxore formosa. Horatius item de amica formosa. Tenetq; grata cōpede uinctum.

Herculana scabies.

XXVI

Ἡράκλειος ψώρα. i. Herculana scabies. De scabiē iucunda, facileq; sanabili, interprete Suida, aut quæ desyderet Herculana, id est, calida balnea. Narrant enim Herculi laboribus illis ingentibus fatigato, Palladem crebro balnea feruentia suppeditaſse. Vsum huius adagij nō indicat, neq; Zenodotus, neq; Suidas. Equidē opinor dici posse uel in eos, qui multo studio, alioue labore ualetudinē offenderūt, ut aliquo laxamēto sit opus. Vel in eos, qui blandis adulatiōibus deliniti, ueluti iucūda quadā scabiē pruriunt.

Herculanus morbus.

XXVII

Ἡράκλειος νόσος. i. Herculanus morbus. Hūc Dicæarchus apud Zenodotū eū existimat esse, quæ alij sacrū, alij comitalem appellant. Est aut̄ ex eorū numero, quibus nulla medicorū ope succurri potest, p̄pterea quod diuinitus immitti credit̄, eoq; cognomē additū est sacro. Apuleius in prima defensiōe, diuinū appellatū putat, quod diuinā, id est, rationale animi partē uiolet. Nasci, quoties caro in humore crassum, & spumidum, inimico igni cōliqueſcit, Signa esse, graue caput, ceruicē torpentē, tēpora pulsata, auris præcipue dextræ tinitū. Dep̄hendi potissimū incēso lapide gagate, & rotæ figuræ circūactū. In hūc aiunt Herculē incidisse, uel pro-

pter immēfos labores, uel immittēte Iunone. Heraclitus arrogantīā sacrū morbū uocauit, uel quod id mali, summos plerūq; uiros cōsequi soleat, uel quod sola mors remediū adferat. Herodotus in Thalia refert Cambyfen huic obnoxii morbo, quosdam sibi maxime familiares per infaniam occidisse. Herculem item liberos suos interimentē inducūt tragici poetæ. Herculanus appellatus uidet, quod ut ille inuictus, ita hic nulla medicorū ope superabilis. Quam Aristoteles in problematis, Sectione trigesima, putat Herculem uere huic morbo obnoxium fuisse, atq; omnis adeo, qui uel ingenio, uel studio philosophiæ, uel in administranda Re pub. uel in alijs artibus excelluerunt, attrahit abnoxios fuisse. Equidem nō uideo quāobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrū, aut Herculanū morbū appellemus, tumorē animi, aut aliud aliquod uitiiū insanabile, quod genus est in senibus auaricia, in mulierib⁹ loquacitas.

Io pæan.

XXVIII

Io pæan. Acclamatio prouerbialis, qua cōsueuimus uti re gnauiter & feliciter peracta, cui nō dissimile uidetur illud Homericum, βάλλ' ούτως, & apud Latinos, Maeste uirtute. Athenæus ex Clearchi primo de prouerbis libro citat, ἰη παῖον, ἰη παῖον. i. e. pæon, i. e. pæan. Nā utroq; modo scriptum reperio. Natum hinc existimant, cum Latona ex Chalcide Eubœæ ciuitate Dianam & Apollinem in Delphos trāsportaret, euenit forte fortuna, ut iuxta specum, in quo Pytho latitare dictus est, præteriret. Vbi uero iam prosiliens Pytho impetu ferret in illos, Latona mulicrū more terita, filij auxilium inclamauit his uerbis, ἰη παῖ. i. iaculare fili. Ibi Apollo, q̄ tum forte gestabat arcum, misso telo, Pythonem interemit. Inde uox deflexa est, ut diceretur ἰη παῖον. Idq; cum ter iterari cōsueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primū ortum esse, carmen Hexametrum Heroicū, & iambicum trimetrum. Etenim, si pronuncies primis pductis syllabis, ἰη παῖον, ἰη παῖον, ἰη παῖον, Hexametrum erit meris cōstans spondeis, Sin primis correptis, iambicū erit trimetrum, puris iambis absolutū. Cuius rei meminit etiā Teretian⁹ grāmaticus. Itē Iulius Pollux in quarto demōstrat in Pythicis ludis quinq; fuisse cantus species, τείρεα representari Apollinē certaminis dispicientē locū, κατακελευσµῶ, puocantē Pythonem, ἰαμβικῶ pugnancē, πορονδείω uincencē, καταχορεύσει, ouantē. Hinc ulgo puerbī uice receptū est, ut re feliciter peracta, acclamemus, ἰη παῖον. Latini uident. κ. in. ω mega cōmutasse. Ouidius in opere de arte amandi, Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Decidit in casses præda petita meos. Et in triūphis acclamabat, io triūphe. Hora. in Odis, Nō semel dicemus io triumphe.

Nemo mortalium omnibus horis sapit.

XXIX

Plinius libro septimo, capite de præstantia gentium. Si uerum facere iudicium uolumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione discernere, mortalium nemo est felix. Abunde igitur, atq; indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici nō infelix potest. Quippe ut alia nō sint, certe ne laceffat fortuna, metus est. Quo semel recepto, solida felicitas nō est. Quid quod nemo mortalium, omnibus horis sapit. Vtināq; falsum hoc, & nō a uate dictum, q̄ plurimi iudicent. Ex quibus Plinij uerbis conijcere licet, eam uocem neminē omnibus horis sapere, uelut oraculo proditam, in uulgi sermonē abijisse. Sensus uel citra interpretem liquet, nempe, neminē esse, qui nō aliqua parte uitæ desipiat, ac peccet. Porro stultitiæ comes est infelicitas. Aut certe si quod incidit infortuniū, id stultitiæ solet imputari. Eodem pertinet, quod paulo post eodē in loco subnectit. Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus. Extat apud Græcos & huiusmodi senarius, οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνῆρ εὐδαιμονεῖ. i. Haud uiuit ullus omnibus felix modis. Itē Euripides in Supplicibus, τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς οὐκ ἔστιν οὐδὲμ διατέλους εὐδαιμονοῦν. i. Siquidē uni uersis rebus in mortalium. Nil cōtineret & undequaq; prosperū est. Ad eundem modū Horatius, Nihil est ab omī parte beatum. Simonides apud Stobæum, πάμπαν δ' ἄμωμος οὐ τις οὐδ' ἀκίριος. i. Nemo uacat prorsum malo, neq; crimine.

Sui cuiq; mores fingunt fortunam.

XXX

Cornelius Nepos in uita Pomponij Attici. Itaq; hic fecit, ut uere dictū uideat. Sui cuiq; mores fingunt fortunā. E medio uidet sumpta sententiā. Nā plerūq; uidemus mala malis euenire digna dignis, idq; uulgo dictitāt. Malus malum reperit, & κακοῖς εἰς κακά. i. malis, ter mala. Attestat & uersiculus prouerbialis, εδλῶ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἐδλὰ κῆ δ' ἰδοῖ θεός. i. Viro bono fortuna supeditat bona. Item Menander citante Plutarcho, ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. i. Nobis em̄ animus est Deus. Et apud eundem Heraclitus, ἦθος ἀνθρώπου δαίμων. i. Mores hominis deus, siue fortuna. Eodē pertinet, quod Alcman scripsit, fortunam esse sororem, εὐνομίαις, παιδοῦς, καὶ προμηθείαις. i. re ete institutiōis, p̄uasionis, & prouidentīæ, ut refert Plutarchus in cōmentario de fortuna Ro-

E 2

manorm.

Infana laurus adest.

XXXI

Plinius libro decimosexto, capite decimosextimo. In eodem, inquit, tractu Portus Amici est Bcbryce rege interfecto darus. Eius tumulus a supremo die Lauro tegitur, quã insanam uocant. Quoniã siquid ex ea decerptũ inferatur manibus, iurgia fiant, donec abijciãt. Hactenus Plinius. Mihi nõ uisum est absurdũ hoc adagijs adnumerare, quandoquidẽ res usq; adeo uulgata fuit, ut hinc arbor cognomen inuenerit. Itaq; quadrabit in hominẽ rixarum authore, ut sunt nõnulli, qui quocũq; se uertunt, iurgia suscitant.

Apologus Alcinoi.

XXXII

Απόλογος Ἀλκινόου. i. Apologus Alcinoi. De longis & anilibus fabulamentis. Refertur a Diogeniano. Sumptum ex Homeri Odyssea, ubi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum regis, p̄ digiosas, ac deridiculas fabulas & portentuosas mendacia commemorat, de Lotophagis, Lestrigonibus, Circe, Cyclopibus, atq; id genus alijs plurimis miraculis, fretus uidelicet Phæacũ inscitia, barbarieq;. Plato de Repub. libro decimo. Haud tibi sum narraturus Alcinoi Apologum, sed excellentissimi uiri Eriharmerij genere Pamphili. Narrat autem eo in loco fabulã, quã cũ Lestrigonũ, Cyclopumq; figmento facile certare possit. Scribit enim cũ hic inter multos cecidisset in prælio, decimoq; post die cadauera cæforũ tollentẽ, reliquis putribus, huius unius cadaver integrũ atq; incorruptũ adhuc apparuisse. Domũq; deportatum, ut iustis ceremonijs sepeliret. Die duodecimo, cũ esset imponẽdus rogo, reuixisse, ac p̄ digiosa quadam narraße, quã diebus illis decẽ, apud inferos, tum iens, tum rediens cõspicatus esset.

Andabata.

XXXIII

Citatur apud Nonium Marcellum, cum alijs locis aliquot, tum in uerbo Lusciosi. Varro in Andabatis, quem equidem auguror titulum fuisse quempiam Satyræ puerbialem, cuiusmodi sunt alijs quoq; complures, Ονος λύρας, γεροντ̄ διδάσκαλος, Nescis quid serus uesper uehat. M. Tullius instar prouerbij usurpauit in epistola quapiam ad Atticum, Quem antea, inquit, ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Et hunc æmulatus diuus Hieronymus aduersus Heluidium. Ad hoc, inquit, probandum congerit de scripturis exempla q̄ plurima, more Andabatarum in tenebris gladium uentilans. Idem contra Iouinianũ, Periclitamur respõsionis uerecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis & prudentiæ symplegadas, hinc atq; inde, uel pudoris, uel causæ naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur, si pudor impetrarit silentium, quasi de loco uidebimur cedere, & aduersario ferendi occasione dare. Melius est tamen, clausis, quod dicitur, oculis, Andabatarum more pugnare, q̄ directa spicula clypeo nõ repellere ueritatis. Idem in secunda contra Rufinum Apologia. Aliud est, si clausis, quod dicit, oculis mihi uolũt maledicere. Rursum in eodem opere. Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi Valentinianæ hærcleos defensoris, in quo duos Andabatas digradientes inter se spectasse me fateor. Huc opinor respexit in præfatiõne Esdræ, Aliud est, si clausis (quod dicit) oculis mihi uolunt maledicere. Hactenus ille. Cæterum fuerint, ne populi ad eum modum soliti pugnare, an gladiatorũ genus, q̄ clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, ut prope modum ex Seneca licet cõscere, nondum (ut ingenue fatear) satis compertũ habeo, certe uox ipsa, ἀνταβάτης indicat fuisse quosdam, qui sic hostem inuaserint. Tum Homerus Iliados. τ. Aiacem sic pugnam ineuntem facit, quemadmodũ leo pro catulis dimicans, clausis oculis insilit in uenantiũ agmẽ, Αἴας δ' ἀμφὶ μονοιτιάδῃ σάκος εἶν' ἐκάλυψας εἰσῆκα, ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσι ὃ ῥά τε νῆπι ἄγου τι σωαντήσοντῃ ἐν ὕλῃ ἄνδρες ἐπακτῆρες, ὃ δ' ἐ τε δένει βλεμεαίνωμ πᾶμ δ' ἐ τ' ἐπισκύνιομ κάτω ἔλκεται ὄσσε καλύπτωμ ὡς Αἴας περὶ πατρὸς κλυτὰ κῆρω βεβήκει. i. Ast Ajax lato defensus undiq; scuto Egre giũ iuuenẽ prognatũ patre Menæcio, Stabat uti leo depugnans sua pignora circum, Cui catulos deportanti uenit obuia turba Venantum in syluis, iaculis urgentibus, ille Deducto prorsum cilio sua lumina uelat, Sic cingens Heroa Patroclum p̄tegit Ajax. Cõueniet in eos, qui temere, nulloq; iudicio insectant quippiã, aut repugnant alicui.

Canina facundia.

XXXIII

Salustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula. Canina (ut ait Apius) facundia exercebatur. Quod quidem Apij dictũ apud eruditos scriptores in adagionem cessit, in quosdam, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ studium exercent. A rixa canum, & oblatratu sumpto epitheto. Si quidem. r. litera, quã in rixando prima est, canina uocatur. Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, Pompatũ ferculis procedũt in publicũ, ut caninã exercent.

ninam exerceant facundiã. Idem obtrectatores suos, subinde canes appellat.

Ilicnsis Tragædos cōduxit.

XXXV

Ὁ Ἰλιεύς τραγῳδοῦς ἐμίθωσεν. i. Ilicnsis Tragædos cōduxit. Vbi quis ultro puocat quempiã, unde sua audiat probra. Veluti, si Troiani accerlant histrionē, qui ipsis calamitates, quas semel pertulere, denuo quasi renouet. Lucianus in Pseudologista, Ἐπει γὰρ ἡ τῆ παροιμία Ἰλιεύς ὦν τραγῳδοῦς ἐμίθωσεν. i. Posteaq̄ enim iuxta prouerbiū Ilicnsis cū sis, Tragædos cōduxisti. Idē alibi. τὰ γούμ τῶν Ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπρόνθα μεμ, τραγῳδοῦ τινα τοῦτῳ, ἐφ' ἡμᾶς κενήκαμεν, ἀσόμενον τὰς φρυγῶν συμφορὰς. i. Itaq̄ plane idem nobis accidit, quod Ilicnsibus, ut qui istum ceu Tragædū quempiã aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cantet calamitates.

Trius minis inlumptis duodecim imputat.

XXXVI

Ironia prouerbialis apud Aristophanem in Pluto, καὶ μὴ φίλος γὰρ μοι δοκῆς νῆ τοῦς θεοῦς. τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογισαδὲ δώδεκα. i. At certe amicus ut uideatur per Deos, Vti pro minis tribus, imputes duodecim. Quadrabit in eos, qui nō nisi compendij sui gratia colūt amicos, & p̄ quāuis exiguo officio, multum beneficiorum expectāt. Vulgo item aiunt, pileū donat, ut pallium recipiat.

Oculus dexter mihi salit.

XXXVII

Ἀλλετὶ ὀφθαλμός μου ὁ δεξιός. i. Salit mihi oculus dexter. Vbi spes est uisuros nos latū quiippiã, & uehementer exoptandū. Ductū a muliercularū superstitiōe, quæ ex mēbri pruritu, diuina/re solent, quid sit euenturū. Vnde illa apud Plautū nō semel obuia. Prurit mihi tergū. Pruriūt dentes, Pruriūt pugni. Et utrū dentes tibi pruriūt, an mala. Theocritus in Amaryllide, Ἀλλετὶ ὀφθαλμός μου ὁ δεξιός, ἄρα γ' ἰδυσῶ ἄντῳ. i. En ocul⁹ dexter salit mi, illā ne uidebo. Est etiã apud Plautū, superciliū salit. Hodieq̄ per iocum aiunt sibi dextrā tinnisse aurem, Significantes alibi sermonē de se absentibus factum cum laude. Idq̄ Plinius testat̄ uulgo quādoq̄ creditū fuisse, ut qui laudaref̄ absens, ei dextra tinniret auris, qui uituperaref̄ sinistra.

Nebulæ in parietē.

XXXVIII

Aufonius in epistola quadā ad Gregoriū filiū, nebulas in pariete dixit, p̄ re nihili, somnijq̄ simillima. An unq̄, inq̄t, uidisti, nebulā pictā in pariete? Carminis, quod ei subscribit̄ epistolæ lemma significat, friuolū, ac uanū. Nā nebula res est inanior, q̄ ut coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi, sapere patruos.

XXXIX

Patruorū in nepotes ceu genuina seueritas, puerbio locū fecit. Horatius in Odis. Metuentis patruæ uerbera linguæ. Patruā linguā uocat seuerā, & obiurgatricē. M. Tullius aduersus Herēniū, fuit in hac causā quidā patruus, censor, magister. Obiurgauit. M. Cœliū, sic, ut neminē unq̄ parēs. Horatius. Siue ego prauē. Scu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi. i. ne me castiges. Ad hanc formā ptinet illud Persianū, Cū sapimus patruos. i. postq̄ abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatiū æmulatus, ut solet, dixit, Ne sis mihi tutor. i. ne mihi præscribas, atq̄ imperes.

Saxum uoluere.

XL

Saxum uoluere dicunt, qui inexhausto quopiam, atq̄ inutili labore fatigant. Terentius in Eunucho, Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus admonet prouerbiū fuisse in eos, qui inextricabili sudore affigerent, tractūq̄ putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos, sursum, ac deorsum uoluentis.

Capere prouinciam, Tradere prouinciam.

XLI

Tradere puinciã, figura puerbiali dicunt, q̄ negociū aliquod curādū cōmittūt. Capiūt, suscipiūt ue puinciã, q̄ rei curadæ onus in se recipiūt. Metaphora sumpta est a cōsuetudine Romanorū, apud quos, q̄ magistratū gerebāt, puincias alias alij fortiebanf̄. Exēpla passim apud authores obuia sunt. Terentius in seipsum excruciatē, uidelicet ille Clinix seruus, tardiusculus est. Idcirco huic nostro tradita est puincia. Idē in Phormione, O geta puinciã cœpisti durā.

Corinthus & collibus surgit, & uallibus deprimitur.

XLII

Strabo libro Geographiæ octauo scribit Corinthios opibus, & artibus egregijs præcelluisse, ceterum regionē illorū nō admodum fuisse feracem, quod inæqualis esset & aspera, ac petricosa. Eamq̄ ob causam senariū hunc prouerbio iactatū fuisse, Κορινθὸς ὑψέεται τε ἢ κοιλάειται. i. Alibi tumet Corinthus, aliubi caua est. Meminit & Eustathius in Bœotia Homeri. Hui⁹ modi autē terræ genus, nō perinde sementi idoneū est, atq̄ campestris. Id adagiū, ubi nā possit esse ului, nō satis uideo, nisi si quis detorqueat ad hominē intractabilem, aspero ingenio, & E 3 sibi ipsi inæqua.

libi ipsi inaequalem, parumq; secum constantem.

Crotone salubrius.

XLII

κρότωνος ὑγιέσσορ. i. Crotone salubrius. De re neutiq; noxia, sed undequaq; salutifera. Zeno dotus ab animāte sumptā parcemiā existimat. Est enim Croton muscæ genus, (Theodor⁹ rediū uertit) placidū & innoxium, neq; suctu, neq; alia quapiā re molestum. Strabo libro Geographiæ sexto, tradit hinc ortū, quod Crotoniatarū locus longe saluberrimus olim fuerit iudicatus, uel hoc argumēto, quod breui tēporis spatio q̄ plurimos pduxerit, tum athletas, tū philosophos, hoc est, corpibus pariter, atq; animo præstātes uiros, inter athletas præcipuū Milonē, inter philosophos Pythagorā. Idem eodē in libro tradit Myscellum & Architā piter Delphos adisse, ut de urbe cōdenda cōsulerēt oraculū, & alterutrū pollicente deo, Architā opes delegisse, Myscellū loci salubritatē, illū itaq; Syracusas cōdidisse, hunc Crotonē, quarū urbū altera cessit in prouerbiū opulentia, altera salubritatis. Allusit ad hoc pruerbiū Pallada in Epigrammate, οὐκ ἀλόγως ἐμ δίζυθίοις δύναμιν τινα θέμειν εἶναι ἔφημ, χθεὲς γοῦν δίζυδορ ἐμ ρονίῳ ἠπάλα κάμνοντι τετρατάῳ περιήφα, καὶ γέγονεμ ταχέως δια κρότων ὑγιέσ. i. Diuinū quiddā, uimq; admirabilem inesse Dizythijs certe diximus haud temere. Nā modo quē febris longa & quartana tenebat iamq; fatigatū conficeret miserum, Dizython admoui, neq; erat mora longa, Crotonē hoc ubi fecissem, sanior ille fuit.

Crotoniatarū postremus, reliquorū Græcorū primus est.

XLIII

κροτωνιατῶν ὁ ἔχαρς, πῶς τῶν ἄλλων ἑλλήνων. i. Crotoniatarū postremus, primus reliquorum Græcorū. Strabo libro Geographiæ suæ sexto, prouerbiū hoc ait ortū ob insignē Crotoniatarū præstantiā in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios Athletas ptulit ea ciuitas, adeo, ut in uno certamine Olympico, septē uiri, q reliquos uirtute præcesserant, omes pariter fuerint Crotoniata. Huius gētis præcipuū decus Milo, literis omniū celebratus, q septies continēter uicit Olympia. Hūc si cōstitisset, nullus e uestigio poterat educere, Manum tenēti nemo digitū corrigebat. De admirādo nec indigno uita interitu meminuit Gellius. Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tāto interuallo præcedere dicemus, ut q in hoc sit uel infimus, in illo possit primus uideri, ueluti siqs dicat, in re militari, uel ignauissimū Græcorū præstantiorē esse tortissimo Troianorū, Aut qui sit apud Italos infantissimus, Apud Gallos eloquētissimū uideri posse, Aut qui Citharædus sit deterrimus, eū Aulædorū principē haberi posse.

Ne decima quidem Syracusanorū pars.

XLV

οὐδὲ τῆς δεκάτης τῶν συρακουσίωμ ἔχει. i. Ne decimā quidē partē opum Syracusanarū possidet. Strabo libro Geographiæ sexto, συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτμ ἑκπεσῆμ πλοῦτμ, ὡς τε κῆ αὐτῶς ἐμ παροιμία διαδοθῆναι, λεγόντων πρὸς τοὺς ἀγαμ πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἄρ ἐκγίνοιτ αὐτοῖς συρακουσίωμ δεκάτη, id est, Syracusas eo diuitiarū peruenisse, ut in pruerbiū abierint. Siquidē de diuitibus, ac splendidis ita dicere solent, Ne decimā quidē Syracusanarū opum partē assequi possent. Significabant autem aliorū opes, quātū uis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Non nihil Venere accesserit prouerbio, si paulo longius detorqueatur, Vt siquis prælocutus Ciceronē longo interuallo, reliquos omneis post se relinquere, dicat, opulentam quidē & uberem esse Quintilianī dictionē, uerum hanc, uix esse τῆς συρακουσίωμ δεκάτημ.

Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere.

XLVI

Strabo libro Geographiæ octauo tradit Corinthiorū urbem in Isthmo sitam, duos habuisse portus, alterū Asiā uersus, alterū Italiā, Verū quod freti instar esset, nō sine discrimine eo nauigari, uelut olim in mari Siculo, maxime præter Maleā, ppter reflantes inde uētos. Vñ & pruerbiū celebratū fuisse, μάλα δε κάμιας ἐπιλάδου τῶν οἰαδ. i. Maleā legēs, quæ sunt domi obliuiscere. Est aut Malea p montoriū Laconia, a Maleo Argiuorū rege dictū, quod p quinq; passuū milia in mari ptēdit, authore Seruio in quintū Aeneidos, in quo libro Vergilius uidet ad parcemiā alluisse, cū ait, Maleæq; sequacibus undis. Itē Statius septimo Thebaidos libro. Et rauca circūsonat unda Maleæ. Idē in Tiburtino Manlij Vopisci. Si Maleæ credēda ratis. Significat & Homer⁹ lib. Odyssæ nono, piculosam circa Maleā nauigationē fuisse, sic Vlyssēm loquentē inducēs, καὶ νύκτμ ἀσκηθῆς ἰκόμην ἐς παρῆδα γαίαν Ἀλλά μὲ κύμα ῥύος τε περιγνάπτοντα μάλαμ καὶ βορέης ἀπείωσε, παρὲπλάξην δὲ κυθήρων. i. Forsitā & patrias rediissem sospes in oras, Sed me dū Malcā præteruehor, undaq; fluctusq; Et Boreas illinc pulsū admouere Cytheris. Allusit huc Ouidius in Heroinis, Ausus es o nimīū, nimīūq; oblite tuorū. Thracia nocturno tan gere castra dolo. Nā suorū oblitū uidentē, q sese temere piculis obijciūt. Quādoquidē una hæc præcipua causa

præcipua causa uulgius a subeundis uitæ piculis deterret, quod meminert esse, quibus se saluo sit opus, ut ait Flaccus, & quibus incolumes prodesse tum debeant, tū possint, extincti grauem allaturi luctum. Videbimur non intempestiuiter uti hac paræmia, siquando discrimen negocij suscipiendi uolumus ostendere, & aut non esse suscipiendum, aut negligendam uitā.

Omnia sub unam Myconum.

XLVII

πάνθ' ὑπὲρ μίαν μύκωνομ. i. Omnia sub unam Myconum. Strabo geographiæ suæ libro decimo, μύκωνομ δ' ὄζειν, ἐφ' ἣ μιν θεύσσι κέσθ' ἄν γιγάντων τοὺς ὑσάτους, ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας ἀφ' ὧν ἦν παροιμία, πάνθ' ὑπὲρ μίαν μύκωνομ, ἐπὶ τῶν ὑπὲρ μίαν γρασίων ἀγόντων τὰ διηρημύα τῆ φύσιν. i. Est autē Myconus, in qua fabulis proditum est, positos esse gigantes postremos ab Hercule cōfectos, unde ductum illud prouerbium, Omnia sub unam Myconū, in eos, qui res natura diuersas, eodem titulo complectuntur. Quibus ex uerbis magis colligitur usus adagij q̄ ratio, tamen si cōficere licet, quoniam summa gigantum & reliquiarum sub Mycono conderentur, sub ea gigantes omnes iacere uulgo dictum, cum sub alijs item mōtibz sit fuerint. Itaq; qui eodem in libro grāmatica pariter & Theologica, item dialectica, & iurifconsultorum literas tradat, in eū non incōcinne dicitur. Omnia sub eādē Myconū. Aut ubi diuersa gesta, ab eo quod postremo loco factum sit, æstimentur. Est autem Myconus ex Cycladibus una, teste Stephano, qui p̄ uerbij quoq; facit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus longe diuersam adfert fabulam, quæ prouerbio dederit occasionem. Helcus, inquit, filijs suis Hegetori & Hippocli mandarat, ut insulas illas in mari sparsas subigerent. Deinde ubi Hegetor multas esset aggressus, Hippocles unam modo Myconum, uelletq; nihilominus reliquarum etiam omnium ex æquo particeps esse, consuluerunt super hac re oraculum, quæ nam insulæ Hegetori cederēt. Respondit deus, μία μύκωνομ. i. Vna Myconus. Vfus est eleganter Plutarchus primo συμποσιακῶν libro, μία μύκωνομ ἀρφήνας τὸ συμπόσιον. i. Vnam Myconum faciens conuiuium, Significans indistinctos adhuc conuiuas. Vnde & de indiscretis dictum apparet.

Lerij mali.

XLVIII

Λέριοι κακοί. i. Lerij mali. In eos recte dicitur, qui pariter omnes gētis uitio sunt improbi. Leriorum enim populus ob insignem morum improbitatem in prouerbium abiit, autore Strabone libro geographiæ decimo. Citatq; Phocylidis, nescio cuius, uerba ἡεε, Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν ὁ δ' οὐ, πάντες, πλὴν παῖδοκλέεε, καὶ παῖδοκλέεεε Λέρι. i. Lerij mali, non ut hic malus sit, ille nequaq; uerum omnes, excepto Patroclo, Et Patroclus est Lerius.

Ad phasim usq; nauigauit.

XLIX

Autore Strabone libro geographiæ undecimo, Phasis est Euxini sinus, & extrema nauigationis meta, uel teste prouerbio, εἰς φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔχαρος δρέμ. i. Ad phasim ubi supremus cursus nauibus. Per phasim Colchidem significauit, non Flumen Phasim neq; urbem eiusdē nominis ad flumē sitam. Theocritus in Idyllio. κ, περὶ δ' εἰς κολχῶς τε καὶ ἄξενον ἴκετο φᾶσιν. i. Perdes autem & ad Colchos & inhospitalem peruenit Phasim. Dicitur de ijs, qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole, quo modo dixit & Iuuenalis, Omnibus in terris quæ sūt a Gadibus usq; Auroram & Gangem. Et Horatius in Odis, Extremū Tanaim si biberes Lyce. Et Vergilius in Bucolicis, At nos hinc alij sitiētes ibimus Afros. Pars Scythiam & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem. Sumptum uidetur ab Iasonis fabula. Neq; dissimile fuerit schema, siquis ad Herculis usq; columnas dicat nauigasse, aut usq; ad Britannos, quos, autores extra mundi terminos ponunt, quod Oceano separent. Horatius in Odis, Visam pharetratos Gelonos, Et Scythicū inuiolatus amnem. Idem in eodem opere, Visam Britannos hospitibus feros. Idem rursus, Et ultimos orbis Britannos.

Myforum ac Phrygum termini discreti sunt.

L

Strabo libro geographiæ duodecimo, regiones quasdā cōmemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorū, Myforū, Dolonū. Item qui iuxta Cyzicū accolunt, Mygdonū ac Troianorū. Neminē autē inficias ire, quin unaquæq; suis finibus sit circūscripta. Verū eos fines ad amussim d̄ iudicare, id neutiq; facile. Porro de Phrygijs ac Mylis, puerbiū quoq; uulgo iactatū fuisse, χωρίς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὀρίσματα, ὃ ἡ διοσίθερ χαλεπερ. i. Sūt separati Myforū termini, Phrygūq; sed finire, perq; est arduū. Huius rei causam adducit, quod hi populi nō satis stabiliti tutati sint suas sedes, sed subinde aliūde alio depulsi, terminos incertos reddiderint. Plini⁹ libro quinto, Mysiā in Phrygia collocat. Plutarchus, ἐμ τοῖς ὑγενοῖς πρὸ ἀγγέλμασι χωρίς εἰ ἔφη τὰ οὐλοσόφων καὶ ἰατρῶν ὡσπερ ἰνῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν ὀρίσματα. i. Separatā eni aiebat esse philosophorū ac

E 4 medicorū p/

medicorum professionem, non aliter ac Myſorum & Phrygum fines. Manent & in hodiernum diem paſſim id genus de finibus gentium rixæ, longa ferie temporum omnia confundēte. Adagio licebit uti, de rebus toto genere inter ſeſe diſſidentibus, ueluti ſiquis ſentiens lōge aliud ſpectare philoſophum, aliud oratorem, dicat, χωρίς τὰ μυσῶν ἢ φρυγῶν. Aut de hominibus, inter quos nihil conuenit, nihilq; cōmune intercedit, ut apud Euripidem Achilles, χωρίς τὰ μὰ καὶ γαμῶ μινον. i. Separatæ ſunt meæ res a bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurum homini.

In ter multas Chilonis ſententias, hæc præcipue placuit eruditis, autore Laertio, ἐμπλινδίνους ἀκούσας ὁ χρυσὸς ἐξέταξεν, διδοὺς βάσανον φανερὰν, ἐν ἧ χρυσῶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδεικνεν ἔλεγχον. i. In ſaxeis coticulis aurum exploratur, euidentis præbēs ſpecimen. In auro uero proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur. Stobæus carmen hoc citat ex Antiphane, πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου ἕρόπων. i. Opes ut index, hominis ingenium arguūt. Alluſit huc Ariſtides in Themiftode, ἐντεῦθεν ἔρα τὸν ἀνδρα, ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμεν, καὶ μὴ μοι λόγων τὸν χρυσὸν ἄλλα πλὴν βάσανον προσίωμι σκόπη. i. Hinc uirum ſpecta, a linea factio initio, Neq; mihi, quod dicitur aurum, ſed ipſum admouens indicem, conſydera.

Cauē Thoracem.

Φυλατῆ τὸν θώρακα. i. Cauē Thoracem. Strabo libro geographiæ decimoquarto ſcribit urbē eſſe nomine Athenæum, uicinam Lybibus Hesperijs, in planicie ſitam, huic imminere montē cui nomen Thorax, in quo fama eſt Daphitam grammatice cruci ſuffixum fuiſſe, quod maledico carmine reges inceſſuiſſet. Vnde dictum illud manat in uulgus, ut dicerent, φυλατῆ τὸν θώρακα. i. Cauē a Thorace. Hoc uelut ænigmatē prouerbiali, feſtiuiter admonebimus, frenandam eſſe linguam, ne uoces petulanter emiſſæ, per iugulum aliquando redeant.

Abdera pulchra Teiorum colonia.

Strabo libro geographiæ decimoquarto, tradit Teios cum Perſarum cōtumelias ferre non poſſent, urbe relicta, Abdera Tracum urbē demigraffe. Atq; hinc illud uulgatū fuiſſe, ἀβδηρα καλλὴ τῆς ἰωνίας. i. Abdera pulchra Teium colonia. Hoc ænigmatē prouerbiali ſignificam⁹, non de eſſe, quo confugiamus, ſiquis præter modū pergat eſſe moleſtus. Huc fortaiſſis alluſit M. Tullius, libro epiſtolarum ad Atticum ſeptimo, Quod imperiū habeā, id eſt, ἀβδηρικόν.

Magna ciuitas, magna ſolitudo.

Strabo geographiæ libro decimoſexto, Scleritiam ait Babylone maiorē fuiſſe, ſed pleraq; ſui parte deſertā, Ac iure optimo de illa dici poſſe, quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit Comicus quiſpiā, ἐρημία μεγάλῃ ἢ ἐν ἡμέρῃ τῆς μεγάλης πόλεως. i. Eſt magna ſolitudo, magna ciuitas. Alluſum eſt ad nomē urbis, cui⁹ meminit & Plinius in quarto. Quadrabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quippiam, amplum quidem & ſpacioſum, ſed parum ex cultum. Aut in librum ingentem quidem illum, uerum impolitū & illimatum.

Ad Scolon nec ꝑficiſceris ipſe, nec alterū comitaberis.

Strabo libro geographiæ nono ſcribit, Scolon uicum eſſe quempiam Aſopiæ, ſub monte Citherone, ſedem inamœnam, incultam, infrugiferam, aſperam. Atq; hinc uulgo prouerbiū manare, εἰς σκῶλον μὴ τ' αὐτὸς ἴμεν μὴ τ' ἄλλω ἔπειδ' εἶ. i. Nec per te Scolon ipſe, nec ulli ali⁹ comes ito. Refert eadem totidem uerbis Euiſtathius in Bœotiam Homericam. Quo prouerbio conueniet uti, ſiquando ſignificabimus modis omnibus abſtinendum a conuictu cuiuſpiam, aut a loco, ubi nihil ſit ſperandum, quod uel ad uoluptatem faciat, uel ad emolumentum.

Oenoe charadram.

Ὀινόη πλὴν χαράδρα. i. Oenoe torrentis alueum. Nam charadra græcis ſignificat eam terrā ſiſſuram, quam aqua pluuiā, aut torrens, nonnunq; terræ motus efficit. Zenodotus in collectaneis adagiorum ait dici ſolitum in eos, qui ipſi ſibi malum accerſerent. Hinc eſſe natam parœmiā, quod Oenoe uicus quidam ſit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quendam torrentis uicinum, ſuis finibus incluſerūt. Deinde ingruente immodica ui aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidiffent. Strabo geographiæ libro octauo, duas Oenoas commemorat, alteram Eleuteris finitimam, alteram apud Marathonem, de qua uulgo iactata parœmiā, Ὀινόη πλὴν χαράδρα. id eſt, Oenoe charadram. Effertur adagium ad hunc quoq; modum, Ὀινόη πλὴν χαράδρα. i. Oenæi charadram, ubi quippiam accerſitur ad commoditatem, unde pernicies adfertur.

Nihil ad Bacchum.

LVII
Ὀίνη

οὐδὲμ πρὸς δῖονυσσον. id est, Nihil ad Bacchū. Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent. Adagionis origo uaria traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos, in Bacchum cani solitos. Deinde poetas mutata consuetudine, Aiaces, centauros, atq; id genus fabulas cœpisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse. Nihil ad Bacchū. Quo conuitio moniti, deinceps Satyros inducere cœperunt, ne Dei prorsus obliti uiderentur. Strabo Geographiæ suæ libro octauo, scribit euerfa funditus a Romanis, propter uiolatos legatos, Corinthiorum urbe, milites in opera quoq; nobilia, quibus ea ciuitas præter cæteras abundabat, ludibrijs insultasse, citatq; testem Polybium, qui prædicet præsentem uidisse sese, tabulas quasdam abiectas in solum, in quibus milites talis luserint. Quarum una fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc inquit, quidam aiunt, manasse, quod puerbio dicitur, οὐδὲμ πρὸς τὸν δῖονυσσον. i. Nihil ad Bacchum. Suidas refert Epigenem quendam Sicyoniū, Tragœdiam de Baccho couscriptisse, quæ cum indigna deo uideretur, quosdam e spectatoribus acclamasse, nihil ad Bacchum. Eamq; uocem in prouerbium abijisse. Verū magis approbat eorum sententiam, qui dicunt quondam poetas de Baccho fabularum argumenta consuesse tractare, eaq; demū actitari solita. Deinde paulatim ad Tragœdias scribēdas cōuersos, alias fabulas & historias scriptitasse, prætermissa Bacchi mentione, spectatores igitur acclamasse, nihil ad Bacchum. Eiusq; ferme sententiæ suffragatorem citat Chamæleontē. Huic opinioni astruit Plutarchus in primo libro Symposiacion, ostēdens ab Aeschilo & Phryni cho natā parcemiā, qui fabularum argumēta ad historias & calamitates deflexerint. At Theætetus apud eundem Suidam, in opere de prouerbio, scribit Parrhasium pictorem, Bacchū summa arte finxisse. Itaq; cum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte certamen ageretur, & complures Bacchum pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhasij Bacchū accederet, succlamasse populum, nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam cum Corœbū, Vlyssē illum uafrum & uersipellem uocasset, audiit, Canem adducis ad præsepe, & nihil adfers ad Bacchum. Vtroq; prouerbio significatum est nimis inæqualem esse comparationē Corœbi cum Vlyssē. Lucianus in Baccho, Ἀλλὰ τί πρὸς τὸν δῖονυσσον, οὐτὶς ὁ δῖονυσσος εἴπωι τις ἄμ. i. Sed dixerit quispiam, quid ad Bacchum hic Bacchus: id est, quid ad rem propositam pertinet hæc de Baccho fabula. Itaq; uidetur adagium quadraturū, uel de re ab instituto aliena, uel multo inferiore, uel cōtēnenda. Plutarchus in Symposiacionū quæstionū prima, de ijs agēs, qui anxios syllogismos, uelut eum, quem κυριεύοντα uocant, in poculis proponere solent. τί ταῦτα, inquit, πρὸς τὸν δῖονυσσον. Idē inibi, πέμψω δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ταχέως, ἄμ ταῦτα δόξῃ μὴ παντελῶς ἀμύσσα μηδὲ ἀπροσδῖονυσα εἶναι. i. Mittam autē propediē & reliqua, siquidē hæc uidebūtur, nō usq; quaq; incita, nihilq; ad Bacchum pertinentia. Noue quidem, sed tamē oppido q̄elegantē dixit, ἀπροσδῖονυσα, tacite alludens ad prouerbium. Significat autē, ἀπροσδῖονυσα, non aspernanda, & ad rem pertinentia. Idem in eiusdem operis libro quarto, οἶμα, ἢ καὶ ἢ σαββάτων ἑορτῶν μὴ παντελῶς ἀμύσσα εἶναι. i. Arbitror autē, nec sabbatorū festū, nihil prorsus ad Bacchū pertinere.

Farcire centones.

LVIII

Periphranes in Epidico Plautina, militi iā pugnas suas militari more parātī narrare. Quintu, inquit, alium quæras, qui centones farcias, id est, quem tu gloriosis mendacijs & cōfarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio cōnectere, nullum facientes neq; finem, neq; modum. Centones autem dicuntur uestes e uarijs panniculis, ac diuersis etiam interdū coloribus confarcinata. Iuuenalis, Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Ad harum similitudinē centonem uocant carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atq; illinc accersitis, contextū, quasiq; consutū. Græci κέντρα appellat, addita litera, quam abijciunt Latini. Extant adhuc, ὁμηροκέντρα, quorum meminuit & Diuus Hieronymus & Vergiliocentones Probæ mulieris, & Centon nuptialis Ausonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem.

LIX

Lena Melenis in Cistellaria Plautina. Inter nouam rem, inquit, uerbum usurpabo uetus. Quod dedi, non datum uellem, quod reliquum est, non dabo. Significat se poenitere, quod puellæ fecerit copiam, de cætero non facturam. Vfus adagij fiet uenustior, si paulo longius a simplici figura detorqueatur, ueluti si quis indicans se superioris operæ, quam in poetices studium insumpserit, poenitere, nec esse consilij diutius in ea tēpus terere, dicat, Quod dedi, datum nollem, quod reliquum est, non dabo.

Crocodili

Crocodili lachrymæ.

LX

κροκοδείλα δάκρυα. i. Crocodili lachrymæ. De ijs, qui sese simulant grauiter angi incōmodo cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi, cui ue magnū aliquod malū moliantur. Sunt qui scribant Crocodilū cōspecto procul homine, lachrymas emittere, atq; eundem mox deuorare. Cuiusmodi p̄p̄modū erant lachrymæ Bassiani impatoris, lachrymabat quoties aut mentio fieret, aut imagines uideret, Getæ fratris quē occiderat. Alij narrant hanc esse Crocodili naturam, ut cum fama stimuletur, & insidias machinatur, os hausta impleat aqua, quā effundit in semita qua nouit, aut alia quæpiam animantia, aut homines aquatum uētuos, quo lapsos ob lubricum descensum, neq; ualentes aufugere, corripiat, correptosq; deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lachrymis effulis macerat, itaq; deuorat hoc quoq;.

Bona est etiam offa, post panem.

LXI

Αγαθὰ ἢ μάλιστά μετ' ἄρτου. i. Bona est offa post panem. Hemistichion carminis Heroici. Zenodotus ait de ijs solere dici, qui penuria meliorum, amplectuntur deteriora. Nā Maça quiddā est pane cocto deterius, conflatum ex lacte & farina, quo rustici uice panis uti consueuerunt. Siquidem ὁπῶν ἀλθροῦ, in delitijs olim fuisse alias demonstrauimus ex Theocrito.

Si non adsunt carnes, Taricho contentos esse oportet.

LXII

Ἀμ μὴ παρῆ κρέα σφοδρῆτον τῶν τάριχων. i. Probanda salsamenta egenti carniū. Sunt qui dicant, τάριχου, accipi pro pisce Aphya. Sensus hic est, ubi non est copia meliorū, boni cōsulere oportet, quæcunq; contingunt. Refertur a Diogeniano.

Agathonia cantio.

LXIII

Ἀγαθώνιος ἀύλησις. i. Agathonia cantio. Recte dicitur de oratiōe, blanda magis, q̄ frugifera. Agathon tibicen quispiā erat, cantilenarū suauitate maiorē in modū aures delinies. Nec huius mores dissimiles musicæ fuisse phibent. Laborauit em̄ infamia mollicie. Autor Zenodotus.

Edax currus.

LXIII

Ἀδὸν φάτορ ἄρμα. i. Edax currus, in glutones & uoraces dicebat, propterea quod currus multū absomit unguinis siue ceromatis, siue quod sumptuosa res sit, equos & currus alere, unde & comicus Aristophanes in Nebulis iocatur in Strepriadem, quē filius, ἰπὸ ἔροφῶν, ad inopiā re degerat, multo ære alieno contracto.

Sanguine flere.

LXV

Αἵματι κλαίειν. i. Sanguine flere, prouerbialis hyperbole. Significans nihil non fieri, quo fleatur aliquis, sic enim antiquitus loquebantur. Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris. Itidem αἵματι σίνειν. i. Sanguine gemere. Durat hoc adagiū in hodiernū etiam diem.

Pardi mortem adsimulat.

LXVI

ὄναρ μὴ δάλωσ ὑπεκρίνετ. i. Pardi mortem simulat. Dicebatur ubi quis astu perniciem alicui moliretur, ueluti cum Brutus stupidum ac dementē ageret, ut in posterū imperio potiretur, id adagiū ad quendam Apologum referunt. In Maurulia, simiarum ingens copia. Pardalis aut animal est natura simijs infestissimum, quas tamen uiribus assequi nō potest, nimirum illis in summas arbores subuolantibus. His itaq; dolis in eas utitur, Sternit se supinam sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudet eo spectaculo simiæ confidentes in arbore. Deinde ubi iam mortuam arbitrantur, unam aliquam emittunt, exploraturam, num uere mortuus sit hostis. Illa cautim ac pedetentim accedens, ubi nullum uitæ uidet argumentum, Pardale nimirum modis omnibus cadauer imitante, demum audet etiam conscendere. Quod simul atq; reliquæ simiæ conspexerint, iam deposito omni metu, descendunt & Pardalim omnia ferentem, circūfultant, postremo conculcant, insultātes ludibrij causa, donec Pardalis senties illas iam saltando defatigatas, de repente reuiuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatq; ac deuorat. Hanc equidem fabulam, ne quid fuci faciā lectori, non reperi apud idoneum autorem, sed in Græcis collectaneis cuiusdam Apostoli Byzantij, cuius testimonium quodam in loco Politianus etiam adfert.

Mandare laqueum.

LXVII

Mandare laqueum dicimur ijs, quos usq; adeo negligi a nobis significamus, ut si uel suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democrito, Cū fortunæ ipse minaci, mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem. Confine illi cum iubemus, οἰμώζην. i. plorare quæpiā, ἢ κλαίειν καὶ μακρὰ χαιρέειν. i. & flere & longum ualere.

Medium ostendere digitum.

LXVIII
Medio item

Medio item digito porrecto supremum contemptum significabant. Martialis. Atq; illi digito porrigeret medium. Nam hunc digito Martialis impudicum uocat. Ostendit digito, sed impudicum. Persius, Infamem infami digito & iustalibus ante saluius. Huc arbitror pertinere, quod apud Laertium Diogenes, ut alibi diximus, hospitibus quibusdā Demosthenem uidere cupientibus, non indice digito, sed medio porrecto demonstrauit, parum uirum innuens & effœminatum. Ac paulo post eodem in loco, satis indicat porrectione digiti medi quippiam obscœnum significari, cum ait insanos haberi, qui medium porrigant digito, qui indicem, non item. Itaq; eodem in carmine duobus adagijs extremū contemptum indicauit Satyricus, Mandaret laqueum, & medium ostenderet ignem. Elegantius fieret utrunq; si longius detorqueatur. Vt philosophicis præceptis laqueum mades, tu tuo uiuio more. Et Theologorum decretis negociatores mediū unguē ostendunt, id est, plane cōtēnūt, ridētq;.

Barbam uellere.

LXIX

Est illud quoq; sumptum a gestu, barbam uellere, quo summū contemptum, ac ludibrium significamus. Horatius sermonum libro primo, Barbam tibi uellunt lasciui pueri. Persius, Idcirco stolidam præbet tibi uellere barbam Iupiter. Idem alias. Si Cynico barbam petulans nonaria uellit.

Malis ferire.

LXX

μηλοῖς βάλλειν. i. Malis petere, dicuntur, qui muneribus assequi student, quod optant. Aut qdonis prouocant ad amorem mutuū. Ducta est allegoria a fabula Atalantæ, quā Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter currendum malis aureis, in quibus sublegēdis, dū subinde remorat, præcessit ac uicit iuuenis. Refert adagiū a Diogeniano. Plutarchus in symposiacis indicat olim fuisse morē ut in eos, qui semper uincerent mala, rosas, nonnulli etiā mala punica iacerent. Vt hinc quoq; uideri possit ortum adagium, ac dictitatum de ijs, qui magno pere mirantur, ac probant quempiam, aut etiam blandiuntur. Idē decade nona narrat, Anaxarchum cum ab Alexandro post cœnam malis peteretur surrexisset, dixissetq; hūc senarium, βεβλήσειταί τις θεῶν βροτῆσιν ἄχρη. i. Ferietur aliquis mox deū, humana manu. Potest & simplici us accipi, Malis petere, cum quis ad amandum lacessitur, ac prouocatur, sic enim interpretatur Suidas. Vnde est illud apud Maronem. Malo me Galatea petit lasciua puella. Et, Aurea mala decem nisi cras altera mittam. Et, Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Et Acontius apud Ouidium Cydippæ malum inscriptum in gremium mittit. Aristophanes in nebulis μήλω βληθείς ὑπὲρ περιδίου. i. A scorto malo percussus. Interpres adscribit, malū amoris esse symbolum, propterea quod Veneri sit sacrum. Vnde in certamine formarum, præmium malum erat aureū, idq; Veneri contigit. Theocritus in Cyclope, ἤραρ δ' οὐτι ρόδοις οὐ μάλοις οὐδὲ κικίνοις ἀλλ' ὀλοαῖς μωναῖς. i. Nō malis nō ille rosas, nō ille Cicinis, Sed fur ijs mage pestiferis adamabat

Mare prius uitentulerit.

LXXI

τὸ πῆλα γὼς πῶπερον οἶσει ἀμπελον. i. Mare prius uitentulerit. De ijs, quæ nullo pacto fieri possunt. Nam alsugo uitibus inimicissima. Refertur apud Diogenianum.

Betiçare, Lachaniçare.

LXXII

Lachaniçare uulgo dicebant pro languere, teste Suetonio in uita Octauij Cæsaris, p quo Augustus nouauit Betiçare. Quadrabit & in insulsos & insipidos. Catullus, Lāquidior tenebra, cui pendet sicula beta. Item Martialis, Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ, O q; sæpe petet, uina, piperq; coquus. Eodem pertinet illud Diogenis Cynici dictum, apud Laertium. Cum adulescentes quidam eum canem uocarent, seq; cauturos dicerent, ne ab illo morerentur, Bono animo esse iussit. Canem eni haud quaquam uesci Betis. Molliciem illorum notans. Bliteos appellant stupidos. Est βλίτην herbæ genus, cui nomen etiam a stupore saporis inditum putant, quasi βλάξ, quæ uox bardū & stupidū significat. Plautus in Truculēto, Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino, ad rem suā. Laberius Mimographus apud Noniū Marcellū, Bipedē & bliteā beluā, appellat insulsum & uecordē. Apud Menandrū quoq; mariti uxoribus ex Blito cōuitiū faciūt, Bliteas eas nominātes. Aristophanes in nebulis, καὶ σε καλοῦσι βλιτόμα. i. Teq; uocant Bardū ac stultū. Fieri potest, ut gallica quoq; uox hinc manarit, qua nūc uulgo cōtēptissimos, extremæq; notæ homines cōpellant Bliteos, addita literula.

Promus magis, q; condus.

LXXIII

Saneq; elegās & prouerbialis Aūsonij dimeter iambicus. Promus q; cōdus magis, in quē dā profusiorē, qui parta prodigere nosset, quærere aut quæsitā seruare non nosset. Sūpra metaphora a rei

taphora a rei familiaris dispensatoribus, maximæq; penuriæ, quos Græci ταμίαις uocāt. Quorum partes sunt ad usum familiæ promere, id est pferre quædā, alia cōdere, hoc est seponere. Iam qui tantum promit, is ad inopiam uelis equisq; properat. Plautus in Truculento, Parcep / mos appellat, sordidos, ac tenaces, & qui sumptum libenter effugiunt.

Indulgere genio.

LXXIII

Prouerbiales sunt & illæ figuræ, defraudare genium, pro eo, quod est, negare naturæ, quod appetit, & indulgere genio, pro eo, quod est, animo obsequi. Terētius in Phormione, Suum defraudans genium. Plautus in Truculento, Sed istos qui cum genijs suis belligerant, parce proini. Sordidos & parcos significans. Idem in Aulularia. Egomet fraudauī meum geni / um. Contra, Persius Satyra quinta. Indulge genio carpamus dulcia. Vnde & genialē appel / lant diem lætum & uoluptarium. Et genialiter uiuere, pro molliter & laute.

Curare cuticulam.

LXXV

Huic confinis est illa frequens apud poetas figura, Curare cuticulam. Nam qui uolupta / ti student magis, q̄ famæ, unum hoc curāt, ut cutis summa niteat, eaq; gratia lautioribus epu / lis, balneis, unguētis, somno, conuiujs, alijsq; id genus delitijs utunt. Horatius in sermonib⁹, Ire domū, atq; pelliculam curare iube. Idē in epistolis, Me pingue & nitidū & bene curata cu / te uises, Cū ridere uoles, Epicuri de grege porcū. Persius, Et assiduo curata cuticula sole.

Nodum in scyrpo quæris.

LXXVI

Nodum in scyrpo quæris. In anxium dicebatur, nimisq; diligentē, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, ubi nihil esset addubitandū. Hoc adagium refertur apud Plautū in Me / nechmis, & uerbis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat, Quæris & in / scyrpo, Soliti quod dicere nodum, nominatim prouerbij titulo referens. Donato iunci speci / es est scyrpus, leuis, atq; enodis. Quanc̄ apud Gelliū scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæq;.

Delphinū syluis appingit, fluctibus aprum.

LXXVII

Horatius in arte poetica, prouerbiali schemate dixit, Delphinum syluis appingit, fluctibus / aprum. Indocti poetæ stulticiam taxans, qui multa non suo loco, neq; tempestiuiter describit / perinde quasi pictor Delphinum piscem, iuxta Callimachi dictum, in nemoribus pingret, / rursus aprum in undis. Confine illi, Εμ φακῆ δ' μύρομ. i. In lenticula unguentum.

Cancer leporem capit.

LXXVIII

καρκίνος λατῶν αἴρει. i. Cancer leporem capit. De re nequaq; uerisimili, dictuq; absurda. Ve / luti si quis dicat ab indoctissimo superari doctum.

Ne caprea contra leonem.

LXXIX

μη πρὸς λέοντα δορκάς. i. Ne caprea aduersus leonem, id est, Ne longe inferior cum potentio / re decertes. Dorcas enim Siluestris est capreus. Refertur a Diogeniano. Suidas integrum re / fert senarium, μη πρὸς λέοντα δορκάς ἀψωμαι μάχης. i. Ne cum leone caprea pugnam sumpsero. / Homerus Odyssææ. θ. Ανδράσι δὲ προσέειπεν ἐπιζέμεν οὐκ ἐθέλησω. i. Cum potiore uiro nolim / certamen inire.

Pellem caninam rodere.

LXXX

Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixisse uidetur Martialis, pro eo quod ē, / hominem maledicum & improbum conuitijs insectari. Sic enim scribit in obrectatorē que / dam & oblatratorem. Non deerunt tamen hac in urbe forsan, Vnus uel duo, tres ue, qua / tuor ue Pellem rodere, qui uelint caninam.

Echino asperior.

LXXXI

Εχίνου ξαχύντερος. i. Echino asperior. In hominem intractabilem & insuauibus moribus di / ctum. Metaphora sumpta ab animante, cuius duplex est genus, terrestre, spinis obsitū, & ma / ritimum, pinnata undiq; testudine, ac spinis obductum, quibus se pedum uice uoluit, autore / Plinio. Martialis, Cortice deposito mollis Echinus erit. Aristoteles libro de generatione ani / mantium quinto tradit, Echinum ipsum quidem pusillum esse, cæterum spinas habere, & lon / gas & acutas.

Echinus partum differt.

LXXXII

Εχίνος δὲμ τόκομ ἀναβάλλει. i. Echinus partum differt. De hjs dici suctum, qui prorogaret quip / piam suo malo. Veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddedā, / uel maiore cum fœnore. Aiūt Echinum terrestrem stimulata aluo, remorari partum, deinde / tam asperiore ac duriore facto fœtu mora temporis, maiore cruciatu parere. Autor Suidas. / Prius duo

Prius duo Echini amicitiam incant.

LXXXIII

Πρὶν ἢ δύο ἐχίνοι ἐς θιλίαμ ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου. i. Prius Echini duo inierint amicitiam, alter e mari, alter e terra. De ijs, qui moribus, ac studijs sunt inter se discrepantiores, quæ ut spes sit aliquando necessitudinē inter eos coiturā. Nam est Echinus marinus, de quo multa Plinius & Aristoteles, Est & terrestris, quem alio nomine uocant Erinaceum, Illud cōmune, quod uterq; spinosus est, unde & uocabulum inditum. Refertur a Suida.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

LXXXIII

Prouerbij speciem habet illud etiam Horatianum in arte poetica. Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo. Quadrabit in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi uōnullos uideas, qui cum semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nec rationem ullam habent alieni fastidij, sed suo tantum animo negocij modum metiuntur, haud quæ memores uetustissimi sermonis, admonentis, ut tum a lulu desistam, cum adhuc est iucundus, ne uoluptatem, odij molestia consecuta contamine. Nemo nescit, hircinam, ubi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Meminit Plinius libro undecimo, capite trigesimoquarto, atq; inibi de altero quodam animali, cui nomē non sit quod semper infixio sanguini capite uiuat, donec nimia satiata dehiscat, & ipsi immoriens alimento, cum cibi non sit exitus.

Mea est pila.

LXXXV

Mea est pila. i. Vici & uoti sum compos, aut res mihi in manu est, apud Plautum in Trucu lento. Sumptum a notissimo pilæ ludo, cum multis insequentibus, unus aliquis præstantior occupat. Consimili figura dixit in Cassina. Sed si nunc uult hera facere officium suum, nostra ois lis est, id est, uicinus. Traducta metaphora a iudicij.

Ab ouo usq; ad mala.

LXXXVI

Ab ouo usq; ad mala, puerbialis figura dixit Horatius in sermonibus Satyra tertia, pro co, quod est ab initio cōuiuij usq; ad finem. Si collubuisset, inquit, ab ouo, Usq; ad mala citaret iocacche modo summa Voce, modo hac resonat, quæ chordis quatuor ima. Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicabantur, malis finiebant. Erit uenustius, si longius trahatur, ab ouo usq; ad mala, id est toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere.

Virtutem & sapientiam uincunt testudines.

LXXXVII

Iulius Pollux libro nono de rerum uocabulis, scribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuisse, τὰ ἀρετὰ, καὶ τὰ σοφία νικᾷν τὴν χελώνην. i. Et uirtus testudinibus, & sapientia cedit. Est autem uelut anigma, innuens pecuniam longe plus posse, quæ aut uirtutem, aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorum nomisma χελώνη. i. Testudo dicebatur, propter inscalptam in eo testudinis figuram. Testem huius rei citat Eupolidē, qui in fabula, cui titulus Captiui, θεολογῶν διεξέρχεται χελώνην. i. Obolū pulchræ testudinis. Cōsimili forma dictum est & illud, Multas noctuas sub tegulis latitare, & Bos in lingua, quæ suis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter constant.

LXXXVIII

Sacra hæc non aliter constant. Hoc adagio licebit uti si quando fatebimur culpam, sed quæ rei loco ue conueniat. Veluti si quis in balneis agat impudētius. Aut rusticus in nauis. Aut in cōuiuijs ebriorum intemperantius. Ausonius, Nuptialis Centonis excusans licentiam. Etenim fabula est, inquit, de nuptijs, & uelit nolit, sacra hæc aliter non constant. Sumptum a sacris, quæ certis quibusdam cerimonijs peraguntur, de quibus siquid demutes, piaculum admissum putetur. Plutarchus in cōmētario de audiendis poetis, οὐσίαι μὲν γὰρ ἀχόρηται καὶ ἀναύλας ἴσμεν οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθοι, οὐδὲ ἀφ' αὐτῆς ποίησιμ. i. Sacra enim absq; choris ac tibijs nouimus. Nō nouimus aut absq; fabula ac mendacio poesim.

Sequitur uer hyemem.

LXXXIX

Sequitur uer hyemem. Hoc adagio rerum uices significamus, necessario sibi succedentium. Ut si quis suadens in rebus afflictis, animum fulciendum spe melioris, dicat. Sequetur uer hyemem. Ausonius in præfatione monosyllabarum, ut in uetere uerbo est, Sequitur uer hyemem. Iam similitum nugarum subtexo nequitiam.

Venereum iusiurandum.

XC

Ἀφροδίστ' ὄρκ' οὐκ ἐμποινίμ'. i. Venereum iusiurandum non punitur. Sensus est, Amatum iusiurandum irritum esse, neq; ad Deos quicquid pertinere, tanquam iocosum. Et autore Nasone, Jupiter in cœlo periuria ridet amatum. Et Horatius, Ridet hoc inquam Venus ipsa, ridet simplices

simplices nymphæ. Citatur hoc adagium a Platone in conuiuio. Deflecti potest ad quoduis promissum, cuius fides præstanda non uideatur.

Tanq̄ meum nomen, tanq̄ digitos.

XCI

Prouerbiales hyperbolæ sunt, Tanq̄ meum nomen & tanq̄ meos digitos teneo, siquãdo promptam, certamq̄ memoriam significare uolumus. Martialis, Totis diebus Africæ hæc mihi narras, Et teneo melius ista, q̄ meum nomen. Iuuenalis, Tanq̄ ungues digitosq̄ suos. Nihil magis meminimus, q̄ proprii nominis. Vnde & uita defunctos olim suo nomine inclama- bant. Et proprii nominis oblitum, dicimus prodigiosa obliuiscetiæ hominẽ. Antiquitus in di- gitis computus peragebatur. Quin hodieq̄ numerandi imperitum, & obliuiosum per iocũ rogare solent, quot in manibus habeat digitos. Plutarchus in cõmentario, cui titulũ fecit, quo pacto quis intelligere possit se profecisse, scribit olim morem fuisse, nomina digitorũ edisce- re, isq̄ in metu tanq̄ remedio futuris uti. Ipsius uerba subscribam, οἱ μὲν γὰρ ἐκ μεμαθηκότες τὰ πρῶτον ἰδίωμ' ὀνόματα διακτίλων, χθώνη πρὸς τῶν φόβος αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις, ἀτρέμα καταλέγοντες ἕκαστον. Quidam enim ediscunt suorum nomina digitorum, eisq̄ contra pauores utũtur, tanq̄ ad de- pellenda mala remedium habeant, paulatim singulos recensentes. Quæ uero sint digitorum apud Græcos uocabula, Gellius in noctibus Atticis indicauit.

Bonorum glomi.

XCII

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες. i. Bonorum glomi, de opibus extractis & affatim accumulatis. Sũpta me- taphora a glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui filorũ ma- xima uis est obuoluta, quod idem πλώριον uocant. Videtur autẽ allusum ad uocẽ in Agathide, & Agathis, perinde ut Thucydides in Euripidis Epigrammate Athenas, ὅτι ἐλλάδος ἐλλάδα, uocat, id est, græciæ græciam. Et quemadmodũ, ἔχαια ἔχάτωρ. i. Postrema postremorũ. Item κακά κακῶν. i. Mala malorum, dicunt Græci. Quam quidem figuram Latini non agnoscunt.

Rem acu tetigisti.

XCIII

Est apud Plautũ alicubi. Rem acu tetigisti, pro eo, quod est, Rem ipsam diuinasti, nihil ab- errans. Metaphora sumpta uideri potest a lusu quopiã, in quo diuinator, id quod alius notaf- set, sũma acu tangebatur, aut lineam, aut calculum, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere, perinde est, quali dicas, ipsissimũ punctũ attingere. Nam minutissima puncta denotant acu.

Purgatis auribus.

XCIII

Purgatis auribus, pro attentis & uacuis, prouerbiũ respicit. Plautus, Perpurgatis ambo da- mus tibi operam auribus. Horatius in epistolis, Est mihi purgatam crebro qui personet aurẽ. Persius quinta Satyra, Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Nam sordes in auribus colle- ctae auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem.

Purior clauo.

XCV

Ἀγνότερον πικραλίου. i. Purior gubernaculo. Comparatio puerbialis de re uehemẽter incul- pata, aut moribus undequaq̄ integris & incõtaminatis. Clauus enim nauticus assiduis flucti- bus abluatur, ut nihil sordium possit hære. Adagium refertur a Suida.

De calcaria in carbonariam.

XCVI

Quoties fit, ut a re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digredimur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur. Huic non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Mure- na. Respondebo igitur postremo primum. Qui nescio quo pacto mihi uideat̄ prætorius can- didatus in consularem, quasi desultorius, in quadrigarum curriculum incurrere.

Datyli dies.

XCVII

Ἀπύλησ' ἡμέρα. i. Datyli dies. Vbi res feliciter successerunt. Sumptum a Datylo quodam qui apud Athenienses summos est honores consecutus.

Monstrum alere.

XCVIII

Monstrum alitur, ubi quid occulti uirij latere significamus, haud scio an inde sumpta meta- phora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultant. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quod prius repudiatus gener, rursus ad affinitatem repeteret, suspicãs aliquid esse uirij in puella, quod calare. Repudiatus, inquit, repeto. Quamobrẽ: nisi id est, quod suspicor, Aliquid monstri alunt. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

Non curat numerum lupus.

XCIX

Prouerbiũ sapit Vergilianũ illud in Bucolicis. Quantũ, curat aut numerũ lupus, aut rorẽ, tia flumina ripas. Recte dicetur in hominẽ impudẽter furacẽ. Extat hodieq̄ uulgo istatum adagium

adagium, lupus non ueretur etiam numeratas oues deuorare. Porro fures paulo timidores coniuenerunt a rebus numeratis abstinere manum, metu, uidelicet, ne hoc indicio deprehendantur. Huic affinis iocus ille facetus in scruum furacem, cui nihil erat domi, neq; clausum, neq; obligatum.

Ipsis placet.

C *Αὐτοῖς ἀρέσκει.* i. Ipsis placet, ubi rem parum nobis probari, aut causam, nihil ad nos pertinere significamus. Terentius in Andria, mihi nō fit uerisimile. Atqui ipsis cōmentum placet. Non admodum abludivit ab illo, suū cuiq; pulchrum. Suis quisq; cōsilijs, suæq; sententiæ blanditur. Huc pertinet illud apud Homerum frequens, *ἠὲ δ' ἀνε θυμῶ.* i. Placuit animo. Itē illud apud Comicos, sic lubitum est animo meo. Et apud Vergiliū, *Dij̄s aliter uisum.* Plato libro de legib⁹ tertio, retulit hoc prouerbium.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA QVINTA

Spartam nactus es, hanc orna.



H *Ἐλαχες ἀρταμ κόσμῳ.* i. Spartam quam nactus es orna, siue administra. Admonet adagium, ut quamcūq; prouinciā erimus forte nacti, ei nos accommodemus, proq; huius dignitate nos geramus. M. Tullius ad Atticum libro quarto, epistola sexta. Reliquum est, *ἀρταμ ἔλαχες ταύταμ κόσμῳ.* Non me herde possum, Et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerē maluit. Idē ad eūdem libro primo, Eā causam quam mihi dicis obtigisse *ἀρταμ*, non modo nunq; deferam, sed etiam si ab illa deferar, in mea pristina sententia permanebo. Prouerbium igitur ad uarios usus licebit accommodare, uel cum admonebimus, ut suam quisq; personam, quam suscepit cum decoro tueat. Episcopus es, ne satrapam agas, sed episcopum. Maritus es, cura, quæ mariti sūt officia. Aulicus es aulicum age. Iudex es, non amicum, aut inimicum, sed iudicem agas. Principatus tibi cōtingit, principis officio fungere. Priuatus es, ut priuatum te gere. Sic propemodum usus est Aristophanes, nam huic inscribitur comœdia, cui titulus, *θεσμοφορίαῖσσι, ἧν ἔσπριπτιῶ ἀνδρα πρὸς τὰ δράμματα.* A δ' ἔπριπτι, πρὸς ταῦτα τοῦς ἔσπριπτι ἔχου. i. Decet poetam accommodari moribus, Ut cūq; ad argumēta, quæ tractauerit. Vel cū iubebimus unūquemq; sua sorte cōtētū esse oportere, quæcūq; contigit. Quemadmodū enim peritus gubernator, in omī tempestate bonum præstat nauclerum. Ita uir sapiens in omni fortuna, sapienter se gerit. Est ampla res familiaris, sapienter administra. Non est, utere paupertatis cōmodis. Cōtingit eruditio, utere ad bene uiuendum. Non contigit, ne macereris, sufficit pietas ad consequendam salutem. Plutarchus in cōmentario *περὶ ἐπιθυμίας*, admonens, ut suam quisq; sortem boni consulat, *ἀρταμ*, inq; *ἔλαχες, ταύταμ κόσμῳ.* i. Sparta tibi obuēnit, hāc orna. Quod cōfine ē illi Platonico, *τὸ πρὸν ἐπιθέδῳ.* i. Quod præsens est, bene dispone, siue boni consule. Hanc sententiā passim in principū aulis insculpi oportuit, *ἀρταμ ἔλαχες, ταύταμ κόσμῳ*, quorum uix ullum reperias, qui uere cogitet, quid sit principis agere personam, qui ue sua ditione contentus, non conetur aliquid imperij sui finibus addere. Principis munus est modis omnibus Reipublicæ cōmodis provide re, Publicam tueri libertatem, alere pacem, excludere q̄ minimo suorum exitio maleficia, dare operam, ut sanctos & integros habeat magistratus. Cum igitur harum rerum securus, ludit alea, saltat, scortatur, musicatur, uenatur, negociatur, breuiter, alibi intentus est totus, tum occinendū est adagium, *ἀρταμ ἔλαχες, ταύταμ κόσμῳ.* Rursum ubi neglecta, quæ contigit ditione, foris agit, alienis inhians imperijs, suos in summū adducit discrimen, suos exhaurit funditus, seq; pariter & uniuersam fortunā alex belli subijcit, ut unū aut alterum oppidulū adijciat suis finibus, Tum suggerendū adagium, Spartā nactus es. Nihil principī pulchrius, q̄ ut hoc quicq; est regni, quod fortuna dedit, sua sapientia, uirtute, diligentia reddat ornatus. Cōtingit oppidulum, imitare Epaminondam, fac ut frigidum illud oppidulum, tua opera multo reddas celebrius ac locupletius. Cōtingit fera & intractabilis natio, dare operam, ut eam paulatim cicurem & legibus obtemperantem reddas. Contigit regnum parum splendidum, non li uexare finitimos, sed hoc quod habes citra alienum detrimentum exorna. Vix unq; feliciter cessit, peregrinæ ditionis affectatio. Quasdam nationes, ingenium, ac linguæ sonus discreuit, ut Germanos & Hispanos. Quosdam ipsa natura diduxit, ut insulares mari, Italos mari simul & Alpiū molibus. Nonnullis casus suos terminos dedit. Si quisq; quod nactus sit, nita-

F 2 tur ornare

tur ornare, nimirum ubiq; floribunt omnia. Et inter amicos nempe Christianos, omnia erūt omnium cōmunia. Nunc sæpenuero fit, ut dū aliena labefactare nitimur, nostra funditus subuertamus, & (ut feliciter cedat res) tanto nostrorum ciuium sanguine, tantis sumptibus, tot periculis, tot sudoribus, tot orbitatibus, tot deniq; nunq; enumerandis malis, emimus titulū ne scio quem inanem, & magni nominis fumū. Xerxes, Cyrus, Alexander magnus, & uixissent diutius, & ueriores gloriam essent cōsecuti, si suas ciuitates recte administrare, q̄ alienis armis uexare maluissent. Carolus Burgundionum dux, huius pauus, si uim ingenij qua pollebat, si magnitudinem animi contulisset ad sua locupletanda, potius q̄ ad expugnanda aliena, nec infelicem mortem oppetisset in bello, & inter laudatissimos principes haberi poterat. Magna pars nostræ ditionis, id temporis fatali quadam peste tenebatur. Stultissima uidelicet sed omnium perniciosissima dissensione, omnibus in duas factiōes diuisis, quarum alteri nomē erat ab hamo, alteri a pisce asella. Pugnabat ciuitas cum ciuitate, uicus cum uico, domus cū domo, sæpe, quos idem lectus iūgebat, factio diuersa segregabat, & fratrem a fratre, ruptis naturæ uinculis, distrahebat. Passim latrocinij, iurgij, cædibus, rapinis feruebant omnia. Et interim bonus ille princeps, perinde quasi hæc nihil ad rem pertinerēt, procul aliorum oppugnabat menia. Carolus Galliarum rex, huius nominis octauus, peragrata Italia, reuersus est ad suos, sed tanto suo, suorumq; malo ac periculo, ut pœnituerit eius felicitatis. Deniq; sunt, q̄ affirmant eum ad senectutem peruenire potuisse, si Italiam Italis reliquisset. Quid dicā de Philippo, huius Caroli patre? Adijt Hispanias, non Martis aleam experturus, sed accersit ad regni partem capeſſendam, pacata undiq; omnia. Et tamen hæc tam felicem peregrinationē, quā fleuit patria, nō ferendis exactiōibus expilata. Ipse magno uitæ periculo, non semel laborauit. Franciscum Buſſidianū Archiepiscopū Byzontinū amisit, uirum modis oibus incōparabilem. Sed tamē utcūq; redijt, Nō licuit his malis ita defūgi. Denuo reliquit suos, Sæuissima iactatus tēpeſtate, delatus est in Angliam, tum tēporis non admodū æquā nostratibus. Quid illic acciderit, quid passus fuerit, quid pollicitus, quo pacto dimissus sit, non libet cōmemorare. Seruiuit necessitati, fateor & ignosco, sed quid erat necesse, in eam uenire necessitatē? Nec his admonitus malis, de repetēda patria cogitauit. Hispaniæ uisendæ erant, ubi puer iuuenis ad res maximas natus, nisi ipse sibi suā inuidisset felicitatē. Atq; uni⁹ hominis mors simul & patriam optimo principe, & Maximilianū unico orbauit filio. Quid dicam de Christianissimo Francorum rege Ludouico, eius nominis duodecimo? Adortus est Venetos, id tēporis, ut uidebatur, inexpugnabiles, unico cōflictu, tot oppida restituit Romano Pontifici Iulio, tot Imperatori Maximiliano, tot sibi recepit. Redijt rebus felicissime, sicuti uidebat, cōfectus. Verū quantū malorū pelagus hinc exundauit in Gallos? Qui suo sanguine tot insignes triumphos Iulio pepererant, eiudē opera, maiore sanguinis iactura, ex Italiæ sinibus eiekti, Parū hoc, & quo nō tandē ignominia stigmatē notati? Quod ni Iulium mors intercepisset, uidissemus regnum illud totius orbis florentissimū, funditus euersum. Quid autē de serenissimo Scotorum rege, Iacobo cōmemorē? Is uir absolutā felicitatē, absolutæ laudi adiunxerat, si ppetuo suis se sinibus cōtinuisset. Erat ea corporis specie, ut uel procul regem posses agnoscere. Ingenij uis mira, incredibilis rerum omnium cognitio, inuicta animi magnitudo, uere regia pectoris sublimitas, sūma comitas, effusissima liberalitas. Deniq; nulla uirtus erat, quæ magnū deceret principē, in qua ille nō sic excelleret, ut inimicorū quoq; suffragio laudaret. Cōtigerat uxor Margareta, serenissimi Anglorū regis Henrici octauī soror, ea forma, ea prudentia, ea in maritū charitate, ut nō aliā a superis optare potuisset. Regnū Scotiæ, quod multis & opibus & celebritate incolarū, & splendore ferē cedere, sic suis uirtutibus illustrarat, sic auxerat, sic ornat, ut uerā egregij principis laudē meruerit, si intra hoc gloriæ suæ stadiū cōstitisset. Sed o nunq; felicē regno, raro principi, regis discessum. Dū nimirū amico in Gallorū regē anio, quo Britāniæ regē magnis rerū minis Gallias impetētē, auerteret, & ad insulæ suæ defensionē reuocaret, egregius regni sui fines, Anglos bello lacessit. Quid multis? Fortiter qdē, sed infeliciter perijt, nō tā sibi q̄ regno. Perijt adhuc æuo uigēs. Diu Scotia tāto principe, diu Margarita tali marito, diu fili⁹, nā filiū ex ea sustulerat, tali patre frui potuisset, atq; ipse uicissim & his oib⁹ & sua glia, nisi sibi uitā inuidisset. Cæsus est una cū fortissimo patre fili⁹, & fili⁹ eo patre dignissim⁹, Gulielm⁹ Archieps, titulo diui Andree, iuuenis qdē uiginti ferme natus annos, sed in quo nullā cōsummati uiri laudē desiderares. Mira formæ gratia, mira dignitas, heroica pccritas, igeniū placidissimū qdē illud, sed tñ ad cognitionē oim disciplinarū acerrimū. Nā mihi fuit cū eo quondā

in urbe

in urbe Senensi domestica cōsuetudo, quo tpe a nobis in Rhetorū præceptis, græcanicisq; literis exercebat. Deū immortalē, q̄ uelox, q̄ felix, q̄ ad q̄d uis sequax ingeniu, q̄ multa simul cōplecti poterat. Eodē tpe discebat iurecōsultorū literas, nec eas admodū gratas, ob admixtam barbariē, & odiosam interptū uerbositatē. Audiebat dicēdi præcepta, & præscripto Thema te declamabat, pariter & calamū exercēs & linguā. Discebat græce, & quotidie quod traditū fuerat, statō reddebat tempore. Horis pomeridianis, musicis operā dabat, monochordijs, t̄ b̄ijs, testudini. Modulabat & uoce nōnunq̄. Ne ipm qdē cōuiuij tēpus studiorū uacabat fructu. Sacrificus ppetuo salutarē aliquē librū recitabat, puta decreta pontificū, aut diuū Hieronymū, aut Ambrosiū. Nec unq̄ recitatis uox interrūpebat, nisi si quid alteruter doctorū, iter quos medius accūbebat, admonuisset, aut ipse parū assequens, quod legebat, sciscitatus esset aliqd. Rursum a cōuiuiio fabulæ, sed breues, & hæ quoq; literis cōditæ. Proinde nulla omīno uitæ pars uacabat studio, nisi quæ rei diuinæ, somnoq; dare. Nā etiāsi quid supfuisse t̄pis, qd̄ t̄a uarijs studiorū uicibus nō suppetebat, t̄n siquid forte superat, id historicorū lectioni dabat. Nā hac cognitione præcipue capiebat. His itaq; rebus factū est, ut adolescētulus uix dū decimū octauū egressus annū, tantū in omni literarū genere cōsecut⁹ fuerit, quatū in quouis uiro iure mireris. Nec illud i hoc usu uenit, quod fere solet in alijs, ut ad literas felix, ab bonos mores minus esset appositus. Verecūdi mores erant, sic t̄n, ut mirā agnosceres prudentiā. Anim⁹ sublimis, & a sordidis istis affectibus pcul semotus, sed ita, ut nihil adesset ferocitatis, nihil fastidij. Nihil non sentiebat, p̄ multa dissimulabat, nec unq̄ ad iracundiā poterat incitari. Tanta erat naturæ lenitas, animiq; moderatio. Salibus impēdio delectabat, sed eruditus, ac minime dentatis, hoc est, nō nigro Momī, sed cādido Mercurij sale tinctis. Siqd̄ turbæ domi natū fuisset, inter famulos, mirū quāta dexteritate, quātoq; candore solit⁹ sit cōponere. Deniq; religionis erat & pietatis plurimū, supstitionis nihil. In sūma nemo fuit dignior, qui ex rege, & ex illo rege nascere. Vtinā aut̄ in parentē pietas, q̄ fuit admirabilis, t̄a fuisset & felix. Comitatus est in bellū, ne usq; patri dec̄set. Quæso qd̄ tibi cū Mauorte, oim poeticoꝝ deoꝝ stupidissimo, qui musis, imo q̄ Christo eras initiatus? Quid isti formæ, qd̄ isti ætati, qd̄ naturæ t̄a miti, qd̄ ingenio t̄a candido, cū tarantaris, bombardis, & ferro? Deniq; qd̄ erudito cū acie, qd̄ episcopo cū armis? Imposuit nimirū tibi immodica quædā in parentē pietas, dūq; nimīū fortiter amas patrē, infeliciter cum patre cæsus occubuisti. Tot naturæ dotes, tot uirtutes, tot eximias spes, unica pugna pcella absorbit. Perijt & nostrarū rerū nō nihil. Nempe qd̄ in erudiēdo te sum p̄simus opæ, quodq; mea partū industria mihi in te uindico. At quātus felicitatis cumulus, nisi genius aliq; malus regē huc impulsisset, ut regni sui limites egressus, in alienis agris, cū ferocissima gente Martē expiri uellet. Vtinā qd̄ præclare cōpat, p̄ficere maluisset, hoc est, *ἀπάτην ἢ ἐλαχέ κοσμοῦ*. Regibus p̄prius ac pulcherim⁹ laudū cāpus, intra regni fines est. In apū gente cateræ qd̄c, huc & illuc uolatu diuaganē, solus rex, ut aculeo caret, ita p̄ portioē corporis, alas habet multo minores, ut ad uolatū parū sit idoneus. Veteres ita Venerē fingebat, ut pedibus testudinē premeret, id inuētes, matrē familias ab ædib⁹ nusq; oportere discedere, q̄ppe cuius omne officiū intra domesticos parietes cōtineat. Atqui multo magis ad rē ptinebat, principē hoc admoneri symbolo, qui si qd̄ peccat, nō unius familiae, sed orbis toti⁹ malo peccat. An parū est domi negociorū, ut foris sint accersenda? Tāta ē ubiq; scelerū sentina, tot sacrilegia, tot latrocinia, tot opp̄siones, tot iniuriæ, tot cōtumeliæ, tot magistratuū corruptelæ, tot leges aut a tyrānis institutæ, aut in tyrānidis ministeriū detortæ, ut illa minutiora nō dicā, neglectas oppidorū uias, collabentes ædes sacras, incuratas fluminū ripas. His ita mederi, ut in remediū q̄ minimū de sanguine tuorū impēdas, ut respublica b̄nficiū sentiat, non sentiat impendiū, an nō egregiū p̄ncipis munus, & immortalī laude dignū? Quod si cupis oino gloriæ tuæ pomeria ultra ditiōis tuæ fines extēdere, fac ut qui finitimi sūt, magnitudinē tuam b̄nfactis, nō malefactis expiant. Exuris uillas, proteris segetes, demoliris urbes, abigis pecora, trucidas hoies, atq; ita deniq; te magnū declaras. Bellū certamē, si id cū latrone suscepisses. Hesiodus scripsit, malū uicinū, magnā esse noxā, cōtra bonū, ingēs esse cōmodum. Hoc in te p̄bent finitimi tui, fac ita te mirentur magnū, ut ament benignū. Verū satis iā dolori nostro, satis datū discipulī memorīæ. Supest, ut ad puerbiorū recessione redeamus. Cōtingit & malis uenatio. II *Δέσπονη κακοῖς ἄρσα*. i. Contingit & ignauis in uenatu præda, ubi quid feliciter obtigit, immitenti, quodq; fortunæ, magis q̄ illius industriæ sit acceptum ferendū. Allegoria sumpta a uenatu, in quo uel præcipue dominatur fortuna. Virtus minimum adfert momenti.

Ire per extentum.

III

Prouerbiali figura dixit Horatius, Ire per extentum funem, pro eo, quod est, rem factu per se difficile præstare, neq; uel tantillum aberrare. Sumptū a funambulīs, ut Acroni placet, qui nō sine summa arte, summoq; usu, per funem protensum ingrediunt. Quæ res (sicuti conijcere licet) priscis ingenti miraculo fuit. Hodie nihil uulgatius. Horatij carmē hoc est, Ille per extentum funem mihi posse uidetur Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit.

Annus est.

III

Arbitror nemini dubiū fore, quin illa quoq; inter prouerbiales hyperbolas referri debeāt. Annus est, seculū est, atq; id genus alia. Tercētius in seipsum excruciatē. Et nosti mores mulierum. Dum comunt, dum molunt, annus est. Idē alibi, iādudum ætatē, p̄ admodū dudū. Plaurus in asinaria. Aetatem uelim seruire Libanum, qui conueniā modo. Et seculū est, quod nihil abs te reddi literarū. Proinde tempus prælongum huiusmodi figuris significabimus.

Dies adimit ægritudinem.

V

Menedemus in εαυτῶν ἡμωσθεμῶν Tercentiana, nominatim adagij uice refert. Aut ego inq; ens, profecto ex ingenio egregie ad miseriam natus sum, aut illud falsum est, quod uulgo audio dici, diem adimere ægritudinē hominibus. Eodē spectasse uidef Sophocles in Aiace flagellifero, χρόνῳ γὰρ εὐμαρῆς θεός. i. Tempus enī facilis deus, uidelicet quod omnia leniat, moliatq;. Ouidius, Quod male fers, assueice, feres. Bene multa uetustas lenit. Euripides in Alceſtide, χρόνῳ μαλάξει σέ. i. Tempus dolorem leniet.

Lucernam adhibes in meridie.

VI

Λύχνον ἐν μεσημερία ἀπείεις. i. Lucernam accendis in meridie, id est, facis nō suo tempore. Aut explicas, quæ p se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natum uideri potest, a ridiculo Diogenis factō, qui adhibita interdū lucerna, rogatusq; quid nā sibi uellet, respōdit ἀνθρώπου ζητῶ. i. Homine quæro, quemadmodū testatur Diogenes Laertius.

Soli lumen inferre.

VII

Quintilianus institutionū oratoriarū libro qnto, titulo de usu argumentorū, simillima huic figuræ dixit, eum soli lumē inferre, qui rem per se euidētissimam conaref argumentationibus probare. Videf idē cū illo, quod alio retulimus loco, ἡλίῳ δὲ φῶς δώσει ζην. i. Soli mutare lumē.

Zoilī.

VIII

Zoilī audax quidem, sed parū felix mordacitas prouerbio locū fecit, ut uulgo Zoilī uocentur, alienarū laudū obrectatores, & alienorum laborum reprehensores. Martialis, Pendentē uolo Zoilum uidere. Hic Zoilus Sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimū nobilitat⁹, quod Homerū poetarū omniū principem, ausus est libris aliquot in eū scriptis, incessere, unde & ὀμνηρομάσιγος cognomē meruit, quod ipsum etiam abijt in prouerbium, sic enim appellari cœpti nobiliū autorum castigatores, uel Plinio teste, in præfatiōe historiæ naturalis. Et Vergiliomastiges, quorū de numero fuit Pero. Zoilus igitur cōmentarios in Homerū compositos Ptholemæo tyrāno Aegyptiorum obtulit, ingens, uidelicet præmiū a rege sperans. Verū eum nihil mitteref, penuria coactus, misit, qui peterent. Ibi Ptholemæus ait se mirari, cū Homerus tot annos defunctus, tot hominū milia paceret, Zoilum egere, Homero doctiorem. Deniq; p occasionē supplicio affectus est. Quāq; de mortis genere, diuersa tradunt autores.

Bona Cillicon.

IX

Ἀγαθὰ κιλλικῶν. i. Bona Cillicon, subaudiēdum facit, aut habet. Cōuenit ubi quis malefactis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidā, natione Milesius, qui prodita Prienēſibus, Mileto patria, ampliter quidē, sed fœde ditatus est. Is cū proditiōne noliens rogaretur, quid nam esset factur⁹, respondit, πάντ' ἀγαθὰ. i. Omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modum, πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔφη κιλλικῶν. i. Omnia bona, uelut, inqt Cillicon. Autores, Suidas & Zenodotus. Alludit huc & Aristophanes, ἐμ' εἰρήνη. οὐδὲμ πονηρῶν, ἀλλ' ὅπῃ καὶ κιλλικῶν. i. Mali nihil, uerum quod, inquit, Cillicon.

Plumbeo iugulare gladio.

X

Plumbeo iugulare gladio, est futili leuiq; argumēto, cōuincere quempiā. M. Tullius ad Atticum. Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris de finibus, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem.

Leonem radere.

XI

Λέοντα ξυρῆν. i. Leonem radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagiū Socrates apud Platonē libro de Rep. primo, negans se

gans se usq; adeo dementē esse, ut leonē ausit tōdere, & Thrasymacho, hominī praeferoci illu-
dere. Nā agni citra periculū tondent, uellunturq; leo nullo modo tractari uult. Ad hoc adagi-
um allusisse uidet Martialī Epigrāmātū libro decimo, cū ait, Quare si pudor est, Ligella, nolī
barbā uellere mortuo leonī. Vertit cō poeta in iocū, q̄si tutū esset & ignauū, leonē iā nō senti-
entē uellere. Per leonē aut̄ innuit pudēda muliebria, iam emortua senio. Id Aristides in Pana-
thenaicis, ad Periclem a Platone taxatum refert, ὡς θ' ὕδα μὴ λέοντα θυρῶν ἐπιχαρώμεν, οὐ θρασύμα-
χον συκοφαντῶν ἐπιχαροῦντες, ἀλλὰ κωμωδῶν περικλέα κῆ ταῦτα δαλίας, i. Itaq; uide, ne leonē radere
conemur, nō Thrasymachū calūniari uolentes, sed Periclem taxare, praesertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus essem.

XII

Ne mihi Suffenus essem, ne mihi ipsi blandirer, ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat
poeta longe ineptissimus, in aliorū uitia dicax, ad sua caecus. Itaq; prouerbiū receptū, ut qui si-
bi inaniter placerent, Suffeni dicerent. Catullus in Epigrāmate. Idem infaceto est infacietior
rure, Simul poemata attigit, neq; idem unq; Aequē est beatus, ac poema cum scribit Tam
gaudet in se, tamq; se ipse miratur. Ibidem, Quē nō in aliqua re uidere Suffenū possis. Suffe-
ni simillimū Meuium facit Horatius, suis ignoscētē uitijs, aliena mordacissime insectantem.
Egomet̄ mi ignosco Meuius, inquit. Siculus omphacizat.

XIII

Σικελὸς ὀμφακίζα, i. Siculus Omphacissat. Omphaca Graeci dicūt uuā acerbam & immaturā,
ἀπ' τοῦ ὀμοῦ φραγῆ, i. quod crudi comedant. Vnde dicebat̄ in eos, qui quātumlibet uilia tolle-
rent furto. Ductū a furacitate Siculorū. Non perperam dicitur & in illos, qui ob immodicā &
praeproperā auiditatē, quo pusillum lucelli faciant sibi, damnū ingens alijs inferunt. Sunt q̄ cre-
dant quadrare posse in eos, qui bellissima quaeq; sibi decerpūt. Vt Syrus ille Tcrentianus. Ze-
nodotus ait ex Epicharmo sumptū. Refertur & a Suida.

Anus simia sero quidem.

XIII

ἄνω πῖθηκος ἀλίσκετη μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἀλίσκετη, i. Anus simia sero quidē capiē, sed tamē aliqñ
capiē. Vbi uersutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat poenas.

Secundo aestu.

XV

κατὰ ρεύμα προχωρεῖ, i. Secūdo aestu procedere. Prouerbialis & frequēs apud authores meta-
phora. Sumpta a nautis, quibus facilius cursus, cū flumē, aut etiā maris aestus secūdo est. Lu-
cianus in loue Tragoedo, ταυτί μὲν ἴδεν κτλ ρεύμα προχωρεῖ ὡς δάμιδι, i. Hæc iam Damidi secūdo
aestu succedunt. Idē alibi, τὰ δ' ἄλλα κτλ ρεύμα φέρεται, i. Reliqua secūdo ferunt̄ aestu. Quāq; hic pau-
lo diuersus est usus. Momus enim deos inculat, quod negligent res mortaliū, sinentes eas ue-
luti prono flumine, quolibet ferri. Proinde κτλ ρεύμα φέρεται dixit, temere ferri, nullo moderante.
Aeschylus in Persis, ὅταν δ' ὁ δαίμων εὐροῦ περιιδεῖται τὸν αὐτὸν αἰεὶ δαίμον' οὐρεῖται τύχη, i. Fortu-
na ubi fuerit secunda, credere, Fore item secundā semper atq; eodem modo.

Secundis uentis.

XVI

ἔξ οὐρίου φέρεται, i. Secūdo ferri uento. Refert̄ a Suida. Secūdis uētis nauigare dicit̄, cui res ex
sentētia succedūt. Graeci uenustius, ἔξ οὐρίας, tanq; a puppi. Libanius Sophista in declamatiōe
quadā, οὕτω γνώμων ἔχουσι, ἔξ οὐρίας φιλεῖ τὰ πᾶγματα φέρεται, i. Qui sic animo sunt affecti, ijs so-
lent res ex sentētia succedere. M. Tullius in epistolis, Quid si etiā Cæsare, cuius nunc ueti ual-
de secundi sunt, reddo meliorē. Plautus, Pulchre hæc cōferē ratis, sentiens rem cōmode p̄ce-
dere. Apud eundē Terentio, qui hero triennū absente, genialiter interim, ac sane musice uixe-
rat una cū filio, tandē hero reuerso, cū praeter crucē nihil speraret. Nūc, inquit, Ventus nauim
deferit. Horatius in sermonibus, Nō agimur tumidis uelis aquilone secundo. Nō tamen ad
uersis aetate ducimus austris. Quin hoc ipsum naufragium, pro infortunio, p̄uerbij uim ha-
bet, sicut & incendiū. Quandoquidē aut̄ pluraq; Homeri, prouerbiorū uice sunt usurpata, qd
uetat & illud inter adagia referri, quod est apud eū poetā perq; frequēs, φέρωμ' ἀνεμὸς τε κῆ ὕδωρ,
id est, Ferēs & uētus & aestus, quoties res ex omni parte feliciter p̄cedit. Idē illud crebrū apud
eundem, τῆμ' ἀνεμὸς τε κυβερνήτης τ' ἰδμεν, i. Ast illam, uentusq; gubernatorq; regabat. Cum ad
fortunæ fauorem accedit etiā industria.

Parni Scaphula.

XVII

τὸ πᾶνον σκαφίδιον, i. Parni scaphula. Cōuenit in eos, q̄ ob res minutulas multū litiū, & quere-
larū mouēt. Sumptū a Parno quopiā, q̄ ob nauiculā ereptā, populo molestissimus fuisse legi-
tur. Author Diogenianus. Ne puero gladium.

XVIII

μη παιδί, τὸ μάχαρον, i. Ne puero gladiū. Subaudiendū, cōmiferis. Allegoria, p̄uerbialis ad-
monēs nō esse mādandā potestatē, uel adolecētibus, uel impitis, ac stultis, q̄ tū in suā, tū aliogz
F 4 perniciem

perniciē sint abufuri. Ne iuueni cōmiferis administrationē pecuniæ. Ne puero gladiū. Ne regnū impuberi. Ne puero gladiū. Ne stulto cōcionādī apud populū ptes delegaris. Ne puero gladiū. Ne magistratū mādaris stultis. Ne puero gladiū. Ne inerudito, parūq; cordato cōmiferis episcopi mun⁹, μὴ παιδί τῷ μάχαιραμ. Plutarch⁹ in lib. cui titulus, ὅτι κῆ γωαῖκας κακὰς παιδευτέρω, citate Stobæo, Nā is liber nōdū emerfit in lucē, μὴ παιδί μάχαιραμ ἢ παρομιλία φησὶμ. Εγὼ δὲ φαίμ ἄμ, μὴ παιδί πολούτομ, μὴ δὲ ἀνδρι ἀπαιδυσίαμ. i. Ne puero gladiū ait puerbiū. Ego uero dixirim. ne puero diuitias, neue uiro impitiā. Significat pecuniā pestiferā adolefcētib⁹, uiro infctiā. Idē in pblematis Sympoliacis, εἰδὲ μὴ δ' ὀτέωρ ὡσπερ παισίμ ἀτρεμῆμ μὴ δ' ὠναμύοις, οὐ δ' ὄρου κῆ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγῆμ κῆ σφῆραμ. i. Sin minus, dare oportet, ueluti pueris nō ualētibus cōquiescere, nō hastam, aut ensem, sed crepitaculū, aut sphæram. Nō usq; quaq; diuersum est ab hac forma, quod elegāter simul & grauiter dictū est, ab Henrico Britanniaē rege, eius nominis septimo, uiro tū acri iudicio, tū Laconicis dictis mire ualenti, cū Theologū quēpiā ex horū genere, quos mēdicātes uocāt, cōcionantē audisset, isq; effreni lingua in principū uitā, magna non libertate, sed infania debacchatus fuisset, Nā sunt, qui hac quoq; uia, famā affectēt, Videbarur inquit, furiosi manibus cōmissus gladius. Lindij sacrum. XIX

Λινδιῶι τῷ θυσίωμ. i. Lindij sacrum, subaudi, faciūt. Dicebat in eos, q inauspicato rem diuinā faciebant. Sumptū ab historia, cuius meminit etiā Lactātius in institutiōibus Christianaē religiōis libro primo. Hercules olim agricolæ cuidā Lindio, duos Boues per uim eripuit, & maētatis illis, cōiuiū sibi parauit. Senex autē Herculi comedēti, cū multa in eū maledicta cōgereret, uoluptati piter & risui fuit, ita ut Hercule dixisse ferāt, nullū unq; cōiuiū sibi iucūdius accidisse. Sed haud ab re fuerit ipā Lactantij uerba subscribere. Apud Lindum, inqt, quod est oppidū Rhodi, Herculis sacra sunt, quorū a cæteris lōge diuersus est ritus, siquidē ἡ εὐφημία, ut Græci uocāt, sed maledictis & execratiōe celebrant. Ea q; p uiolatis habet, siquando inter solēncis ritus, uel imprudēti alicui exciderit bonū uerbū. Cuius rei hæc ratio reddit, si tamē ulla esse in rebus uanissimis pōt. Hercules cū eo delatus esset, famēq; patere, aratorē quēdā aspexit operantē, ab eoq; petere cœpit, ut sibi unū bouem uēderet. Enimuero ille negauit fieri posse, quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis iuuenicis nitere. Hercules solita uiolentia usus, quia unū accipe nō potuit, utrūq; sustulit. At ille infelix, cū boues suos maētari uideret, iniuriā suā maledictis ultus est, quod homini elegāti & urbano gratissimū fuit. Nā dū comitibus suis epulas apparat, dūq; alienos boues deuorat, illū sibi amarissime cōuitiantē cū risu & cachinnis audiebat. Sed post q; Herculi diuinos honores, ob admirationē uirtutis deferri placuit a ciuib⁹, ei ara posita est, quā de facto, Βούζυγομ. i. Bouis iugū nominauit, ad quā duo iuncti boues imolarent, sicut illi, quos abstulerat aratori, eūq; ipsum sibi cōstituit sacerdotē, ac præcepit hōdem maledictis semp in celebrādīs sacrificijs utere. Quod negaret se unq; epulatū iucūdius. Huc usq; Lactantiana reddidimus uerba. Zenodotus addit, hūc apud Lindios inolcuiffe morē, iu bēte etiā oraculo, ut inter pagēda sacra, cōuitia quædā iactarent. Meminit hui⁹ & Gregorius Nazianzenus in oratiōibus stelioticis. Adagiū ad multos usus accōmodari potest, uel ad rixosum cōiuiū, uel ad rem quampiā, malis ominibus institutam.

Megarensium lachrymæ.

Μεγαρέωμ δάκρυα. i. Megarensiū lachrymæ, dicebauit uel fictæ, nec ex uero dolore pfectæ, uel ui adactæ. Diogenianus ad huiusmodi refert historiā. Bacchius quidā Corinthius, Clytiē Megarēsiū regis filiā uxore duxerat. Ea defuncta Clytius cōplureis uirgines & adolefcētes Corinthū misit, qui in funeralibus pōpis, puellam deploraret, lachrymis utiq; fictis. Ut qui cōducti plorat in funere, dicūt, Et faciūt ppe plura dolentibus ex animo. Cōtra, Iuuenalis, Plorat lachrymis amissa pecunia ueris. Suidas aliā adfert causam. Apud Megarēses em pmultā allij copiā esse. Huius acrimonia multis exprimi lachrymas uel inuitis. Proinde apud Aristophanē, q lachrymāt, alliū olfacere p iocū dicūt. Igit si ad simulatū dolorē accōmodes, puerbiū affluere fuerit illi, flere ad nouercæ tumulum.

Ventus neq; manere sinit, neq; nauigare.

Άνεμος οὔτε μένειμ ἔα, οὔτε πλεμ. i. Vetus neq; manere sinit, neq; nauigare. Philoctetes apud Aeschylū, εὐθ' οὔτε μίμνειμ ἄνεμος οὔτε πλεμ ἔα. i. Vbi nec manere, nec ire uetus annuit. Simillimū est illi Lupū auribus teneo. Vfus erit, ubi qs in eas rerū angustias incidērit, ut nec relinqre negociū sit integrū, nec absoluedi sit facultas. Mutuo sūpta metaphora, a sauiissima uētorū tēpēstia, cū nautis & piculosissima est nauigatio, neq; tutū tñ ancorā iacere. Refert a Diogeniano. Vulpes

Vulpes nō iterum capitur laqueo.

XXII

Αλλ' οὐκ ἀΐθις, ἀλώπηξ πάγαις. i. At nō iterum vulpes laqueis, subaudiendū, capif. Qui sapit, οὐ θίς πρὸς τὸν αὐτὸν προσκρούει λίθον. i. nō iterū ad eūdē offendit lapidē. Stupidū est hominis, in malū gustatum iterū incidere. In Plutarchi collectaneis effertur hunc ad modū, ἀλώπηξ διαφυγούσα πάγας ἀΐθις οὐχ ἀλίσκετη. Vulpes quæ semel effugerit laqueos, nō capif iterum.

Abydena illatio.

XXIII

Αβύδνον ἐπιφόρμα. i. Abydena illatio, siue irruptio. Dicit solitū, ubi quis obstrepit, aut cōiuiātibus, aut aliud quippiā agētibus, & tumultu molestiā adfert. Zenodotus ait extare proverbiū apud Eudoxum in fabula, cui titulus, Suppositicius. Atq; hinc esse natū, quod olim Abydenis mos fuerit, siquē ciuem, aut hospite acciperent cōiuiū, præterea in sacris, ac solennibus epulis, ut post unguentū & coronas, infantes a nutricibus inducerent, circūferrenturq; suauitādi. Vagietibus autem & clamantibus pueris, garrigentibus item & obstrepentibus nutriculis, conuiuiū tumultuosum & iniucundum reddebatur. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquentibus, interueniet rabula quispriam, & immodice loquax, qui confabulationē sua loquacitate sit inamoenam redditurus, recte dicemus, Αβύδνον ἐπιφόρμα. Tametsi in quibusdam codicibus, ἐπιφώνημα, legi, id est, acclamatio.

Mendici pera nō impletur.

XXIII

Πέλοῦ πέρα οὐ πῖμπλατη. i. Mendici pera nō implet. Zenodotus ait ex Callimacho sumptū, sensus p se liquet, nempe inexplēbile esse mēdicatē. Nā quo plura dedcris ijs, qui animo sūt mēdico, hoc plura petūt. Deflecti pōt uel ad improbos, qui semp aliqd flagitat ab amicis, uel in diuites, quibus nihil est satis, uel in principes δημοβόρου, quorū rapacitatē nullæ plæbis expilatōes possunt explere. Aptissime cōgruet in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisq; id genus affectibus addicti sunt. Nam ijs illud euenit, ut quo inteperantius explent sese, hoc magis, magisq; sitiant, esuriantq;. Id quod innuit etiā euāgelica parabola, de filio prodigo, cui ne siliquis quidem contigit explere famem.

Laconicæ lunæ.

XXV

Λακωνικὰς σελήνας. i. Laconicas lunas, subaudiendū, caularis, aut eiusmodi quippiā. De pmissis aut pactis incertis, atq; infirmis dicebat. Nā ut aiūt Lacones, siquādo pactū auxiliū poscerent, lunas caularant, atq; hoc prætextu suffugiebāt, quod ut testat Lucianus, legē tulisset Lycurgus, ne præliū inirent, nisi plenilunio. In cæteris item negocijs auspicandis, lunæ ratiōes superstitiosius obseruabant, atq; hinc occasio proverbij. Ad hoc, ni fallor, allusit. M. Tullius, in epistola quadā ad Atticū, cuius initiū est Dionysius, uir optimus, libro septimo. Ego quoniam quarto Non. Ian. cōpitalitius dies, nolo eo die in Albanū uenire, molestus familiæ. Veniā tertio nonarū. Igif inde ad urbem prid. Non. Tua σεληνίς, quē in diem incurrat, nescio, sed prsus cōmoueri te, incōmodo ualitudinis tuæ nolo. Quāq; haud me clam est, hoc loco in uulgatis codicibus ληνίς scriptū esse, nō σεληνίς. Nonnulli ληνίς mutauerant, uerū sensus huc uocat, ut σεληνίς. i. Lunula legamus. Cum enim significasset, quos dies obseruasset, aut delegisset ipse, ueluti superstitiosior, adiecit de Attico, tua lunula, in quē incidat diem, nescio, Ludens & in illius superstitutionē, sed ita tamē, ut ualitudinis rationē haberi uelit ab Attico. Conuenit cū eo, qd alias res celsimus, Accessi luna.

Lucerna pinguior, & lecytho pinguior,

XXVI

Λιπαρώτερος λύχνου, λιπαρώτερος λεκυθίου. i. Pinguior lucerna, pinguior Lecytho. Videtur Irohia puerbiū, in eos, qui cū sint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores, quemadmodū lucerna plurimū absūmit olei, neq; tamen fit saginator. Fortassis nō absurde deflectet in homines crasso iudicio, aut luxui deditos, aut uoluptarios. Referē a Diogeniano.

Ad mensurā aquā bibunt, citra mensurā offam comedētes.

XXVII

Μέτρῳ μὲν ὕδατος πίνοντες, ἀμέτρῳ δὲ μάζαν ἐδόντες. i. Ad mensurā bibentes aquā, citra mensurā offam edentes. Zenodotus scribit hunc uersiculum oraculo proditum in Sybaritas, in uulgi sermone ab ipse, qui ob immoderatū luxum a Crotoniatis subuersi sunt, quēadmodū alibi retulimus. Vnde poterit accōmodari, uel in eos, qui ex summis delitijs, opibusq; redigunt ad extremā inopiam, uel in eos, qui præpostere sunt sordidi, parcissimi in rebus minutissimis, in magnis negligentēs, cuiusmodi plerosq; uideas mortales. Est autē uersus Heroicus, qui tamē in omnibus, quos adhuc uiderim codicibus, deprauate legit. Restituet autē hoc pacto, Μέτρῳ ὕδατος πίνοντες, ἀμέτρῳ μάζαν ἐδόντες.

Intoga

In toga saltantis personam inducere.

XXVIII

Saltantis personā in toga inducere. Est quippiā facere neutiq; decorum, ueluti, si senex, aut Theologus ineptiat, Aut si quis serijs misceat ludicra. Martialis in præfatiōe secūdi libri. Noli ergo si tibi uideat, rem facere ridiculam, & in toga, saltantis inducere personā.

Inexploratus homo.

XXIX

Ἀεχθάνισος ἄνθρωπος. i. Inexploratus homo, id est, Ἀνεξέτασος, ἀγύμνασος, ἀδοκίμασος, i. inexplēsus, in exercitatus, nō pbatus. Suidas Aelianum citat authorem. Subest autem metaphora in ἄεχθάνισος, βάσσανος enim cotricula est, qua solet aurū explorari, Latini uocāt indicē. Extat Chilonis dictum, id aurum esse homini, quod index lapis est auro, hoc est, nō aliter ingenium hominis auro spectari, q̄ indice spectatur aurum.

Abronis uita.

XXX

Ἀβρωνος βίος. i. Abronis uita. De molliter, ac delitiose uiuētibus. Sumptū a moribus Abronis cuiuspiā notæ luxuriæ, quæadmodū apud nos Apicius, & Aesopus luxu nobilitati sunt. Græci quicquid delicatū, ac molle, ἀβρόν & πάναβρον appellant, unde Ἀβροδίατης, lautū uictus & opipare uictitans. Refertur a Zenodoto.

Inest & formicæ & Serpho bilis.

XXXI

Ἔναι κἄρ μύρμηκι κἄρ σέρφω χολή. i. Formicæ inest sua bilis, & Serpho sua. Admonet adagium nō esse cōtemnendū inimicū quempiā, nec ullum temere laceſsendū, quādoquidē nullū animal, tam minutū, aut imbecillū, quod irritatū, nō excandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos uiribus, tamē uindictam molientes, ira (ut solet) animos suppeditante. Serphus minutulū animal nō dissimile formicæ. Brasidas, authore Plutarcho, cū manū in caricas temere misisset, & a mure inibi forte fortuna latente morderet, papæ, inquit, Vt nullū est animal tam pusillum, neq; tam inualidū, quod laceſsitum, nō cupiat ulcisci sese.

Manu fingere.

XXXII

Manu fingere, est arte, curaq; formare. Metaphora sumpta ab hīs, qui e cera, siue argilla fingunt imagines. Lucius Annaeus Seneca in epistolis. Quædā ingenia facilia & expedita, quædam manu, ut aiunt, faciēda sunt. Iuuenalis itē in Satyra septima, Exigite ut mores pueri ceu pollice ducat, Vt si quis cera uultū facit. Tibullus libro primo, Et manib⁹ canas fingere uelle comas. Loquitur de tingente capillos arte.

Locrense pactum.

XXXIII

Λοκρῶν σύνθημα. i. Locrensiū pactum. De fœdifragis dictū, cuiusmodi quondā habiti Locrenses, quod fœdere prodito, quod cū Peloponnesijs inierant ad Heraclidarū partes defecerint. Vel (ut quibusdā placet) quod Siculos eluserint, non præstita fide. Hæc p̄p̄modū Zenodotus. Refertur iisdem ferme uerbis ab Eustathio in Bœotiam Homeri.

Cassioticus nodus.

XXXIII

Κασσιώτικον ὄμμα. i. Cassioticus nodus. De moribus uafis, ac uersutis dici cōsueuit. Cassion mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Aegypto uicina Pelusio. Huic quasi genuinū, ac gentilitiū est, miros quosdā nodos necere. Huic affine, quod alio diximus loco, Ἡράκλειον ὄμμα. i. Herculeus nodus, quo arctissimā, atq; indissolubilem amicitia significam⁹. In Caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus & foemina, qui medio corpore cōplexu, nodum efficiunt Herculanū. Ab eo supernæ partes sic ad osculum coeunt, ut flexu circulum efficiant, infernæ simili flexu ad caducei capulū reuocant, qua parte caudæ item cocunt utriusq;. Hæc imaginē caducei adhuc uidere est in nomismatibus antiquis. Hunc nodū Mercurio cōsecrarunt Aegyptij, innuentes fœdera non oportere unq; dissolui, uerū plurimum ualere debere, unde & Herculano cognomē additū. Quāq; Galli & haud scio, an etiā Aegyptij, nō aliū putāt Herculem, q̄ Mercuriū. Refert apud Diogenianū, ac Suidam, adagiū de Cassiotico nodo.

Bonus cantor, bonus cupediarius.

XXXV

Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμποιοῦς. i. Bonus cātor, bon⁹ cupediarius, in uituperiū musicæ artis dictum, quasi eiusdē sit hominis aures delectare cantu, & palatum cupedijs. Archidamus Xerxippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor, at hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Ad amussim applica lapidem, nō ad lapidem amussim.

XXXVI

Plutarchus in cōmentariolo, cui titulus, quo pacto quis intelligere possit se profecisse. Trochaicum hunc p̄uerbialem refert, πρὸς σάθμην πείρου τίνεωδῆ, μῆτι πρὸς πέξω σάθμην. i. Lapis amussim est ap.

si est applicandus, nō amuffis ad petram. Admonet uitam ad leges esse corrigendā, nō contra leges ad mores nostros trahendas esse, ut id faciamus, quod honestum sit, non id rectum existimemus, quod facimus. De Lesbia regula retulimus alibi.

Extra quarere sese.

XXXVII

Prouerbiali schemate dictū est a Persio Satyra prima. Examenq; improbū in illa Castiges trutina, nec te quæsiueris extra. Id est, tuis te facultatibus metiaris, nō populari opinione. Respondet illi, quod idē alibi dixit, Tecū habita. Nā domi habemus, quæ pprie nostra sunt, nec aliunde petenda. Qui nō est cōtētus recti cōsciētia, sed famā spectat, is ἔξω βλέπωμ. i. foras prospicere dicē. Plutarchus in cōmentario, qui inscribit, quēadmodū quis intelligere possit se p̄ fecisse, Δηλός ἐστιν ἔξω βλέπωμ ἔτι ἢ πρὸς δ' ἑξῆς ἐλκόμνος. i. Palam est illum adhuc foras p̄spicere, & opinione, fama q; duci. Huc pertinet illud quoq; quod alibi retulimus, Ἀλλότριος βούς πολλαίης ἔξω βλέπει. i. Bos alienus sæpe foras prospectat. Nimirū domi multa desyderans. Porro sapiens omnia sua bona secum portat, in seipso totus teres atq; rotundus.

Aliorum medicus, ipse hulceribus scates.

XXXVIII

Plutarchus in cōmentario, cui titulus, quo pacto quis ab inimico iuuari possit, hunc senariū ex Tragœdia quapiā allegat, Ἀλλωμ' ἰατρὸς, ἀντὶς ἔλκεισι βένωμ. i. Alīus medens, at ipse uulneribus scatens. In eos torquendus est, q̄ errata castigant, incessuntq; aliena, intercutibus uicīis ipsi mādentes. Illud uulgo tritissimū. Medice, tibi ipsi medicus esto.

Tragice loqui.

XXXIX

τραγικώτερον λαλῆμ. i. Tragice loqui, est uerbis uti magnificētoribus. Est em̄ Tragicorū character sublimis, amatq; Tragœdia ampullas & selquipedalia uerba. Menander apud Plutarchū in consolatorio cōmentario ad Apolloniū, εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις, ἐφ' οἷς περὶ ἡμῶν ἕσασσας τὸν ἀέρα, τὸν κοινὸν ἴνα σοι τραγικώτερον λαλῶ. i. Quod si iisdē legibus, quibus & nos hausisti cōmunē aerē, ut tibi Tragice loquar. Vti & Plato libro de Rep. tertio. Est subinde apud Lucianū ἐκτραγωδίζωμ, p̄ eo, quod magnificētius eloqui, & rem uerbis ampliorē reddere, Ἐτ φορητικῶς λαλῆμ, pro grandius & fastosius dicere.

Tragicum tueri.

XL

τραγωδικὸν βλέπωμ. i. Tragicum tueri, nō dissimili figura dixit Aristophanes in Pluto, πενίαιμ, id est, paupertatē describens, βλέπει γέ τοι μαυικὸν τι ἢ τραγωδικὸν. i. Tragicū tuetur, ac furiale q̄p̄p̄iam. Quadrabit uel in fastuosos, uel in tristes, ac luctuosos.

Lingua iurauit.

XLI

Illud e Tragœdia cessit in prouerbium, ἢ γλῶσσ' ὀμώσωμ. i. Lingua iurauit. Vbi quis non p̄stat fidem promissi, aut ubi non ex animo pollicetur. Est apud Euripidem in Hippolyto coronato, ἢ γλῶσσ' ὀμώσωμ ἢ δὲ φρήν' ἀνώσωμ. i. Iurata lingua est, animus iniuratus est. Hunc uersiculum incessuerunt Comicoꝝ conuitia. Aristophanes in Bacchis, ἢ φρένα μὲν οὐκ ἐδέλουσ' ἀμ' ὀμώσωμ καθ' ἑρῶν γλῶσσ' αὖ δ' ἐπίορκήσωσ' ἀμ' ἰδία φη φρενός. i. Aut mentē, quæ nolit per sacra iurare. Linguam autem iuratam, seorsum ab animo.

Heri & nudius tertius.

XLII

ἡδὲς ἢ πρῶμ. i. Heri & nudius tertius. Prouerbialis hyperbole, tempus admodū nuper actū significans. Plutarchus in commentario de contentione ignis & aquæ, ἢ δὲ πυρὸς χθῆης, ἐχθῆς φρεσὶ ἢ πρῶμ, ἢ πρὸς προμηθεός, βίος πυρὸς, οὐκ ἄνδ' ὑδάτος ἦμ. i. Atqui ignis usus heri, ac modo, quod aiunt, sub Prometheo, ignis uita, non citra aquam erat. Est subinde apud Lucianum, nomina tim in libello de mercede seruientibus.

Non pluet post noctem, qua sus agrestis pepererit.

XLIII

Plutarchus in cōmentario de causis naturalibus, uerū hunc ceu prouerbio iactatum citat, μικέτι, νυκτὸς ἕμ ἤκεμ τέκνη ἀγροίερα σῆς. i. Non iam nocte pluet, sus qua enitetur agrestis. Suscicures sapius pariunt, ac diuersis aliæ temporibus, feræ nō nisi semel, idq; iisdem ferme diebus, nimirum incunte aestate. Vnde negant fore pluuiam postea q̄ sus agrestis pepererit, nimirum exactis iam mensibus pluuijs.

Cum dijs pugnare.

XLIII

διομαχῆμ. i. Cum dijs pugnare dicunt, qui uel naturæ repugnant, uel aduersus fatalem necessitatem reluctantur. Sumptū a gigantū fabula. M. Tullius in dialogo de senectute. Quid em̄ aliud gigantū more bellare cū dijs, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis, κοῦ διομαχῆσω, σῶμ λόγωμ παθεῖς ὑπ'. i. Cedam Deis, parens tuis sermonibus. Fertur & huiusmodi senarius

inter sententias prouerbiales, οἷός μ' ἀχαιῶν δ' αἰὼν ὄβριχὴ τύχη, Pugnare cum Dijs, cumq; fortuna graue est. Celebratur & illud Homericum. οὐκ ἔστιν πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχαιος, i. Haud pugnare potest, hominū cum numine quisq;. Id imitatus Pindarus, χθὴ δὲ πρὸς θεῶν οὐκ ἐρίζαμι. i. Nō cōuenit cum Deo contendere.

Dorica musa.

XLV

Δωρικὴ μουσα. i. Dorica musa. De munerū auidis. Aristophanes in Equitibus iocatur in Cleonem, quod nullam aliā musicā discere potuerit, q̄ Doricā, uidelicet alludēs ad notissimas harmoniarū species, Doricā, Lydiam, Phrygiā, & Bœoticā. Ludit autem uerbo perperā deprauato, Δωροδοκῆσι pro δωρισί οὐτος, inquit, οὐ δύναται μαθεῖν ἢ μηδὲ δωροδοκῆσι. i. Iste discere haud potest, præterq; δωροδοκῆσι. Est autē Græcis, δωροδοκῆος, muneribus corrupti, ut in gratiā alicuius dicas sententiā, id quod Pythagoras appellat κυάμους ἐοδιεμ. i. Fabas edere. Nam antiquitus fabis suffragia ferebant, itaq; συμβολικῶς, fabas edebāt, qui quæstum ex ea re facerēt. Sic enim interpretat is quisquis fuit, qui collegit historias, quas Gregorius Nazianzenus attigit. Helioidus item principes corrupte iudicātes, δωροβόρους appellat. i. doniuoros.

Ne supra pedem calceus.

XLVI

μηδ' ὑπερὲν τῆμ πόδα τὸ ὑπόδημα. i. Ne ultra pedem calceus. i. ne maiora uiribus suscipias. Aut ne magnificentius te geras, q̄ pro tua cōditiōe. Lucianus in Imaginibus, μηδὲ ὑπερὲν τῆμ πόδα ἔσω τὸ ὑπόδημα. i. Neq; maior pede sit calceus. Rursum in proxime sequenti dialogo, ταῦτά σοι ἐκμετρεῖς ἔδοξε, ἢ ὑπερὲν τῆμ πόδα. i. Hæc tibi uisa sint immodica, & quā pro mēsurā pedis maiora. Rursum in Gallo, καὶ οὐχὶ ἤλα λόγον τῶ ποδός. i. Et haudquaq; iuxta pedis rationē.

Nō e quouis ligno Mercurius fiat.

XLVII

οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου ἐρμῆς ἄμ γένοιτο. i. Nō e quouis ligno Mercurius fingi posset. i. nō omniū ingenia sunt accommodata disciplinīs. Quidam enim (ut ait Fabius) rus ablegandi sunt. Sumpta est allegoria a fabris, qui materiā deligunt. Quandoquidē ad alias res, alias materias cōuenire copiose demōstrat Theophrastus libro de plantis quinto. Item Plinius li. decimosexto. Quidam superstitiosius exquirūt materiā, unde numen exculpant. Et quāq; Priapus ille Deus facilis & crassus, haud grauat ficulnus esse, nō tamē idem liceat in Mercurio Deo tam ingenio / sō, totq; prædito artibus. Tametsi mihi magis arridet, ut ad magicū Mercurij simulacrū referatur, quem nō ex quauis materia, sed certo ligno scalpebant, alioqui nō futurū idoneū ad magice artis usum. Vnde id quoq; inter reliqua Magici criminis argumenta obiectū fuerat Apuleio, quod Mercurij sigillum scalpendū curasset, ligno buxi, quemadmodū ostendit ipse apologia Magiæ prima. Fortassis buxus ad id potissimū deligebat, uel quod hominis pallorē præferat, uel quod materies sit omniū, maxime æterna. Nam & aduersus ignem quoq; ferri rigorem obtinet, authore Plinio.

Non sum ex istis heroibus.

XLVIII

οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων. i. Nō sum de numero istorum heroum, id est, nō sum ex eorū numero, qui propensiores sunt ad lædendū, q̄ benemerendū. A genijs sumptū, qui lacesitū sæpe perniciem adferunt, perraro iuuant. Vnde qui se commodū, nō noxam allaturos esse pollicebant, hoc utebant adagio. Zenodotus Menandrū citat ex Ephebis.

Nouī Simonem, & Simon me.

XLIX

οἷδα σίμωνα ἢ σίμων ἐμέ. i. Nouī Simonē, & me Simon. De ijs dicebat, qui pares essent. Zenodotus scribit duos fuisse ductores, notæ utrūq; improbitatis. Simonē & Niconem, Simonē autem, quod uir ijs antecelleret, alterius famā obscurasse. Vnde prouerbio Simonē unum nominant. Tradunt hos duos Telchines fuisse, qui inducta in terrā aqua Stygia, Arnonæ difficarint. Vocātur autem apud Græcos Telchines, mali genij, siue homines fascinores & malefici. Strabo libro decimo meminit Telchinū, aitq; nouem fuisse, qui e Rhodo, Rheam sint comitati in Cretam.

Nenimum callidum hoc sit modo.

L

Terentius in Eunucho, Vide ne nimiū callidum hoc sit modo. Donatus prouerbiū esse demōstrat, quāq; anceps est lectio. Potest enim utrūq; legi & calidum & callidū, ut prius illud ad festinatū cōsiliū, alterum ad nimis astutū referat. Siquidē utraq; parum feliciter euenire solent, uel quæ nimiū calent, id est, quæ præcipitātius instituunt, uel quæ nimiū audacibus aguntur dolis. Et sicut authore, apud T. Liuium, Fabio maximo, temeritas nō solum stulta, uerum etiam infelix plarūq; est, ita uersutia nōnunq; in summū discrimen adducit. Qui callidum legunt respicere

gunt respicere uident, ad id, quod paulo superius dixerat Chærea. Nunquid uidi melius consiliū dari. Qui calidum legunt, & mea quidē sententia rectius, græcā figurā agnoscunt. Quoniam, *θερμόν, ἄλλοι τὸν σκελετὸν, τὸν πρᾶξον & ἀναξίον*. Sic enim Penia in Plauto Aristophanica, de senibus, qui rem nouā moliant, ut Pluto cæco restituat oculos, *ὁ θερμόν, ἔργον κἀνοστον ἢ παρανομοῦ. ἰ.* O facinus & calidū & prauū & nefariū. Interps exponit, *θερμόν παρὰ δόξον, τὸ λυγρὸν, ἔγκλητον. ἰ.* Inauditū, audax, & præceps, ac temerariū. Item Sophocles in Antigone, *θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχει. ἰ.* In frigidis tibi mens calet negocijs. Obiurgat Antigone, quod nimīū auidē cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus Symposiacion Decadē quinta, significat *ζωρότερον* quibusdā significare τὸ θερμόν, ut Achilles apud Homerū, iubens Patroclū miscere *ζωρότερον* exegerit celeritatē ministerij. Quæadmodū nos quoq; inquit, sapenumero iu-
bemus ministris *θερμότερον ἄπειδος ἢ διακονίας. ἰ.* Calidius, ac celerius adire ministeriū.

Ne gladium tollas mulier.

LI

μη μάχαιραν αἶρε θῆλυ. ἰ. Ne gladiū attollas mulier. Ne suscipias negocij molem, cum nequeas auxiliari. Virorū enim est *ἀμύνασθαι περὶ πάσης*, ut inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum, ne spem ostendas, quā præstare nō possis. Ne mincris, aut ne laceffas inimicū, cū lacessitum nō queas profligare. Brutus notat Ciceronē, quod Antonium irritaret, quem irritatum nō potuerit comprimere, hoc est, gladiū tolleret mulier.

Nec sibi nec alijs utilis.

LII

Qui profus inutilis sunt & fruges cōsumere nati, schemate puerbiali, nec sibi, nec alijs utiles dicunt. M. Tullius in libris officiorū. Quamobrē (ut ante dixi) cōtemnunt ij, qui nec sibi, nec alijs profunt, ut dicit. In quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptū est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere, quod inscribit, *ἔργα ἢ ἡμέραι*, quod subinde citat Aristoteles, *οἷτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει φρασάμενος, τὰτ' ἐπειτα ἢ ἐς τέλος ἡσυχάζειν, ἐδολὸς δ' αὖτ' ἀκκῆνος, ὃς εὖ εἰπόντι πιθήκη. ὅς δ' ἐκε μὴ αὐτῷ νοέει, μὴτ' ἄλλου ακούων ἐρδυμῶν βάλλακη, ὃ δ' αὖτ' ἀρχῆος ἀνὴρ. ἰ.* Omnia qui per se sapiat, longe optimus ille est, Multo ante expēdēs, quæ nā sint optima factu. Is tamen & frugi est, qui paret recta monenti, At qui nec per se sapiat, neq; mēte reponat. Ex alijs audita, uir undiq; inutilis hic est. Horū carminū sententiā. T. Liuius, sapienter & cōmode reddidit, Sæpe ego audiui milites, eum primū esse uirum, qui ipse cōsulat, quid in rem sit. Secūdū eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipse cōsulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse. Huius generis haud paucos uideas mortales, qui cū ipsi ob mentis inopiā nequeāt dispicere, quid facto sit opus, dictu tamē mirū, q̄ sint praefracti, q̄q; nō admittant alienū cōsiliū, uidelicet alinū illum Horatianū referentes, qui cū nec uia nosset, nec duci pareret, in rupem præceps datus est. Hesiodi carmē Zenon, teste Diogene, sic inuertit, *κείνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πιθήκη. Ἐδολὸς δ' αὖτ' ἀκκῆνος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει. ἰ.* Optimus ille quidē, qui paret recta monenti. Rursus at ille bonus, qui per se omnia nouit. Vide licet antepōnēs eū, qui bene pareret, ei qui bene saperet. Huic enim intelligentiā duntaxat adesse, illi uero etiam usum, & exercitationē.

Neq; compluitur, neq; sole aduritur.

LIII

οὐδ' ἕεται, οὐτε ἡλιούτη. ἰ. Neq; compluit, neq; sole aduritur. De eo dici solitū, qui pcul ab omni incōmoditate semotus, uitam ageret. Cui cōtrariū illud, Sudauit & alit. Et pulueris & solis, & coelestis aquæ patiens latus. Negociatores, milites, athletæ, nautæ, atq; id genus homines soli ferēdo, & imbribus tolerandis assuescāt, oportet. Qui domi molliter uiuit ab his malis abest. Quamobrē in hominē delicatū, & ad labores ferēdos inhabilē quadrabit. Aristophanes in Ranis Bacchi mollicie notans, *καὶ μὴτε θερμὴν, μὴτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσκει. ἰ.* Nec æstuosam, nec nimis cedo frigidam. Refertur a Zenodoto puerbiū.

Simiarum pulcherrima deformis est.

LIIV

τῶν πιθήκων εὐμορφότατος ἢ σμορφός ὄντι. ἰ. Simiarum pulcherrima deformis. Recte dicitur de his, quæ ipso genere sunt uitiosa, neq; profus cōferēda, cū uel extremis eorū, quæ sunt inhonestorū ordine, ueluti, siq; dicat Lenonē integerrimū esse piurū, aut honestissimū histrionē infamē, Aut optimū Meuij carmē malū esse. Citat a Platone, & ad Heracitū authorē refertur,

Quarens opsonium, uestem perdidit.

LV

ζητῶν γὰρ ὄψον δομάτιον ἀπώλεσα. ἰ. Opsoniū dū quæro, uestem perdidit. Vbi res pessime cadit. Aut cū pusilla quædā captātes, maiora perdimus. Refert a Suida, & ab alijs, nec indicāt unde sit natū. Quāq; obscurū nō est, ab euetu, pfectū esse. Alludit ad hoc puerbiū Aristophanes, *Διὰ ταῦτα*

G

ταῦτα δὴ ἢ δοιμάτιον ἀπώλεσας. i. Ob hæc tibi uestis quoq; perijt insuper.

Citius elephantū sub ala cales.

LVI

Lucianus in indoctū, ὁ ἄηοι ἀμ πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψαι, ἢ ἕνα κίναιδον. i. Citius quinque elephantos sub ala tegas, q̄ unum cinædum. De ijs quæ dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Est autem figura prouerbialis in hyperbole, cui cognatum, illud apud M. Tullium ex Ennio, libro de oratore secūdo, Flammam a sapiente facilius in ore ardente opprimi, q̄ ut bona dicta teneat.

Felix Corinthus, at ego sim Teneates.

LXII

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶμι Τενεάτης. i. Fortunata Corinthus, at ipse siem Teneates. Teneaticus quidam haud procul a Corintho nemorosus & amœnus. Porro Corinthiorum opulentia insignis fuit. Strabo scribit hūc uersum oraculo proditū fuisse. Vnde uidetur sicut alia pluraq; in uulgi sermone abijisse, atq; adeo refertur in catalogo Græcanicorū adagiorū. Tempestiuū fuerit hoc uti, quoties in cōtentione duorum, nō inficiabimur alterum per se præstantius, uerum alterum magis aridere, placereq; animo nostro. Veluti, si quis dicat equidem fati oriuris scientiam, & ad rem & ad famam comparandam magis idoneam, q̄ sit poetica, uerū

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶμι Τενεάτης,

Asinus in paleas.

LVIII

ὄνος εἰς ἄχυρα. i. Asinus in paleas, subaudieudū, incidit. Dicit solitum, ubi cuiquam fortuna laetior præter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis, quo uel præcipue gaudeat, ueluti si quem ostreorum auidum uideas affatim uescētem illis, nō importune dixeris, ὄνος εἰς ἄχυρα. i. Asinus in paleas. Iucundius fiet, si longius transferas, puta, si quis cupiēter legat poetā, quo peculiariter delectet. Cōueniet & in hunc usum, ubi quis inscitia rem cōtaminat, ueluti, si barbarus & illiteratus, bonū authorē malis cōmētarijs inquinet. Gaudet enim asinus uolutatiōe, & omnia cōfundit hac lasciuia. Quod indicat Apuleius quoq; cū horti areolas omnes uolutatiōibus corporis a se turbatas scribit. Adagiū ab euentu natū esse, nemo nō uidet.

Alia uoce Psittacus, alia coturnix loquitur.

LIX

Prouerbiali schemate dixit Martialis in clanculariū quendā poetam, qui corniculam Aescopicam referēs, suos ineptos uersiculos nomine Martialis in uulgus spargebat, ratus futurū, ut titulo decepti lectores, Martialis esse crederent. Credis hoc prius, Voce ut loquat Psittacus Coturnicis. Cōueniet in musicos aut poetas lōge dispari stilo, lōgeq; dissimili facultate. Psittacus inter aues p̄xime uoces humanas exprimit. Coturnices pugnaces magis, q̄ loquaces. Vnde Ouidius in Epitaphio Psittaci, Ecce coturnices inter sua prælia uiuunt.

Caluus comatus.

LX

Caluus comatus apud eundem Martialem haud dubie figura puerbiali Caluo turpius est nihil comato. Apte dicet in eū, qui ueris bonis nudus ascititjs se uēditat. Veluti si quis indoctus, aliena pro suis ederet, Aut siqs dissimulet esse se, qd est, ueluti si senex affectet uideri iuuenis, si deformis uelit haberi formosus.

Primū Aegina pueros optimos alit.

LXI

τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας ἀγνὴ ἐκτρέφα. i. Aegina primitus optimos pueros alit. De re quapiā quæ melioribus in itjs cœpta, paulatim ad deterius delabit, ut pluraq; mortaliū faciunt. Sumptū adagiū ab Achille, Patroclo, Aiace, Neoptolemo, quod hi uirtute præcellerint, cū essent Aeginitæ. Sunt autem diuersæ Aeginæ, ut indicat Stephanus. Deinde labente morū integritate, malè cœperunt audire Aeginitæ, id, quod puerbjs aliquot testatū est. Nō dissimile illi, Quōdam fuerunt strennui Milesij,

Irrisibilis lapis.

LXII

Ἀγέλαος πέτρα. i. Irrisibile saxum. De re uehementer acerba, tristiq; Ostendebat olim saxū quoddā in Attica, in quo ferebat cōsedisse Ceres, cū relicto cœlo, succēsis facibus, Proserpinam a Plutone raptam quæreret. Porro cū Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodā in/sedit, quod ob eam ipsam causam ἀγέλαον appellabāt. Author Zenodotus. Quadrabit in seucros, ac tetricos, quosq; uocant ἀγέλαους, quorū in numero Socratē ponit Plinius. Periclem Aristides. Neq; perperā accōmodabit ad rem magnopere molestam.

Agamemnonis hostia.

LXIII

Ἀγαμέμνονος θυσία. i. Agamemnonis uictima. Quondā in duros & persuasū difficiles dicebatur. Inde natū, quod Agamemnone rem diuinā in Troia facturo, bos effugerit, uixq; multo negocio

to negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos, qui uolentes & adacti quippiam agunt. Olim in lacris spectabatur, ut hostia lenis, ac uolens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur.

Macrata hostia lenior.

LXIII

Macrata hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius in Odis. Macrata ueniet lenior hostia. De spontaneis, ac mansuetis. Sumptum est a sacrificijs, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro, idque macrare uocabant.

Exiguum malum, ingens bonum.

LXV

μικρὸν κακὸν μέγ' ἀγαθόν. i. Pusillum malum, ingens bonum. Admonet adagium, ex paululo in commo modi, laboreque exiguo, summa, maximaque commoda colligi. Refertur a Diogeniano. Non discrepat hinc Musonij sententia, quam commemorat Aulus Gellius libro decimosexto, capite primo, ἄρτι πράξις καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχετ', τὸ δὲ καλὸν μένει. ἄρτι ποιήσης αἰχρὸν μετ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχετ', τὸ δὲ αἰχρὸν μένει. i. Siquid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Siquid feceris turpe cum uoluptate, uoluptas abit, turpitudine manet. Eandem sententiam Cato, minus quidem modulate, minusque rotunde, sed tamen fideliter extulit ad hunc modum. Cogitate cum animis uestris, siquid per laborem recte feceritis, labor ille a uobis cito recedet, benefactum a uobis, dum uiuetis, non abscedet. Sed siqua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum illud apud uos semper manebit.

Attici Eleusinia.

LXVI

Ἀττικοὶ Ἐλευσίνια. i. Attici Eleusinia, Subaudiendum καθ' ἑαυτοῦς, id est, inter sese. Duris apud Zenodotum, ait parocum usurpari solitam, siquando conuenissent inter sese aliqui secreto de re quae priam arcana tractantes. Ducta metaphora a mysterijs sacrorum Eleusiniarum, quae in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisque ceremonijs, a quibus arcebantur prophani. Capital autem erat ex his mysterijs quicquid in uulgus efferre, cuiusmodi uidentur fuisse apud Romanos sacra bonae Deae, quam eandem. C. Bassus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam haec & noctu & in operto fiebant, & exclusis maribus.

Hermionis uice.

LXVII

Ἀνθ' Ἑρμιῶν. i. Hermionis uice, addendum ex usu sententiae uerbum, quod eam expleat, puta fuero tibi, aut mea domus, aut haec urbs erit uobis, aut aliud simile quippiam. Valet autem perinde, quasi dicas loco asyli tibi fuero, uel instar arae, quae te tutum reddat. Est Hermione templum in Peloponneso, sacrum Cereri, ac Proserpinae, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem. Zenodotus Aristophanem citat in Babylonijs, qui huius adagij fecerit mentionem. Efferatur bifariam ea uox, Ἑρμιῶν, ἢ Ἑρμιόνα, ut ἀπ' ὧν κάλυκος καλύκη. Author Stephanus.

Antronius asinus.

LXVIII

Ἀνθ' ἄνιον ὄνος. i. Antronius asinus, olim dicebatur, qui deformi, praegrandi que mole corporis esset, caeterum ingenio stupido, bardoque. Antron autem ciuitas erat Thessaliae, nomen inde sortita, quod cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quodam fuisse, unde prouerbiu increbuit. Authores Stephanus & Suidas. Extat & hodie iocus uulgaris in homines magno corpore, quasi in parum sapiant. Quasi que natura sic paria facere gaudeat, ut quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Tradit a nonnullis apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui substernunt, ob segnicie & quietem ὄνος uocant Graeci. Lapidem autem uocamus stupidum & amentem.

Ventorum stationes.

LXIX

Ἀνέμων στάσεις. i. Ventorum stationes. De rebus multo usu obseruatis, perspectisque. Apparet parocum integre sic esse pronuncianum, ἀνέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγγύωσι. i. Ventorum stationes norunt indigenae. Sunt enim plerisque regionibus sui quidam uenti, quorum naturam optime norunt indigenae. Qualis est Atheniensibus Scyron, paulum ab Agreste deflexus, reliquae graeciae ignotae. Narbonensi Galliae Circius, a turbine & uertigine sic appellatus, siue Certius ut uocat Cato, uetus apud illos clarissimus, nec ulli uolentia inferior. Idem non modo in reliquis coeli partibus ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciae urbem attinges. At Austrius in Aegyptum non penetrat, ut author est apud Plinium Fabianus. Iapyx Apulis est familiaris, & Atabulus Apuliae certis montibus notus, ac pestilens, unde & uocabulum inditum. Sunt & alij permulti cuiusque regionis indigenae, ut apud Gellium testatur Fauorinus. Ad haec est nonnullis alia alijs regionibus uis, ac natura. Nam ut testatur in Problematibus Aristoteles, Helle-

G 2 ponto

pontias, qui idem Scyron uocatur, Atticæ terræ, infulisq; uicinis hymbre adfert, Aquilo Hellesponto, ac Cyrenæ, Hauster Lesbos. Atq; hic cū apud alios sit tepidus & pluuius, Africa frigidus est ac serenus, ubi rursus aquilo pluuius, autore Plinio. Et etiæ quæ & statis anni temporibus oriuntur, & certis horis diei spirant & conquiescunt, in hispania & Asia flant ab oriente, in Ponto ab Aquilone, In reliquis mundi partibus a meridie. Suidas hæc uerba refert, incertum unde sumpta, ἐγχαώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων εἰσείεις, ἀλλὰ καὶ τὰ παροιμίαι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχαώριων ἀνθρώπων ἢ καὶ κάλλιπα γινώσκουσι. Hoc est, Indigenæ enim, non solū uentorū stationes, iuxta, puerbiū, uerum etiā indigenarū hominū mores pulcherrime norūt. Licet in hūc usum trahere, ut dicas suæ cuiq; gētis ingeniū esse cognitū, suos cuiq; familiares esse notissimos, suam cuiq; notam artem, in qua sit q̄ diutissime uersatus.

Venti campus.

Ἀνέμου πεδίον. i. Vēti cāpus. In hominē instabilē, leuē. & incōstantē dicebāt. Refert a Diogeniano. Nam in planicie uenti liberius huc, atq; illuc diuaganī, nullo coerciti obstaculo.

Vbi cerui abijciunt cornua.

Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. i. Vbi cerui cornua abijciunt, hoc adagio significabant uelut ἀνιγματοπικῶς, quæpiā in negotio difficili uersari. Siquidē cerui cornua de positori secedūt in loca aspera, atq; inaccessa. Cōueniet & in eos, qui a cōmuni hominū cōuictu subducūt sese, Timonem illum Atheniensem, ob id ipsum, μισάνθρωπον appellatū, imitantes. Quadrabit itē ubi locum uehementer abditū, abstrusumq; significabimus. Postremo, quod inuenimus nusq; inueniri, illic esse dicemus, ubi cerui cornua abijciunt, ut quemadmodū ad Græcas calēdas de tempore, itidem hoc de loco dicatur. Veluti, si quis dicat ad hūc modum. Vbi gestum est istud præclarum facinus, quod iactas. Illic opinor Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. Plinius libro octauo, capite trigesimo secundo, de ceruis cornua mutantibus, scribit in hunc modum: Cornua mares habent, soliq; animalū omnibus annis, statuto ueris tēpore, amittūt. Ideo sub ipsam diem q̄ maxime inuia petunt. Latent amissis, uelut inermes, sed & ipsi bono suo inuidēt. Dextrū cornu negant iuueniri, ceu medicamento aliquo præditum, Idq; mirabilius fateadū est, cū & in uiuarijs mutant omnibus annis, defodi ab ijs putāt. Hactenus ille. Meminit huiusce prouerbij & Aristoteles libro de natura animantiū nono, cuius uerba nō pigebit adscribere, ἐτι δὲ ὁ ἀρέτη ὅταν γέννηται παχύς, γέννηται δὲ σφοδρὰ πύωμι, ὁ πύωμι οὐσίας οὐδ' ἀμυῖ ποιεῖ εαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἐκτοπιζέται ὡς διὰ τὴν παχύτητα ἐβάλλωρε ὤμι. Αποβάλλουσι δὲ καὶ τὰ κέρατα ἐν τόποις χαλεποῖς καὶ δυσεξερέτοις, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία γέγονε, οὐ αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι, ὡσαύτως γὰρ ὅπλα ἀποβεβληκῆναι, φυλάττονται ὄρασι. Λέγεται δὲ ὡς τὸ ἀριστόν κέρας, οὐδ' εἰς πω εἴρακεν, ἀποκρύπτει γὰρ αὐτὸ, ὡς ἔχομε τινα φαρμακείαν. i. Præterea, mas posteaq; pingucrit, pinguescit autē admodū, idq; autumno, ne qua q̄ sese cōspiciendū præbet. Verū secedit e medio, quippe qui propter corpulentiam, tū facile capi possit. Adhæc abijciunt & cornua, locis asperis, inuentuq; difficillimis. Vnde prouerbij etiam natum est. Vbi cerui abijciunt cornua. Nam iam ut armis suis exuti, cauent ne cōspiciant. Aiunt sinistrū cornu a nemine adhuc uisum esse. Abdere enim illud ceruos, tanq; rem mediū aliquod in se habeat. Quāq; Plutarchus in cōmētario de Pythijs Oraculis oratiōe præfata redditus, ostendit hoc oraculum editū fuisse de Procle tyranno, ut illi fugere, ac migrare liceret, eo, ubi cerui cornu abijciunt, Significante deo, ut defoderetur, & e medio prorsus tolleretur. Idem meminit adagij Symposiacion Decade septima, problemate secundo.

Verberare lapidem.

Planesium meretrix apud Plautum amatorem admonens, ne seruū, qui iam ad plagas obduruerat, occallueratq; pulset, manū potius, q̄ illi nociturus. Noli, inquit, amabo uerberare lapidem, ne lædas manum. Apte dicitur, ubi quis obiurgat incastigabilem, aut inanem operā sumit in re quacunq;.

Inescare homines.

Prouerbiali metaphora dixit Terentius in Adelphis, Abi, nunq; rem facies. Nescis inescare homines Sannio. Ducta est ab ijs, qui præfixo ari cibo pisces illiciunt. Apposite uero dictū est Lenoni, cuius artis est, primū huiusmodi uelut escis illectare iuuenes, ut postea totos deuoret. Et escam per translationē appellant illecebram illam, quæ trahit in fraudem. Vnde Plauto quemadmodū in Catone maiore testatur Cicero, uoluptatem malorum escam dixit, quod ea uidelicet homines capiantur, ut hamo pisces. Græci simplici itē uerbo metaphoram effertunt, δειλάζω, τὸ δειλάτ' ἀκρύνω. id est, esca captare.

Vorare hamum.

Neg minns

Neq; minus elegans illud eiusdem in Curculione. Meus est, hamum uorat. De Lenone, cui fraus intendebat, epistolam qua decipiendus erat, lecturiente. Lucianus καταπιερω τὸ ἀγκυροσπον. Item apud Horatium in Epistolis, Visus, & occultum decurrere piscis adhamum. Idem Plautus in Bacchidibus eandem sententiam simili extulit metaphora. Nunc ab Trasenna hic Turdus lumbricum petit. Alterum a piscantibus, alterū ab aucupio ductum est. Nos item in Epigrammate quodam ad hanc parœmiā sic allusimus. Non stulti usq; adeo sumus futuri, ut Gustatum toties uoremus hamum, Vnco plus semel arc fauciati, Vel sero sapiemus, & nocetē tandem carpere desinemus escam.

Vulcanus tibi uaticinatus est.

LXXV

Ἀφθὰς σοι λελάλκηκεμ. i. Vulcanus tibi uaticinatus est. Refert a Suida. Suspicio dictū, ubi quis crederet se rem habere certā, uelut ex oraculo auditam, φθὰς apud Memphiticos Vulcan⁹ dicitur, unde literulæ accessione ἀφθὰς uelut σάχως ἄσαχως.

Cantilenam eandem canis.

LXXVI

τὸ αὐτὸ ἄδεις ὄσμα. i. Cantilenam eandem canis. De eo, qui molestus est sapius eadem inculcans. Nihil enim odiosius, q̄ quod semper idem est. Dorio Leno in Phormione Terentiana, Cantilenam eandem canis. Et mirabar, siquid adferres noui. Familiare poetis est, nunciū, cantilenam appellare. Euripides in Ione, τίς ἴδε μοῦσα χ' ὦ φέβος τίνων πέρι; i. Quæ cantio hæc, quibusue de rebus metus? Idem in Hecuba, ἔξει τι μέλος γοισθὸν γοεραῖς. i. Aliqua accedet cantio tristis Tristibus. Sumptū est a cantoribus, qui siquādo diutius eandem occinant cantionē, tædiū adferūt auribus. Proinde periti subinde uariāt carminis genus, quo satietatē deuitent.

Caligare in sole.

LXXVII

Apud Quintilianum legi, ut eleganter ita & prouerbialiter dictum, Caligare in sole, p eo quod est, in re clarissima cæcutire, idq; solet accidere uitiosis oculis, qui nihil uident in luce q̄ maxime perspicua, uidelicet sensum debilem obruēte ui splendoris. Idem euenit noctuis & lusciosis. Nam ijs lumen pro tenebris est. Non inuenuste torquebitur in istos, qui uelut obsecurum causantur, quicquid eruditū fuerit. Quibus tenebricosa est uel Ciceronis oratio. Noctē enim in oculis circumferunt. Quemadmodū apud Senecam Portius dicebat quendā spinas in pedibus habere, cū se per spinas ingredi quereretur. At pedes, inquit, tui spinas habēt, non locus. Itidem isti noctem, qua se prædicant offendi in bonis autoribus, in oculis secū adferunt, non in libris reperiunt.

Bos aduersus seipsum puluerem mouet.

LXXVIII

βούς ἐφ' ἑαυτῷ κονίει. i. Bos aduersus seipsum puluerē mouet, siue festinat. Vbiq; ad suū ipsi⁹ malū uolens, lubensq; ducit. Nā boues ut sunt mansueti, facile se præbēt uinciēdos, neq; grauatim obtēperant iugo, κονίει enim Græcis significat festinandi studio ciere puluerē. Quidā ac cōmodant in eos, qui prudentes, ac sciētes semet in præuisum periculū inijciunt, bouis in mortem, qui sibi patit inijci uincula, quibus ad cædem ducat. Refert a Zenodoto.

Tragicus rex.

LXXIX

τραγικός βασιλεύς. i. Tragicus rex dici potest, uel qui nomine duntaxat rex sit, cæterū uiribus parū polleat, quæadmodū Gallico puerbio chartaceum regē appellant. Dionysius Phareum, quod decem menses potitus imperio mox uita decesserit, τραγικὸν βασίλειά dixit. Nam in Tragedijs tantisper durat imperiū, dum fabula peragat. Tum deposita persona, qui paulo antea fuerat Agamemnon, aut etiā Iupiter, tressis homuncio discedit domum.

Contra retiarium ferula.

LXXX

Martialis in epistolari quadam præfatione, Deniq; uideas, an te delectet contra retiarium ferula, id est, an id faciendū tibi putes, quod nemo nō damnet, atq; exhibet. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbiū, dici solitū in eos, qui infirmo præsidio cōtra maxime instructū pugnarent. Quāq; idē paulo post alio delabit, nempe huc, gladiatores olim, si minus placuissent, ferula cæfos eijci solere. Huic finitimū est illud Gellianum libro Noctium primo, capite secundo. An non contra istum baculum moueas? heus homo, quid mecum tibi? Itaq; ferulam aut baculum mouere contra quempiam, est refragari & insolentius repellere sententiam. Est autem ferula ligni genus, quo quondam pueri cædebantur, atq; item milites, siquid contra disciplinam facere uiderentur. Opinor idem factitare solere in ludis gladiatorijs huiusmodi certaminibus præfectos.

Mulier imperator, & mulier miles.

LXXXI

G 3 ΓΩΗ ΣΡΑΤΗΓΕΙ

γυνὴ σεπτὴ γυνὴ σεπτὴ. *i.* Et agmen mulier ducit, atq; ducit. Senarius est prouerbialis, quoties totum negocium ignauis commissum est, cūq; & ἡ, qui præsunt, & ἡ, qui parent, pariter sunt formidolosi. Natura foeminā in hoc finxit, nō ut imperet, sed ut pareat, uel græco uersiculo teste, γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐ δίδωσι ἢ φύσει. *i.* Natura nō dedit imperare foeminis. Etem quod in homine ratio & affectus, id in uita uir & mulier, ac iuxta Moysen, demiurgus ille foeminam uiro subiecit. Tamen si Plato nō omnino arcet mulierū genus ab administranda Repub. siqua modo reperiatur idonea.

Trutina iustius:

LXXXII

Δικαιότερον σαχάνη. *i.* Iustius Trutina. Doricum prouerbium de ἡς, qui insigni, incorruptaq; sunt æquitate. Dores enim, τῆς τρυτάνης, id est, trutinā σαχάνη uocāt. Est autem id libræ genus, quo uel minutissimū ponderis momentū sentitur, dignosciturq;. Latini quoq;, exactam æqualitatem æquilibrium appellant.

Sterilior Agrippa.

LXXXIII

Ἀκαρπότερος ἀγρίππου. *i.* Sterilior Agrippa. Laconicum adagium est, de ἡς, qui extremæ sunt paupertatis, neq; quicq; omnino facultatū possidēt. Quadrat & in ignauos, nulliusq; industriae homines, Lacones oleam syluestrem Agrippum uocant.

Iouis suffragium.

LXXXIII

Διὸς ἱερός. *i.* Iouis suffragiū dicebat sacrum & inuiolatum. Vnde sententiā eius cuius sit uelut irrefragabilis autoritas, Iouis suffragium recte dixeris. Aut per ironiā, ubi quis arrogantius de re quapiā pnūciat, suamq; opinionē pro lege, atq; oraculo postulat accipi, sub ἱερίῳ, Διὸς ἱερός. Aiunt enim locū, in quo Neptunus & Minerua iudiciū peregerūt, utrius nomine, auspicijsq; ciuitas Atheniensium instituerēt, Iouis suffragiū appellatū fuisse. Suidas Cratinū citat ex Archilochijs, εἴθε Διὸς μεγάλου θῶκος πεισὸί τε καλοῦνη. *i.* Magni ubi dicunt tali, sedesq; tonantis. Nam & talis olim ferebant suffragia nimirum a fortientibus.

In neruum ire.

LXXXV

In neruum ire, Donatus, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentianæ, demonstrat esse prouerbiū, pro eo, quod est decipere. Sumptā a sagittarijs metaphorā, quibus illud cunctis interdum, ut dum nimīū tendunt arcum, rumpāt, aut sibi neruum aliquē fatigent, ut confitue sit illi, de quo dictū est alias, ἀπὸ ξηρομενὸν καλωδίου πάνυ τειρόμενον. Dictū est autē, in neruū ibit, pro eo, quod est, in uincula ibit. Antiquitus enim qui soluēdo nō essent, uincti tradebantur creditoribus, donec opera compēlarent creditam summā. Veretur enim adulescens amans, ne ubi eum in locum traheret Phormio, ut aut puellam domum ducere cogretur ex pacto, aut certe pecuniā acceptam renumerare, ni faciat uinciendus, & iuxta leges corpore luiturus, quod xre nō posset, sibi magis cōsulturū illum, ut uel prodat omne commentū, uel uere mulierem abducatur. Porro cōiicere in neruū, & eximere e neruo, pro eo, quod est ob æs alienum uinctos abducere, & nexos, addictosq; per soluta pecunia redimere, frequens est apud T. Liuium. Sed uerba Terentij inscribam. At enim nō ducet. Noui, cæterum cū argentum repetent, nostra causa scilicet in neruū potius ibit.

Ipsē semet canit.

LXXXVI

Ἀντὸς ἀντὸς ἀντὸς. *i.* Ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium uirorum decantabant. Proinde qui recte gestis sibi satis magnam gloriam comparat, quorsum huic necessum est conducere buccinatorē laudū suarum. Adagiū in utralibet partē poterit applicari, bonam uel malam. Nihil huic opus tibicine, q̄ suis egregie gestis, sat illustris est. Aut nihil opus huius uitā insectari, satis p̄ se foedam, atq; infamē.

Ipsē dixit.

LXXXVII

Ἀντὸς ἔφα. *i.* Ipse dixit. Quoties tantā esse cuiuspiā autoritatē significamus, ut ea uel citra rationē ad quiduis credendū sufficiat. Vt in arcanis literis satis est, ἀντὸς ἔφα. In reliquis nō item. Adagium autē a Pythagora natū, qui quo plus ueneratiōis & autoritatis sibi, suisq; cōciliaret, in disertatiōibus dicere solitus est, ἀντὸς ἔφα. *i.* Ipse dixit, perinde quasi nō sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta. Ea uox deinde in uulgarem abiit sermonē. Huiusmodi ferme Suidas. Quanc̄. M. Tullius libro de natura Deorum primo secus rem narrat. Non enim, inquit, tam autores in disputando, q̄ rationis momenta quærenda sunt. Quinctiam obest plærumq; ἡς, qui discere uolunt autoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudiciū adhibere, id habēt ratū, quod ab eo quē probant, iudicatū uident. Nec uero p̄bare soleo, id, quod

id quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, Cum ex his quæreret, quare ita esset respondere solitos, ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantū opinio præiudicata poterat, ut etiam sine ratione ualere autoritas. Quintilianus in institutio nibus. Nā & inuiti iudices audiunt præsumētē partis suas, nec hoc oratori cōtingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos cōtigit, potest, ipse dixit, Sed istud magis, min⁹ ue uitiosum est, p plonis dicentiū. Alludit horum & Aristophanes, ἐν κρημάθρα. φέρε τις γὰρ οὐτός, οὐ πῶς ἢ κρημάθρας ἀνήρ;· Ἀνὴρ, τίς ἀνὴρ; σωκράτης, τίς σωκράτης; ἰθ' ἀνὴρ ἀναβόσκου αὐτὸν μοι μέγα. Ἀνὴρ, μὴ οὐκ οὐ καλέσσω, οὐ γὰρ μοι χολή. i. Dic age quis est iste Cremathra insidēs homo: Ipse ē: Quis ipse: Socrates, q̄s Socrates? Abi ipse ipsum uoce magna mihi uoca. Quin ipse ma- gis accerere, nō mi est ociū. Quod autē dixit, ὁ ἐπὶ κρημάθρα (ut hoc obiter indicē) rilus causa no- uatum est, cū Socratem intelligi uellet, animo suspenso nubes suspicientē. Nā Cremathra ua- sculum est pensile, in quo obsoniorū reliquā cōsueuerunt reponi. Dicitur autē bifariā, simplici- ter aliquoties, sed frequentius p ironiam, ueluti si quis Aristotelē, ceu oraculū citanti, dicat, ἀν- δρ' ἔφα, Rationem dicti flagitans, neq; contentus simplici scriptoris autoritate. Cōueniet etiā, quoties sententiæ uel inuidiā, uel defensionem a nobis ad ipsum autorem reijcimus. Iuena- lis. Sic uolo, si ciubeo, sit p ratione uolūtas. Melius, Horatius, Nullius addictus, iurare in uer- ba magistri. Illud admonendū uidet' ἀνδρ' ἔφα, in hac paroemia perinde ualere, quasi dicas, do- minus dixit, ut Pythagoras ab Aegyptiorū uatibus uideatur didicisse figurā hanc Prophetis familiarem. Aristophanes in Ranis, φράσσω ταῖς ὀρχηστρίσι, ὅτι ἀνδρ' εἰσέρχομαι. i. Dic saltatricib⁹, me ipsum aduenire. Item in Prophetis arcanis. Ecce ipse adsum, id est, dominus & autor.

Te ipsum non alens, canes alis.

LXXXVIII

Ἀντ' οὐ ἔφερω κῆρας ἔφερε, i. Cum temetipsum nō alas, canes alis. In eū dicebat, qui cū per in- opiam sibi, quæ sunt ad uitā necessaria, suppeditare nō posset, conaret' aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dice' aduersus istos, quibus cū ob rei familiaris angustia uix suppetit, quo uitam sustineant, tamē per ambitionē conantur fastu uestiū, reliquoq; strepitu potentes & opulentos imitari. Breuiter cōueniet in omnes, qui quæ ad uoluptatē aut splendore perti- nent, curant, neglectis his, quæ magis sunt necessaria. Porro necessarijs prima debet' cura, di- gnitati posterior, ueluti si quis in eruditiōe cōparāda labore, uitæ securus, de qua periclitetur,

Terre intestina.

LXXXIX

τῆς ἐντερα. i. Terræ intestina. Dicebant' uilia, nulliusq; precij. Saxa uero terræ uiscera dicunt', Refertur a Diogeniano. Simile illi, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. i. Telluris inutile pondus.

Cyrbes malorum.

XC

κνρβας κακῶν. i. Cyrbes malorū. De uehemēter improbis, & omni facinorū genere cōtami- natis. Apud Atheniēses tabulæ quædā erāt quadræ, in qbus leges descriptæ pponerant', præ- terea uariæ delinquentium pœnæ. Has illi κνρβας appellat, apud Lucianū ἄξωνες dicunt'. Non dissimile est illi, quod alibi retulimus, ἰλιῶς κακῶν. i. Ilias malorum.

Aries nutricationis mercedem persoluit.

XCI

κρίδος τροφήα ἀπέτισιμ. i. Aries aliturā rependit. Citat' ex Menandro. Quadrat, ubi q̄s p bnfa- ctis maleficiū reponit. Allegoria sumpta est ab eo, quod aries cornibus impetat alucū, aut uas in quo pabulū apponit', ipsoq; quorū opa nutritus est, aut etiā nutrit' cornibus incessit. Effert' & ad hūc modū puerbiū, κριοῦ διακονία. i. Arietis ministeriū. Pro officio collocato in ingrātū, q̄ beneficiū iniuria penset. Huic affine, quod est apud Aristophanē in uespis, ἢ χάραξ πλω ἄμπε- λου. i. Vallus uitem.

A Dorio ad Phrygium.

XCII

Ἀπὸ δωρίου ἐπὶ φρυγίον. i. A Dorio ad Phrygiū. Vbi q̄s a tēperatiōe uita ad luxū cōuertit'. Aut a fortuna mediocri ad maiore strepitū. Sūpta metaphora a notis illis ueterū Harmoniarū ge- nerib⁹, in qb⁹ Doriū moderatū erat, ut autor Suidas. Apuleius Floridoꝝ libro p̄mo, palā indi- cat Doriā musicam multo diuersissimā a Phrygia fuisse, quandoquidem hæc ad religio- nem cōmouebat animū, illa ad bellum inflammabat. Apulei uerba sic habent. Tibicen quidā fuit Antigenidas, omnis uoculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modifica- tor, seu tu uelles Aeolion simplex, seu Asium uarium, seu Lydium querulum, seu Phrygiū reli- giosum, seu Doriū bellicolum. Lucianus in Hermonide, κῆ ἐκείνης ἀρμονίας διαφυλάττω τὸ ἴδιον ἐπὶ φρυγίᾳ, τὸ ἐνθεον, τὸ λυδίου τὸ βακχικόν, τὸ δωρίου, δ' σεμνόν, τὸ ἰωνικὴς τὸ γλαφυρόν. i. Vniuscuiusq; har- moniæ seruare proprietatem, Phrygiæ impetum, Lydiæ furorem, Doricæ seueritatem, Io- nica iucunditatē

G 4

nica iucunditatem. Dion cōmentario de regno testatur Alexandrū ad bellum accendi sole re Timotheo Dorium incinente. Bœotius præfatione mulices ostēdit, hanc artem ad cōmouendos affectus, præcipuam habere uim, proq; ratione modorum, alios atq; alios animi motus, uel excitare, uel sedare. Addit Pythagoram in cōtentione Phrygiæ modi, qui spondeis constat, adulescētem patria barbarum, quippe Taurominitanū, uiuo temulentū, ira furentē, cum iam adibus amicæ quæ riualem admiserat, ignem admouere tentaret, ad sanam mentem reuocasse. Ostendimus & alias Phrygium melos, *σχολιόν* appellatū, & in funebribus nanijs adhiberi solitum. Quod si Dorius cantus Phrygio diuersus est, utpote qui ad belli cupiditatem inflammet, consentaneum est illum pyrrichius constitisse, quandoquidem spondeo cōtrarius est pyrrichius. Verum de his harmoniarum generibus permulta Plato, nōnulla Plutarchus, in libro de musica, nos quantum ad percipiendum adagiū sensum sat est, attigimus.

A carcere.

XCIII

Ἀπὸ βαλβίδος. i. A carcere, siue repagulo, id est, ab ipso rei principio. Sumptum a certaminibus equestribus, ubi cursus initium est a carceribus, id est, repagulis, finis meta. Itaq; cum exorsum negocij significamus, ab ipsis carceribus dicimus, cum finem, ad metam usq;. Veluti si quis dicat fœdum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet, aut neminē tam ignauum, qui non *ἄπὸ βαλβίδος*, strēnuus esse uideat. Cōsine quod alibi positū est, *ἀπὸ γραμμῆς*. i. a linea.

A cœlo ad terram

XCIV

Ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. i. A cœlo ad terram. Prouerbialis figura, perinde ualens, quasi dicas quacumq; de re, ab extremo initio, usq; ad supremum finem, sic apud Plautum licitori roganti num ex puella quædam scitari liceret, uenditor, quantum uellet percontari permittens, a cœlo, inquit, ad terram, quod lubet.

Mores amici noueris, non oderis.

XCVI

Porphyrion in Horatiū, hunc uersum, puerbialem admonet fuisse. Mores amici noueris, nō oderis. Eum nos inter Græcas sententias repertū restituiimus. Est enim huiusmodi *φίλου τῶ πῶς γίνωσκε, μίσησκε δὲ μὴ*. Admonet in amicorum moribus quædam uitia dissimulada, sic ut intelligantur quidem, sed tamen tolerantur, ne seuerior & oculatior in obseruandis amici malis, subuertat amicitiam. Atq; id præcepti locum habebit, in leuioribus morbis, nō in his, quæ ad famā, aut ingens periculum pertinent amicorū. Non nosse amici uitia, est hominis parum diligentis, quos diligit, odisse, parum ciuile. Noscenda sunt, ut aut corrigas, aut certe minuas at non sic, ut ob ea uidearis amicum odisse. Siquidem nulli futurus est amicus, qui nihil uitiorum in amico ferre possit.

Bithus contra Bacchium.

XCVII

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, quorum mētionē Suetonius quoq; fecit, pares arte, pares audacia, proinde quoties duo æqualiter improbi contendūt inter sese, ita ut neuter alteri uelit concedere, nō intempestiuiter dicemus. Bacchium cum Bitho cōmissum, Horatius in sermonibus, ut non Compositi melius, cum Bitho Bacchius Rupili Parsijq;, Parrem inter ipsos improbitatem & maledicentiam significans.

Efernus cum Pacidiano.

XCVIII

Simile fuerit illud ex Lucilio. Efernus cum Pacidiano compositus. Erant & hi gladiatores per omnia pares, longeq; omnium nobilissimi. M. Tullius in libro de optimo oratorum genere. A me autem, quo maximis minima conferam, gladiatorū par nobilissimū inducī, Aelchines tanq; Efernus, ut ait Lucilius, nō spurcus homo, sed doctus & acer. Cum Pacidiano hoc componitur, optimus longe post homines natos.

Bis septem plagis Polypus contusus:

XCIX

Δις ἑπτὰ πλῆγῶν πολυπὸς πολυμῶν. i. Plagis adactus Polypus quater decem. Dici solitū, ubi quis multo tandem malo fit emendacior. Quemadmodū accidit indomitæ adulescentibus, qui plurimorū experientia malorū tandem cicurantur. Conueniet & in eos, qui duriore ingenio præditi, nō nili grauibus supplicijs corrigunt. Aiunt Polypū Piscem captū diu, multumq; tundi, cædiq; solere, quo mitior fiat, & ad elum accōmodatior. Autor Zenodotus.

Mopso Nisa datur.

Schema puerbiale uideat & illud apud Vergiliū in Pharmaceutria, Mopso Nisa dat. Cū præter omniū spem res præclara contingit cuiuspiam prorsus indigno. Ut nihil iam non posse sperari, uel a quouis appareat. Mopso Nisa datur. Quid non speremus amantes? Est autē emphasis in

phasis in nominibus. Nam Mopsium dicens, intelligit infimū, abiectissimumq; pastorem. Nisi
tam puellam insigni forma. Non abludit hinc illud Sophoclis in Aiace flagclifero, οὐκ ἔστ' ἄελ
προν οὐδὲμ. i. Nihil est quod haud sperare liceat. In eandem sententiam Linus apud Stobæum,
ελαπιδὺς ἄντ' ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲμ ἄελπρον. ῥῶδια πάντα θεῶ τελέσει, καὶ ἀνώυτη οὐδὲμ. i. Speres cum/
cta, nihil, quod non contingere possit. Omnia sunt magnis factu procliuia diuis.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA SEXTA.

Quid nisi uictis dolor?



Tί ἄλλο ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; i. Quid aliud, q̄ uictis dolor? Vsurpādum, ubi pa/
lam fit in cōtumeliā quippiam. Sumptū a dicto Brenni palam illudentis Roma
nos in appendendo auro, quod stipulatus fuerat ab illis, desperantibus auxiliū,
ut e Romanis finibus, abduceret Gallorum exercitū. Sed ipsius Plutarchi uerba
libitū est subscribere, εἶτα δ' ὄξαμ τοῖς κρατίστοις, σωελθῆμ εἰς λόσας βρένω κὴ σελπικίω τῶν
χιλιάρχων ῥωμαίων, ὡμολογήθη, τὴ μὲν χιλίας λίτρας χρυσὸς καταβάλλω, τὴ δὲ λαβόντας ἐκ φθι πόλει καὶ
φθι χώρας αὐτίκα ἀπελθῆμ, ἐπὶ τῶτοις γενομένω ὄρκω, κὴ τὴ χρυσὸς κομιθέντος, ἢ ἢ κελτὴ πρὶ δὲ σαθμὸν
ἀγνωμονέντων, κρύφα τὸ πῶτον, εἶτα, φανερῶς ἀφελκόντων κὴ διασφερόντων πλὴν ῥόπλιν ἠγανάκτων οἱ ῥω-
μαῖοι πρὸς αὐτὸν, ὃ δὲ βρένω ὄιον ἐφύβριζω, ἐκ καταγλώων ἀπ' ἀνσάμου πλὴν μάχαιρα ἅμα κὴ τὴ ζω-
σηρα προσέθηκε τοῖς σαθμοῖς. πωθανομένω δὲ τὴ σελπικίω τί τῶ; τί δὲ ἄλλο εἶπεμ, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; τ.
τὴ μὲν ἢ δὲ πρὸς κομιθέντος λόσας γέρονε. i. Itaq; cū placuisset, uti principes in colloquiū uenirēt Brennus et
Sulpicius, Romanorū ductor, cōuenit, ut Romani mille libras auri dependerent, hi simulat-
q; accepissent aurum, ex urbe, atq; ex agris discederent. Super his cū iusiurandū intercessisset
iamq; aurū esset adductū, Galli q; pactæ fidei imemores, initio furtim, mox palā deprimerent
lancem, Romanorū aduersus illos coorta est indignatio. At uero Brennus tanq; p ludibrium
& irridendi causa ensē una cum baltheo exutum lancibus apposuit. Porro Sulpicio rogātī,
quid hoc esset rei? Quid em̄ aliud, inquit, nisi uictis dolor? Atq; id dictum iam in puerbium
abiit. Cuius meminit Festus Pompeius, illud addens, Cum camillus Brennū insidijs circum-
uentum cōcideret, & ille quereretur contra fœdus fieri, retorsit in eum suā uocem ueh uictis;
Sic etem̄ Festus effert puerbiū. Vnde palā est dolorē, nō pudorē in Plutarcho uertēdū fuisse.
Huc allusisse uidetur Plautinus Ballio, Væ uictis, cum uictus parere cogitur.

Aquam bibens nihil boni parias.

Iδωρ δὲ πίνωμ χρυσὸν οὐδὲμ ἄμ τέκνη. i. Aquam bibens probum, & utile paries nihil. Huius auto/
rem ferunt Demetrium Halicarnasseum. Cuius sensus est, a poetis nihil scribi præclarum, aut
posteritate dignum, aut uenustum proficisci, si biberint aquam, hoc est, si pauperes fuerint, &
tenui uictu. Horatius, Nulla placere diu, neq; uiuere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ
potoribus. Item Iuuenalis, Quod si Vergilius puer, & tolerabile desit Hospitiū, caderēt om-
nes a crinibus hydri, Surda nihil gerneret graue Buccina. Idem, Satur est cum dicit Horatius
Ohe. Demetrii Halicarnassei Distichon huiusmodi citatur a Zenodoto, etiam si in epigram-
matis refertur Nicerati titulo, οἶνον δὲ πρὸς χαρίεντι φέσει ταχὺς ἵππος αἰοιδῶν ἰδωρ δὲ πίνωμ χρυσὸν οὐ-
δὲμ ἄμ τέκνη. i. Vina leporem celeris equi uice uatibus addunt. At aquam bibens, probū & uti-
le paries nihil. Quin & Horatius eloquentiam uino tribuit, Fœcudī calices, quē nō fecere di-
fertum. Aristoteles libro de naturis animantū octauo, Plitacum quoq; loquaciorem fieri pu-
tat, si uinum biberit.

Digna canis pabulo.

IIξία ἢ κύνωμ τῶ βρώματι. i. Digna canis pabulo, ferme perinde ualet, ac si dicas, Dignus opera-
rius mercede sua. Et uix quisq; est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certe uictu
dignus esse uideatur. Refertur a Suida. Quadrabit in hominem non usq; quaq; reijciēdum,
atq; inutilem. Aut in hominem assentatorem, & ob id idoneum, qui uersetur, in principū au-
lis, ubi nullo in precio sunt, qui nesciant adulari.

Canis digna sede.

IIIξία ἢ κύνωμ θρόνον. i. Canis digna sede. Cum nouus honos obtigit cuiquam immerenti. Sum-
ptum uidetur a Melitæis canibus, quibus nōnullæ mulierculæ maiorem habent honorem, q̄
ipsis maritis. Refertur a Diogeniano.

Si uinum postulet, pugnos illi dato.

Vμ οἶνον ἀτῆ κονδύλης ἀντὶ τῶν δίδων. i. Si uina postulat ille, pugnos porrige. Vbi p bonis reb⁹ ex-
pectatis

pectatis, diuerſa accipiuntur. Sumptus eſt hic ſcariuſ e Tragoedia quapiam, de Cyclope & Vlyſſe. Eſt autem notiſſima fabula, quemadmodū apud Homerū, Vlyſſes Polyphemo Cyclopi uinum petenti ſubinde porrigit, quo ſimulatq; iā temulentus, ſopitusq; iaceret, palo præuſto oculum illi perterebrauit. Putant metaphoram a pueris ductam, qui petentes non petēda, nōnunq; colaphos recipiunt. Terentiuſ in Phormione, Pugnos in uentrem ingere. Pugnos plagas ipſas uocat. Itidem ut Græci κοινὸν ἄλλοις. Adagium referi a Suida.

Pro Perca Scorpium.

VI

Αντὶ πέρκης σκορπίου. i. Pro Perca Scorpiū. Vbi quis optima captans, peſſima capit. Nā Perca piſcis eſt uel maxime laudatus. Scorpiuſ letaliſ eſt. Quāq; eſt & piſcis huiuſ nominis, contempti ſaporis, de quo magis ſentire uidetur adagium. Simili figura dixit Lycophron, ὁ δ' ἀντὶ πιπόυε σκορπίου λαμψὸν ἀπάσαι. i. At Scorpiū ille glutieſ Pipuſ uice. Eſt em̄ Pipuſ auis genus.

Pro beneficentia Agamemnonē uli ſunt Achiui.

VII

Αντ' εὐθργεσίας ἀγαμέμνονα τῖσα μ' ἀχαιοί. i. Pro meritis male tractarunt Agamemnona Graiū. Quidam ad hunc efferunt modū, Αντ' εὐθργεσίας ἀγαμέμνονα δῖſα μ' ἀχαιοί. i. Pro benefactis uin xerunt Agamemnona Graiū. Dicebatur in ingratos, qui pro ſummo beneficio, ſummū reme tiuntur maleficiū. Agamemnon enī tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia, p dignitate Græciæ, domū reuerſuſ, ueſte inexplicabili inuolutuſ, interfectuſ eſt a Clytemneſtra, auxiliante Aegiſtho adultero.

Cane Tellenis cantilenas.

VIII

Αεθε τὰ τέλλω. i. Cane cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq;. Quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenem hunc, tibicinem quendā fuiſſe, poetam item carminum ineptiſſimorum. Alij tradunt hunc iocos quosdam uerſibus lepidiſſimis deſcripiſſe, non ſine multo ſale ſcommatū. Meminit huiuſ Tellenis Diarchuſ Meſſeniuſ apud Zenodotum. Item Plutarchuſ in apothegmatis.

Açanæa mala.

IX

Αçανῶα κακὰ. i. Açanæa mala. Dici ſolituſ, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimū ſumeret laboris. Aut ubi reſ eſſet cuiſpiam, cum homine difficili, moroſo, intractabili, tenaci. Tradunt Açanæā regionē quampiā eſſe Arcadiæ, ſterilē, & culturæ inhabilem, in qua coloni multo ſudore parum fructuſ referunt. Hæc ferme traduntur a græcarum parœmiarum colle giij. Siquidem iſ complures refert Açanias, unam, quæ ſit Arcadiæ pars, in hac fontem quem piām eſſe, cuiuſ aquā qui guſtarit, hunc uſq; adeo a uino abhorreſcere, ut nec odorē ferat. Alterā Maſſilia, tertiam Phrygiæ, cuiuſ mentionē fecerit etiam Strabo libro geographiæ duodeci mo. De hoc Hermogenes citante Stephano huiuſmodi quandā narrat fabulam. Cū illic frequētes eſſent uillæ ruſticorum, orta ob ſterilitatē agrorū fame, collecti paſtores rem diuinam fecerunt, fertilitatē a Dijs petentes. Cæterum cū Dī nō audirent illorum uota, perduraretq; agrorū ſterilitas, Euphorbuſ e paſtoribus quidā, nouū ſacrificij genus excogitauit. Immolauit em̄ οὐνοῦν καὶ ἔξιμ, quod Phryguſ lingua ſonat, Vulpem & Echinū. Hac hoſtia placatiſ Dijs, agros feraces eſſe cœpiſſe, Quod ubi finitimis paſtoribus eſſet cognitum, Euphorbo ſacerdotiū & imperiū detulerunt, poſt loci nomē cōmutatū eſt, proq; Açania Ἐχινάουρα uocatū quod perinde ſonat Phrygio ſermone, quaſi græce dicas, ἐχινάλωπεκα, Latine Echinouulpē. Huiuſmodi ferme Stephanuſ, ex quibus coniectari licet ex ea fabula natam parœmiām.

Capra nondū peperit, hœduſ autē ludit in tectis.

X

Αἰεὶ οὐπω τέτοκεμ, ἔριφ' ὅδ' ἐπὶ δώματα παῖζ. i. Nondū enixa capra, at iam ludit in ædibus hœduſ. Qui poſtrema, perfectaq; iam aggrediuntur, præteritiſ ijs, quæ præceſſiſſe oportuit. Aut qui gloriantur iam aſſecutoſ ſeſe, cuiuſ ne fundamenta quidem ſunt iacta. Aut qui rem agūt præpoſtere. Priuſ eſt enim peperiſſe, q̄ ut hœduſ ludat in tectis. Refertur a Zenodoto.

Reperit Deus nocentem.

XI

Εὗρε θεὸς τὴν ἀλιζοῦ. i. Reperit Deus nocentē. Cum tandē ultio cōtingit improbiſ, quaſi diuinituſ immiſſa. Theocrituſ Idyllio decimo, Εὗρε θεὸς τὴν ἀλιζοῦ, ἔχεις πάλαι ὦν ἐπεθύμεις. i. Inuenit Deus impiū, habes quæ olim cupiebas. Simile eſt Homericū illud Iliados. Α. Εἴπῃ γάρ τε ὅ αὐτὶ τίς δ' ἄλυσται ὅκ' ἐτέλεσεν. Εκ τε κὴ ὅδ' ἐπελῖ σὺν τε μεγάλῳ ἀπέτιοσαμ. i. Quāq; etc̄m, nō punit Iupiter ilico ſontem. At faciet tandē, & luerint ſua crimina magno. Huc p̄tinet illud Sophocleum, ὅταν ἢ τις θεῶν βλάπῃ, δῶσται ἄμ οὐδὲμ ἰχθύωμ φυγῆμ. i. Vbi q; Deorū læſerit. Nemo queat ſuffugere

suffugere, quamlibet potens. Astipulatur item scariarius ille prouerbialis, θεοῦ ἢ πλῆλιν οὐχ ὑπερῶν ἢ βροτῶν. i. Plagam Deorum nullus hominum suffugit. Pindarus item in hymnis, θεὸς δ' ἄσπορόντα αἰετῶν κίχες καὶ θαλασσοῦτον πρῶτα μέγιστη Δελφίνα, καὶ ὑπερφρόνων ἕνα ἕκαμπε βροτῶν. i. Deus & astris uicinam aquilam assequitur, & Marinum praeuertitur Delphinum, & elatorum quēpiam depressit mortalium. Astipulatur huic sententiæ Pindarus in Olympijs. εἰ ἢ θεὸν ἀνὴρ ἕλε εἰλεται ἢ λασέμων ἐξδωρ, ἀμαρτάνει. i. Quod si Deum homo quispiam, sperat falsum se, cū agit aliquid, errat.

Ignauis semper feriae sunt.

XII

Qui uacant ocio, ferari dicunt, & ociosi ferati, & ocium feriae, quæ metaphora tanquā in prouerbiū recepta sunt. Theocritus in Bucolicis, ἀεργὸς αἰεμ' εὐορτῶν. i. Semper feriae inertibus. Nam ferijs etiam ethnici a prophanis negocijs abstinebant. Qui fugitant, laborem, optāt dies festos, quo liceat ociari, uentriq; & uoluptatibus indulgere. Siquidem antiquitus in hoc dabantur agricolis ferati dies aliquot, ut lusu reficerent lassitudinem. Admiserunt autem religionem, quo moderatiores essent lusus. At hodie Christianorum uulgus, ferijs olim ad pietatis usum institutis, in comotationes, in scorta, in aleas, in rixas, in pugnas, abutitur, nec ullo tempore plus cōmittitur flagitiorum, q̄ quo maxime conueniebat a flagitijs abesse. Nec unq; magis imitatur ethnicos, q̄ cum præcipue Christianos oportebat agere. Cūq; palam sit, rem iuuandæ religioni repertam, in religionis perniciem uergere, tamen haud scio quo consilio pōtiffices quotidie ferias addūt ferijs, cum potius cōueniat prudētes imitari medicos, q̄ p̄ ratione morborū mutant remedia, tantum illud ceu scopum spectātes, ut bonæ ualitudini cōferant. Proinde cum uideant rem olim, pro temporum illorum ratione salubriter institutam, nunc mutatis Christianorum moribus, pestem esse pietatis, quæ tandem religio est, constitutionem eodem mutare consilio, quo ueteres illi constituerūt. Quod de festis diebus dico, de multis alijs sentiendum est, non quod damnādas existimem Christianorū ferias, sed quod in immensum nolim crescere, & paucas eas, quas instituit priscorum autoritas, ad id conuerti cupiam, ad quod repertæ sunt. Nam uere Christianis, omnis dies festus est. Malis uero, quæ maxima turba est, festi dies minus festi sunt, q̄ prophani. Sed ut ad prouerbiū reuertamur, apte accōmodabitur in eos, qui nunq; non causantur aliquid, quo sint in ocio. Veluti quibus in uiaues sunt literæ, nunc excusant ualitudinem, nunc occupationes rei domesticæ, nōnunq; obstat rigor hyemis, alias æstatis feruor, interdum autumnus periculosus cœlum. Demū auocat a libris, ueris amœnitas, mox fugitura. Pransi negant esse rem habēdam cum libris, anteq; cōcoxerit stomachus. Impransis obstrepit fames, quo minus libeat. Luci dicunt ignauum esse, domi desiderere. Cœterum ad lucernā uigilare, oculis inimicū. Si superat res domestica, quorsū op' inquit, literis. Si deest, negant pauperem posse philosophari. Iuuenis negat, eu i florē curis senilibus abluendum, Prouectior ait ualitudini parcendum.

Catulae dominas imitantes.

XIII

τὰς δεσποίνας αἰ κῆρες μιμούμεναι. i. Dominas imitantes catellæ. Vbi serui dominorum ferocitatem repræsentant, aut discipuli præceptoris respiciūt arrogantiam, aut ministri principū fastū. Breuiter quoties ἦ, qui subsunt, eorū exprimunt mores, sub quorū imperio degunt. Vnde est illud Iuuenalis, Maxima quæq; domus seruis est plena superbis. Videas autē & Melitæas opulentarum mulierum, delicias, fastum, lasciuiā, totāq; ferme morū imaginē reddere. Vsurpatur hoc adagiū a Platone libro de Rep. octauo. Mihi uidetur huc alluissse Terentius in Eunuchō, cum ait, Domini similis est. Nam pauloante Gnatho Parmenonem, canem appellarat.

Tantali pœnæ.

XIII

τῶν ἀλλοι ἡμωρίων. i. Tantali supplicia. De ἦς dicendū, quibus adsunt quidem bona, uerū his fui negatum est. A fabula Tantali sumptum, quem poctæ fingunt apud inferos assistere flumini sitientem, quod si quando admouerit se bibiturus, repente aquam labris cōtactam refluxere. Tum capiti imminere arborem pomis onustam, sed eam subito porrigenti manum alio subducere sese, atq; ita miserum præsentē copia, inopia discrucari. Id olim in diuites parcos & sordidos dici uulgo solere, testis est Horatius in sermōibus, Tantalus a labris sitiēs fugiētia capat Pocula, Quid rides? mutato noie de te Fabula narrat, cōgestis undiq; saccis Indormis inhias, & tāq; parcere sacris Cogere, aut pictis tāq; gaudere tabellis. Idē in odis, Magnas inter opes inops.

Viro seni maxilla; baculus.

XV

Ανδρὸς

Ἀνδρὸς γέροντος αἰ γνάθοι βακίρια. i. Maxilla senibus scipionis est uice. Dici solitum de ijs q̄ ob defectas ætate uires lautiore pariter & copiosiore uictu cogunt̄ uti, quo quod senecta detērit, ut cūq; sarciant cibo. Manet & in hodiernū senile uerbum. Ego me dentibus meis sustēto. Est autem uelut ænigmaticum reliquos ingredi pedibus, senes dentibus. Etenim quod decessit natiuo corporis succo, id cibi ac potus adminiculo sarcendum. Videmus illud euenire uulgo, posteaq; destituit senes edacitas illa, uitæ sinem imminere.

Ne uerba pro farina.

XVI

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. i. Ne uerba pro farinis. Aduersus eos iaciebatur, qui beneficiū uerbis non re dabant. Qui fere magnatum mos est, uti suos splendidis promissis alant. Bene autem admonet in Pandectis Pomponius iureconsultus, Peculium re non uerbis augendum esse. Quadrabit item in eos, qui beneficium, pollicitis rependunt. Aut qui consolantur oratiōe, cū auxilio sit opus. Veteres, quicquid ad uictum pertineret, ἄλφιστα uocabant. Apparet e comœdia quapiam sumptum, est enim hemistichium carminis Iambici trimetri.

Ancoras tollere.

XVII

Nōnullam prouerbij faciē habet, quod est apud. M. Varronē in opere de re rustica, capite extremo. Ancoras tollere, pro eo, quod est moliri discessum, quod genus & illud, Talaria necere. Hæc sunt eius uerba, Interea redit ad nos pauo. Et si uultis, inq̄t, ancoras, tollere latis tabulis fortitio fit tribuū, hoc est si uultis omiſsa disputatione hinc abire. Quanc̄ hic alludif ad ambiguam tabularum significationē, quæ tum nauticæ sunt, tum forenses, quibus suffragia se rebantur. Huic simile Quintilianicum illud, Oram soluere. Nam ita plæriq; legunt.

Ἀμουσσι.

XVIII

Inelegantes & indoctos Græci uocāt ἀμουσσι, hoc est a musis alienos. Antiquitus enim nihil eruditū habebatur, sine musica. Vnde apud comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Quintilianus libro primo, capite de musicæ laudibus. Deniq; inq̄t, in prouerbium usq; Græcorum celebratum est, indoctos a musis, atq; a gratijs abesse.

Vitilitigator.

XIX

Vitilitigatores. M. Cato uocabat, litium auidos & alienorum operum calumniatores. Eaq; uox ob nouitatem doctis in adagionem abiit, quemadmodum & Homeromastiges & Vergiliomastiges. Plinius in Præfatione historiæ mundi. Ergo securi, etiam contra uilitigatores quos Cato eleganter ex uitijs & litigatoribus composuit (quid enim illi aliud, q̄ litigant, aut litem querunt?) exequemur reliqua propositi.

Vino uendibili suspēsa hedera nihil opus.

XX

Vino uendibili suspēsa hedera nihil opus, id est uera uirtus nō eget alienis præconijs. Aut res præclaræ, per se placent, neq; desyderant exoticam cōmendationem. Sumptum apparet a cauponum more, qui uinarijs tabernis signum hederaceum solent prætere. Idem Plautus in Pœnulo. Inuendibili merci oportet ultro emptorem adducere, proba merx facile emptorem reperit. Horatius, Vbi largius æquo Laudat, uenales qui uult extrudere merces.

Canere ad Myrtum.

XXI

Ἄδαν πρὸς μυρτίῳ. i. Ad Myrtum canere, puerbio iuebatur, imperitus literarum & infacūdus, quiq; nō posset apud eruditos loqui. Hinc sumpta metaphora, quod apud ueteres mos esset, ut in conuiuijs singuli suam cantionem canerent, quod si quis citharam accipere recusasset, utpote musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myrteo cogebatur ad eum canere. Porro priscis hunc canendū fuisse morem testat̄ & Fabius, libro institutionum primo, Vnde, inquit, etiam ille mos, ut in conuiuijs post cœnam circūferretur lyra, cuius cū se imperitum Themistodes cōfessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Plutarchus primo Symposiaco libro, scribit olim fuisse morem, ut in conuiuijs primum uoce cōmuni decum canerēt παλαιῶν, ut ait. Deinde myrteum ramum unicuiq; tradi solere, quem ἄσαρκον uocatum existimat, quod is, qui eum accepisset, caneret. Post, lyra circūlata, qui peritus artis fuisset, cā accipiebat, canebatq; sonum chordarum ad uocem accōmodans. Recusantibus autē musices imperitis, σκολιῶς dicebatur, ob difficultatem. Alij dicunt Myrtum nō solere ordine circumduci, sed a sponda ad spondam transferri, ut posteaq; cecinisset is, qui in prima spōda primus sedebat, ei traderet, qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursus tertij lecti primo. Deinde rursus primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti spōda traderet, eumq; ad modum

ad modum per omnes iret. Hæc ferme Plutarchus.

Admeti nania.

XXII

Ἀδμήτης μέλιθ. i. Admeti Nania. De tristi, lugubrique cantione. Accōmodari poterit ad orationem querulam ac miserabilē. Accipitur enim Cantilenæ genus, quod σκολόρυ uocāt, de quo multa Iulius Pollux. Dīctum est autem obliquū, uel a tibiæ figuris, uel quod in conuiujs, quemadmodū modo diximus, obliquo ordine a lecto in lectum flecterentur canendū uices. Quidam huiusmodi cantiones faciles & illaboratas intelligunt, nimirum quales oportet esse quæ inter pocula canuntur & ex tempore. Verum de ijs, deq; superiore prouerbio, qui uolet copiosius edoceri, legat Aristophanis interpretem, in eo quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referunt. Admetus rex fuit Pheræorum. Cuius armēta pauisse fingitur Apollo, mercede conductus, cum ex olympo depulsus, hūana specie exularet apud mortales. Exiliū causam hanc adferūt. Aesculapius Apollinis filius, Chirone præceptore medicam artē perdidicrat, deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat uenis, a Pallade accepto, per hūc plurimos restituit sanitati. Porro sanguine qui e sinistris defluerat uenis, ad pernitiē hominū utebatur, qui e dextris, ad salutem. Quin fabulis uulgatum est, illum etiam uita defūctos quosdam in uitam reuocasse. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, cum id uideretur præstare, quod deorum est proprium, Iupiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fuerant fabricati, peremit. Quam rem indiguit ferēs Iupiter, Apollinem destinaret e cœlo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuētus, præcesq; mitiorem pœnam impetrarunt. Itaq; cœlo interdictum est, iussus solum uertere, damnatusq; ut annū apud hominem mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetū pfectus Apollo regis armenta, sicuti dictum est, pascebat, & ut erat artifex, effecit, ut omnes uacæ gemellos parerent. Cūq; apud Admetum perq; humaniter esset habitus, ut patrono gratiam officij referret a Parcīs impetrauit, ut cum in illarum fuis Admeti fatalis dies uolueretur, liceret hac lege, mortem effugere, si quem alium reperisset, qui uolens illius uice mortem oppetere uellet, suiq; capitis dispendio illius uitam redimere. Ergo cum adesset dies ille fatalis, neq; qsq; inueniretur, qui mortis uicarius esse uellet, patre etiam ac matre recusantibus, una Alcestis uxor mariti uitam sua cariorem habuit. Qua defuncta, stridulæ quædam & lugubres Nania decantabatur assidue apud Admetum, donec mota Proserpina, remisit Alcestidem. Aut (ut quidam dicunt) donec Hercules, expugnato Orco, hanc ad superos reduxit. Meminit πρὸ τῶν μέλιθ, etiam Euripides in Alcestide, διαδάδ' ἢ μέλιθ κλύειν. Notat etiam Aristophanes in uespis, Ἀδμ. κλέωνθ' λαβόμενος φιλὶ δεξιῶς Ἀδμήτησ λόγῳ. Interpres citat hos uersiculos ex fabula ciconijs, ὁ μὲν ἦδεν Ἀδμήτησ λόγῳ πρὸς μνηστῆρας, ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν ἄρμοδιου μέλιθ. i. Atq; is quidem canebat Admeti modos ad myrtum, At alter adegit Harmodij melos, ut caneret.

Bellum haud quaesit lachrymosum.

XXIII

Ἄδακρυς πόλεμος. i. Bellum lachrymis carens, ubi uictoria contigit citra cædem & sanguinē. Aut, ubi quis e periculoso quopiam negotio sic extricauit sese, ut nullo suo malo discesserit, siue cum rixosi uerbis inter se digladiant, nec est quicq; periculi, ne ueniat ad manus. Aut ubi certamē agit eiusmodi, ut neutri parti quicq; accidat incomodi, uelut in conflictatione literaria, in qua uictus discedit eruditior, uictor, amicitior. Natum aiunt e uetusto quodam oraculo Dodonæo, quo responsum Lacedæmonijs aduersus Arcadas pugnaturis, ἄδακρυς πόλεμος ἔσται, i. Bellum sine lachrymis futurum. Deinde contigisse illis uictoriam, nemine prorsus interfecto. Nos item incruentam uictoriam uocamus, cum nulla cæde contingit uictoria, & apud Græcos, ἀναίμακτον νικῶν. i. Citra sanguinem uincere. Plutarchus in cōmentario de fortuna Romanorum, ἄδακρυς νίκην appellat eam, quā Paulus Aemilius de Persa reportauit. Effertur prouerbium etiam ad hunc modum, ἀναίμακτον ἔσκει ἔσπαιον. i. Incruentum statuit trophæū. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoq; δέμ τὰς νίκας ἀνδρῶν αἱμάτων ποιῆσαι, i. Oportere uictorias citra sanguinem fieri. Autor Laertius. Nec abhorret hinc illud, quod in Græcorum cōmentarijs reperio, πόλεμος ὡς αἰσθητός ἀνὰ πύλιν ἑλλάδα κενήκηται. i. Bellum quoddam absq; ferro motum est in Græcia. Significat autem bellum, quod oratione, non armis peragitur. Nam id demum uiris sapientibus dignum. Alioqui ferro cōgredi ferarum est & gladiatorum, quos equidem infra ferarum genus pono. Atq; hæc tum magis erūt prouerbialia, si longius transferantur, ut puta, ad litem forensem, contentionem, aut aliud id genus certamen.

Flet uictor, uictus interijt.

H

XXIII

κλαίει

κλαίει ὁ νικηθεὶς, ὁ δὲ νικηθεὶς ἀπόλωλεν. i. Plorat qui uicit, qui succubuere pempti. Quoties ultra
 q̄ pars magno suo malo discedit. Ita ut plerūq̄ solet in bellis accidere. Item in litibus forensi/
 bus, in contentionibus. Nam Heliodus duas facit Eridas, quarum altera pestifera sit mortali/
 bus, altera frugifera. In priore certaminis genere qui uicerit, discedit improbior, qui uictus sit
 infelicio. In posteriore, qui superior euaserit, discedit clarior, qui superatus fuerit, discedit se/
 ip̄o melior. Tradūt hoc natū a Sybillæ Erythrææ uaticinio, quod edidit de pugna apud Chæ/
 roneam cōmissa. Nam illic Athenienses cum Thebanis uicti, perierunt. Philippus uictor p̄/
 tinus a Paulonia sublatu est. Meminit huius Georgius Gemisthus in Hellenicis. Quāq̄ idē
 olim usu uenit Troianis & Græcis, post insanissimum bellum, pro mala muliercula tot annos
 gestū. Nam Troia funditus euerſa est. Græci uictores, aut in reditu perierunt, aut domi repe/
 riere perniciem.

Timidi nunq̄ statuerunt Trophæum.

XXV

Ἀλλ' οἱ γὰρ ἄδυμνοντες ἄνδρες, οὐ ποτε τρώωμιον ἐπέσωρον. i. At enim Trophæum nobile haud un/
 q̄ uiri Statuere pauidi. Suidas ex Eupolide citat. Apte dicitur in eos, qui per animi ſocordiā,
 inertiamq̄ nihil egregium, nihil arduum audent aggredi. Aut qui periculi metu, a magnis ab/
 ſtinent negocijs. Cum insignis gloria, non nisi magnis periculis contingat. Neq̄ triumphum
 egit quiſq̄, qui non ſit auſus Martis euentum experiri. Eſt ſimile quiddā apud prophetā, non
 nauigare, qui uentos obſeruet.

Vna cum ipsis manipulis.

XXVI

Ἀνταῖς ἐμάλας. i. Cum ipsis manipulis. Cum omnia funditus pereunt, hoc eſt, cum ne glu/
 ma quidem ſit reliquum. Prouerbiu a ruſticis natum uidetur. Refertur a Suida.

Ne Aefopum quidem triuiſti.

XXVII

οὐδὲ τὸν ἀῶσωπον πεπλάτηκας. i. Ne Aefopū quidem triuiſti. De uehemēter ſtupidis & impe/
 ritis. Refert a Suida. Extrat aut̄ apud Ariſtophanē in auib, ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κούηλυ πρὸς ἀγμωμ,
 οὐδ' ἀῶσωρον πεπλάτηκας. i. Indoctus em̄ es, neq̄ ſat ſolers, Neq̄ triuiſti ſaltē Aefopū. Nā antiqui
 tus Aefopi fabellas etiā uulguſ idiotarū tenebat. Haſ igiṛ qui nō legiſſet, nihil ſcire uidebat.

Vulpes bouem agit.

XXVIII

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλάυνει. i. Vulpes bouem ducit. Cū res abſurde gerit̄. Nihil enim uulpi cum
 agricolatione. Veluti ſiquis poeta de rebus ſacris concionetur, Aut leno tractet rempublicā.
 Licebit & ad eum torquere, qui non ex animo, ſed alio ſpectans, fingit ſeſe quippiam uelle fa/
 cere. Extrat apud Suidam.

Non ineſt remediū aduerſus Sycophantæ morſum.

XXIX

Ἀλλ' οὐκ ἔνεσι ſυκοφάντη δὴγματι. i. Aduerſus autem Sycophantæ morſum non ineſt, lubau/
 diendum φάρμακον. i. remediū. Dictum eſt in calumniā, cuius morſus non ſolum pernicio/
 ſiſſimus eſt, uerumetiam ineuitabilis, quod clanculariū plerūq̄. Olim remedia quædam anu/
 lis ineſſe creditum eſt, uelut aduerſus ſerpentium morſus, aut morbum aliquem, aut ſcarnati/
 onem. Ad id alludēs Ariſtophanes in Pluto, ἀλλ' οὐκ ἔνεσι, inquit, ſυκοφάντη δὴγματι. i. Aduer/
 ſus autem Sycophantæ non ineſt Morſus remediū.

Indoctor Philonide.

XXX

Ἀπαδένυρε Θ' ὠλιγνίδος. i. Indoctor Philonide. Hic Melitenſis erat prægrandi corpore, cæ/
 terum inſuſus & indoctus. Notatur aliquoties apud Ariſtophanem, ut mulierofus, & in pa/
 raſitos proſuſus.

Apage hospitem in tempeſtate.

XXXI

Ἀπαγε ξένον ἐν χειμῶνι. i. Apage hospitem in tempeſtate. Dicit ſolitū, ubi quis importunius ad/
 ueniret. Nam moleſtiam adferunt hoſpites, ſiquando in rebus aduerſis & afflictis ſupcrueni/
 unt. Recte accōmodabitur, ſiquando petitur quippiam a principe, negocijs parum latis oc/
 cupato. Admonet item adagium, ne quis externus, domeſticis aliorum malis admilſceat ſeſe.
 Simile quiddam dixit Euripides in Alceſtide, ἄρα τὸν ξένον ſτυγῶ δικάϊω, ἐν κακοῖς ἀλιγμυλίω,
 id eſt, An non mihi iure optimo inuiſus hoſpes, qui in malis aduenerit. Verba ſerui, ad Her/
 culem aduenientem, domo Admetri iam occupata luctu. Rurſus in eadem fabula, λυπεμύοις
 ὄχληρός ἐι μόλοι ξένος. i. Moleſtus hoſpes triſtibus ſi aduenerit.

Dentem dente rodere.

XXXII

Dentem dente rodere dicit̄, qui carpit eum, qui neq̄ lædi queat, neq̄ ſentiat. Aut qui mor/
 det, pari mordacitate præditum quempiam. Martialis libro decimo tertio, in obſectatorem
 quendam.

quendam. Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus est, si satur esse uelis.

Iouem lapidem iurare.

XXXIII

Iouem lapidem iurare dicunt, qui sancte & religiose deierant. M. Tullius epistolarū fami-
liarium septimo ad Trebatium. Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum
scias iratum esse Iouem nemini posse? Sumptum a prisco feriendi foederis ritu, quod a patre
patrato manu tenente lapidem conceptis uerbis peragebat. Quemadmodū describit Titus
Liuius & Macrobius. Vtebant & Arabes lapide in feriendis foederibus, quēadmodū refert
Herodotus in tertio. Adagiū uarie poterit usurpari, Ego tibi sup hac re nō dubitem; uel Iouē
lapidē iurare, id est, quantūuis sancte. Huic iniurato fidē habere malim, q̄ tibi Iouem lapidē,
ut aiunt, iuranti. Iouem lapidē iurabat, nihil istiusmodi cogitatū fuisse, id est, magnope asseue-
rabat. Aulus Gellius in noctibus usurpauit ad hūc modū, Iouem lapidē, inquit, quod sanctissi-
mū iusiurandū est habitū, paratus sum ego iurare Vergiliū hoc nunq̄ scripsisse. Apuleius in
sermone de Deo Socratis. Quid igitur iurabo p Iouem lapidē, Romano uetustissimo ritu?

Cimmeriæ tenebræ.

XXXIII

Multā obscuritatē, aut animi caliginē Cimmerias tenebras appellāt. Lactantius institutio-
nū diuinarū libro quarto, O cæcum pectus, o mentē, Cimmerijs, ut aiunt, tenebris atriorē. Et
hunc uelut æmulatus diuus Hieronymus, ut Lactantiana admirator eloquētiæ. Rogo, inq̄t,
quæ tanta est cæcitas, & Cimmerijs, sicut aiūt, tenebris inuoluta? Natū adagiū a Cimmeriæ re-
gionis p̄digiosa obscuritate. De qua Strabo libro geographiæ primo, scribit in hunc modum,
καὶ μὲν ἢ τῆς κίμμερικός βοσπορος οἰδὲ, τῆς κίμμερικός εἰδώς, οὐδὲ πᾶς ὁ μὲν ὄνομα τῆς κίμμερικός εἰδώς, αὐ-
τῆς ἢ ἀνοώων οἱ κατ' αὐτῆ ἢ μικρὸν πρὸ αὐτῆ μέγας ἰωνίας ἐπέδραμον τῆς γῆς ἐκ βοσπόρος πᾶσα, ἀνίτητ γῆς
ἢ δ' κλίμα φηί χώρας αὐτῆς ζοφώδες ὄμ ἢ ὡς φησιν ἠέρι τῆς νεφέλης κεκαλυμμένοι οὐδέ ποτ' αὐτοὺς ἠέλιος
φαέδωμ ἐπιλάμπειτ ἀλλ' ἐπὶ νύξ' ὀλοὴ τέτατῆ. i. Quin Bosporum quoq̄ Cimmeriū cognouit, ut qui
Cimmerios nō ignorarit. Neq̄ c̄m uidelicet cū Cimmeriorū nomē cognitum habuerit, ipsos
ignorauit, qui tēporibus illius, uel paulo ante illius atatem a Bosporo ad Ioniam usq̄ terram
omnē p̄curfarint. Itaq̄ quo nā in Climate sita sit illorū regio uelut innuit, cū eam caliginosam
facit, & (ut ipsius utar uerbis) umbris ac nebulis tectā, siquidē igneus illos Haud unq̄ irradiat
Phœbus, nox atra sed illis, Ingruit assidue. Porro locus quē Strabo citauit, est apud Homerū
Odissæ undecimo, ἠδ' εἰς πείραθ' ἴκανε βαθυρροῦ ὠκεωτοῦ ἐνθ' ἢ κίμμερικός ἀνδρῶν δῆμος τε πόλις τε
ἠέρι ἢ νεφέλης κεκαλυμμένοι οὐδὲ ποτ' αὐτοὺς ἠέλιος φαέδωμ ἐπιδέμκειτ ἀκτίνεσσιν οὐθ' ὅποτ' ἄμ σεῖχῃσι
πρὸς οὐρανὸν ἀσπρόεντα οὐδ' ὅταμ ἄψ ἐπὶ σάϊαμ ἀπ' οὐρανόθεν προσῆαπκητ ἀλλ' ἐπὶ νύξ' ὀλοὴ τέτατῆ δει-
λοῖσι βροσῖσι. i. Ast ille Oceani peruenit summa profundī Illic sunt populiq̄ & moenia Cim-
meriorū. Nubibus & cæca assidue caligine tecta Illos haud unq̄ rad ijs sol aspicit ardens
Nec quādo astriferū curru petit arduus axē. Nec rursus ad terras magno deuectus olym-
po, Sed nox incumbit miseris mortalibus atra. Cimmeriorū mentionē facit etiā. M. Tul-
lius, libro Academicarū disputationū secūdo. Et Cimmerijs quidē, quibus aspectum solis, si-
ue Deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quē incolebant situs, Ignes tamē aderant
quorum illis uti lumine licebat. Isti aut, quos tu probas, & cætera. Et in hac regione Naso poe-
ta Somno Deo regiā ædificauit, libro transformationū undecimo. Est p̄pe Cimmerios lōgo
spelunca recessu. Mons cauus ignauī domus & penetralia somni, Quo nunq̄ rad ijs oriēs,
mediusue, cadensue, Phœbus adire potest, nebulæ caligine mistæ Exhalantur humo, du-
biaq̄ crepuscula lucis. Apud Græcos cōstanter per duplex. m. scriptum inuenio, tametsi re-
fragatur etymologia, quā adfert Eustathius autumās κίμμερικός dictos, quasi ἢ τῶς ἄερι κειμνύσσι.
Sed uero propius est κίμμερικός uocatos, quasi κειμνύσσι, quanq̄ hic quoq̄. m. simplex.

Frustra Herculi.

XXXV

Εἰκῆ τῶς ἠρακλῆ. i. Frustra Herculi. Subaudi, calumniā struxeris. De his dici consueuit, qui sic
omnia sua negocia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat res
alienas, ui abducere, non dolo. Conueniet aut in uehementer laudatū, probatūq̄, aut in præ-
potentem, quē insimulare tutū nō sit. M. Cato Censorius plus quadragies in ius uocatus fuis-
se memorat, semper iudiciū absolutus sentēt ijs. Hunc Cæsar in Anticatoibus insimulauit aua-
ritia. Id Plutarchus perinde scribit esse, quasi siquis Herculē insimulet ignauia. Nihil em̄ mi-
nus in Herculē quadrat, q̄ hoc criminis. Sunt qui putent congruere, cum aliquis omnia facit
impune, nec a quoq̄ accusatur. Quemadmodum Hercules, aliena consueuit abigere.

Ne in neruum erumpat.

XXXVI

H 2 Terentius

Terentius in Phormione. Verum hoc saepe Phormio uereor, ne ista fortitudo in neruum erumpat deniq;. Quadrat in temerariam, inconsideratamq; audaciam, quæ plarumq; infelix esse solet, & in maximum malum aliquando adducere. Donatus interpres a sagittarijs sumptam metaphoram existimat, qui dum neruum arcualem adducunt immodice, rumpunt non nunq;, idq; non sine suo periculo.

Ipsa senectus morbus est.

XXXVII

Terentius in Phormione. Ipsa senectus morbus est. Prouerbiali figura dictum uidet. Nam in senibus (ut absit) morbus, ipsa senecta per se mala ualetudo est. Vnde illud frequens apud Homerum, χαλεπὴ γῆρας, i. Molesta senectus. Iliados. Θ. Σὴ δὲ βίη λελυτή, χαλεπὴ δὲ τε γῆρας ὀπαρῆ. i. Viribus effœtum, iam te premit aspra senectus. Et apud Vergiliū, Subeunt morbi, tristisq; senectus. Horatius in arte poetica, Multa ferunt anni uenientes cōmoda secū. Multa recedentes adimunt. Iuuenalis, Circūfilit agmine factō Morborū omne genus. Nos, item in carmine de senectutis incōmodis. Tererrima porro Senecta morbus ingens Nullis arceri ue potest, pelli uē medelis Quin de repēte oborta Corporis epotet succos, animiq; uigorem Ebetet. Idem testatur senarius ille prouerbialis, φόβου τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἐρχεται, μόνου. i. Metue senectam, non enim sola aduenit. Itē χαλεπὸν δὲ γῆρας ὄσιν ἀνθρώποις βάρει. i. Pergrauē senectus est onus mortalibus. Huc allusit anus Plautina, quæ tarditatem incessus excusans, ait se graue pondus gestare. Tantum, inquit, hoc oneris quod fero, Quid oneris? Annos septuaginta & quatuor. Itē M. Tullius in Catone Maiore. Quæ plarissq; senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. Aristoteles quinto de animalibus libro, senectutem appellat, νόσον φυσικὴν. i. Morbum naturalē, quemadmodū & morbus, senectus est aduenticia. Propterea quod nonnulli morbi, idem efficiant in homine, quod senectus, & senectus, similia gignat, qualia morbi. Seneca morbum insanabilem appellat. Donatus adscribit uerba Apollodori ex græca comœdia, δὲ γῆρας ὄσιν αὐτὸ νόσημα. i. Ipsa senectus morbus est.

Adrastia Nemesis. Rhamnusia Nemesis.

XXXVIII

Ἀδράστια νέμεσις, i. Adrastia Nemesis, subaudiendum adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit uti, uel in eos, quibus ob insolentiam, arrogantiamq; fortunæ cōmutatione minatur, uel qui a rebus florentibus, ad calamitosam fortunam redacti sunt. Hæc quidam Nemesis deam esse putant, insolentiæ & arrogantiaē uindicem, quæq; spes immoderatas & uetet, & puniat Ἀδράστια dicta, ἀπὸ τῶν ἀσεβητικῶν μοιρῶν ἢ δρασμοῦ, quod nemo nocens meritam poenā uictis effugerit, etiam si quando serius assequitur. Lucianus in meretricijs Dialogis, ἐστὶ τις θεὸς ἢ ἀδράστια, τὰ τοιαῦτα ὄρα. i. Est dea quæpiam Adrastea, uidetq; ista. Euripides in Rheso, Ἀδράστια μὲν ἂν διὸς παῖς, εἰρηγὸς σομάτων φθόρου. id est, Adrastia Iouis filia, Arceas dictorum inuidiam. Idem in eadem fabula, σὺ δὲ ἀδρασεία λέγωμι. id est, Volente uero dixerim hoc Adrastia. Idem testantur etiam Epigrammata, ἡ νέμεσις προλέγα τῷ πῆχτι τῷ τε χαλίνῳ μήτ' ἀμεξόντε ποίει, μήτ' ἀχάλινα λέγειμι. id est, Innuit hoc Nemesis cubito, frenoque gerendis Sit modus in rebus, dictaq; frenum habeant. Item aliud, ἡ νέμεσις πῆχον κατέχω, τίν' οὐνεκα; λέξεις πᾶσιρ ἀπαγγέλλω, μηδὲν ὑπερ τὸ μέτρον. id est, Contineo Nemesis cubitum. Quæ causa, requires. Nam cunctis iubeo rebus adesse modum. Strabo libro Geographiæ decimotertio, Adrastia dictam tradit, non ab aufugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit, idq; Antimachi poetæ uersibus confirmat, ἐστὶ δὲ τις νέμεσις μεγάλη θεὸς ἢ τάδε πάντα πρός μακάρων ἔλαχεν. βωμόν δὲ οἱ εἶσαν πρώτῃς Ἀδρησῶν ποταμοῦ παρὰ ῥοῶν αἰσῆσι ποιοῦντα ἐνθα τετίμηται τε καὶ ἀδρήστια καλεῖται. id est, Est quædam Nemesis dea magna, cui omnia quadam hæc sunt data sorte deum. Ast huic primus condidit aram Adrastus, iuxta Aesopi sacrata fluenta Atq; inibi, coliturq; tenetq; Adrastia nomen. Huius Adrastia mentionem facit & Plato in Phædro. Zenodotus originem adagionis ad huiusmodi fabulam refert, quam equidē non admodum sane lubens, adscribam tamē ne lectorem auidum hac fraudasse uidear. Eteocles & Polynices, post interitum Oedipi patris, de regno Thebanorum hac lege pacti sunt, ut imperium alternis annis administrarent. At Eteocles (Nam huic sorte primus obtigerat annus) exacto tempore, recusauit fratri uices regni tradere. Itaq; Polynices repulsus, in Adrastia ditionem Argos profugit, noctuq; appulit. Hic cum forte Tydeum esset nactus, qui ob eandem perpetratam e Calydone profugerat, cum eodem prælium conseruit, inter quos clamore, tumultuq; coorto, interuenit Adrastus, & pugnantes diremit. Atq; ibi simul recordatus oraculi cuiusdam, quo monitus fuerat, ut Capro & Leoni filias suas in matrimonium collocaret utriq;

vet, utruq; sibi generū asciuit. Habebāt enim in clypeis, alter capri, alter leonis figurā, Pollicitusq; est se utruq; restitutorū in patriā. Cūq; primū Polynicis nomine Thebas fuisset adortus cælis Argiuorū optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorū cadauera, cū Thebani insepulta abijcerent, neq; sepultura dignarentur, liberi cætorum ad aram misericordiæ confugientes parentum cadauera reposcebant. Atheniensibus exercitū admouētibus, Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Euadne Capanei uxor, semet in rogam abijciens una cū uiri cadauere combusta est. Post id temporis filij Argiuorum, qui perierant ad Thebas, nullam unq; reportarunt uictoriam, suis partam auspicijs, sed stipēdiarij pro externis militabāt. Diogenianus parcemiam effert ad hunc modum, ἡ νέμεσις πρὸς πόδας βαίνει. i. Nemesis ad pedes adest. Eadem appellatur Rhamnusia a Rhamnunte, Atticæ loco cognominata, ubi quē admodum ostendit Zenodotus huic Dæx statua est, solido lapide, decem cubitorū magnitudine, Phidiæ opus. Fingebatur autem olim Veneris specie, quamobrem & malum arborem dextra tenebat, ut autor est Eudemus. Hoc adagiū quācūq; separauit Zenodot⁹, mihi tamē uisum est cum superiore coniungere, cū nihil intersit præter cōmutatam cognominis uocem.

Risus syncrusius.

XXXIX

ῥέλωσ σγκρούσι. Risum effusorem, Græci σωκρούσιον uocant, quod hominē quatit, quem eundem quidam existimant Sardoniū esse. Putant autem, & recte putant, hūc risum graui uito uehementer indecorum esse, propterea quod uideatur ab animo impotente proficisci.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum.

XL

ῥόδον πρὸς ἑλθὸν μὴ κέτι ζήτει πάλιν. i. Ne quære rursum præteritam semel rosam. Ne te maceres desyderio rerum, quæ reuocari, restituiq; non queunt, uelut exactæ iuuentæ, formæ, uiriū fortunæ. Nam ut nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum. In eūdē sensum dixit in odis Horatius, Mitte sectari, rosa quo locorū fera moretur. Habent enim rosæ suū tempus, sed per breue. At exquisitius delicati, etiam alieno tempore rosam quærūt. Vnde quadrabit & in eos qui iam ἔξωροι uoluptates sectantur, ueluti si nucibus ludat uir, aut amet potitet ue senex.

Rosam cum Anemona confers.

XLI

ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίψις. i. Rosam cum Anemona confers, ubi quis uehementer imparia, inter se componit. Rosa priscis in precio fuit. Anemona papaueris genus, cuius flos specie quidē rosam imitatur, cæterum nulla odoris gratia.

Rosas loqui.

XLII

ῥόδα μὲ εἴρηκας. i. Rosas mihi locutus es. Id est, uerba gratissima, & rosarum instar amabilia. Suidas ex Aristophane citat. Cui diuersum est illud ex Aulularia Plauti, lapides loqueris, qd̄ illi dicta quasi cerebrum excuterent.

Rhodiū sacrificium.

XLIII

ῥόδιοι πλὴν θυσιῶν. i. Rhodienses sacrificium, ubi res iurgijs & uerbis male ominatis peragit. Refertur a Diogeniano. Idem est cum eo, quod paulo superius retulimus, λίνδιοι πλὴν θυσιῶν. i. Lindij sacrum. Nam Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano, a qua deductum uideri possit Londinum apud Britannos, quam urbem Stephanus Lindonium uocat, citatq; Marcianum autorem. Siquidem utraq; insula est, Rhodus & Britannia, ac uetus eius gētis lingua, quæ nunc Vualica dicitur, satis indicat, eam aut profectam a Græcis, aut certe mixtā fuisse, Ne mores quidē admodum dissident, a græcanicis.

Rhodiorum oraculum.

XLIII

ῥολίωμ χησιμὸς. i. Rhodiensium oraculum. Vbi quis de re minuta nimium crebro, nimiumq; diligenter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lindiæ Dianæ sacrificantes, dies aliquot apud aram Dæx, cōuiuia progabant, atq; inibi perpetuo manebant. Cūq; illis mos nō esset, matulā in sacrificium inferre, ac super hac re deum consuluissent, atq; ut inferrent, respondisset, illi rursus, ambigere cœperunt, utrum aream, an testaceam inferre deberent, ac denuo super hoc adeuntibus oraculum indignatus deus, neutram respondit. Refertur a Diogeniano.

Rusticanum oratorem ne contempseris.

XLV

Ἀγροίκου μὴ καταφρόνα ρήτορος. i. Rusticanum ne contempseris rhetorem. Admonet adagiū ne quē ob imperitiam, infantiam ue fastidiamus. Neq; spectemus a quo, quo ue pacto dicat, sed quid. Qui ualent eloquētia, nō pinde curandū est, quid minent, aut polliceant. At penes quos rusticana ueritas est, si quid uel inculte dixerint, haud quācūq; oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus solent efficere, q̄ loqui. Autor Diogenianus.

H 3

Rus ciuitas.

Rus ciuitas.

XLVI

Ἀρχὸς ἢ πόλις. i. Rus ciuitas, ubi quis in urbe neglectis legibus, ui, proq; sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo uiuif, in agris licentius agitur. Epicharmus apud Diogenianum, ἀρχὸν πλὴν πόλιν ποιῆς. i. E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem in qua legum non magnus habetur respectus. Huc allusit Seneca in ludicro libello, quē lusit in Claudio imperatorem. Vos mera mapalia fecistis, uolo seruetis disciplinam curiæ.

Cicernus Bacchus.

XLVII

Ἐρεβίνθεος διονύσιος. i. Cicernus Bacchus. De re uehementer contempta. Sumptum adagiū a potu ex leguminibus confecto, qui uinum imitatur. Veteres autem diuersis ratiōibus uinū effingebant, quarum nōnullas cōmemorat Plinius libro decimoquarto, capite decimosexto. Idem alibi meminit de Zitho Aegyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruisia Gallorum. Erat id potus genus ex leguminibus, coctum, quod inopia uini repertum est in his regionibus, quæ uitem non ferunt. Hinc natum uideri potest & illud, quod alibi retulimus adagium, οὐδὲν πρὸς διονύσιον. i. Nihil ad Bacchum, ut id dixerit quispiam gustata ceruisia. Porro contemptam fastiditamq; fuisse ceruisiam, ijs qui eatenus aslucucrant uino, uel Epigramma testatur, quod Iuliano Imperatori tribuunt. Id est huiusmodi, τίς; πόθην εἰς διονύσιον; μὰ γὰρ τὴν ἀληθεῖα Βάκχου, οὐδ' ἐπιγινώσκω, δὴ διὸς οἶδα μόνου, κἄντος νέκταρ ὄλωδε, σὺ δὲ τράγοι, ἢ γὰρ σὲ κελτοὶ τῆ πενίῃ βοτάνων τέυξαι ἀπ' ἀσαχύνων, τῶ σέ γ' ἢ καλέω, δημήτριον, οὐ διονύσιον, πυρογενῆ μάλλον, κατὰ βρομίον, οὐ βρομίον. i. Bacche quis: unde uenis: Verum tibi deiero Bacchum, Te haud noui, tantū est cognitus ille Iouis Is nectar redolet, hircum tu, dic age num te Espicis finxit Callia uitis inops: Nō igitur Bacchum te dixerō, sed cerealem, Et frumentigenam, nec Bromium, immo Bromū. Est autem Bromos hordei genus quoddam. Sed a Theophrasto libro de plantis octauo, inter ea ponitur, quæ pene siluestria sunt & imitia. Neq; uero repugnarim, sicui magis libeat ad ritum factorum Bacchi referre prouerbium, in quibus imitamina membri obscœni uirilis, capitibus, ac femoribus obligabant, atq; ita saltabant in honorem dei. Eas figuras Græci Phallos uocant, unde & apud Terentianū grāmaticū cognomen Phallici carminis, qui ferebāt φαλλοφόροι, & ἰδύφαλλοι dicebantur. Alludit huc Aristophanes in Acarnensibus, σφῶν δ' ὄξιν ὄρδός ἐκ γέθ' ὁ φαλλὸς θῆσπιθι φθι καικφόρου ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν, ἄσομαι τ' φαλλικόν. Effingebatur autē olim hoc membrum e ligno ficulno, quod mollitici dedicauit antiquitas, unde & Horatius eodem e ligno suū Priapum excalpsit. Seruius existimat Maronem item Georgicorum libro secūdo de ijs phallis sensisse, cum sacra Bacchi describens de pensilibus oscillis facit mentionē, Oscilla ex alto suspendit mollia pinu, Ea scribit e floribus concinnari solere, ad imaginem obscœni uirorum membri, ac per intercolumnia suspendi, quo qui in ea incidissent, risum mouerent. Hinc igitur Baccho cognomen Erebinthi, quem eundem simili de causa Morychum appellarunt, uidelicet facilitate numinis contemptum inuitante.

Ne quare mollia, ne tibi contingant dura.

XLVIII

Μὴ τὰ μαλακὰ μῶεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχης. i. Ne quare mollia, ne dura feras. Refertur a Phurnuto in opere de natura Deorum, capite de musis, & ita refertur tanq; uulgo iactatum. Cōgruit in eos, qui dum nimis improbe, ac morose petunt, quæ uolunt, offensis ijs, a quibus petunt, accipiunt ea, quæ nolunt. Aut in eos, qui dum præter modū captant uoluptatem, incidunt in molestiam.

Ne Execestides quidem uiam inuenerit.

XLIX

Οὐδ' ἔγκεισίδης ἄμ' εὐροι, πλὴν εὐδῆαμ ὁδόν. i. Ne Execestides quidem rectam uiam inuenerit. De negotio perplexo atq; inexplicabili. Execestides quidam uulgo male audijt, quod immodicus esset in peregrinationibus, ut omneis uias q̄maxime cognitas haberet. Idem taxatur ab Aristophane in Auibus, εἰ δὲ δούλός ἐστι καὶ ἴσασσ' ἔγκεισίδης. i. Quod si seruus est & Car quē admodum Execestides. Vnde dici cœptum de his, qui tota aberrassent uia, aut qui difficili, in explicabiliq; negotio distringerentur.

Hermonium officium.

Ἐρμώνιος χάρις. i. Hermoniū beneficiū. Quoties aliquis studet officij causa uideri facere, qd' alioqui coactus facit, non quo cōmodet cuiuspiam, sed quod non liceat secus agere. Hæc parœmiā ad huiusmodi referunt fabulam. Gens quædam Pelasgica, quæ Lemnum incolebat, nauibus transmisit in Bæbronem Atticæ regionem, Atq; ex ea muliēres raptas abduxerunt. Post ubi pestilentia laborarēt, oraculo iussu sunt Atheniensibus satisfacere, atq; ita futurū, ut pesti-

lentia

lentia liberarent. Athenienses rogati, quo pacto placari uellent, denūciarūt, ut Lemno decederent. Hanc cōditionē cū audissent Pelasgi, p iocū respōderunt, id facturos sese, si quis Borea uento, unius dici nauigatiōe, ab Athenis Lemnū transmitteret. Euenit deinde, ut cū Darius in Thracia agēs, omnia undiq; subigeret. Miltiades dux Atheniensīū e Cherronneso soluēs, Lē non aggredere, Pelasgis denūciāns se Borea, uniusq; dici cursu adesse. Itaq; Hermon Pelasgorū princeps Lemno cessit. Idq; cū Darī metu cōpulsus faceret, ad simulabat tamē se uolentē cedere, quo gratū faceret Atheniensibus. Simplicius quidē Pamphilus ille Terētianus, negans liberi hominis officiū esse, cū nihil mereat, postulare id sibi gratiæ apponi. Atqui in principum aulis, atq; adeo passim in omni mortaliū cœtu Hermonū istiusmodi plena sunt omnia, qui cū maxime beneficiū dare uident, tum maxime cōmodis seruiunt suis.

Ex arena funiculum nectis.

LI
 Ἐξ ἄμμου χοινίου πλέκεις. i. Ex arena, fune nectis, in stulte, frustra q; conantē quippiā dicebat aut ubi quis ea cōnectere laboret, quæ nequa q; cohæreāt. Apposite dicei in orationē, aut syllogismū male cohærentē. Ut affine sit illi, Arena sine calce, & dissolutæ scopæ. In sūma quadrabit in quiduis ἀδύνατον καὶ ἄτοπον, ut ptineat ad illā formā, Laterē lauas, &, Aethiopē dealbas.

Alcedonia sunt apud forum.

LII
 Quod dixit in Cassina Plautus, Alcedonia sunt circa forū. Prouerbij speciē gerit. Significatur hac uoce tranquillitas & silentiū. Extat etiā in Græcorū cōmentarijs huiusmodi puerbiū, Ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγεις. i. Alcyonios agis dies, de trāquillam & ociosam agētibus uitā. Aristophanes in Auibus, Ἀλκυονίδας τ' ἄν ἦγε θ' ἡμέρας θεῖ. i. Atq; Alcyonios duxit assidue dies. Ab aue quadā marina ductū adagiū, quæ Græcis Alcyon dicit, Latinis Alcedo, ut autor est. M. Varro libro de lingua latina tertio, nequis Plautinū uerbū deprauatū esse putet. Fabula de Ceyce & Alcyone est apud Ouidiū. De aue sic refert Plinius libro decimo, capite trigesimo secūdo, Alcyone paulo amplior est passere, colore Cyaneo ex parte maiore, tātū purpureis & candidis admixta pennis, collo gracili, ac procero. Ea foeticat bruma, qui dies Alcyonides uocant. Neq; apparēt nisi mari trāquillo, maxime Siculo. Faciunt autē septē ante brumā diebus, nidos, & totidē sequētibus pariūt. Hi dies & nautis sunt noti. Nā in his tēpestatē nō metuūt. Nidificant autē medio in mari. Nidi pilæ figura paulū eminenti, ore per q; angusto, grandīū spongiarū similitudine, ex spinis aculeatis cōpacti, tāta duricie, ut ferro incidi nequeāt. Frangunt ictu ualido, ut spuma arida maris. Hactenus Plinius. Lucianus de trāquillitate Halcyonidū dierū testat in dialogo, cui titulus Ἀλκυών. Vergilius inter prognostica futuræ tēpestatis, hoc quoq; refert, Nō tepidū ad solē pēnas in littore pandūt Dilectæ Tēthydi Halcyones. Meminit harū & Theocritus Idyllio septimo, Ἥ αλκυόνες σοφειῦντι τὰ κύματα, τ' ἴ γε θάλασσαν τὸν τε νότον, τόν τ' ἔβρον, δεῖ ἔχεται φυκία κινεῖ Ἀλκυόνες γλαυκαῖς νηυσὶσι ταῖτε μάλινα ὀρνίθων ἐφίλαδον, ὅσους τέ περ ἔξ ἄλως ἄγεις. Halcyonesq; undas sternūt, pelagusq; notūq; Atq; Eurum extremā motantē flatibus algam, Halcyones quas inter aues Nereides omnes Vnice amāt glaucæ, quæcūq; ex æquore pastum, Venantur.

Empedoclis simulas.

LIII
 Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. i. Empedoclis simulas, dicebat ptinax & irrecōciliabilis. Empedoclem enim aiūt ijs fuisse moribus, ut assidue simulatē cū aliquibus susciperet, easq; ptinacissime exercebat. Quadrabit etiā, ubi qs leui de causa ex amico sit inimicus. Refert a Diogeniano. Suidas ex Lysia citat hæc uerba, ὦ μὴ δ' ἔγωγε τοιαύτη φιλία σωτηριώδης, ὥσε μὴ δ' ἄρ τ' ἔμπεδοκλέους ἔχθρα μ' ἔμπεδῶν ἡμῖν γενέσθ'. i. Ego sane putabā nos eiusmodi necessitudine copulatos esse, ut ne Empedoclis quidē simulas nobis posset obstare, Referēdū ad illud, quod alio dictū est loco, Odium Vatinianū, &, Odium nouercae.

Pluris est oculatus testis unus, q; auriti decem

LIIII
 Plautus in Truculento, Pluris est oculatus testis unus, q; auriti decē. i. Longe maior est habenda fides referētibus ea, quæ uiderint oculis, q; ijs, qui narrāt ab alijs audita. Idē innuūt poetæ duas apud inferos insomniorū fingentes portas, alterā eburnā, p quā falsā insomnia ueniunt ad superos, alterā corneā, p quā uera. Vergilius Aeneidos sexto Homerū imitatus. Sunt geminæ somni portæ, quarū altera fertur Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris Altera candēti pfecta nitens elephanto. Sed falsā ad cœlū hac mittūt insomnia manes His ubi tum natū Anchises, unaq; Sibyllam Prosequit dicitis, portaq; emittit eburna. Scruius interpretatur p corneā portā, oculos intelligēdos, quod colore sint corneo, Per eburneā, dētes nimirū

H 4 osses

offeas & cãdidos. Per cornẽa egredi ueras umbras, quod ea demũ certã, quã cõspicimus oculis, Per eburnã falsas, quod uana plærũq; soleant esse, quã fama p̄cipiunt. Itaq; Aeneas p̄ eburnam portã dimissus, significat pro falsis habẽda, quãcũq; de inferis narrarit poeta.

Vulpi elurienti somnus obrepit.

LVI
 Πενώσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται. i. Esurienti uulpi somnus obrepit. Vbi quis inopia cibi, dormit. Nam nõnullis pauperibus somnus loco passus est. Testante uersiculo illo puerbii instar celebrato, ὕπνος δὲ πέναν τῆ κακέρχαρμ δαμά. i. Somnus domat famem, malorũ pessimũ. Pauperem autẽ uulpem appellat, quod callida sit inopia, & multarũ repertrix artiũ, iuxta illud, quod alibi retulimus, πενία τῆ σοφίαν ἔλαχε. i. Paupertas sapiẽtiã sortita est. Neq; perperã diceĩ & in illos, qui dissimulant, cõniuentq; ad quãdã, ut p̄ occasionẽ aliquid cõmodi ferant. Siquidẽ uulpes urgente fame somnũ adsimulat, ut allectas aues, capiat, deuoretq;. Fit autẽ hoc physica quãdã ratiõ, ut famẽ ac sitim extinguat somnus. Adagiũ recensuit Diogenianus.

Ad Deorum aures peruenit.

LVI
 Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθε. i. Ad Deorũ aures peruenit. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, resciscit ab ijs, qui possunt uel remunerari recte factũ, uel punire secus admissum. Sic enim imaginant̄ poetã, quã recte, secusue gerant̄ in terris, ea per Mercuriũ explorata referri Ioui. Is deinde cõsilio Deorũ cõuocato, de pœna statuit. Est illud etiã nũc solenne, in principũ & pontificum literis. Ad nostras aures peruenit. Paulo diuersius pastor ille Vergilianus, Et quoties, & quã nobis Galatea locuta est Partem aliquã uenti diuũ referatis ad aures. De rebus egregijs/ quasq; Deorum auribus dignas iudices.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij.

LVII
 Δεοὶ πλέκα τὰς μηχανὰς ἀγύπσιοι. i. Nectunt stupendas machinas Aegyptij. De uersutis & (ut ait Plautus) cõsutis dolis dictitatũ. Torqueri potest, & in perplexas sophistarũ argutias, ac syllogismorũ inexplicabiles labyrinthos. Celebrabant̄ olim Aegyptiorũ opa ex uarijs lignorũ frustulis miro quodam artificio cõnexa. Quorũ est & Herculanus nodus. Adagiũ hoc cognatum est illi, quod alibi retulimus κασιώτικον ἄμμα. i. Cassioticus nodus. Cassiũ enim in Aegypto est, quemadmodũ paulo superius ostendimus.

Aceseĩ & Heliconis opera.

LVIII
 Ἀκέσῳ, ἢ ἑλικῶνος ἔργα. i. Acesei & Heliconis opera. Quã singulari artificio cõfecta uidentur, sic antiquitus appellabant̄. Locũ prouerbio fecerũt, duo quidam celebratã artis artifices. Aceseus natione Patarensis, & Helicon Carystius. Hi primi cõtexuisse dicunt̄ peplum Paladis Poliadis, id enim cognomen Minerat, quã in arce Atheniensium colebat.

Acesias medicatus est.

LIX
 Ἀκεσίας ἰάσαρ. i. Acesias medicatus est, dici solitũ de re, quã semp uergeret, in deterius quoq; magis accuraret, hoc peius haberet. Occasionẽ adagio dedit Acesias quidam medicus impertus & stupidus, qui dũ cuidã pedũ dolore laboranti mederi studet, auxit dolorẽ. Vnde Aristophanes, ἀκεσίας, inquit, τὸ πῶκτ' ἰάσαρ, Quod ea pars, quantumuis cures, tamen per se semper inquinetur. Autor Diogenianus.

Agamemnonij putei.

LX
 Ἀγαμεμνόνα φρέατα. i. Agamemnonij putei. De nouis & admirãdis operibus dicebat. Auit enim Agamemnonẽ & circa Aulidem, & passim in omni Grãcia puteos effodisse, ne p̄ astum aquarũ inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

De fera comedisti.

LXI
 Ἀγρίου βέβρωκας. i. De fera comedisti, Dicebatur olim oscitanti. Nã uulgo creditũ, carnẽ ferinã comestam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commode transferatur ad supinos, oscitabundos & negligentes.

Ruris fons.

LXII
 Ἀγοῦ πηγῆ. i. Ruris fons. De nimiũ laboriosis, & p̄petuo operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menedemũ Teretius, Cõueniet itẽ & de negotio laborioso, cuiq; nũq; exhausti satis est. Nã hoc ipsum uerbũ, πηγῆ hyperbolem habet copiat, non tantũ apud Grãcos, uerũ etiã apud Latinos.

Aesopicus sanguis.

CXIII
 Αἰσώπειον ἄμμα. i. Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quẽdã nihil cõmeritũ interemerũt, Eamq; ob causã iratũ numen dira illis uaticinabat. Sunt qui putent hunc Aesopũ esse, cuius nomine ferunt̄ apologi. Tradũtq; huiusmodi quãdã super illius interitu, tamen si fabulis q; uero p̄piora

ro ppiora. Cū Delphos pfectus gētis illius irā in se cōuitijs & cōtumeliosis apologis cōcital/ set, Delphi sacra phiala in huius perā clanculū imposta, Phocidem cōsecuti, cōprehensum sa/ crilegij damnarūt, obtestantēq; ac dira imprecantē prācipitarūt. Mox oborta pestilentia, cō/ sulum oraculū, admonuit, ut Aesopi manes placarent, itaq; Delphi monimentū Aesopo cō/ stituerūt, Ceterū Græciæ principes, & eruditi, simulatq; cognouissent, indignā Aesopi mortē, Aesopicū sanguinē ultri sunt, sublatis ijs, qui mortis fuerāt autores. Vnde dici solitū, aut ubiq; prater meritū acerba patere, aut ubi ppter laesam innocentia irati superi, poenā immittere ul/ derent. Meminit huius historiae Plutarchus in cōmētario, cui titulus. *περὶ τῶν ἐν τῷ θεῷ βραδύων* *τιμωροῦ μύλων*, Nempe Aesopū multā auri uim accepisse a Cræso, uti Delphis splendide sacri/ ficaret, & Delphoz singulis, quatuor minas distribueret. Verū cū incidisset illi, nescio qd dissi/ dij cū Delphis, sacrum quidē fecit, Ceterū pecuniā, quā acceperat distribuendā, Sardis misit, Del/ phos, indignos iudicans eo beneficio. Quāobrem irati, sacrilegij condemnatū, prācipitarunt/ e rupe, quā Hyampeiam uocant. Eo facto, deus indicauit terræ sterilitatē, & morborū prodi/ giorū uim instare. Proinde territi Delphi, in publicis Græciæ cōuētibus, assidue per præco/ nē clamabāt, si quis esset, qui poenas Aesopi nomine de se uellet sumere. Tandē tertia genera/ tione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorū, qui Aesopū Sami emerāt. huic cum poenas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodem in loco Plutarchus dici/ solere, quoties fero poena datur.

Manum ferulæ subduximus.

LXIII

Et nos manū ferulæ subduximus. i. nos quoq; literas didicimus, & præceptorū opera sumus/ usi. Nā antiquitus literatores discipulorū manus ferula cædebāt. Vnde manū ferulæ subduxit/ se dicunt, qui deserūt in ludo literario uersari, neq; iam pueri docendi, sed utcunq; docti sunt. Iuuenalis in prima Satyra, Et nos ergo manū ferulæ subduximus, & nos Cōsiliū dedimus Syl/ lā. Hieronymus, Subduximus accipere uide, p eo quod est, subieccimus, supposuimus. Sic enim scribit ad Domnionē, Et nos didicimus literas, & nos sæpe manū ferulæ subduxim⁹. Ni/ si forte manū ferulæ subducere pueri dicunt, cū metu plagæ subtrahunt manū.

Aetnæus cantharus.

LXV

Αἰτναῖος κἀνθάρος, i. Aetnæus scarabeus. De magnis & fædis. Aristophanes in pacc, *οὐκ οἶδ'* *ὅποι εἰσὶ γὰρ αἰτναῖοι μέγιστοι κἀνθάροι*. Aetnæum autē dixit, quasi prægrandem, uel quod in Aet/ na uarij, maximiq; Scarabei sint, Vel Aetnæos dixit, tanq; instar Aetnæ mōtis maximos. Por/ to Scarabeus insecti genus, quod e stercore, ut nascit, ita pascit. Fabulis quoq; ante proditum/ est Aetnam unū e Gigantibus præcipuū cōplexam fuisse, ac seruasse, ne cū reliquis periret ful/ mine. Vnde & illud, *οὔτε πῦρ οὐράνιον ἐπ' αὐτὸν ἦλθεν, οὔτε αἴτην πῖζει αὐτὸν*. i. Nec ignis coelestis il/ lum attingit, nec Aetna illum premit. Autor Diogenianus.

Ex tua officina.

LXVI

Nihil iam hac figura tritius. Ex tua officina, ex aliena officina. Ex nostra officina depromi di/ cunt, quæ a nobis inuenta, nostraq; ingenio perfecta sunt. Ex aliena, quibus ab alio mutuo sū/ ptis utimur ut nostris. Nā officina locus ubi opifices suas exercēt artes. Sūpta metaphora ab/ ijs, qui aliena opera in suis uendunt tabernis. Hoc quo lōgius traducetur ad res animi, hoc fue/ rit lepidius, ut hoc consilij, quis non intelligat e tua prodisse officina? Totum hoc negocij tuæ/ fuit officina.

Extra chorum saltare.

LXVII

Ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, i. Extra chorum saltare dicit, qui dicit aut facit, a re quā pposuit, alienum/ aliquid. Etenim qui choros agūt, certis limitibus, certisq; numeris adstricti mouent, ut liberū non sit, quolibet euagari. Quod si quis discrepet a lege chori, ridiculus habeat.

Exordiri telam.

LXVIII

Plaræq; metaphoræ, quæ ducunt a tēxtrina, prouerbij faciē præ se ferunt. Plautus in Bacchi/ dis, Exorsa hæc tela est, nō male omnino mihi. Rem enim, quā arte, cōsilioq; instituim⁹, ex/ ordiri dicimur. Et reteximus, quæ denuo refingimus. Itē illud ad Herenniū, Ego te iā detexā ab exordio. i. ab initio uitæ explicabo qualis sis. Cognatū illi, quod alio cōmemorauim⁹ oco.

Ea tela texit.

In caducum parietem inclinare.

LXIX

Prouerbiali figura, in caducum parietem inclinare dicimur, cum nitimur, confidimusq; rel/ parum firmæ, ducta metaphora ab ædificijs. Hadrianus imperator de Cōmodo adoptato & imperij successioni destinato, dictitare consueuit, in caducum parietem inclinamus, & perdi/ dimus quater milies sestertij, quod populo & militibus, pro adoptione Commodi dedimus.

Caducū

Caducum autem parietem uocabat, quod esset ualctudinarius, & rebus gerendis inhabilis esse uideretur. Item qui scnis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis uitæ præsidia collocat, recte dicitur, in caducum inclinare parietem. Huic proximū est illud Maronis, In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioni arundineo inniti.

LXX

Ad eandem formam pertinet, quod apud Hebræos in puerbio fuisse uidetur, Arundineo inniti baculo, de eo, qui spes suas figit in his, qui nō solum nō possunt esse præsidio, uerumetiam noceant destituto. Siquidē arundineus Scipio, nō modo nō sustinet innitentē, uerumetiam manū penetrat, ac uulnerat. In libris Regum, & item apud prophetam Esaiam, Aegyptus, & Aegypti rex baculus arundineus dicitur, cuius fiducia bellum suscipiebatur, & futurum, ut is cōfractus, nō solum nō fulciat innitentē, uerumetiam manū illius perterebret. Nō admodū abuduit ab illo, quod alibi retulimus, Ficulnū auxilium.

Homo Bombylius.

LXXI

Βομβύλιος ἄνθρωπος, i. Bombylius homo, dicitur uerbosus, multiq; strepitus, cæterum inutilis. Bombylius Græcis, apis genū, a sonitu (sicuti uidetur) appellatū, ingens, sed ad melleficiū inutile, fauos sibi necit eluto. Adagium apud Zenodotū refertur.

Buthus obambulat.

LXXII

Βούθος περιφοιτᾷ, i. Buthus oberrat. De leuibus, ac stolidis dicebatur, A moribus Buthi cuiusdam athletæ, qui uicerat in Pythijs ludis. Huius meminit Cratinus ἐμ χείρῳσι, teste Zenodoto. Fieri potest, ut huic id nominis inditū fuerit, ab edacitate, quod solidos boues uorare soleat. Nam cognominatus est & Hercules Βουθίνας, quod aliquando esuriens, quendā e bubus Theodamantis, quibus ille terram proscindebat abductum occidit, ac uorauit. Vnde uidetur dici posse in edaces, hoc est, Βουφάγους.

Bunas iudex est.

LXXIII

Βούνας δικάζει, i. Bonus iudicat. In nōnullis codicibus scriptū est Βουλέας, non Βούνας, Vbi lis in longum proferit, nec unq; explicatur. Qui mos nunc est perditissimis aduocatis nostri tēporis, ut subinde nouam reperiant causam producendæ litis, quo plus nummorū extorqueant a litigatoribus. Patrocinia nata a Buna quodam Atheniensi, cum esset cōtrouersia inter Calydones & Eleos, utriq; rem ad arbitriū Bunæ detulerunt. Cōuenerat autē, ut a manibus temperarent, donec ille de negotio pronunciaffet. Quod ubi sensisset Bunas, de industria, audiebat quodam utraq; partē, cæterū per fictas occasiones rem in longum distulit, nec unq; de lite uoluit pronunciare. Autor Mnascas apud Zenodotum.

Bos sub iugum.

LXXIII

Βοῦς ἐπὶ ζυγῶν, i. Bos sub iugum, ubi quis assidue laborat, aut ubi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductum a bubus agricolis. Quin & hic erit locus utendi, cum negabimus aliquē ad id trahendū negocij, ad quod administrandum parum sit idoneus, sed eum qui sit aptus, quod bos iugo ducendo natus uideatur, nō item canis, aut ceruus. Proinde confine fuerit illi quod alio positum est loco, Bos Clitellas.

Tenui filo.

LXXV

Tenui filo, pro stilo subtiliori, minusq; grandiloqua oratiōe. Nam Rhetores tres faciūt orationis χαρακτήρας, grandem, tenuem, & mediocrem, sumpta metaphora a nentibus, aut certe a textoribus. Horatius, Tenui deducta poemata filo. Ausonius in oratione qua Gratiano imperatori de consulatu gratias agit, Tenuiori filo (ut dicitur) deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crasso filo, crassiore filo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem Theologicā.

Tenui uena, Diuite uena, tenui canale.

LXXVI

Rem eandem alia reddunt metaphora, cū aiunt, Paupere uena, benigna uena, diuite uena. Venā autē appellant indolem, & uim genuinā ingenij, translatiōe ducta, uel a fontibus, quorum alij angustiore uena manant, alij tanta, ut flumen ingens efficiant, uel a metallis, quorū etiā uenæ nō genere tantū, sed & copia differūt. Simillimū his est, quod ait Quintilianus libro undecimo, plenior tamē hæc canali fluunt, uos Albani tumuli atq; luci.

Nec propius ferire.

LXXVIII

οὐδ' ἴκτας βάλλει, i. Ne propius quidem ferire dicuntur, qui procul absunt a Scopo, multoq; interuallo aberrant a re proposita. Sumptū est ab imperitis sagittarijs, cuiusmodi cum Diogenes ille Cynicus cōspexisset, p̄xime scopū cōsedit, rogatus, quid sibi uellet, ne me feriat, inq; inueniens

innuens quiduis illum taeturū potius q̄ scopū. Ergo qui nimīū aberrāt a signo, οὐδ' ἴκτας βάλ-
λαμ dicebant, prinde ualet, quasi dicas, οὐδὲμ ὅμοιον. i. Nihil simile, Ἀρ σκοποῦ dixit Homerus.
Usurpauit hoc adagiū Plato libro de Rep. nono. Huc alluisse uidetur Lucianus in Dialogo,
quē inscripsit, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. μὴ γὰρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίον, μηδὲ ἐγγύς. i. Neq̄ enim esse me tā
tis laudibus dignā, ne prope quidē. Item Aristides in Meltiade, οὐκ ἔσι ταῦτα, οὐδὲ ἐγγύς. i. Mul-
tū abest, ut hæc ita se habeant. Adagiū hoc referendū in gregem illorū, quæ cōmemorauimus
alibi, φθὶ δῆρας ἀμαρτάνειμ & toto errare cœlo, & tota errare uia.

Diolygium malum.

LXXIX

Διωλύγιον κακόν, i. ingens malum, ipsa loquēdi figura puerbialis est. Vtitur hoc adagio Pla-
to in Theæteto, Diolygiū aut̄ pprie significat maximū, quodq̄ q̄diutissime durat, Plato, ταῦ-
τα οὐδὲ διωλύγιος φλυαρία δόξαμ εἶναι, καὶ δικαίως, οὐ καὶ γὰρ ἄλλου λεγόμενον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγί-
σου φληνάφου. i. Nonne hæc uel maxima nugamenta uidebunt̄? Sane uidebunt̄, & quidem me-
rito. Nō iuxta deliramenta, quæ uocant anicularum, sed ultra maximas nugas. Dicitur aut̄, p-
uerbium, de eo, qui malo quopiā ingenti, ac diuturno tenetur.

Eadem tibi, & Pythia & Delia.

LXXX

ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δῆλια. i. Hæc tibi & Pythia & Delia. Quoties supremū aliquod opus si-
gnificamus. Perinde quasi dicas hæc summa omniū, quæ gesturus es in uita. Citatur adagium
ex Menandro. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorū tyranno. Nam
is postea q̄ Rhænæam insulam cœpisset, eamq̄ consecrasset Apollini, cōstitutis apud Delum
ludis pulcherrimis Delphos misit, consulturos, utrum oporteret eos ludos Delios, an Pythi-
os appellare. Respondit oraculum, ταῦτά σοι καὶ πύθια καὶ δῆλια. Futurum innuens, ut is prope
diem excederet e uita, idq̄ euenit. Itaq̄ res in prouerbium uersa.

Clauē findere ligna, & securi fores aperire.

LXXXI

τῆ κλαδί τὰ ξύλα χίζωμ, τῆ δὲ ἀξίνη τῆ δύραμ ἀνοίγωμ περὶ αἶε. i. Clauī ligna findere, securi uero fores
aperire conaris, cū res præpostere geritur, ueluti siquis liberos metu studeat emēdare, seruos
beneficijs sibi adiungere. Aut siquis apud imperitos philosophicis rōnibus agat, apud crudi-
tos clamore & improbitate uincere conetur. Refertur a Plutarcho, libello cui titulus, περὶ τοῦ
ἀκούου.

Bellerophontes literas.

LXXXII

βελλεροφόντης τὰ γράμματα. i. Bellerophontes literas. Subaudiendū uerbū aliquod accōmo-
dum sententiæ, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, cum quis literas ueluti cō-
mendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literas Vriæ uocant. Neq̄ dissi-
milis est historia apud Hebræos. De Bellerophontis literis huiusmodi fabulā cōmemorāt.
Græci. Bellerophontes, ppter occisum Bellerū, Argos exilio mutās, in Tiryntem peruenit.
Prætiq̄ regis hospitio est usus. Interim Antea regis uxor, adolescentis amore correpta, cœpit
illius animū ad stuprū sollicitare, & sui copiā obtulit. Ille ubi flagitiū reculasset, uidelicet hospi-
tij religione p̄motus, illa prior occupās, uerfoq̄ in odiū amore muliebri, Bellerophontē apud
maritū occulte defert, tanq̄ ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod ubi persuasisset, quo-
ad poterat, regis animū in p̄niciē iuuenis instigabat, semp̄ ad aurē occinēs illud Homericum,
πειθαίης ὦ προῖτ' ἢ κάκτανε βελλεροφόντημ. i. Aut morere Præte, aut interfice Bellerophontē. Præ-
tus itaq̄ uelut officij causa Bellerophontē ad Iobaten hospitē mittit, additis litteris, uelut in il-
lius cōmēdationē scriptis. In his mandabat Iobata, ut iuuenē quoquo pacto tolleret e medio.
Bellerophon, ut est minime suspicax innocētia, literas acceptas reddit, ut fuerant, obsignatas.
Quas ubi plegisset Iobates, quo Præte gereret morē, aggrediū adolescentē honesto titulo p̄-
mere. Nā hic ferme malorū principū mos. Animū iuuenis suapte spōte ferocem, ad periclitā-
das uires, gloriāq̄ parandā inflāmat. Ac primū psuadet, ut cū Chimæra congregiatur. Id erat
mōstrum trifforme. Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra. i. caprina specie. Hanc
Bellerophontes equo insidens alato, telo cōfixit, cōfecitq̄. Post alijs atq̄ alijs periculis obie-
cit iuuenē, a q̄bus om̄ibus cū ille uictor rediret, rex & uires admiratus, & ex euētū cōiectās in-
nocētiā, literas Præti ostēdit, generū ascīuit, ac moriēs, eidē imperij successiōē tradidit. Itaq̄
quisq̄s imprudēs aut nūciat, aut facit quippiā, quo se pdit. In eū recte dicitur, βελλεροφόντης τὰ
γράμματα. Aut qcūq̄ sub officij prætextu lædit. Adagiū recēset a Zenodoto. Plautus in Bac-
chidibus, Tace nullus homo dicit, hæc tabellæ te arguūt. Quas tu attulisti, hæc te uinciri iubent.
Aha Bellerophontē iā tuus me fecit filius. Egomet tabellas detuli ut uincerer, sine. Effert ada-
gium in hunc etiā modū, βελλεροφόντης καὶ σαυτοῦ. Bellerophontes aduersus seipsum,

Cœno purā

Cœno purā aquam turbans, nūc̄ inuenies potum:

LXXXII

βορβορῶν ὕδατος λαμπρῶν μαίνων οὐ ποθ' ἐνεήσεις, πότερ. i. Si limpida perrexeris cœno aquā spurcare, nūc̄ quod bibas, inuenies. Carmen est Trochaicū, Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat admittis ijs, quæ sunt turpissima. Veluti si quis poeticæ admisceat obscœnitatē, suo utiq; uitio. Nam ars per se sincera. Aut si quis Theologicā eruditionē hæreticis opinionibus deprauet, Aut spurcitia sermonis inquinet, Aut prophanis cōtaminet literis. Aut amicitia principis crebris offensis iritet. Conueniet in hos quoq; quibus hæc uita grauis est, idq; ipsorum culpa, quod animi uitio, quæ per se molesta nō sunt, molestiam adferre uideant. Quod si adsit mens, a stultis affectibus immunis, quicquid acciderit, uoluptati futurum est.

Charetis pollicitationes.

LXXXIII

Αἱ χάρκτες ὑπαχέσεις. i. Charetis pollicitationes, Dici solitū, ubi quis facile, ac benigne promittit iuxta illud Nasonis, Promittas facito, quid enim promittere lædit: Pollicitis diues, quilibet esse potest. Natū adagium a Charete quodam Atheniensium duce, qui quiduis cuius pollicebatur, at nō præstabat item, quod receperat. Hunc Charetem nūc̄ serme reges & pontifices imitant, dum omnibus omnia pmittunt, neq; recusant quicq; ut saltē spe lætos a se dimittant. Atq; ultro etiam inuitant, ut rogen, spe uidelicet illectantes.

Celcon habitas.

LXXXV

κέσκομ οἰκῆς. i. Celcum habitas. In stupidum & Bardum dicebat. Celcos Pamphiliæ ciuitas, cuius ciues ob uæcordiam, stulticiamq; uulgo male audiebant. Iuxta Celcum urbem fluius erat, cui nomen ἀνοῦς, id est, amens, Quāq; Suidas, qui & ipse prouerbij meminit Celcum ponit in Cilicia, nō in Pamphylia. Vnde & uulgari sermone iactatū est, πόλις κέσκος νοῦν οὐκ ἔχει. i. Celcus ciuitas mentis inops. Quadrabit & in cœtū, aut cōciliabulū hominū stultorū. Cōuenit cū eo quod alias ostēdimus, Βωοτικά συ. Adagiū recenset Zenodotus. Illud obiter admonendū, Locum hūc in Suida deprauatū haberi in dictione κέσκος, & πρὸ κέσκομ οὐκ ἔχειμ, legendum esse κέσκομ οἰκῆμ.

Circulum absolucere.

LXXXVI

τὸμ κύκλω ἀποτελεῖμ. i. Circulum absolucere, est rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectam reddere. Vnde & κυκλοπαίδεια dicta, quæ disciplinarū omniū uelut orbem absoluerit, & ἐγκύκλιος παιδεία. Metaphora sumpta uidet a mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima, absolutissimaq; iudicat. Vnde illud nō sine causa laudatū carmen de sapiente, Et in seipso totus teres, atq; rotūdus. Externi nequid ualeat per leue morari. Cōfine illud, παντὶ ξυμβῶ. i. omni numero. Ita Fabius in præfatiōe libri octauī. Quā ut per omneis numeros & penitus cognoscere, ad summā sciētiæ necessariū est, ita incipientibus simplicius ac breuius tradit magis cōuenit, quod a musicis ductum uidetur.

Calidam ueruti partem.

LXXXVII

τὸ δερμὸν τ' ὄβελοῦ. i. Calidam ueruti partem. Subaudiendū arripuit, aut simile quippiā, ubi quis per imperitiā negocij, ea parte rem aggredit, qua minime tutū fuerat aggredi. Aut ubi quis ob incitiā, pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagij meminisse Sophoclem, Sumpta metaphora ab ijs, qui per imprudentiā, eam ueruti partē manuprehendunt, quæ caleat, deinde offensi reiiciunt, & alteram partem apprehendunt. Nō usq; quaq; dissimile huic, ἀλιεύς πλῆγεις νόου οἴσει. i. Piscator ictus sapiet, quod alio loco retulimus.

Titanicus aspectus.

LXXXVIII

τιτανῶδες βλέπεμ. i. Titanicū tueri, hoc est, uultu Titanico obtueri. Titanicū autē toruū uocant, ac tetricum, cuiusmodi fuisse ferunt ueteres illi Titanes. Lucianus in Timone, ἐκπελάσας γοῦν τὸν πώγωνα, ἢ τὰς ὀφρῦς ἀνατένας, ἢ βρενδυόμωσος τι πρὸς αὐτὸν ἔρχετη τιτανῶδες βλέπεμ. i. Itaq; promissa barba, reductisq; supercilij, secum murmurans nescio quid, accedit, Titanico uultu aspiciens. Idem in Icaromenippo, ὁ ζεὺς μάλα φοβερώς δριμύτε ἢ τιτανῶδες εἰς ἐμέ ἐπίδωμ. i. At iupiter admodū terribiliter, acriterq; & Titanico me intuens uultu.

Thraces foedera nesciunt.

LXXXIX

Θρᾶκες ὄρκια οὐκ ἐπίσαντη. i. Thraces foedera nō norunt. Apud Thraces euenit, ut natu maximus quidam iaculo per pectus adacto interierit. Vnde Ionibus & Aeolibus ueluti pænigma dici cœptum, Θρᾶκες ὄρκια οὐκ ἐπίσαντη, quod natu grandibus honos magis debeat apud hos, q legibus uiuunt. Porro Thracum barbariem & immanitatē, perfidiamq; satis arguit interemptus a Polymestore Polydor^o, hospitij iure uiolato. Et Euripides in Hecuba, τὰχ' οὐμ' ἀπ' ἡμῶν ἔσθ' ἵσθ'.

ῥᾶδιον ξενοκτονεῖμ, ἡμῖν δ' εὖ ἀίχρον τοῖσιν ἐλλήσιν τόδε. i. Iugulare forsan hospite uobis leue est. No-
bis Achiuis istud oppido est graue.

Thunnissare.

XC

Θωννίζαμ. Græci transferunt pro stimulare, pungereq; uel quod hic piscis, quo sit palato grati-
or, pungi soleat, uel quod ipse piscis adurat, pungatq; cōtactu. Plinius libro nono, capite deci-
moquinto rem auditu nouā memorat de Thynno. Ait in mari animalculū esse perq; exiguū,
aranei magnitudine. scorpionis effigie, id se Delphino, & ei qui gladius uocat, crebro Delphi-
ni magnitudinē excedenti, sub pinna affigit aculeo, tātoq; infestat dolore, ut in naues sapenu-
mero exiliant. Lucianus in Ioue Tragædo, Ἀπαγε, θωννῶδες τὸ ἐνδύμμημα ὃ πρόσθου, ἢ κομῆς ἢ πα-
χύ. i. Apage Thunnīcū enthymema Neptune & supra modū pingue. Rursū in eodem Di-
alogo ad idem uerbum alludens, εἰ τὰμὰ οὕτως ἡμῖν ἀποτεθύννισω. i. Si mea uobis ita expūcta
sunt. Adagiū recenset a Diogeniano.

Citius usura currit, q̄ Heraclitus.

XCI

Θᾶπρον ὁ τόκος ἡρακλείτω περιπέω γρήχει. i. Citius usura, q̄ Heraclitus celerrimus currit. Admo-
net adagiū abstinentū a mutua pecunia, quæ credat ad usurā. Nā opinione celerius recurre-
re diē usurariū. Sumptū puerbiū ab Heraclito quodam celeritate currēdi præter ceteros exi-
mio, atq; excellēti. Iuxta doricā Dialecton dictū est, ἡρακλείτω & περιπέω pro ἡρακλείτου περιπέου.
Videť carmen fuisse Trochaicū tetrametrū catalecton paucis syllabis deprauatis.

Celerius q̄ Butes.

XCII

Θᾶπρον ἢ βούτρε. i. Celcrius q̄ Butes. Hoc adagio significabant aliquid q̄ primū absolui, com-
pendioq; explicari. Quemadmodū solent ἦ, qui paucis uerbis, & ἦs trunce pronuntiatis, lon-
gam sententiā significant. Aiunt hinc fuisse natum. Athenis inter picturas Stoæ porticus, de-
pictus erat Butes quidam, atq; ita pictus, ut summa capitis pars cū oculis duntaxat uideretur,
uidelicet ut spectator imaginaret̄ reliquū corpus tegi montis obiectu, in quo ingrediebatur. In
eius igitur pictura quoniā nō multū operæ sumpsert pictor, puerbio iactari cōsueuit de his,
quæ facile perficiuntur. Autor Zenodotus.

Lydus hostium clausit.

XCIII

Λυδὸς τὸ δύραμ' ἐκλεισε. i. Lydus ostium clausit. De furacibus dicebat, quod Lydi non discede-
rent, nisi re quapiā sublata. Quod si permittit nobis diuinare (cur autē nō permittat in re tam
uetusta, cū nec autor extet, nec interpret?) malim accipere de ἦs, qui rem quampiā obscenā
aggressuri, fugitant arbitros, abdūtq; sese, ppter Lydos molliciei notatos, unde & Plautus Ly-
dum uolsum appellat. Allusit ad prouerbiū, atq; utinā aperuisset etiā Plutarchus in cōmenta-
rio, quē scripsit aduersus Colotam, εμοὶ δὲ δοκεῖ, καθάπερ ὁ λυδὸς ἐφ' αὐτὸν ἀνοίγειν οὐ θυραμ μίαν ἀλ-
λὰ τὰς πλείους, τῶν ἀποριῶν καὶ μεγίστων περιβάλλειν τὴν ἐπίκουρον. i. At mihi uidetur, quemadmo-
dū Lydus aduersus seipsum, nō unā aperire ianuā, sed plurimis, ac maximis difficultatib⁹ Epi-
curū inuoluere. Nisi sicui magis placet, ut hic Plutarchi locus referat̄ ad illud, quod alias dice-
tur, uiro Lydo negociū nō erat.

Lydus in meridie.

XCIII

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ. i. Lydus in meridie. In hominē infatiatæ, aut etiā intēpestiæ libidinis di-
ctitabat. Narrat Lydos adeo libidine pditos fuisse, ut nō tantū noctu uacarent uoluptati Ve-
neræ, uerum etiā ipso meridie lasciuirēt, manibus foedū opus peragentes, unde & λυδίαζαμ di-
cunt Græci pro Lydorū more uitam agere. Meminimus alibi de conuiuio Sybaritico, in quo
& Venus admiscebat. Porro nullum est tēpus magis alienū a coitu, q̄ uel meridiei ob æstuan-
tem solem, uel cōuiuῖ, ppter spiritus circa stomachū & cōcoctionē occupatos.

Caprarius in æstu.

XCIV

Ἀπόλος ἐν καύματι. i. Caprarius in æstu. Cōsimilem habet sensum, uidelicet intēpestiæ li-
bidinis. Nam his horis caprarij, dū seductis gregibus, in umbra latitant, lasciuire soliti scribun-
tur. Zenodotus utrūq; refert adagiū, & item Suidas. Poterit ad quāuis uoluptatem accō-
modari non in tempore adhibitam.

Lydus cauponatur.

XCVI

Λυδὸς καπκλεύει. i. Lydus cauponat. In effœminatos, & uoluptatibus addictos iaciebatur. Ex
huiusmodi natū historia tradunt. Cyrus rex deuictis Lydis impauit, ut cauponiā exercerent,
neq; tractaret̄ arma, sed ueste ad terrā usq; demissa uterent̄, quæ olim molliciem indicabat, ut
ad eū modū uelut in foeminas trāssformati, ad rebellionē fieret̄ inutiles. Zenodotus autor.

f. Lydorum

Lydorum Carycæ,

XCVII

Λυδῶν καρύκας, i. Lydorum Carycas antiquitus appellabant quicquid esset opiparum, & uarijs cōditum cupedijs. Nam Caryca cibi genus Lydi, ex multijugis lauticijs & sanguine confectum. Athenæus in duodecimo tradit Carycarum apparatū primū repertū a Lydis. Effertur adagiū integre ad hunc modum, μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μασίγων ψόφους, i. Nec Lydorū Carycas, nec flagrorū strepitus. Subaudiēdū uolo, aut simile quippiam, i. nec blandimēta uolo, nec cōuitia, nec nimīū blanda, nec rursūm aspera nimium.

Lupinum potum.

XCVIII

Λυκῆον ποτῆρ, i. Lupinū potū dicebāt, ubi qs uoluptatē suo piculo capitis emeret. Narrāt duos erupisse fontes sacros, Apollini, quorū alter uino scateret, alter melle, ad quos cū aues aduolarēt, arcu scriebant. Auctor Zenodotus, atq; hinc ortū puerbiū. Cōsine illi, Vt canis e nilo.

Lupi decas.

XCIX

Λύκου δέκας, i. Lupi decas. Dictū apparet in eos, ad quos inhonesti lucri pars aliqua, tametsi pusilla rediret. Aut in eos, qui largitiōibus essent corrupti, aliosue corrumpere. Nā Athenis in foro ubi causæ agebant, Lycus quidā genius, sculptus stabat, lupina specie. Apud hanc statuam Syrophantæ pecunia corrupti, ueriarī cōsueuerūt, uelut apud deum quempiā sui quæstus præsidē. Eiq; in dies singulos Triobolus secabat. Autore Zenodoto, Meminit huius Aristophanes in Vespis, ὃ ἤρώων εἴπωρ ἐκκομίσσει τὸ τῷ λύκων, i. Siqua simulacrū efferre possies Lyci, Erat hoc quæstus genus apud ueteres inuisissimū eorū, qui in ius uocabāt, ut ex dānato dicta multa portionē aliquā præmij loco ferret, Vnde & sectores dicti sunt, & quadruplatores.

Verba importat Hermodorus.

λόγους ἢ ἐρμῶδ' ὠρος ἐμποιεῖται, i. Verba Hermodorus importat. In eum dicebatur, qui præter uerba nihil adferret. Quemadmodū Laches in Ecyra Terentiana Pamphilum filium rogat, num unam duntaxat sententiā secum e Lemmo reportasset. Aut in eos, qui uerba uedūt pecunia, quod in poetas, aduocatos, sumi uenditores, atq; in id genus homines recte dici poterit. Natū aiunt ab Hermodoro quodā Platonis auditore, qui cōmētarios ab illo cōscriptos, in Siciliam deportare cōsueuerit, atq; inibi uenditare. Vnde Siculi, ut sunt dicaces, rem in puerbiū uerterunt, dicentes Hermodorū pro mercibus importare uerba. Cæterum Sophistæ & philosophi lucubrationes suas, λόγους appellant.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA SEPTIMA.

Pomarius Hercules.

I



ἦλιος Ἡρακλῆς, i. Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidē magnificū gereret, cæterū opibus nullis, nullaq; potētia pollens. Ab euentu natū. Narrat Suidas cū rustici quidam Herculi bouem essent immolaturi, isq; rupto fune profugisset, nec esset, quod sacrificare, malum arreptū suppositis quatuor ramis, crurum uice, deinde additis alteris duobus ceu cornuum loco, bouem utcumq; sunt imitati, idq; ridiculū simulacrū pro uictima sacrificarint Herculi. Iulius Pollux libro de uocabulis rerum primo, fabulam aliquāto secus narrat, nempe ad hunc modum. Solenne est, inquit, apud Bæotqs, Herculi malis rem diuinā facere. Cūq; iam adesset dei festum, & immolandæ uictimæ tempus urgeret. Porro hostia erat aries, uerū cum ea ferins adducere, ppterca quod Asopus fluuius, ita subito creuisset, ut trāsiri nō posset, pueri, qui iuxta aram ludebant, sacrificij ritum nihilominus peregerūt, Pulchro cuiquam malo, quatuor stipulas, uice pedum addiderunt, rursūm aliā duo cornuū loco, imaginantes sese, ad eū modū arietem immolare. Creditū est, Herculem hac uictima magnopere delectatū, proinde mansisse apud Thebanos hunc morem, ut malis sacrificaretur Herculi, Cognomē hinc additū deo, ut Ἡρακλῆς μῆλων, i. Hercules malorum uocaretur.

Verecundia inutilis uiro genti.

II

Αἰδώς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προίκτη. Ita legitur apud Homerū, apud Hesiodum, item, Αἰδώς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ κομίζεαι. Verum homini pudor haudquaq; conducit egeno. Is uersus in prouerbiū abiit. Admonet autem abiiciendū pudorem, quoties urget necessitas. Est enim uerecundia cum ad multa uehementer inutilis, tum maxime cū res postulat, ut omnia nobis sint faciēda. Eodem allusit Euripides in Iphigenia in Aulide, ὁμῶς δ' ὄσον γε δ' ὠσατῆρ, αἰδώς

αἰδέσθαι γένοιτο. Verūtamē pudere oportet eatenus Quoad licet, Homerus Iliados. α. scribit, uerecundiam, seu reuerentiā plurimū, pdesse, & eandem officere plurimū. οὐδέ οἱ αἰδέως γίγνεται ἢ τ' ἀνδραγ μέγα σίνετ' ἢ δ' ὀνίνησιμ. Nec pudor est illi, qui uel lædit uehemēter, Vel multū pdesit hominī.

Ventrem mihi obijcis,

III

Cōmemorant & hi uersus in Græcanicorum adagiorum collectaneis, γαστέρα μοι προσέρας κάλλισον ὄναδος ἀπάντων ἢ πλῆρες, μέμ' ἐλαφροτέρα κενεῖ δὲ βρεῖα. Ventrem mi obiectas quo pbrum haud pulchrius ullum. Plenus is est leuior, grauis idem, ubi pedit inanis. Equidem ubi prouerbiū sit, nō uideo, nisi in hoc, κάλλισον ὄναδος, quod apud Græcos prouerbij uice uidet usurpatū. Euripides in Iphigenia Aulidensi, καλόγυε μοι τὸ ὄναδος ἐξωνείδισα. Mihi opprobrafti pbrum honestū scilicet. Aut in ea parte uelut anigmatica, leuis cū plenus est, grauis cū inanis. Nā reliqua uascula, quo pleniora sunt, hoc sunt grauiora, quo magis inania, hoc leuiora. Contra uenter, quo distentior cibo, hoc leuior est, ppter auctos, excitatosq; pastu spiritus.

Turpe silere.

III

Αἰσχρόν σιωπᾶν. Turpe silere. Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo extimulatur ad studium, aut negociū aliquod suscipiendū. Aut natū, aut certe usurpatū ab Aristotele, qui cū Isocrates rhetoricen doceret, æmulatiōe commotus, cœpit & ipse Pomæridianis illis suis περὶ πατοῖς dicēdi artē docere, dicēs illud αἰσχρόν σιωπᾶν λαλοῦντες ἰσχυράτους. Turpe silere, loquente Isocrate. M. Tullius ad Atticū libro sexto, Ego (nisi Bibulus, qui dū unus hospes in Syria sit, pedem porta nō plus extulit, q̄ domo sua) admiraret de triūpho æquo animo essem. Nūc uero, αἰσχρόν σιωπᾶν. Hoc nunc quidā abutunt, nihil existimātes turpius, q̄ silere. Vnde apud Lucianū præceptū illud ἀπαίδευτου ῥήτορος μήποτε σιωπᾶν, Ne unq̄ sile, Propterea quod apud imperitos is demū infans & imperitus habeatur, qui nō ppetuo garriat,

Munerum animus optimus.

V

Ξενίωμ δέ τε θυμὸς ἄριστος. Munerum aut animus optimus. Hemistichion Heroicū prouerbij ale, quo significat, in amicorū muneribus nō esse spectandū rei missæ precij, sed mittētis potius animū, ut Xerxes ille aquā manibus haustam, a rustico libenter accepit. Et Christus uiduæ nūmulos, om̄ibus diuitū muneribus prætulit. Et quidā monet exiguū munus a tenui missum amico, perinde, ut maximū, boni cōsulere. Plinius in præfatiōe diuersa extulit metaphora, Verum & dijs lacte rustici, multaq; gentes supplicāt, & mola tantū falsā litant, qui nō habēt thura. Quin hodieq; tritissimū est, ut qui munus aliquod offerāt, animū iubeant spectari, nō rem. Refert adagiū a Phurnuto in opere de natura Deorum.

Nescit capitis & inguinis discrimen.

VI

Qui eo impudentiæ uel cæcitat̄ potius deuenerūt, ut nullum prorsus faciant discrimē inter honestum ac turpe, hi nescire dicunt, quid intersit inter caput & inguen. Inter honesta corporis membra, caput primū obtinet locum, ac proinde recte nudatur, quæ uero sub uentre, ut inhonesta, tegunt. Iuuenalis de muliere temulenta, Quid enim Venus ebria curat? Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit, Prouerbiali figura dictum uidetur. Vnde & Plato ἀκέφαλον μὴ δον appellat inhonestam & impudicam orationē.

Multitudo imperatorū Cariam perdidit.

VII

πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν. Multi duces deperdidere Cariam. Admonet senarius nihil esse perniciosius licētia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisq; libidine rem gerit. Hanc Græci uocant ἀναρχίαν. Par autem malum est πολυαρχία cum eo quod dicit ἀναρχία. Idem docet Homericum illud Iliados libro secundo, quod ipsum in prouerbiū abiit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἰς κοίρανος ἕστω. Multos imperitare malum est, rex unicus esto, Nam his uerbis Vlysses Thersiten seditiosum compescit. Natum adagium a Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones eo redactis, ut etiam in uilitatis prouerbium abierint, quæ admodum alio docuimus loco.

Mus albus.

VIII

μῦς λευκός. Mus albus, apud Suidam, μῦς κακός. Mus malus, apud Diogenianū. In hominē lasciuū & libidinis immodicæ dicebat. Nā mures domestici salacissimi sūt, præsertim albi. Aelianus mirā esse murū salacitatem autorū testimonijs docet, libro duodecimo, capite decimo, Atq; inter multa illud addit, Epicratē in fabula q̄piā cū mulierē significare uellet, pdigiola libidinis, μυωνίαν appellasse, citatq; prouerbiū, μῦς λευκός Ex Philemonis comœdia. Vñ receptū uidet, ut inter amatoria blandimēta, quæ admodū passeruli, columbulæ, & id genus aliorum,

I 2 itidem

itidē & muris cognometū usurpet. *Martialis*, Nā cū me murē, cū me tua lumina dicas.

Facies tua computat annos.

IX

Prouerbiā nimirū schemate dictum a *Iuuenale* in uetulam, iam, *ἔξωρον*, quidem, & ad *Veneris* lusum prorsum intempēstiuā, sed quæ uerborū nequitijs puellam etiamdū ageret. *Facies tua cōputat annos*, i. frontis rugæ, numerū annorū tuorū præserunt, quācūq; libido nondū in te cōsenuit. Cōgruit huic *Apologus* de crocodilo, cui iactanti maiorū suorū claritatē, & primas in certaminibus partes, uulpes ad hūc modū respōdit, *ἀλλὰ καὶ μίση λέγεις, ἀλλ' ἀπὸ δέρματος γέ φάινει*, ὡς ἐκ παλαιῶν ἑτῶν εἰ γε γυμνασμίῃ. i. *Quin & si tu nō dixeris, tamen ipsa pelle p̄ te feris quod multos iam annos in certaminibus sis uersatus.*

Phœnice rarior.

X

φοίνικος πανιώτερος, i. Phœnice rarior. De rebus aut etiā hominibus inuentu perç̄ raris. *Natum* adagiū a fabula phœnicis auis, de qua scribit *Plinius* libro decimo, capite secūdo. Et ante omnis nobilem *Arabie* Phœnicē, haud scio an fabulose, *Vnum* in toto orbe, nec uisum magnopere. *Aquilæ* narrať magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, caruleā roscis caudam pennis distinguētibus cristis faciem, caputq; plumco apice honestate. Cōmémorant hoc loco & alia quædam de Phœnice pdigiōsa, quæ quoniam ad prouerbij sententiā, nihil attinent, cui libebit inibi legenda, relinquo. *Ouidius* in *Transformationū* libro decimo, sub p̄sona *Pythagoræ*, *Vna* est quæ reparat seq; ipsa reserminet ales *Assyrj* Phœnica uocant, nec fruge nec herbis, Sed *Thuris* lachrymis & succo uiuit amomi. Hæc ubicūq; suæ cōplcuit secula uitaē *Ilicis* in ramis tremulæq; cacumine palmæ, *Vnguibus*, & duro nidum sibi cōstruit ore. *Quo* simulac castias & nardi lenis aristas. *Quas*q; cū fulua substrauit *cynnama myrrha*. Sc superimponit, finitq; in odoribus æuū. *Inde* ferunt totidē, qui uiuere debeat annos. *Corpore* de patrio paruū Phœnica renasci. Cū dedit huic ætas uires, oneriq; ferēdo est, *Ponderibus* nidi, ramos leuat arboris altæ, *Fert*q; pius, cunasq; suas, patriumq; sepulchrum. *Perq;* leues auras *Hyperionis* æde potitus. *Ante* fores sacras *Hyperionis* æde reponit. *Ex*tat de Phœnice carmen & *Firmiani* *Lactanti* nō inconcinnū per musas, neq; fastidiendum.

Non es laudandus, ne in cœna quidem.

XI

οὐκ ἐπαινεθεὶς οὐδ' ἐν περιθέπνω, i. *Nō* queas laudari, ne in parçtalibus quidem, *In* hominē dicebat̄ uehementer illaudatū. *Antiquis* mos erat, præsertim *Atticis* in cœnis funeralibus, quas *Græci* *περίθεπνα* uocant, laudare uita defunctū, etiamsi parū meruisset in uita. *Siquidē* (ut inquit *Ouidius*) *Pascitur* in uiuis liuor, post fata quiescit. *Vnde* fit, ut uiuos nōnunç̄ merita laude fraudemus, mortuis etiā immeritā tribuamus. *Fortassis* hinc ductū est, quod antiquus mos fuisse uideť, ut in cōpotatiōibus aliquorū, etiā uiuentiū laudes dicerent. *Quēadmodū* apud *Platonē* *Alcibiades* *Socratis* encomium refert. *Eiusmodi* uero laudes non admodū speciosæ uidebant̄, ut inter pocula decantatæ. *Nec* absurdum arbitror, si quis ad priscorū consuetudinē referat parœmiā, qua fieri solet, ut in cōuiujs citharædus, aut *Deorum*, aut insigniū uirorū facta cantaret. *Vt* apud *Homerum* in omnibus ferme conuiujs. *Apud* *Vergiliū* item citharra crinitus *Iopas* *Personat* aurata. *Tametsi* hæ quoq; laudes plærumq; ad auditorū gratiā finiebant̄. *Adagium* refertur a *Diogeniano*.

Pedibus in sententiam discedere.

XII

Quid sit pedibus in sententiā discedere, & quid pedia sententiā, satis explicuit *Aulus Gellius*. *Id* si transferatur ad quālibet alienæ sententiæ cōprobationē, puerbij formā accipiet. *Veluti* si quis dicat. *Nō* est uiri prudētis, quicquid uxori libuerit, protinus in illius sententiā pedibus discedere. *Aut* par est, ut affectus in rationis sententiā pedibus discedat, nō cōtra. *Ego* uero in tuā sententiā manibus, pedibusq; ac toto corpore discedo. *Quin* etiā subscribere sententiæ, subscribere iudicio, subscribere uoluntati, suffragari, refragari, atq; id genus aliæ metaphora, quoties longule trahunt̄ ab oratiōe simplici, in puerbij speciē paulatim abeunt.

Sustine & abstine.

XIII

Epictetus *Cynicæ* sectæ philosophus uniuersa philosophorū dogmata, quæ ad humanā uitæ ptineāt felicitatē, quæq; tot uoluminibus uix explicāt cateri, duobus uerbis absolute complexus est, quæ iam olim puerbij uice celebrant̄ a doctis, digna p̄fecto, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inscribant̄, omnibus anulis inscalpanť. *Fa* sunt huiusmodi, *ἀνέχου καὶ ἀπέχου*, i. *Sustine* & *abstine*. *Quorū* altero monemur, ut aduersa fortiter toleremus, altero, ut ab illicitis temperemus uoluptatibus. *Referunt̄* in *Noctibus* *Gellianis*.

Naturam

Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit.

XVIII

Cum uideam a Græcis quædam uelut obtorto, quod aiunt, collo, in prouerbiorū aceruū trahi, cur ego uerear, cuiusmodi recensere, quæ præter adagij figuram, ita uenuste dicta sunt, ut uenustius dici nō possint. Quod genus est illud eiusdem Horatij in Epistolis, Naturā expellas furca, tamen usq; recurret. Sensus est, haud facile dedisci, quæ nobis natura penitus indidit, atq; insæuit. Quod si quando ui fit, ut uel metu, uel pudore, uel alia quauis causa, psonā alienam sumamus, facile per occasionē redimus ad mores naturales. Velut qui metuunt peccare, nōn uirtutis amore, sed formidine fustis, ij simulatq; tollitur fustis, recurrūt ad mores pristinos. Et Tertius, Si sperat fore clam, rursus ad ingeniū redit. Ducta est metaphora a ramis, qui appositā furca, torquent alio, q̄ natura posuerat. Qua sublata, rursus uergunt eodē, quo prius. Pindarus eandem sententiā aliter extulit, τὸ γὰρ ἐμφυεῖς, οὐτ' αἰθωρῶν ἀλώπηξ, οὐτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλάξαινε ἦδος, i. Nam ingeniū, natiuāq; indolem, nec astuta uulpes, neq; præualidi leones mutare quiuerint. Quātumuis em Cicures leonem semper redit ad genuinā feritatem, nec uulpes unq; obliuiscitur fraudulentia natiuæ, quātumuis mansuefacta.

Nauis annoſa, haudquaq; nauigabit per mare.

XV

Ναῦς παλιὰ πόντον οὐχὶ πλώσει, i. Nauis antiqua nō nauigabit per mare. Cōgruit in eos, q̄ iam ob ætatis imbecillitatē ad res arduas obeundas, sustinendaq; pericula parum sunt idonei. Nota est allegoria. Refertur adagiū a Diogeniano.

Ni pater esses.

XVI

Εἰ μὴ πατὴρ ἦθα, i. Ni pater esses. Hoc uulgo dici consueuit, quoties honoris, aut metus causa cōuitiū reticebāt, & cōijciendū relinquebant. Plene sic effere, εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἰ πορ' ἄμ' ὁ οὐκ εἶ φρονεῖ, i. Ni esses pater, te sapere dicere haud bene. Est autem uersus hic in Antigone Sophoclis. Sunt enim Aemonis uerba Creontem patrē obiurgantis, quod sponsam filij pararet occidere. Itaq; quoties senis, aut potentis, aut alioqui uenerandi sententiā nobis haudquaq; probari significabimus, cui tamē honoris causa nolimus refragari, ueluti si quis opinionē Aristotelicā apud Peripateticos, recte damnare uellet, loquet̄ ad hunc modum. Habet hæc sententia grauissimū autorem, Fortassis enim phas non est ab Aristotele dissentire, Alioqui, εἰ μὴ πατὴρ ἦς, hoc est, nisi autoritati deferrem, habeo quo refellam, Refert̄ a Diogeniano.

Magnum os anni.

XVII

Μέγα στόμα τῷ ἐνιαυτῷ, i. Magnum os anni. Dicebat̄ quoties uberior rerum puentus, aut uilior annona animos & loquēdi libertatē adderet, alioqui timidioribus. Nō admodū dissidet ab illo. Fœnū habet in cornu. Item illo. Argenti fontes loquunt̄.

Megaricæ sphinges.

XVIII

Μεγαρικῶν σφίγγες, i. Megaricæ sphinges, Ita scorta quædā uulgo olim appellabat, siue quod uulgo molles sphictæ παρὰ τὸ σφίγγω, dicunt̄ apud Græcos, siue quod apud Megarēses nutrix sphinx appellet̄, siue quod Megarensiū mores improbi, fictiq; & populari conuitio quōdam notati fuerint. Vnde Aristophanes in Vespis, risum Megaricū, de quo dictum est alibi, taxat, μη δ' αὖ γέλωτα μεγαροδερκεκλασμένον, i. Sed ne Megaricos rursus infractos iocos. Risum seu iocum intelligit molliciem Megarensiū. Refertur in collectaneis Diogeniani.

Mellis medulla.

XIX

Μέλιτος μυελός, i. Mellis medulla. De re maiorē in modum suauis dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tulliū quendā Suadæ medullam appellat, ob singularē suauiloquētiā. Nam quod optimū est, id natura uideat̄ intime recōdidisse. Vnde & illa passim obuia, in medullis, & medullitus amare, nō dissident a simulacro prouerbiali.

Meliores nancisci aues,

XX

Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν, i. Meliores nancisci aues dicunt̄, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. Nam ut apud Latinos aues & ales interdū nō animal, sed omen ipsum, & augurium significat, itidem apud Græcos, οἰωνός & ὄρνις, cum σφοδρός non eodem accipiatur modo, quemadmodum indicat Eustathius in primū Odysseæ librum. Horatius in Odis, Mala ducis aui domum. Item alibi, Mænonij carminis alite. Homerus Iliados. α. μηδέ μοι αὐτὴ ὄρνις ἐνὶ μέγαροις κακός πέλει. i. Hisce mihi, ne tu fueris mala in ædibus ales. Rursus eiusdem operis. μ. εἰς οἰωνός ἄριστος ἀμύνασθ' ἐπεὶ πάσης, i. Optimū id augurium est, patriam uirtute tueri. Laborauit aut̄ hac superstitione antiquitas, ut in magnis reb' aggrediūdis auiū occurſus obseruaret, neq; defuerūt, qui eā uelut artē p̄fiterent̄. Atq; hinc apud Romanos augurum collegium.

I 3 Aliud ge:

Aliud genus remi.

XXI

Ἄλλο γένος κώπης, .i. Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quispiam res nouas, & antea non uisas induceret. Aut ubi quis uersis moribus pristinis, nouū & inusitatum uitæ genus institueret. Hinc ortum aiunt, quod Hercules cum ad boues Erithræas nauigaret, leonis exuuio carbasi uice, Claua mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, deniq; pro nauigio lebetæ sit usus. Quod inusitatum profecto nauigandi genus, cum uidissent accolæ, acclamabant. Ἄλλο γένος κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamofior Lauro ardente.

XXII

Μείζονα βοᾷ δάφνης χλώρας καιομένης, .i. Magis uociferat, q̄ Laurus uiridis incensa, propterea, quod Laurus adhuc uirens in ignem coniecta, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficijs amatorijs incendi consueuit, tanq̄ amantium querimonias representans. Daphnis me malus uirit, ego hanc in Daphnide laurum. Refert a Diogeniano.

Nunc leguminū messis.

XXIII

Νῦν ὁσπρίων ἄμκτος, .i. Nunc leguminum messis, id est, nunc tempestiuū, hoc aut illud agere. Velut si quis admoneat iuuenem nunc adesse tempus, parandæ gloriæ, parandæ eruditioi, parandis opibus idoneum, dicat, νῦν ὁσπρίων ἄμκτος. Sumpsum a rusticis, qui tum maxime uigilant, nec sinunt illud tempus per ocium perire. Recensetur a Diogeniano.

Nunc dñi beati.

XXIII

Νῦν θεοὶ μάκαρες, .i. Nunc dñi beati. Vox erat uelut adgaudentis & adgratulantis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset, perinde quasi Dñs & iuncundum & honestum sit, ut scelerati dent pœnas. Contra probrosum si uiris improbis res secundæ sint, uidelicet iuxta sententiam illam prouerbialem, θεοῦ δ' ὄνειδος τοῦς κακοῦς ἐνδαιμονεῖν, .i. Probrum est deo, si res malis sint prosperæ.

Ordinem deserere.

XXV

Λιπέμ τ' ἰ τάξιμ, .i. Ordinem deserere dicitur, qui deest officio suo in re quapiam peragenda. Ducta allegoria ab ijs, qui stant in acie. Nam pœna capitalis erat, qui locū ab imperatore datum deseruisset, unde & desertoris uocabulum apud militares homines ignominiosissimū. Plato libro de legibus iubet, τὴν καταλελειπόμεν τ' φρουρᾶν, .i. qui excubias deseruisset, in foro palam describi, infamiæ, notæq; causa, tanquā is, quod in iplo erat, Rempublicam omnem prodiderit loco relicto. Aristophanes in Vespis, φυλακὴν καταλύειν νυκτερινὴν διδάσκειν, .i. Deserere nocturnam doceor custodiam. Lucianus in libello de mercede seruientibus, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐτῶν ὄφελος, καὶ μηδ' ἐποτε ἀπολείπειν, ἀλλ' ἐώδειν ἐξανασάντα παρέχειν σταντὴν ὀφθησόμενον ἐν τῇ θεραπείᾳ, καὶ μὴ λιπέμ τ' ἰ τάξιμ, id est, Necessum est itaq; ut assidue apud illum conspiciaris, neq; desis unquā, quin diluculo surgas, teq; in famulatio conspiciendum exhibeas, neq; deseras ordinem.

Ouium nullus usus.

XXVI

προβάτων οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὁ ποιμὴν ἀπῆ, .i. Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagiū ἀναρχίαν, rem esse omniū perniciosissimam. Nihil recte faciunt ministri, nisi adsit herus. In utiles discipuli, quoties abest præceptor. Inutilis populus, ni principis autoritate gubernetur. Apparet senarium fuisse. Nam paucis syllabis commutatis, restituetur hoc pacto, προβάτων γὰρ οὐδὲν ὄφελος ἂν ποιμὴν ἀπῆ, .i. Namq; usus ouium nullus, ubi pastor deest. De huius animalis stulticia, q̄q; sibi sit inutile, ni pastoris cura succurrat, lege, quæ alias ex Aristotele citauimus in prouerbio, Ouium motes.

Periculum proræ selis.

XXVII

κίνδωος ἢ ἐν πρῶρα σελίς, .i. Periculum sella proræ. Quoties in re quapiam præcipuū periculū, caputq; negotij esse significamus. Nā hostes expugnaturi nauim, in proram primū assultum faciunt. Selis autē sella est, quæ in proris esse cōsueuit, si Zenodoto credimus.

Impete peritum artis.

XXVIII

βάλλ' εἰς ἔχοντα τ' ἐπισήμην, .i. Iaculare in eum, qui nouit artem, ubi quis conuitiū facit homini, qui norit & ipse retorquere conuitiū, aut qui carpit uelut imperitū, qui nō inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora uidetur ab ijs, qui iaculo, aut saxo petūt, eum qui calleat ictū, uel declinare, uel in iaculantem retorquere.

Philippi gallus.

XXIX

Φιλίππου ἀλεκτρυών, .i. Philippi gallus. Hoc dicitari cōsueuit, ubi quis de leui quopiā facinore, perinde

re, p̄inde ut maximo sese iactaret. Nā Alectryon dux q̄dam erat Philippi regis, quem Chares Atheniēsis cōfecerit. Apparet aut̄ Charetē hūc hui⁹ facti nimium crebro, nimisq; insolēter apud pplm Atheniēsem uerba facere solere, ut hinc uulgo sit usurpatū. Recēset apud Zenodotū,

Parit puella, etiam si malo adsit uiro.

XXX

τίκτα κόρη ὅταν κακῶς ἀνδρὶ πῆν. i. Parit puella, cum male etiam adfuerit uiro. Dici cōuenit, quoties res facile cōficitur ex lententia, etiā si negligēter & ignauiter gesta fuerit. Veluti puella propter ætatis felicitatem facile gerit uterum, etiam si cum uiro non admodū uiro rem habuerit. Non item anus, immo bis uirum requirit ætas affecta mulieris. Egregium ingeniū etiam sub malo, & indiligēte præceptore bonas literas assequitur. Contra, si discipulus ὄμθ λύρας, præceptor etiam optimus, oleum perdit & operam.

Paletis semiobolus.

XXXI

τὸ πάσκηρς ἡμιόβολι. i. Paletis semiobolus. De re noua stupēdaq; & præstigijs simillima. Veluti cum orator efficit, ut eadem causa primum optima, mox pessima uideatur, res eadē maxima, statimq; minima appareat. Et cum Sophistæ demonstrāt eūdem & asinum esse, & hominem. Aut ubi q̄s asseuerat id factū, quod citra magiā aliquā fieri non potuerit, licebit ἐπιφωνίσμ, πάσκηρς ἡμιόβολι. Hec intempestiuiter dixeris, cum quidam ita dant munus aliquod, ut idem mox arte quadam ad se retrahant. Tradunt Paletem quendam præstigiarium & magiæ peritiam, primum nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse uideretur. Rursum ubi libuisset, omnia protinus euanescebant. Emebat aut̄ frequenter, preciumq; rei numerabat, uerum mox nūmus non apud uēditorem, sed apud Paletem reperiebatur. Huiusmodi ferme tradit Suidas,

Paruus semper tuus pullus.

XXXII

μικρὸς αἰτὶ ὁ σὸς πῶλος. i. Paruus semp tuus pullus, ubi quis ob staturæ breuitatē diu puer uideri cupit. Cōueniet & in hos, qui tamen si natu grandiores, tamen uerborum delicijs affectant uideri iuuentuli. Aut cū ob amorē, calcus calcam puppam uocat, & ipse uicissim puppus audit, quod alias indicauimus.

Phaselitarum sacrificium:

XXXIII

φασκλιτ̄ θύμα. i. Phaselitarū sacrificiū, tanq̄ uile, citraq; sanguinē. Sordidū, ac tenuē sumptū hoc adagio significabant. Tradūt em̄ apud Phaselitas Pamphylia gentē moris esse, ut pisciculi falsi dijs sacrificentur. Autor Zenodotus. Eudemus item scribit eos Cabro deo falsamentis rem diuinā facere, eiusq; rei testē citat Callimachum. Finitimū est illi, sine fumo sacrum.

Peius Babys tibia canit.

XXXIII

κάκιον βάβυς ἀύλη. i. Peius Babys cantat. Hoc adagiū taci cōsueuit in eos, quorū exercitatio semp uergit in peius. Quod genus sunt oratores q̄dā, qui quo diutius dicunt, hoc dicūt indoctius. Refertur aut̄ ad huiusmodi fabulā. Ferunt Babym fratrem fuisse Marsyæ, qui non uertus est ipsum Apollinē ad canendi certamen euocare. A quo cum esset uictus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. Deinde cū Apollo pararet Babym quoq; p̄dere, intercessit Pallas, admonēs hunc usq; adeo infelicitē & indocte tibijs canere, ut omnino negligendus esse uideret̄, κάκιον, inquit, βάβυς ἀύλη. i. Deterius Babys tibijs canit. Quibus uerbis cōmotus Apollo Babym adeo cōtempnit, ut eū ne supplicio quidē dignum existimaret, sed suæ potius inscitia iudicaret relinquendū. Usurpabit adagiū & per comparationē, ut mentiōe facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percunctanti, hoc pacto respondeat κάκιον βάβυς ἀύλη. Neq; uero repugnarim, si quis hoc loco κάκιον, accipiat, p̄ miserius, ut sit sententia, Babym infeliciorem esse, dum indocte canens omnibus est ridiculus, q̄ si tolleretur e medio.

Cercopum cœtus.

XXXV

Ἀγορὰ κερκώπων. i. Cœtus Cercopum, de cōciliabulo, conuentuq; uersutorū & improborum hominū dicebat̄. Narrāt em̄ Cercopes quosdā in Epheso fuisse, nota fraudulentia uiros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygam incidere, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt iussu Omphales. Quidā aiunt quosdā ob imposturas & malas artes, κερκώπων, quasi caudatos, appellatos fuisse apud Ephesios, atq; Athenienses, ut idem sit sensus huius adagionis, & illius, cuius alibi meminimus, λύκου δεικῆς.

Ceruinus uir.

XXXVI

ελάφειθ' ἀνὴρ. i. Ceruinus uir, olim dicebatur, formidolosus & fugæ fidens magis, q̄ uiribus. Ceruus em̄ animal cursu perniciosissimū, & in uenatū, pedibus sibi quarit salutem. Vnde apud

I 4

Homerum

Homerum Iliados primo, Achilles, ut uir fortis, Agamemnoni, uelut imbelli & ignauo cōu-
tium facit ad hunc modū, ὄνομαρὲς, κωδὸς ὀμιματ' ἔχωρ, κραδίλω δ' ἐλάφοιο. Obicit illi temulentiam,
impudentiam in occupandis aliorū præmijs, & cor ceruinum, quod ad congressum timidus
esset. Aristoteles libro de natura animantiū nono tradit, ceruo natiuam quandā inesse prudē-
tiam, ut quod uiribus tueri non potest, id efficiat ingenio, parere em̄ iuxta semitas, quo uide-
licet tutior sit a beluis propter hominum frequentiam. Deinde posteaq̄ peperit inuolucrum
statim exedit, ne deprehendatur, præterea hinnulum ducens in stabula, monstrat, ac consue-
facit quo debeat refugere, siquod immineat periculum, id ait saxum esse abruptum.

Cercopissare.

XXXVII

κερκωπιζερ. i. Cercopissare dicuntur, uel qui lasciuunt, aut qui adulan̄. Metaphora ducta
ab animantibus, quæ mota cauda adblandiunt, ut Chrysippo placet, Suida teste, uel qui mo-
lesti sunt, obturbantq̄ & obstrepunt, ut uox deflexa sit, a Cercopibus illis Lydis, quos Her-
cules, quod sibi cum Omphale cubanti, petulantius obturbarent, amicæ iussu uinctos de cla-
ua suspendit, quemadmodum retulimus in adagio, Ne in Melampygam incidas.

Vale charum lumen.

XXXVIII

χαῖρε φίλον φῶς. i. Vale gratum lumen. Hoc apparet uulgo dici solitum, quoties extinguere
tur lucerna. Referūt autem ad fabulam, non admodum castam, sed docendi causa referendam
tamen. Narrant enim anum quampiam, cum nuda libidinari pararet, extinxisse lucernam, ne
rugæ situsq̄ corporis offenderet, & extinguentē dixisse, χαῖρε φίλον φῶς. i. Vale amicū lumen.
Quæ quidem uerba suspicor hoc magis in uulgi iocum abisse, quod isdem utan̄ in Tragœ-
dijs, exituri e uita, uelut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in sua nominis fabula, Al-
cestis, & Electra, aliarq̄ complures. Tameſi Plutarchus conuiuialiū quæſtiūcularum Decade
septima, problemate quinto, indicat dictum a quodam, qui amicæ prodeunti in conspectū cū
ipse uino opinor cæcutiret, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. Poterit ad uarios usus accōmodari parœ-
mia, Siue cum nos significamus licentius agere uelle. Siue cum relinquimus amicū, aut rē te-
nerius adamatam. Siue cum innuimus mulierem iam marcida forma, quæq̄ non possit, nisi
per tenebras adamari, χαῖρε φίλον φῶς.

Veniat hospes quisquis profuturus est.

XXXIX

ἐνθ' ἔλθοι ὅσις ὀνήσει. i. Veniat, qui proderit hospes. Theopompus, citante Zenodoro, scri-
bit hoc adagiū ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is, ubi Theſſalorū
ciuitatem subuertisset, & hospites, quos inibi reperit diuendidisset, per iocū dicebat, ἐνθ' ἔλ-
θοι ὅσις ὀνήσει. Videtur ex oraculo, aut poeta quopiam sumptum. Est euim Hemistichium car-
minis Heroici. Admonet adagiū eorum demū aduentū esse gratū, qui cōmodi quippiam
adferūt. Ouidi⁹, Ip̄e licet uenias musis comitat⁹ Homere Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Obolum reperit Parnætes.

XL

ὄβολον εἶρε πᾶνοιτῆς. i. Reperit Obolum Parnætes. Accōmodari poterit ad illos, qui nouum
aliquod excogitarunt præmiū, quo illectent. Natū aiunt a Callistrate Atheniensī Reip. prin-
cipe, cui cognomen additum Parnætes. Is enim instituit, ut in iudicijs & concionibus nūmu-
li quidam distribuerentur. Quam rem Comicoꝝ insectatio uertit in prouerbium.

Apertæ mufarum ianuæ.

XLI

Ἀνεωγμὲναι μυσῶν θύραι. i. Aperte mufarum ianuæ. Hoc adagio cōueniet uti, quoties aliquē
facili, promptoq̄ ingenio significabimus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi
musis fauentibus, & haud grauatim suppeditantibus. E diuerso, qui tardiores sunt, clausis mu-
sarum ianuīs discere dici poterunt. Aut liquando dicemus, non oportere cælare doctrinā mu-
sarum munus, sed candide, citraq̄ inuidiam impertire, tanq̄ lumen de lumine suppeditan-
tes. Refertur a Zenodoro.

Martis campus.

XLII

Ἀρεθ' πεδίον. i. Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebat,
qui militari confidentia præditi uiderentur, quicq̄ rem ui, non iudicio gererent. Non doctis di-
ctis, sed pugnis, Non ex iure manu confertum, sed improbis clamoribus. Et quibus ius est in
armis, quos Hesiodus elegāter composita uoce χερσὶ δίκαις uocat. Cæterum in quo quis ualet,
id Græci campum illius uocant.

Argenteis hastis pugnare.

XLIII

Ἀργυρίαις λόγχαις μάχεσθαι. i. Argenteis hastis pugnare dicuntur, qui cum negociū alio pacto
confici

confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduū, quod pecunia nō explicetur. Quemadmodum eleganter dictum est a M. Tullio, actione in Verrem secunda. Nihil esse tam sanctum, quod non uiolari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Ortam aiunt parœmiā ab oraculo quodam Apollinis Pythē, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset uictoria potiri, responderit ad hunc modū, *Αργυρέαις λόγχοισι μάχου, ἢ πάντα νικίσεις. i.* Argenteis pugna telis, atq; omnia uinces. Videlicet innuens, ut quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atq; ita consecuturum, quæ uellet.

Archytæ crepitaculum.

XLIII

Αρχύτης πλαταγή. i. Archytæ crepitaculum. In hominem uehemēter garrulum & obstrepentem iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus areum excogitauit, quod pueris lusitantibus daretur, ne quid interim ex uasis domesticis contingerent. Sic enim ferme lego in Græcorum collectaneis. Suidas indicat, Archytam fuisse Pythagoricū Empedoclis præceptorē. Quamq; huius nominis referunt aliquot, tamen consentaneū est hunc Tarentinū philosophū, eius organi fuisse opificem, utpote qui fertur in Mechanicis mire præcelluisse. Cuius & columba lineage celebratur, ita ratiōe Mathematica librata, uti uolaret. Quamq; Diogenes Laertius in huius uita testatur, huius nominis & architectum fuisse quendam, qui librum quoq; conscripserit de machina. Sed utriuscunq; fuit inuentum, consentaneum est huiusmodi quoddam organum fuisse, quod suapte sponte sonaret. Vnde non absurde torquebitur in eos, qui naturæ uictio, quouis loco, quouis de re, & apud quosuis, quous garrunt, quos Græci *λάλις ἀμείροπος ἀκρίτρυμύθας, & πολυμύθας* appellant, Latini, garrulos, locutuleios, rabulas, blaterones, & linguaces. In quos Eupolis scite, *λαλήμ ἄριστος καὶ δωατώτατος λέγειμ.* Nec inscite Epicharmus, *οὐ λέγειμ θεός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδωάως.* Habebat simile quiddam & apud Romanos, Citeriam appellabāt. Ea erat effigies quædam arguta & loquax, quæ ridiculi gratia in pompa uehi solita sit. Vnde M. Cato in M. Ceciliū. Quid ergo dicerem amplius, quem ego deniq; credo in pompa uentitatum iri, ludis pro Citeria ac spectatoribus sermocinaturum. Ergo prouerbij speciem habebunt oratiōes huiusmodi, Citeria loquacior, & præ hoc mutam dicas Citeriam, & unus cū multis Citerijs certare possit.

Aratro iacularis.

XLV

Αρότρον ἀκοντίζου. i. Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircūspecte faciunt, haud prospicientes, quid sit in posterum euenturum, aut qui suo magno incōmodo conantur alterū ledere. Quisq; eim iacto aratro petit aliū, is quo morē gerat iræ, semet re necessaria priuat, cuius usum paulo post sit desyderaturus. Recenset a Diogeniano, Trāslatū uideri potest, a belli temporibus, quibus uomeres, marra, & sarcula, reliquaq; agricolationis arma, in Martia distinguntur arma. Plutarchus in cōmentario, *πρὸς τὴν εὐθυμίας* usurpat, ueluti de re uehemēter absurda, *οὐδὲ γὰρ ὁ τρεῖς ἀρότρον βολόμενος καὶ τῶν βοῶν λαγῶ κωκυγέτην δυσυχῆς ὄζει. i.* Neq; enim is, qui uult aratro iaculari, & boue uenari, est infortunatus.

Atticus moriens porrigit manum.

XLVI

Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα καὶ πρηνίσκωμ. i. Atticus porrigit manū, etiā cū moriē. Huic adagio locū fecit Atheniēsiū in munerib⁹ captādis, & aucupādis lucris infatiata cupiditas. Vnde & apud Aristophanē frequens locus in *τοὺς δωροδοκοῦντας*, Autor Diogenianus.

Argi collis.

XLVII

Αργὸς λόφος. i. Argi collis. Vbi quis ingentibus malis esset implicitus, potest accōmodari, uel ad locum, uel ad negocium uarijs obnoxiiū calamitatibus. Natum aiunt a Colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidijs, ac latrocinijs infami.

Asinus esuriens fustem negligit.

XLVIII

ὄνος πεινῶν ῥόπαλον ἀμελεῖ. i. Asinus esuriens fustem negligit. In eos congruit, qui uentris compendij gratia, quamuis contumeliā perferunt. Refert Aristoteles in libris moralibus, negans fortem esse censendum, qui quouis pacto toleret incōmoda. Alioquin asinos longe fortissimos futuros, qui dū esuriūt, nullis uerberibus a pabulo dimoueri queūt. Apparet ex Homero sumptū, q̄ sane cū eleganter describit asininā patientiā Iliados. *λ. ὄνος δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄσπεραμ ἰὼμ εἰκίσατο πᾶνδ' ας κωδης, ὡ δ' ἢ πολλα πρὸς ῥόπαλον ἀμφὶς ἔαγην, κέρει τ' εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον, οἱ δ' ἔτε παῖδες τ' ὑπὸ σιμ ῥόπαλοισι, βίη δ' ἔτε νηπίη αὐτῶ, αουδ' ἢ τ' ἄλλ' ασαμ ἐπέ τ' ἐκορέσατο φορβῆς. i.* Vt cū p segetes ignauus tranlit asellus Inuitis pueris cui multus tergora circū Iam crepuit fustis, neq; segnus ille profundam Ingredditur segetem, pueri sed fustibus illū. Cadentes studio tantum, ac

dem ac puerilibus aruo Viribus eñciunt, ubi pascu expleuerit aluum.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.

XLIX

ἢ κρίνον, ἢ κολοκώτλι. i. Aut florem, aut cucurbitā. Id perinde ualet, quasi dicas, aut mortem aut uitam, aut lucrum, aut damnum, aut uictoriam, aut contra. Græci cucurbitæ florem κρίνον appellant. Incertum autem utrum mox euanescat, an cucurbitam sit pariturus. Proinde p flore. n. mortem, aut frustratā spem significabant, per cucurbitam uitalē. Diphilus apud Zenodotū, ὅν ἡμέραις ἀντὸς ἐπύσσοι γέρον δέλω πᾶσαχρμ κολοκώτλι ἢ κρίνον. i. Ipse tibi senex intra septē dies exhibere uolo cucurbitam, aut crinon, id est, possum efficere, ut aut recte ualeas, aut moriaris. Huic non dissimile est illud, quod apud Homerum Odyssæ. e. dicit spectrum apparēs Penelopæ dormienti, ζώει ὄγ᾽ ἢ τέθνηκε, κακὸν δ' ἀνεμώλια βάλει. i. Is superest, aut interiit, Nā uera loquendum est. Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tiresias, O Laertiade, quid dicam, aut erit, aut non.

Nudæ gratiæ.

L

Αἱ χάριτες γυμναί. i. Gratiæ nuda. Admonet adagium, ut cādide, ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, uerum nuda, simpliciæq; omnia. Nā potet tres fingunt Charitas, id est gratias, humanitatis & beneuolentiæ præfides. Horatius in Odis, Gratia cum nymphis, geminisq; sororibus audet Ducere nuda choros. Idem alibi, Et solutis gratiæ çonis. Sunt qui parœmiā ad ingratos referant, quod ab ijs gratiæ ueluti despolientur, dum semper auferunt beneficij quippiam, nihil rependunt. Itaq; conueniet in illos, q sua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis, quicquid naçti fuerint.

Crobyli iugum.

LI

κροβύλιον ζεύγος. i. Crobyli iugum. De societate duorum pari improbitate dici consueuit. Vt de quibus est in epigrāmatis Catullianis, Vxor pessima, pessimus maritus. Miror nō bene cōuenire uobis. Ductum prouerbium a Crobylo lenone quodam omniū scelestissimo. Is duo scorta domi alebat, quarum lenocin ijs q plurimos adulescētes in perniciem illiciebat, nec his contentus, eosdem illectos furto compilabat. Vnde Crobyli iugum dictum, uel quod digni uiderentur, qui tanq; pares improbitate cum hoc copulari deberent, uel quod iugum, id est, par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens.

LII

μύλος πάντ' ἀκούω. i. Mylus omnia auscultans. Dicitur solitum, ubi quis se dissimulari audire cum omnia tamen auribus curiosis captaret, auscultaretq;. Tractum uidetur a Mola, unde exploratores obseruare soleant, quæ fierent, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus testis est Cratinū hoc usum adagio in Cleobulinis.

Nos decem Rhodienses, decem naues.

LIII

Ἡμεῖς δέκα ῥόδιοι δέκα νῆες. i. Nos decem Rhodienses decem naues. In eos torquendū, qui nimum suis tribuunt uiribus. Natum uidetur a dicto Thrasonis cuiuspiam, qui decem homines, decem nauibus opposuerit. Nisi malumus ad Homericū illud referre, τληπόλεμος δ' ἦρα κλείδης ἡύς τε μέγας τε. Ἐκ ῥόδου ἐννεά νῆας ἄγει ῥόδιω ἀγερώχω. i. Tlepolemusq; Heraclides, magnusq;, bonusq; Ter ternas naues Rhodijs præstantibus aptas E Rhodo egit.

Obliquus cursus.

LIIII

κάμπιον δρόμον. i. Obliquus cursus. Quoties res arte ac dissimulanter agitur. Aut quoties aliud præ nobis ferentes alio tendimus, & cuniculis atq; ambagibus quibusdam pergimus ad id, quod assequi conamur. Sumptū adagiū a genere quodā cursus, qui κάμπιον dicitur est, propterea quod anfractibus certis, ac flexibus pageretur. Vt in alijs impetus & celeritas plurimū ualuerit, in hoc ars & ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Vergilius libro quinto. Olli discurrere pares, atq; agmina terni Diductis soluere choris, rur/susq; uocati Conuertere uias, infestaq; tela tulere. Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursum. Ac paulo post, Vt quondā Creta fertur Labyrinthus in alta Parietibus textū cæcis iter, antipitemq; Mille uis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprehensus & irremediabilis error. Potest & a nauigantibus traductū uideri, cū reflātibus uentis, transuersim nauigant.

Ne Iupiter quidem omnibus placet.

LV

Theognis in sententijs, οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, οὐδ' ἕωμ πάντας ἀνδάνη οὐτ' ἀπέχω. i. Neq; Iupiter ipse. Siue pluat seu nō unicuiq; placet. Hodieq; uulgo dicunt. Neminē inueniri, qui satisfaciat omnibus. Nam alijs alia probantur. Et tres mihi cōuiuæ, prope dissentire uident. Poscetes uario multum

rio multū diuersa palato. Cui simile est illud euangelicum, quod in operis initio retulimus, cū de parcemiæ dignitate loqueremur, *ἠυλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὤρησάσατε, ἐθελήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλάνασθε.* i. Cecinimus uobis, & nō saltaſtis, lamentati sumus uobis, & non ploraſtis.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem.

LVI

οὐδ' ὅς περ πείσεις, οὐδ' ὅς περ πείσεις. i. Haud etenim persuaseris unquam, Nec si etiam persuaseris istud, puerbiali schemate dictum ab Aristophane. Est autem hyperbolæ genus, qua significamus tāquam ἀδωατότατον τι.

Nouit hæc Pylæa & Tyttygias.

LVII

οἶδε πὲρ πυλαία ταῦτα καὶ τυττυγίας. i. Hæc & Pylæa nouit & Tyttygias. Hoc uelut ænigmate ueteres innuebāt, opes malis artibus quaſitas. Tyttygias plagiarius quispiam fuit, qui seruos & res alienas, quas furto sustulerat in Pylæa, is est Arcadiæ locus, uenditare cōsueuit, atque hoc quaestu diues eualit. Autor Zenodotus.

Polycrates matrem pascit.

LVIII

πολυκράτης μητέρα νέμα. i. Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia petunt, narrātes Polycratem Samiorum tyrannū, matres militum, qui in bello interiſſent, recēſuisse, easque locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, unamquamque his cōmendās uerbis, σοὶ ταύτην μητέρα δίδωμι. i. Hanc tibi do matrem. Vsum prouerbij non adſcribit Zenodotus, proinde liberum est unicuique conſicere, cui ſententiæ rectissime possit accommodari. Ego puto nō incommode poſſe uſurpari, quoties aliquis in cōmendandis amicis est benignior, officioſiorque. Aut ubi quis alieno ſumptu de quopiam bene mereri ſtudet, ita ut alijs nummos impendentibus, ipſe præter officioſa quædam uerba nihil inſumat. Qui mos hodie quoque uulgo principibus manet. Siquidem miniſtros, annis iam ad aulicum uſum, inuſiles, monaſterijs, aut ciuū ditioribus alendos mandant.

Teiſſam laudas.

LIX

σαυτην ἐπαινεῖς. i. Laudas teiſſam. Hemistiſtichium iambicum, quod acciniſ, ubi quis ſe laudat, ſuique tibicinem agit. Plene ſic effertur, *σαυτην ἐπαινεῖς ὡς ὅρα ἀσυνάμας γῶαι.* i. Laudas teiſſam mulier Aſtydamæ in modum. Aſtydamas hiſtrio quiſpiam fuit Morſimi filius. Huic ſtatua in Theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Parthenæum ſeſe gnauiter ac ſcite geſſiſſet. Itaque titulum ipſe conſcripſit, in quo ſuas laudes complectabatur. Eumque in contione attulit, ut approbatus adderetur ſtatua. Verum ſuffragijs populi decretum, ne moleſtus ille titulus inſcriberetur. Ea res primū comœdiæ iocis agitata, poſt in prouerbium abiit. Ita ut nūc quoque nō inſacete uulgo dicitur, malignos eſſe uicinos illi, qui ipſe ſui laudator fuerit. Recēſetur a Zenodoto.

Syrbenæ chorus.

LX

συρβῶνος χορός. i. Syrbenæ chorus. De choreis incompoſitis ac tumultuoſis olim dicitur. Nam *σύρβη* quidam uocem exiſtimant, qua ſubulci erga ſues utantur, unde & *σύρβα* p̄ tumultu abutuntur. Duſta uidetur metaphora a diſſono illo porcorum gannitu. Non intempeſtue dicitur, in homines inter ſe diſcordes, & querulos, aut ubi offendet aures imperitorū canorum Symphonia diſcors.

Heliſodi ſeneſta.

LXI

ἠσιόδειον γῆρας. i. Heliſodia ſeneſta, *Λόγαυα*, uiuaxque ſic appellabat. Fertur enim de Heliſodi longæuitate Pindari epigramma quoddam huiusmodi, *καὶ εἰς ἠσιόσας, καὶ εἰς τὰς ἀντιβολήσας.* *ἠσιόσας ἀνθρώπου μέτρον ἔχωμι σοφίας.* Quod autem ait, eum bis publiſſe, ſignificat, opinor, extreme ſeneſtam, quali pueritiam referentem. Iuxta prouerbium quod alibi retulimus, *δὲ πᾶσι δὲ οἱ γέροντες.* Porro quod bis ſepultū, alludit, ni fallor, ad hiſtoriam, cuius meminit Plutarchus in cōuiuio ſeptem ſapientū, Cum ob ſuſpicionē interfectus eſſet in locris, & cadauer eius abiectū in mare, Delphinorū agmē illud exceptū, in Rhium expoſuit. Illic cū Locrenſes factū ex morte pagerent, & recēs Heliſodi cadauer agnoſcerēt, rebus oibus omiſſis, cædis autores ueſtigarūt, eos cōprehēſos, uiuos in mare præcipitarūt, ac domos incēderūt, Heliſodū in Nemeo ſepelierūt. Sed occultāt ſepulchrum p̄pter Orchomenios, quæ moniti oraculo, conabant uiri reliquias apud ſe ſeruare. Vnde cōſentaneū eſt, quæadmodū Homeri natiuitatē p̄multæ urbes ſibi uendicāt, Ita Nemecos ſimul & Orchemenios Heliſodi ſepulchrū ſibi aſſerere. Niſi ſepultū ſemel accipere malumus cū in mare pietus eſſet. Proinde uideto lector, ne pro ἀντιβολήσας legendum ſit ἐντιωſας, quod paternū admittit caſum, cum ſignificat conſequi, aut nanciſci.

Lotū guſtauit

Lotum gustauit.

LXII

Λωτοῦ ἔφαγε, i. Lotum gustasti, de ijs dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus haerent, uelut oblitus reditus. Neq; inconcinne dixeris in eos, qui simulatq; semel uoluptatē in honestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Sumptum a fabula Lotophagorum, de quibus meminit Homerus odyssæ libro nono, Narrans quemadmodum Ulyssis socij gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi uerberibus adacti, Ἀλλὰ σθε δόσσαμ λωτοῖο πάσσαδς. τῶμ δ' ὄσις λωτοῖο φάσι μελικιδέα καρπῶ. οὐκ ἔτ' ἀπαγγῆλαι πάλιμ ἠδέλεμ, οὐδὲ νέεδς. Ἀλλ' αὐτ' βούλοντ μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι. Λωτῶν ἔφεπρόμδμοι, μδίεμοσ, νόσου τε λαδέδς. i. Verum illis lotum degustandam exhibuere. Ast horum quisquis loti gustarat amicum. Et suauem fructum, neq; nuncia protinus illi. Vlla remittere cura, nec ipse redire studebat. Verum inibi cum Lotophagis remanere uolebant. Oblitus reditus, carpturi germina loti. Est autem Lotus arbor, de qua Plinius libro decimotertio, Tam dulcis ibi cibus, ut nomē etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriæ. Est & herba eiusdem nominis, gratissima & ipsa palato. De qua permulta Theophrastus libro de plantis quarto, capite nono. Reperimus & hoc prouerbium in collectaneis cuiusdam recentioris, quod quoniam uidebatur non illepidum, non grauatius sum adscribere.

Ex ore lupi.

LXIII

Ἐκ λύκου σομαρς, i. Elupirictu, ubi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam plane perijisse uidebatur, ueluti cum pecunia erepta a prædonibus, aut rapaci Tyranno, aliquo inopinato casu recuperatur. Nota metaphora, Adagium refertur a Diogeniano. Natum uidef ab Aesopica fabella, quæ narrat Gruem, cū stipulata mercede os, quod lupi gutturi inhaferat, immisso capite eduxisset, præmiū exigentem irrisam a lupo fuisse, cum is diceret, abunde magnum esse præmiū persolutum, quod ex ore lupi caput incolume retulisset.

Boni uiri lachrymabiles.

LXIII

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, i. At quisquis probus, is multum lachrymabilis est uir. De ijs dicebatur, qui facile comouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illachrymare dicuntur, qui miserescūt. Ouidius, Quibus possint illachrymasse feræ. Proinde Horatius, Plutonium quod nullis flectatur precibus, illachrymabilem appellat. Nō si tricenis, quotquot eunt dies, Amice places, illachrymabilem Plutona tauris. Et Dido Vergiliana Aenææ duriciē incusans. Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit? Num lachrymas uictus dedit, aut miseratus amantem est? Potest & ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu profectum. Contra, duos & inexorabiles adamantinos, ferreos, & corneis fibris dicim⁹. Adagium recensetur a Zenodoto.

Bocchyrus.

LXV

Βάχυρις, seu Βόκχυρις. Nam utrūq; reperio, rex quidam fuit Aegyptiorum, adeo notæ & in corruptæ in iudicandis litibus iusticiæ, ut uulgo si quem magnopere iustum & integrum significare uellent, Bocchyrin appellarent, perinde quasi Rhadamanthū dicas, aut Minoem. Plutarchus in cōmentario de uitiosa taciturnitate testatur, fabulam de hoc iactatam fuisse, quod cum esset natura grauis & austerus, Isis illi aspidem immittere solita sit, quæ capite circūuoluta, superne hominē inumbraret, ut ostento territus recte iudicaret. Adagium referē a Suida. Dicit potest & de ijs, qui non temere de re quapiam pronunciant. Negant enim hunc regem solere sententiam ferre, nisi de causa iam comperta, & certis argumentis deprehensa.

Camelus saltat.

LXVI

Vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiunt, Minerua, Camelum saltare dicebant. Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectet elegans ac festiuus uideri, naturæ uim faciens. Diuus Hieronymus prouerbij nomine citat, torquetq; in Heluidiū. Risimus inquit, in te prouerbium, Camelum uidimus saltitatem. Taxat Hieronymus hominis ineptiū qui cum a musis esset alienissimus, tamen disertus haberi uellet.

Canis in uincula.

LXVII

κῶων ἐπὶ δεσμά. i. Canis in uincula. Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malū aliquod inijceret. A canibus sumptū ultro se præbentibus uinciendos. Autor Zenodotus.

Chius ad Coum.

LXVIII

χιθὸς πρὸς κῶων. i. Chius ad Coum. De comparatione uehemēter inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum iactus, qui Chius dicebatur, unioni respondebat, Chous senioni. Fit autem

Interim allusio ad gentes, quarum utriusq; mores non caruerunt nota.

Optimum condimentum fames.

LXIX

Optimum cōdimentum fames. Inter apophthegmata Socratica celebrat, irridebat hoc dicto luxum Atheniēsiū, qui uarijs cupedijs & operosis cōdituris conarentē efficere, ut cibus saperet palato, cum id optime præstet fames, condimentū, ut optimum, ita & uilissimum. Nihil enim suauius edi, q̄ quod editur ab esuriente. Manet hodieq; uulgo tritum prouerbiū famem efficere, ut crudæ etiam fabæ saccharum sapiant. Antiphanes apud Ioannem Stobæum, *Ἀπαιδ' ὁ λιμὸς γλυκίεα πλὴν ἀντ' ποιῆ.* i. Præter seipsam, cætera edulcat fames.

Phani ostium.

LXX

Ἡ φάνη θύρα. i. Phani ostium. Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid. Veluti si cuius uxorem adulterio uitari contingeret, quam tamē ille multa zelotypia seruasset. Natum aiunt a Phano quodam usurario, uel (ut alij dicūt) cæco, qui cū cellæ penuariæ ostiū ita obstruxisset, ut citra strepitum non quiret aperiri, tamen a ministro apertum est, sublatūq; penu. Alij narrant huic Phano uxorem fuisse parum spectatæ fidei, Quā quod is haberet adulterij suspectam, atq; fores sic occlusit, ut nō nisi cum stridore sonitūq; possent aperiri, uerum illa cū ptegulas reciperet adulterum, uicini per iocū dicebant, Ἡ φάνη θύρα. Ea; uox postea cessit in uulgi sermonē. Haud scio an sit idem cum eo, quod refert Eustathius in *Odyssææ* librum ultimū, *Φανίου θύρα*, A phania quodam qui finxerit sibi multam opum uim domi reconditam esse.

Aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat.

LXXI

Diuis Hieronymus in catalogo scriptorum illustrium Philonem quoq; Iudæū recenset, q̄ & eloquentiam & omnē græcanicam eruditionem ita sit assecutus, & Platoniam in dicendo maiestatem, ubertatēq; sic expresserit, ut eum alterum Platonem appellet. Testat autē apud Græcos, uulgo de illo dici solitum, Ἡ πλάτων φιλωνίζε, ἢ φιλων πλατωνίζε. i. Aut Plato Philonē imitatur, aut Philo Platonem. Extat huius opus, in quo uitas illustriū aliquot Hebræorū tractat, orsus ab Abraham, tractat autem non tam ad historiæ cognitionem, q̄ ad institutionem regulamq; uiuendi, uidelicet omnia trahens ad morales allegorias, unde theologis præcipue legendus. Stilus tum candidus est, tum sublimis, ac diuinū quiddam præ se ferens, qualis est & Platonis. Gaudet symbolis, ac mysterijs numerorum, quod ipsum Pythagoræ, Platoniq; familiare. Ad morum institutionē accōmodat omnia, nec hac parte dissidens a Platone. Per allegoriam torqueri poterit ad quosuis inter sese uehementer similes. Nam hoc ipsum non simpliciter, sed figurate dictum illud sat argumenti est, quod Philonem longe Platone cōstat posteriorē esse. Cæterum in malam partem fiet prouerbialius. Veluti si quis dicat, aut Cretissat Africa, aut Afrissat Creta. Aut Neronissabat Galba, aut Galbissabat Nero. Huic figuræ cōfine uidet illud Platonis, *Ἐ πολυμνησῶν*, ut ait Aristides. *Beatas fore res publicas, εἰ μόν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφῆσωσιν, ἢ βασιλεύσωσιν οἱ φιλόσοφοι.* i. Si aut reges philosopharent, aut regnaret phi.

Viro Lydo negocium non erat.

LXXII

Ἀνδρὶ λυδῶν πᾶσα ματα οὐκ ἔστιν, ἀλλ' αὐτὸς θελεῖ δῶν ἐπιεία. i. Viro Lydo negocium non erat, at ipse foras profectus, parauit. Dicit solitum, ubi quis impatiens ocij, ipse sibi negocium, ac turbā accersit. Allusisse uidetur huc Plutarchus, aduersus Coloten, *ἔμοι ἡ δοκῆ καθάπερ ὁ λυδὸς ἐφ' αὐτὸν ἀνοίγειν οὐ θύραν μίαν, ἀλλὰ τὰς πλείους τῶν ἀποριῶν καὶ μεγίστας πηδῆδας τὸν ἐπικέρου.* i. Mihi uento uidetur quemadmodum Lydus ille, in seipsum aperire nō unam ianuam, sed maximis ac plurimis difficultatibus circūuallare Epicurū. Sumptum a Cræso Lydorum rege, qui antea felix, rebuq; florentissimis utens, Cyrum in se prouocauit, a quo uictus, in maximas calamitates deuenit. Autor Zenodotus.

Ne unq; uiri senis.

LXXIII

Ἀνδρὸς γέροντος μή ποτ' εἰς πνευλὴν ἵσται. i. Tu ne uiri unq; inspicito podicem senis, id est, ne regas illud a quoq; quod ab eo præstari non possit. Veluti si quis a philosopho requirat eloquentiam, ab oratore, exactam colligendi rationem, a sene facilitatem & festiuitatem iuuenilē. Metaphora fœdior est, q̄ ut libeat interpretari, simul aut aptior, q̄ ut opus sit. Refert a Zenodoto.

Amæa Aḡesiam reperit.

LXXIII

Ἀμαῖα πλὴν ἀρνησίαν μετ' ἠλθε. i. Amæa ad Aḡesiā accessit. Dicit cōsueuit, de re diu, multūq; quaesita desiderataq;. Didymus autor est apud Troæcenios, Cererē appellari, Amæā, Proserpinā Aḡesiam. Nota fabula de Proserpina a Plutone abducta ad campos Elisios, & Cerere toto orbe quaerente filiam. Refertur a Plutarcho in Alexandrinensiu prouerbiorum collectaneis,

K Tanq; heros

Tanç heros in clypeo excipere.

LXXV

Ἀλλ' ὡσαύτῃ ἥρωϊ ἐν ἀσπίδι ξενίσσαι σὲ βέλτομαι. i. Immo tanç heros in clypeo te uolo hospitio accipere. Dicitur solitum, ubi quis suis ipsius artibus, aut benefactis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quod antiquitus heroes, assidue in armis agentes, uelut in clypeo diuersabant, & siquid opus fuisset amicis, quod armis præstari poterat, id prompte præstabant, utpote sola uirtute diuites. Et apud Homocrū, Heroes tergoribus bubulis accipiunt, & apud Maronē, Euander Aeneam uilloso pelle leonis Accipit. Ex tergoribus aut integebant clypei.

Iouis sandalium.

LXXVI

τοῦ διὸς σάνδαλον. i. Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiam uideri uellet, propter principis alicuius familiaritatem. Veluti siquis insolens sit ac ferox, quod regis sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor, apposite dicetur, τοῦ διὸς σάνδαλον. Nihil autem uetat, quominus & ad rem accommodetur, ut siquis equum regium, aut uestem miretur, quemadmodum uulgas facere consuevit, non ob aliud, nisi quod regis sit. Suidas ex Eupolide citat.

Lux affulsit.

LXXVII

Vbi melior rerum spes ostendi coeperit, lucem affulsisse dicunt. Euripides in Oreste, ἡκε φῶς ἐμοῖς ἔσοις κακοῖς. i. Meisq; uenit lumen, ac tuis malis. De Menelao dictum, e cuius aduentu remedium aliquod malorum suorum sperabant. M. Tullius in Antonianarū prima, lux quædam uidebatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato. Porro lumen fausti ominis apud ueteres fuisse testis est, & M. Varro libro de lingua latina secundo, Putat enim Mane diei inde dictum, quod antiquitus Manum bonum uocabant. Ad cuiusmodi religionem Græci quoq; cum lumen infertur solent dicere, φῶς ἀγαθόν. Nos ite illata lucerna faulta inuicem precamur. Lumen enim uitam interpretantur. Vnde inuisam abrumperet lucem. Et tædet cæli cōnexa tueri. Euripides in Iphigenia in Aulide, τὸ φῶς τὸ δ' ἀνθρώποισι μὴ δῖον βλέπει. i. Lucem tueri est hominibus dulcissimū. Et apud Græcos βλέπειν, simpliciter dicuntur, qui uiuunt. Aegyptij uitam lucernæ symbolo repræsentabant, quod nihil aliud existimarent esse uitam, q̄ ignem humore uelut olei liquore nutritum.

Lupus aquilam fugit.

LXXVIII

Ἄλκυον ἀεὶ μὴ φεύγει. i. Lupus aquilam fugit. Vbi periculū imminens euitari non potest. Aquilam enim, alata cum sit, frustra lupus fugit. Refertur a Diogeniano.

Lupus ante clamorem festinat.

LXXIX

Ἄλκυον πρὸ φθι βοῆς πειύθει. i. Lupus ante clamorem festinat. Vbi quis admissi conscius, ultro timet, priusq; accusetur. Siquidem lupus, simulatq; prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, ueniat in periculum. Autor Diogenianus.

Lupo agnum eripere postulant.

LXXX

Leno quispiam in Pænulo Plautina. Lupo agnum eripere postulant, nugæ agunt. Vbi q̄ frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidetur sperare futurum, ut lupus agnum semel arreptum amittat. Confine, quod alibi diximus ἐκ λύκῃ σόματι. i. Elupi ore.

Viam qui nescit ad mare & c̄.

LXXXI

Plautus in Pænulo, Viam qui nescit, qua deueniat ad mare, eū oportet amnem quærere comitē sibi. Id est, qui rem cōmode cōficere nequit, is quauis ratione cōficiat, necesse est. Potest & in hunc accommodari sensum, qui per se nō sapit, alijs obtēperet, qui plus sapere uideantur. Potest item in hunc, Qui recte uiuendi rationem ignorat, eos sibi proponat, quorū uita laudata est. Fluuius etiam si longis ambagibus, tamen aliquando tandem ad mare deducit, quādoquidem illuc infunditur.

Volens nolente animo.

LXXXII

Ἐκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ. i. Volens inuito sane animo. Hemistichium, ni fallor, Homericum. Dicendum, ubi quis fingit se nolle, quod cupit, aut contra. Terentius nō dissimili figura dixit in Andria, Tu uoluntate coactus es tua. Nōnunq; de ambigente, animiq; incerto dicit, ut apud Euripidem in Hecuba, ὁ δ' οὐ θέλω μὲ καὶ θέλω. i. At is uolensq; & non uolens. Est etiam in arcanis prouerbijis Hebræorum, pigrum uelle & non uelle.

Vulturis umbra.

LXXXIII

τῆς σιαῖ. i. Vulturis umbra. De nullius precij homine dicebatur. Refertur a Diogeniano, Mihi magis

Mihi magis quadrare uidetur in hæredipetas, aut alioqui rapaces, inhiantesq; prædæ. Respōdet illi, Si uultur es, cadauer expecta.

Præfens abest.

LXXXIII

παρώμ ἀπιδυμῆ. i. Præfens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea, quæ dicuntur, cogitatione alijs in rebus occupata. Vnde quos iubemus attentos esse, ijs sic loqui solemus, hic estote, & hoc agite, & adeste animis. Hodieq; uulgo dicunt, cogitatione peregrinante, domi nō esse, sed foris. Terētius in Eunucho, Cū isto milite præfens, absens ut lies, id ē, corpore quidem præfens, cæterum animo semota. Contra, qui amant, absentes præfentes sūt, ueluti de Didone Vergilius in quarto, Absens absentem, auditq; uidetq;.

Vna lauabor.

LXXXV

παραλοῦμα. i. Vna lauabor. Dicitur consuevit, ubi quis insinuat se in societatem alterius, aut ubi quis admittit aliquem in societatem, uti qui pauperior est, sumptū effugiat. Suidas ait olim fuisse morē, ut diuites una cū pauperibus lauarent, ut quibus ppria suppellex strigilū, spongiarum, guttorū, atq; id genus rerū non esset, diuitū uterentur suppellectile. Citat idem Aristophanem ex Anagyro, ἀλλὰ πάντας ἄνθρωποις ἀπολοῦσθαι, ὅτι τοὺς ἀπόρους ἐᾶμι. i. Verū oportet omneis una lauare, ac spongias omittere. Tanq; hoc cōmoditatis laturo sunt tenues, si cū diuitibus balneū ingrediant, ut spōgij suis parcant. Vnde mihi uidet, nō incōcinne dici posse ubi q; leuiculā aliquā cōmoditate, quā citra suū incōmodū præstat, perinde ut ingens beneficiū imputat. Veluti si cardinalis inanē titulum familiaritatis largiat alicui, nihil ipsi nociturū, qui cōcedit, profuturum nō nihil ei, qui accipit, recte dicetur, παραλοῦμα. Quidam codex habet, παραδύομαι.

Pinus in morem.

LXXXVI

πέυκης τρῶπρον. i. Piceæ ritu. Vbi quis funditus, radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dicitur. Nam piceam succifam negant suppullulascere. Meminit huius prouerbiij Staphylus, citante Diogeniano.

Procridis telum.

LXXXVII

προκριδῶ ἀκόντια. i. Procridis iacula. De ijs, qui ueluti certis telis, quicquid animo destināt, assequunt sumptū. Notissima fabula, uel Ouidio narratore, libro trāsformationū septimo, de Cephalo, q; certo iaculo emisso Procridē uxore interemit, ratus ferā esse. Huic diuersum est illud Horatianū, Nō semp feriet, quodcūq; minabit arcus, id est, nō semp feriet, quod cupis.

Promeri canes.

LXXXVIII

προμέρη κῶνες. i. Promeri canes. Dicitur solitū, ubi quis nouo casu pœnas daret ijs, quos aliquando læsisset. Promerus regius quidam minister fuit. Is Euripidem Tragicum poetā, supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poetā soluit, a quibus ille deuoratus interijt. Proinde quoties potens quispiam offensus aliquos subornat, submittitq; qui tibi negociū facessant, tempestiue dixeris, προμέρη κῶνες. Conuenit cum illo, quod alio dictum est loco, κνωὸς δίνω. i. Canis uindictam. Recensetur a Diogeniano.

Magistratum gerens, audi & iuste & iniuste.

LXXXIX

εἰς ἑὸν ἀκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδικίως. i. Princeps iniqua & æqua pariter audias. Sumptum aiunt hoc adagiū ex Solonis elegijs. Etiā si hic trimeter est iambicus. Admonet, ut qui in tractandis Reip. muneribus uersatur, patientissimis sit auribus, æquoq; animo & bene & male audire consuescat, neq; facile populi uel laudibus, uel conuicijs a recto dimoueat. Cōgruit huic illud Sophocleum in Antigone, ἀλλ' ὅμ πόλις σήσσει, τόνδε ἄνθρωπον καὶ συμμικρὰ ἢ δίκαια. i. Sed quem instituerit ciuitas, & parua eum Audire oportet, & æqua, & his contraria. Postest & ad hoc accōmodari, quod quidam Romanus Imperator dixisse legitur, in ciuitate libera, linguas item liberas esse oportere. Neq; uero mirum aut magnū, si principes permittāt populo quæ uelint dicere, cum ipsis liberum sit, quæ uelint facere. Præterea de principum factis uulgus uarie pronuntiare consuevit, quod alius probat, alius damnat. Maiore autem animo oportet esse principem, q; ut huiusmodi uoces captandas, aut obseruandas existimet.

Fulgur ex pelui.

XC

ἀστραπὴ ἐκ πυλῶν. i. Fulgur ex pelui. De minis inanibus eorū, qui lædere nō queāt. Fulgor em̄ qui fulguris imitatione quadā e uasculorū nitentium uibratione, aut ex aquis reddi, nocendi uim nullam habet. Pueros modo territat. Habent & hodie specula quadā, quæ uibrata ad solem fulgur imitantur, Verum id fulmen non est, quod mōtes ac maria pcutiat, ut inq; Plinius.

R 2

Paroemiam

Parœmiã recenſet Diogenianus.

Ex inanibus paleis:

XCI

Αταρ ἐκ καθαρών ἀχυρώων τετυγγκας σιτίου. i. Atqui e puris paleis tritutam frumenti facis, id est, Operam ſterilem & infrugiferam ſumpſiſti. Natum a ruſticis adagium, cum male enatis ſegētibus, præter culmos & paleas nihil adferunt in horrea. Recenſetur a Diogeniano.

Atrei oculi.

XCII

Ἀτρείως ὄμματα. i. Atrei oculi. De toruo, truculentoq; aspectu dicebat. His enim oculis in Tragediis inducebatur Atreus, qui Thyestæ fratri, filios ipsius epulandos apposuit, ppter uxorem adulterio uitiatam.

Mutus Hipparchion.

XCIII

Ἀφων ὁ ἱππάρχιον. i. Mutus Hipparchion. Vbi quis repente obmutescit, cum maxime uox illius expectatur, id quod non raro consuevit quibusdam in cœtu dicturis euenire, ut subito uelut attonitis uox faucibus hæreat. Quod aiūt accidisse Theophrasto homini in circulis aliquin eloquentissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrat olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse Citharædos, Hipparchionem, & Rufinum. Cum autē in solennibus ludis, qui decimo quoq; anno apud Iuliopolitas agebantur, essent inter se decertaturi, contigit, ut Hipparchion Theatri strepitu turbatus, obrucuit, eaq; res in uulgi iocū abiit. Autor Zenodotus.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil.

XCIII

Ἀφιλοχρηματία πάρεταρ ἔλοι, ἀλλὸ δὲ οὐδὲμ. i. Vna fames auri spartam capiet, subigetq; præterea nihil. De his, qui sola pecunia possunt expugnari, alioquin inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo responsum est, tum demum uincendos esse Lacedæmonios, cum aurum & argētum in precio cœperint habere. Respondet apophthegmati cuiusdā, qui putauit nullam arcem, tam munitam esse, quin capi posset, modo asino pateret accessus onusto auro. Respondet & Danaës fabulæ, a qua nulla custodia, auri insultum arcere potuit.

Non decet principem solidam dormire noctem.

XCV

Inter pleriq; Homerī carmina, quæ quondā prouerbiorū uice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud uel præcipue annumerarim, quod est in Iliados libro secundo, οὐ γὰρ παυνύχιον εὐδαίμων βουλιφόρον ἄνδρα. i. Haud dignū duce id est, noctem dormire per omnē. Admonet parœmiã uigilantiam ac sollicitudinē maxime conuenire principibus, ut qui tantā negotiorum facinā sustineant ac humeris. Vnde & Vergilius Aeneam suū alijs dormiētibus, aut uoluptati indulgentibus, aut uigilantē facit, aut certe excitat, fingitq; cogitabundū, sobrium, & de futuris agitantem animo. At pius Aeneas per noctem plurima uoluēs. Et rursus, Aeneas potes hoc sub casu ducere somnōs. Atq; iterum, Vigilas ne decem gens Aenea uigila. Huius rei præclarum exemplū præbuit, Epaminondas ille dux Thebanus. Siquidem cum Thebani ciues festis quibusdam diebus, solutius comotationibus indulgerent, licentiusq; uoluptatibus frueretur, ille solus uigil, ac sobrius arma iustrabat, & urbis obambulabat mœnia. Rogatus, cur id faceret, respōdit se, νήφην ἢ ἀγρυπνήν, ὅπως δὲ τῶν ἄλλοις μεθύειν ἢ καθεύδειν. i. Sobrium esse se, ac uigilare, quo reliquis liceret temulentos esse, ac dormire, quemadmodū refert Plutarchus in libello aduersus Ducem imperitū. Porro quæ modo retulimus, ex Homero dicunt ad Agamemnonē, sub psonā somnii, Nestoris speciem imitantis. Integrū carmen sic habet, εὐδαίμων ὄμιε δαίφρον ἱππεδάμοιο, οὐ γὰρ παυνύχιον εὐδαίμων βουλιφόρον ἄνδρα. ὠλαοί τ' ἐπιτετραφαίται ἢ τῶσα μ' ἐμνη. i. Belligeri Atridæ proles, dormis ne Agamemnon? Perpetuā noctē dormire haud principe dignum est. Cui populi cōmissi, & tanta negotia cura. Eundem cæteris dormiētibus solum uigilantem facit Iliados. κ. ἄλλοι μὲν πρὸς νηυσὶν ἀριστῆες παναχαῶν εὐδομ παυνύχιοι μαλακῶ δ' ἐδμημύχοι ὕπνω, ἀλλ' οὐκ ἄξειδλω ἀγαμέμνονα ποιμνύα λαῶν ἵπνω ἔχε γλυκὲς ποδῶ φρεσὶν ὄρμαινοῦσα. i. At reliqui Danaum proceres noctem usq; per omnē Dormibāt, placido correpti membra sopore At non Atriden pastorem Agamemnona plebis Somnus habet dulcis, uersantem pectore multa. Consimilem ad modū Iouem uigilantē facit Iliados secundo, ἀλλοι μὲν γὰρ θεοὶ τε, ἄνδρες ἱππεκορυσταί, εὐδομ παυνύχιοι, δία δ' οὐκ ἔχε νηδύμ. ὄμιε ὕπνος ἀλλ' ὄγε μερμηρίζε κτλ φρένας. i. Tum reliquos omneis, diuosq; uirosq; tenebat Pernox somnus at infomnis Saturnius unus, Pectore sollicito uoluebat. Narrat Plutarchus in eodem cōmentario, quem modo citauimus quiddam, uel alienū ab hac parœmiã, nec indignum memoratu. Nimirū regi Persarū hūc fuisse morem, ut semp unum quempiam haberet cubicularium, cui hoc muneris erat mandatū, ut mane regium thalamū ingressus, his uerbis illum expergeret, ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φροντίζε πρῶτα γὰρ τῶν ὄντων, ὅς σε φροντίζειν ὁ μισθρομασίσθης ἠδὲ λίσσε. i. Surge rex, ac negotia

ac negocia cura, quæ te Meforomafdes curare iussit. Quod si quis princeps eruditus sit ac prudens, huic nihil opus fuerit eiusmodi cubiculario monitore, sed ipsa ratio semper in pectore tale quiddam insonabit, φρόντιζε, & οὐ γῆ πικρῆ. Plato septimo de legibus libro, multis modis uigilantiam commendat, maxime in principe. Eius uerba subscribam, ἐγρηγόρες ἢ ἄρχοντες ἐν πόλεσι μνηκτωρ, φοβερὸν μὲν κακοῖς, πλεμίοις τε ἅμα καὶ πλίτῃσι. i. Principes qui noctu uigilant in ciuitatibus, Malis sunt formidabiles ciuibus, pariter & hostibus. Ac paulo superius eodem in loco, καθεύδωμ γῆ οὐδεις, οὐδέν. i. Nullus enim dormiens alicuius est rei.

Capram portare non possum, & imponitis bouem.

XCVI

Plutarchus in cōmentario, cui titulus, περι τῆ μη δῆμ δ' ἀνέζει. Ἐπει δ' ὅτι πρῶται εἶσαι γελοῖον οὐ δῶαμαι πλὴν ἄλλα φέρειν, ἐπιτίθειτέ μοι βῆμ. i. Tauro oneratis, cum nequeam portare capellam. Vbi quis quod leuius est, recusat, & quod multo sit intolerabilius, imponi sibi postulat. Veluti si quis impatiētia paupertatis, nam ad id accommodat Plutarchus, usuris inuoluat sese, quod onus uix diuitibus sit tolerabile.

Nunc enim meos boues abegerunt, nec equos.

XCVII

Ὁν γὰρ πῶπτε ἔμας βῆς ἡλασάμ, οὐδὲ μὲν ἴππῃσι. i. Non enim equos nunc mihi subduxere boues ue. Proverbiali figura uidetur olim usurpatum, pro eo, quod est, Nunc me laeserunt, aut affecerunt iniuria. Cum negamus nobis esse causam, cur illum aut illum odisse debeamus. Plutarchus in cōmentario de uitanda usura, καὶ ταῦτα μή με οἶοτε λέγειν πόλεμον δ' ἐν λωχότα, πρὸς τοῦς δ' ἀνεσῆς, οὐ γῆ πῶπτε ἔμας βῆς ἡλασάμ, οὐδὲ μὲν ἴππῃσι. i. Neque uero me existimetis hæc dicere, quod bellum mihi sit cum usurarijs. Nunc etiam uel equos mihi subduxere bouesue, id est, nunc quicquid mei abstulerunt. Id quo longius traducet a simplici sermone, hoc magis erit puerbiale. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ libro primo. Vbi Achilles cōtendens cū Agamemnone negat sibi causam esse, quam obrem cū Troianis bellum suscipiat, nisi ut illi morem gerat. οὐδ' ἔγω γῶωμ ἐνεῖ ἡλνθομ ἀίχμητάωμ Δεῦρο μαχισύμωμ, ἔπει οὐτι μοι αἰτιοῖ εἶσιμ, οὐ γῆ πῶπτε ἔμας βῆς ἡλασάμ, οὐτε μὲν ἴππῃσι οὐδ' ἐπὸς ἐν φθῆ ἐριβώλακι βωτιανέρη καστῆρ ἐδ' ἡλίσαντ. i. Haud ego Troiugenū huc accessi nomine, quo cū His Bellum gererem, neque enim sum laesus ab istis.

Nunc etiam uel equos mihi subduxere bouesue. Nec Phthies nunc segetum uirum feracis, Sūt populati agros. Dictum est autem ex antiqui seculi ritu, quo cum uita mortalium adhuc esset pastoralis, prima belli causa erāt abacta pecora, quemadmodum eleganter indicat Homerus Iliados. σ. de pingēs Achillis Clypeum, τοῖσι δ' ἐπειτ' ἀπάνθυδε δ' ὄνο σιοπῆ εἶατ λαῶμ Δέγμονοι ὅπποτε μῆλα ἰδοῖατ καὶ ἐλικας βῆς οἶδε τάχα προχλῦνον, δ' ὄνο δ' ἄμ' ἔποντ νομῆες, τὸρ πῶμωμοι σίριγξι δ' ὄλομ δ' οὐτι πρῶνοσάμ οἱ μὲν τὰ, πρῶιδόντες ἐπέστραμωμ, ὄκα δ' ἐπειτὰ τάμνοντ ἀμφὶ βῶωμ ἀγέλας. ἢ πῶα καλὰ ἀργεννώμ ὄωμ, κτεῖνομ δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας. Et reliqua quæ sequuntur.

Felix, qui nihil debet.

XCVIII

Εὐδαίμων ὁ μηδὲμ ὀφέλωμ. i. Felix qui nihil debet. Sententia Græcis celebrata, Quæ facile bis ueram dicet, qui periculum fecerit, quid sit ære alieno obstrictum esse. Qui non sit expertus, is Plutarchi cōmentarium euoluat de uitandis usuris, quæ sit miserum debere, facile cognoscet. Quid enim calamitosius, quæ toties erubescere, toties perficere faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare, nunc supplicem agere, nunc flagitare, palam appellari, uitari, notari digito, breuiter nunc tui iuris esse. Nam hæc, cum his multa alia incōmoda secum adfert æs alienum. Extat in hanc sententiā Epigramma græcum huiusmodi, titulo Automedentis Εὐδαίμων πρῶτομ μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲμ ὀφέλωμ εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτομ ὄσις ἄπαις ἢ μανείς γήμη τις ἔχει χάριμ, ἢ κατορῆξῃ εὐδῆς πλὴν γαμετῆ, πρῶκα λαβῶμ μεγάλω ταῦτ' εἰδῶς σοφὸς ἰδί, μάτλω δ' ἐπὶ κρομ ἔασομ πῶ δ' κενὸμ κτεῖμ ἢ τίνες αἱ μορῶδες. i. Qui nulli debet, fortunatissimus ille est. Proximus huic coelebs tertius orbis erit. Quod si quis demes uxorem duxerit, illi Hic ita res demum comoda grata feret, Eueniat si fors, ut grandi dote recepta, Protinus uxorem deferat in tumultum. Hæc doctus sapias, Epicurum querere frustra, Qua sit inane sinas, quæque sient monades. Plutarchus in libello cui titulus, περι τῆ μη δῆμ δ' ἀνέζει, scribit Persis, duo fuisse peccata. Primum debere, proximum mentiri. Nam ea iudicabant coherere, quod quæ sunt oberati, sapius cogant mentiri. Quod autem refert Plutarchus, est apud Herodotum libro primo.

Ad digituli crepitum.

XCIX

Qui arrogatius, fastuosiusque iubent quippiam, Digituli crepitu significare dicunt. Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum usurpauit, in superciliosum quendam & fastidientem, qui dicturus, digituli crepitu silentium imperabat, deinde simili fastu, singulas uoces per

R 3

interualla

interualla promebat, ut singultire crederes, non proloqui. Videtur autem hic gestus fuisse de minorum, seruis humilius aliquod ministerium inuentum. Martialis libro tertio in Zoilū, Digni crepantis signa nouit Eunuchus. Item in Distichis, Cum poscor crepitu digitorū & uer na moratur O quoties pellex culcitra facta mea est. Simile est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex Homero citat Plinius in epistolis. Et nutu dicuntur efficere, qui minimo negotio re conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi, qui promptly morigerantur.

Suem irritat.

Ἰνδρίνα. i. Suem irritat. In auidum rixarum dicebatur. Sus em agrestis prouocatus, recta petit eum, a quo prouocatus est. Sic enim narrant uenandi periti, si quis suem lancea protensa prouocarit, etiam si iam ille sequebatur alium quempiam, ilico uertere cursum, & in prouocatore tendere, ne cuspide quidem uitata.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA OCTAUA.

Seruatori tertium.



Τὸν τρίτον τῶν σωτήρι. i. Tertium seruatori. Proculus Diadochus in cōmentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis diuisionem, deq; quatuor uirtutum generibus, usurpauit adagium hoc, his quidem uerbis, ἀλλὰ τὸ τῶν διαλυθέντων καὶ τῶν ἐν ψυχῆς μερῶν κατ' οὐσίαν διακριθέντων, τὸ τρίτον τῶν σωτήρι φασί. i. His dissolutis, animiq; partibus, iuxta suam rationem distinctis, tertium Seruatori, quod aiunt. Sentit aut Proculus, absolutis duobus, restare tertium, uidelicet, quo pacto quatuor uirtutes ad tres illas animi ptes possint referri. Sumptū est adagiū ex Olympiacis Pindari, apud quē de tertio Iouis sospitatoris calice legimus ad hūc modū, εἶν δὲ τρίτον σωτήρι προσάνοιτας ὀλυμπίω, ἀγέ ναυ καταπένδερ μελιφδόγχοις αἰοδαῖς κρατήρα. Quorū carminū hęc ferme mēs est. Optat Pindarus, ut aliquñ uincat Olympia, Aeginēsis, quo cōtingat tertium miscere calicē sospitatoris Ioui, nō sine laudibus, tū ipsius uictoris, tū Iouis Olympiē. Craterē aut intelligit, aut simpliciter eū, qui sumit in cōuiujs uictorialibus, aut κρατήρα τῶν ἠδῶν. i. Calicē cantionū, quē admodū alibi, γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφδέγκτων αἰοδαῶν. i. Dulcis calix uocaliū cantionū. Quo quidē loco, Pindaricus interpretēs ostēdit antiquus fuisse morē, ut in cōuiujs, prim⁹ calix misceret Ioui Olympio, Secūdus heroib⁹, Tertius Ioui Seruatori. Testē huius rei citat Sophoclēs, ἐμ ναυπλόω, ζεῦ ταυοσίλυπε καὶ διὸς σωτήρις ἀπονοδαί τρίτος κρατήρος. i. Curarū adeptor, Iupiterq; & tertij libatio scyphi sospitatoris Iouis. Citat & Aeschylum in Epigonis, λοιθὰς διὸς μὲν πῶτον ὠροῦο γάμοσ ἥρας τε, εἶτα πῶν δευτέρω γε κρασίμ ἥρωσι νέμω, εἶτα τρίτον διὸς τῶ σωτήρος ἐκταίω λίβα. i. Libatiōes primū qdē Iouis, Iunonisq; tepesstuarū nuptiarū. Deinde secundū poculū heroibus tribuo. Deinde tertio loco Iouis sospitatoris optabile stillā. Addit aut hūc calicē σωτήρος appellatū, quod hucusq; potatio citra ebrietatē, animiq; noxā cōsisteret. Ultra quē si quis pgressus esset, iā ad libidinē, intēperatīaq; res uergere uideret, iuxta illud apud Apuleiū Asclepiadis dictū, existimātis pmū craterē ptinere ad sitim, secundū ad uoluptatē, tertium ad ebrietatē, quartū ad infaniā. Hunc aut eundē Διὸς σωτήρος calicē appellāt τέλειον, siue quod in hūc desineret bibēdi modus, siue quod hic nūc rus inter oēs absolutissimus esse putat, ut cui adsit & initiū, & mediū, & finis, eoq; reb⁹ diuinis potissimū accōmodat, & a Platone referē ad animū, utpote diuinū, & ob id Ternione cōstantē. Ne id qdē Theologica ratiōe uacat, quod primā & ultimā paterā Ioui dicarint, mediā semideis. Primū em heroibus, medius locus cōpetebat, uel qd iuxta Platonis sententiā mediā cōditionis essent inter sūmos illos deos, οἱ ὀλυμπωρον ἔχουσι, ut inqt Homerus, quos Plato mentes autumat esse nullis obnoxias corpibus, & inter nos corpibus oneratos, & ob id affectib⁹ nobisq; obnoxios. Dæmonibus em Platonicis tribuūt corpa, tætsi nō eiusmodi, qualia sunt nostra uerū aerea, cuius opinionis se fuisse testat & diuus Aurelius Augustinus, in libello de natura dæmonū. Vel quod iuxta poetarū fabulas semidei cōpositæ, mediæq; sunt originis, ex altero parente Deo, altero hoie, uelut Hercules ex Alcmena & Ioue. Castor & Pollux ex Leda & Ioue. Porro Iouem intelligūt mentē illā summā, oia simul cōplectentē, ut idē & initiū & finis sit omniū, Eaq; ob causam ab hoc auspicabant potationē, & in eundem finiebāt. Meminit Iouis sospitatoris nō semel Aristophanes in Pluto, uelut hoc loco, τὸν οἶν δία ζῆρ σωτήρα καυτὸς καὶ δ' οὐκ ἄκακρον εἶσας ἐνθάδ' ἀντ' καταμύθεον. i. Mihi itaq; uisum sospitatorē Iouē, Vt ualere sinam. Atq; hoc pmancā posthac loco. Tradit interpres tēplū Athenis fuisse, τοῦ διὸς σωτήρος, Quem eundē quidā ἐλευθέριον appellant. Adagio licebit uti, cū significabimus nos ad id, quod in negotio postremū, ac præcipuū est, accedere. Priusq; finē faciā illud admonere libet, ex Pindari uerbis

uerbis, eundē uideri Iouē Olympiū ac sospitatorē. Plutarchus cōuiuialiū quæstionū, Decade quinta, de tribus his calicibus loquit̄, ni fallor, ἰοῦ δὲ ἢ θεῶ θύοντες, πᾶσι τοῖσ' ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα ἐν σαυτοῖς ἢ βωμοῖς κατὰ χόμειθα, ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κίρνα μύλων, τοῖς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνένδομον, τοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου τοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ τελευταίου, φθόνος γὰρ ἔξω δείου χοροῦ ἴσονται. i. Neq̄ enim cum deo rem diuinā facimus, reliquis omnibus dijs, maxime cum templis & aris uota facimus. Sed tribus crateribus mixtis, alijs de primo libamus, alijs de secundo, alijs ex ultimo. Nam inuidia stat extra chorum diuinū. Meminit huius rei & Decade septima, demonstrans, cum uni sacri ficabat̄ deo, oibus simul uota fieri, sed nō nominatim. **Hyperuertigo.** **II**

ἵππερου περιτροπή. i. Pistilli circūuolutio. Vbi quis semper idem agit, neq̄ quicq̄ tamē explicat. Plato Comicus opinor in Adonide, apud Zenodotum, ἔτα οὐχ ὑπέρου μοι περιτροπή γενέσεται. i. Dehinc mihi uertigo Pistilli haud erit. Plutarchus aduersus Stoicos significās illorū ratiōes eodē reuolui, πολλὰς οὖν ὁ δῖος κόρινθος ἐπὶ τῶν λόγων αὐτῶν ἀφίατη τῷ γῆς ὑπέρου περιτροπήν ἵνα μὴ σκώπῃσιν δοκῆς, ἕασον. i. Multus igiŕ Iouis corinthus ad rationē illorū admittit̄. Nā Pistilli circūuolutionē, ne ridere uidearis, omitte. Vnde uidet̄ solere dici, cū eadem sapius iterantur nō sine tædio. **Sus sub fustem.** **III**

γὰς ὑπὲρ ῥόπαλον. i. Sus sub fustem. Vbi quis sese in præsens discrimē, ac perniciem præcipitat. Nam sus apud quosdam fuste mactari mos est. Refertur a Suida.

Si bouem nō possis, asinum agas.

Εἰ μὴ δύναιο βούμ, ἔλαυνε ὄνον. i. Si nequeas bouem, asinū agito. i. si nō potes ut uis, utcūq̄ potes, facito. Si fortuna splendidior nō cōtingit, eā sortem, quæ contigit boni consulas, si quod optas nō licet, id quod est proximū, amplectere. Autore Suida.

Siren amicum nunciat, apis hospitem.

Σειρήν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξείνον δὲ μέλισσα. i. Hospitem apis, uerum Siren prædicat̄ amicū. Quoties complures eadem de re bene ominant̄. Nam Siren hoc loco non unam ex tribus illis uirginibus Homericis significat, uerum insecti genus, api non dissimile. Autore Suida.

Etiā si lupi meminisses.

Εἰ ἐλλύκου ἐμνήσθης, id est, Etiā si lupi mentionem fecisses, subaudiendū, interuenisset. Quoties præter expectationem interuenit is, de quo fuerat mentio, cognatum ei, quod alibi receuimus, Lupus in fabula.

Similior ficu.

ὁμοιότερος σύκου. i. Similior ficu. Per iocum dicebat̄, de uehementer inter se similibus, Ducta metaphora a ficorū inter ip̄as similitudine. Plutarch⁹ aduersus Stoicos, θαυμαστόν ἢ παραδόξον εἰ μήτε φάτῃ φάτῃ μήτε μελίτῃ μέλιτῃ, μήτε πυρῶ πυρῶς, ἢ σύκῳ, τὸ τῶ λόγου, σύκου, ἐμ τῷ παντὶ χρόνῳ γέγονεν ἄνω ῥάλακτον. i. Mirum & inopinabile, si neq̄ palumbus palumbo, nec api apis, nec tritico triticum, aut fico, quod est in prouerbio, ficus, semper ad similes fuisse. Confine est ijs, quæ retulimus alibi. Non tam ouū ouo simile, & non lac lacti magis est simile.

Simul & da & accipe.

Ἄμα δίδου ἢ λάμβανε. i. Simul da & accipe. Vbi res est cū homine parum certa fide, cui nō sit tutum quicq̄ credere, nisi statim receperis, quod fueris stipulatus. Torquetur ad cum, qui non collocat officium, aut munus suum, nisi iam certus de mutuo, nec spem emit precio, quæ admodum ait Leno Terentianus. Aristoteles hanc parcemiam uenustius extulit libro Moralium Nicomacheorum octauo, taxans amicos, quos mutua conciliat utilitas, & perinde, ut in forensibus commercijs, non dant beneficium, sed uendunt. ἢ μὲν πᾶμπαν ἀγοραία ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, ἢ δὲ ἐλθὺν διερωτῆρα εἰς χρόνον. i. Altera quidem omnino fordida & cauponaria compenlatio de manu in manum, altera magis ingenua ad tempus. Allusit philosophus ad Comicum illud, quod citatur ab interprete Pindari, φοῖνιξ γῆς εὐθὺς γίγνομαι, τῇ μὲν δίδωμι χεῖρ, τῇ δὲ λαμβάνω, id est, Phœnix enim fio ilico. Quippe altera manu do, accipio altera. Phœnices notantur nimio cauponandi studio. Vnde & Pindaro dictum, τὸ δὲ μὲν καὶ φοίνισσιν ἐμπολὰν μέλος. Phœniciam commutationem appellat, cum datur aliquid & uicissim accipitur. Porro negotiorum genus nihil habet sacrum, præter unum pecuniæ lucrum, cui se totos ceu Deo consecrarunt. Hoc pietatem, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur. Reliqua nugæ. **Semper me tales hostes insequantur.** **IX**

Αἰετῶν τοῖς με πόλεμοι διώκοισιν. i. Me bella semper insequantur talia. Vbi quospiā libet̄ odimus, ac similitatē illorū cōtemnimus. Est enim hominū genus, quos periculosius sit demeruisse, ut ait Seneca, q̄ offendisse, & quos magis expediat inimicos habere, q̄ amicos. Et quibusdā

R 4 displicuisse

difficuisse laudabile est. Et sunt, cum quibus amicitia copulatum esse dedecori sit, similitate dissidere pulchrum. Potest accommodari & in eos, qui desciscunt ab amicitia, sed ut inimici nihil queant nocere. Legitur & ad hunc modum, Αἰ τοιοῦτοί με πολέμοι δῖοιοιεν. i. Me semp hostes insequantur hoc genus:

Anus Eriphus.

X

Ἐραῦς Ἐριφος. i. Anus hœdus. Apollodorus apud Zenodotū ait Anum quandam fuisse, quæ uulgo dicta sit Eriphia, quod in uirginitate consenuisset, perinde quasi eadem & anus esset, pætatem, & puella, quod adhuc innupta. Sunt qui tradat locustam agrestem, a nonnullis Mantin appellatam, in Sicilia, Ἐραῦν Ἐριφοῦ appellari. Aiunt autē quodcūq; animal aspexisset, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem ueneficam & fastinatricē quadrare uidef. Quod genus apud Horatium Canidia.

Anus saltat.

XI

Ἐραῦς Χορεύς. i. Anus saltat. In eū cōuenit, qui indecore quippiā facit, ueluti si senex ludat nubicibus, aut Theologus rhetoricis flosculis lasciuat, aut princeps exemplo Neronis muscetur. Confine est illi, quod supra retulimus, Camelus saltat. Horatius in anum intempestiuæ libidinis, Te lanæ prope nobilem Fonsæ Luceriæ, nō citharæ decent. Nec poti uetulam fece tenus cadit.

Anus subsultans multū excitat pulueris.

XII

Ἐραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. i. anus subsultans, multū puluerem excitat. In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, multū negociorum aggredierentur. Videtur carnē heroicū syllaba duntaxat deprauatum.

Anus uelut equus profundam habebis fossam.

XIII

Ἐραῦς ὡς τις ἵππος ἔμ χαραδραῖον τάφορ ἔξει. i. Anus uelut equus, alte hiantem habebis, ac nigrum specum sepulta. De his, qui penitus abijciuntur, tanq; prorsus inutiles. Equi posteaq; cōsenuerint, in altos terrarum specus aliquo præcipitantur. Ita mulier olim amata, simulatq; defloruit forma, fastiditur ab omnibus, Simile illi, Equi senectus.

Aphyarum honos.

XIII

Ἀφυῶν τιμὴ. i. Aphyarum honos. Quoties humilibus exiguus quispiam honos cōtingit, Nā Aphyā pisciculus est uilis, cui coquendo nihil adhibetur, præter oleum, quo frigitur. Vnde iactatum illud, ἀφύιας τιμὴ τοῦ λαιοῦ. i. Aphyæ honos oleum.

Cur non suspendis te.

XV

τί οὐκ ἀπέκλω, ἵνα δῖοιοι κῆρως γένῃ. i. Quin te suspendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud alios summus honos habebat ijs, qui sibi mortem consciuissent, præsertim pro salute patriæ, ut apud Atticos Codro pro patria non timido mori, apud Rhomanos Decijs & Qu. Curtio M. Catoni Uticensi, Bruto & alijs plerisque. Apud Thebanos aut nullus honos habebat, ijs q; sibi uim attulissent. Vnde per ironiā dictum putant, ut Thebis semideus fias. Dici posse uideatur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet periculis grauibus obijciunt. Referat Zenodoto.

Quid tibi Apollo cecinit?

XVI

τί σοι ἀπόλλωμ κεκιθάριεν. i. Quid tibi Apollo cecinit cithara? hoc est, quid tibi respondit? Alusum est autē ad Apollinis Citharam, quam illi tribuunt poetæ. Vfus est hoc adagio Aeschylus in Aiace Locrensi. Refertur a Zenodoto. Conueniet, ubi quis a principe redeunte percussabitur, quid responsi tulerit, τί σοι ἀπόλλωμ κεκιθάριεν.

Quid non fies, profectus Arbelas?

XVII

τί οὐ γενήσῃ, ἰῶν ἀρβέλας. i. Quid nō fies Arbelas pfectus? De eo dici solitū, qui peregre proficiscens ingentia sibi pollicet, fretus gentis, ad quam demigrat inscitia, barbarieq;. Siquidē Arbelas Siciliae ciuitas, cuius ciues male audiebant olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur. Apud hos igit etiā cōtemptus alibi, magnū aliquid esse possit. Quāq; est huius nominis ciuitas in Perside, cuius meminit Strabo in libro decimosexto.

Bonus e pharetra dies.

XVIII

Ἀγαθὴ ἐν φηφάρετρας ἡμέρα. i. Bonus e pharetra dies. De die fortunato dicebat. Translatum a Scytharū cōsuetudine. Quibus ut narrat Philarchus, mos erat, ut uesper, priusq; dormirēt, calculum in pharetrā immitterēt candidū, si forte is dies citra molestiā abijisset, atrum, si secus. Demū ubi quis uita decederet, eius pharetrā pferebant, in qua si plures candidos calculos reperissent, felicē pnunciabant, contra si plures nigros. Atq; hinc uitæ summā æstimabant. Vnde de puerbio receptū est, ut dicerent bonum diem e pharetra esse.

Res cannacæ.

Res Cannacæ.

XIX

τὰ καννάκου. i. Res aut mala Cannacæ. Bifariam hac utebant parcemia, uel de rebus ob uctu-
statem admirandis, uel de lamentis & cōploratiōibus miseris ac lachrymosis. Cannacas quis-
piam Phrygum rex, quemadmodū narrat Hermogenes in Phrygijs, qui cū prauidisset, eue-
turū diluuiū, cōuocatis om̄ibus ad templa Deorū, multis lachrymis supplicabat dijs, ut id ma-
lum auerteret. Vnde Herodes iambographus inquit, ἵνα τὰ καννάκου κλαύσω. i. Vt Cannacæ
more plorem. Hæc referunt a Zenodoto. Plinius libro tricesimosexto, Cannacum inter sta-
tuarios nobiles recenset.

Qui modus equitum.

XX

τίς τρόπος ἵππων. i. Qui modus equorū. Vbi quis nouā, ac peregrinā induceret consuetudi-
nē, ueluti siqs Italus Gallicis uestibus uteret. Dictū uideť de hospitibus, nouo quadrigarū ge-
nere inuectis. Metagenes in Thurioperlis apud Suidā, τίς τρόπος ἵππων; ὡς δ' ὀρχοῦνη τῶν βαρ-
βαρικῶν τρόπων οὔτοι. i. Quis equorū modus? Vt autē saltant hi more Barbarico. Cōfinitatē ha-
bet cum illo, quod paulo superius recēsuimus, ἄλλο γένος κώπης. i. aliud genus remi.

Chironium uulnus.

XXI

χερώνεον ἔλκος. i. Chironiū uulnus, immedicabile malum appellabant. Chiron in bello ad-
uersus Cetauros ictus ab Hercule, uulnus immedicabile accepit in pede, unde & perijt. Hinc
natam parcemiā Autor Zenodotus. Vergilius, Nā huic carmen inscribit, Chironiam manū
medicā uocat, Viuit pectore sub dolente uulnus. Quod Chironia nec manus leuaret.

Charontis ianua.

XXII

χερώνεος θύρα. i. Charontica ianua. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tri-
sti. Sic enim antiquitus appellabatur una e carceris ianuis, per quam damnati iudicum senten-
tijs ad supplicium educebantur.

Minxit in patrios cineres.

XXXIII

Qui intemperijs ageretur, cuiq; cuncta cederent infeliciter, in patrios Cineres minxisse di-
cebatur. Antiquitus enim paterni sepulchri, summa fuit religio. Quod liquet ex Thamyri-
dis fabula, quam alibi retulimus. Proinde qui monumentū patris uiolasset, huic sicut & Parricid-
idis, Erinnes furias immittebant, neq; quicq; prospere succedebat. Horatius in arte poetica,
Nec fatis apparet, cum uersus facit, utrū Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Mo-
uerit incaustus, certe furit.

Maschalam tollere.

XXIII

μαχάλην ἀίρειν. i. Maschalam tollere. Dicebatur, qui auidius biberet, Sumptū a gestu bibo-
num inter ebibendum cyathos gulam, ac mentum intendentium, & altius erigentū cubitos.
Refertur a Zenodoto.

Magis ipse Phryx.

XXV

μᾶλλον ὁ φρυξ. i. Magis ipse Phryx. Equidem cōiñcio dictitatum, quoties ea magis probarent:
non quæ ueriora sint, sed quæ adulantius dicta. Narrant Croesum Lydorum regem aliquādo
percunctatum septem illos sapientes, cui nam primum felicitatis titulum tribuerent. At cum
uariae responderetur, alijs dicentibus, scras indomitas sibi uideri felicissimas, quod pro tuen-
da libertate, mortem oppeteret, alijs ciconias, quod citra legem, suapte natura ius, piūq; ser-
uarent. Solone uero negante, quenq; appellandū felicem, priusq; ex uita decesserit, assistens
Phrygius ille fabulator Aesopus, tanto, inquit rex, ceteros antecellis, quanto mare præstat flu-
uijs. Id ubi rex audisset, respondisse fertur, μᾶλλον ὁ φρυξ. Ea uox in prouerbiū cessit. Equi-
dem haud scio, an ita legendum sit μᾶλλον ὁ φρυξ, Vt sit libenter agnoscētis cam laudem, & cū
esset maxima, tamen aliquid etiam adiungi desyderantis, unde cum quis aperte nobis adula-
tur, succinere licebit, μᾶλλον ὁ φρυξ.

Magis sibi placet, q̄ Peleus in Machæra.

XXVI

μᾶλλον φρονεῖ μᾶλλον ἢ πελεύς ἐπὶ τῇ μαχαίρα. i. Magis sibi placet, q̄ Peleus sua Machæra. In eū
cōpetit, qui præter modum re quapiam insolens est, ac tumet. Aiunt autē hunc gladiū a Vul-
cano fabrefactū, a Dijs dono datū fuisse Peleo uirtutis illius, ac prudentiæ symbolum. Quo
quidem ille utens & in prælijs & uenatibus, cōsequebatur, quicquid optabat. Zenodotus ait
huius mentionē factam & apud Anacreontem, & apud Pindarum.

Generosus es ex Crumena.

XXVII

γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου. i. Generosus es ex Crumena. In eū iaciebat, qui propter opulentiam,
generosus haberi uoluisset, alioquin obscurus, & humilis.

Liberorum

Liberorum amantior, q̄ Gello.

XXVIII

ῥελλῶ παυδοφιλοτέρα. i. Puerorum amans Gello. Dicitur solitum, uel in eos, qui morte præmatura perissent, uel in eos, qui mira quidem charitate filios prosequerentur, sed eosdem indulgentia delitijsq̄ corrumpere. Aiunt Gello uirginem quampiã fuisse, quæ puella adhuc uita decesserit. Huius spectrum oberrare Lesbij creditum est, ac pueros impetere. Vnde puero- rum mortem, qui præmature fato perirent, huic Gello imputabant. Citatur Sappho, quæ hu- ius fabulæ meminerit.

Gleba aruum.

XXIX

ἄλλος ἄρουρα. i. Gleba aruum, ubi quis exigua maximis apponit, credens se non nihil iuuare. Proinde legendum suspicor, βῶλος ἄρουρα, aut ἀρούρα, ut subaudias, προσίδηται, aut ἀνέσθη, aut eiusmodi quippiam. Nihil enim adfert momenti, si gleba aruo adiūgatur, quod perinde sit, ac si quis aquam e lacu haustam infundat mari.

Glauci ars.

XXX

ῥαύκου τέχνη. i. Glauci ars. Huius parœmiæ duplex est usus, Cōuenit enim uel in opus ce- lriter absolutū, uel in id quod est arte summa, summaq̄ cura elaboratū. Quidā ortū existimāt, a Glauco quodā Samio, qui primus æris ferruminationē inuenerit. Alij ab Libyco quodā, qui quatuor cymbala quædam fabricatus dicitur, certis proportionibus ita inter se respondentia, ut primi spissitudo Epitriti rationē haberet ad secundū, ad tertium Hemiolij, ad quartum, du- pli. Ea pulsata, musicam quandā harmoniā reddebant. Autor Zenodotus.

Nocturæ Laurioticæ.

XXXI

ῥαυκίς λαυριωτικὸς. i. Nocturæ Laurioticæ, hoc uelut ænigmate pecuniarū uim significabāt. Laurios enim Atticæ regio, auri uenis frequens. Porro nomismatis aureis noctuarū figura in- scalpebatur, quemadmodum alio diximus loco.

Glaucus potu melle resurrexit.

XXXII

ῥαυκος πῶν μέλι ανέστη. i. Glaucus potu melle reuixit. Dicitur solitum, quoties aliquis uulgari ru- more dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quasi rediuius apparet ijs, quibus per- sua sum fuerat eum uita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum. Nempe Glauco quē- piam præter omnium expectationem, gustato mellito pharmaco reualuisse, Eamq̄ rem in io- cum popularem uersam fuisse. Quidam enarrant in hunc modum. Glaucus quidā potu mel- le, ob bilem pene exanimatus est. Ad hunc multis accurētibus medicis, polyidos herba quā Draconem uocant, eum restituit.

Generosior Codrus.

XXXIII

εὐγενέστερος κόδρου. i. Generosior Codrus. Per ironiā recte dicitur in istos, qui maiorū fumo- sis imaginibus, & nataliū antiquitate gloriant. Codrus Melanthi filius fuit. Melanthus a Ne- leo sextus. A quo Neleo prognatus & Nestor. Hic igitur Melanthus, Messene patria pulsus. uenit Athenas, atq̄ ibi cum Xanto Bœoto, qui tum Athenis imperabat, singulari certamine cōgressus, uictor discessit, & Atheniensiu imperiū occupauit, Cui successit filius Codrus, sin- gulari in patriā pietate, præcipue nobilis. Nā cū Atticis bellum esset aduersus Doros, pditūq̄ esset oraculo, uictoriam penes Atheniensem populū futurā, si rex illorū ab hostibus fuisset occi- sus, Codrus patriæ gloriā sua incolumitate chariorē habēs, ignota specie hostem puocauit, & interemptus est. Reliquit aut filios duos, Mentorē, qui patri defuncto successit in imperium, & Neleum, cuius auspicijs colonia in Asiam demigrauit. Hæc ferme Zenodotus.

Cadmea uictoria.

XXXIII

κάδμειος νίκη. i. Cadmea uictoria. Huius adagij uariam adducunt originē. Sunt qui putent inuilem uictoriā Cadmeā uocatā, propterea, quod Eteocles & Polynices Thebani, cū de re- gni uicibus disceptarent, singulari certamine congressi, utriq̄ perierint. Vel quod Cadmei de- uicerint qdē Argiuios cū Adrasto militātes, sed suo malo. Posteris em illorū pœnas abūde ma- gnas dederūt. Vel quod Oedipus soluto Spingis ænigmate, uictoriā quidē a mōstro magnifi- cā reportauit, uerū post imprudēs suā ipsius matrē duxit uxore. Idq̄ simulatq̄ rescuiuit, oculos sibimet eruit. Itaq̄ illi quoq̄ uictoriæ parū felix exitus fuit. Sunt q̄ huc referāt. Cū Cadmus literas a Phœnicibus acceptas, Græcis tradere uellet, Linū, qd is quoq̄ literas suas pferret, in- teremit. Deinde ciues Cadmū exegerūt, ut nec huic bono fuerit Linū supasse. Plutarchus sub- scribit primæ sententiæ. Nam ad hunc modū scribit in commentario, περι τῆς ἀδελφίας, οὗ ἔστι ἐπὶ τῶν παλαιῶν καδμείων νίκη, ἣ ἀλλὰ τὴν περὶ θήρας τῶν ἀδελφῶν, ὡς αὐχίστην ἢ κἀκίστην προσσηγορεύσαντες. Nō enim

Non enim aliam prisca Cadmeam uictoriã, quã eam quã fuit fratrum apud Thebas, ut turpissimam atq; miserissimam appellarunt. Idem, *περὶ παιδῶν ἀγωγῆς*. Ostendit Cadmeam appellari uictoriã, quoties præstat uinci, quã uincere. Vsurpauit hoc adagiũ Aristides in Pericle, *ὡς τὸ τῆ καδμείῃ νίκη ἢ γῆ το νικῶσιν*. Itaq; Cadmeam uictoriã reportaturũ sese existimabat. Quo quidem loco scholium adscriptũ, præter alia, illud admonet ab his, quã retuli, nõ nihil diuersũ, Thebanos cæsis Argiuis, qui cum Polynice pugnarant, negasse sepulturam. Qua inhumanitate exasperati Athenienses, Thebanos oppugnatos deuicerunt, & consimilem ad modũ uertuerunt, ne cadauera cæforum darentur sepulturæ. Sed undecunq; natum est adagium, Cadmeam uictoriã appellabant infelicem, etiam ipsis uictoribus. Cuiusmodi fuit & græcorum, quorum nulli nõ magno constitit capta Troia. Et medici Cadmeam uictoriã uocant, cũ ita depellitur morbus, ut ægrotus interim in remedio pereat, succumbẽte natura.

Pecuniã uir.

XXXV

χρήματα ἀνῆρ. i. Pecuniã uir. Hoc est, tanti quisq; fit, quantũ possidet. Horatius, Nil satis est in quis, quia tanti quãtũ habeas, sis. Zenodotus ex Pindaro citat. Alcæus pœta Aristodemi Lacedæmonij putat esse apophthegma, Cuius hæc uerba citantur apud Suidam, *ὡς γὰρ δὴ ποτὲ ἀριστόδημος φασὶν ἐν σπάρτῃ οὐκ ἀπέλαμνον λόγον εἰπεῖν, χρήματα ἀνῆρ, πενήτη δὲ οὐδ' ἐποτρῖεθλος*. i. Sic em̄ olim aiunt Aristodemũ apud Spartanos uerbũ non incitũ dixisse, pecuniã uir, paup̄ autẽ nunq; probus. Quidam ad septem illos *σοφοὺς* referre malunt. Ad hanc sententiã pertinet illi uerlus e comœdia *quapĩã, τ' ἀργυρίον ἔστιν ἕμμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς ὡς δὲ μὴ ἔχει τοῦτ' μηδὲ κτλ σατ̄. οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκῶς περιπατεῖ*. i. Argẽtũ & anima & sanguis est mortalibus. Hoc qui caret nec sibi parauit sedulo. Viuos hic inter mortuos circũambulat. Celebrat & hic senarius, nõ alienus ab hac sententiã, *εἶος βίος δέο μιν* οὐκ ἔστι βίος. i. Vita haud uocanda est uita uictus indiga. Proinde quemadmodũ apud Græcos βίος, itidem apud Latinos uita significat, & uitam morti cõtrariam, & facultates quibus uitam sustinemus,

Diues factus iam desijt gaudere lente.

XXXVI

ἑπτὰ πλουτῶν οὐκ ἔδ' ἠδ' ἐτ' φακῶν. i. Lenticula diuiti placere desijt. Lens legumen, pauperum ac tenuium cibus est. Quã fastiditur, simulatq; lautior fortuna contigit. Vnde prouerbiũ in eos, quibus ad uberiorem conditionẽ euectis, fastidio sunt ea, quã prius inopes, boni consulebant. Nõ dissimile illi, quod alibi recessuimus, *ἄλλος βίος ἄλλη δ' αἵταια*.

Caluum uellis.

XXXVII

φαλακρὸν τίλλας. i. Caluum uellis. Vbi quis inanem operam sumit, aut ubi quis auferre conatur, quo uacat is, a quo petitur. Veluti siquis a paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam. Simillimũ est illi Plautino, Aquam e pumice postulas.

Somnus absit ab oculis.

XXXVIII

τῆνος ἀπέσω γλυκύθυμος ὀμμάτων. i. Oculis abesto leniens animum sopor. Vbi quis rem aggredditur, quã summam diligentiam, curamq; delyderet. Quod genus, siquis philosophiã capessat studium. Sumptus est autem hic senarius ex Aristophanis nebulis, apud quem dicitur sub persona Socratis adhortantis Strepsidem, ut philosophiã daturus operam, omnia tum faciat, tum patiat.

Phoci conuiuium.

XXXIX

φώκου ἔρανος. i. Phoci præmium, siue conuiuium. Dictitari suetum, ubi quis suo malo conuiuas acciperet. Tametĩ nihil uetat quominus longius etiam traducat, nempe ad quosuis, qui læduntur ab his, de quibus benemeriti fuerint. Aiunt Phoco cuiquam filiam fuisse iam nuptiã maturam. Is procos, nam erant complures, conuocare solitus præmia statuebat, & conditionibus subinde nouis propositis nuptias prorogabat. Quamobrẽ indignati iuuenes Phocũ in conuiuio trucidarunt. Autor Zenodotus. Eustathius in primum Odysseæ, tres conuiuiorũ species facit, *εἰλαπίνην*, quod ad splendorem, ac magnificentiã sit apparatus, *γάμον*, quod ipsum etiã sumptuosius esse consueuit, *ἔρανον*, ad quod plurimi conueniunt, sed suo quisq; cibo, sumptuq;. Ea conuiuandi ratio præcipue probatur Hesiodo, propterea quod cum plurimum habeat iucunditatis, minimum habet sumptus. Nam tẽperantius & editur & bibitur, ubi quisq; de suo edit ac bibit. Hesiodi carmen est huiusmodi. *Ἄμ κοινῶν πλείων τε χάρις δ' ἀπάνητ' ὀλιγίστη*. Porro qui splendidiores affectarent uideri, ij etiam *ἔρανον*, tum de suo, tum lautius exhibebãt. Homerus has tres conuiuiorum formas simul complectitur, *τίπτει δ' ἑσέ γεωῶ | εἰλαπίνῃ | κὲ γάμον | ἔπει οὐκ ἔρανος τ' ἀδ' ἐγ' ἔστιν*.

Antiquior

Antiquior, q̄ Chaos & Saturnia tempora,

XL

χάους ἀρχαιότερος. i. Antiquior, q̄ Chaos. De re nimium prisca & obsoleta. Ibycus, ποτᾶτ' ἐμ' ἄλλοτρίω χάει. i. Volat in alieno Chao. Ac rursus, ὁ δὲ φλυαρεῖ, ἐμ' ἀτάκῃ ἡμῶν λήρομ καταχᾶτ' ἄτ' χάους ἀρχαιότερον ἢ κρονίωρ ἀποζῶντα. i. Hic autem nugatur, ac temere nugas in nos infundit, antiquiores, q̄ Chaos, ac Saturni tempora redolentes. Alludit adagium ad Chaos, ad quod poeta Deorum, ac rerum omniū originem referunt. Ouidius opificium mundi hinc auspicat, quemadmodum & Hebræi.

Tanq̄ Argium Clypeum abstulerit ita gloriatur.

XLI

ὦς τ' ἐμ' ἀργεὶ ἀσπίδα καθελῶν σιμνύνει. i. Superbit, tanq̄ Argiū Clypeū detraxerit. In fastuosos & magnificentius sese gerentes dicebat. Aiunt apud Argios sacrum quendam esse Clypeum, clavis affixum, ut facile detrahi non possit. Alij dicunt, apud eos ordinem, ac delectum iuuenum uiribus antecellentium, ἀσπίδα. i. Clypeum appellari. Autor Zenodotus.

Tanq̄ Conchylum discerpere.

XLII

ὦσπερ κογχύλην διελεῖ. i. Tanq̄ Concham dilacerare. De imbecillis & uiribus longe inferioribus dicebatur. Refertur apud Suidam.

Mutus magis q̄ scapha.

XLIII

συσομώτερος σκάφης. i. Magis elinguis, q̄ scapha. De ijs dici consuevit, qui propter humilitatem conditionis apud praestantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quod olim inquitum, & hospites alienae Reip. in ludis popularibus, in pompa incedebant, nauim gestantes, unde quoties hospitem, non ciuem significabant, σκάφη ἢ σκαφκφόρον, appellare consueuerunt. Vnde uulgo sic minitabant, ποιήσω σε συσομώτερον σκάφης, Redda tibi os occlusius scapha. Etenim ijs qui in Rep. uiuunt, non sua, multa sunt mussitanda. Nam uti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguæ. Huius interpretamenti Suidas autorem citat Theophrastum in opere de legibus. Equidem in plerisque codicibus, σωτομώτερος scriptum reperio, non συσομώτερος. Quæ lectio sicuti magis arridebit, non reluctabor, nempe ut metu contractum & humilem accipias.

Nudus tanq̄ ex matre.

XLIII

γυμνός ὡς ἐκ μητρὸς. i. Nudus ut ex matre. Prouerbialis hyperbole, de uehementer paupere. Nudissimi enim nascimur, ac ne pilis quidem tecti, nedum uestibus, quod non item in ceteris animantibus accidit.

Est Pylus ante Pylum.

XLV

Plutarchus in libello, cui titulus, περὶ τῶν μὴ δέμ' ἀνείρεως, testatur hunc uersum apud Messenios prouerbio fuisse celebratum, ἐστὶ πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γὰρ μέμ' ὄσι καὶ ἄλλος. i. Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sane. Dictum apparet, ubi quid alteri praefertur uelut antiquius & praestantius. Aut ubi aliquis iactat sese, quasi uel solus sit, uel summus, cum reperiantur & alij, qui possint cum eo decertare. Pylus enim Messeniorum ciuitas, Nestore nobilis. Hoc autem carmine Plutarchus hoc pacto commutauit, ἐστὶ τόκος πρὸ τόκοιο, τόκος γὰρ μέμ' ὄσι καὶ ἄλλος. i. Usura usura prior, usura altera sane est. In eos accommodari potest, quibus alia usura ex alia nascitur. Vnde natum sit adagium Eustathius interpretans Homeri Boeotiam indicauit. Scribit enim iuxta eos, qui de populis conscripserunt, tres fuisse Pylos, Vnam Messeniam, alteram Triphylia, tertiam Arcadia, Triphyliacam obtinuisse Nestorem. Idem geographum testem adducit Strabonem opinor, qui tres item Pylos constituerit in Peloponneso. Alludit ad adagium Aristophanes in Equitibus, ἀλλὰ τόδε φράζου, πρὸ πύλου πύλοιο, ἢ μ' ἐφραζεμ ἐστὶ πύλος πρὸ πύλοιο, τί τοῦτ' λέγε πρὸ πύλοιο; i. Hoc age dic Pylus ante Pylum est, quam tu mihi narras. Est Pylus ante Pylum. Sibi quid uult ante Pylum istuc? Interpres adscribit uersiculum, quem paulo ante citauimus e Plutarcho, proditum oraculo fuisse.

Iecit Achilles duas tesseras & quatuor.

XLVI

βέβληκ' ἀχιλλεύς δύο κύβω ἢ τέσσαρα. i. Duas Achilles, quatuorq̄ tesseras iecit. Huc uersum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi uelit adagium, nullus explicat. Nisi quod coniectare licet dictum fuisse, de ijs, qui in omni re uincerent, propterea, quod is tesserarum iactus felix esset.

Et tardigradis alinis equus prodijt.

XLVII

ἐκ βραδύνοκέλων ὄνωμ' ἵππος ὤρουσεμ. i. Et tardigradis alinis equus emerit. Cum clarus euadit quampiam, obscuro genere natus, aut quoties ab indocto praefectore proficiscitur discipulus eruditus. Potest & per ironiam profertur & per negationem, ut nunquam ex alinis nascetur equus. Et en tibi ex

tibi ex asinis equum, id ex infimis parentibus arrogantem & ferocem:

Epeo timidior.

XLVIII

Ἐπειοῦ δ' αὐτότερος. i. Epeo timidior. De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quoquam ductum, notæ timiditatis homine. Datū est hoc cognominis Cratino Comico, per allusionē fortassis, quod cum Ocnoidis tribus princeps esset, in eo munere timidius sese gereret.

Ephesiæ literæ.

XLIX

Ἐφεσία γραμματα. i. Ephesiæ literæ. Dictum uideť de ijs, qui mira felicitate, tanq̃ diuina uirgula, quicquid optarent, assequerent. Aiunt enim Ephesijs notulas qualdā, & uoces magicas fuisse, quibus utentes in omni negotio uictores euaderent. Autor Diogenianus. Eustathius in Odysseæ. φ. Tradit his literis uolum Cræsum in rogo, Fuisse autem uerba quædā, obscura, ænigmatibus simillima, neutiq̃ coherentia, descripta in pedibus, zona, & corona Dianæ. Suidas addit huiusmodi fabulam, in Olympijs Milclium quempiā cum Ephesio cōmissum, nihil potuisse in cōflictu, quod is Ephesius in talo Ephesias haberet literas. Quod simulac animaduersum esset ademptis literis, Ephesium succubuisse.

Eodem in ludo docti.

L

Eodem in ludo docti dicebant, similibus uitis laborantes, & improbitate pares. Hoc dictū adeo uulgo manet, ut nihil sit tritius. Terentius in Ecyra. In eodem omnes mihi uident ludo doctæ, ad malitiam. Solent enim ferme, qui cōmunibus usi sunt præceptoribus, ingenio, moribusq̃ conuenire. Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipsas similibus esse moribus, idem Græcus attestatur senarius. γωνή γωαυκός πώποτ' οὐδὲμ διαφέρει. i. A foemina nil foemina unq̃ discrepat. Innuat autem prouerbiū nullam inueniri bonam mulierem.

Epimelidium Corium.

LI

τὸ ἐπιμελίδιον δέρμα. i. Epimelidium Coriū. De re seposita & abdita. Nam id in Lacedæmonia reconditum erat. Autor Diogenianus.

Equo senescenti minora Cicla admoue.

LII

Ἰππῶ γράσκοντι τὰ μείονα κίκελα ἐπίβαλλε. i. Equo senescenti minora Cicla admoue. Admonet adagiū, ubi uires per ætatem fatiscunt, respirationē ac refocillationem quandam a laboribus dandam & decrescente robore minuendos labores, augēdam remissionē. Ductū aiunt ab equis militaribus, quibus senescentibus, leuius τρισίπιον admouebant. Est autem τρισίπιον ceu rotula quædam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorū imprimi cōsueuit. Zenodotus ostendit prouerbiū extitisse apud Cratetem Comicū in Samijs. Videtur carmen heroicum, si tantum legas, κύκλ' ἐπίβαλλε.

Eretrienſium Rho.

LIII

Ἐρετριέω ρῶ. i. Eretrienſium Rho. Vbi quis crebrius & asperius eam literam sonaret. Quo nomine nunc male audiūt apud Gallos Picardi. Notant itē quibus Alcibiadis Labdacismus impendio placebat. Ridetur Arrius a Catullo, quod Chommoda dicebat, siquādo cōmoda uellet Dicere, & hinsidias insidias. Actum mirifice credebat se esse locutum. Cum quantū poterat, dixerat hinsidias. Adagiū refertur a Diogeniano.

Oestro percitus.

LIIII

ὄϊστρο παραπληγίς. i. Oestro percitus, id est, ingenti animi cupiditate commotus, ac uelut attonitus. Oestrum enim insecti genus, horrendo strepitu, unde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini, Asylum appellant. Hoc addito Iuno uaccam Ino in furorem egit. Vnde poeta diuino correpti furore, Oestro conciti dicūtur. Est apud Platonem, tametsi locus in præsentia non succurrit, opinor in Phædro.

In magnis & uoluisse fat est.

LV

In magnis & uoluisse fat est. Tibulliana hac sententiā, nihil celebratius. Eam Angelus politianus non incite uertit Græce, ἀρκῆ δ' ἐν μεγάλοις ἢ δέλμα μόνον. Apuleius floridorum libro quarto. Maiore scilicet uoluntate q̃ facultate. Eoq̃ propēsius fortasse laudādus est, quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Item. M. Varro apud Gelliū libro primo, capite decimo octauo, in quo non modo Leliū ingenium non reprehendo, sed & industriam laudo, successum enim fortuna, experiētiā laus sequitur. Conuenit, ubi quis maiora uiribus conatus, tametsi rei susceptæ magnitudinī non facit satis, tamen hoc ipso nomine laudē promeretur, quod rem pulcherrimam tentauerit.

In Holmo cubabo.

LVI

L Ἐρωλάμω

Ἐν ὄλωμω εὐνάσσω. i. In Holmo cubabo. Dicebatur ab ἴσς, qui se quippiam diuinatione cognitū ire minitabant. Nam ὄλωμος quidam uatem interpretant. Alij tripodes Apollinis Holmos appellatos fuisse. Tradit autē Aristophanes grammaticus, citante Zenodoto, eos, qui Holmis indormissent, repente diuinandi spiritū concipere. Addit Apollinem ob id ἐνολωμος cognomi natū a Sophocle. Quācūq; apud Hesiodum ὄλωμος pro mortario ponitur.

Eadem cæra,

LVII

Ἐν κηρίῳ. i. Idem fauus dicebant, qui uno ore idem affirmarent, aut qui inter se conspirassent. Ductum a fauorū cellulis inter se connexis, Siue quod cæra tenax sibiq; hærens. Non dissimile illi, quod alio diximus loco. Idem puluis & eadem farina.

In quinq; iudicum genibus situm est.

LVIII

Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κῆται. i. In quinq; situm genibus iudiciū, id est, in alieno arbitrio res est polita. Nam antiquitus quinq; iudicibus datum erat negocium, ut de comicorum fabulis pronunciarent, ut testis est apud Zenodotum Epicharmus. Quācūq; & apud Platonem quinq; iudicum sit mentio, cum alias, tum in libro de legibus undecimo, Ἐν πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς νεωτάτοις ἐναὶ τῶν κρίσιμι. i. Vt iudiciū sit pennis quinq; natu minimos, ex nomophylacibus. Allusum est autem ad illud Homero frequens, καὶ ταῦτα δειῶν ἐν γούνασι κῆται. i. In genibus sunt hæc sita diuum. Cum significamus non esse nostræ facultatis præstare rei exitum, uerum hūc superis & fortunæ in manu esse. Pindarus item in Olympijs, Νῦν δ' ἔλπομαι μέμ, ἐμ δειῶ γε μάρτερος. i. Nunc spes quidem mihi, in deo tamen, situs exitus.

Emunctæ naris, Muccosis naribus.

LIX

Emunctæ naris dicitur acri, exactoq; iudicio, quasi purgatis naribus, muccoq; emūctis. Horatius de Lucilio, Emunctæ naris, uersus componere durus. Contra obesæ naris dicuntur stupidiore. Idem in Odis, Nec firmo iuueni, neq; naris obesæ. Lucianus in Alexandro Pseudomate, τοῖς δὲ ἰδιώταις καὶ κορυζῆς μεσοῖς τῶν ξίνα, τεράσιον. i. Indoctis autē, & quibus nares oppletæ mucro, prodigiosum. Idem in Philopseude, ἐμοὶ γε ἦρ δ' ἐγὼ εἰ μὴ πάνυ τῶν ξίνα κορυζῆς μεσοῖς ἔκμ. i. Mihi sane inquit, nisi plane nare sim oppleta mucro. Huc allusit Plato libro de Reip. primo, ubi Thrasymachus Socrati stuporem obijciens, optat illi nutricē, quæ mucrum e naribus exprimat, ὅτι σε ἔφκ, κορυζῶντα περιεῖρα, καὶ οὐκ ἀπομύττει, δειόμενον αὐτῆς. i. Quoniā, inquit, te mucrosum negligit, nec emungit, cum ea tibi sit opus.

Fames & mora bilem in nasum conciant.

LX

Sofia Plautinus in Amphitryone. Vetus adagium est, inquit, Fames & mora bilem in nasum conciant, id est, latrante stomacho omnis mora bilem mouet. Quod autem dixit, bilem in nasum cōciant, cōuenit cū illo, quod ait Theocritus in Thyrside, ἐντίγε πικρὸς καὶ οἱ αἰεὶ δεξιμῆα χολὰ ποτὶ ξίνοι κάθηται. i. Est enim acerbus, atq; illi semper sedet in nare aspera bilis. Ducta est metaphora ab animatibus iram narium flatu significatibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiā nōnullis ex naribus indicium iracundiæ. Vnde & corrugare nares dicuntur, quæ offendunt. Horatius, Ne sordida mappa corruget nares. Item Persius in quinta Satyra. Sed ira cadat naso, rugosaq; fanna. Potest id trahi latius, nempe ad quemlibet uehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quātūuis pusilla, longissima uidetur, attestante Mimo, Etiam celeritas in desyderio mora est. Huc respicit & Horatianum illud, Vt nox longa quibus mētitur amica, diesq; longa uidetur opus debētibus, ut piger annus Pupillus, quos dura premit custodia matrum.

Generosior Sparta.

LXI

Ἐλευθερώτης πάστης. i. Generosior Sparta. Dicebatur excellenti animo, minimeq; timidus, aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac uelut imperio natum, unde nec mœnibus urbem cingebant, legibus ita iubentibus, abunde munitam arbitantes fortibus uiris, Fœdissimū atq; exiltimabant quēcūq; e pugna redire, nisi uictorem, id, quod epigrammate quoq; testatum est. Nec tyrannidem in suam Remp. admittabant, sed æqua libertate parebant legibus.

Locrensis bos.

LXII

Λοκρικὸς βοῦς. i. Locrensis bos. De re uili, aut de munere leuiculo dici potest. Cum aliquando Locrenses publicū sacrum facturi bouem desyderarent, composito ex minutis lignis bouis simulacro, Dñs rem diuinam fecerunt. Atq; hinc uulgus adagionem arripuit.

Ficulnus gladius.

LXIII
Συκίνη μάς

Συκίνη μάχαιρα. i. *Ficulus gladius.* De friuola causa dici potest, quæq; minimo negotio que-
at refelli. Dicitur est aut, ficulus gladius Sycophanta, quod idē & mollis sit, & calumniator.

Ficum Mercurio.

LXIII

Σύκου ἐφ' ἑρμῆ. i. *Ficum Mercurio.* De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur.
Nam antiquitus mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, cum ueluti Mercurio sacrum suspende-
re. Liberū autem erat tollere ficum Mercurialem, cuiuscq; libitum fuisset, uel quod is deus fu-
ribus fauere creditus est, uel iuxta parcemiam illam, κοινός ἑρμῆς. Communis Mercurius. Huc
opinor alluisse Persium, cum ait, Inq; luto fixum possis transcendere nummū, Nec gluto sor-
bere saliuam Mercurialem, ut indicatum est alibi.

Vt fici oculis incumbunt.

LXV

ὡπτερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔφν. i. *Quemadmodū fici oculis innati.* De ijs dicebat, qui
pertinaciter urgerent, premerentq; negocium aliquod. Sumpta similitudine a ficis, hoc est, ui-
tio quod oculis adnascit, nec facile potest auelli. Aristophanes in *Ranis*, ὡπτερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοῖσι μ-
ὀφθαλμοῖς ἔφν. i. *Vt ficus oculis imminens, sic ille erat.* Adagio.

Cum hasta, cum scuto.

LXVI

Σὺμ δούρι σὺμ ἄκασίδι. i. *Cum hasta, cū scuto.* Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Aristopha-
nes, ἐμ ἐρήνη. **Σὺμ δούρι σὺμ ἄκασίδι τε.** i. *Cū hasta, cumq; scuto.* Idem in *Vespis*, ἐκδραμόντες δούρι ξύμ-
ῳ ἄκασίδι. i. *Excurrentes cum hasta, scutoq;.* Sumpta metaphora a milite armis omnibus instru-
cto. Ad similem usum recte torquebitur Homericū illud, ἐγχεί τ' ἄορι τε, μεγάλοισι τε χερμαδί-
οισι. i. *Hastæq; & gladiō, saxiq; ingentibus instant, quoties res omni uī geritur.*

Viri senis Aftaphis caluaria.

LXVII

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσαφὲς τὸ κρανίον. i. *Viri senis uelut uua passa cranium.* Admonet adagium in-
ualidum & flaccidū esse senile corpus, exhausto succo, carnibusq; adesis. Lucianus in *Tyran-
no de senibus*, ἐπὶ ἀσαφίδεσ γε πάντες ἰδὴ εἰσὶ. i. *Quandoquidē iam omneis uuæ passæ sunt.* Ru-
gosa enim & flaccidæ sunt uuæ passæ, propter succum sole decoctum. Vnde ueteres & uuas
passas uocabant, senes passos, ob rugositatē. Lucilius citante Nonio, Rugosi passiq; senes ea-
dem omnia quærunt.

Post folia cadunt arbores.

LXVIII

Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus, leuiore in iurias si quis ferat, sequi
atrociore. Veluti arborum decidua folia negligunt, uerum aliquando fit, ut ipsæ arbores pu-
tres in caput subiecti decidant. Plautus in *Menæchmis*, Folia nunc cadunt, Nunc si triduum
hoc hic crimus, tum arbores in te cadent.

Ante tubam trepidas.

LXIX

Ante tubam trepidas, id est, animo cōsternaris, priusq; appareat periculum. Ab ignauis mi-
litibus sumptū, qui pauitāt, priusq; bellicum canatur. Nam audita tuba, mirus quidam pauor
solet militum animos incessere. Vergilius, Cur ante tubam tremor occupat artus. Qui ser-
mo si paulo longius detorqueatur, in prouerbij speciem abibit.

Ameles angulus.

LXX

Ἀμελής γωνία. i. *Ameles angulus, id est, neglectus angulus, dicebatur is, qui supinus & oscita-
bundus desideret, nihil bonarum rerum tentans.* Aiunt in *Libya* locum esse, qui ἀμελής γω-
νία, hoc est, securus angulus uulgo dicitur sit, ob id fortasse, quod neglectus & incultus iaceret.
Author Zenodotus.

Vltra res Callicratis.

LXXI

ὑπὲρ τὰ καλλικράτου. i. *Supra fortunas Callicratis.* De immensis opibus dicebatur. Aiunt *Ca-
rystium* quempiam fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longe præstiterit,
Vnde si quem magnopere locupletem dicere uolebant eum uel *Carystij Callicratis* faculta-
tes uincere dicebant. Aristoteles autem in *Atheniensium* *Repub.* citante *Suida*, tradit *Calli-
cratem* quendam e iudicum ordine fuisse, qui iudiciarias exactiōnes supra modū auxerit, At-
q; hinc natam parcemiam de immodicis exactiōnibus.

Vulcanium uinculum.

LXXII

ἠφαίσεος δεσμὸς. i. *Vulcanium uinculum.* Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus. Vul-
cani uinculis teneri dicebat. Sumpta denominatione ab adamantinis illis uinculis, quibus
apud *Homerū* *Vulcanus* *Venerē* & *Martem* sic irretiuit, ut quo magis se conarenē explica-
te, hoc magis inuoluerent. *Homerus* *Odyssæ* octauo, βῆ δ' ἴμεν ἐς χαλκῶνα, κακὰ φρεσὶ βυασσὸ-

L 2 μείωμ

μεύωμ, Εμ δ' ἔδειτ' ἀκμοδέτ' αὐτὸν μέγαμ ἀκμονα, κόπιδε δὲ δεισμῶν. Ἀρξίηκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδ' ὀρ' αὐτῶν μενοειμ. Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ Τεῦξε δόλομ κεχολώμνος ἄρει, βῆ ῥ' ἴμεμ' ἐς θάλαμον, ὅδι οἱ φίλα δέμνι ἔκατ'. Αἰμφ' δ' ἄρ' ἐρμῖσιν χέε δέσματ' ἀκύκλω ἀπάντ' η. Πολλὰ δὲ κ' καδύπερθε μελαδρόφιν ἐξεκέχυνε. Ηὐτ' ἀράχνια λειπῆα, τὰ οὐκέτις οὐδὲ ἴδοιμ' οὐδὲ δεῶμ μακάρωμ. *i. Ille domū petijt, qua stat ferraria fornax Secū imo interea penitus mala pectore uoluens Actrunco imposita prægrādī incude, secabat Vincula, nulli uel rumpēda, uel effugiēda In qbus impliciti simul astrictiq; manerēt, At postq; insidias Marti indignatus, & artes, Absoluisset, adit conclaue ubi dulce cubile Stabat, & hinc illic fallacia uinacula fulcris, Obligat, & sūmo suspendit pl' urima tecto, Mire tenuia, sic telas ut arancolorū Sic uti nec possint oculis deprēdier ullis, Nō uel diuorū. Adagiū referā Suida:*

Ad fatietatem usq;

LXXIII

Ἄρξι κόρου. *i. Usq; ad fatietatē, id est, quantūlibet, aut ampliter. Quod ita demū prouerbiū fuerit, si longiuscule transferatur, ut in poeticis literis uersatus sum, ἄρξι κόρου. Et illisit nobis, ἄρξι κόρου. Et Quintilianus metaphoris gaudet, ἄρξι κόρου. Idem composita uoce dicunt, κατακόρου, i. affatim. Refertur a Zenodoto.*

Votum munificum.

LXXIII

Εὐχῆ μεγαλόδωρος. *i. Votum munificū. Vbi quis animo spes regias concipit, iamq; uoto diues est, μεγαλόδωρος Græcis dicitur, qui magna donat. Nihil autem uoto hominis liberalius. Largiē enim cui libet, quantūcūq; petit. Meminit huius Lucianus in Hæresibus.*

Vtinam domi sim.

LXXV

οἴκοι γενοίμην. *i. Vtinā domi sim. Dicit solitū, ubi quis optat e malis, quibus implicitus est emergeret. Translatum uidet' ab ijs, qui in tempestate periclitantur. Nam nunc etiam ita uulgo loquūtur, qui periculose nauigant, οἴκοι γενοίμην. Refertur a Suida.*

Vtinam male quemadmodū inuenisti, eijcias.

LXXVI

Εἶθε φανύλωσ ὥσπερ εὔρες ἐκδόλοισ τ' ἐνδεσμῶν. *i. Vtinam ita ut male reperisti ius, & eijcias male, i. utinā quemadmodū male tibi peperisti famā, aut facultates, ita & male p'das, Iuxta Plautinū illud, male partū, male disperit. Suidas hunc trochaicū, ut puerbialem citat ex Aristophane.*

Vltro Deus suppeditat bona.

LXXVII

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίκοι τὰ ἀγαθὰ. *i. Vltro Deus subiicit bona. Quoties res citra nostram operam feliciter cadunt, quasi Deo quopiam accurrante. Stobæus senarium hunc adducit ex Plutis Cratini, αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίκοι τὰ ἀγαθὰ. Vltro bona istis ipse suppeditat Deus.*

Ventres.

LXXVIII

γαστέρες. *i. Ventres, Dicebant homines edaces uentri, atq; abdomini seruietes. Epimenides Cretensis, citante diuo Paulo in epistola, quā scribit ad Titum, κρητες ἀτι ψῆσαι κακὰ θηρία γαστέρας ἀργοί. Cretenses uani usq; malæ feræ, alui inertes. Item Lucilius, Viuite lurcones, comedones, uiuite uentres. Terentius in Phormione, Pugnos in uentremingere. Donatus ostendit, & ad totū parasitū referri posse. Plutarchus in cōmentario de discrimine adulatoris & amici, putat hos uersus iambicos, non perinde quadrare in cancrum, atq; in assentatorē & parasitū, γαστῆρ' ὅλομ τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπωμ ὀφθαλμῶς, ἔρπει τοῖς ὀδόνσι θηρίομ. *i. Est uenter omne corpus, undiq; obtuens Oculis, suisq; bestia reptat dentibus. Iulius Pollux libro de rerū uocabulis sexto, admonet olim bibacem πῖθον. *i. dolium appellatū & edacem, κάβασον, quod κάβατος frumenti mensurā significaret. Vlysseum commentum.***

LXXIX

Ὀδύσσειος μηχανῆ. *i. Vlysseum inuentū, callidum, astutū, & uafrum dicebant. Vlysses Homeerus ubiq; uersutū facit, ac dissimulantē, simulantēq;. Vnde eundem statim initio Odysseæ, πολύτροπον appellat. Vergilius item, Scelerūq; inuentor Vlysses. Refertur apud Suidam.*

Victitant succo suo.

LXXX

Prouerbiali figura dictū est in parasitos, Victitant succo suo, qui siquādo cœna cōtigat lautior, ingurgitant sese, rursum ubi nulla aridet spes cœnatica, cogunturq; οἰκίστοιο uiuere, fortiter ferunt in ediam, & in conuiuij spem durant. Sumpta metaphora a Cochleis, quæ per altum intra testam cōtractæ, utcūq; succo suo alunt, donec acciderit pluuia. Plautus in Captiui duo. Cum res, inquit, prolatae sunt, cum rus homines eunt Simul prolatae res sunt nostris dētib; Quasi cū calcetur, cochleæ in occulto latent Suo sibi succo uiuūt ros si non cadit. Item parasiti rebus prolatis latent, In occulto miseri uictitant succo suo.

Viri infortunati procul amici.

LXXXI

Αὐθρὸς κακῶς πρῶσοντες, ἐκποδῶμ φίλοι. *i. Viri siti in malis amici sūt procul. Parcemia notat mores amico*

res amicorū uulgarīū, qui hirundinū ritu, pro ratioē tēporū aduolant, ac deuolant. Aduolant ubi res secūdæ, deuolant ingruētē rerū tēpestate. Aristides in oratiōe panathenaica nominatim adagij titulo usurpauit, και τὸ παροιμίον ἐν ἡλλάδα ἐστι, οὐ γὰρ ἐκποδῶν εἶναι κατ' ἐξέτην φίλους κακῶς προσέαντες, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν προῶθεν διαφόρων ἐπὶ τοῖς ἀτυχήμασι φίλους, περιόητη. i. Ac puerbium inuertit. Declarauit enim haudquaquē esse pcul amicos, eius cui res sunt aduersæ, Verum etiā multos, qui antea dissidebāt, in rebus afflictis sibi reddidit amicos. In hanc sententiā extat & huiusmodi senarius, τῶν δυσυχόντων εὐτυχῆς εὐδεις φίλος. i. Felix amicus nullus infelicibus. Itē alter huic similis, κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χυσοῦν τὸ πῦρ. i. Vt ignis aurū, amicū ita tempus arguit. Ad hanc sententiā palam allusit Cicero libro familiarīū epistolarū nono. Nam & si non facile diiudicat amor uerus & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tēpus, ut quasi aurū igne, sic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perspicui possit. Cætera sunt signa cōmunia. Horatius, Vilis amicorū est annona, bonis ubi quid deest. Passim habent amici, qui petant, qui dent, perpau- ci. Pindarus item in eandem sententiā, ὀίχηται τιμὰ φίλων ταῖω μύω φωτί, παύροι δ' ἐμ πόνω πῖσοι βροτῶν. i. Perit honos homini amicis orbatō. Sunt autē pauci mortales fidi in rebus afflictis.

Vias nouit, quibus effugit Eucrates.

LXXXII

Ὅϊδε τὰς ὁδοὺς ἄπαρ ἐφυγεν εὐκράτης. i. Nouit uias, quibus effugit Eucrates. In eum quadrat, qui semper aliquam inuenit rimam, ut inquit Plautus, per quam elabatur, ut officium subterfugiat. Aristophanes in Equitibus, εὐλαβοῦσθε μὴ φύγη σὲ καὶ γὰρ ὁϊδε τὰς ὁδοὺς ἄπαρ εὐκράτης ἐφθιγγε. i. Caue, ne te effugiat. Etenim uias nouit, quibus Eucrates effugit. Taxat autem obiter Eucrates mores, aliquo prætextu suffugientis, si quando fides esset præstanda.

Viuit, incende ignem.

LXXXIII

Ζῆ, καὶ πῦρ. i. Viuit, incende ignem. Vbi in negocij periculosi puncto festinandum admone- mus & occasionē arripiendam, ut cū reperta scintillula pperat, ne pereat & illa. Refert apud Suidam.

Venter auribus caret.

LXXXIII

Γαστήρ οὐκ ἔχει ὄτα. i. Venter nō habet aures, Vbi de pastu agitur, nō admittunt honestæ ra- tiones. Attestatur huic senarius ille prouerbij uice Græcis celebratus, λιμῶ γὰρ οὐδέμ ὄζει ἀνία, πῆμ ἔπος. i. Cōtra famem etenim nulla cōtradictio est. Celebratur a Plutarcho, Gellioq; dictū illud Catonis, ex oratione quadam, quā dissuasit legem agrariam. Eam sic exorsus est, ut dicat arduum esse, ad uentrem uerba facere, qui careat auribus. Nec inepte accōmodabitur in eos, qui uentris addicti uoluptatibus, nihil admittunt, quod uentri nō sit amicum.

Cum puluisculo.

LXXXV

Vel cum puluisculo dicimus, quoties omnia sic tolluntur, ut nihil fiat reliqui, ne puluis qui- dem. Metaphora mutuo sumpta uidetur ab ijs, qui frumentū ab area conuerrunt, nō sine pul- uere. Plautus in Rudētibus. Cōuerret hic iam me totū, cum puluisculo. Idem in Truculento, Quo citius rem ab eo auferant cū puluisculo. Simili figura dixit Iuuenalis cum erugine, pro eo, quod est integre, & nulla parte diminutū. Nunc si depositū nō inficietur amicus. Si reddat ueterem cū tota erugine follem. Eodem pertinet Euangelicū illud, quo iubent etiam pulucre excutere apostoli, id est, ne minimū quidem ab eis auferre secum.

Valere Pancratice.

LXXXVI

Plautus in Bacchidibus, Valere Pancratice, dixit, pro eo, quod est firma esse ualetudine. Nā in Pancratistis robur corporis potissimū spectabatur. Pro eodem dixit ualere Athletice, Va- lere pugilice, Valere basilice. Terentius item, pugilem esse aiunt, De puella robustiore & ha- bitiore. Græci βασιλικῶς pro magnifice, prouerbiali figura dicunt. Neq; is sermo uulgo non tri- tus est, etiam hodiernis temporibus.

Fœdum est & mansisse diu, uacuumq; redisse.

LXXXVII

Versus hic Homericus ex secūdo Iliados libro, nō dubiū quin annumerāus sit inter eos, quos Macrobius scribit in prouerbij abijisse, Αἰχρόν τοι δ' κρόν τε μλίην, κένεόν τε νέεσσι. i. Turpe est & mansisse diu, uacuumq; redisse. Cōueniet, ubi quis longam de se concitauit expectatiōē, cui postea nō respondeat. Veluti si quis studij causa diu peregrinatus, domū redeat nihilo do- ctior. Aut si negociator post diutinā absentia reuertat, nihilo ditior. Aut siq; admodū lōgeu?, nihil præclari gessit in uita, quo se uixisse testaret. M. Tullius prouerbij uice usurpauit, Epistola tū ad Atticū, li. sexto, Epistola cui initiū nūc pfecto.

Tragulā in iecre.

LXXXVIII

L 3 Plautus

Plautus in Epidico, Tragulam in te inijcere adornant, id est, dolum aliquem in te struunt. Idem alibi, Nescio quam fabricam fecit, Vtraq; figura prouerbialis uidetur. Idem in Cassina, Ego Pol istam iam aliquorsum Tragulam decidero.

Trium literarum homo.

LXXXIX

Trium literarum homo, per ironiam dici potest, in eum, qui generosus & ingenuus uideri cupiat. Inde natum, quod olim ingenui, nomen, prænomen, & adnomen, in literis aut insignibus suis, tribus literis notare soleant, Vt pro Quinto Valerio Maximo. Q. V. M. Hinc uulgi iocus, de trium literarum homine. Plautus in Aulularia iocum alio detorsit, Nempe in seruū furacem. Subijcit enim, Etiam fur trifurcifer.

Trium dierum comœatus.

XC

Trium dierum comœatus, apud Terentium, ἐν ἑαυτῷ τιμωρουμένῳ dictum est, prouerbiali schemate. Translatione ducta a militum comœatu. Est apud Aristophanem cum alias, tum in Acarnensibus, καὶ μὴ ἡπιτρεῖται σὶ τῶν ἡμερῶν τριῶν. Et me seruare comœatū dierum trium. Inter pres addit antiquitus, in bellum iturus edici solere, ut sibi tridui nō minus, comœatū pararet. Proinde tridui comœatū dicemus minimas facultates, quæ uix ad tridui uictum sufficiant.

Tragœdias in nugis agere.

XCI

Tragœdias in nugis agit, qui in re leuicula, tumultum mouet, Et ut ait Terentius magno conatu magnas nugas dicit. M. Tullius de oratore libro secundo, Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut Tragœdias agamus in nugis. Vsurpat idem Fabius libro sexto, capite de peroratione.

Transuersum agere.

XCII

Transuersum me agit necessitas, dixit Mimus ille apud A. Gelliū, id est, ui alio, q̄ instituerā abripit. A nauī ducta metaphora quæ uentis aduersis, a recto cursu transuersim agitur.

Thrasylulo Dionysium dicitis esse similem.

XCIII

Θρασυδούλω Διονύσιον φάτι εἶναι ὅμοιον. i. Dionysium Thrasylulo similem esse dicitis. Dici solitum, ubi quis ea cōponit, quæ nimio interuallo inter se differūt. Dionysius enim inter pestilētissimos tyrānos cōmemorat, Thrasylulus laudatus, quod reipublicæ studiosissimus fuerit.

Tributis potiora.

XCVIII

τὰ τῶν φόρων κρείττω. i. Tributis potiora. Dicebatur, ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur a Suida.

Tragica simia.

XCV

τραγικός πιθήκος. i. Tragica simia. Prouerbiali cōuitio dicebat, qui fungeretur honoribus, opibusq; polleret, alioquin indignus. Simiam appellāt homuncionē, uix hominē, sed simulacrum hominis magis. Tragica addunt, ppter fortunæ strepitum, & personā additam. Demosthenes in oratione Ctesiphonte, Aeschinem Tragicam simiam appellat, quod cum esset nequissimus, splendidis uerbis probum ciuem ageret. Diuus Hieronymus in epistolis ostendit hoc scomma iaci solere uulgo in Christianos, sed ab impijs & gentilibus, perinde quasi uultu, habitusq; sanctimoniam præ se ferrent, cum essent improbi. Quāq; hic locus in exemplaribus, nō eodē habebatur modo, sicut admonuim⁹ in scholijs nostris, quibus uere diuini uiri lucubrationes, quo a pijs hominibus, sed mediocriter doctis, possent inoffense legi, summis uigilijs emē datas, illustrauimus.

Tineas pascere.

XCVI

Tineas pascere dicunt, quæ neglecta situ pereūt. Ductū a uestibus, aut libris diu recōditis, & intactis. Horatius in sermonibus, Cōtrectatus ubi manibus sordescere uulgi Cœperis, aut tineas pascas taciturnus inerteis, Aut fugies Vticam, aut uinctus mitteris Ilerdam.

Titio ad ignem.

XCVII

Δάλος ἐπὶ πῦρ. i. Titio ad ignem, Vbi quis applicat ad eas res, ad quas natura propensus est, Vt si mulierosus ad puellarum conuictū. Sanguinis auidus, ad militiam. Lucri sitiens, ad mercaturam. Nō admodū abludit ab illo εἰς ἀμύδα ἐνουρεῖται. i. in matulā inmeiere, Refert a Suida.

Tithymallus Laconicus.

XCVIII

τιθύμαλλος λακωνικός. i. Tithymallus Laconicus. In lippientes, oculisq; cæcutiētibus dicebatur. Tithymallus, herbæ genus, apud Lacones repertū, singularis acrimoniæ, quo sub noctem oculos illinebat, ad uisum acuendum. Huius Dioscorides in quarto plureis species facit, de quibus oculorum remedio diligenter meminit. Adagium refertur apud Suidam.

Tinctura

Tinctura Sardonica.

XCIX

βάμμα Σαρδονικόν. i. Tinctura Sardonica. De colore precellenti dicebat, præcipue purpuræ. Per iocum autē transferē ad eū, qui pudescit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo insula ingeus opposita Italiæ, in qua uariæ purpurarum tincturæ laudatissimæq; fiebant. Itidē & Tyrium muricem, ostrumq; Sarranū legimus apud Latinos. Aristophanes in Pace, ἢ ἐκένος φησὶν εἶναι βάμμα σαρδινιακόν. i. Quam ille prædicat coloris esse Sardiniaci. Idem in Acarnensibus, ἴνα μήσε βάψω βάμμα σαρδινιακόν. i. Vt ne te tingam tinctura Sardiniaica.

Quam curat testudo muscam.

C

ὄσσυ μέλαι τῆ χελώνη μυιῶν. i. Quā curat testudo muscas, Suidas ex autore, nescio quo, refert hæc uerba, ἧ δὲ ἀγαμέμνονι φησὶ δερσίττ παρξκσίτας ἠπῆρμ ἔμελλεμ, ἢ χελώνη μυιῶν, ὅ φησὶ παροιμία, id ē, Agamemnon autem minoris faciebat Thersitæ maledicentiam, q̄ testudo muscas, q̄ testudo muscas, quemadmodum prouerbio dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscæ, propter testam, qua munita est. Confine illi, quod alibi memorauimus, Non curat culicem clephantus.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA NONA.

Stultior Morycho.

I



μωρότερος εἶ μορῦχος. i. Stultior es Morycho. Siculum prouerbium, in eos, qui ridicule, stulte uel quippiam facerēt. Mihi uidentur peculiariter obnoxij huic adagioni, qui domesticorum negociorum negligētes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem, Cuiusmodi sunt & apud Plutarchum Lamia. Zenodotus tradit apud Siculos, Baccho cognomē esse Morycho, idq; inde datum, quod in uindemijs, huius Dei facies, musto, ficisq; uirentibus oblini consueuerit, πῶ δὲ μορῦξαι τὸ μολῶειν. i. Contaminare. Vnde & Homerus, μεμορῦγμελῆος dixerit, pro μεμολῦσμελῆος. Bacchus autem ubiq; ridiculus, ac parū cordatus inducitur a poetis, utpote deus temulentus, uelut in Ranis Aristophanis, ideoq; in huius sacris ludicra quædā tāq; in eius contumeliam fiebant. Quin & cognomen additum cōtumeliæ causa ἐρεβίνθεος. Apud Siculos huius simulachrum, non in templo, sed extra phanum sub dio positum erat iuxta ingressum, siue uestibulum, confectum e lapide, cui nomen Psella, arte Simmij cuiusdam Eupalami. Proinde uulgari ioco iactatum est de illo, μωρότερος εἶ μορῦχου, ὅς τ' ἀνδρῶν ἀφείξ, ἔξω φησὶ οἰκίας κάθηται. i. Stultior es Morycho, qui omissis his, quæ sunt intus, foris extra domū desidet. Zenodotus adagium citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophilum. Quanc̄q; alienissimū est, ab ingenio, moribusq; meis, uestigandis, aut insectandis aliorum erratis operam contere, tamen non possum hoc loco mihi temperare, quin ridendi magis, q̄ insectandi causa proferam, cuiusdam apud Italos non infimi nominis, inscitiam ne dicam, an socordiam. Præferatim cum is, πῶ λεοντῶν ἐνδύσας, tantum sibi sumat in literis, ut arrepta ueluti censoria uirgula, non solum de scriptoribus cæteris, magna pronūciet autoritate, uerumetiam Angelum Politianum, uirum modis omnibus, & incomparabilem, & inimitabilem, ceu præceptor quispiam flagellet, atq; emendet. Cui cum non pauca concedat homo candidus, tamen delicatæ illæ, & meris atticissimis assuetæ aures, transmarinæ Veneris sensum in eodem desyderant, quod οὐδ' ἀσχλῶν uerterit, ne initio quidem. Audiamus igit̄ in hoc Aristarcho, Venerē illam transmarinam, ac germane Græcanicam. Principio, prouerbium hoc e uulgatissimis Zenobij collectaneis enarrans, Polemonem perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit, uidelicet, ut in abstrusis, minimeq; uulgatis autoribus uersari uideatur. Deinde Græca, quæ modo retulimus indidem, ὅς τ' ἀνδρῶν ἀφείξ, ἔξω φησὶ οἰκίας κάθηται, reddidit ad hūc modum, Qui relinquens habitationem interiorem, extra positam quærebat. Rursum quod habetur in hōdem collectaneis, μορῦχος δὲ διονύσου ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολῶειν, ἐπειδὴ τρυγῶσι, ἧ δ' ἀπὸ τῆ βοτρυῶν γλεύκεα, καὶ τοῖς χλωροῖς σῆκοις, expressit hoc pacto, Morychus sane epitheton est Bacchi, ἀπὸ τοῦ πρόσωπον αὐτοῦ μολῶειν, id est, Ab inquinando uidelicet propria faciē. Ingnare nāq; solet cā Bacchus racemis, & uiridib⁹ ficis. Deinde quod idem Coaceruator etymologiam nomis reddēs scripsit, μορῦξαι ἢ τὸ μολῶναι, sic interpretatus est Lepos Attic⁹ nostri t̄pis, μορῦξαι, inquit, porro idē est, quod μολῶναι, hoc est ineptire, hoc ē, desipere. Iā illud quanto est πῶτος μορῦχος μωρότερον, quod de Bacchi statua reddidit. Græca sic habent, παρῶσσυ

L 4 ἔξω τῶ

ἔξω τῶν νεῶ δ' ἀγαλμα αὐτοῦ ἔστη παρὰ πλὴν ἑισόδου ὧν ὑπαίθρα. Ea sic extulit Transmarina Venus. Præterea dicitur a simplicitate Bacchi, cuius simulachrum in aperto statuitur apud Hesiodū. Vide quot Veneres in uno, eoq; per breui capite, prodidit, hic uenustus. Primum Bacchus fastiditis penetralibus ædium suarum, peregrinas sectatur domos, deinde cum faxeus sit, fit em̄ de statua mentio, tamen ipse sibi faciem racemis & uuis oblinet, quo uindemiatores delectet. Ad hæc cum idem significet, μορῦξαι, & μολῶναι, utrūq; declarat, ineptire ac desipere, Verum his duntaxat, qui Venerē illam transmarinam usq; qua; percalluerint. Deniq; quod est omnium uenustissimum, e vestibulo (Siquidem autore Polluce, ἑισόδου templi uocatur, quod & πρῶτον λαοῦ dicitur) Hesiodum fecit, Hoc est, e mutis saxis, eloquentissimum poetam. Et habet tamen hic talis artifex, quibus sit admirationi, hoc est, Similes habent labra lactucas, cum innumera sint in huius cōmentarijs, pari flore reddita græca, οὔτε οὔραου, Quod aiunt οὔτε γῆς ἀπὸ μὲνα, quæ uel ipse faxeus Morychus rideat. Homo me hercle, suauis, atq; adeo Morix beneficium felix, qui transmarinæ Veneris sensum requirat in alijs, ipse sensu cōmuni carens, & ut uidetur Marinæ, q̄ trāsmarinæ Veneri familiarior. Sed præstat opinor, ut omissis iocis, ad institutum negocium calamus recurrat. Iocatur in Morychū, & Aristophanes in Vespis, ζῆν βίον γενναῖον ὡσπερ μορῦχος, i. Viuere uitam generosam, quæ admodum Morychus. At Suidas indicat huius nominis poetam quempiam fuisse Tragicum, cuius uita non caruerit luxus ac mollitiei nota. Citatq; hoc in eum carmen Aristophanis, οὐλτάτη σὺ, καὶ πάλαι ποδῶ μὲν, εἰλὴ μορῦχος, i. O charissima tu, & olim desyderata, grata Morycho.

Quatuor obolis non æstimo.

τετράρων ὄβολῶν εἶναι οἴη. i. Quatuor obolorū esse puta. Simile illis, quæ alibi retulimus, Assis te non facio, & dupundij non facio, & Teruntij non facio. Suidas hæc quoq; refert, sed tacito qui frequens illi mos, autoris nomine, πλὴν παρρησία πλὴν σὺν οἴη τετράρων εἶναι ὄβολῶν, τὸ λεγόμενον, id est, Tuam maledicentiam existimato quatuor esse obolorum, quæ admodum dicitur. Et di obolare uocant Latini, quod uilissimum uideri uolunt.

Tenuem nec tis.

ἀεπὶ πλὴν πλέκεις, i. Tenuē nec tis. De paupibus dictū, quibus plerūq; tenuibus in rebus labor. Dicit & λεπτὴ ἐλπὶς, i. Spes tenuis, pro exigua, & λεπτὴ φροντις, i. Tenuis cura, p̄ subtili & curiosā, & λεπτὰ ξαίνεις, i. Tenuiter diducis, in sordidos, quicq; uel minutissimarū rerū habent rationē.

Terrestria Balnea.

χθόνια λούτρα, i. Terrestria, siue inferorū balnea. Dictū uidet̄ (Nam cōiectandū est) ubi quid sero iam adhibet̄, nulli futurū usui, ei cui exhibet̄. Veluti si quis tum reo patrocinet̄, postq; p̄nunciata fuerit irreuocabilis iudicū sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulchrum balnea quadā inferre. Cadauera itē sepulturæ danda, prius lauabantur, unde Ennius Tarquinij corpus bona foemina lauit, & unxit. Eit̄ δὲ τὰ παλαιὰ ἔθνη, ὅτι τὰς νεκρὰς ἐλάττωσαν ἐν τοῖς ποταμοῖς, ὡς ἔλεγε ὁ Πλάτων.

Ne illud quidē figura puerbiali uacat, quod Græci numeri additione rē amplificat, maxime ternionis, fortassis quod is apud priscos & absolutissimus, & sacer habebat̄, ut quicqd̄ ter dictum aut factum esset, id ratum & efficax haberet̄, unde in magorū mysterijs adhiberi solitus. Vergilius in Pharmaceutria. Terna tibi hæc primū triplici diuersa colore Licia circūdo, terq; hæc altaria circum Effigiem duco, numero deus impare gaudet. Et apud Theocritū in eiusdē tituli carmine, Ἐξ τριῶν ἀποσπένδω καὶ τριῶν τὰ δεσπότηνα φωνῶ. Item in crimonijs funebrib⁹. Et supremū ter uoce ciemus. Apud Euripidem in Hecuba præco ter iterato uerbo silentium indicit, Σιγὰτ' ἀχαιοί, σιγὰ πάς ἔσω λαός Σιγὰ σιώπα. Aristophanes in Ranis, τοῦτοι σιμὰ παυδῶν ἢ αὔθις ἀπαυδῶν ἢ αὔθις μάλ' ἀπαυδῶ. i. Istis recuso, iterūq; recuso, Rursus ualde recuso. Passimq; legitur nō solū apud poetas, uerum etiā oratores, τρις μίαρὸς, τρις κατάρτος, τρις μακάριος, i. Ter scelestus, ter execrabilis, ter beat⁹. Quod Latini duntaxat in carmine sunt imitati. Ver. O terq; quaterq; beati. Ouidius. Omnia bis dices uera fuisse mea. Est illud etiā nunc uulgo familiare, ut si quid asseuerent uehemētius, id ter repetant. Vt hinc etiam adagium ortum uideri possit.

Theagenis pecuniæ.

θεαγένους χρήματα τὰτ' αἰχίνου. i. Theagenis pecuniæ, quemadmodū Aeschinis, locus pro uerbialis in eos, qui pauperes cū essent, tamē diuites haberi uolebant. Hoc morbo notat⁹ est uterq; & Theagenes, & Aeschines. Vnde cognomen his additū σέλλοις, a Sello quopiam inepte ambitio.

pte ambitioso, qui cū re esset per̄tenui, tamē affectabat uideri locuples, unde qui hoc morbo laborabant *σελιζερ* dicebantur. Finitimum ei, quod alio dicit loco, *φωίου διύρα*. id est, Phānīa ianua.

Tantali lapis.

τατάλειον λίθον. i. Tantali lapidem, uocant, imminens capiti periculum. Apud Suidam hæc referuntur, *ἐπεδ' ἢ δὲ τατάλου λίθον φθι κεφαλῆς ἀπετιναξάμεθα*. i. Quandoquidem Tantali saxū capiti impendens excussimus. Plato apud Stobæū, *οὐδ' εἰ ἔμλεγομένον τατάλιον λίθον ἐπαρτημένορ τις ἔχοι*. i. Ne si Tantali quidem, quem uocant, lapidem imminentem haberet aliquis. Sumpsum a fabula Tantali, quem quidam fingūt apud inferos, etiam hoc supplicij genus pati, ut ingens saxum sic immineat capiti, ut iam iam casurum uideatur.

Surdior Toronæi portu.

κωφότερθ ἤ τρωναίου λιμνῆθ. i. Surdior Toronæi portu. Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobis excursibus porrigit in mare, ita ut in ipso portu secessu, nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos, qui non audiūt. Stephanus meminit etiam Sinus cognomento Toronæi, a quo prouerbium ductum uideri possit.

Surdior Turdo.

κωφότερθ κίχλης. i. Surdior Turdo. Zenodotus ex Eubuli Dionysio citat. Adscribit furditatem huic aui peculiarem, cum sit loquacissima, uel prouerbio teste. Vnde concinne dicitur in eos, qui perpetuo blaterantes ipsi, non auscultant, quid uicissim ab alijs dicatur.

Effœminatorum etiam oratio effœminata.

Ἐναισιμ ἔν δ' αἰοῖσι κἀναυδροὶ λόγοι. i. Inertibus uiris, iners oratio. Ut quisq; est, ita & loquitur. Refertur a Zenodoto. Confine illi, quod alibi retulimus. Fatuus stulta loquitur. Item illi, Qualis uir, talis oratio. Tametsi longe alium Drancen fecit Vergilius.

Stupidior Praxillæ Adonide.

Ἡλιθιώτεθ πρᾶξιλλῆς ἀδωνιδῆθ. i. Stultior Praxillæ Adonide, in uehementer stupidos. Pomon apud Zenodotum, tradit Praxillam fuisse quampiā Sicyoniam poetriam, quæ in suis cantioibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere solem, cucumeres, mala. Quod cum uehemēter infulsus uideretur, cucumeres & mala cum sole componere, prouerbio dici cœptū, in homines nullius iudicij.

Simonidis Cantilenæ.

Σιμωνίδου μέλη. i. Simonidis cantilenæ. De uafis ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primum astutiam & quæstū in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, Alterum gratiarum, alterum præmiorum, quæ cum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, Præmiorū, semper plenam. Hoc commento significans se nolle gratis donare carmia. Meminit huius rei Plutarchus in libello, *περὶ φθι πολυπαραμοσώκης*. Vnde Aristophanes apud Suidam, *ἕλ' ἰσιμωνίδου μέλη*. i. Iuxta Simonidis carmina. Ad duo scrinia allusit Theocritus in Charitibus, *οκνηραὶ δὲ πάλιν κενεῶς ἐπὶ πυθμῶν χηλοῦ*.

Si tibi Machæra est, & nobis urbina est domi.

Plautus in Bachidibus, Si tibi est Machæra, & nobis urbina est domi. Quoties malum malo opponitur. Nam Machæra & urbina utrūq; teli genus est. Sunt autem apud Plautū Chrysalī uerba minas minis referentis, & militis sæuitiam sæuis item dictis retudentis. Simillimū est illis, Par pari, & malo nodo malus quærendus cuneus.

Semper agricola innouum annum diues.

Αἰ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιθ. i. Agricola semper diues annum in proximum. De ijs dictitatum, qui spe futuri compendij diuites sunt, ac sibi met expectatione rerum ampliarum blanditur. Ductum a colonis, qui semper proximæ ætatis uberiorem prouentum sibi pollicentur, eaq; spe, iam sumptus nonnullos audent facere.

Semper uirgines furix.

Αἰ τῶν δένοι ἐριννῶς. i. Semper uirgines furix. Prouetbium obscurius deterret a peccando. Erinnes enim malefactorum ultrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas sumant de ijs, qui cōmeruerunt, atq; hac gratia dictæ uirgines. Suidas e Sophocle citat.

Senex bos non lugetur.

Γέρων βοῦς ἀπένδητος δόμοισι. i. Bos senex uacat luctu domesticorū. Hoc est, senū mors, quod tempestiua

tempestiua uideatur, non lugeat ab amicis. Quin & hodie si quando nunciat obitus hominis, natus grandis. Nihil acerbum inquirunt, haud perijt in cunabulis. Mortem iuuenum complorant ij quoq; ad quos nihil attinet.

Sero uenisti, sed in colonum ito.

XVII

οφ' ἡλδεις ἀλλὰ γ' εἰς κολωνὸν ἴσο. i. Sero ades, aut colonon hinc te cōferas. Iocus prouerbialis aduersus eos, qui post tempus aduenirent, aut qui mercede quippiam facerent. Porro Colonus est terra editior, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templū, in quem equites conueniebant, Alter iuxta templū Vulcani, qui a foro seu mercatu dictus est ἀγοραῖον. Hinc Colonetae dicti, qui mercede conducerent, quod illic consistenterent, qui conductorem quærebant. Huiusmodi ferme Suidas.

Ad pedem.

XVIII

περὶ πόδα. i. Iuxta pedem. Quod appositū & uehementer accōmodatum, id περὶ πόδα dicitur. Sumpta metaphora a calciamenti probe ad pedis mensurā quadrantibus. Vnde celebratur & illud Pauli Aemylij apophthegma, nouū calceum ostendentis, Vos, inquit, uidetis bellum, ac nouum esse calceum, uerum qua parte pedem torqueat meū, id ego decum scintio, Significans Papyriam uxorem, non esse suis accōmodatam moribus. Suidas Platonē citat, ὡς ἐστὶ μοι δ' ἄμα τῷ περὶ πόδα. i. Vt hæc res pedi meo quadrat.

Sarpedonium littus.

XIX

σαρπηδονία ἀκτὴ. i. Sarpedonium littus. De re turbulenta recte dixeris, siue de uehementer clamoris & obstreperis. Est enim huiusmodi littus quoddam Thraciæ Neptuno sacrum, quod assiduis fluctibus tunditur. Est & aliud eiusdem nomis in Cilicia. Rursum aliud iuxta Occanum, Vbi Gorgonibus sedes esse ferunt.

Seruilior Messena.

XX

ἀσλότερος μεσσηνίας. i. Seruilior Messena. De minime liberis dicebatur, & alieno uiuētibus arbitrio. Lacedæmonij Messenios quod iterum, atq; iterum desciuisent, in seruitutem redigerunt, eosq; dūrius etiam, q̄ reliquos seruos tractarūt, ne denuo res novas moliri possent. Autor Zenodotus.

Seruus cum sis, comam geris.

XXI

ἄλλος ὢν κόμην ἔχεις. i. Seruus cum sis, comam habes. De eo, qui præter decorum quippiam faceret. Veluti si quis humili conditione patritiorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingenui comā alebant. Adagium referē quidē a Suida. Cæterum extat apud Aristophanē in Auibus, εἴτα δ' ἴτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις, i. Ac deinde seruus cū sis, portas comam?

Seruorum ciuitas.

XXII

ἄλων πόλις. i. Seruorum ciuitas. De cœtu conuictuq; hominū improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Lybia, ut autor est apud Suidam Ephorus in quinto, apud Stephanum Hecataeus. In hanc si quis seruus lapidem importasset, continuo liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & altera, cui nomē τερροδούλων, quod seruis dicata sit, in qua unum dūtaxat ingenuū uiuere tradunt. Est rursum in Creta, ἀσλότελις, χιλίου δρος, i. Mille uiris habitata, ut autor est Socrates in prima narratione rerum Creticarum. Est item alia iuxta Thraciam, πονηρότελις, i. Improborum ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, uelut in sentinam, infames ac moribus improbatas, ut sycophantas, fallos testes, prauaricatores, & id genus alios ad numerum duum milium, ut autor est Theopompus, in rerū Philippicarū libro decimo tertio. Testat & Plutarch⁹ in cōmētario de curiositate. Est & in Aegypto regio quædā, ἀσλότελις appellata, teste Olympiano. Plutarch⁹ in collectaneis, puerbioz ostendit, dici solitum de raris inuentu, effertq; ad hunc modum, οὐκ ἐστὶ δούλων πόλις, i. Non est seruorū ciuitas. Nō dissimile quod Plinius narrat de gente Hessianorum in Syria, ad quos fugitant usq; quaq; nocētes. Quæ sola toto in orbe, sine ulla fœmina uiuūt, omni Venere abdicata, socia palmarum, in diē ex æquo, cōnenarum turba renascitur, longe frequentantibus, quos uita fessos ad mores eorū, fortunæ fluctibus agitat.

Samiorum flores.

XXIII

σαμίων ἄνθη. i. Samiorum flores. Vbi quis extremam uoluptatem decerperet. Hoc autē nomine dicebatur locus quidā, in quo mulieres cū uiris conuiuū agitabant, omniq; genere uoluptatū affatim explebant sese. Quibus delitijs effœminati, postea subacti sunt a Persis, & in seruitutem acti. Stephanus admonet Samū insulam olim ἀνθέμισσα appellatam fuisse, nimirum a floribus

a floribus. Eandem *παρθενίαν* fuisse uocatam, uidelicet a uirginibus. Refertur adagium in collectaneis, quæ Plutarchi feruntur titulo. Apte quadrabit in ciuitatem, domum, deniq; hominem uoluptatibus perditæ addictum.

Summaria indicatura.

XXIII

ρωπικὸν ὄνομα. i. Summaria indicatura. De rebus uilibus, magno tamen emptis. Quæadmodum sit nōnunq; in auctionibus, cum nō expenditur sigillatim, uniuscuiusq; rei precium, sed multa simul congesta pariter æstimantur. Græcis enim *ῥῶπες* uirgulta dicuntur, & *ῥῶπον* fasciculum, seu sarcinam e diuersis rebus colligatam, aut uarios colores simul confusos. Fit autem sæpenumero, ut emptor parum attentus in hoc emptionis genere circūueniatur. Adagiū refertur a Diogeniano, Meminit & Suidas.

Regia uaccula.

XXV

βασιλικὸν βοῦδιον. i. Regia bucula. De prodigiola fœcūditate ferebatur, natum e miraculo reigestæ. Actate Ptolemæi Iunioris, uacca quædam eodem partu sex edidit uitulos. Autor Diogenianus. Simile illud Iuuenalis, Scropha fœcundior alba.

Pura a nuptijs.

XXVI

ἀνὴ γάμου. i. Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicam, quod citra nuptias, sui copiam faceret. Horatius, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo cruda marito.

Rheginis timidior.

XXVII

ρηγίνωμ δειλότερος. i. Rheginis formidolosior. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, q de mensibus scripsit filius, in gratiam Dionysij tyranni, taxauit Rheginenses, ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi, quemadmodum testantur græcorū adagiorum collectanea.

Inertium chorus.

XXVIII

ἀργόωτων χορός. i. Feriætorum chorus. De cœtu lasciuientium dicebatur. Ocium enim ad omnem nequitiam impellit, præcipue iuuentam.

Rapina rerum Cinnari.

XXIX

Ἀρπαγὴ τῆς κιννάρας. i. Direptio bonorum Cinnari. De facultatibus, per tumultum direptis. Veluti cū principes præter ius in alienas fortunas inijciunt manus. Timæus scriptum reliquit, Cinnarum quempiam fuisse, patria Scelinusium, arte lenonē, qui hoc quæstu ad summas opes peruenerit. Is quoad uiuebat, pollicebatur se facultates omnes Vencri consecraturum. Cæterum moriens, populo diripiendas exposuit. Huic non dissimile, quod alibi cōmemorauimus, Porcna bona.

Rhadamantheum iudicium.

XXX

ραδάμανθος κρίσις. i. Rhadamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex, neq; muneribus, neq; gratia deflectitur, quo minus se uere iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter ac minimis, ex æquo cōmunem, Iuxta illud Aeschyli apud Aristophanem in Ranis, *μόνος θεῶν γῆρ, οὐ δῶρων ἔρα*. i. Vna e deis mors nulla captat munera. Item Horatius, Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumq; turreis. Idem alibi, Non si tricenis quotquot eūt dies, Amice places illachrymabilem Plutona tauris. Item Pindarus, *ἀλλὰ κοινὸν γούρ ἔρχεται κῆρ ἀίλαο, πῆσε δὲ ἀδόκητον καὶ δοκῆοντα*. i. Fluctus enim Orci cōmuniter accidit, obruitq; tum opinantem, tum inopinum, hoc est & iuuenem & senem, aut pariter & nobilem & obscurum. Bifariam enim interpretantur, *ἀδόκητον* καὶ *δοκῆοντα*. Item in Olympiacis, *βουλαῖς ἂν ὀρδαῖε ράδαμανθνος*. i. Rectis Rhadamanthi decretis. Idem alibi demonstrans unum Rhadamanthum, nec assentari cuiquam, nec quicq; ad gratiā facere, ὁ δὲ ράδαμανθνος εὖ πείραγμα, ὅτι, φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, οὐδ' ἀπάτασι θυμὸν τέρπειται ἐνδοθεῖ. i. Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicij sortitus est inculpatum, neq; impostur is intus in animo delectatur.

Rhadamanthi iusiurandum.

XXXI

ραδάμανθος ὄρκος. i. Rhadamanti iusiurandū, dicebat quod uerissimū quidem esset, ceterum nullum deum ascisceret. Socrates per canem & anserem iurare cōsueuit, nequem deorū citaret, siue quod non crederet ullos esse deos, siue quod nō arbitraret esse boni uiri, deos suorū negociorū testes accersere. Hoc aut iusiurandi genus, ad Rhadamanthū referebāt. Nota uit adagiū Aristides rhetor in Pericle, cū ait, *ὡσπερ ἂν εἰ λέγῃς τῶν ράδαμανθων ἐδίξην τοὺς ἀνθρώπους ἐπιόρκειν, ὡς τοσοῦτον πρῶτον ἐνσεβείας καὶ δικαιοσύνης, ὡς τε καὶ πελδύθισας τοῖς ἐκείσε ἀεικνομυλοῖς δικάζειν δολέει*. i. Perinde quasi dicas Rhadamanthū mortales in cōsuetudinē adduxisse peierandi, quod usq; adeo

usq̄ adeo pietate, iusticiaq̄ præcellerit, ut etiam uita defunctus, ijs, qui illuc appellunt, iudex esse credatur. Pythagorici per quaternionem iurare solent, quæ τέτρακτιω appellant, οὐ μὰ τὸν ἄμετέρα ψυχῆ πρὸς ἀδόντα Τέτρακτιω. i. Non per eum a quo animæ est datus ille quaternio nostræ. Existimant enim hunc numerum, usq̄ adeo ad animæ perfectionem pertinere, ut eum in arcanis uenerentur. Autor Macrobius primo cōmentario in somniū Scipionis. Pythagoras in carminibus aurcis quaternionem sacrum animæ fontem uocat. Græci per caput alterius iurare consueuerunt. Iuuenalis Græcis nondum iurare paratis per caput alterius. Vergilius, Per caput hoc iuro.

Littore loquacior.

XXXII

ῥαχία λαλέσθω. i. Littore loquacior. In Rabulam & obstreperum dicebatur. Nam Rhabchia græcis littus appellatur, præsertim scopulis ac rupibus asperum, quod assiduis tundiis fluctibus, non sine fragore, unde & græca uox ducta uidetur.

Præsentem fortunam boni consule.

XXXIII

τὸ πρῶτον εὖ ποιῆμι. i. Quod adest, boni consule, καὶ δὲ πρῶτον εὖ τίθειαι. i. Quod adest æqui, boniq̄ facere oportet. Admonet adagium, ne nos alienarum rerū cupiditate maceremus. Sed quæcumq̄ contigit fors, eam uelut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars, ut sua cuiq̄ fortuna placeat. Plato in Gorgia, ὡς εἰοικεμ ἀνάγκη μοι ἤτι δὲ παλαιόμην ὄσση, δὲ πρῶτα πρῶτον εὖ ποιῆμι. Necessum est mihi, sicut uidet̄, iuxta uetus adagium quicquid est, boni cōsulere. Cratinus in Pylæa, Ἀνδρας σοφῆς γὰρ τό γε πρῶτον πρῶτον ὡς καλῶν εἰς δῶνα μιν εὖ τίθειαι. i. Sapientium est uirorū, uti quod adest, boni, Tanq̄ bonū sit, cōsulant, pro uiribus. Affine illi, quod alibi retulim⁹, πᾶσι γινώσκεις πάντων κόσμου. i. Spartam es nactus, eam dispone. Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis Tragedia, cui titulus, τῆλεθω, id quod obiter admonendum duximus.

Qui omni in re & in omni tempore.

XXXIII

A. Gellius explicans uim σοφικῶν, ait hūc senarium antiquissimū prouerbij uice celebratū fuisse, Sed enim qui in omni re, atq̄ in omni tēpore, laude uacat, illaudatus est. Admonet paræmia fere neminem esse, tam deplorati ingenij, qui non aliquando dicat faciat ue, quod laudem promereatur. Refertur iisdem ferme uerbis a Macrobio, libro Saturnalium sexto.

Qui e nuce nucleum esse uult, frangit nucem.

XXXV

Qui cōmodum appetit, ne fugiat laborē. Qui quærit uoluptatem, prius experiatur sudorē sine quo non paratur uera uoluptas. Hanc sententiam Plautus figura sane q̄ prouerbiali extulit. Qui e nuce, inquiens, nucleum esse uult, frangit nucem. Qui quærit animi pabulū in arcanis literis, scrutetur sub allegoria inuoluchro cōditum mysterium. Sic enim usurpauit alicubi diuus Hieronymus. Nux enim foris, tum dura est, tum amara. Intus suauissimū condit cibum. Huc referendū illud Homericum figmentum de Moly herba, quam ait radicem quidē habere nigrā, sed florem lacteum. Hanc ita describit Iliados libro decimo, ῥίζη μου μέλαρ ἔσκει, γάλακτι δὲ εἰκελον ἀνδρῶν κῶλυ δέμιρ καλέσσι θεοί, χαλεγὲρ δ' ἐτ' ὄρυσασθαι, Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δὲ πε πάντα δῶκαν. i. Atra quidem radix suberat, sed lacteolus flos Moly uocant superi, mortali bus ardua res est. Euulsiſſe uiris, cœlestes omnia possunt. Accōmodari potest cū ad omnē disciplinam, tum peculiariter ad grammaticā, quæ cum sit pueris amara, senibus iucunda est. Quædrauerit & in uirtutis studium, cuius initiū acerbum, progressus facilis, finis iucundus.

Quis parentem laudauit, nisi infelices filij?

XXXVI

τίς πατέρα ἀνθρώπων εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; i. Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis? Carmen uulgo iactatum de ijs, qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirum nihil habentes, quod de seipsis uere prædicet, cuiusmodi Ponticum quempiam ridet Iuuenalis Satyra octaua. Sed te ceteri laude tuorum Pontice noluerim, sic ut nihil ipse futuræ Laudis agas, Miserū est alienæ incumbere famæ. Poterit in hanc quoq̄ torqueri sententiam, Improbi filij, sic laudant parentem, dum illos ceu bonos desyderant homines, quod hos longe deteriores ferre non possint. Id quod nōnunq̄ solet in principibus usu uenire, uidelicet, ut quem uiuū ode rant, mortuum probent, ac requirant, filij comparatione bonum.

Nam illi iam non sunt, at qui sunt, mali.

XXXVII

οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσιν, οἱ δὲ ὄντες κακοί. i. Partim haud quidem iam sunt, at ij qui sunt, mali. Diu ei solitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, uerum temporum culpa perierunt. Veluti si quis inter principes, Codros, Camillos, Fabricios, Epaminondas, hac tempestate requirat. Aut inter monachos, Paulum, Antonium, Hieronymum, non intempestiuiter hoc carmē

hoc carmen occinas. Est autem Aristophanis in Ranis, in qua Bacchus inducitur descendens ad inferos, ut Euripidem, aut bonum aliquem poetam inueniret. Apud superos enim neminem reperiri, nisi malum.

Quærendæ facultates, deinde uirtus.

XXXVIII

Δίκεως βιοτῶν, ἀρετῶν δὲ ὅταν ἢ βίῳ. i. Quærendus uictus, uirtus aut, ubi uictus adfuerit. Refertur a Diogeniano. Hoc prouerbium Horatius sic effert in sermonibus. O ciues ciues, quærenda pecunia primū, Virtus post nūmos. Per ironiam aut dictum est. Neq; enim hoc sentit Horatius, prius habendam esse rationē facultatum, q̄m morum. Sed irridet sententiā uulgo de cantatam, quam his quoq; temporibus plariq; parentes liberis suis serio inculcant.

Qui apud inferos sunt terniones.

XXXIX

τὰς ἐν ἄδου τριακάδας. i. Qui sunt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebant ἦ, q̄ res abditas & abstrusas, curiosa quadam diligentia uestigarent. Non absurde torquebitur in eum, qui nimis anxie, uel superstitiose magis arcanarum literarum mysteria rimat, aut qui Homericas fabulas omneis, inanibus allegorijs interpretari conetur, aut Platoniorum & Pythagoreorū numeros explicare labore. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, ut Hecate sacros, cui quidem ob id ipsum Trigla piscis sacrificatur, & simulachrū eiusdē, in triijs cōstitutus mos erat. Ad quod respiciens Vergilius, Tergeminamq; Hecaten tria uirginis ora Diana.

Nec quantum lusciniæ dormiunt.

XL

οὐδ' ὅσον ἀκιδόνες ὑπνώσασιν. i. Nec quantum lusciniæ dormiunt. In eos conuenit, qui somni pericissimi sunt. Lusciniæ minimum dormire feruntur, uel propter llyn extinctum, uel ob timiditatem. Equidem magis arbitrator dictum, quod lusciniæ uernis mensibus, per omnem fere noctem perpetuo cantu garriant.

Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna.

XLI

οἶω με ἰδ' αἰμῶν τέρατι συγκαθέξην. i. Cuiusmodi portento me implicuit fortuna. Dicit conuenit, ubi negocium incidit, cum homine moroso, difficiliq; cum quo non queas uiuere, nec a quo te possis extricare. Carmen sumptum ex Tragœdia Philoxeni poetæ, apud quem Vlysses inclusus in antro Cyclopi, hoc modo loquitur, οἶω με ἰδ' αἰμῶν τέρατι συγκαθέξην. Refertur a Zenodoto.

Fixis oculis intueri.

XLII

Ἀπενεὶ ὄραμ. i. Defixis oculis obtueri. Si transferatur, prouerbialis erit figura, nēpe p eo, quod est attētius accuratiusq; cōsiderare, Fixius intueri, pressius inspicere. Sumptū est ab amantibus, qui stupentibus, nec ulq; dimotis oculis inspiciunt, id quo delectantur. Adagium recēset a Diogeniano. Plutarchus in cōmentario de audiendo, βαρύνε μὲν γὰρ ὁ ἀκροατῆς καὶ φορτικὸς ὁ πρὸς πᾶν ἀπεγκτῶ, καὶ ἀπενεὶ, τὸ λεγόμενον. i. Grauis enim auditor ac molestus, qui ad singula stupet, & defixis est oculis, ut dicitur. M. Tullius pro Lucio Flacco, ut totam causam q̄maxime intentis, ut aiunt, oculis, acerrime contemplanini.

Puluerem oculis offundere.

XLIII

Puluerē ob oculos offundere dicitur, qui de industria rē obscurat, & aduersario iudiciū eripit. Traductū uidet a militia, saepe fit em ut hostis data opera puluerē ciat in hostē. Hac arte Dux quidam Romanus Troglodytas quosdam uicit, autore Plutarcho, cuius rei mētionem fecimus in adagio de Cæcia nubes attrahente. Utitur hoc prouerbio, præter alios Diuus Hieronymus in epistolis. M. Tullius gloriatur se in actione quadam iudicibus tenebras offudisse. Est apud Plautum simile quiddam de glaucomate oculis oborto.

Psecas aut ros.

XLIII

τεκάς ἢ δ' ῥόσος. i. Psecas aut ros. In crebrius expuētes dicitabatur, τεκάς enim aspersio illa, ac uelut irroratio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, ut pluuia rori simillima. Prius autem per lusum dictum est in Antimachum Lyricum poetam, quod subinde expuēs eos, quibus cum loquebatur, conspergeret. Idem cognominis datum fuit, & Olympico cuiusdam, quem nonnulli putant tulisse legem, ne quem nominatim taxarent poetæ, atq; ita factū, ut multo q̄ prius pauciores accederēt ad certamen, & qui prodibant, laudarent, nō carperēt. Vnde eiusmodi delinimenta, τεκάς appellata uidentur. Vocantur enim Psecades ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt. Adagium refertur a Diogeniano. M. Tullius in epistolis ad Atticum, consputare dixit pro conuitijs leuioribus aspergere, nimirum ad hoc alludens adagium.

M Hæsitantia

Hæsitantia cantoris tussis.

XLV

Ἀπορία ἰάλατῃ βήξ. i. Hæsitantia cantoris tussis, Suidas adagium neotericum esse monet. Dicitur uidetur, quoties non suppetit quod dicamus, idque uelut aliud agentes dissimulamus, uelut apud Platonem Aristophanes, ne diceret in conuiuio, singultum fingit. Sumptum apparet a cantoribus, qui cum hærent in cantione, tussim simulant, ut hac uideatur interrupta cantilena, non inscitia. Confine puto illi, quod alias dictum est, Tussis pro crepitu.

Extritum ingenium.

XLVI

παρεξκλυκμύου νοῦν ἔχωμ. i. Mentem habens euanidam, παρεξκλυκμύου perinde sonat, quasi dicas extribatam. Ducta siquidem est metaphora a tibiæ lingulis, quæ posteaque exciderint, inutilis est tibia.

Panagæa Diana.

XLVII

Ἡ παναγαία ἄρημις. i. Panagæa Diana, dicebatur olim, peregrinationum impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicitur apud poetas, & per nemora, montesque oberrare. Quin domiciliū etiā subinde mutat, nunc apud superos agens nunc apud inferos. Ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

XLVIII

Parœmias speciem præ se gerit illud Horatianum in sermonibus, Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Dicendum uel in duos aliquos diuersis laborantes uitibus, uel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquaciorem quam sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seuiorem, nonnunquam profusum, nonnunquam sordidum. Siquidem ut uitio dandum, si quis hircum oleat, ita ad æque uituperandum, si quis oleat unguenta. Nam pastilli pillulæ sunt unguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Claudus optime uirum agit.

XLIX

Ἀρισα χωλός ὄχῃ. i. Optime claudus uirum agit. Dicitur solitum, ubi quispiam suam sortem, uel parum egregiam, anteposit alienæ tametsi præstantiori. Ab Amazonum apophthegmate natum aiunt. Tradunt morem Amazonibus fuisse quondam, ut pueros masculos deorta tibia, coxa uel claudos efficerent. Porro cum bellum esset illis aduersus Scythas, atque illi eas conarentur illicere, ut ad sese desciscerent, dicentes futurum, ut posthac non cum claudis ac mutilis, sed cum integris uiris rem haberent, Antianira Amazonum dux, respondit ad hunc modum, Ἀρισα χωλός ὄχῃ. Animaduersum est etiam illud nostris temporibus plerumque, qui tibiis sunt mutilis aut alio quoptam membro trunci, eos ad usum Veneris reliquis magis idoneos esse, nimirum paria faciente natura. De claudis quare sit salatior cæteris, causam reddit Aristoteles in problematis, quod in hoc parum alimenti deorsum delabetur, ob crurum uitium, plus autem superiora petat, & in semen uertatur.

Ogygia mala.

L

Ὀγυγία κακὰ. i. Ogygia mala. Recte dicuntur, uel ingentia, uel antiqua. Nam utrumque Græce significat Ogygium. Alii malunt ad Ogygium primam Thebanæ ciuitatis principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias suas in uarias calamitates incidit. Quo respiciunt, qui Ogygia mala, pro atrocissimis interpretantur. Cæterum qui Ogygia uetera dicunt, illud sequuntur, quod olim Boetiorum, ac Thebana regio, Ogygia dicta sit. Quin & omnis attica, olim hoc habuit nominis, sicuti testatur Stephanus. Est & insula puetusta dicta Ogygia, in quam Ulysses naufragus emeruisse fingitur ab Homero. Unde uox iam obsoleta uelut in iocum prouerbialiter abiit. Nec in figura sita est huius puerbii ratio, sed in nouitate uocis, ut in opis huius initio monuimus. Cõsimili ratione, nec sine puerbii specie, Græci prisicos ac puetustos, ὀγυγίδαις & ὀγυγίαις appellant, a prisico quopiã deo, & multis iam seculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygijs Suidas & Stephanus.

Omnia chnaumata.

LI

πάντα χναύματα. i. Omnia chnaumata, dicebant olim, quoties omne negotium significabatur. Huiusmodi em Græci placentarum, atque id genus ciborum fragmina uocant. Latini quoque reliquias belli & reliquias Danaum dicunt simili figura. Refertur adagium a Zenodoto.

Sic est ad pugnae partes re peracta ueniendum.

LII

Plato in Gorgia, πολέμου ἢ μάχης φασὶ χθῆναι ὃ σώματος οὕτω μεταλαγχάνει. i. Ad belli, pugnaeque munia Socrates sic aiunt, accedere oportere. Iocus erat prouerbialis. ubi quæ negotio pacto, tum demum adueniret. Quæadmodum ignaui milites solent, qui cõflictu pacto, sublatoque metu, tum denique solent adesse, uel ad colligendam prædam, uel ad epinicia, id est epulum uictoriale celebrandum.

le celebrandū. Nam uerbum illud μεταλαγχάνειν, tarditatem significat, ac feram muneris functionem. Socrates autem respondens parœmiā, explicat simili parœmiā, ἄρα δ' λεγόμενον κατ' ὅσον ἑορτῆς, ἢ κομῶν καὶ ὑποδοῦ μόν, i. Num post festum, quod aiunt, uenimus, seroq; adsumus? Sumptum uidetur a Rhēso Thracum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod ferius ad belli societatem uenisset, nimirum decimo demum anno, σίμμαχ' ἔμ' οὐ, ἐν' ἔμ' ἢ πῶς ἔσπεραμ. i. Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam, isq; respondet, ἀλλ' ὑποδοῦ μὲν ἢ λ' ἔδομ, ἐν καὶ εἴδ' ὁμοῦ σὺ μόν γὰρ ἦδ' ἡ δέκατ' ἄιχμαλ' εἰς ἔτ' ἔμ', κούδ' ἐμ' πρᾶίνεις. i. Sero quidē, aſt in tempore aduenio tamen. Nam tu quidem iam prælians decennium. Nihil explicas.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

LIII

Obsequiū amicos, ueritas odium parit. Senarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens, quid oporteat fieri, sed ostendens quid uulgo fiat. Vulgaris enim amicitia constat obsequijs. Nam inuicem cōniuere ad familiarīū uitia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. At inter ueros amicos, nihil est ueritate iucundius, modo absit asperitas agrestis & incōcinna, grauisq;. Porro qui uulgo plurimis studet amicus esse, moribus alienis obsecundet, caueatq; iuxta Persium auriculas teneras mordaci radere uero. Nō probari uero sententiam hanc poetæ, satis indicat, cum ait, Nāq; hoc tēpore, id est, his corruptis moribus. Eandem sententiā in Adelphis idem aliter extulit. Ut homo est, inquiens, ita morem geras. Donatus admonet prouerbialiter dictum. M. Tullius in sermone de amicitia. Sed nescio quomodo in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obsequium amicos, ueritas odiū parit. Molestā ueritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est uenenum amicitia. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum fieri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.

Obuijs ulnis.

LIIII

Obuijs ulnis, est apud Quintilianū, pro eo, quod est auide, sitienterq;. Translatum ab ijs, quos porrectis ulnis properant in complexum eorum, quorum magno desyderio tenebant, quosq; cupidissime conspiciunt. Legimus & in obujs manibus. Diuus Hieronymus ad Pammachium, condiscipulū quondā, & sodalem, & amicū, obujs, ut aiunt, manibus excipio. Basilus in præfatiōe dialogi, ἀμφοτέρωθεν χερσίν. i. Ambabus manibus, eodē sensu scripsit. Hæc si ad rem animi detorqueant, figurā prouerbialē habebunt. Ut, ego tuas literas obujs ulnis excipiā.

Obliuionis campus.

LV

Obliuionis campus, est apud Quintilianū, pro eo, quod est auide, sitienterq;. Translatum ab ijs, quos porrectis ulnis properant in complexum eorum, quorum magno desyderio tenebant, quosq; cupidissime conspiciunt. Legimus & in obujs manibus. Diuus Hieronymus ad Pammachium, condiscipulū quondā, & sodalem, & amicū, obujs, ut aiunt, manibus excipio. Basilus in præfatiōe dialogi, ἀμφοτέρωθεν χερσίν. i. Ambabus manibus, eodē sensu scripsit. Hæc si ad rem animi detorqueant, figurā prouerbialē habebunt. Ut, ego tuas literas obujs ulnis excipiā.

Λήθησ πεδίομ. i. Lethes campus. Dicitur uel de uehementer obliuioſis, uel de rebus cōmenticijs ac friuolis, quæ nullū sint. Aristophanes, τις εἰς δ' λήθησ πεδίομ. i. Quis in lethes campum? Vulgus enim nugas esse credit, quæ de inferis tradunt poetæ. Et, ut Iuuenalis inquit, Nigras in gurgite ranas, uix pueri credunt.

Omnia sapientibus facilia.

LVI

Απαντὰ τοῖς σοφοῖσιν εὐκόλα. i. Facilia cuncta sunt sapientibus. Nihil est tam arduū, quod prudenti consilio non facile conficiatur. Aut nihil tam acerbum, quod sapiens non æquo animo, facileq; ferat, ratione cuncta leniente. Refertur a Zenodoto.

Omnia esculenta obsessis.

LVII

Απαντὰ γὰρ τοῖς βρωτὰ πολιορκουμένοις. i. Cinctis ab hoste uesca sunt & qualibet. Senarius prouerbialis, Cum urget necessitas, nihil non facimus. Et uehementer famelicis, nullus non suavis est cibus. Natum ab urbium obsidionibus, in quibus nōnunq; & canes & feles, herbarum radices, nōnunq; humana excrementa, inopia cibi deuorantur.

Omnia similia.

LVIII

Απαντ' ὅμοια καὶ εὐδῶπις ἢ καλῆ. i. Similia cuncta, Rhodopis ipsa etiam decens. Eadem est cōditio mortalium, formosi pariter, ac deformes senescunt, ac moriuntur. Rhodopis nomē est puellæ cuiuspiam formæ celebris. Refertur a Suida prouerbij loco.

Totus Echinus asper.

LIX

Απασ ἔχινος ἔραχ' ὄσ. i. Totus Echinus asper. In morosos & iniucundis moribus quadrat. Echinus piscis, & item Erinacius undiq; spinis obseptus est, ut nullū impune possis attingere. Est & hominū huiusmodi genus, cū quibus nulla ratione possis agere, citra litem. Aristophanes in Pace, οὐδ' ἐ ποτ' ἄμ δέμης λείον δ' ἔραχ' ὄσ ἔχινου. i. Ex scabro in leuem nunq; uertetur Echinus.

Omnia bonos uiros decent.

LX

Απαντὰ τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει. i. Bonos, probosq; cuncta perdecet uiros. Habet hoc im-

M 2 probitas.

probitas, ut si quis illaudatus, recte faciat, dicat ue, tamen nescio quò pacto nō adsit decorum illud. Contra ueram uirtutem decus quoddam comitatur, ut quicquid uir bonus agat, id decorum esse uideatur. Refertur a Diogeniano.

Omitte uatem.

LXI

πάρετος ἄνθρωπος. i. Omitte uatem. Vti cōueniet, quoties alicui parcendū admonebim⁹, quod is eximius sit, & imunis habēdus a uulgari sorte. Veluti si quis poetæ, Theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Antiquitus mos erat, ut augur coronatus ante acie incederet. Neq; fas erat, hunc telis impetere, utpote uirum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiā usurpari.

Oderint dum metuant.

LXII

Oderint dum metuant. Tyrannica uox, sumpta e Tragœdia, & a nemine scriptorum non usurpata, præcipue. M. Tullio familiaris. Quā etiam in uulgi sermonē processisse, satis indicat Seneca libro de clementia secundo, scribens multas uoces, magnas, sed detestabiles, in uitam humanam peruenisse, celebresq; uulgo fieri, ut illam, oderint, dum metuant. Cui Græcus, inquit, uersiculus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet. Licebit adagium etiā p iocum usurpare, ueluti si quis eruditione superior, de clanculariis hostibus, qui tamen ob metum hircere non audeant, dicat. Oderint dum metuant. Cōueniet & in diuites, qui dicūt illud Horatiij, populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simulac nūmos cōtemplor in arca. Itē illud Iuuenalis, Tunicam mihi malo lupini, q̄ si me toto laudet uicina pago.

Odit cane peius & angue.

LXIII

Prouerbiali figura dictum est & illud ab Horatio, Alter Miletī textā cane peius & angue, uitabit Chlamydem. Sentit autem, ut opinor, de cane rabiente. Quod si longius etiā traducatur, magis erit prouerbiale, Vt hic totus lucris addictus est, literas, quas amauit aliquando, nunc, quod aiunt, uitat cane peius & angue. Vel, Hic se totum adulatoribus pmittit, amicos, a quibus uerum audiat, uitat cane peius & angue.

Stultior Coræbo.

LXIII

ἡλιθιώτερος Κορίβος. i. Stultior Coræbo. Prouerbialis hypbole in stupidos & uecordes. Coræbi stulticia uulgi fabula celebrata est, qui maris undas numerare sit conatus, cum nō poterit ultra quinque numerare. Meminit huius Eustathi⁹ in decimū Odysseæ, & Lucianus in amoribus. Quantū apud alios κορίβος lego per. γ. Addūtq; quidam Corybū hūc Magdonis Phrygis fuisse filium, temporibus belli Troiani.

Stupa feniculus.

LXV

Στυπῆος γρόντιον. i. Stupa feniculus, de uiribus effœto sene, Simillimum illi, quod alio diximus loco, homo bulla. Sumptum a ligno, quod iam exaruī, exuccumq; redditum est, & macidum, in stipulæ morem.

Phormionis thori.

LXVI

Στιβῆδες φορμίωνος. i. Thori Phormionis, De stratis sordidis, ac frugalibus, minimeq; delicatis. Qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborū congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur a Suida. Phormio dux quispian militis fuit in perferendis militiæ incōmodis notæ (sicuti conijcio) patientiæ.

Stulticia est Iouem putare esse.

LXVII

ἡς μωρίας, ὅτι δία νομίζου, ὄντα τιλικύστον. i. Inscitia est, natum tot annos credere, esse ullum Iouem. In eum accōmodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit abiurdum quippiam, cum propter ætatem nihil oporteat iam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur a Suida.

Tuum tibi narro somnium.

LXVIII

Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγῶμαι. i. Tuum somnium tibi narro, id est, Narro tibi quod ipse me rectius nosti. Apud Suidam hæc referuntur, ex autore quopiam, εἰ γὰρ ἐγὼ σοι νῦν αὐτῶν σωφίῳ, πέπεισθαι δὲ ἂν ἴσθαι, ὅτι σὸν ὄναρ σοι διηγῶμαι. i. Quod si te tibi ipsi notum reddere coner, tū mihi acciderit id, quo prouerbio dicitur, ut tuum tibi somniū narrem. Traductum uidetur ab ijs qui, ὄναρ πόλις, i. Somniorum interpretes consulunt. A quibus nōnulli hoc quoq; requirūt, ut imprudentes a medicis expectant, ut uiso duntaxat lotio, diuinent & sexum, & ætatē, & omniā nē morbi naturā, ubi & unde acciderit, quid sentiāt, ac ppemodū etiā qd in febris somniant. Sponli uita.

LXIX

Νυμφίς

νυμφίς βίος. i. Sponsi uita, pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum est, Musica uita, Suidas senarium hunc adducit, *τμήρε μόν ἄρα γε ζῆτε νυμφίς βίος*. i. Sponsi quidem profecto uitam uiuitis. Propterea quod proci frōdibus & fertis coronari soleant, & delicatius, nitidiusq; coli, uel quod molles uideantur, nuptiis inhiantes. Nisi malumus ad Homericos illos Penelopes sponfos referre, quibus nihil cordi erat præter conuiuia, citharam, choream, talos, discum, parasitos, atq; id genus alias uoluptates.

Et fama fuit & eras.

LXX

ἢ μὲν κλέθ' ἢ δὲ θ' ἢ δα. i. Et dicebaris, erasq;. Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas meminit e poeta quopiam. Est enim fragmentū carminis Heroici.

Innocuus alium aspiciam, meum habentem malum.

LXXI

Ἐξάντης λεύσω τοῦ μὲν κακὸν ἄλλοι ἔχοντα. i. Indemnis spectabo aliū mala nostra ferentem. Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis consulam, *Ἐξάντης* aut dixit, quasi *ἔξω φθι ἄτης*. i. Extra noxā situs, & illæsus. Simillimū illi Plautino, Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.

Simul & dictum & factum.

LXXII

Ἀμ' ἔπθ', αὐ' ἔργου. i. Simul dictum, simul & factum. Vbi quis citra morā id re præstat, quod uerbis pollicetur. Latini cum dicto dicunt, pro eo quod est, statim posteaq; dixeris. Et Vergilius, Et dicto citius tumida equora placat. Sumptum apparet ex Homero, apud quē hoc carmen est Iliados, τ. *Αὐτίκ' ἔπειδ' ἄμα μῦθος ἔλω, τετέλεστο δ' ἔργου*. i. Mox simulac dictum est uerbū, res ipsa peracta est.

Obijcere canibus agnos.

LXXIII

προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄγνας. i. Obijcere canibus oues, dicebatur, qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret. Refertur a Diogeniano.

Nullius indigens deus.

LXXIII

Ἀνευθεὶς ὁ θεός. i. Nullius egens deus. Admonet parcemia, nullū esse mortaliū tam absolutū, in quo non aliquid desideretur, unum esse deum, unde quaq; perfectū. Dicit potest & in diuites, aut plurimis præditos naturæ pariter ac fortunæ cōmoditatibus, tanq; dei cuiuspiā similes, ut quibus omnia suppetant, quæcunq; uidentur ad perfectam felicitatem pertinere.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

LXXV

Plautus in captiui duo, Nucleum amisi reliquit pignori putamina, uerba sūt Hegionis, ubi rescuiisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruū pro domino retentū. Is em̄ ex quo fructus expectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumentum poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias.

LXXXVI

γυμνὸς φυλακῶν ἐπιτάτεις. i. Nudo custodiam mandas, quoties negocij quippiam mādat ei, cui deest præstandi facultas, obeundæq; prouinciæ propter inopiā neutiq; idoneus est. Neq; enim nudus cōmode potest excubias agere, propter rigorem nocturni frigoris, neq; ad pugnā est idoneus inermis. Refertur a Zenodoto. Quo longius deflectetur, hoc erit prouerbialius. Iniungis, ut aliquid in hunc poetam scribam. Verum iuxta uetus prouerbium, *γυμνὸς τῶν φυλακῶν ἐπιτάτεις*. Neq; enim est, quo meum interim ocium alam.

Nunc contingat seruari.

LXXXVII

νῦν γλυκίτο σωθῆναι. i. Nunc contingat seruari. Cum significamus nos satis cauturos in posterum, si modo liceat præsens periculum effugere. Natum aiunt ex Apologo quopiam. Aquila testudinem unguibus rapuerat. Eam parabat e sublimi deiicere, quo testa rupta carnibus uesci posset, in hoc itaq; discrimine testudo, optabat, ut in præsens incolumis esse posset, de reliquo sibi curæ futurum, ne quando in simile periculum incideret, *νῦν γλυκίτο σωθῆναι, τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῆς μελήσει*. i. Nunc liceat incolumem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit. Quidam apologum narrant ad hunc modum, Testudini quondam incessisse uolandi desiderium, Aquilam orasse, ut se doceret. Cumq; illa negasset fieri posse, quod natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaq; paruit Aquila, ac testudinem in sublime uectam, demisit, ut uolatum experiretur. Ea cum timeret infelicem euentum, optauit ut id temporis contingeret incolumē esse, *νῦν σωθῆναι*. Ita Diogenianus. Suidas hoc modo refert, *νῦν σωθῆναι, ἢ ἢ μοι δίδαγμα τοῦτο ἔλοιπ' ἔχόντα*. i. Utinam nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documētum sit in reliquū tēpus Plinius facit tertium quoddam Aquilæ genus, quam alij Morphon, nonnulli Plancū & Anatariam, Homerus Parcon uocauit, lingua caret, eoq; muta, sed detibus armata, nigerrima p-

M 3 mitentiore,

minentiore cauda. Huic ingeniū est testudines raptas frangere, e sublimi iaciendo. Atq; hac forte ait Aeschylum poetam interisse, cum prædictum esset, cum testudinis ruina periturū isq; quo caueret, eum diem sub dio perseuerasset. Nam Aquila decepta splendore capitis cal uicio reuidentis ad solem, dum saxum esse putat, testudinem illisit, ut fractæ carnibus uelce retur. Autor Valerius maximus, libro nono, capite duodecimo.

Nunc bene nauigauī, cum naufragium feci.

LXXVIII

Νῦν εἶ πεπλόκηκα ὅτε νεναούγηκα. i. Nūc bene nauigauī, posteaq; naufragium feci. Quoties id quod uidetur incommodum, fortuna præter spem uertit in bonum. Zenon Cittieſis, qui relictis prioribus præceptoribus, Cratetis auditor esse cœpit, naufragio eiectus dixisse legitur, εὖ γε ποιῆ ἢ τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφία. i. Bene facit fortuna, cum nos ad philosophiam admouet. Autor Suidas.

Nunc in regionem ueni.

LXXIX

Νῦν εἰς χώραν ἤλθοι. i. Nunc in regionem ueni. Ab ijs dicitari solitum, qui tandem sua sponte illuc quo oportuit perueniunt, cum diu non quiuerint. Fit enim plarūq; ut res diu quaesita non occurrat, tandem uelut ultro ueniat in mentem. Quidam sic efferunt, νῦν εἰς χώραν ἤλθεις. i. Nunc in regionem uenisti, ubi quis eo uenit, quo se uenturum negarat.

Nunc illa aduenit Datidis Cantilena.

LXXX

Νῦν τοῦτ' ἐκέν' ἦκει τὸ δάτιδος μέλος. id est, Nunc id quod aiunt, Datidis adest cantio. Dicebat, ubi quid lætū ac festiuum accidisset. Datis quispiam erat Persarum Satrapes excellens in rei bellicæ gloria. Is græce loqui conatus consueuit dicere, ἡδομαι, ἢ εὐφραίνομαι, ἢ χαίρομαι, id est, Delector, gaudeo, lætor. Ea cum sæpius ac male grece pronunciaret, res in uulgi iocum abiit. Autor Suidas.

Non enim spinæ.

LXXXI

οὐ γὰρ ἄκανθα. i. Non enim spinæ. De conditione dicebat in melius cōmutata. Sumpta metaphora a noualibus, quæ repurgatis spinis, frugifera incipiunt esse. Recte quadrabit de negotio prius infrugifero ac molesto, unde postea capitur emolumentum. Quidam inde natū existimant, quod antiquitus ante repertam agricolationem, agri spinis infrugiferis occupabatur, mortalesq; duram quandam & agrestem agebant uitam. Deinde ostensa ratione colendi terram, mitior uictus successit. Atq; hinc dici cœptum, Non enim spinæ. Cōcordat cum hoc interpretamento, quod alio diximus loco, de puero gestante spineas frondes, & panes in nuptijs, ac dicente, ἐφυγον κακὸν εὖρον ἄμεινον. i. Effugi malum nactus sum melius. Legitur & illud, βίβ' ἀκανθώδης. i. Vita spinosa, pro incōmoda & infrugifera.

Non statuar leana in Machara.

LXXXII

οὐ σήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήσιδ'. i. Non statuar leana in Machera. Prouerbiū meretricium, cum negat scortum sui copiam facturum sese. Nam in capulis militarium gladiatorum. Elephantes ac leones imponi solent. At hi procumbentes in scalpuntur, siue ne lædant manum utentis gladio, siue ne defringantur facile, si in pedes erecti fingerentur. Tyrocnestis, uox militaris uidetur ensem significans. Potest adagium & ad uerecundio rem usum detorqueri, ut si quis negans se per omnia morem gesturum, inseruiturumq; pro libidine, dicat, οὐ σήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήσιδ'. Autor Suidas.

Ne contra bouem opta.

LXXXIII

μηδὲ βοῦς εὐχού. i. Nec contra bouem opta. Admonct adagium, non esse uitam instituēdā iuxta uotū animi, neq; quiduis sperandū a superis, sed ut ea duntaxat sibi quisq; pmittat, quæ possit industria cōsequi. Refertur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta metaphora parum liquet, nisi quod apparet, ductam ab Agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris, optat, ut citra suum laborem proueniat seges.

Non nostrum onus, uos Clitellas.

LXXXIII

Quintilianus institutionū oratoriarū libro quinto, Parcemiæ, quā ait esse ceu breuem apologum, hoc adfert exemplum, Non nostrū onus, uos Clitellas. Satis cōstat ex apologo sumptum, uerum quis sit is'apologus, equidem nondū reperi. M. Tullius epistolarū ad Atticum libro quinto, in epistola cuius initium est, Laodiceam ueni pridie calēdas sextiles, uidetur ad hoc adagiū alludere, & nobis uelut ansam cōiectandi præbere. Inde (inquit) ire ad Taurū cogitabam, ut cum Mophragone collatis signis, si possem de seruo tuo decidere. Clitellæ boui sunt impositæ. Illa ne: Non est nostrū onus, sed feremus, Modo (si me amas) sit annus. At si tu ad tepus

ad tempus, ut senatū totū excites. Mirifice sollicitus sum, quod iam diu ignota sunt mihi omnia. Itē in eadē epistola paulo superi⁹, sed ē incredibile q̄ me negocij taceat, ne nō habeat satis magnū campum, ille tibi nō ignotus cursus animi & industriæ meæ, præclara opera cesset. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cū Rhomæ A. Plotius dica t̄. Et cū exercitū noster amicus, habeat tantū, me nomē habere duarū legionū exilium? Deniq; hæc nō desydero, Lucē, forū, urbem, domū, uos, desydero. Sed ferā, ut potero, sit modo annuū. Si prorogatur, actū est. Hæc tenus Tullius. Quibus quidē ex uerbis, q̄q; sub obscuris, & haud scio, an etiā mēdosis odorari licet, nō nostrum onus, bos Clitellas puerbiū fuisse recusantis munus aliquod ueluti parūm accōmodatū sibi. Neq; enim boum est, clitellis tergo impositis onera gestare, sed potius asinorū ac mulorū. Neq; dubitandū est, quin Fabius ex hoc Ciceronis loco, exemplū illud sit mutuatus. Raphael Regius, qui Fabium additis scholijs, conatus est emendare, scripturā mutat ad hūc modū. Nos nostrū onus uos Clitellas, interpretans hūc esse sensum, neutrā partem absq; onere discessurā. Mihi si phas est quicq; immutare, sic potius legendū uidetur, Non nostrum onus, Bos Clitellas? Ut sit uelut rem absurdam, seq; indignam abominātis, siquis Boui clitellas uelit imponere. Neq; discrepat hoc cū sententia uerborū Tullianorū, quæ modo retulimus. Ait enim eam prouinciā nō satis uel aptam, uel dignā ingenio suo, laturū tamē utcūq; modo ne sit lōgior annua. Proinde puerbiū duplici forma poterit efferri. Boui clitellæ impositæ sunt. Vbi mandatū est negociū parum apto. Et Bos Clitellas? ut subaudias, ferat. Vbi q̄s deprecatur prouinciā, cui parū sit idone⁹, aut quā sibi ducat indecorā. Illud obiter admonitū lectorem uelim, ne protinus radat, aut dispungat, siquid in his quæ citamus ex autoribus, uiderit ad quorundā emendationē nō respōdere. Nō quod p̄fiteamur a mendis repurgatū, quicquid huc adducimus, sed quod labant̄ ij quoq; qui libros emendant, uelut hoc loco, quē modo retulimus ex epistolis, in editione Aldina, quot uoces sunt immutata, nescio cuius opera, ne dicam culpa. Nam Aldo nō libet imputare, tum quia doctus est, tum quia amicus. Primū enim quis nō uidet rectius esse, opera cesset, q̄ opera cessent? Deinde quod sequit̄ cui nō perspicuum sit, esse uitiatum, tum distinctione, tum uoce exilium mutata in exulum? Sic enim legit, Et cum exercitū noster amicus habeat, tantū me nomen habere duarū legionū exulum? Cū Tullius tantū posuerit pro magno, cui legiones exiles opposuit, hoc est, pusillas. Et aliquāto post, ut cū Maphragone signis collatis, si possem, de seruo tuo decernerē. Quid erat causa, ut pro deciderem, siue decidere, mutare decernerem? Quasi nō fuerit illud multo uerbū elegantius? Etenim si legas decidere, subaudiendū est uerbū, certarem, siue, cōgrederer, cuius modi eclipses familiarissimæ sunt Ciceroni, præsertim in hoc opere, ut legas, ut cum Maphragone collatis signis, subaudiasq; cōgrederer. Rursum hoc quod sequit̄, Clitellæ boui sunt impositæ, Illa ne? Non est nostrum onus. Offensus, nescio quis aposiopesi, Illa ne? Mutauit, Illæ non est nostrum onus. Quod iterū usu uenit in hoc, quod subijciē. At si tu ad tēpus, subaudi, ad fueris. Mutauit enim, Ad sis tu ad tempus, Latinitate quoq; corrupta, nedum argutia sententiæ. Hæc inuitus & coactus admonui, ne quis (ut sunt nonnulli præcipites ad id) ob celebritatem Aldini nominis protinus damnent, aut radant, siquid dephenderint ab illius editione discrepare, nec statim priores abijciant codices emendatiōibus huiusmodi freti.

Nota res mala optima.

LXXXV

Plautinū illud in Trinummo, puerbiali schemate dictū uideē, Nota res mala optima est. Dictum est autē sub persona senis, suadere conantis amico, ne uxore tametsi malam repudiar et, aliam ducturus, p̄pterea, quod plerūq; fit, ut qui cōmutat primū, pro malo peius accipiat, tū ignotū pro ignoto, postremo insuetū pro familiari. Tantū enim ualeat assuetudo, ut mala quibus assueuerimus, optima uideant̄, Cōtra quæ sint optima, p̄pter insolentiā pessima uideant̄. Adagiū itaq; deterret, ne temere nouandis rebus studeamus, uitemusq; uitiū illud, haud scio, an maximū, quod Græci φιλόκαινον appellat. i. nouarū rerū appetentiā, cui comes alterū ueluti germanū, quod ἀψίκορον uocant, quo mox fastidiunt paulo ante adamata. Cōuenit cū Plautina sententiā, quod apud T. Liviū Pacuuius Calauius, suadens Campanis, ne senatores mutare uellent, populū iā re doctū dicere cōpulat. Notissimū quodq; malum maxime tolerabile esse. Huc pertinet & Ouidianū illud, Quod male fers assuesce, feres bene, multa uetustas lenit. Eodē ptinet & Mimus ille nescio cuius, Mulier tū demū est bona, cū aperte mala. Cognitum enim malū, aut uitamus, aut nos ad id accōmodates ferimus. Itē ille, Cōsueta uitia, ferim⁹, nō reprehēdimus.

Inueni, nō quod pueri in faba.

LXXXVI

M 4

Strophylus

Strophylus seruus in Aulularia Plautina, aulam auri plenam, a fene defossam, furto sustulit, eamq; rem gestiens indicare hero. Reperi, inquit, Et rogatus, quid reperisset, nō quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperisse, prouerbiali nimirū figura magnū quiddā reperisse, se significās. Est enim Midas uermiculus quiddā, qui fabis innascit, hunc siquādo nacti sint pueri, gestiunt atq; exclamant, perinde quasi magnū quiddā inuenerint.

Midas in Tessaris consultor optimus.

LXXXVII

Μιδας ὄν κούσοισι ἐμβουλότατος. i. Midas qui in tessaris cōsultor optimus. Prouerbiū a tesserarū ludo natū. Est enim midas iactus uocabulū. Refert a Suida puerbīj nomine. Perpendat diligens & eruditus lector, num ἐμβολώτατος legi oporteat, ut uersus sit iambicus trimeter, Μιδας ὄν κούσοισι ἐμβουλότατος. i. In tessaris iactus midas prosperrimus. Accōmodari poterit adagiū ad rem, quæ forte fortuna bene cadit.

Ni purges & molas, non comedes.

LXXXVIII

Ἄν μὴ καθαίρῃς καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φαγῇς. i. Ni purges & molas, nō comedes, id est, nō cōtinget tibi uictus, nisi tuā item industriā adiunxeris. Ceres cū ostēderet usum frumentī Triptolemo, ita dixisse fert. Videē esse senarius e poeta quopiā usurpatus. Potest trāsserri longius, nō proderit tibi ingenij felicitas, nisi exercueris. Inutilis erit principū fauor, nisi te gesseris, ut oportet Nihil cōducet, quod doctū præceptorē nactus es, ni uigilaueris. Refert a Diogeniano.

Nihil differs a Chærephonte.

LXXXIX

οὐδὲν Διοίσεις χαιρεφώντος τῷ φύσῃ. i. Nihil ore quicq; a Chærephōte discrepas. In macilentū, pallidūq; dicebat. Chærephon em̄ Tragœdiarū scriptor fuit. Is Heracidarū res psecutus est. Quoniā autē nocturnis lucubratiōibus erat maiore in modū extenuatus, cōfectusq; uulgarī ioco taxatus est. Quin etiā noctuæ cognomē additū. Aristophanes in Nebulis, οὐδὲν Διοίσεις χαιρεφώντος τῷ φύσει. i. Nihil figura a Chærephonte differes. Allusit idem alibi, οὐδὲν Διοίσεων τῶν Ἡρακλειδῶν, οὐδ' ὅτι οὐμ τῶν Παμφίλου. i. Nil differunt ab Herculanis liberis, Nec sane in ullo, filijs a Pamphili.

Nihil ab Elephante differs.

XC

Ελέφαντος διαφέρει οὐδὲμ. i. Ab Elephante differs nihil. In magnos & stupidos dicebat. Etiā si primā ingenij laudē Plinius tribuit Elephantis, sed inter Bruta. Verū corporis moles, & forma cœditas adagio locum fecit. Refertur a Diogeniano.

Ne intra uestibulum quidem.

XCI

οὐδ' ἐν τῷ ἰώρῳ. i. Ne intra uestibulum quidē. In tumidos feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnēs a sese submouent. Lex erat Athenis, ut homicidīo cōtaminati extra septa sacrarū cōsisterent, Siquidē prima magnatū atria solent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagiū uidetur alludere.

Nec cum malis, nec sine malis:

XCII

Aristophanes apud Suidam, καί τ' ἐκείνο τούπος ὀρθῶς κόν κακῶς ἐρημιλίον οὔτε σὺν πανωλέθρῳ σῆμ, οὐτ' ἄνευ πανωλέθρων. i. Illud haud male, immo recte proditū est prouerbiū, Nec simul cū pestibus, nec rursus absq; pestibus. De uxoribus dictū, cū quibus incōmode sane uiuif, sed nec citra has constant familiæ. Simile illi, quod est in Epigrāmatis, Nec tecū possum uiuere, nec si ne te. Et quod alibi retulimus, ἀναγκαῖα κακά. Citantur eodem loco uersus & hī, κακὸν γυναῖκες ἀλλ' ὁμῶς ὧ δὴ κμότῃ οὐκ ἔστιμ' εὐξῆμ' οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. i. Malū quidem nxor, attamen ciues, sine hoc Nulli licet parare familiam malo.

Ne in pelle quidem:

XCIII

οὐδ' ἐν δέματι. i. Ne in pelle quidem. Hyperbole prouerbialis de supra modū tenuib', uelut usq; adeo nudis, ut ne pelle quidē propria tegant. Cōmemorat a Suida.

Ne tria quidem Stesichori nostri.

XCIII

οὔτε τὰ τρία σῆσιχόρου γινώσκεις. i. Ne tria qdē Stesichori nostri. De uehemēter indocto & imperito dici solitū. Adagiū sumptū hinc exiſtimāt, quod pluraq; Stesichori poemata Epodica sunt, quæ tribus cōstant, εὐροφῆ ἀντιεὐροφῶ καὶ ἐποδῶ. Strophe est prima series uarijs metrorū generibus incedēs. Antistrophus est iteratus p eadē ferme genera recurſus. Epodus est diuersi carminis accentio. His & alijs Tragici poetæ nōnunq; utunt, potissimū in choris.

Nephalia ligna.

XCV

Ἰνφάλια ξύλα. i. Nephalia ligna, Dici posse uidet in abstemios, & ab omī uoluptate pcul alienos. Apud Atheniēses, nephalia ligna uocabant, quæ neq; uitea essent neq; ficulna, neq; myrtea. Nephalia

tea. Nephaliá sonat, quasi dicas sobria.

Nephalium sacrum.

XCVI

Νεφέλιος θυσία. i. Nephaliū sacrificiū. De cōiuiuo abstemio nō inepte diceť. Aut de conui-
uio uehemēter frugali, sobrioq; Apud Athenienses hoc genus sacrificij exhibebatur, Mne-
mosynæ, auroræ, solis, lunæ, nymphis, Veneri & Vrania. Nam in eo nō libabat uinū, sed aqua
melle diluta. Hæc ferme Suidas. Nō dissidet ab illo, quod alio posuim^o loco, Caninū prandiū.

Neglectis urenda filix innascitur agris.

XCVII

Horatius Satyra tertia, Neglectis urenda filix innascitur agris. Mira admonuit allegoria,
animum honestum excolendum disciplinis, alioqui futurum, ut inutili sylua uitiorum occu-
petur. Filix enim herba inuisa agricolis, quæ totos agros occupare solet, nec facile repurgat,
ubi semel occupauerit.

Nauphracton tueri.

XCVIII

Ναύφρακτον βλέπεις, Nauphracton græce, classis est ad bellum instructa. Solent autem in tri-
remibus, magna quædam inesse foramina, oculorum instar, per quæ remos inferūt. Vnde ue-
lut ænigmatische dictum, classis more intueris, de his, qui latis, ac prægrādibus, aut toruis & mi-
naculis oculis quempiam aspicerent. Aristophanes, ἐμ' ἀκαρμεῦσι πρὸς τῶν θεῶν, ἀνθρώπων ναύφρακτον
βλέπεις, i. Homo per dcos, quiddam obtuere classicum. Fortassis & hinc puerb^{ij} iocus est na-
tus, quod Athenienses aliquoties feliciter nauali pugna rem gesserint, uelut apud Artemisiū
& Salaminē, unde sublatis animi, Vnde uidet dictū in turgidos & arrogantes.

Negotium ex ocio.

XCIX

πράγματ' ἐξ ἀπραξίας, i. Ex ocio negotium. Hemistichium iambicū usurpandū, ubi res præter
opinionē euenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatem & ocium sperabamus. Au-
tor Suidas. Nec indicat unde sit natum.

Nauis aut Galerus.

C

πλοῖον ἢ κυνή. i. Nauis aut Galerus. De re ancipiti. Quod genus si quis de uoce incognita dice-
ret, aut piscē significat, aut cucurbitā. Nec inuenuste diceť in eos, qui cultu, moribusq; diuer-
sam personā præ se ferunt. Veluti si quis pallio philosophico Baltheum adderet militarē, aut
cultu monachū, moribus & lingua Lenonē ageret. Fragmentū est senarij ex aibus Aristopha-
nis, πλοῖον ἢ κυνή. i. Aut galerus, aut ratis. Sumptū ab hoc triremiū genere, quas hodieq; uulgo
dicunt Galeas, ueluti dicas galeratas. Hæc lic erant instructæ, ut remos alarum uice porrigerēt,
mouerentq;. Cæterū summo malo galerum seu petasum instar Mercurij præferrēt. Nā Pello-
ponnenses galerum appellant κυνή. Hinc iocus militaris uidetur fuisse natus in elatos & fastu-
osos, superciliosq; arroganti.

CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA DECIMA

Mazam pinsuit a me pistam.

I



Μαζα μεμαχώς τ' ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμύλην. i. A me ante pistam mazā iste pinsuit. De
his dici solitū, qui sibi alienæ industriæ laudē uindicāt, & magnā gloriā alieno la-
bore partam, uerbis in se transmouent, ut Terētianus ait Gnatho. Maza cibi ge-
nus ex lacte & farina, ferme panis instar cōfectū. Paroemia reserť & ad hūc mo-
dum, μάζαμ ὑφαρπάσας τ' ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμύλην. i. Subrepta maza, quā pinsucrim,
Vbi quis alienis fruiť laboribus. Sumptū est aut ex Equitibus Aristophanis, quo loco carnē
huiusmodi est, καὶ πρῶν γε μοῦ μάζαμ μεμαχότος ἐμ' ὠύλω λακωνικῆν πανουργώτ' ἀτά πως περιδρα-
μῶν τφαρπάσας αὐτὸς παρέθηκε τ' ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμύλην, τμάς δ' ἀπελάυνει. i. Cūq; ipse pridem pin-
suerim mazam in Pylo Laconicam, iste accurrit astutissime Raptā q; sibi met apposuit, quam
ego pinsui, At submouet uos.

Nauson Naucrati.

II

Νάυσωμ ναυκράτα. i. Nauson Naucrati. Quoties aliqui similia inuicē respondent. Veluti sigs
herus salutatus herū resalutet. Et nebulo cōpellatus, nebulonē uicissim cōpelleť. Nauson em
& Naucrates utrūq; a naue diciť, perinde quasi dicas, Nauta Nauta.

Tolle tolle Mazam, q; ocyssime scarabeo.

III

Αἶψ' αἶψε μάζαμ ὡς τάχις α κανθάρω. i. Mazā sine mora pone pone Cantharo. Hoc uersiculo Ari-
stophanes exordit' ἐρήνην, quem eruditi puerb^{ij} loco referūt. Id usurpare licebit, quoties for-
didus cibus, immundo conuiuæ apponit. Quidam ministris panes fursuraceos apponūt, fur-
fur autem tritici pnragementū. Vnde per fursuraceam Mazam cibum aluo redditum innuit.
Hinc enim

Hinc enim ut nascuntur, ita & aluntur Canthari, quos Latini scarabecos uocant. Simillimū est illi, quod alio posuimus loco, Cyprio boui merendam.

Non est meum negocium, multum ualeat.

III

οὐκ ἔστι ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω. i. Multum ualeat, haud est meum negocium. Quoties, negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat. Refert a Diogeniano. Nō dissimile illi, Aedibus in nostris quæ praua, aut recta gerant. Item illud quod est apud Aristophanē in Equitibus, τὰλλότριον ἀμῶν δέρος. i. Alienā metens messem, Quidam ad eandē accōmodat sententiā, etiam si Comicus sentit, de eo qui alienis frui laboribus.

Mysia Cantharis.

V

μύση κανθαρίς. i. Mysia Cantharis. De cōtemptissimo, uilissimoq; homunculo dicebatur. Cantharides uermiculi sunt lætali ueneno. Quācūq; hoc loco magis cōuenit, ut sit diminutiū a Cantharo scarabeo, quasi dicas scarabeolus. In sacris quoq; literis, uermis abijt in prouerbiū cōtēptus. Quod genus est illud in psalmis mysticis, Ego aut sum uermis & nō homo, Pro quo nō nulli uertunt scarabeū. Item illud Esaia, Noli timere uermis Iacob interpte Hieronymo,

Molestum sapientē apud stultos loqui.

VI

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἀφροσι πολλὰ γορεύειν. i. Dicere multa, graue est sapientem apud insipientes. Nihil intractabilius homine stulto, qui quicquid recte dicitur, in diuersam partē rapit. Recensetur a Diogeniano.

Modio demetiar.

VII

μεδίμνω ἀπομετρώ. i. Modio demetiar. Prouerbialis hyperbole, ingens & cumulatū sperātis emolumentū. In magna siquidem rerum exuberantia, non heminis, necq; congijis, sed modio metimur. Integre sic reddit Suidas, μεδίμνω ἀπομετρώ παρά τῷ πατρὶ ἀργύριον. i. Modio metiar acceptum a patre argentum. Videtur senarius deprauatus, quem hoc modo restituitis, μεδίμνω ἀπομετρώ παρά πατρὶ ἀργύριον.

Mens non inest centauris.

VIII

Νοῦς οὐκ ἐνὶ κενταύροισιν. i. Mens non inest Centauris. In uecordes & stultos dicebat, & q; conarentur quod effici non posset. Nota est Centaurorum fabula. Adagiū a Diogeniano refertur. Isq; conuenire putat in contentiosos, & alieni appetentes, propterea quod Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia.

Melle temetipsum perungis.

IX

Ἐρ μέλιτι σμύρον καταπάτησας. i. In melle temetipsum obuoluis, oblinisq; hoc est, molliter, suauiterq; uitam agis. Extat apud Diogenianum.

Mercurius infans.

X

Ἐρμῆς ἀμύθητος. i. Mercurius infans, siue indoctus. Ironia prouerbialis, ubi quis fingit se rudem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiæ, disciplinarumq; parens est. Non dissimulandū arbitror in uulgatis exemplaribus haberi, Ἐρμῆς ἀμύθητος, id est, Mercurius prophanus & non initiatus. Quæ lectio si cui magis probatur, ne mihi quidem admodū displicet. Quis enim mysteriorum peritior, q̄ Mercurius interpret Deorum, superis & inferis ex æquo communis, deniq; μυσαγωγός, ipse, hoc est, mysteriorum præfectus. Respondet illi quod est apud Aristidem in Pericle, ὁ κῆρς τὸν πόντον. i. Cretenis mare.

Mendicorum loculi semper inanes.

XI

πτωχῶν οὐλαὶ αἰεὶ κεναί. i. Mendicantiū sacculi, semp inanes. De petacibus dictū & infatiabilibus, cognatū ei, quod alio redditū est loco, πῆχου πήρα οὐ πῆχου. i. Médici pera nō implet.

Meliacum nauigium.

XII

τὸ κλιακὸν πλοῖον. i. Meliacum nauigium. In futilem & rimarum, ut ait Terentius, plenum, hac atq; illac perfluentem, dictitatum uidetur. Paroemiam hanc ad historiam quampiam referunt. Ea sic habet. Aristoteles quidam Meliacus deducendæ coloniæ præfectus, cū multi derectantes nauigationē, uaria causarent, & alij dicerent uxores suas aduersa ualetudine teneri, alij nauis suas perstillare, atq; his prætextibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est illis, ut nunq; haberent naues integras, & semper sub uxorū imperio uiuerēt. Vnde quædraturū uidetur, ubi quis causas fingit, quo suffugiat officium.

Melanione castior.

XIII

Μελανίωνος σωφρονέσσορ. i. Melanione castior, dicebatur, qui magnopere a mulierū congressibus abhorreret. Aiunt Melanionē quendā odio mulierum, in solitudinem demigrasse, perq; auia montiū

auia montium & nemorū, cane quo uno conuictore utebatur, feras insectari solitum, nec unquam domū reuocari potuisse. Meminit adagij Aristophanes in *Lysistrata*. Quanc̄ hęc inter editas nondum habetur. Nos scriptam legimus. Simili figura dicitur, *Hippolito Castior*. Nam & huic simile uenandi studium, simile odium foeminarum.

Matris ut capra dicitur.

XIII

τῆς μητέρος ὡς ἀεὶ καλεῖται. i. Matris, ut capra dicit̄. In spurto dictū uidet̄, quorum pater incertus est, eaq; gratia a matre denominant̄. Ductum ab hęcdis, qui in capribus, a matre dignoscunt̄, nam a patribus haudquaquē possis. Potest & in iocū uerti prouerbiū, uelut si quis per lulum neget se patrem agnoscere, matrē scire, ὅτι μητρός ὡς ἀεὶ καλοῦμαι. i. Matris uelut capra uocor. Manet etiā hodie uulgi iocus, quo dicunt, sapientē esse filium, qui patrem suū norit. Hoc ad Homero manasse uidetur, apud quem *Odyssæa* primo. *Telemachus* rogatus num *Vlyssis* esset filius. Respondet ad hunc modum, μήτηρ μὲν τ' ἐμέ φησι τ' ἔμμελαι, αὐτὰρ ἔγωγε οὐκ οἶδ'. οὐ γάρ πω τις ἐόν γόνου αὐτοῦ ἀνέγνω. i. Esse quidem illius mater me ait, ast ego sane Nescio, nemo suum patrem unquē nouerit ipse.

Plurium calculus uincit.

XV

τῶν πλεόνων ἡφρος νικᾷ. i. Pluriū calculus uincit, quoties in cōsilio cedit̄ multitudinī. Plini⁹ in epistolis querit̄ numerari sentētias, nō expēdi. Et *Liuius*, pars, inqt, maior meliorē uicit.

Milium torno sculpere.

XVI

τὰς κέγχρους ἀποτορεύει. i. Milij grana torno sculpere dicebant̄, qui rem absurdam molirent̄, Milium enim minutius est, quē ut inde quicquē descalpi possit. *Suidas* ad hunc modum effert *paræmiam*. γελοῖότητος ἀπεργάζη, τῶν τὰς κέγχρους ἀποτορεύει ἐπιχερούντων. i. Magis ridicule facis, quē ij, qui milij granula torno polire conantur.

Magnetum mala.

XVII

μαγνητῶν κακά. i. Magnetum mala. De malis ingentibus dictum uidet̄, aut hęc, quæ in autores suos recidunt. Cū *Termerijs* enim malis Magnetū mala cōiungunt̄, in his uerbis, quæ citra autoris nomē referunt̄ apud *Suidā*, καὶ τὰ μαγνητῶν κακά, καὶ τὸ τερμέριον, καὶ πᾶσα μὲν ἀπλῶς ἐπιφθέξωμαι τῇ τραγωδίᾳ. i. Nec si Magnetū mala, nec si *Termeriū*, nec si totā in sūma *Tragœdiam* eloquar. Sumptū apparet ab historia, quæ de Magnetibus afflictis meminerit, in quæ feruntur incidisse, uiolato numine quopiam.

Complura masculi canis cubilia.

XVIII

πολλὰ κύνος ἄρσενος εὐναί. i. Sunt canis infinita cubilia masculi. *Hemistichium Heroicum* pro uerbale. Recte dicitur in hominē mulierosum, peculiariter eum, qui non cōtentus certo thoro, passim per aliena cubilia uoluntari gaudet. Nam hoc sibi permittunt hac tempestate mariti. Porro siquid humanū acciderit uxori, cœlum terræ commiscent, tam inique leueri in illas, quē turpiter in sese indulgentes.

Multa in bellis inania.

XIX

πολλὰ κενὰ τ' πολέμου. i. Multa belli inania. De inani suspitione, aut pauore sine causa oborto. quæ *Græci* πανικόν uocant. *Paræmiā* hinc manasse putāt, quod huiusmodi panici terrores plerūq; solent in bellis accidere, Vel quod *Lacedæmonij* fundis quibusdā & neruis crepitationibus uti cōsueuerint ad terrorē incutiendū hosti. *Polybius* apud *Suidā*, Cū luna defectū passa esset tēporib⁹ *Perſci* *Macedonū* regis, uulgo rumor increbuit, regis interitū significari. Ea; res pariter & *Rhomanis* addidit animos, & *Macedones* cōsternauit. Deinde subnectēs ad agiū, οὐτως, inquit, ἀληθές ἐστι τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τῷ πολέμου. i. Itaq; uerum est, quod uulgo circūferit̄. Multa esse inania belli. *M. Tullius* epistolarū ad *Atticū* libro quinto, Interim scis esse quaedā πανικά, dici itē τινὰ κενὰ τ' πολέμου, rumore aduētus nostri. *Plutarchus* in cōmētario, περι τῷ ἀκούειν, ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενὰ ὄντι. i. Vt em̄ belli, sic & auditionis multa inania sunt.

Militauit cum *Erasinade*.

XX

Ἐρατήγησε μετ' ἐρασινάδου. i. Militauit cū *Erasinade*, uulgo per iocum dicebat̄ de hęc, quibus res unde quaq; male pcederēt. *Erasinades* dux *Arginusam* obsederat. Infeliciter aut̄ pugnatū est ad internitionē extinctis, cū alijs quotquot resistebant, tū ipso duce. Hic *Erasinades* male audiebat, quod pecunias *Helleſponticas* furatus esset. Huiusmodi ferme *Suidas*.

Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

XXI

γυναικὶ μὴ πιστεύεις μηδ' ἂν ἀποθανῆ. i. Ne fidē habeas, nec emoriētī foemina; Hyperbole puerbialis. *Vſq; adeo* nō est fidēdū mulieri, ut etiā si moriētē uideas, putes fingere. De nouerca quæ sepulta quoq;

sepulta quoq; priuignū interemit, illapsa in pueri caput Pyramide, meminimus alias. Refer-
tur a Diogeniano.

Mulierum exitia:

XXII

γυναικῶν ὄλεθοι. i. Mulierum exitia. De ijs, qui funditus, ac miserabiliter pereūt. Mulieres em̄
omniū fere calamitatū autores fuisse uiris dicuntur. Testis Pandora Hesiodia, Testis bellum
Troianū, Testis Hercules, a Deianira extinctus, Testis Danaidum fabula, Testis Lemniarū
mulierum historia, Testis Cleopatra, Testis Eua, prorsus infamis apud omncis Christianos.
Quāq; hęc magis cōueniebat stulticia uirorū adscribere, qui tantū indulgeant mulierculis, ut
uelut amentes amore, in quoduis malum sequant, cum par fuerit, ut illis moderantibus, muli-
et natura stultior simul & imbecillior minus desiperet. Quod enim animus est corpori, id ui-
rum oportebat esse mulieri, uerū quemadmodū uulgus sua uitia corpori imputat, cū ab ani-
mo profiscant, & stulti principes insanissimos bellorū tumultus imputant populo, ita uiri re-
sciunt in foeminas, siquid ipsi delirauerint.

Multa noris oportet, quibus Deum fallas.

XXIII

πολλὰ κερειδείκς οἷς τὸν θεὸν ἑξαπατήσαις. Multa scienda, Deo quibus ipsi imponere possis. Vbi
quis fucum facere conatur ei, cui difficile sit dare uerba, propter astutiam singularem. Ab ora-
culo natum adagium.

Multi Mannij Aricia.

XXIII

Mannius apud Festum Pompeiū, Dianæ Aricinæ lucum, qui & ipse Aricinus dictus est, cō-
secrasse legi. Ex hoc Mannio Aricio, uiro laudatissimo, q̄ plurimi extiterūt uiri item clarissi-
mi, eodem nomine, ut hinc natum prouerbiū, Multos Ariciæ Mannios esse. Sed longe dissen-
tit Asinius Capito, existimans prouerbiū cōuenire in deformes, Verum hic locus ita mendis
corruptus est, ut nihil certi possit elici præter hęc quæ retuli.

Murus Aheneus.

XXV

Murus Aheneus apud Horatiū in epistolis, usurpatur pro certo & immutabili animi decre-
to, schemate nimirū prouerbiali. Hic murus Aheneus esto, Nil cōscire sibi nulla pallefcere
culpa. Vegetius grauem armaturam murum ferreum exercitus appellat, ueluti solidum & in-
expugnabile munimentum.

Multi te oderint, si te ipsum amas.

XXVI

πολλοὶ σε τοι μισοῦσιν ἄν σαυτὸν φιλήσῃ. i. Multi oderint, si temetipse diligas. Deterret a fastu pro-
uerbiū & a philautia. Multis enim displiceat, oportet, qui sibi nimiū placet. Contra modestia,
præcipua fauoris & beneuolentiæ conciliatrix. Suidas ait, nymphas fastiditas a Narcisso hoc
dixisse. Cōcinit huic, senarius ille, λίαν φιλῶν ἑαυτὸν οὐχ ἔξει φίλον, id est, Nemo erit amicus, ipse
si te ames nimis.

Malorum Panegyris.

XXVII

κακῶν πανηγυρίς. i. Malorum Panegyris. De malis agminatim ingruentibus, & inuicē sibi suc-
cedētibus. Panegyris etiam apud Græcos dicebat solennis ille populi cōuentus, ad ludos fe-
stos celebrandos, uoce hinc cōposita, quod festis diebus uniuersi conuenirent. Pisides apud
Suidam. καὶ πάντες, ὡς περ ἐν κακῶν πανηγύρει, ἄλλος κατ' ἄλλημ συμφορὰν ἔδυσύχεα. i. Om̄is simul ma-
lorum ut in Panegyre Alios tenebat aliud infortuniū. Homerus Iliados. τ. ὡς μοι δέχεσθαι καὶ
κόμ' ἐκ κακοῦ ἔπει. i. Cum perpetuo tenore malum malo succedit.

Magis impius Hippomene.

XXVIII

ἄσβεστος ἰππομόνος. i. Magis impius, q̄ Hippomenes. Hic Atheniensium princeps, filiam a-
ciue quoriam uitiatam, una cum equo feroci cōclūsit in domicilio, nec huic, nec illi cibū præ-
bens. Equus igiē fame in rabiem actus, puellam adortus confecit, deinde perijt ipse quoq; pa-
buli uidelicet inopia. Post hęc pater domū est demolitus, Loco nomen inditum, equi & pu-
ellæ. Recenset adagium Diogenianus.

Maniuoro uinculo:

XXIX

χειροθεῶτι δεσμῶ. i. Maniuoro uinculo. Sic quispiam appellauit manicas uestium ponticarū,
quod manus offendant, atterantq;. Idem obiicitur Troianis, Apud Vergiliū. Et tunica ma-
nicas & habent redimicula mitræ. Recenset Zenodotus.

Malum Hercules.

XXX

μῆλον Ἡρακλῆς. i. Malum Hercules. Dicit cōueniet, ubi quis munuscula quātūuis pusilla boni
consulit. Apollodorus apud Zenodotū in libris de Dñs, prodidit, apud Athenienses Hercu-
li Alexicaco, hoc est, depulsori malorū, peculiare quoddā uictimæ genus immolari solere. Cū

enim euenisset aliquādo, ut bos quē erāt macctaturi, pfugisset, malo arrepto, subditisq; ceu crurum uice quattuor ramis, additis item cornuū loco duobus, bouis imaginē quandā representarunt, atq; id ridiculum simulacrū uice bouis immolarunt Herculi, Quæ quidē res in uulgi fabulam abiit. Idem est cum eo, quod ante retulimus, *μηλιος Ἡρακλῆος*, i. Pomaceus Hercules, nisi quod unius uoculæ cōmutatiōe nō nihil immutatus est & usus prouerbij. Nam illud de contempto dicitur, hoc de boni consulente:

Manum habere sub pallio.

XXXI

Manum habere sub pallio dicuntur, qui languent ocio. Quintilianus libro duodecimo damnat eos qui nunq; commouent inter agendum, semperq; manum, quod aiunt, habent sub pallio. Quapropter, inquit, mihi falli multū uidentur, qui solos esse Atticos credunt, tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manū intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptū est a gestu. Nam qui languēt, manū occultāt sub pallio, qui cōmoti sunt, proferunt, & agitatione manus, brachijq;, pronunciabant ea, quæ contentionis plusculum haberent.

In sinu manum habere.

XXXII

In sinu manū habere, dixit Theocritus, tenaces & ad largiendum pigros. Sic em̄ ait in Charitibus, *νενίκνητ δ' ὑπὲρ κερδέων πᾶς δ' ὑπὲρ κόλπου χεῖρας ἔχωμ, ποδὲμ ἀύξετ' ἀθροῖ ἄργυρος*, i. Lucricq; cupidine uictus Inq; sinu unusquisq; manus habet, illud & unum Spectat, qua ratione sibi auctā pecunia crescat.

Præmansum in os inferere.

XXXIII

M. Tullius in oratore suo libro secundo, prouerbij uice usurpat, præmansum in os inferere, pro eo, quod est rem in docendo nimis enucleate, nimisq; frustulatim tradere. Quod facere quidā assolent, qui uelut ingenijs auditorū diffidant, ita nihil omittunt, inculcantes etiā minutissimas nugas. Sumpta est figura a nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibū præmansum in os inferunt. Verba Tullij sunt hæc. Ego autē liquem nunc plane rudem institui ad dicēdū uelim, his potius tradam, assiduū uno opere eandē incudem die, nocteq; tundētibus, q̄ om̄eis tenuissimas particulas, atq; omnia minima, mansa (ut aiunt nutrices) infantibus pueris in os inferant. A. Gellius Noctū Atticarum, libro quarto, capite primo, etiamsi locus hic deprauatus est. Sic enim habent codices uulgati. Nam hoc quidem peruulgatū est, definitionē omnē ex genere & differentia cōsistere. Sed si item præmandare, quod aiunt, postulas, faciam sane id quoq; honoris tui gratia. Ego legendū arbitror. Sed si idem me tibi præmādere, quod aiunt, postulas. Præmandare dixit, pro eo, quod est plus q̄ crasse explicare rem alioqui nō difficilē, nisi si quis plane sit puer. Hoc adagij manet etiā hodie, cum aiunt. An nō sat tibi datam occasionem esse, Nū postulas, ut tibi præmādat? Nō dissimile est huic, qd̄ idē Cicero scripsit ad Atticū. Sed hæc hactenus. Ne uidear, *πρὶ μὲν ἀποιδάξερμ*. Et si nūc qdē maxima mihi sunt hæc.

Mala proditio.

XXXIII

κακὴ πρόδοσις, i. Mala proditio. Vbi quis pactam mercedē nō accipit, cum turpem præstiterit conditionē. Natum ab historia quapiā, quā tamen nō indicant interpretes. Allusum est ad morem exercitus, in quo per ignauiam descere locum turpissimū habebatur. Hanc timiditatem Græci infami uocabulo *κάκην* appellant. Obseruatur his quoq; temporibus apud Elytiōs gentem bello natam, ut a suis cōfodiatur, quisquis in acie locum parat relinquere. Refertur a Diogeniano.

Mali thripes, mali ipes.

XXXV

κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἰπες, i. Mala quidē thripes, mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum, ut nō magni referat, utrum elegeris. Thrips enim Græcis uermiculus est, qui lignis in nascitur, materiasq; uitiat. Ips item cornibus & uitibus infestus. Extat apud eundem.

Mali bibunt improbitatis fecem.

XXXVI

κακοὶ πίνουσι μὲν πονηρίας τῶν ἀμύχλημ, i. Mali bibunt improbitatis nebulā. Dicitur solitum, ubi poena maleficis digna meritis contigisset. Translatū apparet ab ijs, qui uino limpido epoto, tandem ad fecem usq; pueniunt. Ita uoluptatē ex malefactis perceptā, dolor supplicij cōsequitur.

Lydio more.

XXXVII

Λυδίῳ νόμῳ, i. Lydia lege, Siue Lydia cantiōe. Cōuenit, quoties ariolať aliq; ab augurijs, diuinationibusq; seruit. Hac enim supstitiōe Lydi laborasse ferunt. Allusit ad harmoniæ genus qd̄ Lydum dicit. Nā & Magorū pces, incātamēta uocant & carmina. Meminit Diogenianus.

N Lydi mali

Lydi mali, post hos Aegyptij &c.

XXXVIII

Λύδοι πονηροί, δεύτεροι Λαγύπιοι τρίτοι δὲ πάντων καρεῖς ἐξωλέσατο. i. Lydi improbi, post hos se cūdi Aegyptij Tertijq; Cares pditissimi omnium. Tēpēsttiuter utemur, siquādo mali cū malis cōferent, & collatus cū scelerationibus, ita demū minus illaudatus aliquis uideēt. Diogenian⁹.

Lutum sanguine maceratum,

XXXIX

Theodorus Gadareus Tiberij Cæsaris in arte Rhetorica præceptor, perspicuus in eo ad huc adulescente scuitiam quandā cum ingenij stupore coniunctam, inter obiurgandū illum, subinde uocare solet, πῆλορ ἄματι συμπεφυρμύλορ. i. lutum sanguine maceratum, luto tarditatē innuens, sanguine crudelitatem. Autor Suctonius.

Liberæ capræ ab aratro.

XL

ἐλεύθερα αἴγες ἀρότρων. i. Immunes capræ ab aratris. Hemistichion prouerbiale, dictum olim ab ijs, qui se ab onere quopiā, aut molestia liberatos gloriarent. Veluti siquis Parasitus iacet felicitatē suam, quod ad Reip. munia nō uocetur. Zenodotus autor.

Lis litem ferit.

XLI

Ἔρις δ' ἔριρ ἀντιφυτεύει. i. At lis feritur, de lite uicissim. Hemistichium est Heroicū. Resecanda iniuria est, non retalianda. Alioqui quis erit recipiendi mali finis, si uicissim contumelia cōtumeliæ reddetur. Germanū illi, quod alio commemorauimus loco, δίκη δίκη ἔτικτε καὶ βλάβη βλάβη. i. Litem parit lis, noxa item noxam ferit.

Lignum tortum haud unq; rectum.

XLII

ξύλορ ἐγκύλορ, οὐδ' ἐποτ' ὀρθόν. i. Nunq; rectum tortile lignum. Hemistichion Heroici carminis. Distorta, prauaq; ingenia, uix unq; ad bonā frugem traducunt. Qui semel inueterauit in uitij, raro fit, ut ad bonam mentem redeat. Effertur & ad hunc modum, τὸ ξύλορ σακαμῶν, οὐδ' ἐποτ' ὀρθόν. i. Lignum prauum nunq; rectum. Horatius, metaphoram unde ducta sit, ostendit. Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit. Indicat enim esse ductam ab ijs, qui furca admoda, conant arboris distortæ uitium emendare. Confirmat hoc & sententia prouerbialis, φύση πονηρὰ μεταβαλεῖν οὐ γάρδιον. i. Ingenia praua uertere haud procliue sit,

Lesb ijs digna.

XLIII

Λεσβίωρ ἄξια. i. Lesb ijs digna. De rebus irritis dicebatur, ob id, uti conijcio, quod Lesb i ob uanitatem uulgo male audirent. Fortassis non male quadrarit & in sordidos, atq; impuros. Nam hæc etiam nota quondam illis iniusta est. Vnde λισβιῶν dictum, pro eo, quod est polluerē & conspurcare. Aristophanes, μέλλουσαν ἦδη λισβιῶν τοὺς ξυμπότας. i. Spurcabit ac iam polluet conuiuium.

Lemnia manu.

XLIII

Λημνία χερὶ. i. Lemnia manu, dictum est pro eo quod est, nefaria, impia crudeli. Natum ab historia prouerbii, quam alias retulimus in Lemnio malo.

Lepus apparens, infortunatum facit iter.

XLV

φανείς ὁ λαγὼς δυνυχῆς ποιεῖ τρήσουε. i. Inauspicatū iter, obuius facit lepus. Vulgo creditū etiā his tēporibus occursum leporis, omen esse parū felix, iter ingressis. Torqueri potest ad interuentū cuiuspiā, qui uideatur incōmodū aliquod allaturus. Meminit Suidas.

Limen senectæ.

XLVI

γήραος οὐδὼ. i. Senectæ limen antiquitus appellabant, uelut extremū autumnū ætatis humanæ, cū iam appetit hyems decrepitæ senectæ. Sumptū est autem ex Homero, apud quem id perq; frequens est, ut Iliados. x. Ὀμρὰ πατὴρ κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῶ, Αἴσην ἀργαλέην φάσει. i. Quem fors, Iuppiter ipse senectæ in limine diris Cōficiet fati. Item Iliados. ω. τηλικὸς ὤσσορ ἐγὼμ ὀλοῶ ἐπὶ γήραος οὐδῶ. i. Ferme mea hac ætate, senectæ in limine tristi. Idem Odyssæ. ω. Ὀμρ κατέλεπεμ ἰὼμ ἐπὶ γήραος οὐδῶ. i. Quem proficiscens ille senectæ in limine liquit. Rursum Odyssæ. ι. καὶ γήραος οὐδῶρ ἰκέσθ. i. Atq; senectæ attingere limen. Vsurpat & a Platone tanq; poetici prouerbij uice. Rursum apud Hesiodū in Operis & diebus. οσκε γονῆα γέροντα κακῶ ἐπὶ γήραος οὐδῶ νεκίη. i. Quiq; senectæ in limine fessum ætate parentem Irritarit.

Lingua bellare.

XLVII

γλώττη πολεμίζου. i. Lingua bellare dicuntur, qui magnifice conuittantur, ac minantur hosti, sed cum tutum est. Sic enim Menelaus Græcorum ignauiam inculat Iliados. η. ὦμοι ἀπὸ τῆρ ἀχαΐδερ οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. i. Heu graiæ neq; iam grai, tantumq; minaces. Allusit huc & Vergilius in Aeneide. An tibi mauors uentosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis. Semper erit. Hæc enim

Hæc enim Turnus in Drancem lingua pollentem in consilijs, alioquin imbellem. Idem Rutulos maledicos facit, O ueræ Phrygiæ, neq; enim Phryges. Et tunicæ manicas & habet redimicula mitræ. Sic autem loquitur Hector apud eundem Homerum Iliados. *τ. καί κε ἐγὼ μὲν ἐπέεσσιν καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην ἐγχεί δ' ἀργαλέον ἐπιηὶ πολυφέρτεροί ἐισμι.* Sane ego uel diuis possim cōtendere lingua. Verum hasta durum, multo quia uiribus illi Præcellunt. Porro uera fortitudo, neq; maledica est, neq; minax, id, quod innuit Homerus Iliados libro quinto, *τόνδ' οὐτὶ πρόσφι κορυθαίολος ἔκτωρ Ἀλλὰ παρήϊξεν λελικμύρος.* Huic nihil omnino respōdit belliger Hector. Quin mage cominus insiliēt. Et eiusdem operis libro tertio, fingit Græcos tacitos in prælium ire, *οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοὶ ἐνδυμῶ μεμαῶτες ἐλεξέμεν ἀλλήλοισιν.* Ast ibant taciti, uim spirantes Danaidæ. Atq; animo prompti auxilium sibi ferre uicissim. Et Aristophanes in Nebulis, *πράτῳ βουλευῶν καὶ τῆ γλώτῃ πολεμίζων.* Poscens consultans, & lingua prælia miscens. Apuleius uerbo festiuiter nouato, uerbigerari dixit pro uerbis digladiari.

Larus hians.

XLVIII

Λάρος κεχηνῶς. i. Larus hians. Dicebantur, ubi quis auidius inhiaret prædæ. Est enim Larus auis auida, uoraxq;. Quam eandem Græci *κέπορον* appellant. Aristophanes in Equitibus, *λάρος κεχηνῶς καὶ πέξας δ' ἡμικροῶν.* Quæ Latine quidem commode reddi non possunt, Cleonē enim ob rapacitatem Larum uocat, quod quemadmodum auis in scopulis obuerfatur, siquid piscium possit uenari, ita ille, uerfaretur in reipublicæ negocijs administrandis, suum interim agens negocium.

Laconismus.

XLIX

Λακωνισμὸν Veluti prouerbio breuiloquentiā uocant, siue quod Lacedæmonij factis magis q̄ eloquentia præcelluerunt, siue quod in apophthegmatis, præcipue ualuerunt. Horum autem præcipua gratia, ut paucissimis uerbis plurimū sententiæ complectantur. Cuiusmodi sunt illa, *ἀκα. i. ἢ & ἡτὰρ, ἢ ἐπὶ τὰς.* Aut hunc, aut super hunc. M. Tullius aliquādo iocat in Laconismum Bruti, & *λακωνικῶς λέγειν*, apud Græcos, pro eo, quod est paucis, & compedio dicere. Et *λακωνίζειν*, affectare breuiloquentiam.

Late uiuens.

L

λάδε βιώσεις. i. Falle uiuens. Admonet adagiū in humili fortuna uitam esse feliciorē, ijs q̄ obscuri uiuūt, & a publicis negocijs ita semoti, ut cum uita decessissent, nemo illos uixisse sentiret. Nam *λάδε βιώσεις*, ad uerbum commode non potest reddi, uerū hanc habet sententiam, quasi dicas, nemo te sentiat in uita fuisse. De hoc adagio recte dictum sit, nec ne, Plutarchus commentariū cōscripsit. Natum est autē ex Apollonij Tyanei apophthegmate. Allusit ad id Horatijs. Nec uixit male, qui natus moriensq; sefellit. i. quem nemo sensit, nec prodeuntē in hanc uitam, nec excedentē e uita. Recenseē apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus.

LI

Λαβύρινθος. i. Labyrinthum olim uocabant orationem, aut rem quampiam uehementer impeditam & inextricabilem. Veluti siquis philosophiæ studium Labyrinthum uocet, quod se mel ingressis nullus unq; sit exitus. Aut uoluptatis studium labyrinthum uocet, quod aditus ad eam procliuius, exitus difficillimus. Sumptū a Labyrintho Dædali. Huic nō dissimilis erat, Meāder. Id erat picturæ genus ortū ab exēplo labyrinthorum, cuiusmodi uidemus & hodie in nonnullis pauimentis. Utitur Prudentius in carmine, cuius initium, Cultor dei, O tortuosa serpens Qui mille per Meandros, fraudesq; flexuosas Agitas quietia corda. Hinc & Meandro Lydiæ fluuiio nomen quod flexuosus erret.

Labore laboriosus.

LII

πόνω πονηρός. i. Labore laboriosus. Ipsa figura hyperbolem habet laboris immodici. Refertur a Suida prouerbij titulo. Subest autem & iocus ob amphibologiam uocis. *πονηρός* enim Græcis ut laboriosum, ac miserum, ita significat & malum, altutumq;.

Laciadæ.

LIII

ἡ λακιάδα. i. Laciadæ, uulgatum conuuium in mœchos. Populus quispiam est Atticæ, Laciadarum, apud quos ingens raphanorum copia. His autem utebantur in adulteros deprehēsos ludibrii causa. Refertur apud Suidam.

Laborem serere.

LIIII

πόνον πώρειν. i. Laborem serere, uulgo dicebantur, qui frustra laborarent, quasi nihil fructus e labore reportaturi, præter laborem ipsum. Autor Diogenianus.

N 2 Labrax

Labrax Milesius.

LV

Λάβραξ μιλῆσιος, i. Labrax milesius. In stolidum & auidum dicebatur. Labrax enim Piscis genus lato oris rictu, unde escam totam una cum aere, faucibus corripit, atq; ob id facile capitur. Vnde apud Plautum Lenoni Labracis nomen. Apud Miletum autem Asiæ ciuitatem prægrandes, & item plurimi labraces esse dicuntur, propter stagnū influens in mare. Gaudet em̄ hic piscis aqua dulci. Aristophanes in Equitibus, Ἀλλ' οὐ λάβρακας καταφαγῶν μιλῆσιόνος κολωνίσαας, i. Haud cum lupos uoraueris Milesios, Facies tumultum. Nam quidam hūc piscem esse putant, qui Latine lupus dicitur.

Lauares peliam.

LVI

Λούσατο τὸν πελίαμ, i. Laues peliam. Dicitum apparet, ubi quis salutem pollicitus, adfert exitium, Aut ubi quis prodesse conatus, ingens addidit malum. Ductum a notissima Pelia fabula. Quem dum filia a Medea persuasæ, student ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti impostum occiderunt. Fortassis nō intempestiuiter dicitur, ubi quis falsa spe ductus, inanem sumit operam. Veluti si quis arte, quā uocant Alcimicam fretus, sibi promittat futurum, ut e stanno fiat argentū, ex aere aurū. Refert̄ in adagionū collectaneis, quæ Plutarchi ferunt̄ nomine.

Iterum, atq; iterum ad Pithum uia.

LVII

Ἄδις αὐ πύθω λ' ὁδός, i. Iterū, atq; iterum Pithum uersus uia. Dicitum de ijs, qui molesti sunt, eadem de re iterum, atq; iterum percunctando. Quemadmodū solent ignari uia, quencunq; obuium habuerint, de uia rogare. Porro Pytho ciuitas Apollini sacra, quæ uisebat a plarissq;. Apparet e comœdia sumptū. Est enim hemistichium iambicū uerū nō indicat Diogenianus, & mihi nō succurrit. Finitimū illi, ὁ διὸς κόρινθος, i. Iouis Corinthus.

Cum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit.

LVIII

Plutarchus septimo libro, τῶν συμποσιακῶν, hunc senarium ueluti prouerbialem citat, Δελφοῖσι δύσαε αὐτὸς ὀφώνῃ κρέας, i. Carne ipse Delphis immolata uescitur. Ostendit dici solitum de ijs, qui uocatis conuiujs ipsi cibos appositos deuorant, ut illis spectare tantum liceat, nō uesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolarat uictimam, ea uescitur, Contra fiebat in in his sacris, quæ Hecata inferebantur. Ex quibus nihil redibat ad eum, qui offerebat, præter fumū & tumultum. Quāq; & in diuersum sensum accipi potest, ut intelligamus Delphicum sacerdotē nihil impertire de uictima, ei qui uictimam dedit, ita fit aliquoties, ut edax conuiuia, seu plurius adductis edacibus umbris, uelut harpijs, cœnam omnem deuoret, esuriēte qui uocauit. Adagiū torqueri potest etiā ad illos, qui beneficio, quod alijs dedisse uidentur, ipsi fruunt̄. Ut Episcopi nōnulli nepotibus suis sacerdotia magnifica donāt nōnūq;. Sed ad pueros solus titulus redit, ad episcopos prouentus.

ιδμιάζην.

LIX

ιδμιάζην, Olim dicebant̄ qui parum cōmode, parumq; salubriter uiuerent, propterea quod Isthmiorum ludorum tempus, morbis esset obnoxium, ob ingentem hominū cōuentū. Meminit Suidas. Fortasse non absurde dicitur in hos, qui frustra conant̄ ppter Isthmi perfossionem a multis infeliciter tentatam.

Ipsi curandum.

LX

Αὐτῶ μελιτέρη, ἀλλ' ἐπὶ τὸν οἶκον, Ipsi curandū est, sed in domum. Zenodotus ait huius adagiū mentionē fieri apud Aristophanem in Agricolis, præterea apud Platonē grāmaticū. Natum autē ab ædibus quibusdā maximis, quæ locabant̄ cōducere uolētibus. Vnde cōuenire uidetur (siquidem coniecturas sequi fas est, ubi nihil adferunt, quod sequaris, Græci scriptores) in eos, qui rebus alienis liberius utuntur, ut solent, qui in conducto habitant.

Hyperberetæa.

LXI

ὑπερβερεταῖα, i. Hyperberetæa, dicebantur olim admodum serotina, quæq; uix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis, ὑπερβερεταῖος appellabatur. Vnde quæ in lōgum proferebant̄, Hyperberetæa dicebantur, perinde quasi apud Latinos dicas decembria. Et ὑπερβερεταῖοι, comperendinators. Suidas existimat eum esse mensem apud Macedones, quem nos octobrem uocamus.

Vlyssis remigium.

LXII

Homines neq; & uoluptatibus addictos Horatius in sermonibus Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura. Remigiū uictiosum Ithacensis Vlyssi, ut qui nec a Circes potculis tēperarint, nec a Lotophagis auelli potuerint, nec a solis bubus abstinerint. Vnde Horatius Odyssæa primo, ἔντ' ὧν γ' σφείρησιν ἔτασθαλίησιν ὄλοντο νῆπιοι, i. Ipsorū liquidē uacordia perdidit illos.

perdidit illos Amentes. Nō dissimili figura dixit, Sponfos Penelopes, & Alcinoos uoluptarios & uirtutis negligētes. Item alio loco Phæacem appellat nitidum, & bene curata cute. De Phæacibus Homerus Odyssæa libro octauo, *Αἰεὶ δὲ ἡμῖν δαίος τε φίλη κίθαρις τε χοροῖτε ἕμματα ἔξομοισι λοετρά τε θερμά καὶ ἕλαι.* i. Nos uero semper capiunt, citharæq; choriq;. Et uaria uestes, & balnea calda, thoriq;. Item de procis Penelopes, Odyssæa libro primo, *τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλας, κίθαρις καὶ αἰοδὴ ζεῖ, ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νῆποιον ἔδουσι.* i. Istos sollicitant hæc, concentus, citharæq;. Et facile, ut qui aliena sient impune uorantes.

Zaleuci lex.

LXIII

Ζαλέου νόμος. i. Zaleuci lex. De dicto, mandatoq; dicebatur. Zaleucus quidam. Locrensis, qui uocantur Epizephyrij, leges tulit acerbiores, quales feruntur, & Draconis fuisse leges apud Athenienses, uere Draconis, ut ille dixit, non hominis. Non dissimile illis Manliana imperia, & Phalaridis imperium.

Zopyri talenta:

LXIII

Ζωπύρου τάλαντα. i. Zopyri talenta. De præclaris factis, magnoq; æstimandis. Hic Zopyrus Darij regis amicus erat, qui sibi nares & aures conscidit, & omne corpus flagris cruentauit, ut his argumentis Babylonijs fidem faceret, se Dario male uelle, a quo tam immaniter esset acceptus. Itaq; Babyloniorum ciuitatē ingressus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se unū Zopyrum integrum malle, q̄ centum Babylonas capere. Et oblato malograno, tantum optauit sibi Zopyrorum, quantā ibi granorum inesset, ut meminit Plutarchus in Apophthegmatis. Adagium recenset Zenodotus.

Vna scutica omneis impellit.

LXV

Μία μάστιξ πάντα ἐλάυνει. id est, Vna scutica incitat omneis. Hemistichium Heroicum de negotio dictum, quod facile fieret, uidelicet a promptis omnibus, ac suapte sponte currentibus. Sumptum ab aurigis. Autor Suidas.

Tanq̄ Chalcidica nobis peperit uxor.

LXVI

ὡσπερ χάλκιδική τέτοκεν ἡμῖν γυναῖκα. i. Tanq̄ Chalcidice peperit nobis uxor. De ea dicebatur, quæ liberos q̄ plurimos peperisset. Tradunt Heroinam quampiam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quod prima arma ærea confecerit. Ea uiro coniuncta centum liberos enixa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis annalibus, & attestatur Aristus Salaminus. Quidam ad Chalcidem Euboicæ ciuitatem referunt, quod e Chalcidensium officinis ingens armorum æreorum & quadrigarū uis prodiret. Stephanus enim ab officinis ærarijs urbi nomen additum putat. Vsurpare licebit, ubi significabimus, multum litium, bellorum, aut curarum alicunde natum.

His Medus non insidiabitur.

LXVII

τάδε μῆδος οὐ φυλάξει. i. Hæc Medus non obseruabit. Cum Xerxes exercitum in Graciā traducere pararet, ut autor est apud Zenodotum Dicæarchus, Graci desperatis rebus facultates suas absumpserunt, ne multum reliquū fieret, quod hostis tolleret, ita dicētes, Hæc Medus non obseruabit, eaq; uox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus. Veluti si quis pecunias suas erogaret amicis, ut eas liberis turpiter absumpturis subducat, recte dixerit, *ταῦτα μῆδος οὐ φυλάξει.* Aut si ciuis opulentus, pecuniā extruendis ædificijs absumat, ne his insidietur auarus princeps.

In Orci culum incidas.

LXVIII

Ἄδου προκῶσθ' ἐπιπέσεις. i. In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremum exitum imprecantis. Recenset a Diogeniano cognatum illis, *βάλλ' ἐς κόρακας, βάλλ' ἐς μακαρίαν.*

Inuitus Iupiter nouit.

LXIX

Ἄκωμ μὲν ὁ Ζεὺς οἶδεν. i. Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. In quibusdam codicibus lego, *Ἄκωμ μὲν ὡς Ζεὺς οἶδεν.* i. Inuitus tanq̄ Iupiter cognouit.

Excubias agere, aut ditari,

LXX

Ἐρουβῆν ἢ πολυτέμν. i. Excubias oportet agere, aut diuitem esse. De ijs dicebatur, qui ampliter facerent sumptus de alieno. Nam ut diuites quibus ampla res domi est, large profundunt, ita milites non parcunt opibus alienis, sed prodigunt gnauiter. Athenienses inulares excubijs agendis, magno stipendio conducere solebāt. Non dissimile illi, *ἵππος μὲν φέρει βασιλεὺς μετρίφει.* i. Equus me portat, alit rex.

Intra septimam.

LXXI

N 3 BVTOS

Εν τῷ ἑβδομῷ, i. Intra septimam, Subaudi lunam, Edictum erat Athenis, ut ante septimum diem mensis, excercitum educerent. Recte fortassis utemur hoc adagio, quoties admonemus mature, suoque tempore negocium aggrediendum. Meminit Zenodotus & Suidas, nec praeterea quicquam adscribit. Vide num alludum sit ad id, quod alio retulimus loco, ἑβδομος βοῦς, id est, septimus bos, & τὸν ἑβδομον βοῦν ἢ σοφὴ παροιμία, id est, Et septimum uenustus adagio uenem. Quod pueris sextum mensem egressis, farinaceus bos fingi consueuerit, quae lunae primum apparentis cornua representaret.

In Cotyla gestaris,

LXXII

Ἐν κοτύλῃ φέρη, i. In Cotyla portaris. Suspicio dictum de ijs, qui arbitrio alieno, quo libitum esset, huc atque illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractum est adagium, a genere lusus puerilis, qui dictus est, Ἐν κοτύλῃ. Huius meminit Iulius Pollux libro nono, de rerum uocabulis. Erat autem huiusmodi, Vnus quispiam, reductas in tergum manus coniungebat, stringebatque. Rursum alter impositis in eas genibus tollebat, suis interim manibus oculos gestantis obtegens. Et ad hunc gestatus modum, Ἐν κοτύλῃ, portari dicebat, quod manu complexu gestaret. Nam κοτύλη Graecis cum alia permulta, tum manus etiam cauam partem significat. Hunc lusum Pollux ait alijs item uocabulis appellari, uelut, ἱππιάδαμ & κυβισίνδαμ.

In apes induxisti.

LXXIII

Εἰς μελίτῃσιν ἐκόμασσε, i. In apes induxisti. Vbi quis praeter opinionem in ingens agmen, uelut examen malorum immergitur. Quemadmodum euenire solet ijs, qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circumuolantibus & impetentibus undique illis, & fugientem etiam insequentibus, haud facile discedit sine uulnere.

Orci galea.

LXXIII

Αἰδοῦσθαι κυνῆ, i. Orci galea, dictitari solitum in eos, qui semet arte quamquam occultarent. Parcaemiam ad huiusmodi fabulam referunt. Acrisio de masculis liberis tollendis oraculum consulenti responsum est, e Danae filia ipsius nasciturum filium, a quo occidendus esset, itaque trinitus aereum thalamum subterraneum parauit, in quo filiam inclusam adseruabat, ne cum uiro quopiam rem habere posset. Iupiter autem amore uirginis correptus, in aurum transformatum sese, atque ita per impluuium in Danaes gremium illapsus, eam grauidam fecit. Natus est Perseus. Quod simulatque rescisset pater, ipsam matrem una cum infante, scrinio inclusam, in mare praecipitem dedit. Porro scrinio forte fortuna ad Seriphum insulam delato. Dictys sublatum ad se Perseum aluit. Porro Polydeuctes Dictys frater, qui Seriph ijs imperitabat, Danaen amare coepit. Verum Perseo iam adulto, non potuit ea potiri. Proinde conuocatis amicis & inter hos, Perseo, ait se uelle certamen edicere, super Hippodamiae Oenomai filiae nuptijs. Perseus autem existimans si cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, praeter alia postulauit equos, Ductusque Mercurij, ac Palladis, peruenit ad Phorci filias, Memphidem Ennyo & Dino. Has aiunt statim natas anus fuisse, tum unicum duntaxat oculum fuisse tribus, unicum item dentem, his uicissim inter se tres utebantur. Hac cum Perseus abstulisset, reposcentibus illis, ait redditurum sese, si uiam commonstrassent, quae ad nymphas duceret. Erant his nymphis alata talaria, & Cibisis quaequam, quam peram putant fuisse. Habebant & Plutonis galeam, quam qui gestaret, is quoscunque uoluisset, uidebat, ipse nemini conspicuus. His igitur instructus Perseus, uoluerat iam ob talaria, sicuti diximus ad Gorgonas deuolauit. Erant autem Gorgones tres sorores, Euryale, Stheno, Medusa. Erant his capita Draconum, squamis obsita, praeterea dentes maximi, suum instar, ad haec manus & alae, quibus per aera ferebantur. Aderat insuper ea uis, ut obtuentes sese, in saxa uerterent. Porro sola Medusa e tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus, Et oculis defixis in Clypeum arcum, per quam tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusae defecuit. Aduolantes reliquae duae sorores, Perseum quidem insequuntur. Verum cum illum ob Galeam Plutonis uidere non quirent, retro abiit. Itaque Perseus reuersus in Seriphum, Polydeuctem aggressus est, amicorum auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus Perseus, Gorgonis ostento capite quotquot obtuerentur, in saxa uertit. Sublato igitur Polydeucte & Dicty in fratris locum instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, Galeam Mercurio, cumque hac peram, ac talaria. Ille rursum nymphis restituit. Reliquam fabulam, quam longius prosequitur Zenodotus, quandoquidem ad enarrationem adagii nihil attinet, omitto. Utitur hoc Plato libro de Repub. decimo, dicens semper honesta propter se sequi oportere,

sequi oportere, etiam si quis Gygis anulum, uel Plutonis habeat Galeam. Quibus ex uerbis colligitur, eandem esse huius prouerbij sententiam, & illius γύγου δακτύλιος. i. Gygis anulus. Vtrumque enim a simili fabula natum est. Proinde recte accommodabit & ad eos, qui rara quadam felicitate, quicquid uolunt, efficiunt. Cuius generis est etiā illud, Virgula diuina. Adagiū manasse uideat ex Homero, apud quē Iliados quinto. Pallas, Diomedē Orci galea tegit, ne uideret a Marte, ὅμ μόν ἄρκος ἐνάριξε μισαφόνοσ, ἀντάρ ἀδύωκ, δ' αὖ αἰδοσ κωέλω μήμιν ἴδοι ὄβριμοσ ἄρκος. i. Hunc Mauors cælurus erat crudelis, at illum. Orci contexit galea Tritonia pallas. Ne Mars hunc uirtute insignis cernere posset. Admonet interpretis prouerbio dici, εἰσδάκρυ αἰδοσ κωέλω id est, Induere Orci galeam. De homine, qui occultis insidijs nocere molitur. Aristophanes, ἐν ἀκαρνεύσιμ, λάβε δ' ἐμοῦ ὕψινεκα παρ' ἱερωνύμου, σκοτοδαστυπικνώτριχα πύλω αἰδοσ κωέλω. Eit' Ἰζάννοιογε μηχωνας τὰσ σισύφου. i. Meaque causa sumito ab Hieronymo, Orci galeam, hispidam ne grantibus pilis Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

Initium belli.

LXXV

Ἀρχὴ πολέμου. i. Origo belli, Vbi quis prior laceffit iniuria, seu conuitio. Sumptum uideat ab historiographis, quibus mos est, primū causas exponere, quibus bellum ceptum fuerit. Huc alludit Lucianus, cum ait in Pseudomante, καὶ κατὰ τὸ δουκὸσ ἰδὴμ, ἀρχεται ὁ πολέμοσ ἐνδένδε ἴδην. i. Et quemadmodū ait Thucydides, hinc iam bellum oritur. Vnde ἀπόλεμοσ lædere dicit, qui nulla laceffitus iniuria similitatem exercet.

In fermento iacere.

LXXVI

ἐν τῇ ζύμῃ κῆσθι. i. In fermento iacere, dicebantur, qui animo essent agro, quicque iracundia turgeret. Plautus in Mercatore, Vxor tota in fermento iacet, pro eo quod est, intumescit ira. Nota translatio, fermentum enim & acorem habet & tumorem. Vnde & in diuinis literis, fermentum maliciæ rancorisque significationem habet.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat.

LXXVII

Chrysalus seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argēto defraudabat. O stulte, inquit, nescis nunc uendi te. Atqui in eo adstas lapide, ubi præco prædicat. Quadrabit, ubi quis præfens, uidens, audiensque tamen deluditur. Nam uendi etiam hodie uulgo dicunt, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est a lapide quodam editiore quem Romæ fuisse complurium autorum testimonio constat, unde præcones in auctiōibus res uenales nunciabant. Vnde. M. Tullius uilissimos homunculos de lapide emptos appellat. De Colono dictum est alibi.

Inus dolores:

LXXVIII

Ἴνοὺσ ἄχην. id est, Inus dolores, Ino Cadmi filia, ex Athamāte, duos peperit filios, Learchum & Melicertam, præterea filiam Euricleam. Athamas autem uersus in infaniam, reliquos liberos arcu percussit, occiditque. Ino una cum Melicerta sese in mare abiecit. Et hæc quidem Megaras undis appulsam Megarenses multo cum honore exceperunt, iusta persoluentes Leucothoe nomine cōmutato, illum uero Corinthum delatum, Corinthij sepelierunt, & in eius honorem Isthmios ludos instituerunt. Hinc ortum adagium, ut intolerandum, & exanimantem, ut ita dixim, dolorem significantes, dicerent, Ἴνοὺσ ἄχην. Nam Achos proprie, dolor dicitur, apud Græcos, qui profus obstupescit, suique sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotū, unde hæc retuli, fabulam, quæ parœmiæ dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat uxor Nephēle, ex qua duos sustulit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta, secundam duxit uxorem Ino. Ea ueluti Nouerca tendens insidias Nephēles liberis, persuasit indigenis mulieribus, ut semina in terram iacienda prius phrygerent, id est adurerent in sartagine. Cæterū ubi res male euenisset, neque quicquam is annus produxisset. Athamas in hac rerū angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verū Ino legatos muneribus corruptit, ut domū reuersi dicerent, respondisse deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellen & Phrixum occidissent. Itaque persuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aram admouit imolaturus. Verū dii miserti, aurei uelleris ariete uectos illos per aera sustulerunt. Et Helle quidē cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Helleponticum appellatur. Phrixus autē in Colchicam regionē incolumis delatus est. Athamas ira deorum in rabiem uersus, Inus liberos aggressus est, quemadmodum r. iodo demonstraui.

N 4 In omni fabula

In omni fabula & Dædali execratio:

LXXIX

Ἐν παντί μύθεός ηὐτὸ δαιδάλου μῦθος. id est, In omni fabula & Dædali execratio. Quadrat in autores atrocium facinorum, aut ingentium calamitatum, ut frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortū fabula, Pasyphæ regina Cretæ, tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi uaccam ligneam ad proximam ueræ uaccæ simulatiōem effingeret. In hac inclusa mulier, e tauro concepit, ac minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de causis iratus, Atheniensibus indixit, ut quotannis, septem uirgines, & totidem adulescentulos mitteret Minotauro obijciendos. Horum omniū quoniam Dædalus causam dedisse uideretur, in eū uulgo dira imprecabant, unde res in puerbiū abiit.

In parte uel ignem prædatur aliquis.

LXXX

Ἐν τῷ μεράτις ἢ τὸ πῦρ σκυλευσάτω. i. Prædatur aliquis per uices ignem quoq;. Suidas admonet dictum de ijs, qui parum æqua referant in cōmune. Cum enim res cōmunis cōmissa fuerit manibus unius aut paucorum, maxima pars penes eos hæret, qui diuidunt. Quid em̄ non prædatur, qui prædatur ignem, qui sic est natura cōmunis, ut ipse nihilominus possideas, post eaq; & alijs fueris impartitus.

In nihil sapiendo iucundissima uita.

LXXXI

Sophocles in Antigone, sub persona Aiæcis, qui iam ab insaniam resipuerat, *ἔν τῷ φρονέμ γὰρ μὴδὲρ, ἢ δις ὅ βίος τὸ μὴ φρονέμ γὰρ, κάρτ' ἀνώδαλον κακόν.* i. Suauissima hinc est uita, si sapias nihil. Nam sapere nil, doloris expers est malum. Hanc sententiā docti citant, puerbii loco. Consentaneum est autē uulgo iactatum fuisse, uel eius argumēto fabulæ, quam Horatius narrat, de quodam Argiuo, qui felicius existimari insanire, q̄ sapere & ringi. Pol me occidistis amici, non seruastis, ait, Cui sic extorta uoluptas, Et dcemptus p uim mētis gratissimus error. Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum, In multa sapientia, multa indignatio. Et qui addit scientiā, adiiciet & laborem.

Ignem palma.

LXXXII

Ἦρ παλάμη. i. Ignem palma. Dici solitum, siquādo protinus aliquid intellectum esset a quoriam, ut si scommate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptum uidetur ab ijs, qui p lusum ignem admouent manibus alienis.

Sub cultro liquit.

LXXXIII

Sub cultro linqui dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora a uicima, quæ iam iam ferienda sub cultro esse dicitur. Confine illis, Inter sacrum & laxum, inter malleum & incudem. Horatius in sermōibus, Fugit improbus, ac me sub cultro liquit. Nō ad modū abludit hinc Aristophanicū illud, *ὄκα κερνεῦσιμ. ὑπὲρ ἐπιξίλων δελήσω πλὴ κεφαλῶν ἔχωμ λέγαμ.* i. Sum paratus uerba facere, caput epixeno admouēs. Est autē *ἐπιξίλωμ*, truncus, in quo coqui secant carnes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in *ἐπιξίλωμ*. Cōuenit in eos, qui periculo capitis parati sunt affirmare quippiam.

Fores habet tritas, ut pastorum casæ.

LXXXIII

πλὴ δύραμ ἔχα πτημι μύλων ὡσπὸρ αἱ ποίμναι. i. Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum. Iro nia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi uiuentes, semper occlusis forib⁹. Meminit Diogenianus.

Apio opus est.

LXXXV

τοῦ σελίνου δῆται. i. Apio est opus. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebant, & uitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Symposiacis, *ἡτοὺς ἐπιστραλῶς νοσοῦντας δῆσαι τοῦ σελίνου φάμεν.* i. Et qui periculose ægrotant, dicimus Apio opus esse. Subest autem adagio iocus, alludēs ad coronas uictorum, quæ ex Apio fiebant.

Ialemo frigidior.

LXXXVI

ιαλέμου ψυχρότερος. i. Ialemo frigidior. De cantione, oratione, argumento, ioco, aut eiusmodi re quapiam supra modum frigida, recte dicitur. Quidā aiunt Ialemon, lugētis uocem fuisse. Nam *ιαλιμίραμ*, Græci dicunt pro complorare. Alij tradunt Ialemum Calliopes fuisse filium, infelicem, nulliusq; precij hominem, præsertim, in cantu supra modum frigidum, unde, *ιαλέμου ὠδῶν*, id est, Ialemi Cantilenam, pro frigida dicunt, ac miserabili. Martialis item iocans in oratorem quendam frigidū, ait illum, unū idoneū esse, qui Thermas refrigeret Neronianas.

Humi hauris.

LXXXVII

χαμαί

καμαί' ἀντλῆς. Humi hauris. De inaniter laborante dicebatur. Nihil est em̄, quod e solo haurias, hoc est, ab imo fundo, si is siccus sit. Zenodotus meminit.

Humi serpere.

LXXXVIII

Humi serpit oratio, quæ pressior, humiliorq; est, q̄ oportet, semper quasi iacēs, nunq̄ assurgens. Horatius, Non ego mallem Repentes per humum sermones. Idē in arte poetica, Serpit humi tatus nimium, timidusq; procellæ.

Holerum appositiones:

LXXXIX

Αἱ πῶν λαχάνων προσθήκαι. i. Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sumptum uide tur uel ab holeribus appositis in mensa, uili nimirum cibo, uel auctarijs holerum, quæ nōnun q̄ emprores sordidi ac tenues requirunt. Autor Diogenianus.

Fictilis homo.

XC

Κράμιϑ ἄνθρωπϑ. i. Homo fictilis, id est mollis, imbecillis, fragilis. Ductum a uasis testaceis, quæ facile cōminuuntur. Finitimū illi, Homo bulla. In quibusdam codicibus lego, κράμιϑ ἄνθρωπος, in nōnullis, κέραμϑ ἄνθρωπϑ, Quorum postremū mihi magis arridet.

Hipparchorum tabula.

XCI

Ἐπάρχων πίναξ. i. Hipparchorum tabula. Dici conueniet, quoties haud impune futurum si gnificamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagiū. Apud hos enim mos erat, ut Hip parchi, hoc est equitum præfecti in tabellis describerent militū nomina, qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodotus.

Heteromolia causa.

XCII

Ἐτερομολίϑ δίκη. i. Causa heteromolia, dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo præsentē, qui contradicat, ἀπ' ἑτέρου μολῆρ. i. Quod alter duntaxat accedat. Si millimū illi, ἐρήμικ δίκη. i. Deserta causa. Vsurpabitur nō ineleganter, ubi quis damnat absentē, ueluti cum defunctorum libros carpimus, recte ἑτερομολίον δίκην, quis dixerit.

Harmodij cantilena.

XCIII

Ἀρμόδιου μέλος. i. Harmodij cantio. De lugubribus ac tristibus dicebat. Simillimū illi, ἀδμήτῃ μέλος. i. Admeti melos. Aristophanes cū alijs aliquot locis, tum in fabula, cui titulus, Ἀκαρῆς, οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τῷ ἀρμόδιου ἄσση. i. Nec unq̄ apud me carmen Harmodium canet. Interpres indicat cantilenæ genus fuisse, quod in compitis cani consueuerit in Harmodiū & Aristogitonem, quod hi Pisistratarum Tyrannidem sustulissent. Eius carminis hoc erat initiū, Φίλιπτε ἀρμόδιε, οὐτί που τέθνηκας. i. Charissime Harmodij haud quaē mortuus es. Referē a Suida, ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones.

XCIII

οὐ πατρῴικὰ αὐτῆ μέλη. i. Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui a paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantūculis, quas admodū pueri didicerūt delectari. Terentius in Adelphis, Pol Eschine, haud paternum istuc dedisti.

Non certatur de oleastro.

XCV

οὐ φυλίας ὁ ἀγών. i. Hoc certamē non est de oleastro. Quoties non de nugis, neq; de gloria, aut corollis, sed de re seria ac pecuniaria ageret. Siquidē in plærisc̄ certaminib⁹ uictoriæ præmiū erat oleagina, aut querna, aut alioquī frondea corona. Meminit Diogenianus.

Haſta caduceum.

XCVI

Δόρυ κηρύκειον. i. Haſta caduceum. Dici solitum quoties aliquis simul & minaretur, & ad concordiam inuitaret. Ex oraculo natum, quod huiusmodi fertur, ἀνδρὶ γεφυραίῳ φίλος ὄικος. i. Viro Gephyraeo grata domus. Admoniti erant Gephyraei, ut sequentes Atheniensium exercitum ubi illos defessos conspicerent, ibi manerent. Itaq; cum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagran iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceū præferret, iuuentus armata a tergo conscqueretur. Vt simul & pacem petere uiderentur, & ad bellum nihilo segnius parati, si quis laceſſeret. Simillimū est huic, quod eleganter usurpauit Diuus Hieronymus, Scuto pacem petere. Autor Suidas.

Gallorum incusare uentres.

XCVII

Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν. i. Gallorum incusare uentrē. De edacibus, ac luxu multum absumptibus facultatū. Huic em̄ animanti uenter mirifice calidus, ita ut omnia statim cōcoquat. Aristophanes in Vespiis, ἀλεκτρυόνϑ μὲ φασκες κοιλίαν ἔχου, ταχὺ γὰρ καὶ ἀπαπέφει τὰργύριον. i. Ais mihi galli uentrem esse, Celeriter enim concoquet hoc argentulum.

Ardens

Ardens uestis.

XCVIII

Ἄρης πέπλος. i. Ardens uestis, siue quemadmodum in alijs legitur exemplaribus, Ἄρης ὡς πέπλος. i. Incensus in ueste. Zenodotus prodidit dici solitum de ijs, qui seditionem mouerēt, calumniasq; sererent. Existimat autem adagiū natum a ueste Nessi centauri, sanguine infecta, quam a Deianira missam cum induisset Hercules, incensus igni sacro perijt. Porro fabulam, idem recenset ad hanc ferme sententiam. Reliquis centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Nessus unus omniū suffugerat. Is peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa uersans, solitus est ad euntes trāsmittere. Deinde euenit, ut Hercules in Trachinem ad Ceycem, una cum Deianira proficisceretur, posteaq; igitur ipse iam fluuiū transmisisset, Nessus mandauit, ut Deianiram transferret. At is inter transeundum, uim coepit adferre mulieri. Quod si mul ac Hercules intellexisset, uidelicet illa uociferante, Nessi præcordia iaculo perfodit. At is sentiens letale uulnus, neq; se posse mortem effugere, mulierē accersit, si uis, inquit, tibi amatorium efficacissimū parare, quo possis Herculem inflāmare in amorē tui, & si quando deperibit aliam, in tui cupidinem reuocare, fac illum meo sanguine perungas. Atq; ea persuasa, Nessus sanguinem e uulnere fluentem apud sese seruauit. Itaq; postq; Trachinem adijisset, ac rursum inde profectus Oechaliam ad ortus ciuitatem coepisset, reliqua populat⁹, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti uictimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, iubens, ut sibi uestem aliquam magnificā mitteret. Illa certior facta de Ioles raptu, ueritatem ne Hercules illam pluris q̄ sese faceret, ut est zelotypum mulierū genus, uestem Nessi cruore tinctam, imbutamq; mittit, philtum se mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinā peregit. Cæterum ubi calefacta ueste, uenenum excitatum corpus grauitate adurere coepisset, auellere conatus est, uerum iam ita penitus adhæserat, ut non sine carnibus ipsis reuelli posset. His itaq; malis discruciatu Hercules, in Trachinem deducitur. Interim illa, cognitis ijs, quæ acciderant, suspensio sponteā mortem sibi consciuit. At Hercules iussit Hyllo, Nam hunc ex Deianira sustulerat, natu iam grandem Iolen duceret uxorem. Quo facto in monte Oeta rogam extruxit, eumq; conscendit. Porro cum illo iubete, nullus ex Herculis Comitibus auderet ignē subdere, uidelicet metu contagij, pastor quidā forte repertus, qui ignem immitteret, atq; huic officij præmiū, sua tela dono dedit. Ardente iam rogo ferunt nubem non sine tonitru obsepsisse Herculem, atq; ita sublatum ad deorum consortium. Adagiū referri non absurde poterit & ad uestem illam, quam Medea uenenis imbutā, Iasonis nouæ nuptæ dono misit, quidā existimant naphtha infectam fuisse. Itaq; admotis undiq; ex nuptiarum ritu tedis, flāma trānsijt, pariter & puellam, & patrē auxiliari cupientem exussit. Huius rei mentionē facit Euripides in Tragœdia, cui titulus, Medea. Huiusmodi fabellas, ut sæpenumero testatus sum, nisi uererer, ne parū eruditus uiderer incuria præterisse, cū in uulgatis collectaneis habeantur, nequaq; ascripturus eram.

Senecta leonis, præstantior hinnulorum iuuenta.

XCIX

Ἰῆρας λέοντες κρείσσον ἀκμαίων νεβρῶν. i. Leo senex uigente potior hinnulo. Citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poeta. Senectus uiri fortis ac strenui, præstantior est iuuenta quorūdam ignauorū & imbecilliū iuuenū. Venustius fiet si longule transferatur. Veluti si quis ingenium docti senis & exercitati, præferat ingenio parū eruditi iuuenis. Dicitur non inepte & in senectutem crudam, uiridemq; animiq; uiribus adhuc pollentem, in quam competet illud Euripidis ex Ione, ὁ τὸ ποδὸς μὲν βραδύ τὸ δὲ νοῦ ταχύ. i. Tardus quidem pes, animus est uelox tamen. Eodem pertinet illud eiusdem in Andromacha, πολλῶν νέων γῆ, καὶ γέρον εὐψυχῶ κρείσσων. i. Gnauus senex & iuuenibus compluribus præstat. Aristophanes in Vespijs, ἐγὼ τοῦ μὲν νομίζω γῆρας εἶναι κρείττον, ἢ πολλῶν κοκκίνους νεωνῶν. i. Ego meam senectam arbitror præstantiorem esse, multis adulescentium cincinnis.

Nudior paxillo.

C

γυμνότερον πατέλλου. i. Nudior paxillo. De extrema paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoq; detrahimus.

Herculei labores.

Prouerbiū Primum:



ῥάκλειοι πόνοι. i. Herculei labores, bifariam accipiuntur, partim plurimi, atq; ingentes, quiq; uires desyderent Herculanās. Quemadmodū usurpauit Catullus. Sed te, inquit, quærere iam Herculis labos sit. Item Propertius, Deinde ubi ptuleris, quos dicit fama labores Herculis. Ac rursum alibi, Non labor Alcidae. Partim Herculei labores dicuntur, qui sūt eiusmodi, ut alijs quidem maximas adferant cōmoditates, caterū auctori suo nihil ferme fructus adducāt, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. Idq; ita fato quodam accidisse putant, quod ἐν τετάρτῃ γενι νηδύναι. i. quarta natus luna credatur, sicut alio dictum est loco. Homerus poetico more causam in Aten Deam & Iunonē reijcit, quæ infesta Herculi, tanq̃ ex Pellice nato, periculis omnibus illum obiecerit. Celebratur igitur, atq; etiam enumerantur a poetis Herculanī labores, quorum omnium longe difficillimus ac maximus Hydra Lernæa, malum pertinax, ac p̃p̃mo dum inexpugnabile illi, qui iam omnia deuicerat. Cuius symbolo ueteres inuidiam exprimere uoluissent, satis indicat Horatius in epistolis, cum ait, Diram, qui contudit Hydram, Multaq; fatali portēta labore subegit, Comperit inuidiam supremo fine domandam. Cōsueuit enim hæc teterrima pestis pulcherrimorum facinorum esse comes, eximiamq; uirtutem non aliter q̃ umbra corpus assequi, ut apposite dixerit Iosephus in opere de Iudæa capta, ἀμύχωρον δ' ἐν εὐπρεπείῃ φθόρον διαφυγέμ. i. Nulla ratione fieri potest, ut in recte factis effugias inuidiā. Quis enim umbram effugiat inuidiæ, nisi pariter & uirtutis lucem effugerit. Cohærent inuicē hæc duo ac rem omnium optimam, res omnium pessima comitatur. Proinde Pindarus uidetur nō sine causa scripsisse, τὸ δ' ἀχυννυμαι φθόρον ἀμεθόμονον τὰ καλὰ ἔργα, grauius & indignè ferens, nimium quod est indignissimū, præclara facta inuidiæ præmio pensari. Neq; uero parum concinne, ueteres illi uidentur inuidiæ symbolum Excetræ tribuisse, primum palustris malo, quod (quemadmodum tradunt etiam naturalium causarum uestigatores) magis huic morbo sint obnoxij, qui humili, abiectiq; animo præditi sunt, sunt autem quibus sanguis inest frigidior. Eamq; ob causam, & apud Nasonem inuidiæ domus est in uallibus imis, Abdita, sole carens, non ulli peruia uento. Tristis, & ignauī plenissima frigoris, & quæ Igne uacet semper, caligine semper abundet. Neq; uero cum simplici portēto res, sed centum armato capitibus, quorum si quis unum aliquod executerit, in eius locum protinus duo suppullulent. Ea uidelicet inuidiæ natura est, ut si contra lueteris, magis ac magis irrites, si quando coneris splendore uirtutis opprimere, tum insurgat acrior, & intumescat. Hic si recidas, illic maior oboritur. Carptim extingui non potest, uix tandem obruitur. Verum id perpauca contigit, ac uix etiam ipsi Herculi. Quanq̃ enim liuor uelut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid usq; adeo perfectum & illustre, ut eo non possit attingere. Quo loci peruenisse sese gloriatur Horatius, cum ait, inuidia quia maior. Et iam dente minus mordeor inuido. Iam uero quid aliud est, quod obtrectatores isti clancularij, solent in eos euomere, qui pulcherrimis sudoribus, orbi prodesse conantes, præclarum aliquid moluntur, q̃ merum uirus, ac uenenum pluk̃ letale? Quandoquidem generosis & excelsis animis, sua fama, quam impetunt isti, non paulo carior, antiquiorq; solet esse, q̃ ipsa uita. Porro quod gentilium fabulæ sub Herculis ænigmate significarūt, idem Hebræorum historia sub Ioseph in uolucro nobis innuit. Nam quod illi Lerna, id huic fuit fratrum inuidentia. Sic enim interpretatur Philon in libro, cui titulus, πολιτικός βίβλ. Exiſtimat autem Ioseph eorum repræsentare personam, qui rerum publicarum gubernacula tractant. Hoc uidelicet argumento, quod is pastor adhuc cum esset, iam tum recte factis, simul & patris fauorem emeruit, & Germanorum in se concitauit æmulationem. Quid autem aliud est Remp. administrare, q̃ pastorem agere? Quādoquidem & Homerus, quem citat etiā Philon, regem ποικίλα λαῶν, subinde uocat. Si quidem nullorū benefactis malignius respondet gratia, q̃ eorum, qui de uulgo benemerentur. Sed quod Hercules assecutus est igni Græcanico, id Ioseph, magnitudine benefactorum, ac diuini numinis fauore consecutus est, ut inuidiam obrueret, & eosdē aliquādo supplices haberet, quos antea pertulerat amulos, seq; iā illi uitam debere faterent, cuius uitæ pridem tetenderāt insidias. Proinde principes, qui publicum agūt negociū, hoc animo præditos esse oportet, ut ad hoc exemplar, cōmunem modo spectent utilitatē, nec magistratum, perinde quasi cauponatio sit, sibi gerant, non alijs, nec legum uelut

gum ueluti laqueis, insidiari uelint ijs, unde perspexerint emolumentū aliquod auferri posse, sed gratis de bonis benemereantur, cum monstris, hoc est cum uitijs assiduū bellum gerant, sola recti cōscientia, tanq̄ abunde magno recte factorum prēmio contenti. Quod si meritis tuis fama maligne responderit, si clanculum obsibilauerit liuor, si Lernæa belua, uel trecentis capibus undiq̄ ueneum afflauerit, tum illud demum animi uere sublimis & inuicti fuerit documētū nihilo segnius ad immortalem eniti laudem, ac uel maximis incōmoditatibus suis aliorum cōsulere cōmodis, & hunc pulcherrimū, maximumq̄ uirtutis fructū ducere, si q̄ plurimis q̄ maxime prodesse liceat, Atq̄ hac parte, quoad mortali fas est, immortale numē imitari, Ad quod cum nulla gratia, nullum officiū a nobis redire queat, tamē natia, genuinaq̄ bonitate, solis in morem, omnibus gratis & ingratis, dignis iuxta atq̄ indignis, suā impertit munificentiam, hunc unum spectans fructum, si q̄ plurimos sui participes efficiat. Veram ut addeum nullum emolumentum benefactorum refluere potest, ita nec ingratitudinis molestia potest attingere. Mortalibus illud saepenumero euenit, ut pro summis meritis, summā inuidiam, summūq̄ reportent incōmodum. Quod si ullis hominū laboribus hoc cognominis debetur, ut Herculanī dicantur, eorum certe uel maxime deberi uidetur, qui in restituendis antiq̄ ueræq̄ literaturæ monimētis elaborant, Quippe qui cum sudores incomparabiles suscipiant, propter incredibilem negocij difficultatem, tamen uulgi summā in se concitant inuidiam. Cui cum res præclaræ semper obnoxia fuerūt, tum uero præcipue nouitas nō solū apud imperitos, uerum etiam apud eruditos. Adeo nusq̄ magis ingrati sumus, magis inuidi, magis morosi, nusq̄ minus candidi, q̄ in pensitandis eorum laboribus, quibus, meo quidem animo, nulla unq̄ satis digna gratia referri queat. Indocti negligunt, semidocti rident, docti, (si paucos exceperis, præcipuos quidem illos, sed tamen paucos) partim inuident, partim morosius carpunt, ac dissimulatis tam multis, quæ recte dicta sint, sicubi forte fortuna, semel aut iterum lapsus fuerit autor (quis autem non labitur aliquando?) id solum annotant, id solum meminerunt. I nunc & hoc tam magnificum præmiū, tot tamq̄ diuturnis uigilijs, tot sudoribus, tot incōmodis redime. Abdica te cōmunibus humanæ uitæ uoluptatibus, negligere rem familiarem ne parce formæ, ne somno, ne ualetudini. Boni consule iacturam oculorum, accersere præmaturum senium, contemne uitæ detrimentū, ut plurimorum odium in te concites, plurium inuidiam, ut pro tot uigilijs, ronos aliquot auferas. Quem quæso hæc nō deterreant a capefferdis huiusmodi laboribus, nisi si quis sit animo plane Herculeo, qui possit alios iuuandi studio, quiduis & facere & pati? Cōmouit hæc cogitatio, nō nihil animū meum, ut uerum fatear, atq̄ in medijs huius operis exanclandis laboribus lassitudo quædam oborta est, cogitāti nimirū, qualibus uiris, quos nostra uidit ætas, q̄ maligne fama respondeat, etiam aliquanto iam tempore defunctis, Quam irreuerenter despiciantur ab ijs, quos uere dixeris indignos, qui illis matellam, ut dicitur, porrigant, q̄ ingrate carpantur a semidoctis, q̄ pauci etiā inter eruditos, qui candide, plenoq̄ laudent ore. Alius desyderat aliquid, alius inuenit, quod non p̄bet, alius uitam incessit, alius fastidienter laudat, ut præstiterit uituperasse. Porro nulli iudicant iniquius, q̄ uel semidocti, q̄ doctrinam alienam sua metiuntur, & reprehendendū existimant quicquid ipsi non didicerunt, uel eruditi, qui nondum hoc laboris genus degustarūt. Nam hi plañe iuxta Græcorum prouerbiū, ἀπὸ πύργου κρίνεται ἄρχαί, & ipsi stātes in littore, nauigātis artē ac discrimē, spectant ociosi. Quod si fecissent piculū, ut minore fastidio, ita maiore cū uenia legerent aliorum lucubrationes. Hoc itaq̄ cum uideam tantis in re literaria proceribus, uel heroibus magis, accidere, quid tandem augurer futurum de me, cuius omnia q̄ ad illos media, uel (uti uerius dicam) nulla sint, equidem non sum nescius, præsertim in hoc scripti genere, in quo multo plus est laboris, q̄ quisq̄ facile coniectet, qui periculū ipse nunq̄ fecerit. Deinde multis de causis, lapsus facillimus. Postremo nusq̄ citius inuenierit quiuis quod desyderet. Quare nō arbitror futurum alienum, si posteaq̄ ipse locus admonuisse uidetur, sup̄ hisce rebus pauca disseram, non quo meum iactem ingenium, aut ostentem industriam, sed ut lectorem mihi reddam æquiores. Erit autem certe multo minus iniquus, qui quisq̄ perpendet, q̄ immensis sudoribus, q̄ infinitis difficultatibus, hæc ad agiorum quantumlibet rudis Sylua mihi constiterit. Iam hic igitur primus esto calculus, rerū ipsarum antiquitas, non ab Euanthro, aut ab Originibus, sed ἀπὸ κοινάκου, quemadmodū dicunt Græci, sed ab ipso usq̄ Saturni seculo, & siquid est hoc etiam antiquius repetita. Vnde fit, ut plæraq̄ sint a nostrorum temporum consuetudine, διὰ τὴν ἀσπίδα, quod aiunt, semota. Proinde quid sibi uelit adagium, aut diuines

uines, oportet, & Delium aliquem natatorem requiras, aut ex antiquis autoribus petas enar-
 rationem. At quibus tandem autoribus? Non ex uno, altero ue, aut certis aliquot, quæ admo-
 dum usu uenit in alijs argumentis. Veluti si quis instituat de arte dicendi conscribere, certos
 quosdam habet & idoneos autores, & eos non admodum sane multos, quos imitari sufficiat.
 At hic quicquid est scriptorum, ueterum, recentium, bonorum, simul & malorū, in utraq; lin-
 gua, in omni iugi disciplina, breuiter in omni scripti genere, necessum fuit, non dicam euolue-
 re, sed curiosius ac penitus excutere, rimariq;. Siquidem adagia, ceu gemmulæ, quod minuta
 sint, fallunt nōnunq; uenantis oculos, ni acrius intendas. Præterea nec obuia sunt, sed plarq;
 retrusa, ut prius eruenda tibi sint, q̄ colligenda. Quis autem satis æstimet, q̄ infiniti laboris sit
 res tam minutulas, ceu per oia maria, terralq; rimari? Vix ætas humana suffecerit, ut tot utriusq;
 linguæ Poetas, tot Grāmaticos tot Oratores, tot Dialecticos, tot Sophistas, tot Historicos,
 tot Mathematicos, tot Philosophos, tot Theologos, quorum uel titulis recensendis defati-
 getur aliquis, excutere, reuoluere, neq; id semel, sed sursum, ac deorsum in his, ut cunq; res po-
 stularit, Sisyphi saxum uoluere. Iam hoc opinor, nemo non uidet, nemo non fatetur esse ma-
 ximum. At ea quota portio quæso nostri sudoris? En tibi restat agmen pene maius interpre-
 tum, in quibus aliorum supinitas, atq; indiligentia, nōnullorum etiam imperitia. (Nam hi quoq;
 sunt euoluendi, nimirum ut aliquando legas aurum e stercore) non mediocrem sarcinā ad-
 iunxere nostris laboribus. Age uero quid ego nunc allegem prodigiosam librorum depraua-
 tionem, quæ sic Latinorum pariter & Græcorum codices omnes occupauit, ut quicquid atti-
 geris citaturus, uix unq; contingat, quin aut manifestum mendum offendat, aut suboleat oc-
 cultum? Ibi uero sudor nouus, exploranda, corrogandaq; exemplaria, nec ea sane pauca, quo
 uidelicet e multis unum aliquod contingat emendatius, aut multorum collatione, quod ue-
 rum ac germanū sit, quasi diuines. Ferendum hoc quoq;, nisi pene toties accideret, quoties ci-
 taueris aliquid, Citandum autem passim. His tam multis appone & illum calculū, haud qua-
 t̄ opinor aspernandum, quod opera ueterum, ex quibus ceu fontibus hausta sunt, puerbia,
 magna ex parte desyderātur. Siquidem utraq; Græcorum comœdia funditus intercidit, uno
 excepto Aristophane. Latinorum item tragœdia, præter unum Senecam. Fortassis & hoc to-
 lerari poterat, si modo lucubrationes illorum extarent, qui prouerbia ab illis collecta, cōmen-
 tarijs sunt interpretati. Quorum de numero sunt Aristoteles, Chrysippus, Clearchus, Didy-
 mus, Tarrhæus, cunq; his alijs nōnulli, quorum ne tātulum quidem fragmentū ad nos perue-
 nit. Super sunt igitur nobis recentiores quidā, ut indiligentes, nullosq; delectu, ita, ieiuni quoq;
 mutiliq;, ueluti Zenobius, Diogenianus, Suidas, quibus haud dum constitui, malā ne gratiā
 debeamus, qui ex tam absolutis, tamq; copiosis autoribus, tam paucula quædam, tamq; nuda
 nobis tradiderint, an bonam, quod illorum studio qualiacūq; fragmenta uetustatis ad nos p-
 manarint, nisi si quis id etiam illorum epitomis acceptū ferat, quod illi neglecti perierūt. Quē
 admodū Latini quidā Liuij interitum Floro, Theopompi Trogo, Iuris Cæsarei Iustiniano,
 [redacted]
 [redacted]
 [redacted] ntia. Quid quod inter nos utq; adeo non conuenit, ut sapenūmero lecto, pugnata scri-
 bant, ut hoc deniq; pondus accedat tuis laboribus, non euoluendi solum eadem de re uarios
 interpretes, uerum etiā, iterum atq; iterum inspiciendi, conferendi, perpendēdi, iudicādi. Nūc
 illud etiam mihi cogita, in alijs libris sæpe locum esse ingenio, ut adsit inueniendi, ceu parien-
 di uoluptas, possisq; quouis loco, quouis tempore, mentis agitatione portionem aliquā ope-
 ris absoluere, quantūq; ualueris ingenij celeritate, tantū maturare, quod institueris. Hic uelut
 alligatus pistrino, nō lineris, uel latum, ut aiunt, pedem a codicibus discedere. Totum em̄ fe-
 re negotium pendet a codicum copia, præcipue Græcorum, quorū iam quanta sit inopia, ne-
 mo nescit. Vnde fit, ut partim oculos cōteras in uoluminibus cariosis, situ oblitis, laceris, muti-
 lis, a tineis ac blattis undiq; derolis, tum autem nō raro lectu etiam difficillimis, breuiter eius-
 modi, ut qui in eis diuile uerfetur, facile cariem & senium quoddam sibi contrahat, partim
 etiam alienis. Quod ipsum quanti referat, uel me tacente, protinus agnoscunt ij, qui fecere pi-
 culum. Vt ne dicam interim illud, siquid in huiusmodi cōmentarijs uoluptatis est, id totū esse
 lectoris, ad scriptorem nihil attinere, præter odiosum illum, ac semper eundem colligendi, cō-
 uerrendi, explicandi, uertendiq; laborem. Atqui uoluptas una res, ut uere dixit Aristoteles,
 quæ præstat, ut in labore diu perscuerare possimus. Alibi licet ingenio ludere, licet eloquētiæ
 hosculis aliquando lasciuire, sunt excessus amœni, in quibus lassus desideas, ingenijq; uires re-
 focilles. Cū

focilles. Cum in omni negotio, tum præcipue in literis, uarietas satietatē arcet, neq; pati oboriri tædium. At hic mihi nō *διὸν ἡρώμην*, quæadmodū est in Græcorum prouerbijis, sed ter milies eadem illa repetenda fuerunt, quid sibi uellet adagium, unde natum esset, & quē in usum cōueniret, ut nō alibi magis, q̄ hic locum haberet illud Græcis tritum adagiū, ὅπερ οὐ περισοφίη. Postremo nōnulla uoluptatis pars est, huiusmodi tractare res, quæ tractatu nitescāt, quæq; ultero splendorem & orationis copiam auctori suppeditent. Hic quæ tractantur, omnia sunt eiusmodi, ut usu, nō tractatione splendent, ac tum demū genuinā suam ostendāt gratiam, cum gemmarū instar cōmode inserta orationi uisuntur. Separata, frigent ac minutula, leuiaq; quæpiam esse uidentur. Adde nūc, quod alibi summa rerū opus æstimatur, & lector non aliter, q̄ scriptor laborat. Huiusmodi quoniā carptim leguntur, qui legit, ad unū quodlibet prouerbiū animū adfert integrum, ociosum, nōnulli fortassis auidum etiam, alius cōtra fastidientē. Quā aut iniqua interim mea cōditio, a quo illud requiritur, ut in singulis adagionibus, expleā ociosum, satiem auidum, satisfaciā fastidioso. Accedit ad hæc omnia græca uertendi labor, quē profecto nemo nō difficillimū iudicabit, nisi qui nunq̄ annexus sit, ut ex bene græcis, bene latina faceret. Hic mihi rursum perpende tantā auctorum uarietatem, quorum unicuiq; suus reddendus stilus, cogita tot carminū genera, quorum in hoc opere tam ingens incidit turba, (nam arbitror esse nō pauciora decem milibus) ut si quis hoc mensium spacio, quibus laborē hunc absoluiamus, tantum carmina, tam multa latine reddidisset, idq; carmine, nō uideatur usq; quæq; insimulandus ignauitæ. Porro quid alij sensuri sint, nescio. Equidem etiā illud arbitror esse nō nihil in tam immenso prouerbiorū numero, meminisse, quid quo loco dixeris, neq; rerū turba confundi. Proinde qui in tantis difficultatibus uerfetur, quas omneis uel percensere sit difficillimū, quid mirum si quando labi cōtingat, maxime festinantē? Cur autem mihi festinandum fuerit, mox reddetur ratio. Quod si Flaccus etiam in alijs argumentis, in quibus hæc absunt incōmoda, dat ueniam maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura, si cōcedendum putat, ut in opere longiusculo somnus obrepat, si nō indignatur Homero alicubi dormitanti, quid tandem causæ est, cur mare cœlo misceamus, si pauculi forte errores, in huiusmodi deprehendantur opere, in quo præter cōmunes illas labendi causas, nec liberum sit rem tuis auspicijs peragere, & eiusmodi duces habeas, qui subinde præbeant ansam errandi? Ut ne quid dicam interim de codicum mendis, quæ nōnunquam doctissimis uiris imponūt, ut sileam de tædio, quod uel præcipue cōsueuit ingenij uigorem ebetare, ut taceam de tam uaria rerum omnijugarum quasi farragine, qua fit ut animus huc atq; illuc in tam multa distractus, nō possit semper sibi præsens esse. Reliquū esse uidetur, ut paucis occurramus, & ijs, quos auguror in hac nostra sylua, curæ, diligentiaq; plusculū desyderaturos. Nam quosdā hoc animo esse uideo, ut libros mole, nō eruditione metiantur, & id demū absolutum existiment, ubi nihil adiungi possit, superflint pleraq; quibus nihil satis, nisi quod impendio nimitū, atq; ibi deniq; copiam esse iudicāt, cum ad satietatē ubiq; dicuntur omnia. Horū igitur quispia dicit quædā a me copiosius, locupletiusq; tractari potuisse. Tum autē in euoluendis auctoribus, occurreret alicui locus aliquis, qui ad prouerbiū faciat, aut nō faciat, sed illi facere uideatur. Hūc protinus cauillabitur præteritū a nobis. Principio, quis rogo tā arrogans, q̄ istud ausit profiteri, quis tam iniquus ut exigat, in huiusmodi scripti genere, ne quis omīno præteratur locus? Ut nihil non legeris, nihil non annotaris, nihil non apparaueris, ita ne statim in tam immensa rerum turba succurrat, quod oportuit, quoq; oportuit loco? Deinde quæ tandē futura fuerat ista molesta diligentia, undecūq; conquirere, quicquid quocunq; modo poterat ad prouerbij locupletationē accōmodari? Quis tãdem futurus fuerat uoluminū, aut modus, aut finis, si Sardonium risum (ut hoc exempli causa ponam) explicans, totius huius insulæ descriptionem e Geographorum omniū libris repetere uoluisset, loci situm, gentis antiq̄tatem, originem a capite, quod aiunt, usq; ad calcem pcensere? Deinde quæ sit eius herbæ species, quæ uis, quicquid apud ullum medicorum super hac literis proditum inueniatur, in unū conuerrere? Ad hæc qui risus ille gignatur, quibusq; de causis appareat in oriente, ex physicorum sententia commemorare? Deinde quibus hoc risus genus aliquando fuerit familiare, ex omnibus historiarum monumentis perquirere? Tum autem, q̄ hic risus uirum probum dedeceat. In summa quicquid de laudato, aut illaudato risu legatur apud morales Philosophos, ac Poetas, id omne in eundem congerere aceruum? Postremo si quod apophthegma, si quod urbane dictum, si quod memorabile factum, si quis apologus, si qua fabula, si qua sententia

qua sententia, siquid omnino uel affine, uel contrarium, quod ad explicationem adagionis utcuq; trahi queat, id uniuersum accumulare? Hoc propositi si mihi fuisset, quis non uideret ex singulis adagijs singula uolumina reddi potuisse? Qui minus absurdū hoc, q̄ si prouerbiū, *πλῆθος κακῶν* enarraturus, uniuersum bellum Troianum, a gemino (sicut ait Flaccus) ouo, pergā ordiri: aut explicaturus *ὁδὸν ἀσφορμῆς* uniuersum Odyssæa retexam argumentū. Deinde q̄ frequenter, hinc incidunt loci cōmunes, de morte, de uita, de amicitia, de similitate, de iusto atq; iniusto (sed inepte facio, qui eos recensere pergā, cum totidem pene numero sint, quot ipsa proueria) quos haud magni negocij fuerat ita declamatorijs locupletare rationibus, ut singuli uel in uoluminis magnitudinem fuerint exituri. At istam sane diligentiam (præterq; quod ea stultissima futura fuerit) ne præstare quidem possit, qui scribit Chiliadas, neq; ferre q; legit. Itaq; magis arbitratus sum in hoc opere, modum esse quærendū mihi, q̄ copiā, exitū potius q̄ progressum. Quanq; siquid properantibus nobis uelut obiter in mentem uenit, quod & dignū cognitu uideretur, & a prouerbio non alienum, id quidē non sumus grauati, ceu auctarium adijcere. Deniq; sunt aliquot loci (cur enim nō ingenue fatear?) sed hi nō admodum multi, in quibus & ipsi desyderamus nō nihil, quos tamē non existimauimus omnino silentio prætereundos, tametsi nobis nō usq; quaq; satisfacerent ea, quæ super his apud autores adhuc reperissemus, sed uel in hoc recensere uisum est, ut alijs, quibus seu plus est ocij, seu maior librorum copia, seu memoria felicitior, & uberior eruditio, diligentius uestigādi ministraremus occasionem, ipsi Comicum interim illud usurpantes, *οὐχ' ὡς θελόμεθα ἀλλ' ὡς δ' ἠγάμεθα*. Videbam & ordinem nō nullum induci posse, si similitum, dissimilitum, cōtrariorum, confiniumq; rationem secutus, titulos q̄ plurimos proposuissem, & unūquodq; prouerbiū uelut ad suam classem retuluissem. Verum hunc prudens omisi, partim quod in huiusmodi miscellaneis hoc ipsum mihi uideretur, nescio quo pacto decere, si nullus adsit ordo, partim quia uidebā, si oīa eiusdem sententiæ, uelut in eandem classem infuluissem, futurū ut ex æqualitate lectori tædiū inoboriretur, ac subinde nauseans, clamaret illud, *δὲς κράμει δάνατος, ἔδ' δὲ δὲς κόρυθος ἔστιν ἔν' ἑσθ' βιελίω*. Partim quod me deterruerit magnitudo laboris. Cur em̄ mentiar? Perspiciebam id fieri nō posse, nisi totum opus denuo, a capite usq; ad calcem retexuissem, neq; cogitandum de editione, nisi iam supremū illum Colophonem addidissem, ut uere iam opus futurum fuerit Horatiano noucniō. At nunc licuit etiam inter edendū, adiungere, siquid occurreret indignū quod prætermittere. Porro autē, uix adducor ut credam ullos tā iniquos futuros, quanq; & hos futuros arbitror, ut eloquentiā etiam exigant, primū ab homine Hollando, hoc est plus q̄ Bæoto, sed extra iocum, in opere, quod totum ac proprie sit ad docēdū accommodatum, & ad docendum res, nō illas quidem indignas cognitu, sed ita minutas, atq; humiles, ut nō modo nō flagitent orationis ornamenta, copiamq; uerum etiā repellant, ac repudient. In tam uaria rerum cōsarcinatione, in tam assidua nomenclatura scriptorum etiā humiliū, quæ mihi docendi causa crassius etiam & pinguius erat adhibenda, in tam frequenti græcanici sermōis interiectione, in tam crebra traductione, quis erat splendori locus? Qui nitor, quæ æquabilitas, qui fluxus orationis esse poterat? M. Tullius non requirit eloquentiā a philosopho, & quisq; eā requirat a paroemiographo? Seneca nusq; desyderat eam, nisi cū paruo constat, cum ultro adest, ut res magnas magnifice prosequatur, at hic affectare rhetorum suppellectilē, obsecro quid aliud erat, q̄ quod aiunt, *ἐν τῇ φωνῇ μύρον, & τῷ πυγμαίω ἀκροδύμια κολλώσω ἐφαρμοζέω*, ut ne dicā, *πλὴν χυθῶν ποικίλων*. Me quidē quanq; in alijs non aspernor, nunq; magnopere cœpit eloquentiæ studium, sed nescio quo pacto, magis semper arrisit cordata, q̄ picta fucis oratio, dum absint sordes, dū mihi sententiā animi nō incōmode representet. Quod si qua nobis dicendi uirtus aliquādo cōparata fuisset, eam necessum erat, in tam diutina, tam uaria, tā tumultuaria Græcorum & Latinorum autorum euolutione perire. Quandoquidem ubertas hæc, uel Tullio teste, breui etiam intermissiuncula solet sterilefcere. Tum si res ipsa maxime reciperet ornamenta dicendi, ne uacabat quidem. Quin omne tempus, tot euoluendis libris, tot annotandis locis, tot rebus memoria cōplectendis, angustū etiam erat. Quanq; hæc ipsa uerbis non omnino malis efferre, nō nullā, opinor, eloquentiæ partem existimabit is, cui uere cognitū fuerit, quid sit eloquentia. Nihil em̄ moror istos quosdam eloquentiæ, pene dixerim simios, qui dicendi uirtutes inani quodā, ac puerilī uocum tinnitu metiuntur, atq; ubi multorum deniq; dierum lucubratione, unum aut alterum flosculum suis intertexuerint scriptis, & quatuor e Cicerone, ac totidem e Salustio uoculas asperserint, protinus apicem Romanæ fa-

cundia affectos se credunt. Tum displicet diui Hieronymi stilus, tum putet Prudētius, tum elingue, mutum, infans esse uideatur, ubicūq; nō uiderint quatuor illas. M. Tullij uoculas. His si quando factum esset periculum, quid sit huiusmodi, sicut uidetur, nugas libris prosequi, fortassis & suam agnoscerent infantiam, & alienam eloquentiā minus impudenter cōtemnerēt. Sed dixerit mihi quispiam monitor haud aspernandus. Atqui hoc ipsum elegans erat, artificio dicendi rebus minutis, nō nihil amplitudinis addere, humilibus adiungere dignitatis aliquid, & (ut inquit Vergilius) Exiguus hunc addere rebus honorem. Neq; uero non uacasset, si modo separasses colligendi, & expoliendi operam, ac iustum his rebus temporis spaciū impertisses. Quā necessitas erat, ut iuxta Plautinū dictum, simul & sorberes & flares? Quis adiegit, ut praecipitares conditionem? & opus tam ingens, tam operosum, ut ita dixerim, sesquiano perficeres, perfectū statim euulgares? Quod si Flacci praceptū secutus, uigilias tuas in nonum pressisses annū, fieri poterat, ut nō solum eloquentiā gratiā adiungeres, uerumetiā ut & copiosius & emēdatius opus in lucem exiret, nec esset, cuius te poeniteret, nec cui quicq; apponi uelles. Alioquin aut nō oportuit suscipere prouinciam, aut erat suscepta per omnia satis faciendum. Hic ego profecto (neq; enim mihi moris est refragari ueris) nōnullam culpā partem agnoscam, necesse est. Neq; enim me clam erat opus hoc requirere, nō Theologum hominem, qui literas antiquas leuiter, ac ueluti praetercurrens degustasset, sed qui uitam omnē uoluentis, interpretandis, excutiendis id genus autoribus contriuisset, cuiq; non tantū immorari, sed immori quoq; studijs huiusmodi licuisset. Plane perspiciebam, hūc laborem nec unius esse hominis, nec unius bibliothecae, nec paucorum annorum, quem nos soli, nostraq;, quod aiunt, Marte, breuius sesquianno absoluimus, una duntaxat adiuti bibliotheca, nimirū Aldina copiosissima quidem illa, quaq; nō alia bonis libris, praecipue Græcis, instructior, ut ex qua, ceu fonte, omnes bonae bibliothecae per omnē usq; orbem nascuntur ac propagant. Itaq; locupletissima quidem, non diffiteor, sed tamen una. Verum est, quo culpam hanc, si, non purgare, certe minuere possim, primū quod olim me ad hoc muneris suscipiendum non tam incitauit ratio, q̄ induxit casus, & amicorum preces impulerunt, quibus equidem cum nec alias unq; magnopere repugnare possim, tum uero Mœcenas ille meus hoc a me contendebat, sic meritis, sic carus, ut omnia mihi posthabenda ducam, quoties illius mos gerundus est uoluntati. Quod si philosophorum etiam dogmata cōcedunt, ut in gratiam amicorum nōnunq; aliquid quantulum a recto deflectamus, mihi dandam esse ueniam arbitror, qui, dum tāto amico gratum facere studeo, prouinciam suscepi, pulcherrimam quidem illam, sed mihi fortasse non p̄inde aptam, praecipue cum uiderem eruditorum neminē hoc negocij capessere, nō quod impares se iudicarent, ut equidem opinor, sed quod uigilias illas immensas uiderent, atq; reuigerent, maxime cum intelligerent gloriæ prouentum laboribus minorem futurum. Deinde cum uideremus hanc esse operis suscepti naturam, ut ipsum in se nullum haberet modum, uel delictum necessum habuimus modum illius, non ipsius ratione, sed nostris occupationibus metiri, ut tantum impenderemus operæ, nō quantum postulabat, sed quantum a nostris studijs, citra uitium decidere posse uidebatur. Itaq; paulo festinantius absoluimus, partim quod in hoc opere nobis ueluti peregrinari uideremur, partim quo liceret his absolutis, toto pectore reuerti ad ea, quae nostrae sunt propriae professionis, quaeq; ad menses aliquot intermisimus, amici uoluntatem magis, q̄ nostrum iudicium secuti. Quanc̄ Horatiano pracepto nō ita ualde cōmoueor. Hoc enim ille praecipit ijs, qui ad ingenij laudem scriberent. Nos praeter utilitatem lectoris nihil spectauimus. Praecipit ijs, qui carmen conscriberent, in quo, teste Plinio, summa desyderatur eloquentia, nos adagiorum cōmentaria colligimus. Deniq; nouennem istam curam, quam tamen nec ipse praestitit in carmine, fortassis praestiterit aliquis in centuria. Verum eadem in Chiliadibus, tum perq̄ arduum esse uideatur praestare, tum requirere parū humanū, cum hoc ipsum abunde laboriosum sit, uel scribere Chiliadas, ut ne adiungas toties mutandi laborē, qui priore uidetur nō paulo difficilior. Quanc̄ equidem arbitror curā, quā requirit Horatius, non temporum spacijs, sed intentione metiendam esse. Qua quidē de re, uere possum affirmare, me summis annexum uiribus, ut quod temporis detractum uideretur, id uigilantia, atq; assiduitate studij pensarem, ut sperem candidos lectores, nec hanc partē omnino desyderaturos. Nam si spaciū ratiōem habeas, praecipitauimus opus, si noctes, diesq; infatigabili studio defudatas, maturauimus. Quod si nō modis omnibus nostra cura responderet operi, illud certe constabit, me quicūq; unq; de prouerbij conscribere, uel apud Græcos, uel apud Latī

apud Latinos, loquor de ijs, quorum extant cōmentarij, diligentia non mediocri spacio præcessisse. Postremo quoniã & infinitum est opus, & ad cōmunem utilitatem paratum, age qd uetat, quo minus operam partiti, cōmuni studio perficiamus. Ego meum perfolui pensum, & fessus lampada trado. Succedat, qui uices operis excipiat. Ego syluam ministravi, nō omnino sicut opinor malignam, accedant qui dolent, qui perpoliant, qui uariegent. Ego partem eã abfolui, in qua plurimū fuit laboris, gloriã minimū, nō pigeat alios adiungere, quod & facillimū erit & splendidissimū. Mea nihil referet quocūq; nomine legatur, nō laborabo, penes quemcūq; summa gloriã futura est, modo nos occasionem dederimus, ut ad studiosos tanta manarit utilitas. Neq; uero uel tantillum offendar, si quis nostra castigabit eruditior, locupletabit diligentior, digeret exactior, illustrabit eloquentior, expoliet ociosior, uindicabit felicior, dum id cum publica studiosorum cōmoditate fiat, quam unam usq; adeo spectauimus in hoc opere, ut nostri nullam rationem habuerimus. Alioqui poteram & ipse quod pleriq; faciunt, eius modi laborē deligere, qui longe minoribus sudoribus mihi cōstitisset, idemq; longe maiore gloriã fructum attulisset. Quis enim non iudicasset egregium ac magnificum facinus, si totū Demosthenem, aut Platonem, aut alium aliquē huiusmodi Latinis auribus tradidisset. Atq; dictū difficile sit, quanto minore, temporis, uigiliarum, olciq; impendio munus hoc conficere licuisset, q̄ has, sicuti uidentur, nugas congerere. Poteram ex tanto numero duas, aut tres ceteras mihi deligere, atq; in his expoliendis, locupletandis, elimandis, omneis ingenij neruos intendere, nō paulo minore laborum semente, multo tamen uberiores famæ messem mihi paraturus. Verum hoc fuerat meum priuatim, nō publicum studiosorum agere negotium. Atqui sicut ego quidem arbitror, oportet in restituenda literaria re animū Herculanū præstare, hoc est, nullo tuo incōmodo, a cōmuni utilitate curāda uel deterreri, uel defatigari. Sed his de rebus plus satis, ac iam dudū uereor, ne quibus Herculanī laboris instar esse uideatur hūc tam prolixum sermonē, in quē nos Herculanī laboris adagiū induxit, perlegere. Quare finem faciam, sed si illud addidero, cum hæc ederentur, me labores omnes Herculeos supasse. Siquidem ille semper alias inuictus, duobus simul monstris par esse non potuit. Itaq; fugiens prouerbiū, nobis relinquere maluit, q̄ Martem experiri, satius esse ducens rideri incolumem q̄ laudari extinctum. Nobis autem eodem tempore, cum duobus monstris immanibus fuit congregiendum, quorum utrumuis, tantum habebat negocij, ut multos Hercules requireret. Tantum abest, ut unicus homuncio duobus par esse possit. Nam simul typis excudebantur adagiorum Chiliades, sic emēdata, locupletataq; ut non minoris mihi constiterit instauratio, q̄ prior editio. Et uniuersæ Diui Hieronymi lucubrationes, e quibus ut maximā, ita difficillimam quoq; partem mihi proprie sumpsi, nempe libros epistolares, haud leuem per musas prouinciam, si cui tantum uoluminum uel euoluendum modo sit. Nunc deum immortalē, q̄ grauis cum mendarum portentis, quibus illic scatebant omnia, mihi fuit lucta. Quanto sudore reponenda græca, quæ uir ille passim admiscet. Nam ea plerūq; uel deerāt, uel perperam erant addita. Neq; uero mediocribus mihi uigilijs constiterunt, qualiacunq; illa scholia, quæ cum suis argumentis adiecimus, non solum ob id, quod in re primum a nobis tentata non esset quem sequerer, cuius inuentis adiuuaret, Verum etiam quod ut Romulum narrāt, non minus magnificum fuisse suorum facinorum ostentatorem, q̄ rerum egregiarum gestorem, ita Diuus Hieronymus, ut diuitem quandam ex omni disciplinarum & autorum genere cōstructam penum habuit in pectore, ita nemo doctrinæ suæ opes in scriptis, ambitiosus, ut ita dicam, ostentat. Adeo sancta quadā gloria, quicquid in uetere, quicquid in nouo instrumēto, retrusum, quicquid in fabulis, in historijs, quicquid in Græcis, quicquid in Hebraicis literis exquisitū, id obijcit, infulcit, inculcat. Iam in ordine digerēdo, q̄ uarie a diuersis erat confusus, etsi nulla est ingenij laus, tamen haud parum fuit molestia. Tanta rerū moles huic homuncioni sustinenda fuit, & quidē uni. Nisi quod in uocibus aliquot Hebraicis, quod eas literas leuiter, ac primoribus modo, quod dici solet labris degustassemus, Brunonis Amorbachij doctissimi pariter ac modestissimi iuuenis, opera sumus nō nihil adiuti, Cui uicissim reliquam huius operis portionem exequenti, in græcis ac latinis restituendis locis aliquot adsumus, operam opera pensantes. Ut ne cōmemorē interim, nō nihil fuisse negocij, ut quæ Hieronymianis lucubramentis falso titulo fuerant admixta, partim erudita, partim iuxta indocta & infantia, nōnulla dementiæ quoq; speciem præ se ferentia, certis coniecturis, ceu uestigijs quibusdam deprehēderemus, atq; exēpta, suis redderemus locis, Dein ut hominis sanctissimi uir

tam, ab alijs non uanissime modo, uerum etiam infulsissime proditam, ex omnibus ipsius monumentis colligere uisus. Adde iam, quod huiusmodi laborum ea ratio est, ut fructus & utilitas ad omnes perueniat, molestiam nemo sentiat, nisi unus ille qui sustinet. Neque enim illud animaduertit lector, qui totos libros inoffensus decurrit, nobis aliquoties ad unam uoculam dies aliquot resistendum fuisse. Nec intelligit, aut si intelligit, certe non meminit, quanta difficultas nobis contingerit illa, qua legens frui facilius, quantisque molestiis, ea molestia sit adempta cæteris. Proinde soleo & ipse mihi quarta luna uideri natus, cui, nescio quo fato contigit in huiusmodi plusquam Herculeos labores incidere.

Effugi malum, inueni bonum.

II
 ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμενον. i. Euali mala, sum nactus meliora. Hemistichium prouerbiale, dici solitum, si quando fortuna lautior cupiam contigisset. Natum aiunt a cærimonijis nuptialibus. Nam Athenis mos erat, ut in nuptijs puer quispiam induceretur, undique spineis frondibus & quernis glandibus opertus, coronatusque, cunas gestans panibus impletas. Dicebat autem hæc, ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμενον. Ea uox bene ominabatur sponso, sponsetaque, tanquam ad meliorem usque fortunam profecturis. Malum enim uocabat spinas & glandes, panes bonum, propterea quod steriles spinæ, iuxta prouerbium, quod alio posuimus loco, οὐ γὰρ ἄκουσαι. Et glandibus uicitabant agrestes illi prisca, iuxta illud, ἄλλο βίον, ἄλλο δίατα. Reperto frumentorum usu, glandium elus fastidiri coeptus. Demosthenes in oratione pro Cresiphonte significat id dici solere ab ijs, qui initiabantur, cum peractis iniurijs, quibus agitabantur ante mysteria, iam ad honorem initiationis admitterentur. Nam Aeschini obiicit, quod noctu ministrans initiandis, absterfo luto iussit eos dicere, ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμενον. Adagium a Zenodoto refertur.

Aegypti nuptia.

III
 Αἰγύπτου γάμος. i. Aegypti nuptia, inauspicata, & infelices dicebantur. Sumptum a notissima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi praeter unum omnes a sponso iugulati sunt.

Aedilitatem gerit sine populi suffragio.

III
 Plautus in Stichis, sine suffragio populi, tamen aedilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in aedibus alienis. Nam Plautus ad Parasitum respicit in domino non sua, mandantem & imperantem, non aliter ac sua.

Oetaeus genius.

V
 οἰτᾶτο δαίμων. i. Oetaeus genius. Huic aiunt inuisam fuisse ferocitatem & arrogantiam, unde cum quis insolentius quippiam diceret, faceret uel Octaem genium ad futurum minitabantur. Finitimum illi, ὁ ἐμ τεμέσθι δαίμων. i. Temesseus genius.

E duobus tria uides.

VI
 ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις. i. E duobus tria uides. Locus prouerbialis, in eos, qui uel ætate, uel ebrietate, uel alio quopiam oculorum uitio caecutiunt. Huc pertinet illud Maronis, Et solem geminum & duplices se ostendere Thebas. Item illud Iuuenalis, Et geminis consurgere mensa lucernis. In antiquis quibusdam exemplaribus inuenio scriptum hoc pacto, ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις. i. In duobus tria uides idque dici solitum, ubi quis aliud pro alio uidet, fallentibus oculis. Venustus fiet, si ad animi iudicium deflectatur.

Edentulus uescentium dentibus inuidet.

VII
 Diuus Hieronymus epistolam illam eruditissimam, quam ad magnum oratorem inscripsit, huiusmodi clausit prouerbio. Cui quaeso, ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearum talpa contemnat, hoc est, ne quod ipsi non contigit alijs inuideat. Sic enim est ferme hominum quorundam ingenium, ut quilibet laudet, quantum se sperat assequi posse. Siquid ultra uires suas esse senserint, id negant disci oportere. Breuiter paucos inuenias, qui quod in se desperent, in alijs probent, idque non alia in re magis, quam in literarum studijs. Hieronymus uidetur graecam illam reddidisse sententiam, αὐτὸς πεινωθεὶς τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει. i. Ne pauper ipse ijs inuide, qui possident.

Iisdem uescentes cepis.

VIII
 ταῦτ' ἐμ θυμῷ φαγόντες. i. Qui idem ederunt thymum. Prouerbiali figura dictum ab Aristophane in Pluto, congruit in pauperes ac bonos uiros inter se amicos, θυμῷ enim uilissimum herbarum genus, quo tenues & agrestes, utcumque uitam sustinet, quidam cepam agreliem esse putant. Etiam si

diffentiunt Plinius & Dioscorides. Suidas admonet agrestis ac uilis herbae genus esse, cuius esu Comicus paupertatem uel uoluerit intelligi. Quemadmodum Hesiodus per Maluam & Asphodelum tenues significauit. Huic affine, quod scriptum est apud Iuuenalem. Quis tecum scitile porrum futor, & elixi uerueccis labra comedit.

Solidos e Clibano boues.

IX

Aristophanes in Acarnanibus, *παρετίθει δ' ἡμῖν ὄλουε* *Εκ κριθάνου βοῦς*. i. Apponebat autem nobis totos ex clibano boues. Prouerbialis hyperbole, de lauticijs affatim subministratis. Antiquitus enim in delitijs erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui coepit, quae *κριθανίη*, id est, clibanarium uocabatur, earum res usque adeo uisa est noua, ut etiam puerbio locum fecerit. Deinde carnes & pisces eodem modo coqui coeperunt. Vnde & Thunni & id genus alia, in clibano cocta, xeniorum uice missitabantur amicis.

Drachmae grando.

X

Δραχμή χαλαζώσα. i. Drachma gradinans. De lucro, quod tantum coelitus emissum obtigit. Nam olim Theatrale praemium erat Drachma, quae ueluti grandinis in morem in populum spargebatur. Vnde si quando grando accidisset, pro iocum aiebatur, *δραχμή χαλαζώσα*. Autor Zenodotus.

Duodecim artium.

XI

Δωδεκαμήχανον. i. Duodecim artium appellabatur callidum uersutum, uersipelle, uafrum, ac uarijs instructum dolis. Narratur scortum quoddam fuisse nomine Cyrenen, cui cognomen inditum *δωδεκαμήχανου*, propterea quod in peragenda Venere duodecim figuris uisa fuisse dicatur. Imitatum est autem ex Hypsipyle Euripidis Tragedia, in qua *δωδεκαμήχανον ἄστρον* scripsit, citante Suida.

Duplices uiros.

XII

Διπλοῦς ἄνδρας. i. Duplices uiros prouerbiali ioco uocabatur, qui essent lubrica & insyncera fide, quos nunc uulgo bilingues appellant. Dicitur est autem per allusionem, quod pluraque uirorum nomina dissyllaba sint. Vnde sensus ambiguus est, potest enim accipi uel de eo, qui duabus sedere sitellus, uel cui nomen sit dissyllabum. Zenodotus huiusmodi citat Epigramma, *μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκῶτα, κρισὸν λόγῳσι, πολέμιον δὲ τοῖς τῶροις*. i. Equidem uirum odi duplicem, sermonibus Probis amicum, ceterum hostem moribus. Est aliquoties & apud Homerum *Odyssea*. *σ. οἷτ' εὖ μὲν βάζονσι, κακῶς δ' ὀπίθην φρονέουσιν*. i. Qui bene cum dicant retro mala mente uolunt. Rursum *Odyssea*. *ρ. ἔδλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσοδόμενον*. i. Qui bene cum loquerentur, atrociamente premebant. Iterum eiusdem operis. *σ. θέλγε δὲ θυμὸν, μιλιχίῳς ἐπέεσσιν, νόσος δ' ἐοῖ ἄλλα μονόητος*. i. Pectora blandis Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Domum manere oportet belle fortunatum.

XIII

οἶκοι μύνην δ' εἶ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. i. Domum manendum est, cuncta cui sint prospera. Cui superpetit copia facultatum, is si uelit felicem agere uitam, domum uiuat. Nusquam enim uiuitur commodius, nusquam liberius. Qui eget, peregrinando rem quaerat, ac fortunam experiatur aleam.

Per hastae cuspidem currere.

XIII

Δι' ὀξεῖας δραμῆς. i. Per acutam currere dicebantur, qui in re magnopere periculosa uersarentur. *δραμῆς* enim hastam, siue hastae cuspidem uocant. Translatum uidetur uel a circulatoribus, qui per summas hastarum & gladiorum cuspides ingrediuntur, uel a militari consuetudine, qua fieri solet, ut qui mortem commertus uideretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentas, ire cogretur.

Alia Meneles, alia porcellus loquitur.

XV

Ἄλλα λέγει μωκελῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. i. Alia dicit Meneles, alia porcellus. Vbi quis multum uerborum effudit, quae nihil ad rem pertineant. Mihi subesse prouerbiu uidetur tamen nondum satis liquet unde natum sit. Alludit ad illud Lucillius in Epigrammate, quod quonia est argutum & elegans, non pigebit subscribere, *χοιρίδιον κὴ βοῦν ἀπολώλεκα κὴ μίαν ἄιγα, ὦν χάρις ἐλκφας μισθάρου μωκέλειε, οὔτε δὲ μοι κοινόντι πρὸς ὀφθαλμῶν γεγέννηται, οὔτ' ἀπάγω κλέπταις τοὺς ἀπὸ δερμοπυλῶν ἄλλα πρὸς εὐτυχίῳ κὴ ἔχομεν κρίσιμῳ, ὡς τε τί ποιῶ, ἐνθάδ' εἰ μοι ξέρῃς, κὴ λακεδαίμονιοι, πλὴν καμῶν μνησθῆτι νόμου χάρις, ἢ μέγα κράξω*. *Ἄλλα λέγει μωκελῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον*. i. Sucula, bos, & capra mihi perire Meneles, Ac merces horum nomine, pensa tibi est, Nec mihi cum Othryade quicquam est ue fuit ue negocii, Nec fures ullos, huc cito Thermopylis, Sed contra Eutychedem nobis lis, proinde quid hic mihi, Aut Xerxes facit, aut quid Lacedaemonijs? Ob pactum & de me loquere, aut clamauero clare, Multo aliud dicit sus, aliud Meneles. Cum huius epigrammatis argumento conuenit & illud, quod est apud Martialem libro sexto. Non de ui, neque

O 4 caede, nec

cæde, nec ueneno Sed lis est mihi de tribus capellis. Vicini queror has abesse furto Hoc iu dex sibi postulat probari Tu Cannas, Mithridaticūq; bellū, Et periuria Punici furoris, Et Syllas, Mariosq; Mutiosq; Magna uoce sonas, manuq; tota Iam dic Posthume de tribus capellis. Vtrūq; igi in eum recte dicet, qui ἐξαγώνια ἢ ἀπροσδιόνυσα, hoc est, extra causam quæ sūt & ad rem nihil attinet, dicunt. Aliud sus, aliud loquit Menecles, & dic de tribus capellis.

Haud annuncias bellum.

XVI

οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. i. Nō annūcias bellum. Dicit solitū, ubi quis rem oppido latam annunci at. Iulianus in epistola ad Basilium, ἡ μὲν παροιμία φησὶν, οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐγὼ δὲ προσδέημι ἐκ φθι κώμωφίας, ὧ χυσοῦν ἀγγέλλας ἐπῶν. i. Prouerbio dicūt, haud bellum annuncias. Ego uero illud ad diderim, ex Comœdia, O aureorū nuncius uerborū. Cōduplicauit prouerbiū Iulianus quan doquidē & hoc prouerbiale, χυσοῦν ἀγγέλλας ἐπῶν, Sumptū est aut ex Aristophanis Pluto, Ver ba sunt senum chorū explentiū ad Carionē, qui Pluti nūciarat aduentum.

Machinas post bellum adferre.

XVII

τὰς μηχανὰς μετὰ τῷ πόλεμον κομίζου. i. Machinas post bellum adferre dicebant, qui peracto negocio, fero adhiberet apparatus. Brut⁹ in epistola quadā ad Lycios, αἱ μηχαναὶ ὑμῶν μετὰ τῷ πόλεμον, ὡς ἡ παροιμία ἐκομίδησαν. i. Vestrae machinae post bellum, uti puerbio dicitur, adductæ sūt. Alludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco, οὕτως χρητῶ πολέμου μεταλαχάνει, id est, ad istum modum oportet ad bellum accedere. De Melotide dicitur suo loco, quem aiunt ad Troiam uenisse, quo Priamo ferret suppetias, ciuitate iā capta.

Leuissima res, oratio.

XVIII

κουφοτάτην προῶμα λόγος. i. Leuissima res, oratio. Synesius in epistola quadā ad Theophilū, προπετής ἄνθρωπος γλωττήν ἐνέτυχεν ἀνδρὶ προπετέσῳ τῷ χῆρα, ἢ τοῦτ' ἢ τὸ λεγόμενον κουφοτάτου προῶ γματρε, βαρυτάτην τιμωρίαν ἐξέτισε. i. Homo præcipiti lingua cū incidisset, in uirum manu magis præcipiti, iuxta id, quod dici solet, rei leuissimæ nepe sermonis, grauissimas pœnas dedit. Apud Homerū passim obuiū est illud, ἔπειτα πηροῦντα προσκύνει. i. Verba alata cognominās, quod facile euolent, at reuolare nesciāt. Proinde Horatius. Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.

Non omnia eueniunt, quæ in animo statueris.

XIX

Homerus Iliados. ε. ΑΛΛ' οὐ Ζεὺς ἄνδρασι νοήματα πάντα τελευτᾷ. i. Iupiter haud quicquid ani mo conceperis illud, Perficit ex templo. Hoc equidem carmen inter adagia adscribendū existimaui, propterea, quod eadem sententia etiam hodie uulgo dicitur. Et Pindarus in Olympijs, πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρά γνώμαυ ἐπεισθη. i. Multa mortalibus præter animi sententiā eueni unt, quod ipsum citauimus & alibi. Recte utemur quoties significabimus, non euenire protinus, quicquid spe, uotisq; conceperimus.

Murem ostendit pro leone.

XX

μῦν ἀντιλέοντος ἀπέδειξε. i. Murem p leone ostēdit, puerbiali schemate dictū, p eo, quod est ingētia pollicitus, & fortia, lōge diuersa exhibuit. Synesius in epistola quadā ad Anastasium, ἐκκρεγῶν γῆρ' αὐτῷ δὲ πους ἢ τρις ἢ τοῖς ἐξ ἀμάξης λοιδορησάμενος, ἢ πάντα ἐπανατενάμενθ', ἄπερ ὄμ ἐρησῶς ἢ παρ' ἐμοῦ, παντὸς ἄμ' ἔπιμησάμην, ἀπέδειξε τὸ κάθαρμα μῦν ἀντιλέοντος. i. Cū inclamasset in illum bis, aut ter, ac de plaustro, quod aiunt cōuίτης insectatus, nihilq; nō in cū esset uociferatus, cuiusmodi uel a meipso dicta fuisse, maximi fecerim, deinde murem p leone exhibuit scelus.

Pugnis & calcibus.

XXI

πῦξ ἢ λάξ. i. Pugnis & calcibus, puerbiali figura dictū reperit, pro eo, quod est omni contu meliæ genere, totisq; uiribus. Synesius in epistola quadā ad fratrem. οὐδὲ πῦξ ἐντενῆμ οὐδὲ λάξ ἐναλεῶς τῶν ἐπιαιεσέρων τινί. i. Neq; pugnos impinget, neq; calcibus impetet quēpiā meliore. Aristophanes in Pace, παίειν ὀρύττειν, πῦξ ὀλοῦ ἢ τῶν πέει. i. Ferire, fodere, pugno itemq; & men tula. Quo loco interpres admonet prouerbij, πῦξ ὀμοῦ ἢ τῶν σκέει. i. Pugno simul & tibia.

Inimicus & inuidus uicinatorum oculus.

XXII

Halcyppus in epistola quadā ad Encymonem, δυσμενὴς ἢ βάσκανθ' ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός φησὶν ἢ παροιμία. i. Inimicus & inuidus uicinatorum oculus, ut dictum est prouerbio, Vicinus in uidet uicino, iuxta Hesiodiam sententiam. Nec inuidemus ἴης, a quibus longo absumus inter uallo, sed quod prope modum speramus assequi. Vnde Flaccus, Inuidia quia maior, & iā den te minus mordeor inuido.

Totum subuertere.

XXIII

ὅλον ἀνατρέψαι. i. Totū euertere, dicit, q funditus pdit quēpiā, & uelut ab ipsis radicibus fun ditusq;

ditusq; Acinetus in epistola quap̄iā ad Phobianam, οὕτως ὄλον μὲ αὐτὴ ἢ τὴ παροίμιαν ἀνατρέ-
 φασσι δουλέναι ἀπκινάγκασσε, i. Ita tu me totū, quod aiunt, subuersum eo redegisti, ut mihi sit ser-
 uendum. **Ductū** ab ædificijs, quæ subuertunt a fundamentis.

Bona terræ.

XXIII

τὰ φθι γῆς ἀγαθὰ, i. Terræ bona. De bonis immēnsis & omnigenis, quasi dicas, quicquid ter-
 ra p̄gignit, omniū rerum parēs. Menander in epistola ad Glyceram, βασιλικῶς ὑπὶ χνούμου
 τὸ δὴ λεγόμενον τοῦ τὰ φθι γῆς ἀγαθὰ, i. Regaliter pollicens, iuxta illud quod uulgo dicit, terræ
 bona. **Finitimū** illi, Montes auri pollicens.

Palumbem pro columba.

XXV

φᾶτην ἀντι περισεῖς, i. Palumbem pro columba, subaudi uerbum ad sententiā accōmodatū.
 In epistola Mormiæ nescio cuius ad Chremetem, ἀνληξίδα δὲ λυσάμου ἢς ἔτυχεμ ἑρῶν, νύμφης.
 σολήμ ἀντὶ περιβαλῶν ἐπανέγαγέ μοι, φᾶτην ἀντι περισεῖς φασίμ, ἐταίραμ ἀντι νύμφης, i. **Redemptā** ti-
 bicinam, quam forte amabat, sponsæq; stola amictam mihi induxit, columbæ loco palumbē,
 ut aiunt, meretricem pro sponsa. Cōueniet ubi quod deterius est, & adulterinū, pro eo, quod
 est præstantius, ac legitimū supponitur.

Cilix haud facile uerum dicit.

XXVI

κίλιξ οὐ γὰρ δίως ἀληθεύει, i. Cilix haud facile uerū dicit. Dionysius in epistola ad Rufum Scho-
 lasticum, λόγος ἔστι παλαιός, μὴ γὰρ δίως ἀληθεύει τοὺς κίλικας, i. **Vetus** uerbum est, Cilices haud fa-
 cile uerum dicere, **Quantū** ἀληθεύει aliquoties est repræstare, quod dixeris. **Quadrabit** in ho-
 minem auidum lucri, & ob id sæpenumero dicentē, nō quæ uera sint, sed quæ utilia.

Culicem elephantī conferre.

XXVII

κῶνωπα ἐλέφαντι παραβάλλει, i. **Culicem** elephantī cōferre dicuntur, qui minima maximis cō-
 parant. Libanius ad Casilum, τὸ δὲ ἐμὸν τοιοῦτον, ὅιον κῶνωπ ἐλέφαντι παραβάλλομαι, i. Ego uero
 perinde sum, quasi culex cum elephante collatus. Huius generis est & Vergilianum illud, Sic
 canibus catulos similes, sic matribus hœdos Noram, sic paruis componere magna solebā. Er,
 si parua licet componere magnis.

Dum clauum rectum teneam.

XXVIII

Dum clauum rectum teneam, id est, dum meo fungar officio. Significat autem non impu-
 tandum euentum parum prosperū artifici, modo is præstiterit, quod artis est. Quintilianus li-
 bro secundo institutionū prouerbiale fuisse demonstrat. Nam & gubernator inquiens, uule
 salua naue in portum peruenire, si tamen tempestate fuerit abreptus, nō ideo minus erit gu-
 bernator, dicetq; notum illud, dum clauum rectū teneam. Videtur hemistichiū e poeta quo-
 riam sumptum.

Incus maxima, non metuit strepitus.

XXIX

ἄκμων μέγιστος οὐ φοβᾶται τοὺς φόφους, i. **Nihil** tumultus metuit incus maxima. **Excelsus** animus
 non commouetur minis, aut fortunæ sæuictis procellis. Translatum ab incudibus fabrorum
 ærariorū, quæ tametsi hinc atq; hinc tundant crebris malleorū ictibus, tamen haudquaquē loco
 cōmouent. Vergilius huiusmodi cōstantem animū querno robori similem facit. Item de ani-
 mo inexorabili, Quā si dura silex aut stet Marpesia cautes. Extat apud Græcos distichon inte-
 grū huiusmodi, ἄκμων μέγιστος οὐ φοβᾶται τοὺς φόφους καὶ νῦν ἐχέφρω πᾶσαν ἑλκουσαν βίαν, i. **Stre-**
 pitum, ac tumultum maxima incus haud timet. Cōstans nec animus quālibet uiolentiam.

Veneri suem immolauit.

XXX

Ἀφροδίτη ἦν τὸ εὐκερ, i. **Veneri** suem immolauit, **Dici** solitū, ubi quis munus offert minime gra-
 tum, Inuisus enim Veneri sus, propter Adonidem illius Amasium apri dente peremptū, Aut
 contra, cum quis alium in gratiam alterius lædit. Quemadmodum caper maciat Libero nō
 quia gratus, sed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare.

XXXI

Ἀμαρτήρ οὐκ ἔνενσι δις ἐν πολέμῳ, i. **In bello** bis errare nō licet, in rebus piculosis, nō tutū est labi.
 Nā si semel erret, actū est de capite, nec est secūdo errori locus. Vel quod in bello, quia cūcta
 tumultu peragant, nō de spatii reuocādi, restituediq; siquid perperā sit institutū. Vnde Ho-
 merus, cū alibi, tum Iliados. π. ὀλίγη δὲ τ' ἀνάπνοισις πολέμοιο, i. At uero exigua est interspiratio
 belli. Proinde in his rebus, in quibus, si semel erratū fuerit, nō est quod imposterū sarcias, cau-
 tim ac circumspecte agendum, admonēte uel Mimo illo nō infestiuo. **Deliberandum** est diu
 quod statuendū est semel, puta de sacerdotio, de matrimonio, deq; id gen^o alijs, quæ si temere
 fuerint

fuerint instituta, nō est quō priorēs cogitatiōes posterioribus, ut aiūt, melioribus emendes.
Panidis suffragium. XXXII

πανίδου ἰσθρῶς. i. Panidis suffragiū. In eos torquebat, qui stulte atq; inerudite iudicaret. Aiūt Panidem hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homero prætulerit, perinde quasi dicas Midæ suffragiū, quod is quoq; Panis agrestem cantionē ante posuerit Apollinis musicæ. In genere cōueniet in iudicia vulgi, cui fere semper pessima p̄ optimis placuerūt. Huius suffragijs Menandru aliquoties superauit Philemon. Euripides cū quinq; & septuaginta Tragœdias scripserit, in solis quinq; uicit. Nec aliud est hodie quoq; populi de sacris cōcionatoribus iudiciū, q̄ quod Plinius ætate sua de recitatoribus fuisse scribit, Siquādo transibis, inquit, per basilicā, & uoles scire, quomodo quisq; dicat, nihil est, quod tribunal ascendas, nihil quod præbeas aurem, facilis diuinatio, scito eum pessime dicere, qui laudabit maxime. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis uult esse sapienti fixum, decretūq; ne quid opiniōe uulgi cōmoueat, immo suspectū habeat, quicquid senserit uulgo uehemēter arridere.

Patacione calumniosior.

πατακίωνος συκοφαντικώτερος. i. Patacione calumniosior. Ab euentu natum. Nam patacione quispiā infamis calumniator, cui cum mos esset bonis uiris calumnias struere, atq; hoc tam sœdo quæstu parare rem, tandem dephensus, cōuictusq; pœnas dedit capite. XXXIII

Omni pedē standum.

ὀλω ποδῖ. i. Omni pede. Pro eo, quod est summa uī, summoq; nisu. Refert a Suida. Quintilianus institutionū oratoriarū libro duodecimo. Itaq; in his actionibus, omni (ut agricolæ dicunt) pede, standum est. Videri poterat traductum ab ijs, qui in acie constanter parteis suas tuentur, neq; locum deferunt, aut a palæstritis, quorum artis est, scite pedem figere, nisi Quintilianus ab agricolis profectum esse testaretur. XXXIII

Callum ducere.

Prouerbiales metaphora sunt, callum ducere & occallescere, siquidē ad animū detorqueatur. Quintilianus libro duodecimo. Et ingenio adhuc alendo callum inducere, Sapicule legis apud M. Tullium, occalluisse aures. XXXV

Extra organum.

Quintilianus libro undecimo. Et his diuersa uox, & pene extra organum, cui Græci nomē amaritudinis dederunt, supra modum ac pene naturā uocis humanæ accrba. Extra organum dicitur, quod immodicū est, & extra uulgarē mensurā. Veluti siquis leges Platonis huius ætatis ciuibus, pponeret. Ductum est ab organo musico, quod intra uigelimā uocem cōsistit. Cōueniet item in uehementer clamosum. XXXVI

Demulcere caput.

Demulcere caput, allegoria puerbii uice recepta, pro blandiri, sumpta ab adulantiu gestu, Quanc̄ hūc inter moras cōmemorat Fabius libro undecimo. In hac, inquit, cunctatione sunt quædam nō indecentes (ut appellant Scenici) moræ, caput mulcere, manū intueri, infringere articulos. Pamphilus in Ecyra negat se sibi temperare posse, quin Parmenoni caput demulceat. Est subinde & apud Plautū. Diuus Hieronymus ad Augustinū. Prætermitto salutationis officia, quibus meū demulces caput. In eundem sensum usurpauit Lucili⁹ scabere caput apud Nonium, hic ubi me uidet subblandi, palpatur, caput scabit. XXXVII

Toto organo.

Quintilianus libro undecimo. Est enim quedā ad auditū accōmodata, nō magnitudine, sed p̄prietate ad hoc uelut tractabilis, utiq; habens omncis in se, qui desyderant, sonos, intentionesq; & toto, ut aiūt, organo instructa. Hactenus ille. Proinde toto organo instructa recte dixeris, quæ numeris omnibus constant, & undiq; quadrant. XXXVIII

Vltra linum.

ὑπὲρ τὸ λίνον. i. Ultra linum. Lucianus in Ioue redarguto, οὐδὲν γὰρ οὐτῶ γένοιτ' ἄμ, ἔξω τοῦ νόμου τῶν μοιρῶν οὐδὲ ὑπὲρ τὸ λίνον. i. Necq; enim quicq; ita fieri poterit, præter Parcarū legem, & ultra linū. Ultra linū dixit pro eo, quod est extra decretū fatale. Allusum est autē ad fila trium parcarum. Confine illi, quod alias retulimus, ὑπὲρ τὸ μάγιστρον. i. Ultra fufum. XXXIX

Omnia secūda saltat fenex.

Omnia secūda saltat fenex. Locus puerbialis, quo cōueniet uti, quoties res prius in periculo adducta, præter expectationē feliciter exierit. Seruius enarrans illum Maronis uersiculū, cetero XL

ex tertio Aeneidos libro. Lustramusq; loui, uotisq; incendimus aras, adagiū refert, explicatq; his uerbis. Sciēdū sane moris fuisse, ut piaculo cōmisso ludi celebrarent. Nam cū iracūdia matris Deū Rhomani laborarent, & cā nec sacrificijs, nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis Circēlibus, saltauit, quæ sola fuit causa placatiōis. Vnde & natū puerbiū, Omnia se cūda, saltat senex. Idem Seruius explicans locū eiusdē poetæ, in Aeneidos octauo, Vt celsas uidere rateis atq; inter opacū Allabi nemos, & tacitis incūbere remis. Terrent uisū subito, cunctiq; relictis Cōsurgunt mensis, audax, quos rumpere Pallas, Sacra uetat. Cū aliquādo, inquit Rhomæ ludi Circenses Apollini celebrarent, & Hannibal nūciatus esset, circa portā Collinā ingruere, omnes raptis armis cōcurrunt. Reuersi postea cū piaculum formidarent, inuenerūt saltantē in circo senē quendā, qui cū interrogatus, dixisset se nō interrupisse saltationē, ductū est hoc puerbiū, salua res, saltate scene. Verrius apud Festum Pompeiū huiusmodi fabulā adfert. C. Sulpitio, & C. Fuluiο cōsulibus. M. Calphurnio Pisone pratore urbis, faciēte ludos, subito nūciato hostiū aduētū, e foro ad arma cōcursū est. Sed postq; uictores redissent in theatrū ne ludi intermissi religionē adferrēt, & instaurari oportere dicerēt, inuentū est ibi. C. Pōponiū libertinū, hominē grandem natu, ad tibicinem saltasse. Itaq; gaudio nō interruptæ religionis editam uocē, nūc quoq; celebrari. Sūt qui. C. uolumniū arbitrent appellatū fuisse, qui ad tibicinem saltarit. Meminit huius & T. Liuius alicubi, Huic finitimū est illud, quod alio diximus loco, γλαυξ ἰππάρ. i. Noctua uolauit. Aristophanes in Vespis, γλαυξ ἔ ἡμῶν περι μάχεως ἤμ σατῆρ διέπασ. i. Nostra enim ante præliū ulula peruolauit agmina. Significat uictoriam, nō uirtute militum, sed Mineruæ dexteritate cōtigisse.

Gladiū dedisti, qui se occideret.

XLII

Plautus. Gladiū dedisti, qui se occideret, id est, ministrasti materiā & adiumentū ad perniciem. Veluti si quis amanti adulescenti pecuniā det in manum. Aut iuueni temerario mandet magistratū, aut mulieri permittat, quo lubeat eundi licentiā.

Alienū arare fundum.

XLIII

Ἀλλοτριὰν ἀρουρὰν ἀροῦμ. i. Alienū aruū arare. Prouerbiali metaphora dictum est, pro eo, quod est, alienū agere negocium, aut cū alienis uxoribus habere rem. Theognis in sentētijs, εχθαίρω δὲ γυναικίαν περιδρόμου ἀνδρα δὲ μάργου, ὡς τῷ ἀλλοτρίῳ βούλετ' ἀρουρὰν ἀροῦμ. i. Est inuisa mihi mulier uaga, inersq; maritus, Alterius fundum quisquis arare cupit. Plautus item de marito adultero, Fundum alienū arat, suum incultum deserit.

Fluuius, quæ procul absunt, irrigat.

XLIII

ποταμὸς τὰ πόρρω ποτίζωμ, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει. i. Fluuius quæ longe dissita sunt, irrigat, quæ proxima sunt, præterit. De his dici cōueniet, qui bene merent de externis, & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Refert Diogenianus.

Magno flumini riuulum inducis.

XLIII

ποταμῶ μεγάλῳ ὄχετῆρ ἐπάγεις. i. Magno flumini canalē inducis, id est, maximis rebus pusillū & inutile momentū addis. Cōmemorat a Suida.

Ne patris quidem nomen dicere possit.

XLV

Synesius in epistola quapiā aduersus Andronicū, ἀνθρωπος οὐκ ἔχωμ εἰπεῖμ, ὄνομα πατρός, ἀλλ' οὐδὲ πατρός φασι. i. Homo, qui aui nomē dicere nō possit, immo ne patris quidē, ut aiunt. Quædrat in uehemēter obscuros & spurios, incertoq; patre natos. Quod genus est & illud Iuuenalis, Quorū nemo queat patriā monstrare parentis. Vnde Plutarchus existimat spurios dicere nothos, quod duabus his literis prænotari soleant. S. P. ἢsq; significari, sine patre.

Ne si bos quidem uocem edat.

XLVI

Alciphron in epistola Glyceræ ad Menandrum, ἀλλὰ τοῦτ μεμ οὐδ' ἐνὶ τρώτῳ μὰ τὰς θεὰς, οὐδ' εἰ βούης μοι, τὸ λεγόμενον, φδέγξαιτ πεδεῖνκ ἄμ. i. Hoc aut nullo pacto crediderim, ne si bos quidē fuerit elocuta. Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter cōmemorat bos humanā uocem reddidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platonē nō dissimili figura dictum, etiam si quercus eloqueret, Nam olim et quercubus Dodonæis reddebant oracula.

Aegæum nauigat.

XLVII

τὸν ἀγατὸμ πλεῖ. i. Aegæum nauigat. Aelianus in epistola quapiā, γεωργίαν ἢ γεωργεῖμ ἀπολιπὼμ ὁ γείτωμ λάχης ἐπέβη νεώς ἢ πλεῖ τῆμ ἀγατὸμ φασι, ἢ ἀλλὰ πελάγη μετρεῖ, ἢ ἐπικυματίζει ἢ λάρου βίση, ἢ ἀνέμοις μάχετῆ διαφοροῖς. i. Vicinus Laches relicta agricultura & agricolationis usu, nauē conscendit, atq; Aegæum, ut aiunt, nauigat, reliquaq; metitur maria, & in fluctibus agens, lart uitam uiuēt

uitam uiuit, cūq; uarijs uentis dimicat. Persius item in quinta Satyra, Ocyus ad nauem nihil obstat, quin trabe uasta Aegæum rapias. Quadrabit igitur in hominem ob lucri studium, nihil omnino periculi recusantem.

Liberi poetæ & pictores:

XLVIII

Lucianus in Dialogo quæ inscripsit, ὑπερ τῶν εἰκόνων, καὶ τοὶ παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνδιδύνους ἐν ναὶ ποικτὰς ἢ γραφείας, i. Atqui uetus hoc dictū est, liberos esse poetas, ac pictores. Idem in Demosthenis Encomio, τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον, ἐλεύθερον, i. Atqui poeticum genus liberū. Sen- tit autem liberum esse, poetis & pictoribus impune, quicquid uelint fingere. Ad quod alludit Horatius cū ait, Pictoribus atq; poetis Quidlibet audendi semp fuit æqua potestas. Est autē plurimū cognationis inter poeticen & picturā. Hinc est quod Simonides autore Plutarcho, τῷ μὲν ζωγραφίᾳ ποίησιν σιωπῶσαν προσηγέρουσα, τῷ δὲ ποίησιν ζωγραφίᾳ λαλούσα, i. picturā tacitā poesim appellauit. Poesim autē loquentē picturā. Proinde Horatius, Vt pictura poesim erit.

Per Transennam inspicere.

XLIX

Per Transennam aspicere. Prouerbiali nimirum figura dictum est, pro eo, quod est, nō prius neq; singillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum a negociatoribus, q mer- cibus cancellos obijciunt, quidam etiam uitrum pellucidum opponūt, ut praterentibus pro- cul modo contemplari liceat. Nec explicant eas, nisi licitatori idoneo. M. Tullius de Oratore libro primo. Si in aliquam domū plenam ornamentorum, uel in uillam uenisses, si ea seposita, ut dicis, essent, tuq; ualde spectandi cupidus esses, nō dubitares rogare dominū, ut proferri iū- beret, præsertim si esset familiaris, similiter nunc petas a Crasso, ut eam copiam ornamentorū suorum, quam constructam uno in loco quasi per Transennam praterentes strictim aspexi- mus proferat, & suo quicq; in loco collocet.

Ne de lite pronuncies.

L

M. Tullius libro Epistolarū ad Atticū septimo, Obsecro μήτε δίκημ, præsertim in te, a quo ni- hil unq; uidē temere fieri. Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod citatur cum ab alijs mul- tis. tum a Luciano libello de calumnia, μήτε δίκημ δικάσε, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, i. Ne iudex fueris, partes ni audiueris ambas. Nonnulli tribuunt Hesiodo, sed falso. Vnde Tullius εἰς δὴ νόσθ δασμ appellat, cū sit Phocylidis. Admonet autē nō temere pronunciantū de quopiā, nisi re ul- tro, citroq; diligenter cognita. Citatur & apud Aristophanem in Vespis, ἢ που σφόδρ ἢ ὅς τις ἐφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν ἀκούσῃς μῦθον, οὐκ ἂν δικάσῃς, i. Sapiens fuit is, quisquis dixit. Prius ac par- tem audieris utrāq; ne iudicem agas. Eandem sententiā sic extulit Euripides in Heraclidis, τίς ἂν δίκημ κρίνοιεν, ἢ γνώη λόγῳ πρὶν ἂν παρ ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ, i. De lite qui nam iudices, aut q queas Pernosse rem, prius atq; partem audiueris Vtrāq;? Fertur inter Græcanicas sententias & hic lenarius, ἀνεξέτασον μὴ κόλαζε μηδένα, i. Ne quempiā punito rem ni expenderis.

Duobus pariter euntibus.

LI

M. Tullius Epistolarū ad Atticū libro octauo. Vna fuisset, consilium certe nō defuisset, σύντε δὲ ἔρχομῶ. Idem Epistolarū familiarū libro nono ad M. Varronē, Volebam prope ali- cubi esses. Siquid bonæ salutis, σύντε δὲ ἔρχομῶ. Locus est apud Homerū Iliados. κ. Vbi Dio- medes iturus exploratū, quid agant Troiani, comitem postulat. Id enim fore, tum iucundius, tum tutius. Carmen sic habet, ἀλλ' εἴ τις μοι ἀνὴρ ἄμ' ἔποιε κὴ ἄλλος, μάλλον θαλπωρῆ, κὴ θαρσαλιότη- ρον ἔσαι, σύντε δὲ ἔρχομῶ, καί τε πρὸ ὄπῳ ἐνόησεν, ὅσπῳ κέρδος ἔμ, μῶνος δ' εἴπερ τε νόησῃ, ἀλλά τε οὐ βράσσῳ δὲ νόος, λεπήν δ' ἐτε μήτις, i. At mihi siqui alius ueniat comes, ille futurus Solamen, fu- eritq; simul fiducia maior. Si duo cōiuncti ueniant. Dein hic prior illo, Siquid opus facto ui- det. Atqui solus & unus, Quāuis perspiciat, tamen est mens legnior illi, & Cōsiliū tenue, Apu- leius in libello de Dæmonio Socratis, autumat allegoriā nō infrugiferā huic Homericō sub- esse figmento, uidelicet periculosis in rebus, adhibenda duo, consiliū & opem, Vlysses quoni- am prudētissimus fingit, cōsiliū symbolū habet, Diomedes, utpote iuuenis uiribus antecellēs, auxiliū sustinet imaginē. Apulei ex eo loco uerba sunt hæc. Itidem cum rebus creperis, & affi- ctis spectatores deligendi sunt, qui nocte intempesta, castra hostiū penetrent, nōne Vlysses cum Diomede deligunt, ueluti consiliū & auxiliū, mens & manus, animus & gladius.

Manu serendum non Thylaco.

LII

τῇ χειρὶ δ' εἰσπέριμ, ἀλλὰ μὴ ὄλω τῷ θυλάκῳ, i. Manu sementem facere oportet, non autem tota corbe. Dictū Corrinæ ad Pindarū poetam, ut autor est Plutarchus in cōmentario, quæ inscri- psit, πάτερρον ἀθηναῖοι ἢ πύλεμομ, ἢ σοφίᾳ ἐνδοξώτεροι. Modus in omni re seruandus, & pede- tentim

tentim ab alijs ad alia transeundū. Ab agricolis ductum est, qui cum ferunt, non semel effundunt ipso uase, sed manu, rara spargunt semina, ut uniuerso aruo occupādo sufficiant. Ad eundem modum ita dispensanda est benignitas, ut multis suppeditare possis, Ita moderādu est labor in literis, ut ad alia quoq; uitæ munia suppetat animi uigor.

A fronte atq; a tergo.

LIII

πρόσω κῆ ὀπίσω. i. A fronte, atq; a tergo. Prouerbij uice receptū, pro eo, quod est diligenter inspicere, & praterita cū præsentijs, ac futuris cōferre. Vsurpat Plato in Cratylo. Sumptū est autē ex Iliados libro primo, ubi Achilles Agamemnonis incogitantia accusans sicut, οὐδέ τι δίδε νοῆσαι ἅμα πρόσω κῆ ὀπίσω. i. Nec nouit simul a tergo, atq; a fronte uidere. Rursum in eiusdem operis libro tertio, ἅμα πρόσω κῆ ὀπίσω λένεσθαι. i. A tergo simul, atq; a fronte uidebit. Iterum Iliados. ε. ὁ γὰρ διοὺς ὕρα πρόσω κῆ ὀπίσω. M. Tullius prouerbij uice usurpauit libro familiarium epistolarū decimotertio. Quē uersum senex precibus laudat egregie, & ait posse eundē, ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω uidere. Huic affine uidet illud Hesiodiū, πάντα μάλα ἀμφὶς ἰδῶν μὴ γέλοισι χάριμα τα γήμη. Cuncta bene undiq; dispiciens, ne gaudia ducas Vicinis.

Gallos, quid execas?

LIIII

γάλλους τί τέμνεσθαι. i. Gallos, quid execas? Quid actum agis? Nam Galli Cybelis sacerdotes sua sponte sunt execatis testibus. Quid spolijs nudū? Cur affligis afflictū? Cur senile corpus ieiunij attenuas? Quāq; ad quāuis inanem operā significandam conueniet. Quemadmodum illa, laterem lauas, Actum agis.

Quanto asinis præstantiores muli.

LV

Theognidis illud ipsissimā prouerbij faciem habet, γνώμη δ' ἄσπονδον κρείσσονες ἡμίονοι. i. Notis uti quanto muli asinos superent. Dicendū ubi quis longo intervallo præcedit. Sumptū uidetur ex Homero, cuius hi uersus sunt Iliados. κ. ἀλλ' ὅτε δὴ ῥά ἀπέημι ὄσπον τ' ἐπίουρα πέλοντῃ ἡμῖσιν ὄσπον, αἰ γὰρ τε βοῶν προφερέερα εἶσιμ, ἐλκέμεναι νοσῖο βαθέεικῃ πικρῶν ἄροτρον, Rursum Odyssæ. θ. τῶν δὲ δέειμ ὄχ' ἄριστος ἐν κλυτοὶν ὄσπ' ἀμείνων, ὄσποντ' ἐν νεῶν ὄσπον πέλει ἡμίονοισι, τῶσπον ὑπὲρ κροθῶν λαοῦς ἰκεθ' ἐλίποντ, Hesiodus item mulos ταλαέργους uocat.

Difficilis uir.

LVI

Δανὸς ἀνὴρ ταχάκεν κῆ ἀναίτιον αἰτιώωτ. i. Forfan & innocuū culpet uir saeuus & acer. Hūc Homeri uersiculum olim in demosthenem uulgo iactatum fuisse, multorum auctorum testimonij constat, propterea quod accepta pecunia nōnunq; & malos defenderet, & oppugnaret bonos. Eundem ad Varronem torfit M. Tullius libro epistolarum ad Atticum decimotertio. Dicitur autem apud Homerum Iliados. κ. sub persona Patrocli, εὔδ' ἐν οἴδῃα γεραὶ βιοξέφερος, ὄσπος ἐκείνῳ. Δανὸς ἀνὴρ. ταχάκεν κῆ ἀναίτιον αἰτιώωτ. i. ipse probe nosti senior, quod ut est ferus ille, Culparit facile innocuum, culpaq; uacantem. Rursum Iliados, κ. ἐκτορ ἐπεὶ θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάσθαι. i. Hector, quando libet culpa culpāre uacantem.

Vnum auguriū optimū tueri patriam.

LVII

Abijt in prouerbij etiam hic uersus Homericus, εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρησ. i. Vna auis optima, pro patria pugnare tuēda. Vsurpatur a M. Tullio in epistolis ad Atticum. Item a Plinio minore in epistolis familiaribus. Citatur ab Aristotele in Rhetoricis inter sententias. Sumptus est autem ex Iliados. μ. ubi Hector auguria reliqua negligens, loquitur ad hūc modum, τὴν κ' οἰωνοῖσι τανυπφερύγεναι κελεύεις, πέιδεσθαι, τῶν οὔτι μεταξέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω, ἐπ' ἐπὶ δέξισι πρὸς ἡῶ τ' ἠελιόντε ἠτ' ἐπ' ἄρισερὰ, τοίγε ποτὶ ζόφομ, ἠεροίντα, ἡμῖσ δὲ μέγαλοιο διοὺς παθώμεθα βουλήσ, ὄσπος πᾶσι θνητοῖσι κῆ ἀθανάτοισι μ' ἀνάσσει, εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρησ. i. Aligeris auibus tu me parere iubes nunc Quarū nulla mihi cura aut respectus, utrumue Ad dextram Eoi ueniant mihi solis ad ortum An leuam, ad solem occiduū, noctisq; tenebras. Verum nos Ionij arbitrio parere necessum est Altitonantis, hic imperium tenet unus in omneis, Quot quot mortales, quot quot sunt morte carentes Vna auis optima pro patria pugnare tuēda. Hanc Homeri sententiā expressisse uidetur. Q. Fabius maximus apud M. Tullij libro de senectute. Is enim cum esset augur, dicere ausus est optimis auspicijs ea geri, quæ pro Reipu. salute fierent, Quæ contra Remp. ferrentur, contra auspicia ferri.

Nequid suo suat capiti:

LVIII

Terentius in Phormione puerbiali figura dixit, nequid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi cōciliet. Expressum est ad illud Homericū Iliados. ε. οὐκ ὄφελον ἔξωσαι κοίτῃσ' ἀμύνεσθαι κακὰ ῥάφαι. Hæc utinā ne Troianis infensa fuisset Damna. Idem Odyssæ. τ. εἰνάειεσ γὰρ σφῆρ καὶ ῥάφαι. P καὶ ῥάφαι.

καὶ ῥά π' ὄμεν ἀμφιέπορτες παντοίοισι δόλοισι. i. Annū illis nonū mala iam suimus, tentantes Fraudibus omnigenis. Rursum Odysseæ. π. τὴν δ' ἐσὺ γε τηλεμάχῳ θάνατόμ τε μόρον τε ῥά π' ἔσθης. i. Cur tu Tclemacho mortem suis, exitiumq̃.

Terra mihi prius dehiscat:

LIX

M. Tullius libro epistolarū ad Atticū nono. Aberit nō longe quin hoc a me decerni uelit, Necq̃ sit cōtentus Galba Scauola Cassio Antonio, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. i. Tellus ipsa mihi tūc ampla dehiscat Lucian⁹ in Lapithis, καὶ τοῦτ' δ' ἴ' ῥ' λόγῳ, χανῆμ μοι τ' ἴ' γῆμ ἢ χόμμη. i. Iāq̃ iuxta id qd uulgo dici solet, optabā ut mihi terra dehisceret. Aristides in Themistocle, οὐδ' ἠπόρτα οὐδ' ἐξεπλάγη, οὐδ' ἠύξατο αὐτῷ χανῆμ τ' ἴ' γῆμ, οὐδ' ἠυδαίμονισε τοὺς πάλαι κερμύλους, i. Necq̃ perplexus erat, necq̃ cōsternabat̃ animo, necq̃ optabat, ut sibi terra dehisceret, necq̃ beatos dicebat illos, qui iam olim fuissent defuncti uita. Et Vergilius in quarto. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras Pallenteis umbras erebi, noctemq̃ profundam Ante pudor q̃ te uiolem aut tua iura resoluam.

Vestis uirum facit.

LX

Εἵματα ἀνὴρ. i. Vestes uir. Id hodie quoq̃ uulgo tritissimū est. Aiunt enim ad hunc modum, Vestitus uirum reddit, qui habet, induat. Idem affirmat Quintilianus libro institutionū octa uo. Et cultus, inquiens, cōcessus atq̃ magnificus, addit hominibus (ut Græco uersu testatū est) autoritatē. Hunc autē uersum quē citat Fabius, opinor esse illum apud Homerū Odysseæ. ζ. Ἐκ γάρ τοι τοῦτῳ φάτις ἀνθρώπου ἀναβαίνει ἐδδλῆ. i. Quippe homini ex istis surgit bona fama deusq̃. Paulog̃ inferius in eodem libro, quantū momenti cultus uestium adferat, ad conciliandam homini formam, dignitatemq̃, satis indicat cū Nausicaam puellam ita de Vlysse loquentem facit, πρόδδτε μὲν γ' ἴ' δῆμοι ἀσκέλιος δόατ' εἶναι. κῦμ δ' ἐδεοῖσῃ ἔοικε, τοῖ οὐρανὸν εὐρύμ ἔχουσιμ. i. Ante uidebatur specie foedissimus esse, Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus. Nā exutis pannis, uestes nitidas induerat Vlysses, ac p̃tinus alius esse uisus est, ἐλετ' ἔπει τ' ἀπάνδθε κωμ' ἐπι δῖνα θαλάσσης κάλλι' Ἐ χάρισι εἴλωμ. i. Deinde procul, ueniēs ad littora pontica sedit. Fulgescens forma, atq̃ leporibus.

Teneri calidis balneis.

LXI

Ἀπαλοὶ θερμολουσίαι. i. Teneri calidis lauacris, in molles & luxu diffuentes dicebat̃. Nā antiquitus calida balnea deliciarū nomine taxata fuisse, uel Homerus testis Odysseæ. θ. Inter uoluptariæ uitæ delitias ea cōmemorans, ἀπὶ δ' ἡμῶν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροῖτε, εἵματα τ' ἔξημοιοῦσά λουστρά τε θερμά κ' ἔννα. i. At semper cordi nobis, epulæq̃, choriq̃, Cātusq̃, & uariæ uestes, & balnea, calda, Concubitusq̃. Refertur adagium ab Eudemo his quidem uerbis, Ἀπαλοὶ θερμολουσίαι ἄβροι μαλακονίαι. i. Teneri calidis lauacris, delicati mollicie. Huc allusit Persius cum ait, Elixasq̃ nates labefactat forcipe adunca.

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui.

LXII

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. i. Dextrū pedem in calceum, sinistrum in peluim. Subaudi uerbum ad sententiā accommodatū, mittit, aut, ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitq̃ dici solere in eos, qui se norunt cōmode ad rei præsētis cōditionē applicare, proq̃ loco, tempore, negocijs, aliam atq̃ aliam sustinere personam. Est autem carmen Hexametrum Heroicum, Dextrum in Calceolo, læuum uero in podoniptro. Podoniptrum uas, in quo pedes lauañ, unde & uocabulum inditū a Græcis.

Dea impudentia.

LXIII

Θεὸς ἡ ἀναίδεια. i. Dea impudentia, Dicit̃ solitum, ubi quis ex audacia, inuerecundiaq̃ sua lucrū atq̃ emolumentū ferret. Nam inutilis (ut ait Homerus) uerecundia uiro egenti, compluresq̃ mortales uideas, quibus magno bono fuerit nihil omnino puduisse. Siquidem nullus unq̃ re ausus est adeo stultam, aut absurdam, quæ nō inuenerit & fautorē, & admiratorem, Multoq̃ maxima pars mortalium, quæ stultissima sunt, ea miratur maxime. Refertur a Zenodoto, & a Diogeniano. Theophrastus in libro de legibus, prodidit apud Athenienses aras fuisse contumeliæ & impudentiæ dicatas. Idem attestatur Istrus libro decimoquarto. Item. M. Tullius libro de legibus secundo. Nam illud uitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato Epimenide Crete suadente fecerunt contumeliæ phanum & impudentiæ, uirtutes enim, non uitia consecrare decet.

De possessione deijcere.

LXIII

De possessione deijcere, ex sermone iuriconsultorū in uulgi sermonem abijt, pro eo, quod est famam

est famam cuius eripere, quā iam omnium cōsensu obtinuerit, aut adimere quippiā, quod suo quasi iure tenere uideat. Nam ius semper fauet possidēti, interdicitūq; ferebat, ne quis uique-
piam deiceret. Est aliquoties apud M. Tullium. Et apud eundē illud quoq; quasi in suam pos-
sessionē uenerit, cum quis imperiosius agit, aut plus æquo immoratur.

Dædali alæ.

LXV

Δαδάλου πτερὰ. i. Dædali alæ. Dicitur solitum, ubi quis alioqui nō satis idoneus ad negociū con-
ficiendū, artis alicuius, aut auxiliij accessionē adiūgeret. Aut cum quis urgente necessitate, ad
noua cōfugit cōsilia. Nota fabula, quæ prouerbij ministravit occasionem.

Deinde expergiscebar,

LXVI

ἔϊτα ἐξηχρόμην. i. Deinde expergiscebar, hoc dicto significabant uana fuisse quæ dicerentur;
Aristophanes, κατ' ἐγὼ ἐξηχρόμην. i. Deinde ego expergiscebar. Bacch⁹ in Ranis iacet apud
Herculem se naualem pugnam exercuisse, & duodecim aut tredecim hostiū nauis demersis-
se. Id cū Herculi neutiq; uerisimile uideret, Bacchum imbellem & delitijs effœminatū Deū,
gnauiter in bello gessisse sese, per iocū subiicit κατ' ἐγὼ ἐξηχρόμην. Quasiq; interpres admonet
hunc sermonē a nōnullis, nō ad Herculem, sed ad Xanthiam referri, a nōnullis ad ipsum Bac-
chū ut significarit se dedita opera mentitū fuisse, quæ narrat. Carmē Aristophanis adscribā
Hercu. κἀναυμαχίσις; Diony. καὶ κατ' ὕστατέμ γε ναῦς τῶν πολεμίωμ, ἢ δώδεκα ἢ τρεῖς καὶ δεκά. Her-
σφω; Dio. νῆ πρ' ἀπόλλω, Herc. κατ' ἐγὼ ἐξηχρόμην. i. Et prælium nauale gessisti obsecro. Quin
duodecim hostium rateis, aut tredecim Submersimus, Vos quæso. Nos uidelicet. Ac postea
sane reliquit me sopor. Hic iocus prouerbialis etiam hodiernis temporibus familiaris est uul-
go, quoties quæ memorant uana, somnijsq; simillima uidentur.

De lapide emptus.

LXVII

De lapide emptus. In uilissimū & uehementer obscurum hominē dicebatur. Nam inter ser-
uorum genera, (Siquidem iuxta prouerbiū, καὶ δούλος πρὸ δούλου,) extremæ notæ habebantur
emptitij, potissimū qui palam in foro diuenditi fuissent. M. Tullius aduersus Pisonē. De me
cum omnes magistratus promulgassent, præter unum prætorem, a quo non fuit postulandū,
fratrem inimici mei, præterq; duos de lapide emptos. Simillimū est illi Græco, quod alio red-
didimus loco, ἀλώνητῃ ἀνδραποδῶ. i. Sale emptū mancipium. Consimilem admodū Columel-
la, uilem minimiq; precij seruū significans, quē uulgus quidem, inquit, parui æris uel de lapide
noxium, comparari posse putat. Sed ego plurimorū opinionī dissentiens, preciosum uinito-
rē in primis esse censeo. Quo quidem loco, aut noxium, noxæ deditū, & ob id uenire iustum
aut nexum legendum arbitror. Nam nexi dicebant, qui quod soluendo nō essent, addicebā-
tur creditoribus. Julius Pollux, libro de rerum uocabulis tertio, lapidem unde quondam ueni-
debantur mancipia, τῆν πρᾶτῆρα λίθον, καὶ πωλητήριον appellat.

Date mihi peluim.

LXVIII

Δότε μοι λεκάνην. i. Porrigite mihi peluim. Vbi quid uehementer molestum esset, ita ut ferri
iam diutius nō posset, peluim sibi porrigi iubebant, quasi præ bile, nausæq; & fastidio rerum
uomituri, ueluti si quis orationē supra modū indoctam nō ferens, aut sophisticis nenijs offen-
sus dicat, δότε μοι λεκάνην. i. porrigite mihi peluim. Refertur a Suida.

Dares Entellum prouocas:

LXIX

Dares Entellum prouocas, & prouerbij speciem habet, & apud eruditos uidet in ius puer-
bij cessisse. Sic enim Hieronymus ad Augustinū, Memento, inquit, Daretis & Entelli. Cōue-
niet uti, siquādo quispiam iuuenili temeritate laceffet aliquē, nō perinde promptū ad suscipiē-
dum certamen, uerum intolerandū, si semel inierit. Qui senum ferme mos, ut libenter suffugi-
ant negocia, suscepta pertinaciter gerant. Sumptū est ex quinto Aencidos libro. Vbi Dares
quispiam uiribus fretus, & ferox iuuenta, ultro proiliens in mediū, quemuis ad certamē p-
uocat, Assurgente nemine, deterritisq; reliquis, iam perinde quasi uictor, præmium flagitat ab
Aenea. At Entellus senex, & iam pridem ab huiusmodi genere certaminū, feriat, instigante
partim Aceste, partim ueterum uictoriarum memoria, tādē surgit cestibus dimicaturus. Is
diu suo consistens loco, iuuenem insolentius circumsilientē tulit. Donec frustrato ictu lapsus,
pudore sic recanduit, ut Daretem iam longe imparem plane confecturus fuerit, nisi eū Aene-
as intercedens eripuisset. Carmen ipsum Maronis adscriberem, est enim longe lepidissimū,
ni & longiusculum esset & in promptu situm.

Ad cynofarges.

LXX

P 2 Ες κνωόσαρς

Ἐς κυνόσαργες. i. Ad Cynofarges, prouerbiali conuitio dicebat, quēadmodū, εἰς μακαρίαν ἢ εἰς κόρακας. Erat autem Cynofarges locus in Attica quispiā, in quo nothi, spurijq; exercebant, cui nomen inditū, ἀπὸ κυνός ἢ ἀργού. i. A cane albo, seu ueloc. Nam Græcis ea uox ἀργός, utrūq; significat. Qui colligit historias ex oratiōibus stelioticis Gregorij Nazianzeni, tradit Cynofarges dictum, ἀπὸ τῶ κυνός ἢ σαρκός cōmutato κ in γ. Nominis causam hanc adscribunt. Cū olim Diosmus quidam Atheniensis, autore Stephano (nam Suidas Didymū ponit) sacrificaret Herculi, canis quidam albus, aut (ut alij dicūt) uelox aquila, uictimæ partem abreptā in locū quendā deposuit. Quo prodigio territus, cum deū cōsulisset, respōsum est, ut eo in loco Herculi Sacellum extrueret, in quē uictima deportata fuisset. Nā eū Herculi placere. Porro, quoniā Hercules nothus fuit, utpote ex adultera natus, & tamē uirtute sua dijs æquū honorē assecutus, id circo uisum est, ut inibi qui spurij fuissent, & neq; patris, neq; matris nomine ciues, exerceerēt. Nec abhorret ab his, quod scribit Plutarchus in libello quem inscripsit ἐρωτικὸν εἶδὲ οἴμ ἢ τοῦτο τὸ πάθος δ' εἶ καλῆμ ἔρωτα θήλυμ Ἐ νόθομ ὥσπερ εἰς κυνόσαργες συντελοῦντα τὴ γυναικωνίτιμ, μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον ἢ ὄρνιθον, ὃν ὄμικρος μέλανα ἢ θρευτὴμ προσέπειμ. i. Quod si igitur hūc quoq; morbū oportet uocare amorē, foemineū, ac nothum, uelut in Cynofarges conijcientē nos in muliebri conclaue, Magis autem, sicut aquilam quandam dicunt gnesion. i. ingenuam & germanā, ac montanā, quam Homerus nigram & uenatricē appellat. Vnde uel cōtumeliæ causā dicebat, εἰς κυνόσαργες, uelut in spuriū, uel imprecando, quasi dicas, in malam crucē. Postea consentaneū est hoc quoq; loco garrire cōepisse Philosophos & Sophistas. Nam Suidas testatur tria fuisse gymnasia, Lycæum, Cynofarges, & Academiam.

Cythnicæ calamitates.

LXXI

κυθνώδεις συμφοραί. i. Cythnicæ calamitates. Zenodotus Aristotelem autorē citat, Cythnios usq; adeo diuexatos, afflictosq; fuisse ab Amphitryone, ut in puerbium abierint, κυθνώδεις συμφοραί, pro maximis cladibus, & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex insulis Cycladibus una, contra Dryopidem sita, teste Stephano.

Cythonymi probum.

LXXII

κυθονύμου ἀιχμός. i. Cythonymi dedecus. In hominē dicebat uehemēter infamē, foediq; nois, cuiusq; nomē iure supprimi debeat, uel ob malefacta, uel ob calamitates, autor Zenodotus.

Cyziceni stateres.

LXXIII

κυζικηνοὶ σατῆρες. i. Cyziceni stateres. De re scite scalpta. Nam hi nūmi olim celebres erant, qd̄ eleganter scalpti uiderent. Representabant altera parte Cybelem Deorū matrē, facie muliebri, altera leonis imaginē. Mihi magis uideretur fore locus prouerbio, cum hominē significabimus inæqualem, ac sui dissimilem, aut qui longo aliud agat, q̄ præ se ferat. Quemadmodū nūmi Cyzenici ex uno latere Cybelem ostendebat effœminatam, ex altero leonem. Prouerbij meminit & Suidas.

Cyrnia terra.

LXXIII

κυρνία γῆ. i. Cyrnia tellus, dicebat regio latrocinijs infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrenum. Est autē Cymus insula quadam, mellificio nobilis. Prouerbium non inepte dctorquebitur in hominē alieni rapacem, ac uiolentum.

Cinyræ opes.

LXXV

κινύρου πλούτος. i. Cinyræ opes, de immensis diuitijs dicebatur. Simillimū illi Midæ opes, Nā huius regionem opulentissimā fuisse, Naso satis indicat Metamorphoseon undecimo libro. Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis, Quæ tantum genuere nefas, Sit diues Amomo Cynnamaq; costumq; suā, sudataq; ligno Thura ferat, floresq; alios Panchaica tellus, Dū ferat & myrrham.

Minus de istis laboro, q̄ de ranis palustribus.

LXXVI

μέλα μοι τῶμ τοιούτων οὐδὲμ, ἢ τῶμ ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων. i. Nihilō maior mihi rerū istarū cura, q̄ ranarum in limo uersantium. Prouerbialis hyberbole, qua significamus, nihil omnino ad nos pertinere negocium. Recte dicetur & in obtrectatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidem ranæ tametsi assidue obganniant, oblatrētq; prætereuntibus, & odiosam illam cantionem iterent sine fine, βρεκεκεκεξ κοάξ κοάξ, tamē nemo cōmouetur. Ad hoc facit quod Origenes Aegyptias ranas dialecticorū & sophistarū garrulitatem interpretat in decretis pōtificijs.

Cucurbita fanior.

LXXVII

κολοκύνθης υγιέστερος. i. Cucurbita salubrior. Suidas pro adagio refert. Vnde sit natū, nō indicat, proinde

cat, proinde diuinādū id inde ductū, uel quod cucurbita nō facile lædit̄ aeris uitio, ppter cru-
stum, quo tegitur, uel quod ea uarijs remedijs efficax esse perhibetur, quemadmodum indi-
cat Dioscorides libro secundo. Cognatum illi, quod alias recēsuimus, κρωτωνος ὑγιεινος, id est,
Crotone salubrior.

Cum deo quisq; & gaudet & flet.

LXXVIII

Ξύμ τῷ θεῷ πάρε κῆ γελᾷ ἢ ὠδύρεται. i. Deo uolente, quisq; ridet atq; flet. Admonet adagiū rerum
humanarū celerem esse cōmutationē, neq; in nobis situm, ut res perpetuo secūdā sint, uerū ut
cūq; fortunæ lubitū fuerit, ita uel secūdis reb' attollimur, uel aduersis affligimur. Extat hic uer-
siculum apud Sophoclem in Aiace flagellifero. Idē sibi uult illud Eurpideū ex Iphigenia Auli-
deni, οὐκ ἐπιπᾶσι δ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς, ἀγάμεμνον ἀτρεῦς, Δεῖ δ' εἶσε χαίρειν ἢ λυπείας, θνητὸς γὰρ
ἔφυε, καὶ μὴ τὸ δέλεο, τὰ θεῶν οὐτῶ βουλόμεν' εἶσα. i. Nō te seuit ad omīa læta Agamēnon Atreus
Gaudere atq; dolere, necesse est. Mortalis em̄ es, Sin tu nolis Tamē eueniet, sic Dijs placitū.

Cum Coryco luctari.

LXXIX

πρὸς κόρυκον γυμνάσει. i. Aduersus Corycū luctari dicebatur, qui sumeret inanē operā. Opinor
Corycum palastriten fuisse quempiā inuictum.

Curetum os,

LXXX

κουρήτωρ σόμα. i. Curetū os, dici solitū, si quando quis numine afflatus loqui uideret̄, ppter ea
quod Curetes Cybelis comites. furore quodam sacro perciti, diuinare uiderent̄. Refert a Ze-
nodoto.

Melius nobis est, q̄ heri.

LXXXI

Prouerbialem habere figurā uidetur illud Aristophanis in Pluto, ὃ βλεψιδεμ' ἢ χθερ
πρᾶτ' ἔμεν. i. O Blepsideme melius atq; heri mihi est. Cū significamus fortunā in melius com-
mutatā. Item illud Theocriticum, quod alio citauimus loco, τὰ χ' αὐριον' ἔσεται' ἄμενον. i. Melius
cras forsan habebit. Nā heri & cras pro præterito, futuroq; tēpore posita sunt.

Cretenses sacrum.

LXXXII

οἱ κρητες τῷ θυσίῳ. i. Cretenses sacrum. Subaudi, faciunt, aut simile quippiā. Adagiū Zenodo-
tus ad huiusmodi refert fabulam. Tempestate iactatus Agamemnon delatus est in Cretā, in-
gressusq; Polyrrhenen. (Nam id est Crætæ insulæ oppidū, ab ouitū copia sic appellatū autore
Stephano) rem diuinā fecit. Interea uero captiui cōscēlis nauibus aufugerūt. Quæ res cū illi
renūciaret̄, fertur dimidiatū & imperfectū sacrificiū & iam incensam uictimā reliquisse, curri-
culocq; ad maris littus properasse, perturbatū maiorē in modum, animocq; cōternatū. Ibi uix
unam reperisse nauem reliquā, qua deuectus est, multū imprecatus malorum eius insulæ cul-
toribus. Vnde si qua res per tumultū, ac turbulente fieret, κρητικὴν θυσίῳ. i. Cretense sacrum uo-
cabant. Mihi uidetur quadraturū, ubi quis nō fruitur his, quæ parauit. Quemadmodū usu ue-
nit Agamemnoni, cuius uictimas deuorauere Cretenses.

Simul & miserum est, & interijt gratia.

LXXXIII

Ἄ ἢ λήκη ἢ τέθνηκεν ἢ χάρις. i. Simul & miserū est, interijtq; gratia. Senarius, puerbialis apud
Zenodotū, dici solitus in ingratū, qui simulatq; leuatus est malis, desinit meminisse beneficio-
rum eius, cuius opera restitutus est, iuxta illud, Si dolet, meminit, si placet, obliuiscit̄. Cū cōtra
admoneat puerbiū, χάριμ λαβῶν μέμνησο, δ' οὐς ἐπιλάδου. i. Memineris accepti, dati obliuiscere.
Idem docet in moralibus Seneca, beneficij accepti meminisse oportere, dati obliuisci. At nūc
ita est ingeniū uulgi, ut fragilis sit beneficiorū memoria iniuriarū tenax. Et iuxta Plautū, Siqui
iures pluma leuior gratia, siquid offendas, plumbeas iras gerunt. Celebrant̄ in eandem sentē-
tiā hi quoq; uersus. Αἰὶ δ' ὁ σωθεὶς ἔστιν ἀχάριστος φύσει. i. Seruatus usq; ingratus est, & immemor. Et
μετὰ τῷ δόσμ' τάχιστα γηράσκει χάρις. i. Post munus ilico cōsenescit gratia.

Frustra currit.

LXXXIIII

Εἰς κενόν τρέχει. i. Frustra currit, Pro eo, quod est, frustra laborat. Sicutus est diuus Paulus cō-
pluribus locis. Sumptū ab his, qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius, ἄβουλος ἀνὴρ
εἰς κενόν μοχθεῖ τρέχων. i. Temerarius labore currit irrito. Celebrat̄ & illud cuiuspiā, ἀπόφθιγμα
τρέχουσιμ' ἔξω φθι' ἄδου. i. Currunt extra uiam. Vbi quis sedulo quidem molit̄, sed nulla certa ra-
tione, quæ præmonstret, quid quatinusq; sequendū sit.

Morsus aspidis.

LXXXV

Ἀγγμα ἀσπίδος. i. Morsus aspidis. De malo immedicabili, aut de lingua uehementer uirulen-
ta. Refert adagiū ab apostolio Bizantio, nō admo dū memorabili autore, nisi nos meliorū ino-
pia cōpelleret. Quāq; hunc nec Politianus grauatus est quodā in loco citare testem. Circum-

P 3 fertur Græ.

fertur Græcus uersiculus, adagio cōcinens, ἰός πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή. i. Telum aspidis profecto mulier improba. Aelianus primo de naturis animantiū libro tradit aduersus uiperarum, omniūq; serpentiū morsus remediū inueniri, aspide una excepta. Præcipue, si de rana gustarit, ut ait libro proximo. Solius huius ictum omni cura potentiorē esse. Nec ab ullo uinci, præterc̄ a muliere, quæ uel aspectu, cōtactūq; solo necet, quorū alterū cū regulo, alterū cū aconito cōmune. Nicander item in Theriacis, ἀσπίδα φοινίεσσα μὲν δρότατον δ' ἀκος ἄλλωμ. i. Aspida crudelem, cuius sup omnia morsus, Immedicabilis est. Plinius pdidit aspidē nūc̄ uagari sine cōpare, quod si cōtigerit alterā interimi, ptinus altera psequitur pculsorē, in medijs quoq; fori turbis agnitū. Addunt quidā ab hoc ictum serpente, intra quatuor horas emori. Nihil autem uetat, quo minus trahat adagiū, ad hostem clanculariū, & tanto pestilentiorē, quod clanculū citraq; dolorē infundat uenenū hæc serpēs, neq; post morsum appareat uulnus in corpore, tātū somnus lætalis obrepit, quemadmodū describit Nicander, atq; hinc existimat quidā morsum illius ἀμυδρότατον ab eodem poeta uocari.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit.

LXXXVI

Ἄρου ὅς πεσοῦσθαι πᾶσι ἀνὴρ ξυλεύεται. i. Ruente quiuis ligna colligit arbore. Siquē fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, & quisq; quod potest diripit. lam enim sibi putant impune fore. Exemplum huius adagionis est apud Iuuenalem de Sciano.

Nihil est ab omni parte beatum.

LXXXVII

Quod scripsit in Odis Horatius. Nihil est ab omni parte beatū, prouerbialem habet sententiā, quam Græci sic efferunt, οὐκ ἔστι μὲν τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i. Felix per omnia nullus est mortaliū. Est aliquoties & apud Theognidē. Menander apud Plutarchū, περὶ φιλίᾳ εὐθυμίας ἄξιον ἀγαθὴν γενέσθαι λυπὴν καὶ βίον. i. Num quæpiā intercedit his cognatio, uitæ, ac dolori?

Feliciū multi cognati.

LXXXVIII

τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. i. Cognatus unus quilibet feliciū. Id hodieq; uulgo dicunt, locupletū plurimos esse cognatos. Huc allusit Terentius in Phormione. At si talentū reliquisset decē, primus esses, memoriter progeniē uestrā usq; ab auo atq; a uo pferens.

Amantium iræ.

LXXXIX

τῶν φιλοῦντων ὄργαι. i. Amantiū iræ. Vbi qui nō ex animo indignatur inuicem, aut de iracundia neutiq; duratura. Terentius in Andria, Amantium iræ, amoris redintegratio est. Et iuxta Græcā sententiā, ὄργη φιλοῦντων μικρόν ἰσχύει χρόνον. i. Pusillo amantum durat ira tempore. Atq; huiusmodi dissidiola, quæ nōnunq; incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renouant amicitia, excusso diuturnæ consuetudinis tædio. Quod eleganter indicat & Mimus ille ni fallor, Publianus. Discordia, fit carior concordia.

Primum recte ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ.

XC

Plato libro de legib⁹ tertio, λέγει τὴν γῆν, ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. i. Aiuēt em̄ optimū, ac potissimū esse bonā ualetudinē, pximū, formā. Tertiū diuitias. Meminit hui⁹ adagi alijs quoq; locis. Stobæus citat hæc ex Sclerio quodā, ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῶ, δεύτερον δὲ φῦσιν καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλοῦτῆν ἀδύλωσ, ἔτα τέταρτον ἡσῶν μετὰ τῶν φίλων. i. Bona ualitudine esse optimū est hoī mortali, Proximū specie honesta præditū esse. Tertiū opes habere citra fraudē. Quartū xate uigere cū amicis. Quidā quartū efferūt ad hūc modū, γῆρα μὲν ἡγῆ, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχύς, τέταρτον δὲ πλοῦτος, ὃν τυφλὸς, ἀλλ' ὄξυ βλέπωμ. i. Primū locum obtinet bona ualitudo, secundū robur, tertiū forma, quartū opes, haud cæca, sed acutū cernēt. Hic ordo uotorū olim popularibus etiā cantilenis celebrabatur, teste Platone. Fecit inter Græcas sententiās huiusmodi senarius, οὐκ ἔσθ' ὑγεία καὶ κρείττον οὐδὲ μὲν βίω. i. Quā bene ualere, melius in uita nihil. Item alter huic similis, ὑγίαια καὶ νοῦς ἐσθλὰ καὶ βίω δ' ὕω. i. Recte ualere & sapere duo uitæ bona. Quo spectat etiā illud Iuuenalis, Ut sit mens sana in corpore sano.

Fœnum esse, Ambrosia alendus.

XCI

Fœnum esse, & Ambrosia alendus. Vtrūq; puerbiali figura dixit. M. Tullius, alterū in indoctos, ac brutos homines, alterū in egregios, ut intelligas illos pecudibus, hos Dijs æquandos. Nam fœno uicitant boues. Ambrosia tibus est apud Homerū, Δεοῦ, αἶμα ἐόντων. Cicero libro de oratore secūdo, Sic ego, Crasso audiente, primum loquar de facetijs, & docebo sus, ut aiunt, oratorē eū, quē cū Catulus nup audisset, fœnū alios aiebat esse oportere. Rursum idem eodē in libro. Iocabat, inquit, Catulus, Præsertim cū ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse uideat. Horatius, Prælautas, opiparasq; cœnas, deū cœnas uocat. O noctes cœnarūq; deū, nec stat & ambrosiam

& ambrosiam indicans.

Spes alunt exules.

XCII

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. i. Spes pascunt exules. Vbi quis excussus a pristina fortuna semper id agit ut restituatur. Ab humano sumptū ingenio, quo fieri uidemus, ut nullus ita sit exul, quin & uelit, & speret futurum, ut aliquando postliminio redeat in patriam. Id ita esse, nos quoq; complurium exulum exemplo cognouimus. Euripides prouerbialem sententiam fuisse significat. Citatur autem a Plutarcho, libello quem de exilio cōscripsit, αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγῳ καλῶς βλέπουσι γ' ὄμμασι μὲλλονσι δέ. i. Spes exules alunt, ut habet adagium, Oculisq; spectant blandulis, cessant tamen.

Et nati natorum.

XCIII

παῖδες παίδων. i. Nati natorum. Prouerbialis figura, qua longam rei cuiuspiam propagationem significamus, eam adagij uice fuisse usurpatam, satis indicat Plato, cum alijs aliquot locis tum libro de legibus tertio, καὶ παίδων παίδας ὁ λέγειν. i. Et filios filiorum, ut dicimus. Sumptum e carmine illo Homericō, Ἐ παίδων παῖδες, καὶ τοὶ μετόπισθε γένωνται. Quod Vergilius ita reddidit, Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Allusit ad Homericam figuram Aristophanes in Auibus, δώσω μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, παῖσι, παίδων παισίν. i. Dabimus nobis ipsis, natis, ac natorum natis. In Nebulis eandem figuram per iocum torfit ad usuras, alias ex alijs nascentes, αὐτοῖ τε καὶ τ' ἀρχῆα καὶ τόκοι τόκων. Nimirum alludens ad illud, quod alibi retulimus, ὅτι τὸν πρὸ τόκοιο τόκῳ δέ γε ὅτι καὶ ἄλλῳ.

Ἴππομανθῖς.

XCIII

Ἴππομανθῖς, dicebantur prouerbiali conuittio foeminae uirosae, ac libidine praeter modum prurientes. Aristoteles libro de animalibus sexto, ἢ μὲν οὐρ αἱ ἵπποι θήλειαι ἵππομανθοῦσι, ὅδε καὶ ἐπὶ πλῶν βλασφημία μὲν ὄνομα ἀνθρώπων ἐπιφέρουσι μὲν μόνου ἄνθρωπου πλῶν ἐπὶ ἄνθρωπου ἀκολάσων περὶ τὸ ἀφροδισιάζειν. i. Igitur equae furiant in equos, unde ab hoc uno animante ductum est uocabulum, quod in mulieres conuittio dicitur, circa Vencrem intemperantes.

Ouium mores.

XCIV

προβάτων ἥδιος. i. Ouium mores. In stupidos ac stolidos iaci solitum. Aristophanes in Pluto, ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις. i. Mihi immo uitā praedicas ouiculæ. Aristoteles libro de natura animalium nono, quamobrem ita prouerbio dici consueuerit, indicat, Διαφέρει κατὰ τε δόξαν καὶ πρᾶξι, καὶ ἀνδρεία, καὶ ἡμερότητα καὶ νοῦν τε καὶ ἄγνοια, τότε γὰρ ἄνθρωποι προβάτων ἥδιος, ὡς περὶ λέγει, εὐκλείδης καὶ ἀνόντη, πάντων γὰρ ἄνθρωπων τεξασπὸς κακιστοῦ ὅτι, καὶ ἔρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς οὐδέμ. Ἐπολλάκις χαμῶνος οὐτῶς δὲ ἐξήχηται ἐνδοδεμ, καὶ ὅταν ἴππῳ νῆπι νιφετοῦ λκφθῶσι, ἄμ μὴ κινήσῃ ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐδέλουσι ἀπιέτωι, ἀλλ' ἀπόλλωται καταλασπόμενα, εἰ μὴ ἄρξεν εὐνοίας κομίσωσι, οἱ ποιμῆνες, τότε δὲ ἀκολονδοῦσι. i. Differunt autem & timiditate, mansuetudineq; & ferocitate, placiditateq; intelligentia, ac stoliditate. Nam & ouium ingenium, quemadmodum aiunt, simplex ac stultum, Siquidem est omnium quadrupedum inertissimum. Prorepat in desertum, nulla de causa, ac saepenumero hybernis mensibus foras e septis digreditur. Cūq; a niuibus occupatum fuerit, ni pastor compulerit, discedere nō uult, sed relictum, cessansq; perit, nisi pastores mares adduxerint. Nā ita demum consequitur. Proinde Aristophanes taxans uecordiam populi Atheniensis, oues illos uocat, in Velpis, ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. Nec hoc praetereundum loco, quod Diogenes Cynicus, opulentum quendam, ceterum indoctum, προβάτην χρυσόμαλλον. i. Ouem aureo uellere dixit. Et Plautus in Bachidibus, Quis has huc oues adegit; in senes stultos.

Muris interitus.

XCVI

κατὰ μὲν ὄλεθρον. i. Iuxta muris interitum. Aelianus libro de naturis animalium duodecimo, capite decimo, tradit murem minime uiuacem esse, sed sua sponte, defluentibus intestinis occupatus emori, atq; hinc natum prouerbiū, κατὰ μὲν ὄλεθρον. i. Iuxta muris interitū. Addit hoc usum, Menandrum in Ithade. Quadrare uidetur in homines imbecilla ualetudine, aut in μικροβίους. i. Breuis æui, quos μινωθραδίου appellat Homerus.

Ante lentem augere ollam.

XCVII

πρὸ φθι φακῆς ἀνέξανει πλῶν λοπάδα. i. Ante lentem augere ollam. Prouerbiali figura dictū pro eo quod est, spes ingentes in animo cōcipere, priusq; res ipsa teneat. Aut polliceri, quod ipse nō dum habeat, aut praepropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quae pcul etiā dum absunt, ut teneantur. Veluti si quis spe sacerdotij sumptus iam incipiat facere, quod nondum acceperit. Aut

P 4 rit. Aut

rit. Aut si quis uitæ strepitū augeat spe magistratus, quē incertū est, an sit impetraturus. Citatur adagium ex Cratete apud Athenæū, μη πρὸ φακῆς λοπάδα ἀύξωμ εἰς σάσμη ἄμμε βάλης. i. Ne ante lenticulam augens ollam, in seditionem nos mittas. Citatur & a Plutarcho cōmentario de præceptis bonæ ualeitudinis, eiusdem Cratetis nomine, his quidem uerbis, ὁ μὲν οὖν κράτης διὰ τρυφῶν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος ὄνυχ ἦκισα τὰς σάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι τῶν πόλεσι μετὰ παιδείᾳς πρὸς τὴν μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα ἀύξωμ εἰς σάσμη ἄμμε βάλης. Αὐτὸς δὲ ἕρ' εἰς αὐτῶν, πρὸς ἀκελευέσθαι μὴ πρὸ φακῆς; λοπάδα ἀύξωμ αἰ, μὴ δὲ πάντως ὑπὲρβαίνωμ πλὴν καρδαμύδα καὶ πλὴν ἐλαίαν, ἐπὶ τὸ θρίον ἐν ἤμ' ἰχθῶν εἰς σάσμη ἐκ πλῆσμονῆς τὸ σῶμα ἐν ταραχῆς ἐμβάλλωμ ἐν διαίτησιν, i. Crates igitur cū existimaret in ciuitatibus seditiones ac tyrannides potissimum e delicijs ac luxu nasci, per iocū admonuit, ne præ lenticulo semper augens patinam, in seditionē nos conijcias. Sed seipsum adhortetur quisq; ne semper præ lente augēs patinam, ne ue modis omnibus, præterito nasturtio & olea, ad farcimen, & piscem desciscens, ex repletionē corpori seditionem concitet, ac turmultum et diarrhocas. Crates eo detorsit dictum, ut apparet, poetæ cuiuspiam, ut ptineat ad homines impendio sumptuosos. Allusit autem ad morem plæbis, quæ solita sit excitare seditiones, si conspiciat optimates sibi præponi. Nam Iopade apponebant cibi lautiores, id quod licet colligere ex Luciani saturnalibus, Lens legumen est uilissimū ac plæbecium.

Pudebat reculare, & non audebant suscipere.

XCVIII

M. Tullius in epistolis ad Atticum uersum hunc Homericum, ceu prouerbialē nō semel usurpauit, Αἰδέειμ μὲν ἀνλώαδης, δ' εἴσα μὲν ὑποδέχθαι. i. Detractare pudor, formido subire uetabat. Quo licebit uti, quoties incidit eiusmodi negocium, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas, & dedecorosum sit non suscipere prouinciam, rursum periculosum suscipere. Potest accōmodari etiam ad illos, qui rogati neq; negare audent, ob pudorem, neq; præstare tamen uolunt quod rogantur, ob diuersum animi uitium. Est autem hic uersus apud Homerū Iliados η. Vbi Hector quemlibet e Græcorum ducibus ad singulare certamen prouocat, & reliquis omnibus cunctantibus surgit Menelaus, ὡς ἔφαδ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκλῶ ἐγγύοντο σ.ω.π.η, Αἰδέειμ μὲν ἀνλώαδης, δ' εἴσα μὲν ὑποδέχθαι. i. Sic ait, interea tenuere silentia cuncti, Detractare pudor, formido subire uetabat.

Sphæram inter se reddere.

XCIX

Plutarchus in libello de cognoscendo profectu, μάλιστ' ἢ εἰ δ' ὀλιγόνοισιν ἢ δυσσοῖσι πρὸς τὰς ζητήσας ὑφ' ἑτῆ καὶ πεπνυμένα τούτους λόγους ὡσσορ ἱμάντια καὶ σφαίρας ἐπιδοῦμενοι πρὸς ἀλλήλους, τῶν πατάξαι ἢ κατὰ βλάβην μάλλον, ἢ τῶν μαδίμην ἢ διδᾶσαι χαίροντες. i. Maxime si inter disputandum suboritur contentio, & rixa, iamq; eo res peruenit, ut ueluti lora, aut sphæras uicissim alius in alium iaciamus, magisq; gaudemus ferire, aut p̄sternere, q̄ discere ac docere. Meminit de lusus genere Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis nono. Non dissimilis est, quem hodie pilæ uocant. Cuius meminit Horatius, Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis. Quadrabit adagiū in eos, qui sese uicissim dictarijs incessunt. Confine (sicut opinor) illi Persiano, Cædim' inq; uicem præbemus crura sagittis.

Animo ægrotanti medicus est oratio.

C

Celebratur hic uersus apud Græcos prouerbij uice, citaturq; a Plutarcho ad Apollonium. ψυχῆς νοσοῦσας εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. i. Ægrotō animo medicus est oratio. Huc allusit Horatius in epistolis, Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorem Possis, & magnam morbi depellere partem. Ex opinione Stoicorū, Cupiditates animi morbos appellat, his philosophia medetur pharmacis uerborum, id est monitis salubribus. Et apud Terentium arguit sese Menædemus, qui non ut decuit, tractarit ægrotum animum adolescentis. Ut enim in corporū morbis pro ratione ualeitudinis, alia atq; alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis, non eadem adhibenda est oratio. Sed interim blandius monendum, interim acrius iurgandum, nō nonq; dissimulandum, & imprudenti pharmon admouendum. Iuxta Pauli monitum, Argue, obsecra, increpa. Feruntur in eandem sententiam & hi senarij, λόγος γὰρ ἔστι φάρμακον λυσιπῶνος μόνον. i. Dolori enim medetur una oratio. Et λόγω μ' ἔπεισας φαρμάκω σοφωτάτω. i. Sermo ne flexisti optimo me Pharmaco. Et, ὁ λόγος ἰατρὸς τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους, id est, Animo laboranti medicus oratio.

Siquid mali

Siquid mali, in Pyrrham.



Eν τῇ κακῷ, εἰς τὴν Πύρρον. i. Siquid mali in Pyrrham, subaudiendum recidat, aut abeat, aut eiusmodi quippiam. Ad hunc modum malum, si quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hostium caput imprecantes. Vnde & illa figura Graecis pariter, ac Latinis scriptoribus familiaris, hostibus nostris hoc eueniat. Ouidius, Hostibus eueniant conuiuia talia nostris, & Horatius in Odis, Hostium uxores, puerique, caecos Sentiant motus orientis austru. Originem prouerbij tradunt huiusmodi. Quondam Pyrrhaeos, quotquot erant finitimi, graui odio persequebantur, unde si quod malum aliquando uideretur impendere, id abominantes, precabantur, ut in Pyrrhaeos auerteretur dicentes, εἰς τὴν Πύρρον. i. In Pyrrhaeorum regionem. Est autem Pyrrha, Lesbii insulae ciuitas, autore Stephano.

In tuum ipsius malum lunam deduces.

Eπὶ σαυτοῦ τὴν σελήνην καθέλεις. i. Aduersus te ipsum lunam detrahis. Maleficae mulieres incantamentis quibusdam lunam in terram detrahere credebantur antiquitus. Vnde Vergilius, Carmina uel caelo possunt deducere lunam. Et Horatius in Odis, Per atque libros carminum ualentium, Refixa caelo deuocare sidera. Et rursus in sermonibus, Lunamque rubentem Ne foret his testis, post magna latere sepulchra. Item Iuuenalis, Vna laboranti poterit succurrere lunae. Creditum est olim huiusmodi Sagas oculis, ac pedibus priuari solere. Prouerbium igitur hinc sumptum, dicebatur de his, qui suis ipsorum artibus sibi malum accerserent. Quod genus, si quis callidis rationibus effecisset, ut accerseretur aliquis, deinde eueniret, ut ab eo, quem accersendum curasset, subuerteretur.

Coruus aquat.

Κόραξ ὑδρεύει. i. Coruus aquat. Dici solitum, ubi quis non citra negocium, citraque ingenium consequeretur ea, quae cuperet. Aut ubi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab Apologo, de coruo congelitis lapillis aquam ex imo fundo in summam uasis oram euocante. Sed probabilius uidetur, ut adagium referatur ad eam fabulam, quam Faestorum libro secundo narrat Ouidius ad hunc modum, Forte Ioui Phoebus festum solene parabat, Non faciet longas fabula nostra moras. I mea dixit auis, ne quid pia sacra moretur, Et tenuem uiuis fontibus adfer aquam Coruus inauratum pedibus cratera recuruis Tollit, & acrium peruolat altus iter. Stabat adhuc ficus duris densissima pomis, Tentat eam rostro, non erat apta legi. Immemor imperij sedisse sub arbore fertur, Dum fierent tarda dulcia poma mora. Iamque satur, nigris longum capit unguibus hydrum, Ad dominumque redit, fictaque uerba refert. Hic mihi causa morae uiuarum obessor aquarum, Hic tenuit fonteis, officiumque meum. Addis ait culpa mendacia Phoebus, & audes Fatidicum uerbis fallere uelle Deum? At tibi dum laetens haerebit in arbore ficus, De nullo gelidae fonte bibantur aquae. Meminit huius & Higinus, & Aelianus de naturis animantium libro primo. Proinde prouerbium mihi magis uidetur conuenire in cessatorem.

Conuenerunt Attabas & Numenius.

Συνήλθον ἄτασάς τε καὶ νομιλίως. i. Conuenerunt Attabas & Numenius. Dici solitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos insigne par furum fuisse. Simillimum illi, quod alibi dictum est, Cum Bitho Bacchius.

Colossi magnitudine.

Κολοσσῶν ἡ μέγεθος. i. Colossae magnitudine. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines praegrandi corporis mole. A statuis ingentibus, quos Colossos appellant. Inter hos in primis celebratur solis Colossus apud Rhodios, septuaginta cubitis altus, aut iuxta Festum Pompeium, pedes centum & quinque, cuius pollicem uix pauci potuerunt amplecti. Referunt & alij apud Plinium prodigiosae magnitudinis. Nam is impedio delectabantur olim Imperatores Romani

Mali commatis.

Πονηροῦ κόμματις. i. Mali commatis, dicebatur improbus, contemptus & reusculus quispiam. Sumpta metaphora a reprobatis nomismatis. Aristophanes in Pluto, εἰκε δ' εἶναι τὸ πονηροῦ κόμματις. i. Videtur esse non probati commatis, in Sycophantam dictum iam ad paupertatem, famem & tunc postquam Plutus oculos receperat. Interpretes ostendit comma genus esse uilissimi nomismatis,

mismatis. Sonat autē perinde quasi dicas, mala monetæ. Rursum in eadem fabula, γνώστη ὅτ' ἐστ' ἐκεῖνος τῷ πονηροῦ κόμματι. i. Nouerit illius esse hunc improbatum Cōmatis. Apud eundem in Rānis, ὅθ' κακίῳ κόμματι. Ad hanc formā pertinent etiam illa ceu, prouerbiales metaphoraὶ κίβδηλος ἄνθρωπος & κίβδηλέην, pro eo, quod est, imposturā facere, & κίβδηλία, p. impostura, quæ uoces reperiuntur cum alias frequentius, tum Platonis libro de legibus undecimo, Siquis forte certius desyderabit testimoniū. Proinde qui moribus sunt improbatum, eos κίβδηλος uocant quasi dicas adulterinā monetæ. Appositius autē ad oris figuram, morum & indolis indicem referetur. Siquidem quemadmodū nūmus inspecta imagine dignoscitur ilico, p. batus ne sit, an adulterinus, itidem ex ipsa statim hominis forma deprehenditur ingenium, uel Euripide teste, cuius hæc sunt in Ione, γνοίη δ' ἄρ' ὡς τὰ πολλὰ γ' ἀνθρώπων πέρι, το γήμ' ἰδὼν τις εἰπέφυκεν εὐγενὲς .i. Plærūq; species ipsa simul aspexeris hominem arguit, generosus is sit, an secus.

Beneuolus trucidator.

VII

ἔννεος ὁ σφάκτης. i. Beneuolus occisor. Conuenit in hos, qui cum summā adferant perniciem, tamen beneuolentiæ speciem admiscunt. Tractum aiunt ab Oreste, qui trucidata matre Clytemnestra, parentale conuiuium uelut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonom regem referunt, qui posteaq; Semelen e medio sustulisset, ossa tamen illius, summo cum honore curauit ad matrem deportanda. Sunt quibus magis placet, ut adagium ad Ptolemæum Philopatoris filium referatur, is matrem Bersenicem in carcerem Megaris coniectam Sosibio tradidit adseruandam, ubi illa non ferens eam filij contumeliā, sumpto ueneno interiit. At ille perturbatus insomnijs, Monumentū in medio urbis extruxit, quod nunc sepulchrum appellatur. In hoc una cum matre, maiores omnes suos composuit, & inter hos Alexandrū magnum. Nec hoc contentus officio uir pius, templū eidem constituit in Aegialis, cui nomē inditum, Bersenicæ seruatricis. Hæc ferme Zenodotus.

Corytheo deformior.

VIII

κορυθίως ἐλιχθέσθρος. i. Corytheo deformior. Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominē insignite stultum ac uecordem, ad hoc, forma infelicissima, foedissimaq; cui liberi item fuerint omnes patrem referentes, unde uulgaris dictus est iocus, in hominē bardum, ac perinde deformem. Refertur adagium a Zenodoto.

Contra torrentem niti.

IX

Contra torrentem niti dicuntur, qui frustra certant cum ijs, quos uincere nō queant. Sumptum a natantibus, qui solent secundo natate flumine, maxime si torrens fuerit. Quod si contra nitantur, nihil promouerint. Usurpat hoc adagium Aurelius Augustinus in epistola quadam ad Diuum Hieronymū. Et laudatur a Iuuenale Crispini prudentia, qui Domitiani uolentiæ concesserit, & ingenio alioqui insanabili obsecundarit. Ille igitur nunq; direxit brachia contra Torrentem.

Vsq; ad aras amicus.

X

μέχρι τῷ βωμοῦ φίλος εἶμι. i. Vsq; ad aram sum amicus. Tametsi non est huius instituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita cōmode dictum, & figura usq; adeo prouerbiali præterea sic a magnis celebratū autoribus, ut merito uideatur in hunc ordinem cooptandum. Responsum est autem a Pericle, quem cum amicus quispiam rogaret, ut in causa quadam sua gratia falsum deiceret, δ' εἰ μέ' ἔφη συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν. i. Oportet me cōmodare amicis, sed usq; ad aras. Ita refert Gellius. Cōmodius effert Plutarchus in libello, περὶ δ'υσωπίας, μέχρι τῷ βωμοῦ φίλος εἶμι. i. Vsq; ad aram sum amicus. Admonet puerbiū nonnunq; quo consulamus amicorū cōmodis, eorūq; uoluntati morē geramus, fas uideri paululum a recto deflectere. Verum eatenus, ne propter hominē amicū numinis reuerentiā uiolemus. Olim iurantes aram manu, cōtingebant. Porro quatenus & quousq; sit ab honesto deflectendum, amici causa, copiose docteq; disputat Aulus Gellius libro noctiū Atticarū primo, capite. iij.

Codali chœnix.

XI

κοδάλου χοίνιξ. i. Codali chœnix, siue dimensum. De magnis mensuris dicebat, autore Suidæ. Neq; præterea, quicq; super hac re mihi repertum est adhuc apud autores.

Concha dignus.

XII

κόγχης ἄξιος. i. Concha dignus. Rem nullius precij concham dicunt Græci, quæ admodum Latini nauici aut floccum. Vnde quod contemptissimum, nulliusq; rei significabant, id κόγχης ἄξιον dicebant.

Conto nauigare.

Conto nauigare:

κοντῶ πλῆμ. i. Conto nauigare, dicebantur, qui sic rebus uterentur, quemadmodū uti conueniebat, aut qui uitæ genus suo accommodatum ingenio sequerentur. Neq; em̄ contus ad ullum alium usum accommodatus, q̄ ad nauigationem. Itidem non ad quamuis uitam quiuis idoneus est. Refertur a Suida.

Cydi pœnam debet.

κνδσ δ'ικλω ὀφέλα. i. Cydi pœnam debet, κνδσ prima producta, gloriam significat, eadē correpta, πλῶ λοιδορίᾳ ἢ κακολογίᾳ. i. Maledictum & conuitium. Vnde & uerbum deduxere κνδσ δ'ικλω, pro eo, quod est conuitiari. Proinde cum quis ob rem friuolam ueluti uerbum aliquod temere dictum, deferretur, uexareturq; eum prouerbio dicebant, κνδσ δ'ικλω ἐκτετικέναι, κοὶ κνδσ δ'ικλω ὀφέλαμ. i. Hoc est conuitij pœnam dependisse, & maledicti pœnam debere. Nā anti quitus multa dicebatur ijs, qui petulantius in quēpiam aliquid dixissent.

Cnips in loco.

ο κνιϛ ἐν χώρᾳ. i. Cnips in regione. Dictum in eos, qui subinde sedem mutarent, & aliunde alio demigrarent. Cui uitio sese obnoxium fuisse confitetur Horatius. Est autē κνιϛ, seu κνιϛ. Nam utrūq; reperio, uermiculus innascens mater ijs. Is eroso ligno, semper locum mutare nititur. Quidam efferūt prouerbiū hoc modo, κνιϛ ἐκ χώρᾳ. i. Cnips e regione, ut subaudias demigrat. Plinius libro decimosexto, capite quadragesimo secūdo, inter pestes materiarum terdinem cōmemorat, uermem grauissimo ad portionem capite, sic appellatum, quod dētibus erodat, sed pprie uocari terdinem, quæ in mari materiam infestet. Addit huius generis Cerasten uocari, qui simulatq; tantum eroserit, ut circumagat sese, generat aliū. Suidas ait a κνιϛ, qui est genitiuus casus huius nominatiui κνιϛ, fingi nominatiuum κνιϛ, eamq; uocem significare, parcum, tenuiq; uictu uiuētē, nimirum ad Cnipsis exemplum, qui lignorum arrosu pascitur, cibo non admodum lauto. Proinde consentaneum uidetur, adagium dici posse, in lordidos duro, parcoq; uictu utentes.

Cyclobori uox.

κνκλοβοῦσ φωνή. i. Cyclobori uox. De clamoris & uehemēter obstreperis dicebatur, aut quibus uox esset uitiosa raucaq;. Cycloborus fluuius quidā Atticæ, ingenti strepitu defluens, unde ductum prouerbiū. Aristophanes apud Suidam, ἄρπαξ, ἢ κράκτης, κνκλοβοῦσ φωνῶν ἔχωμ, id est, Clamosus, auidus, uoce Cyclobori obstrepens.

Thasium infundis.

θάσιον ἐνέχῃς. i. Thasium miscuisti. Dicitur solitum uidē, ubi quis uinū non aqua, sed alio quopiam efficaciore uino dilueret. Nam Thasia uina laudatissima quondam fuisse, testat & Apuleius Apologia prima. Olitori inquit & Cauponi merito concessum est, olus & uinū ex nobilitate soli cōmendare. Vinum Thasium, Olus Phliasium. Est autē Thasus insula iuxta Thraciam, unde prouerbiū Thasus bonorum. In ea insula narrāt fuisse Staphylum, quem deperierit Bacchus. Sumptum est ex Aristophanis Pluto, quo loco uersus hic est, εἰ θάσιον ἐνέχῃς, εἰ κότεως γε νη δία. i. Merito profecto, Si Thasion infuderas. Anus quædam queritur, adulescentem amatorem pridem ita sibi solitum adulari, ut diceret illam suauissime olcre. Ad id per iocum respondens Chremylus negat esse mirum, si ita uisum fuit adulescenti, cum illi uinū Thasium odoratissimum proponere sit solita. Interpres addit ἐνέχῃς dictum pro ἐκίνασ.

κλειτοριάζου.

κλειτοριάζου. Vulgato conuitio dicebantur ijs, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut, ut ait Diogenianus, mulieres immodice libidinosæ. Vnde natum sit prouerbiū nō satis liquet.

Claudiana tonitrua.

Festus Pompeius innuere uidetur Claudiana tonitrua in uulgi sermonem ab ijsse, scribens ideo uocata Claudiana tonitrua, quod Claudius pulcher instituerit, ut ludis post scenam factis lapidum cōiectus ita fieret, ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur. Nā antea leues admodū & paruos sonitus fieri solitos, cum clauī & lapides in Labrum æneum conicerentur. Quadrabit adagium, si modo uidebitur, in adagionum gregem recipiendū, in homines immodice clamorosos & odiose obstreperos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, δωδωνάων χαλκῶν. i. Dodonæum as,

Claudi more tenere pilam.

M. Tullius aduersus Pisonem, scribit in hunc modum, Græcus primū distinguere illa atq; diuidere

diuidere, quemadmodū dicerentur, iste claudus, quomodo alunt, pilam retinere, quod acceperat testificari. Haecenus Cicero. Prouerbiū congruit in eos, qui quicquid a praeceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum, nullo delectu, nulloq; iudicio tenere solēt, ac se qui. Sumpta metaphora a Claudio diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referēdum uideretur ad lusum pilae, quam claudus ita demū accipit, si cōmode illi mittas. Alioqui pedibus tardus non potest utcunq; missam accipere. Seneca libro de beneficijs septimo. Quid si me remittere pilam manco iubeas? hoc est, dare beneficium illi qui non sit idoneus ad accipiendum. Plautus in Aulularia. Tum aut̄ interdus, Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Generatim conueniet in omnes, qui de alieno pendēt iudicio, alienaq; innituntur autoritati, quemadmodū isti, quibus satis est dixisse, αὐτὸς ἔφα.

Loripedem rectus derideat.

XXI

Et sane q̄elegans est, & plurimum habet figuræ prouerbialis illud apud Iuuenalem, Loripedē rectus derideat, Aethiopē albus, Quo conueniet uti, quoties aliquis id alijs opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius, aut aliena castigat uitia, a quibus ipse nō sit immunis, perinde quasi claudus, claudus claudicationis uitium per contumeliā obijciat. Oportet eū q̄maxime uācare culpa, qui in alium paratus est dicere, & stultissimū est in alium iacere, quod in ipsum pos sit retorqueri. Quis enim tulerit Gracchos de seditione querētes? Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni? Celebratur illud Leonis Bigātij, cui cum maledicus quispiam opprobriasset uitium oculorum, ipse gibbo deformatus, Humanum, inquit, conuitium in me iccisti, cū ipse Nemelin in dorso portes.

Clithenem uideo.

XXII

κλειθένω ὄρω. i. Clithenem uideo. Clithenes hic male audijt, & comitorum conuitijs laetatus est, quod parum uir haberetur, seque cultu indecoro, uelut in mulierē trāfiguraret, Sardanapalum illum Assyrium imitatus. Aristophanes apud Suidam, κλειθένω ὄρω. i. Clithenē uideo. Quod ait conuenire in eos, qui leui, derasaq; sunt cute. Nam hic mos Clitheni, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiā dum uideretur. Effertur & ad hunc modū, κλειθένω ἀκρατέστερος. i. Clithene intemperantior, de Cinædo & delitijs effœminato, contrarium illi, ῥιζώνωσ ἔγκρατέστερος. i. Zenone temperantior.

Cleocritus.

XXIII

κλειόκριτος. i. Cleocritus, id nominis contumeliæ causa iaciebatur in Cinædos ac molles & parum uiros. Nam & hunc ueteris Comœdiæ maledicta nobilitarunt. Dicitur est autem, effœminatus, Cinædus, hospes, obscuro, fœdoq; genere, Cybelis fili⁹, quod Rheæ mysteria ab exœtis cuiusq; peragerent. Ne forma quidē a moribus discrepabat, Nam facie uelut auem referebat. Suidas nominatim prouerbij loco refert, alioquin ipse non retulisset inter adagia.

Coturnissare.

XXIII

κικλιζερν. Prouerbio dicebantur, qui pinguibus coturnicibus, aut turdis uescerent, aut qui riderent lasciuie parumq; decore, Proinde & κικλισμὸν, risum mollem & impudicum appellat. Quadrabit igitur uel in ligurritores & cupedijs addictos, uel in lasciuus ludentes.

Cilicium exitium.

XXV

κικίλιος ὄλεθρος. i. Cilicium exitium. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob pyratiam qua n exercebant, & assiduas hospitem deprædationes, infames erāt immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici uindictas acerbiores, κικιλίους appellabant.

Centaurice.

XXVI

κενταυρικῶς. i. Centaurice fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciuiliter ue fieret. Sumpta uoce a Centaurorum moribus. Aristophanes in Ranis, τις πλὴν ἀνθρώπου ἐπάταξεν ὡς κενταυρικῶς. i. Quis ostiū pulsauit ita centaurice? Etenim Centauri uiribus & ui peragebant omnia, legum & iuris omnis ignari. Tametsi quidam existimant hoc apud Aristophanem dictū, εἰρωτικῶς in Bacchum mollem alioqui & imbellem.

Cilicij Imperatores.

XXVII

κικίλιοι στρατηγοί. i. Cilicij Duces. Dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Vnde & Saga pilis contexta Cilicia uocantur, autor Diogenianus.

Ciuitates ludimus.

XXVIII

πόλις παιζομένη. i. Ciuitates ludimus. Lusus genus quoddā est, in quo calculis ludebat olim, quos antiquitus πόλις. i. Vrbes uocabant, neoterici χάρας, hoc est regiones appellare ceperunt. Vsurpauit

runt. Vsurpauit adagium Cratinus in Fugitiuis. Hic nimirum locus est, ni fallor, quem Iulius Pollux citat libro de rerum uocabulis nono, *πανδιονίδια πόλιμ βασιλέως φησι πρὸς κόλακῶν .οἷσσι ἤμ λείομεν* *Θ* κεία κή πόλιμ, ἢμ παίζεσσι. i. Pandioniam ciuitatem regis, supra modū adulatoricis, Non sti quam dicimus, & canem & ciuitatem quam ludunt. Genus autē lusus describit his uerbis, ἢ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ, πλῶθιόν ἐστι, χωρὰς ἐν γραμμαῖς ἔχομ διακεμμένα, κή τὸ μὲν πλῶθιων κα λείτη πόλις, τῶν δὲ ψήφων ἐκάσκη κύωμ, διηρημῶν δὲ ἐν δύο τῶν ψήφων κτλ τὰς χόας, ἢ τέχνη φησι παιδιᾶς ἐστι πρὸς λήψις τῶν δύο ψήφων ὁμοχόωμ, πλὴν ἐπερόχου ἀναίρεσσι. i. Qui uero complurium calculorū dicitur lusus, laterunculus est regiones in se continens, in lineis sitas. Et laterunculus quidē ipse ciuitas appellatur. Cæterum unusquisq; calculus canis. Porro cum calculi sint duobus distincti coloribus, lusus hæc ars est, ut comprehensis duobus calculis unicoloribus, eum qui diuer si coloris est tollas e medio. Refert Zenodotus, Quantū idē adagiū sensum nō indicat. Quare cuiq; quod uero proximum uideatur coniectandum relinquo. Mihi quadraturum uideē, quoties suum quisq; cōmodum, quacunq; sectatur uia, & æmulo, competitoriq; modis omnibus tendit insidias. Qui lusus frequēs est in aulis principum, & in magistratibus publicis. Ab hoc lusu manasse uidetur, qui nunc uulgo scaccarius dicitur.

Cissamis Cous.

XXIX

κίσαμης κῶσῶ. i. Cissamis Cous. Hunc aiunt pecuarijs gregibus supra modum diuitem fuisse. Vcrum anguillam quotannis apparere solitam, quæ pulcherrimā omnium pecudem raperet. Ea cum in somnis apparens hominē cōmonuisset, ut sepeliret sese, & ille negligeret, euenit, ut tum ipse, tū uniuersum illius genus radicitus interiret. Hæc ferme Zenodotus. Et hoc quoq; prouerbium Delium aliquem requirit.

Carcini poemata.

XXX

καρκίνος ποιήματα. i. Carcini poemata. Dicebantur ea, quæ uiderentur obscurius & instar ænigmati dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius & alias meminimus in hoc opere, In quem iocatur Aristophanes in comœdia, cui titulus, *εἰρῶν, εὐδαίμων ἐσθρὸς φανείσ τῶν καρκίνος εὐροβίλων*. i. Qui uisus est felicior uel Carcini strobolis. Is finxit Orestem ab Ilio coactum, ut matricidium confiteretur, per ænigmata respondentem, autore Suida, qui testatur prouerbium a Menandro usurpatum in falso Hercule.

Carica uictima.

XXXI

καρκίον θύμα. i. Caricum sacrum. De macilenta hostia, minimeq; esculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populis mos fuerit, canem immolare. Non incōcinne torquebitur ad cibum appositum, insipidum, & quem nemo uelit attingere. Solent sordidi quidā, data opera cibos putres, & ingratos palato, suis apponere, partim quod minoris ematur, partim quo minus absumatur epularum in conuiuio. Hos eleganter quis dixerit, *τὸ καρκίον θύμα πρὸς ἀτιδέωσι*. i. Caricum sacrum apponere:

Callicyrijs plures:

XXXII

καλλικυρίων πλείους. i. Plures Callicyrijs. De maxima quidem illa, sed sordida hominum turba dicebatur. Callicyrii dicebantur exulum serui, qui Syracusis agricolationem exercebant, autore Timæo. Quoniam autem ingens erat id genus hominū multitudo, prouerbio receptum est, ut siquos admodum numerosos significare uellent, *καλλικυρίους* appellarent. Aristoteles in Republica Syracusanorum ostēdit, eam seruorum turbam ex omnigenis populis in unum confluxisse. Erāt autem eodem loco Callicyrii, apud Syracusanos, quo apud Lacedæmonios captiui, apud Thesalios Penestæ, qui uocātur, apud Cretenses Elarotæ, apud Aegyptios Hebræi. Solitum est adagium hoc potissimū usurpari, siquando significabant metuentam multitudinē, quæ numero freta, nōnunq; opprimit dominos. Nā & hi serui plures erant dominis, q̄obrem etiam expulerunt illos. Hæc ferme referuntur a Suida.

Cera tractabilior.

XXXIII

κροῦ εὐπλαστέπρω. i. Cera tractabilior. De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq; & in quemuis habitum sequaci. Horatius, Cereus in uitium flecti, monitoribus asper. Persius quinta Satyra, Artificemq; tuo ducit sub pollice uultum. Rursum Horatius, Argilla quiduis imitabitur uida. Est autem hoc ceræ peculiare, ut manibus cōtrectata mollescat. Et hinc uariæ rerum formæ solent effingi.

Occisionis ala.

XXXIII

ἀόμον πρὸς ὄμ. i. Interfectionis ala, de subito interitu dici solitū, sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ

culis, quæ repente mortem adferunt. Quamvis magis probat Zenodotus, ut accipiamus φόνος
πῆροῦ dictum περιφρασικῶς, i. Per circuitionem, pro morte, quasi sit & ipsa alata.

Celmis in ferro.

XXXV

κέλμις ἐν σιδήρῳ, i. Celmis in ferro. Dicitur consuevit de ijs, qui præter modum suis fiderent uiri-
bus, tanquam inexpugnabiles, inuictique cæteris. Celmis, ut scribit Zenodotus, unus fuit ex Idæis
Dactylis, qui cum matrem Deorum Rheam uiolasset stupro, deinde a reliquis fratribus reie-
ctus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat. Ait huius historiæ mentionem factam apud
Sophocle in Satyris. Enarrator Apolloni de Dactylis Idæis, inter quos & Celmis, refert hos
uersus, ex autore Phoronidis, ἐνθα γόκτες ἰδῶοι φρὺν γερῶν ἀνδρες ὀρέεσθροι, οἰκί' ἐνάιοι, κέλμις, δαμναμὲς
σιύτες μέγας, καὶ ὑπέριβ' ἄκμων, εὐπάλαμοι δεράποντες ὀρείης ἀδρησείης, οἱ πρῶτοι τέχνῳ πλυμί-
τιος ἠφάισιο. Εὐρομ ἐν οὐρείῃσι νάπαις ἰόντα σιδήρομ, ἐς πύρ τ' ἰύεγκωμ κ' ἀρίπρεπες ἐργοῦ ἐδ' ἔξαμ, i. Illic
habitabant Montigenæ Phryges Idæi gens arte celebris Celmis, Damnameneusque ingens,
Acmonque superbus Montanæ docti cultores Adrasteæ, a quibus ars Vulcania primis esse
reperta dicitur, & nigrum nemoroso in monte repertum In uarios usus monstrarunt cu-
dere ferrum, Impositumque igni miro splendescere cultu.

Cestum habent Veneris.

XXXVI

τὸν κυψίδος κέσθον habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Sū-
ptum est autem ex Homericæ Iliados. s. Quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerē
adit, atque ab ea cingulum, gratiarum & amorum conciliatorem commodato petit. Hunc poeta
describit ad hunc modum, ἢ, κ' ἀπ' εὐδεσθῶν ἐλύσατ' κέσθον ἱμάντα, ποικίλομ, ἐνθα δὲ οἱ δελκίθρια πάθ
τα τέτυκτ', ἐνθ' ἐνὶ μύθῳ φιλότῃς, ἐνθ' ἴμβροσ, ἐνθ' ὄαρισυς, πάσφασις, ἢ τ' ἔκλεψε νόομ πύκα πρὸ φρονεόντων,
τὸμ ῥά οἱ ἔμβαλε χερσῶν, ἔποστ' ἔφατ' ἔκτ' ὀνόμαζε, τῆ νύτῳ τοῦτ' ἱμάντα, πῶ δ' ἔγκάτ' ἰδο κόλπῳ, ποικίλομ
ἦ ἐνὶ πάνια πετύχατ' οὐδέ σε φημι ἀπρηκτῶν γενεάδ', ὅτι φρεσὶ σῆσι μονοιναῖς, i. Sic ait, & soluit de pe-
ctore textile lorum. Picturatum, in quo lenimina cuncta ferebat, Huic inerat desiderium,
huic amor, huic muliebris Blandiloquentia, quæ quidem & egregie sapientē Furtiuus ad-
iuta dolis, fallitque, capitque, Quod manibus simul imposuit, sic ore locuta est, Hanc cape nunc,
sinuique tuo succingito zonam Contextam uarie, per quam quæcūque parabis Polliceor, nil
tu frustra tentaueris unquam. Meminit huius & Theocritus in Adonidis Epitaphio, σοὶ δ' ἄμα
κέσθον ὄλωλε, i. Tecum una & Cestus perijt. Est igitur Cestus Veneris cingulus efficax ad ille-
ctamenta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Meminit huius &
Martialis, Collo nocte puer meros amores, Ceston de Veneris sinu calentem. Idem alibi,
Sume Citheriaco medicatum nectare Ceston. Visit amatorem Balteus iste Iouē. Rursum
alibi, A te Iuno petat Ceston & ipsa Venus. Duplex erit huius usus adagij, siue cum dicemus
cupiam Cestum esse Veneris, quod neminem non inflammet amore sui, siue cum dicemus
iam opus esse Veneris Cesto, aut ne illum quidem profuturum ei, cui per ætatē uires, ac for-
ma defluerit, quique iam ἔξωρος esse factus uideatur. Nam florens ætas, suapte sponte suscitatur
amores, senectus aut muncibus, aut pharmacis sibi conciliet, oportet, quamvis nec his rationi-
bus efficere potest, ut ametur.

Pontificalis cœna.

XXXVII

Olim cœnas sumptuosas opiparasque pontificales appellabant. Ad quod alludens Horati-
us in Odis, Absumet hæres Cecuba dignior Seruata centum clauibus, & mero Tinget pau-
mentum superbo Pontificum potiore cœnis. Quo quidem in loco interpres admonet præ-
luntas cœnas pro uerbis pontificales appellari solitas. Macrobius libro Saturnaliū tertio, ue-
tustissimam quandam pontificis cœnam describit, summo apparatu, & omnigenis lauticijs af-
fatim instructam. Id inde natum apparet, quod solenes sacræque cœnæ exquisitissimis epulis so-
leant instrui. Ab eo, quod scripsit Horatius, non abhorret, quod hac tempestate apud Parry-
sios uulgarī ioco uinū Theologicū uocant, quod sit ualidissimū, minimeque dilutū. Nec infestū
uiter quidam huiusce puerbii causam rogat, respondit a Iureconsultis occupari, quas uocant Præ-
bēdas, Decanatus, & Archidiaconatus, Theologis nihil reliquū fieri, præter Curata, quæ uocant
sacerdotia. Cæterū quoniā de pastoribus scriptū est, Peccata populi comedetis, Nimirū ad ei-
bi tā duri cōcoctionē, opus esse uino efficacissimo. Atque hinc esse natū uulgi dictū. Plautus in
Menechmis cōsimili figura Cereales cœnas dixit, Cerealeis, ingens, cœnas dat ita mēsam ex-
truxit. Tātas patinarias struices cōcinnat Standū est in lecto, siquid de summo petas. Legi-
mus &

mus & adipales cœnas & adiposas & adijciales. Terentius in Phormione, dubiam cœnam dixit pro lauta, copiosaq̃.

Cepas edere, aut olfacere.

XXXVIII

κρόμμου ἐδίειμ. i. Cepas edere, dicebantur ioco prouerbiali, qui lachrymari uiderentur. Natum a Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ libi per nuncium missum denunciati, ut q̃ primū ad se ueniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ ἀλυάτην κελεύω κρόμμου ἐδίειμ. i. Ego subco Alyattæ cepas edere, hoc est, κλαίειμ ὅ σιμώζειμ. i. Flere & eiulare. Quibus uerbis extremū regis contemptum indicabat. Ductum est hinc prouerbium, quod cepearum odor, ut est acris, consueuerit lachrymas oculis excutere. Aristophanes κρόμμυον δὲ οὐκ ἔδην, innuens illum uel citra cepas fleturum. Simili figura neq̃ diuersa sententia dicti sunt, κρομμύων ὄσφραϊνεωμ. i. Cepas adorari, q̃ fletent. Aristophanes in Ranis, τί λήτα κλαίεις, κρομμύων ὄσφραϊνομαι. i. Quid quæso lachrymas? Cepe odoror scilicet. Hæc ferme Suidas.

Scarabeo nigrior.

XXXIX

καυθάρει μελάντρος. i. Scarabeo nigrior. In fœdos & uehementer atros, ac fuscus. Nam Scarabeus animal insigni, sed fœdo nigrore est.

Chalcidiffare.

XL

χαλκιδίζειμ ἢ χαλκιδεύειμ. dicebantur, qui rapaciores, & plus satis ad rem attenti uiderentur. Chalcidenses in Bœotia populi, comœdiæ ueteris cōuitijs notati sunt, quod auariores essent.

Phicidiffare.

XLI

φικιδίζειμ. i. Phicidiffare, dicebantur uulgo, puerorum obscœnis amoribus dediti. Quidam malunt ad eos referre, qui litera, r. immodice & ad fastidium usq̃ consueuerint uti. Siquidem ea gens literam. σ. solita est in. ρ. cōmutare. Quo quidem uitio notantur & Eretrienles, attestāte prouerbio, ἐρεξίτωμ. ρ. i. Eretrienlium Rho.

Cantharo astutior.

XLII

κανθάρει ποφώτερος. i. Cantharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait Athenis cauponem fuisse queμπιά, nomine Cantharū, quæ ob maleficia & imposturas, ac pditiones, capitis affecerint supplicio, proinde uulgo receptum, ut in uersutos & impostores diceret. Mihi uero ppius uidetur, si referat ad animatis naturā, & ad Apologū Aelopicū, quo narrat, quemadmodū Scarabeus, tanto aquila inferior uiribus, tamen ingenio superauit auium omniū reginam.

Canis tanq̃ Delum nauigans.

XLIII

ἀδεις ὡσαυτε εἰς Δηλον πλέωμ. i. Canis tanq̃ in Delū nauigans. In supinum, ociosum, securum ac uoluptariam agētem uitam, dicebatur. Nam Athenis facilis ac tuta in Delum nauigatio. Unde fiebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilq̃ periculi metuentes canerent. Mos autem erat Atheniensibus, ut quotannis nauim solēni apparatu religiōis causā, Delum mitterent, id quod indicat Plato in Critone. Vnde consentaneū est, qui hac uectabanē, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare.

Caunius amor.

XLIII

καύνιος ἔρω. i. Cauni amor. De fœdo amore dicebatur, aut ubi quis ea desyderaret, quæ neq̃ fas esset concupiscere, neq̃ liceret assequi. Biblis Caunum fratrem impotenter adamauit, a quo cum esset repulsa, libimet necem consciuit. Ouidius, Biblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ. Adagium refertur a Diogeniano, præterea ab Eustathio in Dionysium.

Scarabei umbræ.

XLV

καυθάρει σκια. i. Scarabei umbræ. Dictum est de inani metu, quod hoc insectum repente aduolans, nōnunq̃ terrere soleat parum attentum. Recensetur a Diogeniano.

Papyri fructus non postulat magnam spicam.

XLVI

βύβλου ἢ καρπὸς οὐκ αἰτφὶ μέγαμσάχω. i. Byblus uirens haud postulat spicam grauem. Dicitur solūtum de ijs, qui suis ipsorum bonis frui non possent, propterea quod Byblus ob culmos inuolidos spicam granis onustam ferre non potest. Proinde, prodit quidem spicas, sed inanes. Byblus autem iunci species, quam Latini Papyrus appellant.

Budoro more.

XLVII

βυδύρω νόμω. Aut ut alibi reperio, βυδύρωμ νόμω. i. Budorum more, seu lege. Suidas interpretatur de ijs, qui digni sint, ut bouis ritu excorrientur. Diogenianus exponit de admiradis. βούδωρον autore Stephano, promontorium est oppositū Salamini. βούδεα Magnesiæ ciuitas, quæ Homerus βυδέεωμ appellauit. βυδύνοι populi sunt Scythiæ, sic appellati, quod a bubus uehanē,

Q 2 utpote,

utpote, ἀμαξόχοι. i. Plaustris adium uice utentes. Vnde uidetur bifariam allusum ad Etymologiam, πρὸς τὸ βοῦς δ' ἔρεμ, ἢ δ, βοῦς δ' οὔναι. i. Ad boum excoriationem, & boum donationem.

Bœotica auris.

XLVIII

βοιώτερον οὖς. i. Auris Bœotica. In pingui iudicio hominē quadrat. Bœotorū stoliditas cōpluribus prouerbijis locum fecit. Simillimū illi, Auris Bataua. Diogenianus meminit adagij. Sūt qui scribant olim Anaxagoram recitantē apud Thebanos librum Thebaidos, cū uidisset attentum neminem, clauso codice dixisse, εἰκότως καλεῖσθε βοιωτοί, βοῶν γὰρ ὄτα ἔχετε. i. Iure uocamini Bœoti, qui quidem aures habeatis boum. Videlicet alludens ad Etymologiam nomis, βοῦς enim bos, & ὄτα, aures, atq; ex his Bœotorum nomen uidetur compositum. Notauit & Horatius Bœotorum tarditatem in epistola ad Octauium Augustum. Quod si iudiciū subtile uidendis artibus, illud, Ad libros, & ad hæc musarum dona uocares, Bœotum in Crasso iurare aere natum. Quo loco demiror, neminem interpretū, quæsisse quid sibi uelit, quod Horatius, pinguitudinē ingenij Bœotis tribuit, uelut ei genti peculiare, cum apud Latinos autores nullum sit huius rei testimonium.

Botrus oppositus Botro maturefcit.

XLIX

βότρυς πρὸς βότρω πεπωαίνετ. i. Botrus iuxta botrum maturefcit, huius prouerbij uarij esse potest usus. Vel ubi pares in negotio quopiam uideri uolunt aliqui, & tantundē adferre momētū, ut nullus alteri debeat cōcedere. Vel cū significabimus mutuis officijs opus esse, ut sit simillimū illi, quod alibi retulimus, χεῖρ χεῖρα νίπτει. Vel si quando dicemus talē quēcūq; euadere, cum qualibus habet consuetudinē. Habet em̄ hoc assiduitas, ut uicinis uitia faciat cōmunia. Quē admodū testificat senarius ille, quem enarrator Pindari citat ex Aristarcho, χολῶ πρῶικέας κάρ ἐνι, σκάζαν μάθης. i. Claudio propinquus si uel unī uixeris, Disces & ipse claudus ingredi breuī. Hoc quanq; alio loco nobis citatum memini, tamen quoniā scripturā offendī nō nihil a priorē diuersam, libuit per occasionē denuo referre. Translatū est adagiū ab uuis, quæ mutuo oppositu maturitatem inter se uicissim & dant & accipiūt. Quo respicit illud Iuuenalis. Vnaq; conspecta liuorem ducit ab uua. Adagium recensetur a Suida.

Immolare boues.

L

βουθυτῆμ. Tanq; prouerbialiter dicebantur, qui amplos, magnificosq; sumptus facerent. Diuitum enim est, uel regum potius, boues immolare. Aristophanes in Pluto, καὶ νῦν ὁ Διαιπότης μὸν ἐνδὸν βουθυτῆ. i. Et nunc quidem intus immolat boues herus. Et βουθυσίαν, p magnifico apparatu usurpant.

Boues messis tempus expectantes.

LI

βοῦς ἀμνηρ ἐπιτηροῦντες. i. Boues messem obseruantes. Dici solitum, ubi quis ingentiū emolumentorū spe, laborē sumeret. Quidā sic efferūt, βοῦς εἰς ἀμνηρ. i. Bos in messem. Subaudiendū respicit, aut eiusmodi quippiā. Inde ductum, quod boues messis tempore, maiore laborāt fructū, ppter ea quod inter triturā pascunt interim, & pabulum largius apponit. Cōtra cū uere, aut hyeme pscindūt aruū hoc molestior est arandi labor, quod nullo præsente fructu leniat.

Bos Homolottorum.

LII

βοῦς ἡμολοτῶν. i. Bos Homolottorum, dicebatur in plurima diffractus, ac ueluti dissectus negocia. Poterit & ad rem referri, ut si quis argumentū nimis minutatim diuidat, ita ut cōscindere & conserpere, magis q; diuidere uideat. Zenodorus prodidit Homolottos populos dissecto in minimas particulas, boue, fœdus iungere. Morem hunc Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

Bos apud aceruum.

LIII

βοῦς ἐπὶ σοφῶ. i. Bos in aceruo. De splendide ampliterq; uiuentibus, quiq; in ubere rerū affluentia, prolixius faciunt sumptum. Aut quemadmodum ait Suidas, de ijs, qui in mediā rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Translatum arbitratur a bubus, triturā exercentibus, quibus quod os obligatum habeant, non licet ueluti tritico, quod excutiunt, ut simile sit illi, Tantalus inter undas sitiens.

Aut oportet tragœdias agere omneis, aut insanire.

LIIII

ἢ χθὶν ἔραγθεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν. i. Aut furere oportet, aut agere Tragœdias. Dici solitū de ijs, qui semp quasi itupēt, frigentq;, & nec gaudere possunt ex animo, nec delectari. Porro tragœdia uehementissimis cōstat affectibus, ita ut Tragœdias agere uideatur esse quiddā insanitæ simillimū. Prounde Lucianus in cōmētario, cui titulus, πῶς δ' εἴ τι μὴ ἰσοφίαν συγγράφειν, παρτατ Abderius

Abderitis ex Archelai Tragœdia publicitus febrim obortam, eam septimo post die transisse in infaniam, ita ut omnes ingenti uoce uersus quosdam ex Archelai Andromeda pronuncia rent. Quanc̄ Plato poetis omnibus sacrum quendam tribuit furorem. Et Aristoteles in pro blematis meminit de Maraco quopiam Syracusano, qui tum meliora fecerit Poemata, cū mē te esset alienatus. Eodem spectat illud Horatianum, Adde poemata nunc, hoc est, oleū adde camino. Finitimū uidetur illi, quod alio retulimus loco, ἢ δ' εἰ χελώνης κρέα φαγῆν ἢ μὴ φαγῆν, quē fenarium Athenæus citat, ex Terpsione doctore Arcestrati. Nos alio retulimus loco.

Aufer Mothonem a remo.

LV

Ἀπαγε τὸν μώθωνα ἀπὸ κώπης. i. Aufer Mothonem a remo. Admonet adagium non obstre pendum, nec obturbādum importunius ἤs, qui rebus alioqui serijs sunt occupati, ueluti sigs reipublicæ curis sollicito, musicam adferat, aut de capite periclitanti, uersus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus fœdæ seruilis ac tumultuosæ. Lacedæmonij uernas, hoc est, seruos domi natos, μώθωνας appellat, aut eos q̄ ingenuorū filios instituūt, quos Athenienses uocāt, οἰκότριβας. Vnde & in uiles ac sordidos hoies cōuitiū esse cœpit. Alij putāt Mothonem hoïem fuisse quēpiā, saltatorē & ebriosū. Sūt q̄ credāt Atticos Mothones uocatos, qđ hōs do mítos ad seruilia ministeria cōpulissent. Ad hūc modū Græci grāmatici de Mothone nugāt. Iulius Pollux tradit Mothonem genus esse saltationis molestum ac nauticum.

Auribus arrectis.

LVI

Ἄσπρον ἰσῶσιν. i. Auribus arrectis, a Diogeniano prouerbij loco refertur. Quadrat in illos, qui sitienter atq; auidē auscultant, quæ dicuntur, aut expectant quid dicendum sit. Ducta meta phora ab animantibus, quorum plarissq; mos est, siquando quid eminus audierint, aures surri gere. Plinius tradit hoc esse peculiare ceruis, ut cū aures subrexcrint, nihil sit illis auritius, rur sum ubi demiserint nihil surdus. Aristoteles item libro de naturis ausmalium nono tradit cer uos haud quaç̄ latere insidias, quoties arrectis sūt auribus. Propterea quod tum auditus sint accerrimi, contra cum demiserint aures, facile capi. Terentius in Andria. Arrige aures Pam phile. Et Vergilius, Arrectisq; auribus adstant.

Aurum Colophonium.

LVII

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιον. i. Aurum Colophonium. Zenodotus ostendit dici solitum de auro p batissimo, quod apud Colophonios aurum optimum solcat fieri. Citatq; autores Aristopha nem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimum aurum, & purum putum, ut uetres dice bant, κολοφώνιον dixerint. Venustius fiet, si longius deflectetur, uelut ad mores uehemēter in corruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

Asini mortes.

LVIII

ὄνος θανάτος. i. Asini mortes, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridiculaq; dictu, cuiusmodi fuerit siquis longa narratione persequatur asini pericula, quemad modum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius in Metamorphosi sua plane, ὄνος θανάτος, com memorat. Adagium refertur a Suida.

Asinus compluitur.

LIX

ὄνος ἔπει. i. Asinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amaçonib⁹, σκώπης μ' ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ἵνομαι. i. Rides, at ego asini more uerbis compluor. Vnde dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino cōmouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duriciem adeo pluuia nihil offenditur, ut uix etiam fustem sentiat.

Aspersisti aquam.

LX

Aspersisse aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mu tuo sumptum ab ἤs, qui in deliquio aspersa in faciem aqua, ad sui sensum reuocantur. Plautus in Bacchidibus. Euax, aspersisti aquam. Quod Terentius simpliciter, Reddidisti animum.

Arcadiam me postulas.

LXI

Ἀρκადίω μ' αἰτῆς. i. Arcadiam me postulas. Diogenianus prouerbij duplicem ostēdit usum. Conuenire enim, uel in magna, uel in inutilia petentem. Vnde sit natum nō indicat, fortasse quod proxime consequetur adagium, ansam nonnullam coniectandi præbebit.

Arcades imitans.

LXII

Ἀρκάδας μιμουμένοι. i. Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictum in eos, qui alijs non si bi laborant. Plato Pisandro scribit illū Arcadas imitari, quod Comoedias a se conscriptas alijs edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bel licosissimi, suis auspicijs, suoz̄ titulo nunç̄ hostem ullum superarunt, uerum alijs suppetias fe rentes persæpe. Vnde illud illis fatale uidebatur alijs uincere, non sibi.

A quinq; scopulis desilire in fluctus.

LXIII

Q 3

Ἀπὸ πέντε

Ἀπὸ πέντε ἄλλωδ' περὶ κῦμα. i. A quinq; desilire rupibus in undam. Hoc usurpari solet ab ijs, qui iam impatientes praesentium malorum minantur semet in quoduis potius malū praecipituros, q̄ ut perpetiantur. Confine nimirum illi, quod alias retulimus, Suspendio deligēdam arborem. Ad hoc alludit Pastor ille Vergilianus, Praecepta acris specula de montis in undas Deferat, extremum hoc munus morientis habeto.

Aqua praeterfluit.

LXIII

ῥῶς παρῆρα. i. Perfluit aqua. Zenodotus & Suidas admonent dici solitum, de eo, qui nihil negotij recusaret, & quidlibet quod mandatū esset, effecturū sese polliceret, quippe ulq; adeo promptus, ad quiduis suscipiendū, ut nec nauim perfluentē ingredi grauaretur.

Aquila non captat muscas.

LXV

Ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μύιας. i. Aquila non aucupatur muscas. Summi uiri negligunt minutula quaequam. Animus excelsus, res humiles despicit. Aut egregie docti nōnunq; in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotijs, ad pusilla cōiuncta cōniunt. Effertur & citra negatiōem adagium, ἄετὸς μύιας θηρεύει. i. Aquila uenatur muscas, quoties magnis minima sunt curae.

Ἀνορθίνασος ἔι.

LXVI

Ἀνορθίνασος ἔι. i. Incaprificatus es. Suidas putat in mollem & infrugiferū conuenire. Sunt qui referant ad eos, qui tueri non queant id, quod nacti sunt boni. Adagium usurpauit Hermippus in militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidas & Zenodotus. Aiunt mariscis, q̄ caprifici foetus est, innasci uermiculum, quem Graeci ψύα uocant, horum uim colligunt rustici de q̄ fici ramis suspendunt, ne uidelicet foetus ante tempus, & immaturi defluant. Nā uermes protinus, per rimas irrepunt, atq; hoc modo maturescunt fici. Theophrastus libro de Plantis secundo, Culices hos ficarios nasci putat e granis mariscarū, quod simulatq; euolarint illi, nulla grana insint. Euolare penna fere, aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificadi ratione inibi, si cui libeat cognoscere. Idem similia ferme libro de causis plantarum secundo, capite duodecimo. Plinius etiam libro decimoquinto, capite decimonono. Et Aristoteles libro de natura animalium quinto. Vnde arborem, cui hoc maturitatis remediū adhibitū non fuerat, ἀνορθίνασον appellabant, atq; hinc deinde transferebant in hominem inutilem, a quo nihil bonae frugis esset expectandum. Vox composita est, ἐκ τῶ α δροπτικοῦ μορίου, & ἐρινοῦ, quasi dicas, incaprificatus.

Repariāzare.

LXVII

Ἀνεπαρῆσαμ. i. Repariassarunt. De ijs dicebat, quos poeniteret instituti, quiq; a cōuentis discederēt, ab historia natū. Parij cū aliquādo a Thebanis bello premerent, petierūt ut a bello desisterent, se ciuitatē in potestatē illorū tradituros. Hac lege cū destitissent Thebani, & Parijs interea spes auxiliij fuisset alicunde ostensa, pactum irritarunt, bellumq; cum Thebanis integrarunt. Inde fictum puerbiale uerbum, ἀνεπαρῆσαμ, pro irritare pacta, Pariorum exemplo.

Mari e fossa aquam.

LXVIII

Θαλάττην ἐκ χαράδρας ὑδῶς. i. Mari e lacu aquam. Subaudiendū infundis. Simile illi, βῶλος ἄρουρα. i. Gleba aruū. Ouidius in elegijs amatorijs. In frera collectas alta, quid addis aquas? Cognatū illi, quod alibi recensuimus, In syluam uehere lingua.

Ἡμαξία.

LXIX

Ἡμαξία. Prouerbiali uerbo dicebant ampla, magnificaq; perinde sonat, quasi latine dicas, plaustralia, id est tanta, ut iustum plaustrum onus uideri possint. Vnde Ἡμαξία ἤματα dictabant, eo pacto quo Flaccus dixit sesquipedalia uerba. Quod genus sunt illa, apud Aristophanem in Vespis, οὐδοφοῖτος κοφωροδικοταλαπώρωμ ἕσπρωμ, Apud plautum item militis nomen Terapontigonoplatagidorus, quo se trapezita, ait sapenumero quatuor totas expleuisse ceras, dum scribit in suis rationibus. Extat iocus cuiusdam in Hermetem quempiam huiusmodi sesquipedalium uerborum affectatorem. Gaudet honorificabilitudinibus Hermes cōsuetudinibus, sollicitudinibus.

Muscum demetere.

LXX

Ἄμνια θορῆσαμ. i. Muscum demetere, dici solitum, ubi quis tener adhuc & intemptius durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum priusq; oportunum esset. Trāslatum ab ijs, qui statim, ut ager obduci coeperit herba, demetunt, nec sinunt adulescere gramē, μνίον enim muscus, & additione literae ἄμνιον, sicut ἄσαχυσ pro σάχυσ.

Extis pluit.

LXXI

Ἀλασπύνα. i. Lucanicis pluit, locus puerbialis de pdigiosa rerū copia, qui iocus etiā hac tēpestate

peffate durat apud idiotas. Siquidem ἀλάς Græcis exti genus est, ex quo frustulatim conciso facta cōficiunt, quod cibi genus in Comicum iocum ab ijsse uidetur, unde uiles & contempti ἀλαντοπῶλαι uocantur adagio. Cōfinis illi, δραχμή χαλαζώσα. i. Drachma grandinans.

Alijs lingua, alijs dentes.

LXXII

Ἀλλοῖσι γλῶττ' ἄλλοισί μ' εἰσὶ γόμφιοι. i. His lingua, at illis sunt molares inuicē. De loquacib⁹ & cda cibus dici cōsuevit. Quemadmodū nō raro fit in cōuiujs, ut alijs garrīētibus & fabulis potius, q̄ cibis intentis, alijs interim taciti, strēnue quod appositū est, deuorant. Venustius erit si lōgiusculæ detorqueat, ueluti si quis minet se facto nociturū ei, qui uerbis duntaxat læferit. Poetis est lingua, qua inuehant, at principibus sunt molares, quibus eos cōficient.

Improbi cōsiliū, in extremū incidit malum.

LXXIII

Ἀπὴν ἦσε κακοῦ βουλή πρὸς ὑπέριπτον ἄτην. i. Incidit extremā in noxam mens improba tandem. Heroicus, puerbialis in eum, qui postea q̄ diu peccauit impune, tandem in calamitatē incidit, ut pœnas omniū scelerū semel dependat.

Aliud noctua sonat, aliud cornix.

LXXIII

Ἄλλο γλαυξ ἄλλο κορώνη φθέγγεται. i. Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel alia noctua, alia uox coturnicis. Accōmodari potest, uel ad eos, qui decertant cum longe præstantioribus, uel ad illos, inter quos ob morum, ingenijq; pugnantia, minime cōuenit. Siue cum est alius alio lōge facundior. Quemadmodū enim auim etiam si non uideas, ramen e cantu licet dignoscere, ita stilus diuersus prodit φειδεπὶ γραφίᾳ. Nullū enim est authorum genus, ubi nō reperias notha quædam & subditiua τοῖς γνησίῳ admixta. Falsum titulum, cuius licet adscribere, Cæterū ipsa dictio, quæ uix unq̄ eadem duobus accidit, prodit aut reijcit authorem.

Reperire rimam.

LXXV

Prouerbiali figura dixit Plautus. Aliquam reperitis rimam, in causatores ac tergiuerlatores, qui nulla in causa tot fidei uinculis astringi possunt, quin aliquid inueniant, quo elabant. Similiter Horatius, Centum adde catenas, Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus. Ducitū ab auibus aut muribus captis.

Album panem pinso tibi.

LXXVI

Ἀλευκὴν μάζαν φρωσσοῖ. i. Album panem pinso tibi. Dici solitum, ubi quis magnarū rerum spes amplas ostēdit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis albū panē in delitijs fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello de mercede seruientibus, οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε ἔρτου ἐμφορηθεῖς. i. Ne per somnū quidem unq̄ albo pane saturatus. Et diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianū simillam inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, oleo nō uesci, & molestias quasdam, difficultatesq; ciborum quærere, caricas, piper, nuces, palmarū simillam, mel, pistacea. Ac ne fuisse quidem Rhomæ pistores ad Persicum usq; bellum, annis ab urbe cōdita, super octingentos octoginta, testis est Plinius libro decimosextimo, capite undecimo, Vbi rationes aliquot arte conditi panis ostendit. Porro quod primū e triticea farina redditur, candidius est, rursum quod ex ordeacea, postremum, id magis est album, ut indicat in problematis Aristoteles, eiusq; rei causam reddit.

Candidum linum lucri causa ducis:

LXXVII

Ἀλευκῶλενον λίνον κερδωγαμῆς. i. Candidulum linum ob lucrū ducis uxorem. In eum quadrat, qui dōtis causa ducit, uel deformem, uel anum. Porro linū uocat uxorem, uel quod apud ueteres solæ mulieres lineis uterent, uel quod uiro alligēt matrimonio, & libera esse desinat. Nā linon Græci nōnunq̄ usurpant pro uinculo, λευκῶλενος autē lunonis epithetum apud Homerum, ab albis ulnis. Refertur a Diogeniano.

In capras siluestres.

LXXVIII

κατ' ἀγρὰς ἀγρίας. i. In capras feras. Abominantis est sermo & malum deprecantis, inq; syluestres capras auertentis, confine illi, quod alibi dictum, εἰς πύρρον. i. in pyrrham. Item illi, Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Adsint Dī beati.

LXXIX

Σὺν δὲ θεοῖς μάκαρες. i. Adsint Dī beati. Sermo est bene ominantis in re quapiā aggrediunda, sic enim præfari solent rhapsodi, hoc est, carminū Homericorū recitatores & interptes. Quē admodū & citharædis cantaturis mos erat Apollinē, ut dexter adesset carmine inuocare, & λαῖ ἄναξ μάλα χαῖρε. i. At multū salue rex. Quin & testamētū cōdituri præfabant ominis causa, τοῦτο καλῶς ἔσω. i. Hoc bene sit. Itē apud Rhomanos dicturus in cōtione simili precatiōe utebat, ut felix ac faustum esset Reip. quod dicturus esset. Refertur apud Zenodotū.

Q 4 In Aphannis

In Aphannis.

LXXX

Εἰς ἀφάννας, i. In Aphannis, Stephanus tradit Aphannas locū quempiā esse Siciliae, uehementer obscurū & ignobilem, unde & nomē ductū apparet. Hinc natū prouerbiū, ἢ εἰς ἀφάννας, i. Aut in Aphannis, de incertis, & quæ nusq̃ sunt. Zenodotus ait natū, ex huiusmodi casu, Sybaritæ quondā oraculum ad euntes orabant, ut sibi uictoriā aduersus Crotoniatas cōcederet, idq̃ Crotoniatas ipsis præsentibus. Quidā autē Crotoniatarū per iocum respōdit ad hūc modum. Istam quidem cōsequemini in Aphannis. Sybarita credens id a deo responsum, admiratus est, quid sibi uellet hoc uerbi Aphannæ. Prouerbiū ait quadrare in eos, qui se putant inuictos, & nulli tolerādos esse. Verū mihi Stephani magis p̃baī interp̃tamentum.

Ad id, quod erat opus.

LXXXI

Εἰς τὸ δέου, i. In quod opus erat. Subaudiendum in sumpsi aut simile quiddā. Natum aiunt ex oratiōe Periclis. Narrāt hūc datis pecunijs impetrasse ab Astyanacta Lacedæmoniorum rege, qui iam bellum parabat, ut ex Attica decederet. Deinde cum esset populo rationē eius pecuniæ redditurus, puderetq̃ palam titulum in sumptæ pecuniæ proloqui, recte significauit, εἰς δέου, inquiring, ἀνήλωσα τοσούτα τάλαντα εἰς τὸ δέου, i. in usus necessarios tantum talentorū insumpsi. Hæc ferme referunt a Zenodoto. Notauit adagiū & Aristophanes in Nebulis, ὡπερ, περὶ κλέης εἰς τὸ δέου ἀπώλεσα, i. Quemadmodū Pericles, in quod oportuit perdidit. Quo loco interpres, uarias adfert historias, unde prouerbiū ortū putent, quæ si quis requireret, unde petere possit, ostendimus. Eleganter torquebitur per iocum in eos, qui sic administrarunt pecuniā alienam, ut nō possint idoneam rationē reddere.

Adactum iusiurandum:

LXXXII

Ἐπακτὸς ὄρκος, Iusiurandum, dicebatur, uel quod non uernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde ascitum, ut indicat Zenodotus, ut si quis Græcus Scytico more iuret, ἢ τὸ ἀκινάκην καὶ ἀνεμοῖ, i. Per uentum & Acinacem. Nam per suos Deos unaquæq̃ gens iurare cōsueuit, uel qd nō spontaneū, sed adactum uī, uel quod sponte susceptū nemine cogente, Si Suidæ credim⁹. & etymologico. Sunt enim tria iurisiuradi genera, unū quod ἐπώμοτον uocant, alterum quod κατώμοτον, tertium quod ἐπακτὸν. Hoc equidem inter adagia nō recensuissē, nisi Zenodot⁹ prior in hoc albo posuisset.

Scabrosior Leberide.

LXXXIII

κεντρώτερος λεβηρίδος, i. Asperior Leberide. De uehementer asperis & insuauibus. Nam Leberis Græcis dicit exuuiū illud uel serpentū, uel pisciū exuentiū senectam, quod & σύφαρ uocat. Id autē asperrimū esse cōstat, nimirum ob summā siccitatem. Refertur a Suida.

Procul ab auribus nuncius ueniat.

LXXXIII

Ἀπὸ οὐαρε ἀγγελος ἔλθοι, i. Procul absit nuncius aure. Sermo deprecantis nuncium male auspicatum. Suidas ex Callimacho citat, Homerus item Iliados. ε. Δὶ γὰρ δῆμοι ἀπὸ οὐαρε ὦδε, γένοιτο, id est, Ista uelim mihi sint procul auribus.

A puro pura defluit aqua.

LXXXV

Theognis in sentētijis Elegiacis, εἰ μὲν ἐθέλῃς πλύνειν κεφαλῆς ἀμίαντον ἀπὸ ἄρκης, αἰεὶ λίκυρον ὕδωρ ρεῖσει ἡμετέρης, i. Rursum aqua de summo mihi uertice defluet usq̃ Limpida, si innocuū forte lauare pares. Hoc distichon quoniā subesse, prouerbiū uidebat, adscripsimus. Quadrabit in hominē, usq̃ quæq̃ inculpatū & innocentē, quē etiā si quis aliquādo uocet in crimē, tamē nō solū fama illius nō cōtaminat, uerū etiā illustrior reddit. Nec sine causa laudī tribuūt illud Cato ni Censorio, quod toties accusatus & uocatus in ius. Nempe quater & quadragies, semp iudicū sentētijis fuerit absolutus.

A lupi uenatu.

LXXXVI

Ἀπὸ λύκου θήρας, i. A lupi uenatu, Dicit solitū, ubi quis p̃tinus re infecta discedit. Aut de negotio molesto, & agresti. Neq̃ enim tutū est lupum insequi, neq̃ is facile capi. Cū reliquarum ferarū uenatus nō uulgarē adferunt uoluptatem. Meminit Suidas.

A subeunte portum nauī.

LXXXVII

Ἀπὸ καταδυομένης, i. A subeunte, subaudi, naue lucrum capias. Admonet adagiū, celeritatem ad quæstum plurimū ualere. Et in negociatorē, Illud in primis cōpetere, ὕπνος ἀπέσω, i. Sōnus abesto. Sumptū a mercatorū diligentia, qui merces statim emunt ab ip̃is nautis in portum appellentibus. Tum enim & minoris emuntur, & maiori distrahunt lucro. Trahi poterit ad eā sententiam, ut si quis dicat statim arripiendam oblatam occasionē lucri. Aut tum rogandum quempiam, ubi fortuna recentē aliquā commoditatem obiecerit. Nam sumus plariq̃ tum ad gratificādū

gratificandū benigniores. Persius in quinta Satyra Metaphorā uariauit, cum ait, Tolle recēs primus piper e sitiente camelo, id est ilico, cum adhuc de uia sitit camelus, qui merces attulit, prouerbij meminit Suidas:

A bis septem undis.

LXXXVIII

Αἰτῶ δὲ ἐπὶ κνμάτωρ. i. A bis septem undis. In eos competit, qui a noxia quapiā purgati sunt, propterea quod antiquitus mos esset homicidio pollutos, uestes suas bis septem inundationibus, immersionibusq; lauare. Testis Suidas.

Exigit & a statuis farinas.

LXXXIX

Αἰτῶ γε καὶ τοὺς ἀνδρίαντας ἀλφίτα. i. Sane cibum & signis ab ipsis exigit. In eū dicendū, qui nullius misertus undecūq; quod potest, auellit, uel ab ipsis mortuorū statuis. Simillimū illi, κατὰ νεκροῦ φορεῖς. i. Et a mortuo tributū colligis. Cōpetit in principes expilatores plēbis, qui nulla nō ex re, uectigal expriment, uel ex lotio. Aut in auaros sacerdotes, apud quos ne sepulchrū quidem gratis conceditur.

Athos caelat latera Lemniæ bouis.

XC

Αἰθωσ καλύπτει πλάγρὰ λεμνίας βοός. i. Athos obumbrat latera Lemniæ bouis. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriā cuiuspiā obscurat, aut alioquin obsistit. Tradūt in Lemno bouis fuisse simulacrū ingens, candido factū lapide. Id Athos mons, tametsi longe distitus interuallo, tamē ob summā celsitudinē, obscurat umbra sua. Est autem Athos Thraciæ mōs ingēs adeo, ut umbram iaciat ad stadia trecenta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticon libro primo, ἤρι δὲ νιασομύνοισι μῦθον ἀνέτελλε κολῶνι, θρηκίη, ἢ τόσο μ' ἀπόπρωδι λήμνονο εὐόσαμ, οσομῆρ ἐνδιδόνκερ εὐσόλος ὀλκὰς ἀνίσσασ, ἀκροτάτη κορυφή σκάει, καὶ ἐξ ἄρχι μυρίνης. i. Solis ad exortū uada falsa secantibus alto Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui Distitus a sacra tāto discrimine Lemno. Quantū alata dīe ualeat transmittere nauis Hanc tamen aerij contingit uerticis umbra. Quin longinquā etiam pertingit ad usq; Myrinen. Prouerbij meminit & Plutarchus in Moralibus, cum alias, tum in cōmentario, quem inscripsit de facie apparente in orbe lunæ testans umbram porrigi per septingenta ferme stadia.

Præsentem mulge, quid fugientem insequeris?

XCI

τὴν παρῆουσα μᾶμελε, τί τὴν φεύγουσα διώκεις. i. Præsentem mulgero, quid insequeris fugientē? Heroicus prouerbialis admonens præsens lucrum nō omittendum, spe commodorū, quæ nō item ad manum uidentur esse. Sumptū est ex Cyclope Theocriti.

Quid ad Mercurium?

XCII

τί πρὸς τὴν ἑρμῆ; i. Quid ad Mercurium? Idem cum illo, οὐδὲν πρὸς ἔπος. i. Nihil ad rem. Nā Mercurius orationis autor.

Quid Achiuos a turre iudicatis?

XCIII

τί τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνετε; i. Cur iudicatis Danaidas de mœnibus? Dici conuenier, quoties quis pronunciat de re nō satis accurate consyderata. Aristides in Themistocle, τί τὰυτα τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνομεν; i. Quid in his achiuos de turre iudicamus? Sumptū apparet ex Iliados. r. quo loco Priamus in mœnibus troianorū, accersitam Helenam percunctatur quinam essent, quos procul in Græcorū exercitu conspiceret, & Agamemnonis formā laudat ad hunc modum, οὐ τις ὄδ' ἄξιμαχάος ἀνὴρ ἦν τε μέγας τε; ἦτοι μὲν κειραλή καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασιν καλὸν δ' οὕτω ἐγὼ μὴ οὐπω ἴδ' οὐ φθαλμοῖσιν, οὐδ' οὕτω γεραροῦ, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔσικε. i. Ille quis est cedo, Graius homo, magnusq; bonusq; Sunt alij hunc, fatcor, supercantes uertice plures. Verū æque pulchrum memini me cernere nunq; Nec reuerendū æque, Regem præferre uideō. Nec inconcinne torquebī ad eos, qui in tuto constituti, de ijs indicant, qui in periculo ueriant. Quemadmodum faciunt ij, qui in turre, aut uallo sedētes, ociosi spectant, iudicantq; præliantes, ac in multis animi robur, aut cōsiliū desyderant, quod ipsi nequaquā præstaturi forent, si in eodem discrimine uersarent. Aristides in Themistocle, οὐ μὲν, οὐχ ὁμοιομ' ἐμ μέση τῆς θαλάσσης περὶ τῶν ἐμ τῶν πλοίων λέγειν καὶ τῶν ἐν ψυχίαμ τῶν αὐτοῦ δακνύναι, καὶ καθήκουσιν ἕξω τ' ἰθάλης ὑπὸ τῶν τεχνίω. i. Atqui nō parū refert, si quis medio in mari, de ijs loquat, qui in nauī sunt, animiq; præsentia demonstrat, sedensq; procul a procella intra parietes.

Quis usus cepis putridi?

XCIII

τίς χρεια κηδομύου κρομμύου. i. Quis usus putrefacti cepis? De rebus aut etiam hominibus, teñculis, & quorum nullus usq; est usus. Etenim cum cepe sit herba per se uilissima, simul atq; sōputruit, nihil esse potest abiectius Cognatū illi Plautino, uitiosa nuce non emam.

Philoxeni

Philoxeni non.

XCV

τὸ φιλοξένου οὐ. i. Philoxeni non. Dicendum, ubi quis obstinate, uel inficiatur, uel recusat, Aut ubi quis alteri nescit concedere, neq; quicq; ad gratiā loqui. Quod genus homines a principū cōsuetudine debent abstinere, apud quos, aut tacendum est, aut loquendū, quod gratū sit auribus, Philoxenus poera, quemadmodum alibi diximus, usq; adeo nō potuit carmina Dionysij probare, ut maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

Meos Corymbos nec̄to.

XCVI

τούς ἐμούςς κορύμβους πλέκω. i. Meos nec̄to cincinnos. Vbi quis respōdet, quod nihil pertinet ad interrogata. Refert̄ ad hūc modū, χαίροις ὑψίπυλκ, τούς ἐμούςς κορύμβους πλέκω, οὐ σοι λέγω περὶ τοῦτου, οὐ μὲν ἀκοίτις ἐνταῦθα. i. Salue Hypsipyle. Meos corymbos nec̄to. Nō tibi loquor ista de re. Maritus meus hic est. Ex aliquo comœdiæ loco, sumptū apparet, in qua p̄sona quæpiā per dissimulationē, diuersa respōderit. Quod genus est & illud apud Terentiū in Phormione, cū Phædria rogatus, ubi nā esset Antipho respōdens iterat salutationē, deinde, ait illum recte ualere. Est cōsimilis locus, & apud Plautū in Mercatore. Iam Machæra est in manu. Nam si eo te introducā, Tollo ampullam, atq; hinc eo, & reliqua. Nam locus longior est, q̄ ut citra tædium possit recenseri.

Compendiaria res improbitas.

XCVII

Σύντομος ἢ πονηκία, βραδεία ἢ ἀρετή. i. Compendiaria res improbitas, uirtus longa. Qui semel ad dixit animū uitij, is quiduis flagitij facile patrabit. At singula uirtutes magno sudore paranda. Fitq; nescio qua naturæ corruptione, ut quæ turpia sunt, uel ἀποιδόκτοι protinus arripimus, quæ honesta uix laboribus diutinis inculcentur.

Vmbra pro corpore.

XCVIII

σκιά ἀντὶ τοῦ σώματος. i. Vmbra pro corpore. Quoties aliquis, magnū quiddā uidebit̄ affectus, cum nihil tandem auferat præter titulum, aut spes meras. Mutuo sumptū ab Aelōpica fabula de cane, qui dum umbram carniū, quod ea maior appareret, captat, ucras amisit carnes. Eam quidem iambico carmine Gabrias quidam, utcūq; complexus est hoc pacto, φέρω γέ ποταμοῦ πλησίον κύων κρέας, κύψαε ἑαυτὸν, ἄλλοις ἕδωρ βλέπει, κανὼν δὲ λοιπὸν τὸ κάτω λαβὼν κρέας, ἀπεσερεῖτο κὴ τὸ, οὐ περ ἐκράτει. i. Iuxta fluentem deferens carnes canis. Dum pronat os in ane cōspicit alteras, Et hians deorsum, ut casce carnes præderet. Amisit has quoq; quas tenebat antea.

Sinopissas.

XCIX

σινὸπιζῆς. i. Sinopissas, id est, lasciuus. A Sinope scorto quopiā nobili, celebrataq; lasciuia, cui nomen hinc inditū uidetur, quod noxijs esset oculis. Fuit & Sinope Aelōpi filia, cui nihil charius fuit uirginitate.

Vitiat lapidem longum tempus.

C

Σίψα κὴ πέτρην ὀ πολὺς χρόνος. i. Vitiabit etiam saxa series temporum. Nihil in rerum natura saxo durabilius. At id quoq; temporū diuturnitas absumit. Quod poetæ nimirū innuunt, cum in gunt Saturnū tēporis deū, saxum Iouis loco suppositū deuorasse.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA TERTIA.

Sileni Alcibiadis.

I



Ἰλκνοὶ Ἀλκιβιάδου. i. Sileni Alcibiadis, apud eruditos in prouerbiū ab h̄sse uidetur, certe in Collectaneis Græcorū prouerbiū uice referuntur, quo licebit uti, uel de re quæ cum in speciem, & prima, quod aiunt fronte, uilis ac ridicula uideatur, tamen interius, ac pp̄ius contemplanti, sit admirabilis, uel de homine, qui habitu, uultuq; longe minus præ se ferat, q̄ in animo claudat. Aiunt enim Silenos imagunculas quaspiā fuisse sectiles, & ita factas, ut diduci & explicari possent, quæ clausæ ridiculæ ac mōstrosam tibicinis speciem habebant, apertæ subito numen ostendebant, ut artē sculptoris gratorē ioculus faceret error. Porro statuarū argumentū sumptū est, a ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinūq; poeticoꝝ morione. Quādoquidē habent & illi principum nostratiū exemplo suos γελωτοποιούς. Proinde Alcibiades apud Platonē in cōuiuio, Socratis Encomiū dicturus, eū Silenis huiusmodi similem facit, quod is multo alius esset, pp̄ius intuēti q̄ summo habitu uideret̄. Quē si de sūma, quod dici solet, cute quis æstimasset, nō emisset alie. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares simæ, mucosq; plenæ. Sannionem quempiā habedum, ac

Σάρωνος ναυτικώπερος, i. Sarone magis nauticus. Aiunt hunc fuisse deum quempiam nauticū. Vnde & Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominem, & moribus feris. Quod genus nautas plerisque uidemus esse. Meminit & Saronis, & ab hoc cognomiati maris Aristides in Themistocle, οὐδ' ἵνα τὸν πάντα χρόνον τὴν θάλασσαν οἰκῶσιμ, ὡς περὶ τὸν γλαυκόμεν φησι τὸν ἀνθηρόνιοι, ἢ τὸν σάρωννα τὸν ἐπώνυμον τῷ πελάγῳ. i. Nec uti per omne tempus, in mari habitent, quemadmodum aiunt facere Glaucum Anhedonium, & Saronem mari cognominem. Pausanias in Corinthiacis Saronis facit mentionem, qui Althepiæ regioni maritimæ imperarit. Huic diuersum, quod ait in Ranis Aristophanes, πῶς δ' ὠκισσομαι ἀπερος, ἀθαλαπῆτάτης σαλαμίνιος ὡς εἶτ' ἐλαίνεμ. i. Qui potero imperitus, & a mari alienissimus, Salaminis expertus, nauem agere.

Affidua stilla saxum excauat.

III

Ρανίς ἐνδ' ἐλεχοῦσα κοιλαίνα πέτραμ. i. Stillicidium perpetuum saxum excauat. Admonet nihil esse tam durum, quod non emolliat, nihil tam arduum, quod non efficiat assiduitas. Quandoquidē stilla aquæ, nimirū res tam tenuis, ac leuis, saxum etiā durissimū exhauriat, quod uix ferro possis euincere. Plinius tradit inueniri silices, formicarum pedibus attritas, idque grauissimum exemplū esse putat, quantā uim habeat assiduitas. Menander apud Stobæū, πάντα γὰρ ταῖς ἐνδ' ἐλεχίας καταπονέτη πᾶσα γατα. i. Vicisti enim assiduitate fiunt quælibet negotia.

Salaminia nauis.

III

Σαλαμινία ναῦς. i. Salaminia nauis. De præuolocibus dicitur est. Celebratur enim uel in primis nauale bellum aduersus Xersem gestum apud Salaminē, siue quod ex triremibus, altera salamina uocari cōsueuit, altera πέραλος. Aristophanes in Auibus, ἰρις ταχῆα, πέραλος, ἢ σαλαμινία. Vnde & Bacchus eo, quem modo citauimus loco, ἀσαλαμίνιοι appellat sese, quod bellicarum rerum, ac remi ducendū, esset ignarus. Alludit autem poeta, sicut opinor, ad prouerbiū quod alibi retulimus, δ' εἰ κώπιω ἐλαίνεμ τὸν εἰδότεα. i. Oportet ducere remum eum qui norit.

Pyrrhandri cōmentum.

V

Πυρρῆ ἀνδρου μηχανήμα. i. Pyrrhandri cōmentum, de callido inuēto. Hic Pyrrhander sycophāta quispiā fuit, insignite uersutus, notaque malitiæ. Aristophanes in Equitibus, καὶ νῆ δ' ἴη μὴ τοῦτο πυρρῆ ἀνδρου δ' μηχανήμα. i. Ac per Iouem fuit quidem Pyrrhandrica ista techna.

Ἄζηλος πολῦτος

VI

Ἄζηλος πολῦτος uocabatur, cum quis suas dotes ignoraret. Veluti si qua formosa cum sit, putida esset tamen, sibi que displiceret. Aut si quis facundus, infacundus sibi uideretur. Porro felicitatis non minima pars est, ut quisque sua norit bona. Proinde Maro, O fortunatos nimium bona si sua norint Agricolas. Opinor esse finitimū illi, δ τυφλὸς πολῦτος. i. Cæcæ diuitiæ. Nā ζηλοῦμ alii quoties idem est, quod admirari, ac felicem ducere. Vnde & ἀρίζηλον uocant conspicuum & illustre. Cui diuersum est ἄζηλον, quod nemo miratur.

Dicas tria ex curia.

VII

Εἰ ποίς τὰ τρία πρὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἀλλῆς. i. Dicas tria de curia. Antiquus qui iudicū sententiis fuissent ad capitale supplicium cōdemnati, priusque ad mortē ducerent, ea facultas cōcedebat, ut uino, ciboque expleti, tria quædam quæcūque lubitū esset dicerent. Quæ simulatque dixissent, promulgata damnatione producebant ad supplicium, ἀλλῶ enim olim uocabant eum locū, quo damnati ducebantur, quæ Neoterici ἀρχισον appellant. Apud Suidam legitur, πρὸς τὴν ἀλλῆ, dandi causa. i. Iuxta curiam. Vsum adagij apud neminē adhuc reperi. Coniunctio dici solitū, ubi quis petulantius loqueretur, sed magno suo malo, aut exitium imprecaretur alicui. Adagium refertur a Zenodoto.

Pyraustæ gaudes gaudium.

VIII

Χαράμ πυραύσου χαίρεις. i. Gaudiū Pyraustæ gaudes, De momentaria, fluxaque uoluptate. Ostendimus alibi Pyraustam ad lucernas aduolantem, ambulans alis perire, unde & prouerbiū, πυραύσου μόρος. i. Pyraustæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Πτερυγίζεμ.

IX

Πτερυγίζεμ, dicitur, qui conatur & gestit quippiam efficere. Sumptum a pullis auium, cum adhuc inuolucres sunt alas mouentibus. Lucianus usurpat pro indecore & scurriliter gesticulari, libello de mercede seruentibus.

Ante barbam doces senes.

X

Πρὸς τὴν γενεάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας. i. Ante barbam doces senes. Cū imberbis maiorē natu docet. Est autem figura prouerbialis, quod ait Persius, ante pilos. Et rerum prudentia uelox ante

R 4 lox ante

lox ante pilos uenit, dicenda, tacendaq; calles. Hanc prudentiam, quam præcoquã, seu præcocem appellant, uulgo non admodum fausti ominis habitam, ostendit Apuleius in secunda Apologia, scribens hunc senarium nobilem & celebrem fuisse poetã, nescio cuius, neq; enim nominat, Odi puerulos præcoci sapientia. Nec Fabio placet præcox ingeniorum gen⁹, quod negat ad frugem solere peruenire.

Bellum Cononi curã fuerit.

XI

πόλεμος κώνωνι μελίσει. i. Bellum Cononi curã erit. Hemistichiũ est Heroici carminis, nec satis liquet unde sumptum. Porro Conon dux Atheniensium fuit, multum in belli negocijs exercitatus. Primũ nauali prælio superatus a Lyfandro Lacedæmoniorũ duce, redintegratis copijs, eundem terrestri prælio uicit, & Athenarum libertatem restituit. Proinde conueniet ad hunc modum respondere, curanti negocium, quod ad se nihil attineat. Item Hector Andromachã suã Iliados. z. πόλεμος δ' ἀνδρασι μελίσει. i. Viris curã sunt bella futura. Et Turnus apud Vergilium, Arma uiri, bellumq; gerant, quis bella gerenda.

Antehac putabam te habere cornua.

XII

πρὸ τούτου σὲ ὠμῶν κέρατα ἔχαμ. i. Antehac credebam tibi esse cornua. De ijs, qui prius habiti fortes ac strenui postea cum res uirum postulat, apparent ignaui. Vnde & Comicus cornutam bestiam uocat hominem, paratum se defendere, cornutam bestiam petis. Et Horatius, Parata tollo cornua. Apud eundem Scurra iocatur, in scurrã accepto cõuitio minitãte capite moto, cum in fronte fœdam haberet cicatricem, quid faceres, inquit, si cornu tibi nõ esset excẽtum, cum sic mutilus miniteris. Deniq; Dialectici cornutum appellant syllogysmum dilemma, uelut inexpugnabile.

Priusq; mactaris excorias.

XIII

πρὶν ἐσφάχθαι δέρας. i. Priusq; mactaris excorias. Dicendum, ubi quid præposterã fieri uideatur. Finitimum illi, quod alibi retulimus, actum agere. Nam id etiam adagium. M. Tullius putat ad consilij præposterã significationem pertinere. Sic enim scribit in dialogo de amicitia, præposteris enim utimur consilijs, & acta agimus, quod uetamur ueteri prouerbio.

Priusq; assa sit farina.

XIII

πρὶν ὀπιῆσαι ἄλβρα. i. Priusq; coxeris farinam, subaudiendũ, in spergis, aut simile quippiã. Euristhatus in Odyssæ. ω. refert utrũq; tum hoc, tum illud proximum. Solitum autem est assis carnibus apud quosdam inspergere farinam.

Plures adorant solem orientem, q̃ occidentem.

XV

πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δάωντα. i. Plures adorant solem orientem, q̃ occidẽtem. Iuueni magis adhæretur q̃ seni. Plutarchus scribit Casarem hoc adagio minatum Pompeio, qui se solem appellabat orientem, nempe iuuenem indies magis ac magis fama crescentem, illum occidentem, utpote affecta iam ætate, & cuius dignitas, gloriaq; iam cõsenesceret. Mos erat antiquis adorare solem, quem deum existimabant, & a Persis præcipue colebatur, nomine Mythere. Itẽ apud Aegyptios Osyridis, apud Græcos Apollinis, apud alios alijs atq; alijs nominibus, hunc orientem salutabant religionis causa. Quem morem tradit Socrati fuisse Plato. Ferunt & ab Elephantis adorari solem, salutabatur & occidens, sed a paucioribus.

Auro loquente, nihil pollet quãuis oratio.

XVI

χρυσὸν λαλοῦντες πᾶς ἀπρακτικῶ λόγος, πείθει γὰρ οὐδὲ καὶ πέφυκε μὴ λέγειν. i. Auro loquente, ratio quãuis irrita est. Suadere siquidem nouit, & loquens nihil. Prouerbiũ indicat munerã ubiq; longe plurimũ ualere. Vulgaris iocus ait tinnulas rationes præcipuam habere uim ad persuadendum, pecuniam indicans.

Pellenæ tunica.

XVII

πῆλλωαῖος χιτῶν. i. Pellenæ uestis. De Prisco cultu. Pellene puetusta Achaicã ciuitas, Protei patria, in qua diuersã uestimẽtorũ formã fieri cõsueuerũt, attestante Suida. Iulius libro de rerũ uocabulis septimo, pdidit lenas Pellenicas olim nobiles fuisse, adeo ut in Iunonijs ludis ac certaminib⁹ uictori lacerna Pellenica præmij uice dareẽ. Diuersum igit̃ uideẽ illi, quod alibi diximus, mun⁹ Leuidense Lepidius erit, si p ironiã adhibeãt, Veluti si cui p laboriosis, ac diutinis officijs uile munusculũ missum sit, dicamus, πῆλλωαῖον χιτῶνα cõtigisse. Romã quoq; uestes Xeniorum loco missitari solitas indicat Iuuenalis.

Aquilam Cornix prouocat.

XVIII

ἀετὸν κωρώνην ἔρεχελε. i. Aquilã cornix prouocat. Tradunt peculiare cornicibus esse, irritare aquilam. Verum

lam. Verum illa negligit prouocantem, intelligēs nimirum sibi ab illa noceri nō posse. Locus igitur fuerit adagio, siquādo leuiusculus quispiam homūcio, qui neq; prodesse queat, neq; laedere, maximis uiris oblatrat. Quemadmodum Menelaus apud Euripidē in Iphigenia Aulideni de uatibus, κούδ' ἐμ' ὄχρησον οὐδ' ἐχρήσιμον παροῦν. i. At nihil habet nec utile, nec inutile.

Lupus pilum mutat, non mentem.

XIX

ο λύκος πῖλὸν πρήξα οὐ τὴν γνώμην ἀλλά τῆσιν. i. Lupus pilum, non ingenium mutat. Senecta caniciem adfert improbis, non item aufert malitiam. Canescunt enim lupi, uelut & equi more hominum per aetatem.

Laqueus laqueum coepit.

XX

Ἄταρ ἢ πάγην ἔοικε λήϊεσσι πάγην. i. Laqueum laqueus, ita ut uideatur, coeperit. Vbi malus malū obseruat. Veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum, quod interdum usu uenit, ut dum duo sibi uicissim insidias tendunt, uterq; deprehendat alterum.

Ipsum ostrij limen tetigisti.

XXI

Ἄντ' κέρσεκας τὸν βατῆρα τ' δύρασ. i. Ipsum attigisti limen ostrij pedc. Dicitur solitum, quoties ad rem ipsam peruenitur. Aristophanes in Ranis, ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' ἀντιῶν τῶν δύρασ ἀπιγμῶν. i. Sed non ueris uenisse te ipsas ad fores.

Gallus insilit.

XXII

Ἀλεκξωμ' ἐπιπῆδ' ἄ. i. Gallus insilit. Vbi quis semel uictus, redintegrat certamen. A gallorum certaminibus sumptum. Nam is huic animanti mos est.

Nunc ipsa uiuit sapientia.

XXIII

Ἄντ' ἢ νῶν σοφία ζῆ. i. Nunc ipsa uiuit sapientia. Applaudentis & adgratulatis est sermo, siquid aliquando uidetur scite & arte dictū, factum ue. Festiuus crit, si per ironiam efferatur.

Nunc ipsa floret musa.

XXIII

Ἄντ' ἢ νῶν ἀνθ' ἢ μουσῶν. i. Nunc ipsa floret musa. Superiori simillimum. Vbi quid erudite, factū de, uenuste, dictum aut scriptum uidebitur, quasi musis bene fortunantibus. Et hoc uenustius fiet per ironiam.

Onus nauis.

XXV

Ἄχθος νεώσ. i. Onus nauis. In inertes & inutiles iacere cōueniet, ἀντ' τοῦτ' ἄχθος νεώσ. Cōfine illi, ἐτῶσιον ἄχθος ἀεζούσκη. i. Telluris inutile pondus. Quadrabit & in magnū, eundēq; molestū.

Marinam auditionem fluuiali abluuit sermone.

XXVI

Ἀλμυρὰν ἀκολὸν ἀπεκλῦσαρ πτῖμω λόγῳ. i. Salsuginosum sermonem, potabili diluit oratione, ubi quod erat audire molestum, id diuersa oratione uelut edulcatur. Quod erat gustus, id traductum est ad aures. Etenim, quod palato aqua marina, id auribus oratio tristis, aut contumeliosa. Item, quod palato liquor fontanus, id auditui sermo placidus, ac benignus.

Arcadicum germen.

XXVII

Ἀρκάδιον βλάσημα. i. Arcadicū germen, de grandibus & ignauis dici solitū. Iuuenalis, Quod leua in parte mamillæ, Nil salit Arcadico iuueni. Arcades olim male audierunt ob stuporē ingenij. Lucianus in libello de Astrologia, tradit Arcades ob eā causam stupidos habitos, quod ceteris omnibus amplectentibus astrologiam soli contempserint, seq; fecerint antiquiores ipsa luna. Vnde & προσελίω ἄοι dicti.

Hic Rhodus, hic saltus.

XXVIII

Ἄντ' οῦ ρόδου, ἀντ' πῆδημα. i. Hic Rhodus, hic saltus. Vulgo iactatum de ijs, qui sese de negotio quopiam iactarent insolentius, cuius fides nō extaret. Sumptum ex Apologo, qui fertur inter Aesopicos. Adulescenti cuidam iactanti scise, quod cum Rhodij esset admirabiles fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato sermone, ἴδου ρόδου, ἴδου πῆδημα. i. Ecce Rhodus, ecce saltus. Cōueniet igitur, ubi quis iubetur re præstare, quod alibi se fecisse iactat. Ouidius, Sua narret Ulysses, quæ sine teste gerit.

Archidamicum bellum.

XXIX

Ἀρχιδάμιος πόλεμος. i. Archidamicum bellum. De bello sæuo, crudelēq; dicebatur, Epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorū, qui maximis copijs impressionē fecerit in Atticam, eamq; diuexarit. Grauiissimā autem noxam inflixit Acarnensibus, succis omnibus arboribus, ut testat & Synesius in Eucomio Caluicij. Proinde cū fundit⁹ tollunt⁹ oia bellū Archidamicū dicebat.

Mortuum unguento perungis.

XXX

Νεκρὸν μυρίζεις. i. Mortuum unguento perungis. De sumptu superuacaneo, siue cum fero qd adhibet. Moris erat apud Priscos maxime Aegyptios defunctorū cadauera, ne putrescerēt unguentis

unguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud principes, sicut alia pleraque gentium magno stulticiæ argumento durat.

Mortuus iacet pedens.

XXXI

νεκρὸς κῆται ἐδέωμ. i. Mortuus iacet pedens, Dicitur solitum, si quando pauper, simularet opulentiam. Apud unum Apostolum Byzantium reperi, & haud scio, an ipsi uulgoque relinquendum.

Rudentes & remos cum armis commutauit.

XXXII

νήϊα καὶ κωπέας ἀμτ' ἔπλωμ ἠλλάξωμ. i. Rudentes & palmas armis mutarunt. Conueniet ubi quis artem, aut quæstum solitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus, ueluti si quis e nauta fieret miles, e negociatore sacerdos, νηϊα funes nautici sunt. κωπέαι ligna, unde remi parantur.

Niobes mala.

XXXIII

Νιόβης πάθῃ. i. Niobes dolores. De maximis & acerbissimis malis dicebatur. Hæc enim fabulæ narrat, post occisos liberos, quos permultos habebat præ dolore, in saxum conuersam fuisse, illud inuenientes imodico dolore diriguisse. Qui funditus pereunt Græcis, παμοικὶ ἀναγῆδῃ dicuntur, ueluti cum pestilentia nullum in familia reliquum facit.

Radit usque ad cutem.

XXXIII

Ξυρῆ ἐν χθρῷ. i. Ad cutem usque radit. De eo dicebatur, qui nimium exacte uideretur agere cum aliquo. Sumptum a tonsoribus, qui quosdam per pectinem radunt, relictis pilorum quasi stirpibus, quosdam citra pectinem ad uiuam usque cutem. Plautus in Captiui duo. Sed utrum strictim ne dicam attonsurum esse, an per pectinem Nescio, uerum si frugi est, usque admutilabit probe. Loquitur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tanquam ad cutem rasuro. Cognatum illi, Ad uiuum refecare.

Signum bonum, aut malum.

XXXV

σύμβολον ἄγαθὸν ἢ καὶ φαῦλον. i. Signum bonum, aut certe malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod sumitur e sternutamentis, id autem ad Cererem pertinebat. Et hominis primum occursum, ex quo signum aliquod euentus captabant, symbolum appellabant. Cæterum hic loquendi color, diuinis olim familiaris erat, testibus Homero, & Platone. Item apud Horatium Tiresia, Quicquid dicam, aut erit, aut non.

Duos insequens lepores, neutrum capit.

XXXVI

Ὁ δῦο πῆϊκαε δίκωμ, οὐδέτερον καταλαμβάνει. i. Qui duos insecatur lepores, neutrum capit. Huius prouerbij sensus est. Qui simul duplex captat commodum, utroque frustratur. Effert in Græcorum collectaneis, & citra figuram, δυνῆμ ἐπιθυμίας οὐδέτερον ἔτυχες. i. Ambo concupiscens, neutrum assecutus es.

Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet.

XXXVII

Ὁ πολὺ ἔχωμ πέπρι τῖθσι καὶ λαχάνοις. i. Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet. Cui rei cuiuspiam largior adest copia, ea profusius utatur licebit. De pusillo parcius infusendum. Vt, cui multum suppetit facultatum, huic licet opipare uiuere. Nam piper oleribus admisceri solere, testat & Martialis, Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ. Quod sæpe petet uina, piperque coquus. Non nihil suspicor & hoc Apostolum a uulgi fece hausisse.

Domus amica, domus optima.

XXXVIII

οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. i. Est grata domus, domus optima, semper. Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam lautius homini uiuere contingit, quam domi. Quidam per iocum detorquent ad testudinem. De qua fertur Apologus huiusmodi. Iupiter cum animantium omne genus ad nuptias rogasset, uenissentque reliqua, præter unam testudinem, Nam hæc peracto conuiuio, tum demum aduenit. Iupiter admirans percunctatus est, quid nam illi fuisset in mora. Atque illa respondit, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, Iratus ille, iussit ut quocumque iret, domum suam secum circumferret. Vnde per iocum affectata obscuritate sic describitur apud Ciceronem, libro de diuinatione secundo. Terræ tardigrada, domi portam, sanguine cassam. Nam terræ pro terrigenam legendum opinor. Cui respondet illud, alibi a nobis positum, οἶκοι μὲν δ' εἰ τὴν καλῶς ἐν δ' αἶμονα. i. Domi manendum est, fata cui sunt prospera. Plutarchus hoc genus hominum ignauum, quod tecto gaudet, & umbra, quodque semper amat desiderare domi, οἶκον αἰετῶν appellat, quasi dicas custodes domus. Et in libello, περὶ φθῆ ἐν θυμίας, non probat hanc οἶκον αἰετῶν ἀπραξίαν. Idem in præceptis coniugialibus refert Phidiam Heleorum Venerem ita finxisse, ut testudinem calcaret, tacite significans, uxoribus domi manendum esse, silendumque. Idem narrat Aegyptijs hunc fuisse morem, ut nuptiarum sandalijs non uterentur, ne uidelicet domo unquam prodirent.

Asini caput ne laues nitro.

XXXIX
οὐκ ἐπιφάλλω

ὄνου κεφαλῶν μὴ πλῶνεν νίτρον. i. Asini caput, ne laues nitro. Ne multū sumptus, operæ ue impendas, in rem uilem, ac fordidam. Finitimū illi, πλὴν χύτραν περικίλλειν. i. Ollam uariegarē.

Asini mandibula.

XL

ὄνου γνάθος. i. Asini mandibula. Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos. Cuiusmodi pingit Horatius. Nos numerus sumus & fruges consumere nati.

In occipitio oculos gerit.

XLI

ὀπίσθην κεφαλῆς, ὀμματα ἔχει. i. In occipitio oculos habet. De uersutis & circūspectis quosq; neutiq; procliue sit fallere. Quod genus hominū Persius Ianum appellat. O Ianc a tergo cui nulla Ciconia pinsit. Et Homerus a principe requirit, ut oculatus sit, πρῶτον καὶ ὀπίσσω. i. A fronte & a tergo.

Lutum nisi tundatur, non fit urceus.

XLII

ὀ πηλὸς ἢ μὴ δαρή, κέρα μὲν οὐ γίνετ. i. Lutum ni tundatur, non fit testa. Citra laborem nullus euadit in uirum absolutum.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi.

XLIII

ὄρκους ἀνδρῶν, ἀστράγαλοις δὲ παιδῶν διαπατήσθαι. i. Iureiurando uiros, talis pueros oportet fallere. Docet uiris nulla re citius imponi posse, q̄ iureiurando, quod nemo tam improbus esse credatur, qui id uelit uiolare. Laconis cuiusdam apophthegma.

Aues quæris.

XLIIII

ὄρνις ζητῆς. i. Aues quæris. Rem uagam, & captu difficilem sequeris. Persius, An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;. Item Aristoteles, τὰ πετώμωνα διώκειν. i. Sectari uolantia.

Mons cum monte non miscetur.

XLV

ὄρει ὄρει οὐ μίγνυτ. i. Mons cum monte non miscet. Non conuenit inter pariter elatos. Etia si Plinius tradidit duos montes concurrisse, crepitu maximo assultantes, recedētesq;, magna hominum turba spectante, idq; luce.

Qui canem alit externum.

XLVI

ὄ κῶα ξέφει ξένον, τούτῳ μόνον λίνῳ μύει. i. Qui canem alit peregrinam, huic præter linū nihil fit reliquū. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nā canis alienus relicto fune quo alligatur, pristinū dominū repetit. Sapit & hoc uulgare quiddā mea qdē sententia.

Cum nibas coccyssauerit.

XLVII

ὄταν νίβας κοκκύση. i. Cum Nibas coccyssauerit. Simillimum illi ad Græcas calendas. Tradūt in Thessalonica Macedonia ciuitate, uicum esse, cui nomē Nibas, ubi Galli nunq; uocē edāt.

Ignis non extinguitur igni.

XLVIII

πυρὶ οὐ σθένυτ πῦρ. i. Igni non extinguitur ignis. Malū malo nō tollitur, ira non sedatur iracūdia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, iniuria beneficio uincitur.

Ne terra quidem iuuat.

XLIX

ὄν δ' ἀπὸ γῆς ὠνέσθαι. i. Ne e terra quidem profuit, id est, ne minimo quidē, perinde quasi dicas, ne glebam quidem impertiuuit, aut ne terræ quidem hospitio dignatus est, ut apud Maronem Hospitio prohibemur arenæ. Bella cient, primaq; uetant consistere terra.

Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.

L

ὄνδεις δυσώπης χησὸν ὀλονεῖ κρέας. i. Difficilis emptor, haud bona emit obsonia. Qui nimiū uilē studet emere, semper merces uitiosas emit. Nam haud cōueniunt paruo emere, & rem egregie bonam emere. Conuenit in hos, qui paululo labore conantē egregias assequi literas, quæ non contingunt, nisi maximis ac diuturnis uigilijs.

Non potes Tethydem simul & Calateam amare.

LI

ὄν δ' ὠνασαι τέθυδός τε καὶ γαλαπτίας ἐρεῖν. i. Nō potes simul & Tethydē & Galateam amare. Id est, Nō potes idē diuersa sequi, uelut literas & pecuniā, uoluptatē & gloriā, mūdū & Christū.

Malum lucrum, æquale dispendio.

LII

Celebratur Hesiodium dictum, μὴ κακὰ κερδαίνεω, κακὰ κέρδεα ἴσα ἀτρήσθαι. i. Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis. Utinam hanc sententiā cum mortales omnes, tum præcipue negotiator es, nō scripijs, sed pectori inscriberēt suo, ducerentq; non esse lucrū, quod iactura bonæ mentis comparatur, neq; quicq; utile esse, quod non idem sit honestū. Vtrū his magis ardet illud Ennianū, Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere. Sophocles Hesiodiā sententiā latius extulit, ὄνκ ἐξ ἄσπαστος δὲ τὸ κερδαίνεω φιλέω, ἐκ τῶν γὰρ ἀίχρῶν λιμμάτων τοὺς πλείονας. Αὐτῶν μὲν ἴσοις ὄνκ ἢ σεσωμυλῆς. i. Non undecūq; lucra gaude quærere, Pluresq; siquidem turpibus

turpibus de quaestibus Auferre damnum non salutem uideris. Feruntur in eandem sententiam aliquot senarij prouerbiales, κέρδος πονηρόν ζημίαν αεί φέρει. i. Dispendio usq; est fraude quaesitum lucrū. Et τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζετ'. i. At turpe lucrum adducit infortuniū.

Thericlei amicus.

LIII

Θηρικλείου φίλος. i. Thericlei amicus. Dicitum in bibosos. Thericles primus excogitauit poculum, ut citatur autor Eubulus. Dicitum est autem inuentum inuentoris uocabulo. Siquidē Græci uitreum poculum θερίκλιον uocant, autore Suida. Fertur apud eundem & illud, θερίκλιον οὐκ ἐκ νόμου κύλιξ.

Theagenis Hecateum.

LIIII

Θεαγένους ἑκάτεον. i. Theagenis Hecateum. In superstitiosos ac ridicule meticulosos dicitum est. Hic Theagenes legitur usq; adeo fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulachrum, nec usq; pedem moueret, nisi illo consulto. Vnde & κάτων. i. fumus est cognominatus, quod magnifice polliceretur, cum esset pauper. Qua de re meminimus alibi.

Fiducia pecunias amisi.

LV

Iactatur & hodie, uereq; dicitur, fiducia plarosq; mortalium falli, uidetur autē ex antiquorum relictum prouerbij, quandoquidē apud Theognidē legitur hic uersiculus, πίσει ζημίαν ὄλεσα ἀπιστίην δ' ἐάσωσα. i. Fido res perijt, diffido salua remansit. Proinde nō pessime monet Epicharmus, νῆφε, καὶ μὲ μνησὸ ἀπιστίην. i. Sobrius esto, & memineris diffidere. Quantū nulli fidere, inhumanū est, omnibus fidere, stultum. Hoc honestius, illud tutius. Propterea quod (ut idē ait Theognis) παῦροι τοὶ πολλῶν πίσον ἔχουσι νόον. i. Paucis e multis fidus adest animus.

Aliud stans, aliud sedens.

LVI

Nullus inficias iuerit, prouerbiali figura dicitum illud Salustianū in Ciceronem. Aliud stās, aliud sedens loquitur. Quo licebit uti, cum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atq; interuallum cōmutet hominis sententiam.

Lingua amicus.

LVII

Ἀπὸ γλώττης φίλος. i. Lingua amicus, qui uerbis ostēdit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. Quod genus inducitur Candidus apud Martialem. Et apud Homerum, οἳ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὀπίθευ φρονέουσι. i. Qui recte dicunt, a tergo praua uolunt. Theognis in Sententijs, ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσι μ' ἀπὸ γλώττης φίλος εἶναι. χεῖμα δὲ σιμμιξῆς μηδενὶ μηδ' οἰτιοῦμ'. i. Sic facito, ut lingua cunctis uidearis amicus, At factis cuiq; te caue miscueris. Contra Sophodes in Antigone, λόγους δ' ἐγὼ φιλοῦσαμ οὐ σέργω φίλων. i. Non diligo hanc, uerbotenus quæ diligit. At idē Theognis paulo post, uelut oblitus sui, damnat huiusmodi genus amicorum, μή μ' ἐπεσιπυ μὲν σέργε, νόον δ' ἔχε ἢ φρένας ἄλλῃ. i. Ne me diligo uerbis, cum mens alibi sit. Rursum alibi, μή μοι ἀνὴρ εἶν γλώττης φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργων. i. Ne lingua mihi quis sit amicus, sed mage factio.

Saturni Podex.

LVIII

κρόνου πυγῆ. i. Saturni culus, de carnibus uetulis, iamq; mancis & sensu uacantibus. Meminit Diogenianus.

Qui uitat molam, uitat farinam.

LIX

ο φεύγων μύλον, ἀλφίτα φεύγει. i. Qui fugit molam, fugit farinam. Qui refugit industriam, non fruetur emolumentis. Finitimū illi, οὔτε μέλι οὔτε μέλιπαι. i. Necq; mel, necq; apes.

Αγεωμέτρικος οὐδ' εἰς εἰσίτω.

LX

Αγεωμέτρικος οὐδ' εἰς εἰσίτω. Admonet iniquum non admittendū. Geometriā em̄ æquabilitate accipiūt, ut apud Aristidē in Themistocle. ὅπου γὰρ εἶ καὶ φιλίσοτῆτος, καὶ γεωμετρίας. i. Vbi opus est, & æquabilitate, & geometria. Idem in Pericle, εἰ ἢ ἡ γεωμετρία καλόν, ἢ κατ' ἀντιπῶν ἰσότητος. i. Si honesta est geometria, & quæ cū illa coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus Arithmeticeu popularem ac turbulentam eiecit e Lacedæmone, geometriam induxit, tanq; modestæ oligarchiæ, & legitimo regno cōuenientem, teste Plutarcho. Sed mea quidē sententiā, magis ualebit perinde prouerbium, quasi dicas, ἀνὶ πῶν ποσίμ. i. Illotis pedibus, hoc est, temere & imparatis. Nam hæc erant apud ueteres prima philosophiæ rudimenta, Musica, & Geometria. Quibus disciplinis, si qui non essent initiati, non admittebantur in scholam Platonis, cui hęc ferunt fuisse inscriptionem, ἀγεωμέτρικος οὐδ' εἰς εἰσίτω. Loquitur ad hunc modum & Thauras philosophus apud Gellium. Nunc autem isti, qui repente pedibus illotis, ad philosophos diuertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀβιώτηρι, ἀμουσῶν, ἀγεωμέτρικῶν. i. Speculatiuæ, musices, geome-

ces geometriæ ignari. Præcipuus autem admirator geometriæ fuit Pythagoras, quem tradūt ob inuentū unum problema, sacrificasse dijs. Id erat huiusmodi, datis duabus figuris adijcere tertiam ab his diuersam, quæ alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo qui geometriā ἀρχὴ καὶ μητρόφιλον appellavit, omnium disciplinarum, quod hæc rerum intelligibiliū imagines, uerique uestigia, tanquæ in politissimo speculo demōstret, mentēque purgatā paulatim abducatur a sensu. Plato quoque dixisse creditur, deum ipsum γεωμετρίαν, siue quod geometrica speculatio animū a rebus corporeis abducatur, ad ea quæ semper eodem sunt modo. Deus autem ab omni materia purissimus est. Siue quod in Timæo principia mundi diuisit in tria, Deum materiā, & idem. Materia, quiddam est omnium quæ substernuntur, maxime confusum & incōpositum. Idea exēplariorum pulcherrimū, Deus causarū optima. Cum igitur ita condiderit mundū, ac semper ita seruet, ut materiæ sit æqualis, ideæ similis, uidetur explicare Pythagoricū illud problema, cuius modo meminimus. Hæc itaque & alia id genus multa, Plutarchus Symposiacæ decadis octauæ, problemate secundo.

Serpens nisi edat serpentem, draco non fiet.

LXI

ὄφις ἢ μὴ φάγη ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται. i. Serpens nisi serpentē edat, non futurus est draco. Potētes aliorum damnis crescunt, & optimatū fortunæ nō in tantū augerentur, nisi essent quos exugerent. Quemadmodū inter pisces & beluas, maiores uiuunt laniatu minorum.

Certamen non accipit excusationes.

LXII

Ἀγὼν οὐδέχεται σκίψας. i. Certamen non admittit excusationes. Plato libro de Rep. sexto, ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προσφάσεις οὐ πάνυδέχεται φασιν. i. Verū aiunt certamen non admittere causationes. Et ἀγὼν προσφασιν οὐκ ἀναμύσσει. i. Certamen non expectat occasionē. Cū agitur periculo, nō conuenit tergiversari. Aut si mauis, in præsentaneo periculo non oportet occasionem expectare, quæadmodū alijs in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicū operiatur insignē, aut procul accerendū. Quæ res hominē, illū uere diuinū extinxit Rodolphū Agricolā. Etem dū conatur medicus mors anteuertitur.

Phallus Deo.

LXIII

ὁ φαλλὸς τῷ θεῷ. i. Phallus Deo. Dici solitum, ubi parum quidem honesta, sed tamē apta tribuuntur, quasi dicas, εὐνοῦσεν ἐν ἀμίδαι. i. In matellam immittere. Plutarchus in cōmentario, πρὸς φιλοπλοῦστας, ostendit hanc fuisse Priscorum in ludis solēnibus pompā, ut primo loco duceretur amphora uini, & clematis, post aliquis hircum trahebat. Deinde nucum sportulā gestabat alius. Postremo loco, Phallus ferebatur. Ea erat effigies obscœni membri uirilil. Cur autē id in mylterijs fuerit receptum, causam reddit Plutarchus, in libro de Iside & Osyride. Nonnulla de Phallis, & Herodotus libro secundo. Dictum est alibi de Phallis Bacchi, nempe in peribio, Erebinthius Bacchus.

Obturbas frustra uelut umbra.

LXIII

ὄχλησθε μὰ τὴν μένιν, κῆρυξ ὄψωσθε. i. Obturbas mihi frustra, fluctus ritu, id est, In cassum mihi molestus es. Traductum ab unda, caute assidue uerberante. Quo pertinet illud Maronis, Quæ si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Optimū opsonium labor senectuti.

LXV

ὁ βῆσις ἀριστον πόντος τῷ γήρατι. i. Optimū opsoniū senectuti labor. Laborandum in iuuenta, quo seni suppetat cōmodius uiuendi facultas. Diogenes rogatus, quid esse miserimū censeret, respondit senectutem inopem. Adagium autem uidetur mutilum. Equidem opinor πάντα legendum, ut intelligas senectutis imbecillitatē, exquisitoribus cibis esse fulciendam. Qui quo lupetant seni, paranda res est in iuuenta.

Omne æs alienum cepe, & multa allium.

LXVI

πάν μοι γένηται κρόμμυα, καὶ τὸ τίμημα σκόροδα. i. Vniuersū æs alienū cepe, & multa allium. Subaudiendū est. Cū quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo depēdere possit quicquid debet.

Oportet omnibus corydalis.

LXVII

πάσης κορυδαλοῖσι καὶ λόφου ἐγενεώθη. i. Omnibus corydalis oportet cristam innasci. Citatur ex Simonide, & usurpatur aliquoties a Plutarcho, & in hunc sensum, nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod uitium admixtum, ceu perinde secundū hominis naturam sit nō cedere uitio, ut Corydalo naturale est habere cristam.

Omni deuorata boue, in cauda defecit.

LXVIII

πάντα ἐκτραγῶν τῆρ βοῦν, εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμαν. i. Toto deuorata boue, in cauda defecit. Hoc est reliquo

S

est reliquo negotio peracto in extremo fine declassatus est.

Iuxta fluuium puteum fodit.

LXIX

παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὄρυττει. i. Ad fluuium puteum fodit. De stultam & inanem sumente operam. Finitimum illi. In syluam importat ligna.

Mutabilior Metra Erisichthonis.

LXX

μεταβλητότερη μήτρας ἢ ἐρισίχθονος. i. Mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit, q̄ secum non constat, sed subinde aliam, atq; aliam personā sumit. Extat in Priscorū fabulis Metram puellam in uarias rerum figuras transfigurari solere. Res autem sic habet, Erisichthon q̄dam Thessalus absumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella praestanti forma, nomine Metra. Quam ubi prostituisset, adulescentes, qui cōmeabant ad illam, uaria munera deferebant, alius equos, alius boues, alius uerueces. Nam id temporis nōdum auri, argenti, gemmarūue erat usus. Porro Thessali per iocum dicebant, Metrā Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiaē donabantur. Atq; hinc prouerbiū.

Catella Melitæa.

LXXI

μελιταῖον κωιδιον. i. Melitæa Catella. Quadrat in eum, qui habetur in delitijs, ac lautius in ocio alitur ad uoluptatem, non ad usum. Triplex enim canum genus. Quidam habentur ad usum uenandi, quos appellant, ἰχνυτάς, quasi dicas, uestigatores. Quidam ad iū custodiæ præficiuntur, qui dicuntur, οἰκουροί. i. Custodes domus. Quidam animi causa nutriuntur, & ad usum dūtaxat muliercularum, hos μελιτηροῦς, siue μελιταίους appellant. De quibus est illud Platonis, τὰ κωιδία μιμούμενα τὰς δεσπόνας. i. Catellæ dominas imitantes. Est in familijs diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi, non ad ministerium, sed animi causa domi habent.

Ne cinerem uitans, in prunas incidas.

LXXII

μὴ τέφραμ φεύωμ εἰς ἀνθρακίαν πέσῃς. i. Ne cinerem fugiens in carbonarium incidas. Ne sic defugas malum hoc aut illud, ut in aliud longe maius incurras.

Syrus cum non sis, ne syrissa.

LXXIII

μὴ ὦμ σύρος μὴ σύριζε. i. Cum non sis Syrus, ne syrissa. Ne sumas personam parum decoram, ne uelis alius uideri, q̄ sis. Aut cum sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarū. Nam Syri male audiebant, ob morum molliciem. Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius uerbi συρίζω, quod significat & syrissare, & fistula canere.

Ne moue festucam.

LXXIII

μὴ κάρφος κίνα. i. Ne moue festucam. locus prouerbialis, ubi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam uidcas usq; adeo morosos, ut quicquid agas, offendantur, etiam si stipulam dūtaxat moueas.

Cum paruula est, bona uidetur spina.

LXXV

μικρότερον ἢ ἄκων δα ἀγαθὴ φαίνεται. i. Cū pusilla est spina, bona uidetur. Pueritia semp amabilis. Quemadmodū spina quoq; innoxia est, atq; adeo uesca etiam, donec ætate durecat.

Moschus canens Bæoticum.

LXXVI

μόσχον ἄδων βοιώταρον. i. Moschus canens Bæoticum. Moschus hic Cithæædus fuit imperitus, qui citra respirationē uocem in longū producebat. Bæoticum aut uocat cantionis genus, ueluti Phrygium, aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen inepte loquaces.

Filium contentionis tunc erat.

LXXVII

μὴ τὸν ἐριδος τότ' ἦμ. i. Filium cōtentionis tunc erat. Dici solitum in pertinaces. Cum uterq; p̄ uicax est, neuterq; concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculum contentiosum ducere, nec apud aliū legisse memini. Apparet natū a ludo, quo duobus hinc atq; hinc funem tenentibus, uterq; conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud ductum arbitror, quod alibi retulimus, ne rumpamus, dum nīmiū tendimus funiculum.

Neq; cæcum ducem, neq; amentē consultorē.

LXXVIII

μὴτε τυφλὸν ὁδηγῶμ, μὴτε ἀνόητον σύμβουλον. i. Neq; cæcum ducem, neq; amentem cōsultorem. Subaudiendum adhibeas. Disce, sed a doctis, Consilium pete, sed a consultis. Et Horati⁹, Cæcus uti si monstret iter.

Mus non ingrediens antrum cucurbitam ferebat.

LXXIX

μὴς εἰς τρώγλιον οὐ χωρῶμ, κολοκώτιον ἔφραε. i. Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui cum ip̄e sibi consulere non possit, alijs conatur opitulari. Videtur ab Apologo natum, sed anili, ni fallor.

Nouos parans amicos, ne obliuiscere ueterum.

LXXX

N 69

Νέους φίλους ποιῶν, λῶσει, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλαοῦσάνου. i. Nouos parans amicos, optime, veterum ne obliuiscere. Torqueri potest & ad mutata studia, ad quæ conuenit nōnunq̄ respicere, etiā posteaq̄ diuersæ te addixeris disciplinæ. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro.

Etiā dormiens somniat.

LXXXI

ὄνειροπλῆς ἢ καθεύδων. i. Somniat etiā dormiens, hodie quoq̄ uulgo dicit̄, quoties significant aliquem toto pectore rei cuiuspiam addictū, deditumq̄. Siquidem ijs euenire solet, ut quæ interdū uoluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in Nebulis, ὄνειροπλῆς ἢ καθεύδων ἰππικῶν. i. Et dormiēs equestre studium somniat. De iuuenē dicit̄, qui studio alendorum, equorum, rem patriam omnem absumperat. Item paulo superius, ὄνειροπλῆς ἰππικῶν. i. Equosq̄ somniat. Plautus contra, uigilans somniat dixit.

Chordæ uice.

LXXXII

ὅς ἀντιχορδῆς. i. Tanq̄ chordæ loco. Conueniet, ubi quod alicubi diminutū uidebat̄. Supplementum aliunde significabimus. Plutarchus in Sympotiacis prouerbij uice uidetur usurpasse, καὶ ταῦτα μοι, inquis, ὡς ὑπὲρ χορδῆς κέομαι, πῶς ὑπὲρ σοῦ περιλοσοφημῶμαι. i. Atq̄ hæc quidē chordæ uice addita sint ijs, quæ abs te sunt erudite disserta. Sumptum est a Locrensi fabula, quæ exposuimus in prouerbio, ἀκάνθη. Ὁ τέτης. i. A canthia cicada.

In caput præcipitari.

LXXXIII

Ἐπὶ κεφαλῶν ὠθεῖσθαι. i. In caput impelli, hoc est præcipitem dari, dicebant eum, qui per summā cōtumeliam expelleretur, uel potius qui funditus perderetur. Est in Luciani libello de mercede seruientibus. Vsurpauit non absimili figura Tercētius. Autores erant, ut illam præcipitem darem, id est, ut exturbarem ædibus.

Ἄσπονδον πόλεμος.

LXXXIII

M. Tullius Epistolarum ad Atticū libro nono. Huius igitur belli ego particeps & socius, & adiutor esse cogor, quod & ἄσπονδον est cum ciuibus, ἄσπονδον uocat perpetuum & atrox, & irreconciliabile. Suidas ostendit, ἀσπώνδον ἐξ ἄσπονδου dici eos, qui in concordiam redigi nō possunt. Sonat ferme, quasi dicas inconfederabiles, ut docendi causa sic loquamur. Cōueniet in similitudinem ac dissidium amarulentum.

Ab Eteobutadis ducit genus.

LXXXV

Ἐξ ἑτεοβουτῶν ἔλκει τὸ γένος. i. Ab Eteobutadis ducit genus. Dicit̄ solitū de ijs, qui maiorib⁹ illustribus & antiqua nobilitate sunt oriundi, uidelicet a Buto quopiā, qui sacerdotes Athenis instituit. Et ab huius posteris, postea summi magistratus creabantur. Venustius erit, si per ironiam sumatur.

Ergini cani.

LXXXVI

Ἐργίνος κληταί. i. Ergini canici. De canicie præproperea, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus filius fuit Clymenis, unus ex Argonautis. Cum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adulescens præter ætatis rationem iam canus, accessit inter reliquos decertaturus, irrisus est autem a mulieribus Lemniacis, ob intempestiuam capitis caniciem, & prouerbio locum fecit, hoc insignior, quod superatis omnibus athleticis, pulcherrimam uictoriam reportarit. Festiuus fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiamdum haberi uelint, causantes eam caniciem non ex annis, sed e curis, aut aliunde præmaturam accidisse. Poterit torqueri & in illos, quæ ætate iuuenes, iam tum ingenio, moribusq̄ senē agunt, & quibus rerū prudentia uelox. Ante pilos uenit, ut inquit Persius.

Ἐσκιμαλίχθαι.

LXXXVII

Ἐσκιμαλίχθαι σὲ γῆ. Hoc gestu contumeliam, despectumq̄ supremum significabant. Est em̄ Græcis, ἐσκιμαλίσιαι, mediū digitum ostendere, contractis cæteris, ignominia causa, aut strepitu digitorum significare contemptum, unde & apud Luenalem, quod alibi retulimus. Mandaret laqueum, mediumq̄ ostenderet unguem. Suidas citat ex Aristophane senarium hunc, Ἐπὶ τῷ δόριξορ ὄιορ ἐσκιμαλίσιαι. Quid autem proprie significet, ἐσκιμαλίσημ, qui scire cupiet malo e Suida discat, q̄ ex me. Elegantius magisq̄ prouerbialiter, ad fortunam, ad eruditionē, aut aliud quippiam, quod plane contemnitur, detorquebitur.

Extrema extremorum mala.

LXXXVIII

Ἐξ ἄτων ἔχαιτα κακὰ διαπέπρακται. i. Extrema extremorū mala acciderunt. In ipso schemate sita est prouerbij ratio, quemadmodum initio operis admonuimus. Quod genus sunt & illa, Ἐλαθῶν ἄγαθίσιαι. Et δεινότερα δεινίου. Et κύμπερα κώτωνος. Hunc sermonis typū Græci uident̄ ab

S 2 Hebræis mutuo

Hebræis mutuo sumpſiſſe, qui uehementiã & ἐπιτάσμι eiuſdem dictiõnis congeminatiõne ſignificant. Quod genus eſt illud apud Hieremiã, Ficus bonas bonas, & ficus malas malas. Cũ ualde bonas & ualde malas uelit intelligi, quod ab Hebræis ſic effertur.

Cucurrit quiſpiã ne pluuia maderet, & in fouea præfocatus eſt.

LXXXIX

Ἐξέχε' ὕδωρ μὴ βρεχθείην, κὴ εἰς βοθρὸν ἀπεπνίγη. Cucurrit quiſpiam ne conſpergeretur aqua, & in fouea præfocatus eſt, ubi quis leuius malum incautiſſe fugiens, in maximũ incurrit. Videtur e uulgo ſumptum ab Apoſtolio.

Heterognathus eſt.

XC

Ἐτερόγναθος εἶ. i. Herognathus eſt. In edacem dici conſueuit, quod ob uoracitatẽ alternatim, utraq; mandibula cibum cõmãderet, nam hinc dictum, ἔτερόγναθος, quod nunc in hanc, nũc in illam mandibulam cibum tranſſerat.

Urbanus nihil æqui cogitat.

XCI

Ὁὐδὲμ φρονεῖ δίκαιον ἢ ἀνὴρ ἄσυνκός. i. Urbanus æqui nil, boni ue cogitat. Admonet ruſticanam uitam innocentiorẽ eſſe, ut quæ ſola cũ ſolis habeat cõmercia terris. Cõtra, q̄ degũt in urbibus ppter contagia negociorũ & hoim, aſtutiores euadere, inde illud Demeæ Terentiani, In aſtu aliud ex alio malũ uenit, unde & aſtuti, παρὰ τὸ ἄστυ dicti putant. Poſſe & huc accõmodari parõmia quod eximix morũ ciuilitati & urbanæ blandiloquentiæ, fere comes eſſe ſolet aſtutia. Contra qui moribus ſunt ſubagreſtibus, iſs plærũq; fides eſt certior, animuſq; ſyncerior.

Patroclo ſordidior.

XCII

Πατρὸκλέους φαδωλόπερος. i. Patroclo parciõr. In diuitem quidem, ſed oppido q̄ ſordidũ ac parcum. Hic enim Patroclus poſtea q̄ ad ſummas opes euectus eſt, aut (ut aliq̄ dicunt) ex quo natus eſt, nunq̄ eſt uſus balneo, parſimoniæ cauſa. Taxatur ab Ariſtophane in Pluto, ἐν πατρὸκλέους ἐρχεσθ. i. E Patrocli domo uenit. Plutum enim ſqualidum dixerat, & ſitus plenum. Pro uerbij meminit etiam Eudemus.

Omnis herus ſeruo monosyllabus.

XCIII

Πᾶς δευπότης δούλω μονοσύλλαβον. i. Omnis herus ſeruo monosyllabum. Heris & potentibus breuiſſimo tantũ uerbulo eſt opus, ut uel annuat, uel renuant, ναὶ ἢ οὐ. Sic uolo, ſic iubeo, ſit p̄ ratione uoluntas. Seruis autem & impotentioribus, multis opus eſt uerbis, ut exorẽt aut perſuadeant. Effertur integre ad hunc modũ, πᾶς δευπότης δούλω μονοσύλλαβον, ὃ ἢ ἰκετεύω μακρόν. i. Omnis dominus ſeruo monosyllabus, At ſupplicare longum. Annotatum eſt a doctis, monosyllaba & diſſyllaba nomina cõuenire ſeruis, cuiuſmodi ſunt μῦς, quo noie fuit ſeru⁹ Aefopo.

Penicillare.

XCIII

Πικίλλω μοι δοκᾶς. Perinde ualeat, quali dicas, ſucum facere. Nam πικίλη, Græcis co mam nõ genuinã, ſed appoſititiã ſignificat, quam quidam galericulum uocant.

Cicadis pleni.

XCV

Τεπίτω ἀνάμεσα. i. Cicadis operti. In glorioſos ac ſtultos olim dicebatur, aut obſoletis, ac iam deſitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere, hoc indicio ſignificantes ἀυτόχθονας eſſe ſeſe, id eſt, indigenas quemadmodũ & cicadæ, nõ aliunde cõmigrant, ſicuti plærãq; alia, ſed inibi naſcuntur, ubi uiuunt. Ariſtophanes in Nebulis, ἀρχαῖα γε κὴ δὴ πολιώδη, Ἐτεπίτω ἀνάμεσα, Ἐκκεῖδεν, Ἐφρονίω. i. Priſca hæc ſane atq; obita canis, nec non repleta cicadis. Ac Cecide cum Buphonijſ. Cecides peruectus quiſpiã fuit dithyramborum ſcriptor. Buphonia item, feſtum priſcum, & iam olim ob uetuſtatem deſitum. Quæ ſane omnia prouerbiali ſchemate ſunt dicta.

Quid de puſillis magna proœmia.

XCVI

Τί μικρῶν πῆρι, μεγάλα προσιμάζην. i. Quid de minutis rebus magna teſis proœmia. Vbi quis in re nõ magni momenti, uerbola utitur prælocutione. Nã Athenis interdicebat præco dicturis in contione, ne uel præfatione, uel affectibus uterentur, rem modo exponerent, ἀνὲ προσιμίων καὶ παθῶν. i. Abſq; proœmijs & affectibus. Vt aliquot locis indicat Lucianus. Ad quod alluſit etiã Terentius, Etiam proœmiũ inceptat. Et Horatius, quorũ hæc tam putida tendunt.

Tunc canent Cygni, cum tacebunt Graculi.

XCVII

Τὸτ' ἄσσην κύνιοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. i. Tum canent Cygni, cum tacuerint Graculi. Hoc eſt Tum loquentur eruditi, cum garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos & obſtrepes, non eſt eruditis dicendi locus.

Malis ter mala:

XCVIII
τοῖς κακοῖς

τοῖς κακοῖς ἔτις κακά. i. Malis ter mala, hoc est, Digna dignis eueniunt. Hanc paroemiā aūt ab huiusmodi, quadā fabula profectā. Narrāt Attagines aues cum primum e Lydia in Aegyptū essent deportatae, atq; in Syluas dimissae, coturnicis uocē edidisse, deinde euenit, ut delicato Nili fluminis alueo, pestilentia regionē Aegyptiorum infestaret, magnāq; hominū uim absumeret. Inter hęc Attagines uocem edere cōeperunt humanā & articulatam, aliquanto maiorem puerili, dicentes hęc uerba, τοῖς κακοῖς ἔτις κακά. i. Malis ter mala. Circumfertur inter Græcas sententias & hic uersus, εὐδλω γῆ ἀνδρὶ εὐδλῶ κῆ διδοῖ θεός. i. Viro bono, bona largiuntur cœlites. Referunt & ἡ senorij ex poeta quoriam, in cōmentarijs de audiendis poetis, Ἐμαρμένον γῆ κακῶν βελδυμάτων, κακὰς ἀμοιβὰς ἔστι καρποῦ αἴ βροτοῖς. i. Consilia si quis destinarit improba, huic necesse est, premium ferre improbum.

Canis peccatum sus dependit.

XCIX

τὸ κωδὸς κακῶν, ἔς ἀπέτισε. i. Canis malū, sus depēdit. Quoties p̄ ἡς, quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Ex quo nam euentu natū sit, nec liquet, nec admodū refert. Sapit enim uulgus.

Interfecta musica.

Ἐκκέκοφθ ἡ μουσική. i. Interrupta est musica. Veteres in conuiujs eruditis confabulationibus uti consueuerunt. Post cantores, histriones, saltationes induci cœpta. Vnde quidam moleste ferentes interrumpi sermones suos, dicebant, Ἐκκέκοπται ἡ μουσική, Quæ uox in prouerbiū tracta est, quoties aliquis interueniens sermonem institutum interpellaret.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA QVARTA.

Chamæleonte mutabilior.

I



Ἀμειλίοντες εὐμεταβολώτεροι. i. Chamæleonte mutabilior. Chamæleon cōmemoratur inter animantia, quæ colorem mutant. Huius figuram diligenter describit Aristoteles libro de naturis animantiū secundo, Quod ad coloris mutationem attinet, hęc tradit, φθὶ δὲ χροῖᾶς ἡ μεταβολή, ἐμφυσιωμῶν αὐτῶν γίνεται. ἔχει δὲ καὶ μέλαινα μὲν ταύτην, οὐ ποῖον φθὶ τῶν κροκοδείλων, καὶ ὠχρὰ μὲν κατὰ πῶς οἱ σαῦροι, μέλαινα, ὡς περὶ τὰ πῶς δάλια, διαπεποικιλῶν. γίνεται δὲ κατ' ἀπαρτὸ σῶμα αὐτῆς ἢ τοιαύτη μεταβολή, καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλουσιν ὁμοίως τῶν λοιπῶν σώματι, καὶ ἡ κέρκος, ἢ ἡ κίνκισ αὐτῆς νωθῆς ἰσχυρῶς ἔστι κατὰ πῶς ἢ τῶν χελωνῶν, ἀποθησικῶν ὠχρὸς γίνεται, καὶ πελδύτησιν αὐτῆς ἢ χροῖᾶ τοιαύτη ἔστι. i. Mutatur autem illi color, cum inflatur. Fitq; is nunc niger, non absimilis Crocodilorum, nunc pallidus, cuiusmodi lacertarum, nunc rursū nigris uariegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit autē huiusmodi mutatio coloris per omne corpus, siquidem & oculi & cauda, in eundem cum reliquo corpore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis, qualis est ferme testudinum. Pallefcit moriens, Exanimato color idem durat. Hactenus Aristoteles. Competit igitur adagium in hominem uersipellem, siue inconstantem.

Suus cuiq; crepitus bene olet.

II

Ἐκαστὸς αὐτῶν βδέμα, μήλου γληκίου ἢ γῆτι. i. Vnusquisq; suū ipsius crepitū, malo suauiore eximit. Hoc est, nemo est cui sua mala nō uideant uel optima. Refert ab Apostolio Byzatio, sed a uulgo, sicuti conijcio, sumptum. Nam huiusmodi quædam ille uidetur admiscuisse.

Epoculo perforato bibere.

III

Ἐκ περὶ μῶν κύλικος πιεῖν. i. E perforato poculo bibere, dicuntur qui futiles sunt, parumq; fideliter continent arcana sibi credita.

In pulicis morfu deum inuocat.

III

Ἐμ ψύλλας δέξασθε ἐπικαλεῖται. i. In pulicis morfu deum inuocat, in eos dictum, qui quantumlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde ut in maxima. Tractum ab Apologo, qui fert inter Aesopicos. Quidam offensus dolore pulicis, pedem mordentis, subsedit & Herculem, ἐλεξίμακον implorauit. Mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui cum in tantillo periculo uocatus non tulisset opem, non uideri uerisimile, eum in grauioribus ad futurum.

κίεθλον. i. Adulterinus.

V

Quod simplex non est, neq; syncerū, id uulgato uerbo Græci κίεθλον uocant, Hinc ducto nocabulo, uel quod aliud præ se ferant, aliud tegant. τῶν δὲ κείθερον τὸ δῆλον, uel quod Athenienses ob summū in Chios odiū, si cui male uellent, huius nomē nomismati solent insculpere, addita litera, ἡσθ in terrā abiectis dira imprecari. τῶν δὲ τοῦς χίθους βδέλυγμα. Sed pprie nummū

S 3 subaratum

subaratum κίβδηλον appellat. Et κίβδηλίαν insynceritatem seu corruptelam uelut Aristophanes, πολλῶν ἀφ᾽ ἑλέ τ᾽ βίου βίβδηλίαν. Et κίβδηλίην corrumpere fucō. Et qui pallent, κίβδηλίωνας appellat, quod aliquid morbi, uitij ue subesse uideatur. Quemadmodum in nūmis quoq; color nōnunq; arguit fucū. Cōueniet igit in amicitia insyncerā & fictam, aut in hominē blando uultu, sed animo uirulento. Aut in eū, qui sanctimoniā habitu prae se ferat, cum uita sit impia. Veluti Pisides citante Suida, πραγμάτων πάντως δύο, κίβδηλος ὄζειν ἐργάτης εἶς, ὡς λόγος. i. Rerum omnino duarū, adulterinus est autor unus, ut aiunt. Aut in orationē insyncerā, ut Plato libro de legibus qnto, τὰς δὲ αὖ ἡμᾶς δ᾽ εἰ σκοπεῖν, καὶ τούτων τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι. Rursum honores oportet cōsiderare, qui nā ex his ueri sint, qui adulterini. Rursum eodē in libro, ὅπως μίτε αὐτὸς κίβδηλος ποτε φαῖται ὁ τῶν ἀπλοῦς ἢ καὶ ἀληθῆς εἶναι. i. Ut neq; ipse adulterinus aliquādo cuiq; appareat, sed simplex & uerax semper. Hoc igitur a nummis traductum, si ad diuersas res tra-
ducat, prouerbiale fiet. Sed huius rei mentionē fecimus in puerbio, κακοῦ κόμματος.

Nemo malus hoc sciet.

οὐδὲ τις κακὸς εἴσεται τοῦτο. i. Nullus malus hoc sciet, quoties rē egregiā & cognitu dignā signifi-
camus. Plato de legibus libro qnto, ὅσον γὰρ δὴ τὸ νῦν ἐπιταγόμενον ἀγαθὸν ὁμολογήσει πάσις ταῖς
πεδορμύσις πόλεις, τῶν ἐπορμύων κατασθέντων προσλαβόμεν, καὶ τῶν παλαιῶν προνομίᾳ, οὐδὲ τις εἴσεται πο-
τε κακὸς ὢν, ἀλλ᾽ ἔμπερὸς τε καὶ ἐπιφθῆς ἔδεισι γεόμενοι. i. Quantū em bonū sit, quod nūc praecipit,
oibus rebus publicis, si modo paruerint, ordinē & apparatus adducēs, nullus unq; iners & ma-
lus cognoscet, quēadmodū ueteri puerbio dicit, uerū & peritus, & moribus aequis praeditus.
Huic cōfine est, quod idē posuit in Lachete, οὐ πᾶς ὕς τοῦτο εἴσεται. i. Non sus quiuis hoc norit.

Mœnia ferrea, non terrea.

Plato libro de legibus sexto, πρὶ ἢ τεχνῶν ὧ μίγξις, ἔγω γὰρ τῆ σπάρτην ἐμφοροίμην, δὲ καθενὸν ἐμ
ἐν τῆ γῆ κατακείμενα τὰ πέτρῃ, καὶ μὴ ἐπωμισάναι πρὶ ἢ εἶνεκα, καλῶς μὲν καὶ ὁ πρῆτικὸς ὑπὲρ αὐτ᾽ λόγος ὑμ-
νήθη, τὸ χαλκῶ καὶ σιδηρῶ δὲ εἶναι τὰ πέτρῃ, μάλλον ἢ γῆναι. i. De mœnibus aut Megille egdē cū Spar-
ta cōsenferim, ut mœnia uidelicet humi deposita, dormire sinamus, neq; huius rei gratia, rur-
sum uelimus excitare. Recte qdē & poeticū dictū sup his canit, Mœnia aëra magis ac ferrea
esse oportere, q̄ terrea. Prouerbio iactatū fuisse uideat, & habet uelut ænigmatis figurā. Innu-
it aut nō oportere tutamentū ciuitatis in Mœnibus collocare, sed in uiris armatis, quorū con-
sensus muroq; inexpugnabiliū uice, ciuitatē optime tueat. Alludit aut Plato ad apophthegma
Laconicū, cuius meminit Plutarchus. Egdē arbitror & Horatiū huc leuiter alluissse, cum ait,
Hic Murus ahaeus esto.

Nemo nos insequitur.

Plato libro de legibus septimo, ὡς οὐδὲν ἐν τῷ πρῶτῳ δὲ προτιμᾶν βραχυλογία μᾶλλον ἢ μήκοσ,
οὐδὲ τις ἢ ἡμᾶς δὲ λεγόμενον, ἐπιείπω δῖώκα. i. Nā in praesentia, nihil est cur breuiloquentiā plicitatē
anteponamus. Quādoq; nemo nos insequit, q̄ festinare cōpellat, quēadmodū uulgo dicūt.
Hoc paroemia etiā hodie tritū manet, cū significat liberū esse diuiti in re quapiā imorari. Ne-
mo nos, inquit, impellit.

Mare alluit omnia mortaliū mala.

θάλασσα κλύζει πάντα τὰ ἀνθρώπων κακά. i. Hominiū uniuersa pluit pelagus mala. Refert ab Eu-
stathio in primū Iliados Homericā. Natū est ab euētū huiusmodi. Refert Diogenes Laertius
Euripidem Platoni comitem fuisse pegrinatiōis, cū Aegyptū adiret, ibi cū morbo suo corripere
reī comitali, ni fallor, sacerdotes Aegypti, mersione marina sanarunt hominem. Hinc postea
uersiculū hūc cōposuisse, κλύζει θάλασσα πάντα τὰ ἀνθρώπων κακά. Tanq; aqua marina morbis oib;
mederet. Quin hodie morfos a cane rabido, si nouies mergat in mare, putat a rabie liberari.

Canere de Telamone.

Ἄδου τὰ τελαμῶνος. i. Canere cationē Telamonis, de querulo sermone dictū puerbiū. Eu-
stathi⁹ enarrās carmē illud Homericū, quod est in catalogo nauīū, Αἴας δ᾽ ἐκ σαλαμῖνος ἄγερ δύο
καὶ δέκα νῆας, cōmemorat hāc paroemiā his uerbis, καὶ τὸ ἄδου τελαμῶνος προνομικῶς λεχθῆναι, ἀπ᾽ σκο-
λιοῦ μέλος οὐ ἢ ἀρχῆς, παῖ τελαμῶν ἄϊαμ αἰχμητᾶ, id est & hoc quod puerbio dicit canere cantio-
nē Telamōis, ab obliquo cantu, cuius initū Fili Telamonis Ajax belliger. Simillimū est illud,
quod alibi retulim⁹, Ἀδμητ᾽ μέλος καὶ ἁρμοδῖος μέλος. i. Admeti cantilena & Harmodij cantilena.

Argiua calumnia.

Ἀργεῖα φορὰ. i. Argiua infectatio. De calumniōsis & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos
olim notauit antiquitas, tanq; Sycophantas & litium auidos. Testis Eustathius in catalogum
nauīum, adagiū ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in collectaneis.

Initio confidens, in facto timidus.

XII
Eustathius

Eufstathius enarrās septimū Iliados librū, huiusmodi refert parœmiā, *θρασύ προ έργα, ἐκ πολλῶν κακός, i. Audax ante negociū plarūq; ignauus. Citat idē ex Epicharmo, κακός θαρρῆ μάλ' αὐτόθην, ἔπειτα δὲ φεύγει, i. Ignau⁹ statim admodū de se cōfidit, Post aut fugit. Videmus hoc usu uenire uulgo, ut qui sunt audacissimi, & magniloquētissimi priuſq; appareat periculū, ubi res uirum postulat, ibi sint animi nullius.*

γοργόν βλέπεμ.

XIII

γοργόν βλέπεμ. Aliquoties apud Lucianū, p acribus oculis obtueri. Itē Homerus Iliados. ο. de Hectore, *γοργούσ' ἄμματ' ἔχωμ' ἠδὲ βροτολογίου ἄρκος, i. Gorgoncis oculis, quales & martis atrocis*

Tolle digitum.

XIII

ἄγει δ' ἄκτυλον, i. Tolle digitū. Victū te fatere. Nā hoc signo, q in cōflictu succubisset, τὸ κτήνημ agnoscebat. Persius in Satyra quinta, Nil tibi cōcessit ratio: digitū exere, peccas. Cognatū illi, quod alio dictum est loco, Dare herbā. Huc ni fallor respexit diuus Hieronymus in Dialogo Luciferciani & orthodoxi, cum ait, En tollo manū, cedo, uicisti.

Videberis, me uidens, plane Martem uidere.

XV

βλέπεμ γ' ἄντικρὺς δόξῃς μ' ἄρκμ, i. Martē uidere me, uideberis palam. De his q se strenue pollicebant opitulaturos, ac Martē quendā acturos. Est alicubi (ni fallor) apud Aristophanē.

Bos in ciuitate.

XVI

βοὺς ἐμ πόλει, i. Bos in ciuitate. Dicit, ubi quis ad nouos honores euehit. Lysias bouis imaginē in arce collocauit. Ea res in uulgi iocū cessit. Nam in agris boum usus, nō in urbibus.

Brasidas quidem uir bonus.

XVII

βρασιδάς μὲν ἀνὴρ ἀγαθός, ἃ δὲ λακεδαίμων πολλοὺς ἔχει κάρξονας, i. Brasidas uir bonus quidē ille, sed Lacedæmon multos habet præstātiores. Aduersus eos, qui se nō modo primos, uerum etiam solos existimant. Natum ex apophthegmate. Finitimū illi, Multi Mani ἠ Aricia.

Hedera post Anthisteria.

XVIII

ἠ κισσός μετ' ἀνθιστήρια, i. Hedera post Anthisteria, cū sero quippiā adhibet. De Anthisterijs, i. floralibus festis diximus in prouerbio. κάρξες, δύραζε, i. Cares fores.

Ex Academia uenis.

XIX

Ἀκαδημίῃδ' ἐμ ἦκας, i. Ex Academia uenis. De se uero & cōposito seu docto. Sumptū a Platonis schola. Quāq; & p ironiā torqueri poterit in fastuosum, & uultu tetrico philosophū agentē.

Senem erigere.

XX

τέροντα δ' ὀρθοῦμ φλαῦρον ὄς νέος πέσοι, i. Erigere durum est, qui cadat iuuenis, senem. Laud facile dediscunt a senibus uitia, quæ pueri didicerint, & in omnē inhaerint uitam. Et tamē in se necia quoq; conandum, ut uitijs careamus.

Terra defossum habes.

XXI

ἢ κρύψας ἔχας, i. Terra defossum habes. In eum qui nō impertit, neq; pfert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodientibus.

Senescit bos.

XXII

τρεῖς ὁ βοὺς τὰ δ' ἔργα πολλὰ τῷ βοός, i. Bos cōsenescit, at opera multa sunt bouis. Cū ob ætatis imbecillitatē aliquis inutilis reddit ad obeundū munus. Nam diuitū uulgus haud aliter minis tris utit, q; equis & canibus, aut paulo etiam inhumanius. Dum usui sunt, alliciunt, ubi senue rint, reijciunt. Vnde cōsultū est, ut unusquisq; sibi paret, quo senectutē suam cōmodius foueat, alaq; ne tum cogat ex aliena liberalitate pendere, cū a nemine nō cōtemnet. At meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam esset in hac uita calamitosissimū, respondit, γέρωμ ἄπορος, i. senex egens.

Sus acina dependes.

XXIII

Ἀποτίσας χοῖρε γίγαρτα, i. Perfolues porce acina. Lues, quod admisisti, reddes, quod abstulisti, nō sine foenore. Quadrabit, ubi pusillum cōmodi, magno dependit malo. Natū apparet a rustico quopiā, qui uerbis hisce cōminatus sit sui pascenti racemos.

Cum cessat boreas.

XXIII

Aristoteles in problematis sectione decimasexta testatur hunc uersiculum prouerbio celebrem fuisse, *Ἀρχομύλου τε νότου, καὶ λίγοντος βορέας, i. Surgat ubi notus exoriens boreasq; residit. Quo significabant tempus oportuna prospera nauigationi. Subauditur, enim, δειπλιμ, siue ἐπ' ἀλῆμ, propterea quod auster minus uehemens oritur, definit autē per q; uehemēs, diuersum accidit in aglone. Atq; huius rei philosoph⁹ causam admodū pbabile reddit.*

S 4 Nos enim

Nos enim, inquit, ad septentrionem potius quàm ad meridiem uergimus; & aquilo flat a septentrionibus, auster a meridie. Hinc fit, ut ille statim uehementior proxima inuadat loca, deinde uehementiam suam ad longius remotos transferat, propinquis ortui mitior. Hic ediuerso, ad meridiem positos, primū urgeat. Post, ubi præterijt, mitior ad nos ueniat. Licebit & longius detorquere prouerbiū, nec id sine gratia, si quando significabimus tempus adesse commodū & aptum, gerendæ rei, ut cū illo cōgruat, quod alibi positū est, Cum pluit molendum.

Inuulnerabilis, ut Cæneus.

XXV

Αἰρωρες ὑπὸ χερσὶ ὡς καινεύς, i. Inuulnerabilis es, ut Cæneus. De his, qui lædi nō possūt. Est in poetarū fabulis Cæneum munere Neptuni nullo telo uiolari potuisse. Caterū iuxta fidem historiæ, Cæneum Thessalum quempiā aiunt fuisse, rei bellicæ cum primis peritū, adeo, ut cū multis prælijs interfuisset, nunquā uulnus acceperit. Denique cū Lapithis auxiliū ferret aduersus Cætauros, deprehensus solus ab hostium multitudine obrutus est, citraque corporis uulnus extitit. Itaque Lapithæ caduere integro reperto sparserunt rumorē, Cæneū in omni uita inuulnerabilem fuisse. Venustius enunciabit per comparationē.

Sale perunctus, hic adiuuabitur.

XXVI

Ἀλὴν διασμηχθεὶς ὄνατ' ἄμ οὐτροσι, i. Acri sale hic perlutus adiuuabitur. In eos dicebat, qui uel ætate uel uino delirarent. Quidam ab utribus translatum existimant, qui sale loti reddunt meliores, quod salis acrimonia, coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes mos erat sale & oleo perungere, id aduersus ebrietatē remediū existimabatur. Quidam a uasis testaceis ductum malunt, qui sale imbuunt, quo fidelius cōtineant liquorem infusum. Sumptum est autem prouerbiū ex Aristophanis Nebulis.

Hæc iusticia.

XXVII

Αὐτῆ τοι δίκη ὄβρι θεῶν οἱ ὄλυμπον ἔχουσι, i. Diuū hæc iusticia est, magnus quos claudit olympus. Dicit solitū quoties pœnas darent scelesti, ueluti Dijs ipis ultoribus, Sumptū est ex Homero.

Atqui non est apud Aram consultandum.

XXVIII

Ἀλλ' οὐδὲρ δ' ἔ' περὶ τῆρ βωμόν τὰς ἐπινοίας, i. Atqui nihil opus iuxta aram cogitare. Cōsultandū antequā incipias, in ipso negotio sera cōsultatio. Sumptū a sacrificis, qui pro ritu sacrorū omnia præparant, priusquā accedant ad aram. Nam in ipsis sacris periculosum existimabatur, siquid parum rite dictum ac factum fuisset a sacerdotibus.

Mars haud concutit sua ipsius arma.

XXXIX

Ἀρῆς τὰ αὐτοῦ ὄπλα οὐ σαλεύει, i. Mars sua ipsius arma non iactat. Cōmode ferunt, quibus assecimus quæque nobis quadrant, etiam si sint grauissima. Iactamus enim, quod incōmode ferimus. Vnde Iuuenalis, Nec iactare iugum uita didicere magistra.

Smaragdus in luce obscurus.

XXX

Ἀρίγνωρος σμάραγδος, ἐμ μεν' ἔθ' φάει σκοτεινός, i. Egregius smaragdus in luce quidē obscurus. Ita eos iaci solitū, quæ præpostere ibi semet occultaret, ubi maxime cōueniebat edere uirtutis specimen.

Martis pullus.

XXXI

Ἀρεος νεοτῆρ, i. Martis pullum uocant ad bella magnopere propensum. Aristophanes in Aulibus, Ἀρεως νεοτῆρ, ὦ νεοτῆρ δ' ἔσσοτα. Sentit autem de gallo, qui quod omniū auium sit pugnacissimus bellacissimusque, unde & crista & calcaribus armatus est, Marti sacer est, Vel quod is olim fuerit adolescens Marti in delitijs habitus, qui cōsueuerit obseruare, Marte cū Venere cubante, nequis Deorū interueniret. Deinde cum illo dormiente, Sol aduenisset, Marsque turpiter esse deprehensus, iratus Gallum adolescentē in auem cōmutauit, Manētibus etiamdū pristinae naturæ uestigijs. Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo.

Vtrem mergis uento plenum.

XXXII

Ἀσκόμ βαπτίζεις πνεύμαρες ὡληξῆ, i. Vtrem mergis uento plenū. Cōpetit in eū, qui frustra conatur, ut qui castigat inemendabilem, quod inflatus uter, quātūuis immergas rursum emicet.

Durus alloquijs.

XXXIII

Ἀτεκτος ἀυθρωπος προσκορημασιμ, i. immobilis alloquio. Ductum a cæra, quæ tractando mollescit, Ἀτεκτορ αὐτ' dicit quod nō queat liquefieri. Cōpetet igit in hominē inexorabilem.

Profectus ad Apaturia.

XXXIII

Ἀπιὼν ἐς ἀπατούρια ἐπανῆλ' ἐς θαργκλιῶνα, i. Profectus ad Apaturia, redijt Maio. Dicit solitū in eos, qui lentius immorarentur negotio cuiuspiam. Athenis festum erat, quod Apaturia, uocabatur, id triduo peragebat. Primū die appellabatur δόρπασα, propterea, quod sub noctem cōuenientes φράτορες

φράτορες conuiuū agerent. Secundū appellabant ἀνάξην τιμ, quod in eo rem diuinam facerent Iouī Phratrīo, ac Mineruæ. Tertium κουρέω τιμ, quod iuuenes & puellæ in gentē transcriberentur. Meminit Suidas copiosè de hoc festo. Verū ea nō multū attinet ad explicandū puerbiū.

Ego tibi de allijs loquor, tu respōdes de cepis.

XXXV

Εγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμ μὲν ἀποκρίνεις. i. Ego tibi loquor de allijs, tu respōdes de cepis. Simillimū illi, ἄμας ἀπίτωω, cum aliud responderet, ἄβη rogaris, uel contra, cum inepte respondeatur inepte sciscitanti. Cōfinia sunt inter se, cepe & allia.

Aurificem te futurū credebas.

XXXVI

χρυσοχοήσασιν ὥον. i. Aurificem te futurū arbitrabare. Natum aiunt ab huiusmodi quodā euentu. Inualuerat aliquādo fama apud uulgus Atheniensīū in Hymetto monte magna auri fragmēta uideri, quæ a formicis illis pugnacibus seruari. Itaq; quidam creduli, sumptis armis, exierunt illas expugnaturi. Qui cum re infecta, frustra; sumpto labore, redirent in urbē, irrisi sunt a cæteris ciuibus, illud obiectātibus, σὺ δὲ ὥον χρυσοχοήσασιν. Meminit huius rei Eubulus ἡμᾶς πότ' ἀνδραε κεκροπίδαε ἐπέσαμεν λαβόντες εἰς ὑμμητὸν ἐξελεθῆν ὄσλα. i. Quondam uiris nos Cecropidis persuasimus. Sumptis ut armis, montē Hymettum incurrerent. Parœmia conueniet, ubi quis ingenteis spes animo cōcepit, sed discedit frustratus.

Seiuncta sunt Merrhæ & Siloam fluenta.

XXXVII

χωρὶς τὰ μερῶν ἢ σιωπᾶ ξένοματα. i. Seiuncta sunt Merrhæ ac Siloam flumina. De longo intervallo distitis inter se. Veluti si quis dicat, inter amicū & adulatorē plurimū interesse. Finitimū illi, χωρὶς τὰ τῶν μυσῶν ἢ φρυγῶν. i. Sepata sūt possessiōes Myrorū & Phrygū. Apparet neotericū esse puerbiū, & haud scio, an ab Apostolio additū ex literis ecclesiasticis. Siquidē Marra, uocatur locus, in quo Moses aquas pestilentes & amaras iniecto ligno, dulces reddidit, ac salubres. Cæterum ad aquas Siloam missus est a Iesū cæcus Euangelicus, quo uisum recipere. Vnde apparet salutare fuisse, dissimillimas aquis Marra.

τὸ δόρυρα.

XXXVIII

τὸ δόρυρα διομ τὰ σα. De minis ac terriculis inanibus, aut cū ostēdit arte periculū, cū re nullum sit periculū. Translatū a militari astutia, qua fit, ut ad territādos hostes noctu diuersis locis ignes incēdant, ut ingens exercitus esse credat. Eos ignes adsimulatos, δρυρα, uocant.

Psyra Bacchum.

XXXIX

τυρὰ τῆμ διονύσου. i. Psyra Bacchū. Stephanus & Suidas citant e Cratino ψυρὰ τῆμ διονύσου ἄγοντες. i. in Psyra Bacchum ducentes. Rursum, ἐν μελέσῃ ψυρὰ τε τῆμ ἀπίρτην ἄγας. i. Et in Psyra spartā ducis. Annotatū est & ab Hermolao Barbaro. Dictitatū adagiū, ubi uinū appositū in cōuiuio nemo gustat. Aut de sordido apparatu. Psyra pusilla quæpiam insula est haud procul a Chio, in qua uinum non prouenit.

Caput uacuum cerebro.

XL

οὐ οἶα κεφαλή, ἢ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. i. O quale caput, & cerebrū nō habet. De his, qui corporis specie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex apologo, qui circumferē inter Aelopicos. Vulgo quoq; uerboribus, & insipidis aiunt cerebro uacuū esse caput.

Crudelis Bacchus.

XLI

αμικτὴς διονύσου. i. Crudelis Bacchus. Baccho quondam uiuos homines sacrificari mos erat. Vnde in crudeles cōuenit, siue quod temulentia feroces reddat & immites.

Hoc calciamentū cōsui Histiaxus Aristagoras induit.

XLII

τοῦτο ὑπόδημα ἔφαθε μὲν ἱστιαῖος, ὑπεδύσατο δὲ ἀρισταγόρας. i. Hoc calciamentū Histiaxus quidē cōsui, cæterū Aristagoras induit. Diogenianus admonet dici solitū in eos, qui callide sua malefacta in alios reñciunt. Adagiū natum est ex huiusmodi historia. Histiaxus quispiam patria Samius, Dario amicus, ab eodem in Persidem missus est. Illic diutius commoranti, incessit patriæ reuiscendæ desyderium. Verum cum a rege comitatum impetrare non posset, scribit ad Aristagoram ex fratre nepotem, ut Iones ad defectionē sollicitaret, uidelicet ut hac occasione dimitteretur. Excogitauit autem nouum literarum transmittendarū genus, cuius meminuit & Aulus Gellius noctium Atticarum libro decimosexto, capite nono. Seruo cuidam spectatæ fidei, diu oculos ægros habenti, capillum ex omni capite, tanq; medendi gratia deradit, caputq; eius leue literarum formis compingit. His literis quæ uoluerat, scripsit. Hominē postea quoad capillus adulesceret, domi continet. Renatis pilis, ad Aristagoram mittit. Et cū ad eum ueneris, inquit, mandasse me dico, ut caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat, Seruus ut

Seruus ut imperatum erat, ad Aristagoram uenit, mandatū domini adfert. Is non esse frustra ratus capite deerso literas legit, ac mente Histiaei cognita, totam ferme Ioniam ad defectio- nem traxit. Darius posteaq; hæc cognouisset, desciuisse Iones, Histiaum in cōsiliū adhibet, quē potissimū in Asiam mittere oporteat, ad res componendas. Is persuadet ut sese mittat, ut pote idoneū ad sarcindā defectiōnē Ionū. Itaq; posteaq; in Asiā deuenisset, iāq; in suspitio- nē uenisset, Sardorum præfecto, tanq; autor huius mot⁹ fuisset, hoc audiuit ab eodem, οὕτω φη- ισιαῖε ἔχει καὶ ταῦτα τὰ πράγματα. τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρξατο μεν συ. ἐπεδύσατο δὲ ὁ Αἰσισαγόρης. i. sic hæ res habent Histiaei. Tu quidem calceū hūc cōsuliisti, Cæterū Aristagoras induit. Meminit & Herodotus quinto & sexto libro. Significabat autē eius consilij primū fontem & autorē fu- isse Histiaum, administratorē Aristagoram. Ea uox deinde, ut fit, uulgo cognita cōmenti no- uitate, in populi fabulam abiit. Videtur magis cōuenire, quoties in astutis & improbīs consi- lijs, alteri alter auxilio est, mutuaq; opera se se iuuant. Nam dare cōsiliū est tanq; calceū cōsue- re, uti cōsilio & exequi, est uelut induere calciamentum.

Quæ non posuisti ne tollas.

XLIII

Α μὴ κατέδου, μὴ ἀνέλκ. i. Quæ nō deposuisti, ne sustollas. Citatur a Platone libro de legib⁹ un- decimo, tanq; ex poeta quopiā. Cōuenit in furaces, & in eos qui repetunt, quod nō credide- runt, item qui sibi postulant acceptū ferri, quod nō præstiterunt.

Bulbos quærit.

XLIII

βόλβους ζητᾷ. i. Bulbos quærit. Iocus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium Obstipo capite de- figunt lumina terræ. Plutarch⁹ in Sympliciis, καὶ ὁ γελώμενος οὐτοσί, καὶ παρομιώδης ἔφη, βόλβος οὐ μικρότητι διαφύγει τὴν κεραινοῦν, ἀλλ' ἔχωρ δύναμιρ ἀντιπαδῆ, καθάπερ ἡ σνκὴ καὶ, δ' δέρμα τῆς φώκης. i. Etenim ridiculus ille, inquit, & puerbio obnoxius, bulbus haud ideo fulmen effugit, quod pu- fillus sit, sed quod uim habeat contrariā fulguri, quemadmodū & ficus arbor, & hycnæ pellis. Porro risus prouerbialis, de quo meminit Plutarchus, sumptus est, ut opinor, ex Aristopha- nis nebulis, ubi Strepsiades Socratis ingrediens scholam admiratur discipulos Socratis pro- no capite, terram spectantes. Respōdentiq; cuipiam, ζητοῦσιν οὗτοι τὰ καὶ γῆς, βόλβους ἄρα, κα- τοῦσι, μὴ νῦν τοῦτό γε φροντίζετε, ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἢ εἰσι μεγάλοι καὶ καλοί. i. Hoc est, Quærit, habet quæ- terra, Strepsiades, Bulbos scilicet Quærit, rei sed cura nequid istius Vos angat, ego em no- ui ubi sint magni & boni. Quod si quis malit referre ad id, quod est apud eundē poetam in Pluto, ταῦτ' ἐν δύμου φηγόντες, i. qui eadem mecū cepas edistis, equidem haud magnopere re- pugnarim. Significat autē tenues amicos, quicq; ut ait Terentius, paupertatē una tulerunt gra- uem. Persius item Satyra quarta, de Sordido & impendio tenaci, parcoq; Hoc bene sit, tuni- catū cum sale mordens Cepe, & farratā pueris plaudētibus ollam. Extat apud eundē Aristot- phanē & alius de Bulbo iocus huiusmodi, καταφαγῶν βόλβων χύτρα. i. Qui deuorauit bulbo- rum ollam. Quoquidem libidinosum & immodice mulierosum hominē innuit. Nam bulbos irritare Venerē, testat & Martialis, Nil aliud Bulbis, q̄ satur esse potes. Suidas duo de cepis adagia refert, κρομμύνα ἐδίη. i. Cepas edere, & κρομμύων ὄσφραίνεσθ. i. Cepas odorari, quæ suo reddemus loco.

Exacta uia uaticum quærere.

XLV

Seneca in libello de moribus. Quid enim stultius est, q̄ (quod dici solet) uia deficiente, uia/ ticum quærere, aut augere? Quadrat in senes auaros, Laborat enim ea ætas plerūq; hoc uitio, ut quo minus superest uita, hoc magis sit de uictu sollicita. Cōtra iuuetus, huius studij uel ma- xime negligēs est. M. Tullius in Catone maiore, Auaricia uero senilis, quid sibi uelit, nō intel- ligo, Potest enim quicq; esse absurdius, q̄ quo minus uia restat, eo plus uaticum quærere?

Ventis tradere.

XLVI

Ventis tradere. Pro eo, quod est obliuisci, atq; ex animo eiicere. Seruius prouerbialē fi- guram admonet esse. Vergilius in decimo Aeneidos. Nec ferre uidet sua gaudia uentos. Idē alibi, Sed auræ Omnia diserpunt. Rursus idem, Partim mente dedit, partim uolucris discer- psit in auras. Item Horatius in Odis, Tristitiam & metus, Tradam proteruis in mare Creti- cum portare ueutis.

Os infrene.

XLVII

Ἀχάλινον σόμα. i. Os infrene uocant, os petulans, & maledicū. Sumpta metaphora ab equis, nullo freno coercitis. Ita Plato libro de legibus tertio, ἀχάλινα σόματα uocat. Euripidem opi- nor imitatus, qui τῶν ἀχάλινων σομάτων τέλος δυσυχίαν esse scripsit, quemadmodum alibi me- minimus. Plutarchus de liberis educandis ἀθύρωτον σόμα dixit, quasi ianitoris egens. Aristopha- nes in Ranis

nes in Ranis, ἀνδρόσομοι, εχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατέες ἀπύλωτον σόμα. i. Ore confidneit, infreni, in temperanti, sine foribus.

Ego ac tu idem trahimus iugum.

XLVIII

Εγώ τε κὴ σὺ τὸν αὐτὸν ἔλκομεν ζυγόν. i. Idem, egoq; tuq; ducimus pariter iugum. De his, qui similibus uitijs aut malis obnoxij sunt. Non dissimile illi in eadem es nauī. Plinius in epistolis alicubi dixit ex equo iugum ducere, pro eo, quod est, negocij uices pariter sustinere. Translatū a bubus arantibus.

Res indicabit.

XLIX

Αὐτὸ δέξει. Subaudi, ἐργον. i. Res ipsa indicabit. Cum significamus experimento, exituq; pspi ci sermonis ueritatē. Pindarus in Nemeis, ἐμ δὲ παρὰ τέλος διαφαίνεται ὅμ τις ἐσοχώτερος γένηται. i. In experimēto uero, tandē apparet, quibus sit aliquis praestator. Huic finitimiū, τὸ πρᾶγμα λέγει. i. Res ipsa loquitur, apud Lucianū in Toxaride. Item illud Aristophanicū in Vespis, τὸ πρᾶγμα φανερόν ὄσιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ, Res est palam, quando ipsa per se clamitat. Id imitatus. M. Tullius in oratione quadā dixit, totam hominis effigiem, maliciā quandam clamitare.

Omissa hypera, pedem insequeris.

L

Ἀφίς πῶν ὑπέραμ, τὸν πόδα διώκει. i. Omissa hypera, pedem sectatur. Cōuenit, ubi quis omissis his, quæ magis ad rem attinebant, leuicula quæpiā curat. Hyperæ nautici funes sunt, quib' artemnae cornua traducunt. Pedem autem uocant imam clauī partem. Verū Hyperarū maximus usus in nauigando, Suidas adagiū citat ex Hyperide.

Becceselenus.

LI

Βεκκεσέληνος. Prouerbio dicebat, stupidus, ac delirus, syderatus, aut admodū senex. Beccus Phrygum antiquissima lingua panem significat, autore Herodoto libro primo, σελήμη lunam. Vnde Arcades, qui uolunt mortaliū omniū antiquissimi uideri, βεκκεσέληνοι dicunt, tanq̄ antiquiores ipsa luna. Quod notans Apollonius libro Argonauticon quarto, ἀρκάδες οὐκ ἢ πρόδοι σεληναίης ὑδρόνη. Psamitrichus autē rex hoc argumento deprehendit Phrygios omniū antiquissimos fuisse, quod pueri, qui nullam uocem hominis audierant, Beccum sonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mirum uideri debere, si caprarū uocem imitati sunt, qui fuerunt a capra (nā id quidam existimant) nutriti. Sumptū est prouerbiū ex Aristophanis Nebulis, καὶ πῶς ὦ μωρὸν ἐστὶν κὴ κρονίωμ ὄζωμ κὴ βεκκεσέληνε. i. Et quo pacto stolide tu, & Saturnia olens, & Becceselenus. Quo loco cōplura super hac dictiōe referuntur ab interprete, si quis forte requirit. Ego quod ad adagiū explanationē iudicauī fore satis, attigi.

Imperitus subligaculo indutus omnibus id ostentat.

LII

Ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιδέμωνος, πᾶσι ταύτην ἐνδύκει. i. Imperitus subligaculum indutus passim id ostendit. In eū cōgruit, qui ppter insolentiā, etiam ineptissimis rebus effertur.

Mineruae suffragium.

LIII

Ἡ ἀθήνας ψῆφος. i. Mineruae suffragiū. De exacto iudicio, contrariū illi ὄς ἐκρίνεμ. i. Sed lepidius fiet, si per ironiā efferat in stupidum & nullius iudicij hominē, Sus iudicauit.

Per parietem loqui.

LIIII

Διὰ τῶν τοίχων λαλέω. i. Per parietem loqui, dicit, qui ridicule quid facit. Siue quod obstante pariete neuter alterum audit, Siue quod ad eum modum colloquuntur amantes, ut testatur Ouidius de Pyramo & Thyse.

Interuallo perit fames, & optime perditur.

LV

Διὰ μεσοῦ κὴ λυμὸς ἔρξα κὴ κάλλισθ' ἀπόλλυται. i. Intercapedine optime perit fames. Mora multis rebus adfert remediū, & maxime iracundiæ. Inuenitur hoc etiā interpretamentū, ut sit senius, Extincto famelico, fames item pcreat necessum est.

Statuam faucibus colas.

LVI

Ἀνδριάντα γαστραλῆας. i. Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda quæq; fieri nullo pacto possit. Veluti quis hominē prapotentē, & inuictum frustra conet opprimere. Nec enim liquefcit statua.

Inspersibilem uitam uiuis.

LVII

Ἀνέλπιστον βίον ζῆς. i. Insperatā uitā agis. Sic enim loquuntur Attrici. i. uitam mirificā, & quam ne sperare quidē auderet quisq̄, aut in qua nō spes alat animū, sed ipæ res adsint. Extat apud Pindarum.

Amens longus.

LVIII

Ἄνοος ὁ μακρὸς. i. Amens qui longus, hoc est, quod uulgo dicunt, pralongis mentem deest. Ie, pusillis nimitū adesse animorū. Sumptū uidetur ex Sophocle, apud quem hi uersus sunt in Aiace

Aiace flagellifero, οὐ γὰρ οἱ πλάτεις οὐδ' ἐγύνωτοι φῶτες ἀσφαλίστατοι ἀλλ' οἱ φρονούντες εἶναι. Nō enim his, qui porrigunt mole uasta corporis. Latēq; tergo niti oportet maxime, Verū magē illis qui ualent prudentia. Videtur in eadē ferme sententia fuisse Homerus, Tydeum fingēs corpore pusillo, ceterū strennuū, sic enim ait Iliados. Ε. τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔμ' δ' ἔμμεα, ἀλλὰ μαχητής. i. Strēnuus in pugna Tydeus, sed corpore paruus. Idem habet in obsceno carmine. Vtilior Tydeus, qui, siquid credis Homero, Ingenio pugna, corpore paruus erat. Et apud Statium, Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Antiopæ luctus.

LIX

Αντιόπης θρήνος. i. Antiopæ luctus. Dicit cōsueuit, ubi quis immerens calamitatibus affligit, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopæ fabula, Quæ Nyctei filia fuisse narrat. Eam cum esset a ciue quodam uitiata, pater grauius irascens, ad fratrem mittit, ut de ea supplicium sumeret. At ille, quod uterum ferre uideret, misertus pepercerat. Itaq; peperit Zethum & Amphionē, quos ille in montē abiecit. Erat autē huic uxor, nomine Dirce, quæ simul atq; senesit uirum suū Lycum, Antiopæ captū amore, puellam in montē abductam, tauri ceruicibus alligat, suspensis a cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitij genere conficere. Verum ad uociferationē Antiopæ cōcursum est, cū a uicinis rusticis, tum ab Amphione, Zethoq; q matrem agnitā eripiunt, & a Dirce pœnas sumunt.

Fuge procul a uiro maiore.

LX

Αλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. i. Fuge procul a uiro maiore. Caue a cōmercio potentiū, habe cōmetium cū æqualibus. Etenim optimatū familiaritas, aut seruū facit & turpem, aut si nescias adulari, periculis obijcit.

Abseq; baculo ne ingreditor.

LXI

Ανδρὸν ξύλον μὴ βάσειε. i. Abseq; ligno ne ingrediare. Inermis ne sis, uerum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte quærat lædere. Natum aiunt a Cleomene quodam Atheniensiu ducce. Is cum esset in insaniam uersus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans, obambulare consueuit, quo propulsaret impetētes.

Omnē facultatem indutus est.

LXII

Ἀπασαν πλὴν οὐσίαν ἠμφίασα. i. Vniuersam substantiā indutus est. De paupere, qui præter uerstitū nihil præterea rerum possidet. Alioquin ἀνέσιος ἢ ἀνόλβιος. Quod quidē & hodie uulgato ioco dicunt, ad hunc modū, cum sub silio, facultates omnes meæ cōmouent. Notū illud philosophi dictum, Omnia mea mecū porto.

Hostis nō hostis.

LXIII

Ἀπόλεμος πολέμιος. i. Citra bellum hostis. Dicitur, qui nulla lacessitus iniuria, tamē quæ sunt hostium, facit. Conueniet etiā in illos, qui priusq; exposulauerint de iniuria cū amico, iam lædūt inimice.

Nephasi dies.

LXIII

Ἀποφράδες ἡμέραι. i. Nefasti dies olim uocabant inauspicati, & quibus publica nō licebat agere. Vnde receptum, ut homines inuisos, ac detestandos ἀποφράδας appellarent. Testis Lucianus in huius uocis calumniatorem.

Anus cothonissat.

LXV

Γῆρας κωδωνίζομεναι. i. Anus cothonizantes. De uetulis indecore lasciuientibus, κώδωρ enim temulentia significat, inde fictum uerbū κωδωνίζω. Horatius in Odis, Te lanæ prope nobilē tonse luccriam, nō citharæ decent. Nec poti uetulam fece tenus cadi.

Anus hircum olet.

LXVI

Γῆρας ἀναθυᾶ. i. Anus hircum redolet. De uetula libidināte, ppter ea, quod alarū, ac reliquarū partium odor excitat ad libidinē incēsis. Horatius in anum huiusmodi. Nāq; sagacius un' odorator, Polypus an grauis hirsutis cubet hircus, in alis, Quā canis accr, ubi lateat ius.

Nudo capite.

LXVII

Γυμνῆ κεφαλῆ. i. Nudo capite facere quæpiā dicunt, qui palam, ac citra pudorē omnē faciunt. Qui rem pudendā faciebāt, ijs mos erat cetonibus caput operire. Plautus in captiui duo. Ipsi de foro, tā aperto capite ad lenones eunt, Quā in tribu operto capite fontes cōdamnāt reos. Neq; refert utrū hic aperto, an operto legas per ironiā, nam sensus idem utriusq; lectionis. Tegit & Socrates faciem apud Platonē in Phædro, Dicturus laudes Amoris.

In re mala animo, si bono utare adiuuat.

LXVIII

Meretur omnino Plautinus ille senarius ex Asinaria, ut inter adagia recensatur. In re mala animo si

animo, si bono utare adiuuat. Fortiter ferendo uincit malum, quod euitari nō potest.

Mulieris oculus.

LXIX

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος. i. Mulieris oculus spiculum iuuenibus est. Et Vergilius Vritq; uidendo fœmina. Idem, Ut uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Illud alias recefimus, ἐκ τῶ ὄραμ γίγνεται ἡ ἐρᾶ. i. Ex aspectu nascitur amor.

Decempes umbra.

LXX

Δεκάπους σκιά ὄβι. i. Decempes umbra est, id est, cœnandi tempus. Veteres umbris notabant horas diei. Lucianus in Gallo, σιωχεῖς ἐπισκοπῶν ὀποσάπουσιν ἡ σοιχεῖσιν εἰκ. i. Assidue obseruans quot pedes haberet linea.

Altera nauigatio.

LXXI

Δεύτερος πλοῦς. i. Secundarius cursus uocabatur, cum uento destituti, remis nauim impellerent. Nam ὁ ἐξ οὐρίας πλοῦς πρῶτος. i. Cum secundis uentis nauigaretur, ea prima nauigatio dicebatur, autore Pausania, quem citat Eustathius in secundum Odyssææ librum, quo loco pro uerbij quoq; mentionem facit. Cōcunit, ubi quoties quæ potissima fuerant, non contingunt, ad proxima confugitur auxilia.

Diagoras Melius.

LXXII

Διαγόρας ὁ μῆλιος. i. Diagoras Melius. In sceleratum ac fœdifragum & impiū. Hic capta Mele, uixit Athenis, & Atheniensium sacrorum mysteria usq; adeo contempsit, ut cōplureis auerterit a religione, deterrueritq; ne iam uellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est profanis edere, ille impius in uulgus extulit, modis omnibus irridēs. Quasobres ab Atheniensibus proscriptus est, eamq; proscriptionē palam in ærea columna posuerunt, addito præmij loco, talento, si quis hominē occidisset, si quis uiuum adduxisset duo. Meminit huius Aristophanes in Ranis, ἢ ἀποκτείνῃ τις ἡμῶν διαγόραμ ἢ μῆλιον, λαμβάνειν τάλαντον, ἢ ἢ τε τῶν τυράννων τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ. i. Siquis nostrum occidat Diagoram Melium, habiturū talentum, Si q; aliquem tyrannorū defunctorum occiderit.

Sedecim pedibus superauit.

LXXIII

Haudquaq; alienū est a prouerbiali figura, quod in Pericle scripsit Aristides. Nempe Periclem oratorem reliquos in dicēdo sedecim præterisse pedibus, λέγωμ, inquit, ὡς ἐκκαίδεκα μέμ, ποδῶν ἢρε τοὺς ῥήτορας, ἐμ τοῖς λόγοις, μόνου δὲ πηδῶτις ἐπεκάδιζεν ἐμ τοῖς χέλεσι, πάντα δὲ εἶναι φλυαρία πρὸς ἐκείνον. i. Dicens illum, sedecim pedibus uicisse Rhetores dicendo, atq; in unius illius labijs insedisse suadelam quandā. Cætera uero omnia nugæ præ hoc fuisse. Itaq; sedecim pedibus pro maximo interuallo dixit. Sumpta metap. ora a stadij cursorū. Locus autem hic de Pericle est apud Cratinum comicum, in Comœdia, cui titulus, Δῆμοι, κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν. Οποτε παρέλθει, ὡσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς ἐκκαίδεκα ποδῶν ἢρε λέγωμ τοὺς ῥήτορας ταχὺς λέγειν μέμ, πρὸς δὲ αὐτοῦ ἡδὲ τάχα, πηδῶτις ἐπεκάδιζεν ἐμ τοῖς χέλεσι. i. Hic inter homines plurimum unus polluit Dicendo, quoties præteribat, uti bonus Agilisq; cursor, sedecim spatio pedum. Linquebat a se cæteros iam Rhetores. Sermone celer erat, celeritati aderat huic. Suadela quædam illius insidens labris. Huius immodicam eloquentiam etiam Aristophanes taxauit in Comœdia, cui titulus, ἀκαρηνῆς, ἐντεῦθεν ὄργῃ πηδικλέος οὐλύμπιος, ἡσραπτ' ἐβροντα, ξυωκύκα τ' ἐλλάδα. i. Pericles at indignatus hinc olympius Tonat, coruscat, miscet omnem Græciam. Porro quod ad Suadelam attinet, id imitatus Ennius apud Ciceronem in Catone maiore. M. Cætegem Suadæ medullam dixit. Ab huius prouerbij forma non discrepat illud Aristophanis, ἐκ τῶν νεφελῶν, τῶν ἐλλήνων εἶναι μὲ λέγειν ἐκατὴρ σαδίσισιν ἄρισον. i. Ut Graiorū dicar gentem stadij præcedere centum.

Saxum uolutum, non obducitur musco.

LXXIII

Λίθος κυλινδρόμυλος ἢ φῦκος οὐ ποιεῖ. i. Musco lapis uolutus haud obducitur. Qui nō potest eodem in loco consistere, raro fit, ut ditescat. Id totidem pene uerbis etiam hodie dicunt, Simile illud Fabij, Planta quæ sæpe transfertur, nō coalescit.

Lityersam cantionem canis.

LXXV

Λιτύρσαμ ὡς ἢ ἄδεις. i. Lityersam cantionem canis. Lityerses nothus erat Midæ regis. Hic cū ageret in Celænis, exceptos eos qui aduenissent, compellebat, ut secū meterent. Deinde præfectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ Thericos, id est, æstius aut messorius hymnus caneretur, unde ductum prouerbiū, ut qui nō ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur. Me-

T nander

nander in Chalcedonio, Ἀδοντα λιτυέρσκη ἀπ' ἀρίσου τέως, Meminit huius fabulæ Iulius Pollux libro de rerū uocabnls quarto, capite, περι' ασμάτων ἔθνικῶν. Sed hoc nouat Lityersam loris cædere solitū, quos metendo uicisset, sed cū aliquādo incidisset in messorem se robustiorē, ab eo trucidatū fuisse. Quosdam autē autores esse, Herculis manu perisse. Proinde cantionē eā ad patris desyderiū leniendū fuisse repertam. Lityersæ meminit & Theocritus.

Lydum in planiciem prouocas.

LXXVI

Λυδὸρ εἰς πεδίον προκαλεῖς. i. Lydum in campū prouocas. Qui laceffit iādudum ad id propēsum, ac promptū. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capeffendum æquo propēsiōres essent.

Sublata lucerna, nihil interest inter mulieres.

LXXVII

Αὐχνοῦ ἀρδέντης γωὴ πᾶσα ἢ αὐτή. i. Lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres. Sentit adagiū nullam mulierē nō esse impudicam, si detur facultas sine teste peccādi. Mihi uidetur a uulgo sumptū, nō ab autoribus. Recēsui tamen, ne quis ex Apostolio postea ceu rem miram laetitiet.

Lysicrates alter.

LXXVIII

Λυσικράτης ἕτερος. i. Alter Lysicrates. Lysicrates quidam in uulgi fabulam abiit, quod capillos iam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiā dū uidererur. Cuiusmodi ridetur apud Martialem Ollus.

Lysistrati diuitias habes.

LXXIX

Λυσιστράτου πλουτήρι πλουτέεις. i. Lysistrati diuitijs diues es, prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lysistrate quodam tractum, extremæ paupertatis homine.

Expecta bos aliquando herbam.

LXXX

Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνη. i. Expecta bos, olim herbam. Dicendum, ubi quid sero contingit. Finitimū illi, & adhuc tua messis in herba est.

Expecta anus.

LXXXI

Μένε γαστήρ, ἐμὸν σε παῖδα φιλήσονται. i. Expecta anus meum filium, te suauiatuum. Confine superiorī, Cum sera spes ostenditur.

Magnus uersator in re pusilla.

LXXXII

Μέγας κυλλκκτής ἐν μικρῷ γε πράγματι. i. Versator ingens in negotio leui. Quadrat in eos, qui arte parum honesta sibi diuitias parant. Natū ab Eudamidæ apophthegmate, qui percūctian ti de cantore quopiam, cuiatis esset, ad eum respondit modum.

Surdaster cum surdastro litigabat.

LXXXIII

Δύσκωφος δὲ δύσκωφός ἐκρίνετο, ὃ δὲ κριτής ἦν κωφότος. i. Surdaster cum surdastro litigabat. Iudex autem erat utroq; surdior, Cū res agitur inter undequaq; ridiculos, ac stultos.

Docui te urinandi artem.

LXXXIII

Εδίδαξά σε κυβισσᾶν, καὶ σὺ βυδίσαι με ζητεῖς. i. Docui te urinandi artem, & tu me uis demergere. In eo s quadrat, qui benefacta malefactis retaliunt, & beneficium acceptum in eius ipsius uertūt perniciem, a quo acceperunt.

Pro eleganti medico malus poeta.

LXXXV

Ἀντὶ χαριέντης ἰατροῦ, κακῆς ποιητῆς καλεῖσθαι ἐπιδύμεις. i. Pro uenusto medico, malus poeta dici cupis. In eum dici solitum, qui nō contentus artis suæ professione, in qua locum mediocrē obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus. Periander quispiam non in celebri fama medicus, & eius artis uel cum primis doctus, ad poetices studiū deflexit, & ineptos quosdam uersiculos scribere cœpit. Hinc uulgaris iocus increbuit.

A remo ad tribunal.

LXXXVI

Ἀπὸ κώπης εἰς τὸ βῆμα. i. A remo ad tribunal. Dici solitum, ubi quis repente, ab infima conditione, prouehitur ad honesti muneris administrationē. Id, quod haud scio, an ulli cōtigerit felicitius, q̄ Iulio secundo. Nam fama est hunc iuuenem, ad stipem scalmū remo subigere solitū, Et tamen a remulco non solum ad tribunal, uerum etiā ad summū illud rerum humanarū culmen cuectus est. Nec cōtentus hoc fastigio, pontificiæ ditionis pomeria, multū protulit, longius etiā producturus, si per mortis inclementiam uitam illi producere licuisset. Taxat Demadem oratorem Syrianus Hermogenis interpres, qui citra cognitionē artis, statim ad agendas causas irruerit, ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτους τὸ τῆς λόγου χειρὶς ἐπὶ τὸ βῆμα πηδίσσας. i. Qui illotis, ut aiunt, manibus, a remo ad tribuual irruit.

In cœlum expuis.

LXXXVII

Εἰς οὐρανόν

Ἐς οὐρανὸν πύργος. i. In cœlum expuis, id est, facis, quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris, ijs qui facile possint lædere. Siquidem qui in cœlum expuit, primū uidetur cœlites ipsos afficere contumelia, deinde fit sæpius, ut sputum in ipsius faciem recidat. Confine illi. κέντρον λακτίζαμι. i. Aduersus stimulum calcitrare.

Vnus deus, & plures amici.

LXXXVIII

Ἐἷς θεὸς ἢ πολλοὶ φίλοι. i. Vnus deus, & plures amici. Prouerbiū admonet quæ plurimos esse parandos amicos, quod ἢ, secundū deū, plurimū opitulari possint. Quācūq; Heliōdo nō, pbat πολυφιλία, neq; rursum ἀξενία, Opinor & hoc a uulgo mutuo sumptum, non ex autoribus.

Si caseum haberem, nō desyderarem opsonium.

LXXXIX

Ἐἰ τυρόν εἶχον, οὐκ ἄν ἐδεόμην ὄψου. i. Si caseum haberem, nō egerem opsonio. Dicēdū, ubi quis minimis, uilissimisq; contentus est. Videat & hoc eiusdem cum superiori farinae

In antrum haud legitimū, stimulum impingis.

XC

Ἐἰς ἔνμαλιν ὀδὸν ὄσικρον κέντρον ὠθεῖς. i. In foramen haud licitum, stimulum trudas. Dicterium in Philadelphum, qui fororem exemplo Iouis uxorem duxerat, quo quidem offensus ille, capitis supplicium sumpsit, de eo, qui dixerat. Meminit Plutarchus.

Quācūq; non dixeris, tamen apparet e pelle.

XCI

Ἐἰ μὴ λέγῃς, ἀπὸ τοῦ δέματός φαίνῃ. i. Etiam si non dicas, pelle præ te fers. Res ipsa redarguit mendacem, & oris habitus. Vnde illud Ciceronis, Nisi fingeres, nō sic diceres.

Decipula murem cœpit.

XCII

Ἐἵληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦρον. i. Laqueus murem cœpit. De recte, meritoq; deprehensis, & malo dignis.

Iisdem e literis Comœdia, ac Tragedia componitur.

XCIII

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγωδία γίνεται ἢ κωμωδία γαμμμάτων. i. Ex iisdem literis, Comœdia, Tragediaq; componitur. Conuenit in eos, qui eadem de re norunt diuersa fingere. Aut qui eadem opera diuersa possunt.

A fronte præcipitium, a tergo lupi.

XCIII

Ἐμπροσθεν κρημνός, ὀπίσθεν λύκοι. i. A fronte præcipitium, a tergo lupi. Cū aliquis hinc atq; hinc duobus maximis præmitur malis, ut in utruq; incidit, pereundum sit.

Oscitante uno, deinde oscitat & alter.

XCV

Ἐνός χανόντος μετέχκει ἕτερος. i. Cum oscitat unus, statim oscitat & alter. Dicendum, quoties exemplo peccati, statim prouocatur aliquis, ad simile facinus. Fit autem hoc occulta quadam naturæ uis, ut qui uiderit oscitantē, cogatur & ipse oscitare. Cuius rei causam etiam redde conantur philosophi.

Inter cæcos regnat strabus.

XCVI

Ἐν τῷ τόποις τῶν τυφλῶν λάμωρ βασιλένα. i. In regiōe cæcorū rex est luscus. Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habet. Inter mendicos, qui paululū habet nūmorū, Cræsus est.

In area latitas.

XXVII

Ἐν ἄλλῳ δρασιάζεσθαι. i. In area occultaris. De eo, qui in eo uersat negotio, ut nō possit nō esse cōspicius. Aut qui sic latitat, ut a nemine tamen nō cōspiciat. Nā in area nullæ latebræ.

Cum licet fugere, ne quære litem.

XCVIII

Ἐξὸν φυγῆμ μὴ ζήτησθαι δίκην. i. Cum fugiendi potestas est, ne quære litē. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is cum e Sicilia citaretur ab Atheniensibus, ut criminibus responderet, abdidit sese, negans litigandum esse, si quo modo liceret effugere. Subiicientibus alijs, Non igitur cōfidis patriæ de te iudicaturæ, Immo, inquit, ne matri quidē crediderim. Metuerē enim ne fors imprudens, albi calculi loco, nigrum immitteret. Alcibiadis sententiæ subscribet, quisquis litis expertus est.

In tergo bouis defedit.

XCIX

Ἐπὶ βύρρατος ἐκαδέζετο. i. In tergo bouis defedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium a consuetudine uernacula Scythis, quemadmodum testat Lucianus in Toxaride. Nā apud hos, si quis forte læsus esset, neq; suppeteret ulciscēdi facultas, immolato boue, carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergo humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Idq; maximū supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat, quicūq; uellet opitulari, & carniū portione gustata, dextroq; pede tergori imposto, pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atq; hoc foedus apud Scythas sanctissimū habebatur.

Hospes indigenam.

T 2 ΕΠΗΛΥΣ

Ἐπιχλύς ἢ ἔνοικος. i. Aduena inquilinū, Subaudiendū ἔξβαλεμ. i. ciecit. Vfus fuerit, cum aliena professionis quispiā aliū in ppria uincit arte. Quod genus si Theologus in arte Grāmatica superet Grāmatices profeflore. Aut si arrogatus, aut adoptiuus, filiū eijceret e familia.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA QVINTA:

Rifus Sardonius.

I



Ἀρδώνι ἢ γέλως. i. Sardonius rifus. De rifu ficto, aut amarulento, aut infano deniq;. Et fensus & origo puerbij adeo uarie tradit ab autoribus, ut ucrear, ne rifus hic Sardonius nō citra rifum legatur, tamen accingemur referre quādam. Zenodotus in collectancis fuis Aefchylum in opere de Paroem ijs citat, q̄ huiusmodi ferme tradiderit, Gentem effe quādam, Carthaginensium coloniā, quā Sardorum regionē inhabitet, Ei morem effe fenes feptuagesimū prætergressos annū Saturno facrificare, ridentes interim, ac mutuo fele cōplexantes, Nam turpe ducebant, in funere aut eiulatum edere, aut lachrymas profundere. Hinc adfimulatū rifum, Sardoniū uocari cōceptum. Timæus apud eundem Zenodotū ait, Sardonijs confuetudinē fuiffe, ut filij parentes iam grande uos iuxta foſſam, aut præcipitiū, in quo fepeliendi forent, collocarent, atq; inde fustibus cædentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, exiftimātes eā mortē felicem, atq; egregiam, quod liberorū impietate interirent. Sunt qui dicant in Sardoriū infula, herbam nafci quādam, cui Sardoæ cognomen fit, Apiaſtro fimilem. Eam fapore quidē effe dulcem, uerū gultatā, ora hominū in rictus dolore cōtrahere, ut ueluti ridentes emorian tur. Hoc feniffie uidef Solinus, cūq; hoc Seruius grammaticus enarrans hunc ex Vergilianā Thyrfide locum. Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis. Atq; his ferme cōfiniā tradit Lycophronis interpres de rifu Sardonio. Seruiū fecutus Latinus Drepanus in Panegyrico, Ser: nos ergo, inquit, uultus inducimus, & ad illorū uicem, qui deguftato Sardorum gramini ſucco, ferunt in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Neq; rurfum defunt, qui Sardoniū rifum cognominatū autumant, ἄρ το σάρκηναι τὴς ὀδόντας, quod dentes aperiat, atq; renudet, cuiusmodi rifus effe folet corū, qui nō ex animo rident. Hinc & iocus ille paraſiti Plautini cōquerētis quod fuis dictis nullo pacto iuuenes arriffent, ac non saltē canes fuiffent imitati, ut dentes oftenderēt. Et Apuleius, Reſtrictis forte ſi labellis riferis. Id genus rifum deſcripfit Homerus Iliados. o. de Iunone loquēs, ἠδὲ γέλασε χείλεσιν, οὐδὲ μείωπον ἐπὶ ὄφρυσι κυανέοισι ἰάνθη, id eſt, Illa quidē labijs ridebat, nubila porro Frons minime renitebat. Ad id facit, quod ſcribit Ariſtophanes in Pace, ἠγχιωμύλους ἐπὶ ἀλλήλοισι ἢ σαρκώτας, A canibus ducta metaphora, quibus hoc iræ indiciū eſt nudare dentes. Quē morē aiunt equis etiā inefle, ſiquādo parent morderi, unde uulgo nūc rifum huiusmodi, rifum equinū uocāt. Rurfum alij perhibēt, apud Sardinios fuiffe receptū, ut ex captiuis pulcherrimos quoſq; ac natu maximos, qui feptuagesimū exceſſiffent annū, Saturno maſtarēt, ridētes in morte, ppterca quod id forte, ac uirile uideretur. Citatur autor Clearchus Carthagine ſolēnem fuiffe morem, ut in magnis uotis, puerum Saturni manibus imponerent. Huius ſtatua fingebatur area, manibus porrectis. Sub eo fornax erat, ea ſuccēdebatur, puer itaq; ignis uapore cōtractus, ac tortus, ridētis ſpeciem exhibebat. Deniq; & Simonidē allegat Zenodotus, nouæ fabulæ autorem. Ait enim Talum quempiam æreum uirū priuſq; in Cretam perueniret, in Sardiniam acceſſiſſe, ubi nō paucos mortales neci dedit. Qui cum morientes ringerent, rifus imaginē quādam exhibentes, prouerbio locum fecerunt. Addunt nonnulli, cum a Sardinijs in Cretam tranſmittere uctaretur, illū in ignem deſiſſe, quando quidē ærei corporis erat, deinde Sardinios pectori ſuo admotos necare ſolitum. Emoriebant autem uelut in amplexu, ac ridentibus adſimiles nimirum rictu incendij ui diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Aiunt enim hunc a Vulcano ex ære fuiffe fabrefactum, Minoiq; dono miſſum ad Cretenſis inſulæ tutelam. Erat autē illi unica duntaxat uena, eaq; a ſumma ceruice, ad imos uſq; talos porrecta. Ter in ſingulos dies inſulam obibat, excubias agens. Itaq; & Argo nauem e Colchide cum Iaſone redeuntē uctuit in portum Cretenſem appellere. Sed a Medea deceptus perijt, ut nonnulli dicunt dato ueneno, quod infaniam immitteret, ut alijs placet, cum illa pollicita ſe illum immortalē redditurum, clauum qui ſummæ uenæ erat affixus, eduxit, atq; ita ſanguine, totoq; corporis humore defluente perijt. Rurfum alij tradūt interiffe percuſſum arcu a Pœante, circa talum: Dioſcorides in ſexto

rides in sexto prodidit ranæ speciem esse quandã, quæ Sardonia dicat̃ herba; quæ pota seu co-
 mesa, mentem adimat, labijsq; contractis, risus speciem prebeat, atq; inde in uulgi sermonem
 ab ijsse de risu Sardonio puerbiũ. Quanq; hoc loco pro βαζάχου, hoc est, ranæ, λαχάνου, id est,
 oleris legendũ existimo. Strabo Geographiæ libro undecimo scribit in Cambyfena, quæ flu-
 men Alazoniũ accolit, arancarũ genus quoddam nasci, quod alios ridendo cogat emori, alios
 flendo desyderio suorũ. Quidam addunt de Tarcotella, cuius morsum interitus cum risu se-
 quatur. Quin & Aristoteles de partibus animalĩũ libro tertio ait, ictu etiam traiecta præcor-
 dia, in præijs risum attulisse literis, pditũ esse, idq; accidere calore quẽ moueat, uulnus. Mor-
 tuus est & Zeusis pictor ridendo, dum sine fine ridet, anum a se pictam, & Chrysisippus con-
 spiciẽs asinum uescentẽ ficis. M. Tullius epistolarũ familiarĩũ libro septimo, ad Fabiũ Gallũ.
 Videris enim, inquit, mihi uereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιον, Signifi-
 cans futurũ, ut si Cæsar rerum potiretur, multis arridere, atq; applaudere cogere, quæ ma-
 gnopere displicerent. Lucianus in Asino, σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον. i. Sardonicè ridentes aie-
 bant. Risum innuit contumeliosum & subsannantẽ. Idem alibi, ο δάμις δὲ τὸ σαρδώνιον ἐπιγελῶν
 ἔτι μᾶλλον παρώξωε. i. Damis autẽ Sardonio arridens risu, magis etiã irritauit. In eodẽ sensu ui-
 detur usurpatũ & a Platone libro de Rep, primo, cum scribit Thrasymachum, quẽ amarulen-
 tum & arrogantẽ ubiq; facit, Sardonicè risisse, καὶ ὅς ἀκύσας ἀνεκάγκασέ τε μάλα σαρδώνιον καὶ εἶ-
 περ. i. His ille auditis edito cachinno, ualde Sardonicè risit, ac dixit. Homerus item aliquot lo-
 cis, huius risus mentionẽ facit, in Odyssæa. x. Narrans quemadmodũ e procis quispiam, puta
 Ctesippus, Vlyssẽm in ædibus suis, habitu, speciq; mendici sedentẽ, arrepto e sportula bouis
 pede petisset, atq; ille capite cõmodum deflexo declinasset ictum, μέδισε δὲ, inquit, θυμῷ σαρ-
 δάνιον μάλα τοῖον. Quo loco Eustathius interpres admonet eum ridere risum Sardoniũ, q di-
 ductis modo labris, rideat, ceterum intus, aut ira, aut molestia discrutiat. Veteres em̃ risum
 Sardoniũ uocasse, quoties aliquis despectim nõ solum ridet, sed etiam irridet, dictum autem
 παρά τὸ σεκρένειν τὰ χέλη. i. a diducendo labia. Quomodo fere rident, qui apud sese perniciem
 alicui desinant, quemadmodũ Vlysses mox sublaturus e medio procos, idq; iam tum in ani-
 mo statuens, risit risum quendã subamarulentũ. Cõsimilem risum risit apud Hesiodum Iupi-
 ter iratus Prometheo propter ignem furto sublatũ, Carmẽ adscripsi, quod quidem est in pri-
 mo libro operis, cui titulus, Ἔργα ἢ ἡμέραι. τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς Ἰαπε-
 τιοῖδῃ πάντων πέρι Μῆδεα εἰδῶς, Χαίρεις πῦρ κλέψας, ἢ ἔμας φρένας ἠπρόπεύσας, σοὶτ' αὐτῷ μέγα
 πῆμα ἢ ἀνδράσιμ' ἑσθμύλοισι, τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δῶσω κακόν, ὃ κερ' ἀπαντες τέρπονται ἢ θυμὸν ἔομ,
 κακὸν ἀμφαγαπῶντες. ὧς ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασε παῖδ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Huic animo infensus, qui nu-
 bila colligit, inquit, Proles Iapeti multo technisq; dolisq; Inter mortaleis unus doctissimus
 omneis, Impoluisse mihi gaudes, igneq; tulisse, Nempe ingens atroxq; malum, & tibi, postq;
 futuris Quis ego pro rapto igne malum dabo, quo simul omnes Gaudebunt, propriũq; ma-
 lum fouisse libebit Sic fatus, risitq; parens hominũq; deumq;. Risum hunc fatalem inter-
 tantur quoties imminet perniciẽs, a fatis destinata. Cuiusmodi fuit & ille procorũ, quẽ descri-
 bit Homerus eodem libro, quem paulo ante citauimus, aliq; retulimus loco, μνηστῆρσι δὲ πάλ-
 λας ἀθήνη Ασθεσον γέλομ ὄρσε, παρέπλαξεν δὲ νόημα οἱ δ' ἦδ' κ' γναθμοῖσι γελοῖων ἄλλοῖσι οἰσιν Αἶμο
 φόρυκτα δὲ δὴ κρέα ἠοδίου, ὄσε δ' ἄρα σφέων Δακρυόφιμ' πίμπλαντ', γόομ δ' ὠίετ' θυμὸς. Diua procis mo-
 uit ualidum Tritonia risum Haud compescendũ, ac animũ stupefecit, at illi iam malis sine mẽ-
 te quidem riscre alienis, Carnis frustra & cruda & sanguinolenta uorantes Interea lachrymis
 implentur lumina, fletum Sensit at ipse animus. Opinor & Sardoniũ risum accipiendum, quẽ
 Homerus Iliados. η. tribuit Aiaci singulare certamen ineunti τοῖος ἄρ' αἴας ὄρσε πελώριον, ἔρ-
 κος ἀχαιῶν μεθ' ἰώωμ βλοσυροῖσι προσώπασιν. i. Sic ingens Aiax surgebat murus Achium Terri-
 bili ridens uultu. In uetustissimis quibusdã in Hesiodum cõmetarijs Epigramma reperi, quo
 prouerbiũ de risu Sardonio nõ ineleganter explicatur, id est, huiusmodi, Σαρδῶ τις ὄβι νῆσοι,
 κρητῶσφ' Ἐμ' ἢ βοτάνη φθαζικὴ γῆς ἐκτρέχει σελινοειδῆς σαρδάνη κεκλημμένη βερωμυλὴν δὲ τοῖς ἀπει-
 ροῖς αὐτίκα Σπασμούς τε ποιεῖ ἢ γελῶτων ἐμφάσας καὶ πότμον εὐδύς ἢ γελάσιμον μόρος Ἀλ-
 λοι δὲ φασὶ Σαρδανούς τοὺς βαρβάρους Γηρώνας αὐτῶν τοὺς γενάρχους ἐχάτους Ἀγαμ λαβόντας εἰς ἀπό-
 κρημνον τόπον κτένεμ τε τοὺς εὐτε ροπάλοις ἢ λίθοις Ἐπεῖτα εἰρήην ἐκ πέτρων τοὺς ἀδελίους γελῶν
 τας εἰκὴ παιδίαις πατροκτόνοις Ἀλλοῖς δὲ τοὺς θησκούτας ἀρέσκει πλέον γελᾶμ, ὀρῶντας τεκνικὰς παροι-
 νίας καὶ τὰς κυλόστας ἢ σροφὰς τῶν πραγμάτων. Id quoq; nos nostro more ppter imperitiores
 Latinum ex tẽpore fecimus, hoc modo. Quãdam insula est, uocata Sardo Hiberiæ In qua
 S 3 herba

herba pniciosa surgit e solo, Cui Sardanae nomē, Apia stri praefereſ Figurā, at ea comēſa ab im prudentibus Mox ora contrahit, atq; riſus exhibet Speciem, deinde protinus mors occupat Imitata riſum. Cæterum ſunt qui ferant gentem eſſe quandam Sardanorum barbaram Aeta te qui feſſos parentes in loca Prærupta raptos deferant, atq; ibi neci Saxisq; fuſtibusq; dent miſerrimos Ex arduis ſubinde præcipitent petris. At inter iſtæc impijs ridet iocis. Ludūt q; temere parricidis luſibus. Alijs magis probatur hæc ſententia, Ridere eos, qui ſic necan tur quippe qui Spectent ſuorum pignorū ueſaniam, Citasq; rerum & æſtuarias uices. Pau ſanias in Phocaicis tradit Sardoam inſulam ſerpentes gignere innoxios. Præterea eam a ue neniſ herbarum proſus immunem eſſe, niſi quod unam alit exitialem, apij ſpecie, quæ iuxta fontes quidem proueniat, non inficiat tamen fontium aquas, eam, qui ederint, ait ridentes emori. Atq; hinc Homerum, & poſt Homerum alios adagium induxiſſe, ut dicerent eos ri dere riſum Sardoniū, qui riſum riderent τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιῆ, hoc eſt omnino inſanum. Itaq; nō abſurde uidetur accipi poſſe riſus Sardonijs, pro riſu demente, quoties inſtantibus malis in ſane ridetur. Siquidem legimus Tiberium Gracchum in ambiendo conſulatu repulſum, ad uerſus inimicos inſolentius ridentes inclamari, eos Sardonium ridere riſum, ignaros q; ma gnis tenebris ex ſuis actibus circumfunderentur. Plutarchus in commentario de ſuperſtitio ne, Εἰρηναῖα τοῖμω ſκόπει, τὸν ἄδειον, γελῶντα μὲν μανικὸν καὶ ſαρδῶνιον γέλωτα. i. Hic itaq; conſydera eum, qui nullos credit eſſe Deos, inſanum quidem & Sardonium ridentem riſum. Interpres quiſpiam Heſiodi, riſum Sardonium interpretatur, riſum πλατύν, id eſt, amplum, ubi quis ore uehementer diducto ridet, quem eundem opinor, γέλωτα ſυγκρούσιον appellant, id eſt, riſum concutientem. Cui quidem interpretamento ſuffragatur ipſius etymologia uocabuli, quam paulo ſuperius oſtendimus, ἀπὸ τοῦ ſοκρῆναι τοὺς ὀδόντας. Poſtremo non omnino uidebitur abſurde Sardonijs riſus accommodari poſſe, ad riſum luſtuolum, ac tristem cuiuſmodi tribuit Homerus Iliados. z. Andromachæ, tanq; is indicium fuerit animi, mortem Hectoris præſagiē tis, καὶ ἄρα μὴ κκῶδ' εἰ δέξασθ' κόλπῳ δακρυόεν γέλασσαν. i. Illa ſinu accepit ſpiranti, ſcibile ridens. Eu demus in collectaneis dictionū Rhetoricarum ait placere nonnullis, ut & de riſu cōtumelio ſo accipiatur, ubi quis deſpectim, contemptimq; ridet, de quo prouerbiū etiā fertur, ἀφ' ὑψους καταγέλας μου. i. E ſublīmi me derides. Addit idem lapidis eſſe genus, qui riſus Sardoni um rideant riſum. Sed iā dudum libet a riſu Sardonio diſcedere, idq; faciemus, ſi prius illud addiderimus epithetum hoc Sardonium, uarijs formis inueniri apud autores. Apud Lucia num & Ciceronem ſαρδῶνιον, legimus, apud Homerum ſαρδῶνιον, apud Vergiliū Sardoū, apud Lycophronem enarratorem, ἰσάρδιον γέλωτα, apud Plutarchū ſαρδῶνιον, εἰ τις ὄβρι φθὶ ψυχῆς ſαρδῶνιος γέλως, id eſt, ſiquis eſt animi Sardius riſus. Stephanus indicauit dici ſαρδωικόν, & ſαρ δῶνικόν. Tametſi nō omnia ab eadē uoce manant. Nam a Sardo ſiue Sardonia inſula, cui quon dam nomen fuerat Ichnuſæ, deducitur Sardonijs, Sardous, & Sardonicus. A Sardos Illyriæ ciuitate proficiſcitur, ſαρδῶνιοι, unde ſicuti reor, mutato. η. in. α. ſαρδῶνιοι. A Sardis Lydiæ oppi do Sardianos, & Sardianicus. Ex his ſuccurrit coniectura, in Epigrammate Græco, quod mo do citauimus nō legendū fortaliſſis, ἰεκροτρόφος, ſed ἰλλυροτρόφος.

Facta iuuenum, conſilia mediocrium, uota ſenum.

Celebratur hic uerſus moralis apud Græcos, Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων, id eſt, Facta iuuenum, conſilia mediocrium, uota ſenum. Huius adagij meminit Ariſtophanes Grammaticus. Hyperides in oratione contra Autoclem, ex Heſiodo citauit. Senſus per ſeli quet, nempe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. Nam uiribus ætas ea præpollet. In cō ſilium aſcendendos mediocriſ ætatis uiros, propterea, quod in his non nihil detrīto uirium ui gore, ualet tamen uſu rerum aucta prudentia. Senes utpote religioſi, ſolent a ſuperis optima precari. Cæterum neq; uiribus iam utiles, neq; mente fatiſ constantes ætatis uitio. Euripides in Melanippo apud Stobæum, παλαιὸς ἀνὴρ ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γερωτέρων κράτῳ, id eſt, Dictum eſt uetuſtum, Facta iuuenum, cæterum. Magis ualent conſilia na tu grandium. Id innuit idem Pindarus, cum ait, νεότητι μὲν ἀρήγει δράσας δεινῶν πολέμων, id eſt, Iuuentuti congruit audacia crudelium bellorum. Item Homerus Iliados. π. docet in bello re quiriri uires, in conſultationibus orationem, ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέωμ δ' ἐνὶ βουλή, τῶ οὐ τι γῆ μῦθον ἀφέλλει, ἀλλὰ μάχεσθ', id eſt, Bella manu cōſtant, at conſultatio dictis. Illic pugna dum eſt, neq; pſunt aſpera dicta. Apud eundē Neſtor in cōſilijs præcipuus, in bello inutilis. Plutarchus

Plutarchus in cōmentario, cui titulus, εἰ πρεσβυτέρω πολὶ τὸν τέον. ἢ μάλις αὐτῆ πδλκ, ἐνθα βελαι γερῶντων, ὃ νέω ἀνδρῶν ἀριστέυσσιν αἰχμαί. i. Et maxime seruat ur ciuitas, ubi consilia senum, & iuuenum uirorum præcellunt lanceæ.

Silentij tutum præmium.

III

Σιγήσ ἀκίνδωον γέρας. i. Tutum, silentij præmium. Aristides in defensione Periclis ex Cio quopiam poeta citat. Silendo nemo peccat. Loquendo perisape. Iam olim in puerbio est nobilis illa Simonidis sententia, quæ celebratur & apud Latinos prouerbij loco. Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum,

Felicitas multos habet amicos.

IIII

Εὐτυχία πολὺν φίλων. i. Felicitas multos habet amicos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, ἢ εὐτυχούτων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. i. Felicibus cognatus est, uel quilibet. Notior est sententia, ὅς, ut requirat interpretem.

Stulto ne permittas digitum.

V

Εὐνίδα δάκτυλον μὴ δέξῃς, ἵνα μὴ ἢ πλὴν παλάμῳ καταπίῃ. i. Stulto digitum ne ostenderis, ut ne palmam etiam deuoret. Nihil permittendum imprudentibus, quantumuis pusillum. Si quidem in maximis lædunt, si uel tantillum cōmiseris, Sapit & hoc uulgus.

Opta uicino, ut habeat, magis autem olla.

VI

Εὐχῶ ὄψι πλησίον ἔχῃς, ἐπὶ πλέον ἢ τῆ χύτρα. i. Opta ut, proximus habeat, magis aut ut olla. Proximū est habere domi, quibus est opus. Proximū uicinū habere diuitē, a quo possis petere.

Habet & musca splenem.

VII

Ἐχει ἢ ἢ μῦτα σπλῆνα. i. Habet & musca splenē. Simillimū illi, Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Item illi, ἐνεσι ὃ μύρμηκιν χολός. i. Inest & Formicæ bilis.

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.

VIII

Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κέρατων ἢ τὰ ὦτα προσάπώλεσεν. i. Camelus dum affectat cornua, & aures insuper perdidit. Conuenit in eos, qui dum peregrina sectantur, ne sua, quidem tuentur. Sumptum ex Apologo, De Camelis, qui per oratorē cornua a Ioue postularunt, ille offensus stulta postulatione, aures quoque rescuit.

Hercules & Simia.

IX

Ἡρακλῆς ὃ πίδακος. i. Hercules & Simia. De minime congruentibus. Simia dolis ualet. Hercules uiribus antecellit.

Aut manenti uincendum, aut moriendum.

X

Ἡ μύθητα ἀποθνήσκου, ἢ νικῶν. i. Oportet aut manentē uincere, aut interire. Dicitur solitum, ubi certa stat sententia, aut negociū aliquod absoluere, aut imori. Translatū ab instituto Lacedæmoniorū, qui hoc animo prælium inibant, ut aut uictores redirent domū, aut uicti occumberent. Celebratum est lacenæ cuiusdā apophthegma, quæ filio tradēs clypeū dixerit, ἢ τὰρ, ἢ ἐπὶ τῶν, aut hunc, aut sup hunc. Laconice significans, aut referendū clypeum, aut in eo moriendum.

Maritimus cum sis, ne uelis fieri terrestris.

XI

Ὁ αλάτιος δ' ὄψι μῆποτε χερσαῖος γένου. i. Si sis marinus, abstine a terrestribus. Admonet nō mutandam conditionē, ne in melius quidem. Verū unicuique tuendum id uitæ genus, ad quod uel institutus a natura uidetur, uel in quod casu incidit. Mutuo sumptum ex Apologo quodam Aesopico, qui fertur huiusmodi. Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodam pasci. Ibi forte conspectus a uulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque periturus sero deplorauit stulticiam suam, quod marini generis cum esset, ad terrestrium animantiū partes desciscere uoluerit. Est Apologus non dissimilis de Lupo tibijs canente, ac mox canibus irruentibus deplorante, quod ex coco factus esset tibicen.

Thynni more.

XII

Ὁ ἄνωθι δίκλω. i. Thynni more, uideri dicuntur, qui limis aut altero oculo oblique inspiciunt. Eschylus apud Athenæum, ὃ σκαῖον ὄμμα πρὸ βαλαῶν δάωνου δίκλω. i. Leuum oculum intendens Thynni ritu. Refertur idem uersus ex eodem autore apud Plutarchum in Dialogo, de comparatione terrestrium ac marinorū. Addit eum piscem altero oculo cæcutire. Eoque cum imigrant in mare adhaerent terris ad dextram, cum emigrant, contra. Potest & ad eos referri, qui acriter, ac diligētē inspiciūt. Perlius, Non secus ac si oculo rubricā dirigat uno. Idque Aristoteles uere putat euenire, propterea quod oculorū initia, ab eodem dependeant. Vnde fit ut altero oculo cluso, uis illa quæ duos mouebat, ad unū cōsuetur, hoc acrior, quo contractior.

Canis reuersus ad uomitum.

XIII

Κύων ἐπὶ τὸ ἰδίον θύρετρα. i. Canis ad proprium uomitū. Quadrat in eos, qui relabunt in eadē flagitia

T 4

flagitia

flagitia, a quibus aliquando sunt expiati. Refertur in Epistolis diui Petri, his quidem uer-
bis, συμβέβηκε ἢ αὐτοῖς, ὅτι φησὶ ἀληθοῦς κῆρυγμα, κύων ἐπιτρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον θύραμα, καὶ ἦε λασσαμένη εἰς
κύλισμα βορέου. i. Accidit autem illis illud ueri prouerbij, Canis reuerfus ad proprium uomitum,
& sus lota, ad uolutabrum coeni. Sumpta uidelicet metaphora a canibus resorbentibus,
quod euomuerint, & suis ab amne protinus ad coenum recurrentibus. In eadem sententiā
Hebraeus ille κῆρυμιος γράφει, Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens, qui
iterat stulticiam suam.

Cani das paleas, asino ossa.

XIII

κῶνι δ' ἰδῶς ἄχυρα, ὄνω ἢ ὄσεια. i. Cani das paleas, asino uero ossa. Cum res praepostere distribu-
unt. Veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos, aut gladiū, baltheū ue-

Premouere uenatum.

XV

προσθεῖν τῶν θήραμ. i. Præurbare ferā. Aristides in Pericle. Citat ex Platone, ὡς πε οὕτω γ' ἄμ' ὅ
φκισμ' αὐτὸς ἀνεσῶβει τῶν θήραμ. i. Igitur ad eum modum, quod ipse ait, turbauit uenationem. Dici-
solitum apparet, ubi quis non satis dissimulat, quod molitur. Quemadmodū usu uenit, ut fe-
ra tumultu excitata intellectis insidijis, subducatur sese.

Rectam ingredi uiam.

XVI

τῶν ὀρθῶν βαδίζω ὁδὸν. i. Rectam ambulare uiam, dicitur, qui nusquam deflectit ab honesto. Ari-
stides in Pericle, ὡς πε βαδίζω πεταγμένη καὶ τῶν ὀρθῶν ὁδὸν σώζωμ καὶ τῶν κῆρυμιων. Vt ordine in-
cedat & recta seruet uia, iuxta prouerbium. Philon de humanitate, ὁδὸν γὰρ οἷα λεωφόρον ἄγασσιν
ἐφ' ὁδοῦ κτῆα ταύτην ἠπίστα. i. Viam enim quasi publicam, quæ ad æquitatem duceret, didicerat
hanc. Plautus in Cassina. Nunc ego Pol in rectam redij semitam. Item paulo post, Sciens de
uia in semitam regredere. Iubet autem ancilla, ut qui imprudens uerum effutiuerat, redeat ad
simulationem, quam instituerat.

Αὐτὸθεν κατὰσάλλει.

XVII

Αὐτὸθεν κατὰσάλλει. i. Hoc ipso depono loco. Aristides in Pericle, κῆρυμι μὲν δὴ λάλωμ ὡς πλάτωμ
ἀργῶν καὶ δειλῶν αὐτὸθεν κατὰσάλλει, μή ποτε τις ἐξ ὧν εἰρήνην δεῖ ἀλλοῦ. i. Iam de loquacibus o Pla-
to, ignauis, ac timidus, protinus depono, ne forte aliquis Deus alius Troianos erigat. Interpres
indicat prouerbium esse, sumptūq; a uictoribus, qui uetant ne uictus aliquo discedat, sed inibi
porrigat herbam, & uictorem agnoscat, ac uictoriae præmiū persoluat. Vfus erit quoties sta-
tim & absq; mora iubemus aliquid exhiberi, ueluti probationem eius, quod dixerit aliq; uel
promissum, uel specimen artis, in qua gloriæ sese pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

Ostium obdite prophani.

XVIII

Θύρας ὑπὸ δειδο βέβηλοι. i. Fores occludite quibus prophani. Sumpta est allusio ex Orphico, cuius
hoc citatur carmen, φθέγγομαι οἷς θέμις ὄστι, θύρας ὑπὸ δειδο βέβηλοι. i. Fas quibus est audire loquar,
uos turba Prophana obturate fores. Iubet, ut prophani ostium auribus imponant, nequid ar-
cani sermonis possit ingredi. Aristides in Pericle, λέγωμ δὴ ταῦτα πρὸς οὓς ἔξει, ἢ ἢ βεβήλωμ ὁλί-
γος ὁ λόγος πάντως. i. Loquor hæc apud eos, quibus audire fas est. Prophanorum aut leuis om-
nino ratio est. Conueniet uti, si quando significabimus nos de rebus arduis & arcanis locutu-
ros esse. Huc respexit Horatius, cum scribit in Odis, Odi prophanum uulgas, & arceo Faue
te linguis, carmina non prius Audita, musarum sacerdos Virginibus puerisque canto. Sed plu-
sculum habebit gratiæ, si per ironiam adhibeatur, ueluti si quis recitaturus sophisticas aliquas
argutias, ita præfetur, θύρας ἐπὶ δειδο βέβηλοι. Ad hunc modum non semel usurpa-
uit Lucianus.

Ad restim funiculum.

XIX

Ἐπὶ ἀπείρα χοινίον. id est, Ad restim funiculum. Subaudiendum addis, aut reddis. Vbi quis
ijdem rebus abundat, aut similia similibus pensat. Cognatum illi, λίνον λίνω σωάπεις, id est, Li-
num annectis lino.

Salem & fabam.

XX

Ἄλα ὁ κύαμομ. i. Salem & fabam, subaudiendum proposuerunt, aut si quod aliud ad sententi-
am magis appositum uerbum. Diogenianus admonet dici solitum de ijs, qui fingerent se sci-
re quippiam, quod nescirent, atq; hinc esse natum prouerbium, quod olim mos fuit, ut diui-
ni salem & fabam proponerēt. Quod quoniam dubitabam diuersum ne esset ab illo, quod in
prima retulimus Chiliade, an non, hic repetendum duxi. Nam hoc modo citatum inuenio in
ueterstis Græcorum exemplaribus.

ἐκ τῆς ἀρχαίας

ἐκπυδίκισσα.

XXI

ἐκπυδίκισσα. Græci prouerbiali metaphora uocant elabi, ac suffugere. Aristophanes in Aui-
bus, ὡς παρ' ἡμῶν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπυδίκισσαι. i. Quippe apud nos turpe non est, suffugere de cas-
sibus. Duæ sunt ab auibus, quæ nonnunquam elabuntur e retibus, seu laqueis. Aiunt autem per-
dicem præcipuè calliditatis, ad id, ut aucupum manus effugiat. Qua quidem de re libet ipsi
Aristotelis uerba subscribere, quæ scripta sunt libro de natura animantium nono, καὶ οὐκ ἔν τε
αὐτῷ περὶ τῶν κηλῶν ἐπιπέδων, ἵνα μή τις κατανοήσῃ τὸν τόπον πλείω χρόνον προσεδρόνόντων, ὅταν δὲ ἴσῃ δι-
ρεύη, πρὶν πεσῶν τῆ νεοπίᾳ προκυλινθεῖν ἢ πέσει τῷ δρενόντος, ὡς ἐπίληπτι οὐσα ἢ ἐπιπῶν ὡς ληφό-
μονον ἐφ' ἑαυτῶν, ἕως ἂν διαδράσῃ ἢ νεοτῆ ἕκαστος. μετὰ δὲ ταῦτ' ἀναπῆσσε αὐτὴ ἀνακαλεῖται πάλιν. i.
Nec eodem in loco pariunt, & incubant oua, ne quis animaduertat, si diutius in eodem asside-
ant loco. Porro cum inter uenandum incidit quispiam in nidum, prouoluitur perdix ad pe-
des uenantis, perinde quasi capienda sit, ad eumque modum illum allicit ad sese quasi captu-
rum donec interim pulli singillatim effugerint. Quod ubi factum est, & ipsa subuolans pul-
los reuocat. Haec tenus Aristoteles. Neque uero grauabor huic adscribere loco, quod in eadem
ferme sententiam scribit Plutarchus libro, cui titulum fecit, πότρεα ἢ ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερ-
σῶν ἢ τὰ θαλάσσια. i. Vtra animalia sint prudentiora, terrestria, an marina, ἄλλω δὲ πανεργείῳ, ὁμοί-
ως τῷ φιλοσόφῳ περὶ τῶν ἐπιπέδων, τούτους μὲν νεοτῶν ἐδίξασιν, μετὰ δὲ φέγγον φέγγον δὲ φέγγον, ὅτι ἂν
διώκων τὴν κίττα ἀλλοῦντας ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ βῶλον ἴνα ἢ σφραγῆται, ἄνω προίχεται τῷ σώματι, ὅτι ἐπιλυγα-
ζομένους. αὐτὴ δὲ τούτους διώκοντας ὑπάγασιν ἄλλω, ἢ περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἐμποδῶν διαπετόμενοι ἢ ἢ μὴ
κρῶν δὲ κρῶν ἄλλω, μέχρις ἂν οὕτως ἀλισκομένῳ δόξας ἐν δὲ οὐσῶν μακρὰν ἀποσάσσει ἢ νεοτῶν. id est,
Aliam uero calliditatem una cum prolis amore coniunctam perdicæ exhibent, Nam pullos
adhuc inuolucres cōsuefaciunt, ut supinos prosternant sese, glebam aut palarum tegumen-
tum aliquod impositum corpori sustinentes, atque ita ueluti obiecti deliteant, ipsæ interim ue-
nantem alio abducunt hac arte. Alliciunt illum ad sese, prouolantes ad pedes, ac paulatim p-
deutes, ac tamdiu, spem ostendunt capiendi sui, donec eum procul a pullis abstraxerint. Ex
his uerbis arbitror satis liquere, quid sibi uelit ἐκπυδίκισσαι.

Munus Leuidensæ.

XXII

Munus Leuidensæ. Cicero prouerbiali nimirum figura uocat munus uile, minimique precij,
Cuiusmodi uulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt, sic enim scribit ad Dolobellam,
libro familiarium epistolarum nono. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam
mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi. Quam uelim sic legas, ut causam tenuem & in-
opem, nec descriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti ueteri, & amico, munusculum mitte-
re uolui Leuidensæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius ostendit Leuidem
sæ uelut esse genus uile, raro, tenuique textu. Quondam inter hospitem Xenia, uestes in pri-
mis erant. Vnde & apud Iuuenalem querit quispiam uestes donari, uillo crasso, coloreque ma-
lo Et male percussus textoris pectine galli. Proinde. M. Tullius orationem suam, parum cla-
boratam atque expolitam, Leuidensæ munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus le-
uiculum, aut officium uulgare, non admodum ex animo, neque diligenter præstitum amico cui-
piam uulgari. Huic diuersum est illud, πελλεννα χιτών. i. Pellenca tunica. Et συλόσωντες χλαμύς. i.
Syllofontis chlamys.

Multi discipuli præstantiores magistris.

XXIII

M. Tullius libro epistolarum familiarium nono, scribens Varroni Senarium quendam refert, haud
dum scio ex quo poeta. Cuius sententia etiam hodiernis temporibus uulgo celebratissima fer-
tur. Aduenit, inquit, Dolobella. Eum puto magistrum fore, πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσοι δὲ διδασκάλω. i.
Plurimum discipuli magistros anteeunt. Ad uarios usus accommodari potest, uel ad simplicem sen-
sum puta frequenter euenire, ut discipulus eruditione superet eum, a quo literas, aut artem quam
pripam didicit. Aut per iocum cum significabimus improbitate uinci, qui malitiam doctor fuit, ue-
luti quis deciperet ab eo, cui uiam ac rationem imponendi demonstrasset aliquando. Siue cum quis
ordine, conditioneque inferior, tamen plus ualeat, quam is qui non parere, sed imperare uidetur.

Ad Herculis columnas.

XXIII

Ἡράκλειος σκλαί. Iam olim in prouerbio sunt, ut admonet Pindari interpret. Sic enim uulgo di-
ci solere, τὰ πέρα γαδέρων οὐ πέρα. i. Quæ ultra gades, inaccessa. Quo significant ultra columnas
Herculis, non esse quo progrediare. Columnas has Hercules ibi fixisse dicit, cum boues uestigaret
Ceryonis, tamen illic esset summa orbis meta. Pindarus, γαδέρων τὸ πέρα οὐ πέρα. i. Non est ul-
terior

terior accessus ad occidentē, ultra Gadira. Idem alibi, εἶδ' ὦν καλὸς ἔρδωμ ἢ ἔοικότα μορφᾶ, Ἀνορέ/ αἰς ὑπὲρ τὰ τὰς ἐπέσθα πάϊς ἀριστοφάνης, οὐκ ἔτι προσώα ἀβάταμ ἄλλα κοιόνωμ ὑπὲρ ἠρακλέους πῶαμ εὐμια/ ρέε, ἠρωε θεὸε ἄε ἔθηκε ναυτιλίας ἐχάταε. Sentit Aristophanis filium ad extremam peruenisse lau/ dem, ultra quam nō possit crescere, qui quidē egrēgia formæ, facta adiūxerit illustria. Quod si quis præterea quicquid laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra columnas ab Hercule fi/ xas conetur transire.

Ariolari.

XXV

Ariolari prouerbio dicebat, qui nihil adferret certi, nihilque præsentis emolumēti, uerum in diem modo pollicitaretur. Ita Dorio Leno in Phormione Terentiana, adulescenti Phædriæ pecuniam daturum se promittenti, Ariolare. Sumptū a diuinis, qui prædicunt euentura. Futu/ rorum autem nulla certa cognitio, quemadmodū eleganter dictum est a Pindaro, τῶν μελλόν/ των πύφλωνη φράδα, πολλὰ δ' ἀνθρώποιε πῶα γνώμαμ ἔπεισεμ. Quorum carminū hæc sententia, cæcam esse rerum futurarum scientiam. Mortalibus autem multa præter spem euenire.

Ciceris emptor.

XXVI

Equidem arbitror & illud inter proueria referendum, quod ait Horatius in arte poetica. Ciceris & nucis emptor. Infimæ sortis hominem, de quo ima plebe quempiam significans. Offē/ detur em̄, quibus est equus, & pater, & res Nec siquid fracti Ciceris probat & nucis emptor Aequis accipiunt animis, donant ue corona.

Nemo quenquē ire prohibet publica uia.

XXVII

Prouerbij speciem habet & illud Plautinū. Nemo ire quenquē prohibet publica uia. Quo significant rerum cōmuniū æqualem omnibus usum esse, neque cuiquē uertendum uitio, quod ius publicum concedit. Plautus ad sensum turpiculum deflexit, nempe ad usum scorti publi/ citus prostantis. Videtur autem effictum, ad imitationē Pythagorici symboli iubentis, ἡλι/ ωφώρη βαδίζω. i. Publicam ingredi uiam, aut contra ἡλιωφώρη μὴ βαδίζω. Quo quidem mihi uidetur respexisse Flaccus in arte poetica, cum ait. Publica materies priuati iuris erit si, Nec circa uilem patulumque moraberis orbem. Nec uerbum uerbo curabis reddere.

Hinc belli initium.

XXVIII

Inter proueria quæ sumunt ex allusionibus autorum, mihi nō uidet̄ illud silentio prætereū/ dum, quod ex Thucydide usurpauit Lucianus in Pseudomante, καὶ κτλ τῶν θυκυ δίδωμ ἀρχητ̄ ὁ πόλεμ. Ὁ ἐνδένδε ἦδν. i. Et iuxta Thucydem, iam hinc belli initium. Id ad uarios usus poterit ac/ cōmodari, siue cum ad incipiendum negociū accingi significamus, siue cū alicunde natam si/ multatē inuimus, ac tumultū rerum exortum. Ad eundem Thucydidis locum, nō dubium quin alluserit Aristophanes in Arcarnensibus, κἀντεῦθεμ ἀρχὴ ἢ τῶ πολέμ. Atque illud, κἀντεῦθεμ/ eo loco frequentius iterat, quo magis cōsentaneū est, illum allusione ad iocum abusum fuisse.

Inanium inania consilia.

XXIX

κενοὶ κενὰ βυλεύονη. i. Inaniū inania consilia, ὁ κενοὶ κενὰ λογιζονη. i. Inaniū inanes cogitationes, cum quis sua spe frustratur. Cognatum illi, μωρὰ μωρὸε λέγει. i. Fatuus fatua loquitur. Natū aiūt ex euentu. Nam Ἀρχίας stipulatus a Demetrio quinquaginta auri talenta, ut Cyprum prode/ ret, re deprehensa, laqueo præfocauit sese.

Nutricum more, male.

XXX

καθ' ὡσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίσαιε κακῶε. i. Pascis profecto more nutricum male. In uetustissimis q/ busdam prouerbiorum collectaneis reperi, quæ quidam Plutarcho tribuunt. Extat aut̄ apud Aristophanem in Equitibus, qui quidem & metaphoræ rationem explicat his uersibus, καθ' ὡσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίσαιε κακῶε. μασώμεν ὁ γῶ, ἡδ' ἰλ' ὀλίγωμ ἐντιθεῖε, Ἀντ̄ε δ' ἐκείνεε τριπλάσιου κα/ τέσσακαε. i. Pascis profecto more nutricum male. Nam ubi manderis, paulum huic in os dein/ inferis. Ipse aut̄ præ illo uel triplum glutis cibi. Conueniet igitur in eos, qui de lucro paululum aliquid impertiant socijs. Aut qui sic facultates alienas administrāt, ut maximā partem in su/ os conuertant usus, id quod hodieque tutorum uulgus facit.

Amphictyonum confessus.

XXXI

Ἀμφικτυονικὸμ σωέδριου. i. Amphictyonicus confessus. De frequente grauium uirorum con/ uentu. Ductum a conuentu illo Græcorū olim celebratissimo, qui Amphictyonū dicit̄, uel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cū rerum potiret̄, gentes græcanicas dicit̄ cōuocasse. ut citat autor Theopompus in octauo historiarū libro, ac testat̄ Pausanias in Phocæicis, Porro po/ puli, q in id cōsilij cōuenire soleāt, numerant̄ duodecim. Iones, Dorij, Perihæbi, Bæoti, Me/ dontes

dontes, Achæi, Pthij, Melienses, Dolopes, Aeneanes, Delphi, Phocenses. Vel inde nomē inditum Amphictyonū, quod undecūq; ad id consilium ex omni græcia cōueniret, ut placet Anaximeni & Androtioni in Atticarū descriptione rerū, apud Pausaniā, eo quē modo ostēdi loco. Quo quidē & alia complura sup hac re nō indigna lectu referunt, si quis forte requireret. Nos ad enarrationē puerbii putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagiū, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse uideantur.

Etiam capillus unus.

XXXII

Celebratur & mimus admodum prouerbiali specie. Etiam capillus unus habet umbrā suā. Quantumuis pusillum cōmodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet.

Xenocratis Caseolus.

XXXIII

Ξενοκράτης τυρίου. i. Xenocratis Caseolus. De cibo, qui p̄ diu durat, priusq; absumat. Quantum nihil uetat, quo minus ad alia quoq; trāfferatur, puta ad uestem, ad librum, ad pecuniolam, aut simile quippiam, quo sic parce, circūspecteq; quispiam utitur, ut q̄ diutissime duret. Sumpsum adagium ab admirabili Xenocratis philosophi frugalitate. Quem tradunt sæpenumero opsonia iam rancida facta abieciisse, neq; rarēter euenisse, ut cum cadum aliquem relinere uellet, iam uinum reperiret in acorem uersum. Proinde prouerbiū apposite dicitur in sordidos quosdam, quibus hic mos, omnē penum, eousq; seruare, quoad fuerit corruptus, perinde quasi nefas sit, rebus synceris & integris frui. Adagium refertur in Stobæi collectaneis.

Aperto pectore:

XXXIII

Aperto pectore dicimus, pro eo, quod est uehementer ex animo, citraq; fucū, quasi renudatis animi penetralibus. M. Tullius in libello de amicitia. In qua nisi, ut dicitur, apertum pectus uideas, tuumq; ostendas, nihil fidum. Allusum est autem ad Momi dictū, qui fenestras in hominum pectore desiderasse fingitur, quo liceret inspicere, quid nam in specubus illis reconditum esset. Persius in quinta Satyra, Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi Voce trahā pura, totūq; hæc uerba resignent. Quod latet arcana non enarrabile fibra. Similiter apud Naionem Phœbus, aspice uultus Ecce meos, utinamq; oculos in pectore posses inserere, & patrias intus deprendere curas.

Ad calcem peruenire.

XXXV

Ad calcem peruenire. Pro eo, quod est ad metam, finēq; Prouerbialē habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur, q̄ ad corpus humanū. M. Tullius libro de amicitia, ut cū æqualibus possis uiuere, cū quibus tanq; e carceribus emissus, cum iisdem ad calcem, ut dicitur peruenire. Idem de senectute. Nec uero uelim quasi decurso spacio, a calce ad carceres reuocari. Ad hanc attinent formā etiā illa, usq; ad Plaudite, id est usq; ad extremū finē. Idē in eodē sermone, in quocūq; fuerit actu probet. Nec sapienti usq; ad Plaudite uiuendū. Rursus alibi Quibus, qui splendor usi sunt, nō mihi uidentur fabulam ætatis peregisse, neq; tanq; in excitatione histriones, in extremo actu corruisse. Rursus alias eodem in opere. Extremū actum tanq; ab incerte poeta esse neglectum. Quantum huius generis alibi a nobis facta mentio.

Bellum omnium pater.

XXXVI

Ὁ πόλεμος ἀπάντων πατήρ. i. Bellum omnium pater. Lucianus ueluti prouerbio iactatū refert, in cōmentario de ratione cōscribēdæ historiae, μᾶλλον ἢ θεοκυνδίδαι ἢ ἡρόδοτος ἢ ξενοφώντας ἢ μίτριαν/τες, ἢ ὡς εἴποιεν ἀληθῆς ἀρῆς, ἐκείνο τὸ πόλεμος ἀπάντων πατήρ, εἰ γε ἐστὶ συγγραφέας τούτου ἀνέφυστον, ἢ τὴν μίαν τὴν πλεονῆ. i. Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes nobis erāt omnes. Adeo ut uerum esse uideret illud, quod dicitur, Bellum rerum omnium pater, siquidem tam multos scriptores produxit unico ictu. Prouerbiū ideo dictum est, quod bellum omnium rerum nouandarum autor est, ut ex eo ueluti nata uideantur uniuersa. Nisi quis malit, ad philosophorum quorundam decretum referre, qui dixerunt rerum summā e lite progigni.

Phaniæ ianua.

XXXVII

Φανίου θύρα. i. Phaniæ ianua. Eustathius in Odyssæa. n. ostendit dictum de ijs, qui simulāt se congestas opes habere, quæ nullæ sunt. Ductum a Phania quodam, qui falsam de se præberit opinionē, quasi multā diuitiarū uim domi cōstructam, ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phani ianua, quod prouerbiū an idem sit cum hoc, nec ne uiderint docti.

Εκλινίσσα.

XXXVIII

Εκλινίσσα. Prouerbiali figura dictum ostēdit Eustathius in tertiū Iliados. Sumpta metaphora a piscibus, qui suffugiunt a retibus, qui ue ab hamo elabunt. Nā lina retia dicuntur etiā Latinis, ut

tinis, ut Maroni, humida lina trahunt. Inest autem piscibus quibusdam genuina quaedam caliditas e retium textis elabendi, quæ admodum eleganter de Cestreo narrat Oppianus libro tertio. Sed carmen ipsum, quandoquidem autor non admodum adhuc uulgatus est, adscribere præstat, κεςτρεις μὲν πλεκτηῖσι μὲν ἀγκοίνῃσι λίνιοι, ἐλκόμενος, δ' ὄλομ οὔτι πρὶ δ' ἔρομο ἀγνοίκοιμ. τῆ δ' ἀναθρῶσκει λελιμυλῶς ὕδατος ἄκρον, ορθὸς ἄνω ἀπεύδωμ ἕσσομ ὀδένοσ ἀλματι κούφω, ηρημῆσαι, βαλῆς ἢ σαόφρονοσ οὐκ ἐμάτῃσιν πολλὰ κί εἰ πῆσι κῆ ὕσατα πείσματα φέλλωμ, ρηιδίωσ ἢ πρὸ ἄλτ, κῆ δ' ἔκλυσε μόροιο, εἰ δ' ὄ γ' ἔφεσθ, μθεῖσ πρῶτῃ σόλομ αὐτίσ ὀλιδοῖ, εσ βρόχ, οὐκ ἔτ' ἐπετα βιάζετ, οὐδ' ἀνορονα, ἀχνύμνοσ περὶ ἢ μαθῶμ ἀποπῶσνέτ ὀρμῆσ. i. Cestreo dum trahitur sinuosis æquore textis Haud illud qua suffugiat, latet, arctusq; dolusq;, Sublilit in sublime alacer, saltuq; citato Viribus eniti quantum ualet omnibus, undas Emicat in summas, sublatus corpore toto. Ingenio fortuna fauet, nam subera sæpe Quæ summos tollunt funes, retinacula cassis Transilit, & fatum elabens fugit improbus atrum, Sin primū expertus subsultum, in retia rursum Delapsus recidat, iam nec pugnare laborat Anxius, aut frustra niti doctusq; periclo Nec iactat sese, neq; sursum promicat unq;. De permultis item alijs piscibus ad eundem commemorat modum, quibus artibus elabantur capti, Sed reliqua persequi prælongum, Illud non iniucundum scitu, quod de pisce torpedine narrat poeta Claudianus, quemadmodum illigatus hamo, subducatur sese, ut ueneri per linum atq; harundinem ad piscatoris usq; manū immissa. Carmen sic habet, cur em grauer adscribere, tam elegans, tamq; festiuum? Siquando uestita tibi incautior æra Haurerit, & curuis frenari senserit hamis Non fugit, aut uano conatur uellere morsu, Sed propius nigræ iungit se callida setæ Et meminit captiua sui, longeq; per undas Pigra uenentis effundit flamina uenis. Per setam uis alta meat, fluctusq; relinquit Absentem uinctura uirum, metuendus ab imis Emicat horror aquis, & pendula fila secutus Translit harundineos arcano frigore nodos. Victricemq; ligat concreto sanguine dextrā, Damnosum piscator onus, prædamq; rebellem Iactat, & amissa redit exarmatus habena. Aristophanis interpres putat ab auibus traductum. Consimili figura Persius Satyra quinta, Ne trepidare uelis, atq; arctos rodere casses.

Αἴγυπτιάζεμ:

XXXIX

Αἴγυπτιάζεμ, dicebantur astuti, & impostores. Sumptum a moribus eius gentis. Theocritus ἐμ συρακυσίαισ, οὐδ' εἰσ κακοεργὸσ δαλφῆτ τῷ ἰόντα πρὶ εἰπωμ αἴγυπτισ. i. i. Lædit scelerat Astu Aegyptia co obrepens iam nemo, nocet ue. De moribus Aegyptiorū testatur & illud ex Eschylo, quod alibi retulimus, δ' εἰμοὶ πλέκοιτ μκχαυὰσ, αἴγυπτιοι. i. Aegyptij miri struendis artibus. Citat hoc per uerbum Synesius in Eucomio Caluitij. Quancq; non unq; Αἴγυπτιάζεμ accipi solet, pro eo, quod est adurere, ut in hoc carmine, χροάμ ἢ πλῶσ ἦλιοσ λάμπωμ φλογοῖ αἴγυπτιάσα. i. Tuum colorem Phœbus ardens igneis flammis aduret.

Ne bolus quidem relictus.

XL

οὐδ' ἔγκαφοσ λέλειπῃ. i. Ne bolus quidem relictus est, hoc est, nec uel pauillū. Eustathius enarrans tertium Odysseæ librum. Citat huc Eupolidis uersum, οὐχι λέλειπῃ τῆν ἐμῶμ οὐδ' ἔγκαφοσ. i. Ne bolus e meis relictus rebus est. Nam ἔγκαφοσ, id apud Græcos significat, quod nos uulgata uoce magis q̄ latina, morsellum dicimus, a uerbo κάπτω, quod est auide comedo.

Rex aut asinus.

XLI

βασιλεύσ ἢ ὄνοσ. i. Rex aut asinus, id est, aut uictor, aut uictus. Simili illi, ἢ τριεσ εἰσ, ἢ τριεσ κύβοι, aut ter sex, aut tres tali. Eustathius Odysseæ sextum enarrans librum ostendit metaphoram ductam ab ijs, qui ludunt sphaera, quibus, qui uicisset, rex appellabatur, qui uictus fuisset huic asino nomen erat. Plato in Theæteto, ὁδὲ ἀμαρτῶμ, καθεδέτῃ ὡσπερ φασίμ οἱ σφαιρίζοντεσ ὄνοσ, ὅσ δ' ἄμ πρὶ γίνῃτ ἀναμάτκτοσ, βασιλεύσ ἡμῶμ. i. Qui aberrarit, is desiderabit, quemadmodum dicunt ij, qui sphaera ludunt, asinus, qui uero nihil aberrans uicerit, rex noster esto. Iulius Pollux libro de rerum uocabulis nono, sphaera ludendi quatuor modos commemorat, quorum primus appellatur, ἐπίσκυροσ, alter φωνίδα, seu φωνίδα σου, tertius ἀποφῆξισ, quartus οὐραυία. Quorum postremum, nam is ad prouerbum proprie facit, describit his uerbis, ἢ ἢ οὐραυία, ὁ μὲν ἀνακλάσασ ἀντῆρ ἀποφῆξιτ τῆ σφῆραμ εἰσ τῷ οὐρανῷ, τοῖσ ἢ ἢ ἀλωμυλοῖσ φιλοτιμία πρῆμ εἰσ τῷ ἀντῶν ἐμπεσθμ, ἀρπᾶσσι, ὅτῃ εἰοικεμ ὀμφοροσ ἢ φαίαξιμ ἢ πρὸ κλῶμ, ὅσπερ μύτιοι πρὸσ τῷ τοῖχομ πλῶ σφῆραμ ἀντιπέμψεμ, τὸ πλῆθοσ τῶν πικρομᾶτωμ ἐλογίζετ, κῆ ὁ μὲν ἢ τῆσ μνοσ ὄνοσ ἐκαλῆτ κῆ πᾶμ ἐποίητ τὸ προσαχθῆμ, ὃ ἢ νικῶμ βασιλεύσ τε ἢ κῆ ἐπέταπῃ. i. Vrania uero lusus sic habet. Aliquis resupinans sese, sphaeram in caelum mittit. Reliquis autem certamen erat, ut eam, priusq; in terram recideret, raperent, id quod in Phœacibus significare

gnificare uidetur Homerus. Sane uero cum aduersus parietem sphaerā misissent numerus subsultuum cenfebatur. Et qui uictus fuisset, is asinus appellabatur, & quicquid imperatum esset, faciebat. Rursum qui uicisset, is & rex erat, & imperabat. Haec Iulius. Porro locus quem ex Homero citat est Odyssæ. *ο. ad hunc, ni fallor, modum. τὸν γὰρ πρῶτον ἴσας ἦκε σιβαρίας ἀπ' ἁφροῦ, βόμβησε δὲ λίθῳ ἤπλιδ' ἐπὶ ἡξάμ ποτὶ γαίη. φαίκες δ' ὀλιχρήετμοι ναυσίηλυτοὶ ἄνδρες λαοῦ ὑπαίριπῆς, ὃδ' ὑπέριπταρ σίματα πάντων.*

Stellis signare.

XLII

ΑΣΥΟΙΣ ΣΗΜΕΙΟΥΘΣ ΠΛΩ ὁδ' ὀρ. i. Stellis signare uiam dicuntur, qui notulis quibusdam & coniecturis rem alioqui peruestigatu difficilem, inquirunt. Eustathius exponens quintum Odyssæ librum, admonet conuenire in eos, qui longam, ac desertam ingrediuntur uiam. Sumpta metaphorā a nautis, qui in nocturna nauigatione uiam stellarum obseruatione coniectant. Quē admodū apud Homerum Vlysses Odyssæ libro quinto, *Αὐτὰρ ὁ πηδάλιον ἰθαώεω τεχνκέντωος, ἡμῶνθ, οὐδ' εἰ οἱ ὑπινθ' ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπιπίε, πλκιάδας δ' ἐσοφῶντι Ἐδφ' ἐδύοντα βοώπλω, ἀρκτόνδ' ἤμῃ ἄμαξαμ ἐπὶ κλῆσιν καλίονσιν. i.* At clauo ille scdens nauim mira arte regebat, Nūq̄ corripuit nutantia lumina somnus. Verum pleiadas spectat, seriq̄ Booten Occasus, Vrsamq̄ alio cognomine currum. Allusit huc eleganter. M. Tullius libro Academicarū quæstionū quarto, cum ait, Absoluti sapiētis esse non duci opinionibus, sed certo uerum tenere, idq̄ ductu & in dicio Cynosuræ, quæ quod minore orbe circūferatur, utpote Polo uicinior, certius monstrat uiam, etiam si minus sit conspicua. At nondum perfecte sapientem, dum ubiq̄ quod probabile uidetur amplectitur, interdum errantē, uelut Elicen sequi, quæ ut clarior est, & magis oculis perspicua, ita non perinde certa uiaē mōstratrix, quod latiore ambitu circūagatur, eo quod a Polo seu uertice mundi longius absit. Verba Ciceronis sunt hæc. Nec tamen ego is sum, q̄ nihil unq̄ falsi approbem, q̄ nunq̄ assentiar, qui nihil opiner. Sed quærimus de sapiente. Ego uero ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitatiōes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram. Qua fidūt duce nocturna Phœnicēs in alto, ut ait Aratus, eoq̄ directius gubernant, quod eam tenent, quæ cursu interiore, breui cōuertit̄ orbe, Sed ad Elicen & clarissimos septentriones, id est rationes has latiore specie non ad tenue climatas. Eo fit, ut errem & uager latius.

Sambucam citius.

XLIII

Adagiū speciem præ se gerit. Persianum illud carmen, Sambucā citius caloni aptaueris alto, cuius usus incidet, siquando significabimus aliquem a disciplina percipiendā, siue munere gerendo nimis alienum esse. Siquidem Sambuca organum est mulicorum, quod haud quaq̄ congruat caloni. Calones autem uocantur militum ministri, qui uallos ac ligna gestitant. Vnde & nomen inditum autumant Grammatici, Porro cū milites sint imperiti mulices, multo magis calones. Quamq̄ potest non absurde accipi de Sambuca militari machina, quæ ritu organi musici chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam, haud quaq̄ idonei sūt calones, utpote stolidi, & ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disciplinæ militaris prorsum rudes sint & indociles. Vnde Persius nō citra ἔμφασιν addidit alto, propterea quod homines prælongi etiam prouerbio uercordiæ notantur *ἄνθς ὁ μακρὸς*

Nostræ farina.

XLIII

Eiusdem farinae dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Quod enim aqua ad aquam collata, idem ad farinam farina. Persius in quinta Satyra. Nostræ pauloante farinae, Pelliculā ueterem retines, perinde quasi dicat nostri gregis, nostræ conditionis. Pertinet ad illam classē, Eadem cera, & idem puluis, de quibus alibi dictum est.

Nullo scopo iaculari.

XLV

ΑΣΚΟΠΑ ἄξενεμ. i. Absq̄ scopo iaculari, dicuntur, qui nihil certi propositum habēt, quod sequantur, & ad quod instituti, consilijq̄ sui rationes referant. Lucianus in Toxaride, *ἐπεδ' ἡ νυῖ ἄσκοπα τετρεύνκα μιν, αἰθῆς ἐλόμνοιο δὲ αἰλητῆ, ἄλλως ἐπ' ἐκείνω εἴπω μιν θίλθς. i.* Quoniā in præsentia nullo proposito scopo iaculati sumus, denuo ascito arbitro, alia amicorum paria, apud illū referamus. Persius Satyra tertia, Est aliquid quo tendis, & in quo dirigit̄ arcum? An passim sequeris coruos, testaq̄, lutoq̄? Securus, quo pes ferat.

De pulmone reuellere.

XLVI

Dubium non est, quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Persianū de pulmone reuellere, pro eo, quod est, stultam & arrogantem opinionem animo eximere. Dum ueteres

V auias

aias tibi de pulmone reuello. Tumore, animiq; fastū in pulmone collocāt, unde *μεγα πνεύμ*, apud Græcos. Et idem Persius alibi. Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelat.

Quos non tollerent centum Aegyptij.

XLVII

οὐς οὐκ ἄρραιντ' ἄμ οὐδ' ἑκατὲρ αἰγυπτιοί. Quos ferre nec cētum queant Aegyptij. De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præurgidis. Inde ductū quod Aegyptij præriq; gestandis oneribus quæstū nō satis honestū factitare cōsueuerint, unde & *ἀχθοφόροι* dicti, in iocum prouerbialem abierunt. Refertur adagium ab Eudemo in collectaneis dictionum Rhetoricarū, & item a Suida. Extat autē apud Aristophanē in Ranis ad hunc modū, *Δύ ἄρματ' εἰσέθηκε καὶ νεκρῶ δ' ὕω*, οὐς οὐκ ἄμ ἄρραιντ' οὐδ' ἑκατὲρ αἰγυπτιοί. Duo plaustra, duoq; item imposu it cadauera, Quæ ferre, nec centū queant Aegyptij. Idem in Auibus, *οὐκ αἰγυπτιοὶ πλινδοφόροι.* Non Aegyptius lateriger. Consimili modo Lucilius apud Noniū. Quem neq; Lucanis oriundi montibus tauri Ducere pro telo ualidis ceruicibus possent. Rursum idē alibi, Hūc iuga mulorum, pro telo ducere centum Non possint.

Aegyptius Laterifer.

XLVIII

Αἰγυπτιοὶ πλινδοφόροι. Aegyptius laterum gestator. Suidas nominatim prouerbij titulo refert. Quadrare uidetur in sordidum, atq; infimæ sortis hominem, in quem usum etiā Carū uilitas usurpata est, aut in eum, qui molestis negocijs premitur. Admonuimus modo Aegyptios in uulgi fabulam ac risum ab ijsse, quod aliorum ritu, uectandis corpore oneribus quæstum facerent. Ad quem laborē hoc exercitatiores illos fuisse conijcio, quod in effodiēdis lacunis, limoq; exportando, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimū opus erat apud Aegyptios. Argumento est, quod Hebræi, cū apud illos agerent, adaecti sunt, luto, lateribusq; gestandis seruillem operam præstare Pharaoni. De mulis marianis alibi reperies.

Cœnare me doce.

XLIX

Δεπνῆμ με δίδασκε. Cœnare me doce. Prouerbiali figura dictū est, ab Aristophane in Ranis, Tempestiuiter usurpabitur, si quando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negocij, de quo disceptatur. Verba sunt Bacchi ad Herculem de Tragœdijs iudicantem, cum exercitator esset in uorandis tauris, q̄ pensiculandis poetarum carminibus.

Rhamnusus.

Ραμνουσί. Rhamnusus. Eudemus in dictionibus Rhetoricis admonet, id cognominis olim ceu prouerbio additum sapientibus ac moderatis uiris. Nec explicat adagij rationē. Vnde coniectare licet, uel ab eius gentis moribus ductū, uel a dea Rhamnusia, quæ modū in omni negotio docet adhibendum. Quemadmodum alias fusius a nobis ostensum est.

Papæ myxus.

LI

Βαβαί μύξ. Papæ Myxus. In gloriosos & iactabundos dici consueuit. Nam *βαβαί* stuporis & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos quispiam fuit Dianæ, gloriolus & magniloquus.

Lenticulam angulo tenes.

LII

Φακοῦ γωνίας κρατῆς. Lentem angulo tenes. De negotio, quod fieri nullo pacto queat. Propterea quod hoc leguminis genus angulis careat. Refertur a Suida.

Patrocli occasio.

LIII

Πάτροκλέους πρόφασις. Patrocli occasio. Diogenianus ostendit dici solere de ijs, qui cum obmetum non aulint proprias deplorare calamitates, deflēt eas sub prætextu luctus alieni. Plutarchus in cōmentario, cui titulus, quomodo quis se citra inuidiam laudare possit, *καὶ μὴ δοκῶμεν πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοῦ δ' ἐκείνων ἐπαινεῖμ.* Et ne uideamur Patroclum occasionē; sed nos ipsos p̄ illos laudare. Agit em̄ de ijs, qui laudandis alijs suas ipsorū laudes insinuant. Opinor sumptum a Patrocli moribus, in quem aliquoties iocatur, Aristophanes.

Exiguum oboli precium.

LIIII

Μικρὸν τοῦ θεολοῦ τίμιον. Exiguum oboli precium. Suidas citat ex Maryca Eupolidis, conuenire in homines nequam, nihilq;. Quanc̄ nihil obstat, quominus ad rem cōtemptam trāfferatur. Meminit & Eudemus.

Pedum uisa est uia.

LV

τῶν ποδῶν ἐώρατη δὲ ὁδός. Pedū uisa est uia. De negotio, cuius aliquādo periculū feceris. Sumptū a uiatoribus. Terētius in Phormione. Ah nō ita. Factū est periculū, iam pedū uisa est uia.

Phœnicum pacta.

LVI
Φοινίκων

Φοινίκων σωθηκη. i. Phœnicum cōuenta. Phœnices, qui Carthagine potiti sūt, cum primū ad eam appulissent regionem, postularunt ab ijs, qui id temporis Libyam incolabant, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terræ uti. Quod cum impetrassent, iamq; exacto concessi tēporis spacio iuberentur excedere finibus, recularūt, affirmantes se pactos, ut sibi fas esset illic, noctesq; ac dies cōmorari, uidelicet ambiguitatem uocū ad suū cōmodū detorquentes. Vnde prouerbiū esse natū aiunt, de pactis insidiosis & astutis. Autores Suidas, ac Diogenianus.

Pufillus, quantus Molon.

LVII

μικρός ἡλίκῳ μόλω. i. Pufillus, ut Molon. De uehementer breui statura corporis homūcio nibus. Suidas ostēdit duos fuisse Molones nota (sicuti cōiijcio) corpis breuitate, quorū alter histrio fuerit, alter fur, honesti scilicet quæstus uterq;.

Per antiquum diem.

LVIII

Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας. De re admodum obsoleta, priscæq;. Refertur a Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non inscite iactatur in scholis philosophorum, Magno Platonis anno.

Perierunt bona.

LIX

ἔξρι τὰ καλὰ. i. Perierūt honesta. Hippocrates a Mindaro superatus, huiusmodi scripsit epistolam, ἔξρι τὰ καλὰ, innuēs rē male cessisse, unde ductum adagium. Idē Diogenianus autor.

Qui nimium properat, serius absoluit.

LX

Est apud Platonem alicubi, tamer si locus in præsentia mihi non succurrit, prouerbij loco citatum, qui plus æquo festināt initio, eos serius ad finem peruenire. Monet adagiū instituentæ rei nō tam celeritatem q̄ curam adhibēdam esse, ne postea sit in mora, quod in operis ingressu fuerit erratum. Obnoxij sunt huic prouerbio quidam, qui compēdij causa, Græcanica literatura præterita, protinus ad philosophiæ studium insiliunt, ac dum stulte captant cōpendium, in maximum incidunt dispendium. Fit enim ut hi dum repēte philosophi student eua dere, nunq; philosophiæ scientiam assequantur, cūq; se iam ad metam peruenisse credunt, de nouo sit ad carceres redeundum, denuocq; a linea, quemadmodum Græci dicunt exordiendū. Itē in re bellica plus efficit Fabij cunctatio, q̄ M. Minutij præccps temeritas. Siquidē is unus Hannibalem multis iam præijs inuictum, nō uiribus, sed lentitudine superauit. De quo præclare Ennius apud. M. Tullium in Catone maiore, Vnus homo nobis cunctādo restituit rē. Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ultra catalogum.

LXI

ἵπες τῶν κατάλογον ζῆ. i. Ultra catalogū uiuit. De eo dicebat, qui multū ætatis uiueret, ut iā præscriptū illū annorū numerū præterisse uideret. Est, ni fallor, apud Lucianū. Refert a Suida.

Ultra peram sapere.

LXII

ἵπες πλὴν πέραν φρονεῖν. i. Ultra peram esse sollicitū. Prouerbiali figura dictū apud Lucianum in Timone, ὀλιγαρκῆ γὰρ ἢ μέτριον χρῆ ἔιναι τῶν φιλοσοφοῦντων, ἢ μηδὲν ὑπὲρ πλὴν πέραν φρονεῖν. id est, Oportet enim philosophū paucis cōtentum ac frugalem esse, neq; quicq; ultra peram quære re. Quadrabit uel in philosophū, uel in pauperem, sed præcipue in Christianū, quē Iesus uertat cogitare de castino. Confine illi, Vita doliaris.

Virgo primum.

LXIII

παρδένῳ τὰ πρῶτα. i. Virgo primū. De ijs dici solitum, qui rem paternam pfunderēt. Haud scio an inde ductū, quod uirgines, adhuc rudes, & meretricij quæstus ignaræ facile sui copiā faciunt. Postea quo plus auferant præmij, difficiles sese præbent. Itidem adulescentes nup na cti facultates priusq; intelligāt, quid sit pecunia, largius effundūt. Et prima uitæ pars, quæ quidem optima, stultissime nobis conteritur.

Vir uidebatur nauis supplicans scopulo.

LXIII

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκετεύου πέτρῳ. i. Vir uisus est nauis supplicare petræ. De stupidis & stolidis, q̄ aliud p̄ alio uideēt dictū, indicat Suidas, ducta metaphora a naue, quæ impingit in scopulū.

Viro esurienti, necesse est furari.

LXV

πενῶντι κλέπτειν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχομ. i. Homī necessū est famelico furari. Suidas prouerbij nomine refert, quod congruat in eos, qui extrema adacti necessitate, quid faciunt. Veluti si quis confiteatur se mentitum, dicat, quid facerem, aut mentiendum erat, aut in summā ueniēdum infamiam. πενῶντι κλέπτειν. Aut si quis auidus gloriæ, aliena pro suis edat, cum ipse de suo nihil possit egregium edere.

Vixit dum uixit, bene.

LXVI

V z

Vixit dum

Vixit dum uixit, bene. Est in Ecyra Terentiana. Prouerbiale fuisse, uel senex indicat, rogās num præter unam sententiam nihil attulisset. Conuenit in eos, qui molliter, ac suauiter uiuūt; atq; ita faciunt sumptus, ut non multū iuuent hæredem. Est autem amphibolia in uerbo uiuere, quod interdum simpliciter uiuere est, interdum genialiter uitam agere. Vt apud Catullū, Viuamus mea Lesbia atq; amemus.

Fumantem nasum urfi ne tentaueris.

LXVII

Prouerbij speciem habet & illud apud Martialem, Rabido nec perditus ore Fumantē nasum uiui tentaueris urfi. Sit placidus licet & lambat, digitosq; manusq; Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira, Vrsus erit, uacua dentes in pelle fatiges. Admonet non esse tentandos, qui possint nocere. Consimili modo Synesius in Eucomio Caluitij scripsit, Canem naribus prendere, pro eo, quod est, prouocare mordacem & nociturum.

Muris in morem.

LXVIII

Plautus in captiui duo. Quasi mures semp edimus alienū cibum. In parasitos dictū, quibus iucundum est aliena uiuere quadra. Non cōueniunt nec in una sede morantur, libertas & cibus alienus, id quod eleganter indicat Apologus Aesopicus de mure syluestri & domestico.

E tribus malis unum.

LXIX

τῶν τριῶν κακῶν ἓν. i. Trium malorum unum. Suidas prouerbium indicat apud Menandrum extitisse. Sumptum autem a Theramene, qui cuidam e tribus malis unum indixerit, e quibus quod uellet eligeret. Vnde & Aristophanes apud eundem Suidam, in Triphalete, ἐγὼ γὰρ ἀπὸ θεραμνίδος δέδοικα τὰ τρία ταυτὰ. i. Ego enim a Theramene metui tria hæc. Quæ sint autem ea tria, quare in prouerbio, τὰ τρία εἰς θάνατον.

Quam facile uulpes pīrum comest.

LXX

Plautus in Mustelaria. Tam facile uinces, q̄ Vulpes pīrum comest. De re factu procliu Quod nihil negocij sit uulpi dentatissimæ, pīrum edere.

Contrahere supercilium, Inflare Buccas.

LXXI

ὄφρῳ ἀνασπῶντες καὶ γνάθους φυσῶντες. i. Adductis supercilij, & inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum Suidas admonet. Siquidem in supercilij, sicut alias ostendimus, arrogantiæ sedes. Horatius inflatas Buccas ad iracundiæ retulit argumentū. Quin Iupiter ambas inflaret Buccas. Diuus Augustinus in libris confessionum, Buccis typho crepantibus. Quo loco nonnulli perperam typo legunt. Mirum est autem Augustinum uoce græcica tantopere delatum, ut cum fastum dicere posset, typhū dicere maluerit, nisi quod ea iam usu latio donata uidebatur. Traductum a ranis, quæ per iram inflantur. Notus est Apologus Aesopicus de rana per arrogatiam dirupta. Horatius, Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

Sus saltauit.

LXXII

τὸ ἐκώμασθαι. i. Sus saltauit, aut festum egit. Diogenianus ostendit dici solitū de ijs, qui præter decorum quippiam facerent, quiq; rerum successu præter meritum obiecto, semet insolēus efferunt. Est enim Græcis, κωμάζειν, iuuenum amantiū more, cantilenis, saltationibus, ceterisq; iuuenilibus nugis lasciuire. Ceterū qui rusticiore sunt ingenio, mirū q̄ hæc dedecent.

Dat ueniam Coruis, uexat censura Columbas.

LXXIII

Non tam ouum ouo simile, q̄ illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem. Dat ueniam Coruis, uexat censura Columbas. Pœna legum exercet in humiles quospiam & a quibus ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri, Rapacibus ignoscitur. Sumptum est ab apophthegmate Solonis, ὅς τοὺς νόμους τοῖς ἀρχαίοις ὁμοίους ἐφασκεῖν, καὶ ἐκείνους ἐὰν μὴ ἐμπροσθὶ τὴν κόφρον ἢ ἀδινεὺς, εἰ γὰρ ἢ μὲλλον, διακόψαμ ὄχι. i. Leges aranearū telis adsimiles dicebat, propterea, quod in illas siquid leuius, aut imbecillum incurrit, hæret, sin maius aliquid, dissecat ac fugit. Ad eandem pertinet sententiā, quod in Phormione ait Terentius. Quia non rete accipitri tenditur neq; miluo, qui male faciunt nobis, illis, qui nihil mali faciunt, tenditur, Quia enim in illis fructus est, in his opera luditur.

Sutorium atramentum.

LXXIII

M. Tullius libro epistolarum nono ad Petum. Iam pater eius accusatus est a M. Antonio, Sutorio atramento absolutus putatur. Subesse uidetur prouerbiū. Sentit opinor hominē absolutum fuisse, iudicum corruptela, non citra infamiā. Est enim huiusmodi Sutoriū atramentum, ut neq; magnopere atram imprimat notam, neq; nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo, poetæ significant, ut Horatius, Hic nigrae succus loliginis, hæc est Erugo.

Erugo mera. Is quidem succus quidam est, quem plerisque mollium piscium, maxime saporis inesse scripsit Aristoteles libro de partibus animalium quarto, cum tunica contineri membrana, emitti uero fistula quadam, quem effundunt in metu, & aquam infuscant, ne queant deprehendi.

Surda testimonia.

LXXV

κωφαὶ μαρτυρίαι. i. Surda testimonia, dicuntur quae feruntur per tabulas, propterea, quod haec rogata nihil respondeant. Ut non discrepet ab illo Muti magistri. Unde surdis agere testimoniis pro uerbis dicuntur, qui uel procul absentes, uel uita defunctos modo citant, ne queant deprehendi.

Perdere naulum.

LXXVI

Iuuenalis in Satyra, cui initium, Stemmata, quid faciunt. Praeconem Charippe tuis circumspice pannis. Cum Panfa cripiat, quicquid tibi Naesta reliquit. Iamque tace, furor est post omnia perdere naulum. Domitius Calderinus, ut inter recentiores, haud quaquam malus autor, admonet proverbia esse in eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam uelit perdere. Sumptam autem metaphoram a mercatoribus, qui cum nauigant, si minus, quantum cupiunt lucrari possunt, student, ut saltem recuperent ex mercibus diuenditis, quantum pro uectura nauali soluerunt. Aristippus interrogatus a quodam, num esset ubique, ridens, οὐκ οὐδ' ἔφη παραπολλυμί τ' ναῦλον, εἶγε πανταχοῦ εἰμι. i. Naulum igitur non perdo, inquit, siquidem ubique sum. Refertur a Plutarcho in commentario, cui titulus, ὅτι διδάκτιν' ἢ ἀρετῆς.

Siculiffare.

LXXVII

σικελίζω. i. Siculiffare. Eudemus indicat antiquus usurpatum pro eo, quod est, auferre esse, tetri cumque. Et eum quidem in modum Epicharmi usum esse. Caeterum alijs placere magis referendum, ad scortatores ac libidinosos. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumptum.

Sedens columba.

LXXVIII

ἡμεῖν πελάγῃ. i. Sedens columba. Suidas pro uerbo huius titulo commemorat, indicatque dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbae cum auolant, fallunt caeteras pernicitate uolatus. Cum sedent nihil mitius, aut simplicius. Neque quicquam habent, quo se tueantur aduersus miluios & accipitres, praeter alarum uelocitatem.

Simia barbata, seu caudata.

LXXIX

πίθκη πώγων ἔχω. i. Simia barbam portans. Aristophanes, ὃ ἀκαρνεύσιμ, ὡ πίθκῃ τὸ πώγων ἔχω. Interpres admonuit, allusum esse ad illud Archilochium, πῖλῳ δ' ὡ πίθκῃ πῶν πυγῶν ἔχω. i. Talem o simia caudam habens. Dicitur solitum de ridiculis. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam δημοπιδήκας appellat, quasi populi simias.

Sibi canere.

LXXX

εαυτοῦ ψάλλω. i. Sibi ipsi canere, dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuiuio iubent tibicinam sibi ipsi canere. Et cantor quispiam Antigenidas opinor, iubet discipulum, quod populo non admodum gratum esset, sibi canere & musis. Si leonina pellis non satis est, uulpina addenda.

LXXXI

ἂν ἢ λεοντὴ μὴ δ' ἔκκετ', πῶν ἀλωπεκίῳ πρόσσασσον. i. Si leonis exuium non sufficit, adde uulpinam. Cum uiribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lyfandri. Nam is, quemadmodum in eius uita memorat Plutarchus, irridere solitus est, qui uelut ab Hercule prognati, bellum apertis uiribus, citraque dolum gerendum esse censebant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contendum assuta uulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, cum ait, Dolus an uirtus, quis in hoste requirit. Adagium Refertur a Zenodoto.

Siculus miles.

LXXXII

σικελὸς στρατιώτης. i. Siculus miles. In peregrinum ac mercenarium militem proverbiali ioco dicebatur propterea, quod Siculi temporibus Hieronis exotico milite plerumque uterentur, auctore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia nullum ministerij genus recusantem. Affine est illi, quod de Care dictum est alibi.

Pro bonis glomi.

LXXXIII

ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. i. Pro bonis glomi. Dicitur consueuit, ubi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate cumque foenore reciperet. Agathides enim Graecis glomi dicuntur, uerum alusionis decus in uoce graeca est. Meminit Suidas.

Sine pennis uolare haud facile est.

LXXXIII

Manet etiam hodiernis temporibus uulgo celebre, quod est in comedijs Plautinis, Sine

V 3

pennis

pennis uolare haud facile est. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quib⁹ negocium peragi non possit. Reperitur apud idoneos autores accidere alas, pro eo, quod est adimere materiam, facultatemq; conandi quippiam. Et addere alas.

Siphniassare.

LXXXV

Σιφνιαῖα. i. Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere pro eo, quod est, manū admo- uere postico, sumptum esse a moribus Siphniorum, qui libidinis causa id factitare consueue- rint. Est autem Siphnus insula quæpiam, haud procul a Creta, cui quondam nomē fuerit Me- rope, uel hoc nobis elogio prouerbium indicat et Stephanus.

Iuxta melam.

LXXXVI

κατὰ μέλιω. i. Iuxta melā. Suidas ostēdit prouerbio dici solere, ubi quis incerta cōiecturis ple- quere. Sumpta metaphora a medicis hulus internū immisso per fauces instrumēto quopi- am explorantibus. Id enim instrumentum μέλιω uocant, & μέλιωσαι, ad hunc modū tentare.

Non idem sunt scriptura & Leucæus.

LXXXVII

Γραφή τε καὶ ληκοῦ. i. Scriptura & Leucæus non sunt idem, aut non conueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare pactis nolunt. Nam hæc plærūq; Syngraphis constant. Aut in eos, quorū uita non congruit cum libris editis.

Bellicum canere. Receptui canere.

LXXXVIII

Alias admonuimus, ferme prouerbiales esse metaphoras, quæ sumuntur a bello, ueluti bel- licū canere, pro eo, quod est, animare, atq; exhortari. Receptui canere, pro finire, signa canant apud Martialem, id est, iam congregiamur, & apud Plautum, collatis signis depugnare, apud eundem ueris gladijs depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis haud dubie, prouerbij spe- ciem habet, cum significamus seriam & exactam de re disceptationem, ut, M. Tullius in epi- stolis ad Atticum, ut cum Maphragone signis collatis. Apud Iuuenalē, Hæc tuba rixæ. i. hoc belli initiū.

Pithon formosus.

LXXXIX

πίθωμ καλός. i. Pithon formosus. Cōueniet, ubi quis p adulationem falso laudat. Pindarus in hymnis, καλός τοι πίθωμ παρά πασηῖν αἰ καλός. i. Formosus Pithon semp apud pueros formo- sus. Interpres ostēdit, sumptū a pueris adulantibus simiā, subinde dictantibus, καλός πίθωμ.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

XC

Ἀπαξ πυρρός, καὶ δέκατη χλωρός. i. Semel rubidus & decies pallidus. Suidas admonet dictū de ijs, qui mutuuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pal- lescere. Rubescere dum petunt mutuuum, pallefcere dum soluendo non sunt, & metuunt, ne trahantur in ius, aut in neruum.

Semper seni iuuenulam subijce.

XCI

Αἰ γέροντι νέαν ἐπιβάλλω κόρω. i. Semper puellam uirginem subijce seni. Senarius prouerbia- lis, admonens ut prouectioris ætatis uiri, puellam ducant, magis q̄ anum, ne si frigus accel- serit frigori, languente uenere steriles existant nuptiæ. Quamq; non inepte trahetur ad alios item usus, quoties significabimus, ita rerum coniunctionem temperandam, ut quod alibi di- minutum sit, aliunde suppleatur, uidelicet, ut seni conuictor addatur iuuenis, quo senilis æta- tis tristitiam, huius hilaritas moderetur, rursum iuuentutis exultantiam, senilis seueritas tem- peret. Item, ut loquaculus adiungatur, plus satis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbij meminit Diogenianus.

Semper superioris anni meliora.

XCII

Αἰ τὰ πένυσι βελτίω. i. Semper superioris anni res meliores. Cum præsentia displicent, & an- teferuntur antea cta. Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniensibus in rebus Ma- cedonicis. Huc pertinet illud Horatianum, Laudator temporis acti se puero.

Sacra nihil sunt.

XCIII

τὰ δύματα οὐδ' ἐν ὄβρι, πλὴν γλῶσσα ἢ κέρατα. i. Sacra nihil sunt præter malas & cornua, de uicti- mis macilentis. Trahetur non incōcinniter ad cibum minime esculentū. Refertur a Suida.

Scytharum solitudo.

XCIII

σκυθῶν ἔρημία. i. Scytharū solitudo, pro summis calamitatibus, exitioq; dictum est apud Ari- stophanem, ἢ ἀκαρνεῦσι, ἐξολιάσθαι συμπλακένια τῆ σκυθῶν ἔρημια. i. Impeditū deperire Scythicæ solitudini. Quo loco commentator indicat prouerbium dici solitum, de ingenti solitudine, ductum autem inde, quod Scythæ nullis certis sedibus utantur, sed uagi feratur in plaustris. Eamq; ob causam, regio feris abundat.

Scindere glaciē.

Scindere glaciem.

Scindere glaciem, est aperire uiam, & in incipiundo negocio priorem esse. Translatum a nautis, quorum unus aliquis præmittitur, qui flumine cōcreto, glaciem præruppat, reliquisq; uiam aperiat.

Viuus fueris, uel cepe solum accipiens.

ζωὸς γενήσῃ, κρομμύου μόνου λαβῶν. i. Si cepe tantum sumpseris, iam uixeris. Zenodotus ostendit in eos dici solitum, qui e re quapiam pusilla, magnā opinionē cōsequunt. Natum apparet ab ægroto, qui medico porrigente cepe, reualuerit. Herbam alioqui plæbeciam, nec eam admodum salubrem corpori.

Sapientes tyranni, sapientum congressu.

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν σωουσίαι. i. Commercio sapientiū princeps sapit. Zenodotus citat ex Aiace locrensi, addens eundem uersiculum a Platone citatum esse Euripidis nomine, in Theætæo. Aulus Gellius libro decimotertio ostendit eundem apud utrunq; fuisse, Sophoclem, in eiusdē nominis fabula, & Euripidem. Quemadmodū & alij nōnulli uersus apud Euripidē inueniuntur, quos eisdem apud Sophoclem & Aeschylum licet inuenire. Porro uersiculū, quē modo citauimus, Gellius notæ uetustatis esse dicit, ut intelligas uelut in prouerbiū ab ἥστῃ. Atq; utinam q̄ est grauius simul & elegāter scriptus, tam placeret atatis nostræ principibus, in quos illud fere dixeris, *μωροὶ τύραννοι τῶν κολάκων σωουσίαι.*

Leonis exuuium super Crocoton.

λεοντὴ ἐπὶ κροκωτῶ. i. Leonis exuuium super Crocoton. Cum duo quæpiam copulant, quorum alterum cum altero nequaquæ congruit. Sumptum a Baccho, qui hoc ornatu descēdit ad inferos apud Aristophanem, ut ueste muliebri, delicataq; indutus esset, eiq; uesti Leonis exuuium impositum gestaret, quo uidelicet Hercules creditus, formidabilis uideretur inferis. Hunc igitur ad eum modum adornatum, sic in Ranis ridet Hercules, *ἀλλ' οὐχ ὅτις τ' εἰ μ' ἀποσβῆσαι τὸν γέλωμα, οὐδὲν λεοντὴν ἐπὶ κροκωτῶ κημεύειν,* id est, Risum profecto haud sum potis comescere Crocoton additum leontæ conspicans. Apposite dicitur in monachos, aut scholasticos, qui foris insignia sui instituti portant, interius militarem imitantes cultum, aut qui uultu tertrico, moribus sunt effœminatis.

Quod scis, nescis.

Quod scis, nescis. Terentius in Eunucho, Tu pol si sapis, quod scis, nescias. Idem in scipm excruciante, Nescias, quod scis, si sapis. Donatus admonet esse prouerbiū. Sumptū a dialēcticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent. Facio, & non facio, Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Cuius generis etiam initio operis fecimus mentionem, admonētes omneis huiusmodi figuras, quæ κατ' ἐναντιώσιμ sumuntur, ad prouerbiorum cognationem pertinere. Quale est & Plautinū illud, Vbi sum, ibi nō sum. Hoc iā prima, quod aiunt, fronte uidetur ænigma. Sed interpretatur, Vbi non sum, ibi est animus. Itaq; prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde cōtinet, ac dicit simulat, quasi nesciat.

Nec aures habeo, nec tango.

Nec aures habere, nec tactū puerbio dicebat, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Hieronymus in præfatiōe declamatiōis, de matre & filia recōcilianda. Cur autē uercar appellare declamationē? Cū ipse quodā in loco nominatim hoc argumentū exercitiij causa cōtictū a se subsignificet. Postea ἔ enim, inquit, arguendo crimina, factus sum criminolus, & iuxta tritum uulgi sermone puerbiū, iurgantibus & negantibus cūctis, nec aures me credo habere, nec tango, Id est, Taceam necesse est, & quod audio, tangoq; quasi nesciam.

CHILIADIS TERTIAB CENTVRIA SEXTA.

Priusq; fortiaris, cōmunia deuoras.

πρὶν λαχῆν, τὰ κοινὰ κατεδίεσθαι. i. Priusq; sortitio facta sit, cōmunia deuoras. In eū cōpetit, q nō expectata partitiōe, re inuadit. Ductā metaphorā indicat Suidas a cōuiuuijs, in qbus antiquus mos erat, e cibus suā cuiq; portionē distribuere, quē admodū ex cōpluribus Homeri locis licet cōñcere, apud quē illud oppido q̄ frequēs, *καὶ οὐτις ἐδένειν δαίτην εἶσθε.* Deinde receptū apud nōnullos, ut citra distributionē ppositis in cōmune cibus, quisq; quantū uellet, sumeret. Id, quod indicat Plautus, Patinarias struit struices. Huius rei mentionē facit & Plutarchus in Symposiacis, excutiēs, utra cōsuetudo magis pbanda uideatur. Porro puerbiū sumptū est ex Equitibus Aristophanis,

V 4 ἰωιτά

ἔπει τὰ κοινὰ πρὶν λαχῆν κατεδίει. Quando publica anteq̃ illa fortiaris, deuoras.

Res in foro nostro uertitur.

II

Plautinus Tranio. Vbi egomet uideo rē uerti in meo foro. Prouerbialiter dictū pro eo, qđ est, posteaq̃ intelligo fortunas nostras cōmutari in diuersum. Traductū a mercatibus, in quibus rerū p̄ciū, p̄ tēpore sapenūmero cōmutat. Cognatū illi, uti foro, quod alibi dictum,

Quodcunq̃ in solum uenit.

III

Quodcunq̃ in solum uenit. i. Quicquid in rerū natura p̄ducit. M. Tullius libro de natura Deorū primo. Hinc quodcūq̃ in solum uenit, ut dicit̄, effingis, atq̃ efficis. Ridet atomos Epicurcorū, ex quibus illi cuncta p̄gigni credunt, quicquid usq̃ nascit̄ in uniuerso.

Quando id fieri nō potest.

III

Nihil dici potest, nec uenustius, nec moralius ea sententia, quæ extat apud Terentiū in Andria, Quando id fieri non potest quod uis, id uelis quod possit, οὐ δυνάμει ὁ δέλεος, δέλεος ὁ δύνασαι. Plurimum decoris adiunxit ea uerborum conuersio. Qualis est in illis. Non uiuendum ut edas, sed edendum ut uiuas. Est autem adagium hoc finitīmū illi, δὲ δ' παρέρει τὶ δεῖ δῆ. i. Oportet id quod adest boni cōsulere. Et Martialis inter felicitatis calculos cōmemorat, ut quod sis, esse uelis.

Quantū non Miluus oberret.

V

Quantū nō Miluus oberret. Prouerbialis est hyperbole, de homine supra modū locupletate, cui tantum sit agrorum, quantū nec Miluus p̄uolēt. Persius, Diues arat curibus, quātum nō Miluus oberret. Id imitatus Iuuenalis, Tot miluis, inqt, intra tua pascua lassis. Sic & apud Plutarchum Tragicus quispiam, ἀπειρω δ' ἄρουρῶν δ' ὡς ἐχ' ἡμερῶν ὁ δ' οὐ, βερέκυντα χῶρον. i. Aruū coloribus sex dierū iter, solo Berecynthio. Plinius libro decimo octauo latifundia uocat, a quibus aī Italiae perniciem inuectam fuisse proinde ueteres ita censuisse, Satius esse minus serere, & melius arare.

Cædimus, inq̃ uicem præbemus crura sagittis.

VI

Persius Satyra quarta, Cædimus, inq̃ uicem præbemus crura sagittis, id est, uicissim carpimus & carpimur, ridemus & ridemur, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Sumptū a militia. Ad eundem modum Horatius, Cædimus, & totidem plagis cōsumimus hostem. Plutarchus in commentario de profectu cognoscēdo similem adfert metaphoram, de sphaera ultero citroq̃ missa ac remissa, καὶ πεπεσμένα τῆς ἀρχῆς ὡσπερ ἡμάντας ἢ σφαίρας ἐπισιδούμενοι πρὸς ἀλλήλους, quemadmodum alio retulimus loco.

Ptolemaica lis.

VII

Πτολεμαίε ἢ δίκη. i. Ptolemaica lis. Diogenianus indicat dici solitū in litiū auidos. Anus quæpiam fuit Ptolemais, quæ quoad uixit, lites agitabat, nec unq̃ a causis agendis erat feriata.

Prouoluitur ad Miluios.

VIII

προκυλιμὲν ἔτι κτιν. i. Adorat Miluiū. Initio ueris prodeūt miluij. Qua re læti tenues, quod iam hyeme sint leuati, prouoluunt, eosq̃ uelut adorāt. Suidas prouerbij loco cōmemorat, Item Iuuenalis, Durate, atq̃ expectate cicadas.

Priensis iusticia.

IX

πρίην δίκη, id est, Priensis iusticia. Suidas ostendit cōuenire cum significamus aliquem in iudicando plurimum antecellere. A biante Priensi sumptū. Cuius integritas in iudicandis causis in prouerbium abiit, ut dicatur, δικάζεις βίαντες τῆς πριηνέως κρείσσω. i. In iudicando præstantior Biante Priensi,

Primum Mars in filijs laudatus est.

X

τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπικυεῖ. i. Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio specimen aliquod indolis egregiæ præ se ferunt, deinde paulatim in alios degenerāt mores. Quæ admodū euenit Rhomanis olim strenuis, & Martem generis autorem uirtute referentibus, Post in degenerē prolapsis molliciem, ut nō sine causa Iuuenalis exclamarit. Sed unde, Hæc tetigit Gradiue tuos urtica nepotes. Prouerbium refertur a Suida.

Phrynichi lucta.

XI

τὸ φρυγίχου πάλαισμα. i. Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dicitari suetum, de ijs, qui astu, dolisq̃ negocium peragunt, fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor, quem uertus Comœdia carbone notauit.

Pro malo cane suem reposcis.

XII

Ἀντὶ κακῆς κυωῆς σὺν ἁπατιεῖ. i. Pro malo cane suem reposcis, Id est, pro re uili ptiosam. Sus enim escu.

enim esculentus, canis haud quaerit uescus est. Refertur a Diogeniano;

Prudens in flammam mittere manum.

XIII

Diuus Hieronymus quodam in loco prouerbiū usurpat huiusmodi. Prudens in flammā manum immitto, pro eo quod est, sciens expono me discrimini, malisq; obijcio. Sumptū uideri potest ab historia Mutij Sceuolæ. Extra & apud Ciceronem.

Proba est materia, si probū adhibeas artificem.

XIII

A Plauto dictū, nō sine puerbī specie, Proba est materia, si probū adhibeas artificē. Egregia quidē indoles, si recte instituat, felix ingeniū, si præceptor cōtingat idoneus. Aut magnificū negociū, si modo scite tractet. Metaphora notior est, q̄ ut sit indicanda.

Illo respicient, sed hic remitte bona.

XV

Aeschylus in Ranis Aristophanis, cupiens redire ad superos, ἐκὲ φράσαιμι ἄμ, ἐνθαδ' ἰδ' οὐ βούλομαι. i. Dicturus illic, nam hic quidē haud uolo cloqui. Cui Bacchus ad hunc modū respondet, μὴ δῆτα σὺ γ' ἀλλ' ἐνθαδ' ἄνισι τ' ἀγαθὰ. i. Minime profecto, quin mage hic profer bona. Interpres admonet allusum ad parcemiam, ἐκὲ βλέπουσα δεῦρ' ἄνισι τ' ἀγαθὰ. i. Illuc tuens at huc remitte cōmoda. Conueniet cū aliud præ nobis ferimus, aliud facimus, aut cū alijs adblādimur in alios re beneficiū cōferimus. Quidā a Charitibus mutuo sumptū existimant, quorum una tergo respicit, & alteri munus offert, aridens alteri.

Ranæ aquam.

XVI

βαρῶν ὕδωρ. i. Ranæ aquā, subaudiēdū ministras. Vbi quid exhibet, quo uel præcipue gaudet is, qui accipit. Veluti liquē natura bibacem ad bibendi certamen prouoces, aut homini loquaculo narrādi materiā & occasionē subministres. Diuersum ab illo, βαρῶν οἶνοχῶες. Recte accōmodabitur, ubi quid datur abundanti. Nam ranis affatim est aqua. Theocritus in ergatidis, εὐκτὸς ὁ τῶ βαρῶν παίδες βίος, οὐ μελεδ' αἰνὴ τῆν τ' πιῆν ἐκχεῖντα πάρεσι δ' ἀφθονομ' αὐτῶν. i. Opueri ranæ uita est optabilis, ut quæ Nō metuat, potās effundere, Copia nāq; larga subest illi.

Post bellum auxilium.

XVII

μετὰ τῆν πόλεμον ἢ συμμαχία. i. Post bellum suppetit. Quoties serius adhibetur remedium. Refertur a Suida. Natum est, aut certe usurpatū a Diogene Cynico. De quo Laertius huiusmodi quandā fabulam narrat, Adolescens quispiam iactantior, nuper uxore ducta, titulū huiusmodi inscripsit ædibus suis, ὁ τῶ διός παῖς καλλιῖκος Ἡρακλῆος ἐμβάδε κατ' οἰκῆ, μηδὲν εἰσὶτω κακόν. i. Iouis filius Callinicus Hercules, hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes adscripsit, μετὰ τῆν πόλεμον ἢ συμμαχία, id est, Post bellum auxiliū, uidelicet indicans, iam tunc receptū in eas malum. Cōuenit cum Platónico illo, quod alibi commemorauimus, μετὰ τῆν πόλεμον ἢ καμ. id est, Post bellum adesse.

Pinguis uenter nō gignit sensum tenuem:

XVIII

Diuus Hieronymus in epistola quadam citat huiusmodi prouerbiū apud Græcos celebratum, Pinguis uenter nō gignit sensum tenuē. Quāq; fatei id elegātius sonare Græce, q̄ Latine. Græcus autē senarius extat apud Græcos huiusmodi παχὺν γαστήρ λεπτόν οὐ τίκτη νόον. i. Subtile pectus uenter obesus nō parit. Admonet adagiū luxu corporis, ebetescere mentis aciem. Quemadmodū scribit etiam Horatius. Nam corpus onustum Hesternis uitijs animū quoq; prægrauat ipsum. Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ. Plutarchus apud Gelliū ostēdit pueros multo pastu stupidiores, ac tardioris ingenij euadere.

Piscem natate doces.

XIX

ἰχθὺν νήχεος διδάσκει. i. Piscē natate doces. Perinde est, ac si dicas, doctū doces. Cōfine illi qd alibi retulimus, δελφίνα νήχεος διδάσκει. i. Delphinū natate doces. Quod idē ad hūc efferi modū, τῆ δελφίνι κολυμβῶν συμβουλεύει. i. Delphini quēadmodū natate oportet cōsulis. Autor Diogenianus,

Pitana sum.

XX

πιτάνη εἶμι. i. Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitū de ijs, qui in extremas redacti calamitates, ab ἡδὲ denuo in pristinā felicitatē restitunt. Sic em̄ euenisse quondā Pitanae, Acoliae ciuitati. Nam hanc a Pelasgis in seruitutē redactam, Erythræi in libertatē pristinā uindictarūt.

Pistillo retusius.

XXI

Prouerbialis est hyperbole, quā in epistolis usurpauit diuus Hieronymus, Pistillo retusius, Pro eo, quod est minime acutū. Et Chrysispeū acumen, apud eundē per ironiā usurpatur in stupidum. Et cornutus syllogismus pro ratione ridicula, friuolaq;.

Partitio non præfocatio.

XXII

μερις οβ

μερίς οὐ πνίξις. i. Sortitio; nō p̄focatio. Olim cum ἡ, qui uiribus p̄pollerent, cibum eriperēt imbecillioribus, manus interim in illos in ἡcientes, excogitatū est, ut fortibus ex æquo diuide/ retur epulū. Iamq; a pauperibus exclamari cœptū, μερίς οὐ πνίξις. i. partitio, nō strāgulatio. Ea q; uox in p̄uerbiū abiit. Quo licebit uti, siquādo significabimus, nō esse locum uolentia, sed ex æquitate iuris oportere tractari negocium. Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt, citat his uerbis, μερίς, οὐ μὴ πνίξις. i. Partitio ne strangula.

Paries dealbatus.

XXIII

τοιχοε κεκονιαμύνη. i. Paries dealbatus, aut incrustatus. Paulus apostolus in Actis apostoli cis, iudicē quendā fictū & fucatū, parietē dealbatū appellat, qd̄ longe alius esset intus, q̄ cultu, habituq; externo p̄ se ferret. Christus itē in euāgelicis literis sanctimonīa simulores sepul chra dealbata uocat, quæ cū foris niteāt, intus sūt cadauerū ossibus referta. Sic enim est apud Matthaeū, οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς ἢ φαρισαῖοι, οἳ π̄ρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμύνοις, οἳ τινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσι ὀστέων νεκρῶν ἢ πάσας ἀκαθαρσίας. i. Væ uobis scribæ & pharisæi, q̄ similes sitis sepulchris dealbatis, quæ foris quidē apparēt pulchra, intus aut̄ referta sunt ossib; cadauerū, omniq; spurcicia. Lucianus Myronis & praxitelis colossos, ad huiusmodi ferme si- militudinē trahit in Gallo, quod foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro, uarijsq; co- loribus arriderēt, p̄terea Iouis, aut Neptuni representarēt imaginē, fulmē aut tridentē dex- tra tenentes, ut plane numen aliquod esse uiderent, cum intus nihil appareret, p̄ter picem, clauos, araneas, mures, atq; id genus sordes alias, haudqua q; ad exteriorē illam imaginem re- spōdentes. Atq; huiusmodi principū esse uitā affirmat, quorū si strepitū & apparatus inspici- as, nihil felicius, nihil Deorū uitæ similis, sin̄ curas, suspitiōes, odia, cōtemplere, quibus intus discrutiantur, nihil calamitosius. Seneca philosophos, qui cū docerent honesta, turpiter uiue- rent, similes esse scripsit quorundā medicorū pixidulis, quarum tituli remediū pollicerentur, cū intus uenēnū occularēt. Ediuerso, qui meliores sunt intus, q̄ oratione, q̄q; prima illa uitæ specie, qualisq; frōte p̄ se ferūt, hos Plato silenīs ad similes facit, de qbus alio diximus loco.

Ollam alere.

XXIII

χύτρα μ̄ ξέφρα. i. Ollam alere dicebant, qui metū ostenderēt, quo deterrent quempīa. Velu- ti si quis p̄sidiū alicubi collocatū habeat, quo minus uicini res nouas moliantur. Sumptū id est a more ciuitatis Atheniēsis, in qua ollas in tectis disponere cōsueuerūt, ad deterrēdas ulu- las, quarū illic maxima uis. Nam ollarū strepitū omne genus auīū reformidat. Adagiū referēt tum a Suida, tum a Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comœdia, cui titulus, Aues, οτι μὲν τε δ̄ ἔ μ̄ ᾱ χε ᾱ λ̄ λ̄ λαμβάνειν τε τῶν χυτῶν, τὶ δὲ χύτρα ὠφελίσει, γλαυξ, μὲν οὐ πρὸς τῶν νῶϊν. i. Pu- gnare oportet, & ollas accipere. Quid aut̄ p̄ fuerit olla? Noctua nō accedet ad nos.

Oleum & salem oportet emere.

XXV

τούλαιον ἢ ἴμ̄ ἄλα δ̄ ἔ ὠν̄ ἄλ̄. i. Oleum & salem oportet emere. Refert adagiū hoc Aristote- les Rhetoricorū libro secūdo, tractās de locis & enthymematis, Proponit aut̄ huiusmodi ex- emplū Antisthrophontis. Sacerdos quidā dissuadebat filio, nequando uerba faceret apud po- pulum. Nam si iniusta suasēris, inquit, deos habebis iratos, sin̄ iusta homines. Id hoc pacto ἴμ̄ τισ̄ ξέφρα, id est, reciprocatur filius, Imo expedit orationē habere apud populū. Quādoquidē si ius- ta dixerō, dī me amabunt, si iniusta homines. Atq; huiusmodi genus argumentationis, cōfi- ne putat prouerbio quo iubemur, oleum ac salem emere, significans opus esse nōnunq; reme- dijs cōtrarīs, nunc acrimonia, nunc lenitudine.

Tanq; suber.

XXVI

ὡς φελός. i. Tanq; suber, de ἡς, qui nō norunt dissimulare, aut q̄ nesciunt mergi aduersis for- tunæ procellis. Extat apud Pīndarum, tractū a natura ligni, quod nō solū ipsum nō mergitur. uerum etiā alligatū alijs ne sidant, sustinet. Vnde retibus assuitur, & natantibus subditur.

Obtrudere palpum.

XXVII

Obtrudere palpum apud Plautū est arte, fucōq; decipere. Ego, inquit, istuc alijs dare cōdī dici, mihi obtrudere nō potes palpum. Vnde & palpari pro adulari, & palpones adultores uocamus a simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiunt, ut ostendimus alibi.

Nequis uicq; Megarensibus.

XXVIII

μηδ̄ ἔποτε μηδ̄ εἰς μεγαρέων γένοιτ̄ σοφώτερος. i. Nunq; quisq; sapientior sit Megarēsisbus Scōm- ma, p̄uerbiale iaci solitū in stupidos. Dictū est aut̄ p̄ adulationē de Megarēsisbus, autore Dio- geniano,

geniano.

Nulla candidorū uirorū utilitas.

XXIX

οὐδὲμ λυκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτορμῆμ. i. Nullus candidorū uirorum usus, nisi ad cerdonicā. In molles & effœminatos dictum, ac ueluti uoluptatibus natos. Id enim innuit, opinor, p cerdonicā, iuxta illud Martialis. Quid ad te, De cute quid faciat ille, uel ille sua. Cæterū ἢ negocijs gerēdis inutiles, Contra qui nigra sunt cute, & hispīdi, hi magis allegendi sunt ad administrandā Remp. Vnde & Herculem μελάμπυρον appellarunt, tanq̄ strenuū & a mollicie alienum, quemadmodū alibi demonstratū est.

Nox humida.

XXX

νύξ ὑγρᾶ. i. Nox humida. De malis ingruentibus dici solitū, autor est Diogenianus. Quēadmodum de latiore fortuna dicimus exoriri lucem. Apud eundem est νύξ δασεία, id est, Nox spissa, de nocte hyberna. Quæ sicui non uidebuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libeat.

Quid ad farinas.

XXXI

τί πρὸς τᾶλματα. i. Quid ad farinas? id est, quid attinet ad parandas facultates? Nam ἄλματα pro uictu, proq̄ re familiari ponere, poetis est familiare. Aristophanes in Nebulis, τι δέμ' ὠφελίσου; οἱ εὐθμοὶ πρὸς τ' ἄλματα. i. Quid me numeri tādē ad farinas iuuerint? Id recte detorquebitur ad artes steriles, ut poetice, οὐδὲμ πρὸς τ' ἄλματα, quod uulgo dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis q̄ erudito.

Numeris Platonis obscurus.

XXXII

Prouerbialis hyperbole uidetur, quā usurpat. M. Tullius in epistolis ad Atticū, libro septimo Aenigma Oppiorū ex Velia, plāne nō intellexi, est enim numero Platonis obscurus. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac ueluti nebulas quasdam offundit, præcipue in Timæo. Nam Pythagoras omnē fere philosophiæ rationē ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in cōmentarijs quos edidit in somnium Scipionis.

Nihil ex agro dicis.

XXXIII

οὐδὲμ ἐξ ἀγροῦ λέγας. i. Nihil e rure loqueris, id est, Nihil humile, neq̄ triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitū, id ex agro profectum dicitur. Contra quod festiuū, quod lepidum, id urbanum ac ciuile uocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi:

XXXIII

οὐδὲμ πέπουδας δὴνδρ' εἰ μὴ ἰσοσσοιεῖ. i. Nihil graue accidit, nisi tibi uindicas. Meminit Diogenianus. Nemo læditur, nisi a seipso. Nemini sit iniuria, si eam existimet ad se nō pertinere.

Ne spina quidem uulnerabit bonos.

XXXV

μηδ' ἀκανθα ἀμύμη τοῦς ἀγαθοῦς. i. Ne spina quidem uulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quēlibet. Sed ubiq̄ tuta est innocētia, uitæq̄ integritas.

Naera & Charmione.

XXXVI

νάαιρα ἢ χαρμιόνη. i. Naera & Charmione. De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodotus, quicq̄ non dubitarent, uel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitia genus laudatū apud Aegyptios, quod appellabant σωμαποθηκονόμιον, id est, commorientiū. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ἢ hac lege copulabant, ut si alteri fatale quippiam accidisset, alter ultro mortis locium sese adiungeret. Hoc foedere cohæserant Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius simile quiddam erga Mœcenatē. Vtūq̄ præcedes, sequemur scilicet & comites parati. Rursum alio loco. Quid nos? quibus te uita sit superstitē iucūda, si cōtra grauis. Sed ut redeam ad prouerbū, Naera & Charmione, duæ erāt Cleopatraz reginæ pedissequæ, quæ spontancā Cleopatraz mortē sunt imitata. Ac semiuīuæ repertæ sunt, dominæ iam mortuæ coronā capite delapsam reponētes. Est quidem hīstoria memoratu cū primis digna, nec iniucunda cognitu, uerū eam si quis forte requiret, petat licebit ex plutarcho in uita. M. Antonij. Ego nec adagiū hoc fueram adscripturus, ni ueritus essem ne, quoniā exat in Zenodoti collectaneis semel atq̄ iterum excusis, publicatisq̄, parum eruditus aliquis calumniaret a me præteritū. Nam mihi, si modo nō fallit natus, subolet hoc prouerbū haud esse profectū ab antiquitate, sed in Zenodoti natum officina.

Neq̄ nulli sis amicus, neq̄ multis.

XXXVII

Carmen illud Hesiodi sicuti & alia plæraq̄ cessit in prouerbū, μηδ' πολύξενον, μηδ' ἄξενον καλέω. i. Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. Aristoteles libro moralium nono, tanq̄, puerbio iactatū citat, ac dictū probare uideet, propterea quod, prsum citra ullius amici consuetudinē uiuere

nem uiuere ferinū, atq; iniucundū esse uideat. Rursum nec uehementer amare possumus si-
mul multos, nec pluribus morē gere. Quin & Lucian⁹ in Toxaride narrat apud scythas, πολυ-
φιλίαν, id est, compluriū amicitia nō aliter infamē fuisse, q̄ apud alias gētes, unius mulieris, cū
pluribus uiris consuetudinē. Quāq; diuersa sentit. M. Tullius in libro de amicitia. Et Plutar-
chus in cōmentario, πρὸς πολυφιλίαν.

Nebulas diuerberare.

XXXVIII

νεφέλας ξάινει. i. Nebulas diuerberare, dicitur, qui uel in re stulta, uel quæ fieri non queat, fru-
stra sumit operam. Meminit Diogenianus.

Myconius uicinus.

XXXIX

μυκόνιος γείτωρ. i. Myconius uicinus. In eum, qui inuocatus ad conuiuū accedit. Nā hoc no-
mine Myconios notauit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad
hunc modū Suidas. Zenodotus autē ait cōuenire in sordidos, atq; humiles homunciones, p-
pterea quod ea insula, inter cōtemptas habita sit, ob sterilitatē, atq; ob id gentē auidiusculam,
& alieni appetentiorē fuisse. Athenæus idem serme testat in primo sermone Dipnosophistæ
citans hunc ex Archilocho locū, ὡς ἀκλήπτῳ τῷ ἔπεος παίοντες εἰς τὰ συμπόσια μυκόνιων δικά. i. Ut in
uocatū hunc sequeris irruentē ad cōuiuia Myconiorū ritu.

Mortuos uidens.

XL

νεκρούς ὄρω, νεκρωσὶν ἕξας πραγμάτων. i. Tibi occident res, mortuos si somnies. Refertur a Sui-
da tanq; uulgo iactatū de diuinatione, quæ sumit ab insomnijs, superstitione multo omniū ua-
nissima, id tamen ita dictū est, quod mors finis sit omniū huius uitæ malorum.

Mortui non mordent.

XLI

οἱ θεθνηκότες οὐ δάκνουσι. i. Mortui nō mordēt. Id etiā hac tēpestate uulgo dicitat. Natū arbi-
tror ex apophthegmate Theodori Chij, q̄ fuit Ptolemæi regis in arte Rhetorica præceptor.
Hic em̄ in cōsiliū adscitus, cū deliberaret, utrū Pompeius ab ægypto repellendus esset, an ad-
mittendus, censuit receptū occidendū, addens hoc dictū, mortuos nō mordere.

Ascisce ad extremū scientiam.

XLII

πέμπε εἰς ἕχαρμ πλὴν ἐπισήμην. i. Accerse ad extremū scientiā. Nō statim utendū extremis in-
genij uiribus, uerum ubi iam urget ultimū pericūlum, tū ad artes cōfugiendum.

Miserrimū fame mori.

XLIII

Sententiā etiā cantioibus apud ueteres celebrata, teste Platone, miserrimū mortis genus fa-
me mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odyssæ. μὴ πάντες μὲν συγεροὶ θάνατον δαλοῖσι βρο-
τοῖσι, λιμῶ δ' οἰκτιρομ θανάτῳ ἢ πότμῳ ἐπιπαῖν. i. Dura quidē miserris mors est mortalibus om-
nis. At perijsse fame, res una miserrima longe est. Accommodari poterit in sordidos quosdā,
qui quo parcant nūmis, defraudant geniū suū.

I modo uenare leporem, nunc Itym tenes.

XLIII

Plautus in captiui duo, I modo uenare leporem, nunc Itym tenes, puerbiali figura dixit. Id
est, hāc interim cœnā, qualem cūq; certā habes. Quære alterā, si potes potiorē. Itys enim auis,
quæ a Phaside Scythiæ flumine phasianū uocant. Proinde cū iuebimus, ut qui nactus sit cō-
modi quippiā, ad aliud sese accingat, nō intempēstiuiter hoc utemur adagio. Verū equidem
opinor hunc Plauti locū, ut sunt alij plaricq; deprauatum esse, legendū autē, nec Itym, ut ha-
bēt codices, nec Ichthyn, ut perperam mutauit quidam, sed ictin, Nam est id animal de gene-
re mustelarū, quod in cuniculos immittit, ut prædam eliciat. Latini uiuerram appellant. Sui-
das ostēdit idē animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro de naturis animan-
tiū nono, capite sexto. Quāq; nō indicat insidiari leporibus, sed auibus & aluearibus. Quod
si recte cōstat ictin esse uiuerram, Plinius octauo libro indicat præcipuā uiuerris gratiā fuisse.
ppter uenatū leporū & cuniculorum. In ijsiūt, inquit, eas in specus, qui sunt multiformes in ter-
ris, unde & nomen animalī, atq; ita eiectos superne capiunt.

Minimo prouocare.

XLV

Minimo prouocare, est contemptim ad certamen prouocare. Sumptū a gestu prouocan-
tium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in sermonibus, Ecce Crispinus minimo
me prouocat, accipe, si uis. Accipe iam tabulas, detur nobis locus, hora, Custodes uideamus
uter plus scribere possit.

Minore finire pomœrio, & his similia.

XLVI

Prouerbij rationē sapiūt huiusmodi ferme metaphoræ, Finire Pomœrio, Præstiture me-
tam, Circūscribere cæcellis, & siquæ sunt cōsimiles. Varro in libris de Re rustica, Eo melius fe-
cisse quosdā

eisse quosdam, q̄ minore pomœrio finierūt, exclusis partibus, quæ nō pertinet ad hanc rē. Idē eiusdē operis libro primo, Ars sit, an quid aliud, & a quibus carceribus decurrat ad metas.

Mens peregrina.

XLVII

νοῦν τὸν ξένον. i. Mentē peregrinam habere dicunt cogitabundi, nec satis ob id attentī, ad ea, quæ coram agunt. locatur Aristophanes, ἐν ἀκαρνέσσι, in Euripidem, tāc̄ dialecticis utentē argutis, id quod indicat etiā Fabius Quintilianus in institutiōibus, his uersibus, οὐκ ἐνδον, ἐνδον ὄσιν εἰ γνώμη ἔχεις, πῶς ἐνδον εἶτ' οὐκ ἐνδον, ὀρθῶς ὦ γέρον, ο νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια, οὐκ ἐνδον, αὐτὸς δ' ἐνδον ἀναβάδην ποιεῖ ἔραγωγόν. i. Est intus, haud est intus idem si sapias Qui nam intus & nō intus? optime senex. Nam mens foris abest, colligens epyllia Non intus, ipse at intus est, Tragœdiam Scribens supinus. Idem in Equitibus, πρὸς τὸν λέγοντ' αἰεὶ, κέχνησας, ὁ νοῦς δ' ἐσου παρῶν ἀποδημῶ. i. Usq̄ ad loquentē inhias, at ipsa mens tua, Præfens, peregre est. In eundē sensum Terentius, præfens, absens ut fies.

Mitior columba.

XLVIII

πραότερος πρὶς ἐραῶ. i. Mansuetior colūba. Columbina simplicitas, ac mansuetudo, laudat̄ etiā in diuinis literis. Adagij meminit Diogenianus.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.

XLIX

εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον ἑξῆς δράχμας. i. Ad porcellū nūc da mihi mutuo treis drachmas. Dicebat̄ ab eo, qui mori decreuisset, aut qui uellet initiari. Nam initiadi cōsueuerūt immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est aut̄ in pace, εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δράχμας. Δὲ γὰρ μνηθῆναι με πρὶν τεθνηκέναι. i. Qui porcum emam mihi mutua, nūc tres drachmas. Initiandus sum prius, ac mortem oppetam.

Mulieris podex.

L

γυναικὸς πυγῆ. i. Mulieris podex. In ignauū, ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal, mulier, & quo minus habet mentis, hoc inhonestis uoluptatibus est addictius. Amat ocium, & fucorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, uirorum laboribus quæsita, sibi insumit, id quod indicat etiam illud prouerbiū, ὄκνησ' ὄνησ'.

Mulieris animus.

LI

γυναικὸς φρένες. i. Muliebre ingenium. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & incōstantes. Vnde est illud Ennianum. Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres. Illac̄ uirgo uiri. Et Terentius. Nosti mulierum ingeniū. Nolunt ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro.

Perendinū uentum prædiscere.

LII

τὸν τρίτατον ἀνεμὸν προγινώσκειν. i. Perendinū uentum prædiscere dicuntur, qui coniecturis, qd̄ multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum a nautis, aut a negociatoribus. Pindarus, σοφοὶ δὲ μέλλουσι τρίτατον ἀνεμὸν ἔμαθον. i. Sapientes futurū perendie uentum nouerunt. Id enim demū est sapere nō solum quod ante pedes est uidere.

Caute loquacior.

LIII

ραχίας λαλίστρος. i. Cautē loquacior. Prouerbialis hyperbole, in hominē immodice garrulū. Sumpta metaphora a scopulis, quæ quoniā assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Lepori esurienti etiam placenta fici.

LIIII

λαγῶ πεινῶντι ἢ τλακονῦτες εἰς σῦκα. i. Lepori esurienti & placenta pro ficis. Suidas tradit dictum de ijs, qui compulsi necessitate, res etiam preciosissimas absumunt. Fortassis natū ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quod adactus fame, placetas primū lambere, deinde etiam comesse didicerit.

Lex & regio.

LV

νόμος ἢ χώρα. i. Mos siue lex & regio. Admonet prouerbiū quemadmodum & alias obiter indicauius, seruiendū & obsecundandū esse moribus regionis, in qua uerferis. Zenodotus adscribit unicuiq̄ genti, suas qualdā esse leges, & instituta uiuendi. Nam Persarum mos est, ut inter pocula temulenti cōsultent, ac reges suos pro numine adorent. Deinde qui sunt pares, osculantur inuicē. Inferiores genam modo cōtingunt potentiorum. Natos pueros post quadrienniū demū inspiciūt. Gordij regē creant eū, qui sit inter ipsos, q̄ maxime corpulent⁹. Syraci coronā deferūt ei, qui p̄ceritate corporis reliquos antecellat, atq̄ (ut quidā narrāt) cui caput sit longissimū. Stymphali, mulicrē eā in honore habēt, quæ cū pluribus uiris habuerit cōsuetudinē. Montani Massageta, in uijs cocunt. Sauromata inter pocula filias uendūt. Mazu

X sius abstinet

sius abstinet a mulierū cōgressu, nisi siquā bello cōeperit. Tibarenī, post uxoris partū, ipsi perinde quasi pepererint, reuincto capite cubāt. Apud Cecertæos opifices onera gestant, donec occurrat, qui cmat. Sidones parentes deuorāt, excepto capite, Nā hoc inaurāt. Cassiæ natos lachrymis prosequunt, defunctos gaudio. Bacchirij siquādo a morbo reualuerint, canibus se metipso obijciūt. Orgenipei, neq; domos habēt, nec animante uescunt. Sunt autē calui, non ipsi modo, uerum etiā mulieres, idq; aiunt accidere, ppter aquæ uim natiuā, quā bibunt. Thysetæ dijs ossa sacrificant, ipsi uescunt carnibus, atq; hi pfecto plurimū sapiūt, mea quidē sententia. Tauroscythæ homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo uicitant, nec ullo prætera uescunt cibo. Iberes ouium loco, canū greges alunt. Aethiopes, qui dicunt Colcēses hyænas. Quin hodie nō pauciora ingeniorū & morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accommodare sese, polypūq; piscem imitari nō minima prudentiæ pars est.

Tam in procliui, q̄ humber.

LVI

Plautus in captiui duo, Tam hoc quidē tibi in procliui, q̄ humber est, quādo pluit. Prouerbiali dictū hyperbole uidetur, quēadmodū alibi, Tam facile, q̄ uulpes Pyrum comest.

Multam syluam gestas.

LVII

Λόχμην πολλὴν φορέει, i. Syluā multā portas. Dictū in Phormionē militē quendā hirsutū, demsaq; pilorū oblitū sylua, cuius & alibi facta mentio. Quadrabit in agrestem & stupidū, cuiusmodi ferme sunt milites. Refertur a Suida.

Leonem uidere, hostium prælia portendit.

LVIII

Λέοντα ἰδῆν, δυσμενῶν δὴλοὶ μάχας, i. Cernere leones, hostium pugnam indicat. Translatum uel a somniorū cōiecturis, uel ab obseruātibus auguria. Meminit Suidas.

Larus in paludibus.

LIX

Λάρος ἐν ἔλει. i. Larus in paludibus. Suidas scribit dictitatū de ijs, qui faciles sunt ad dandū. Ductū a Laro aue, quā eandē κέπφορ appellari putant, quāq; Theodorus Gaza hanc fulicam uertit, illam gauiam. Ea quoniā facile decipit, illiciturq; proinde puerbio locū fecit.

Issa.

LX

Ἰσα. i. Issa. Prouerbialis erat acclamatio in eos, quibus. z. litera sorte cecidisset, quicq; modis omnibus essent infortunati. Hac Suidas, qui prouerbiū citat ex Melenia Menandri testatus, & alibi usurpatū apud autores. Cōiectare licet, eam literā in sortibus, inauspicatā fuisse. Martianus Capella in nuptijs philologiæ & Mercurij, testatur hanc literam innisam fuisse Appio Claudio, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

Ipsa horreo.

LXI

Quod prolixè & affatim datur, ipso horreo dari dicūt, quēadmodū, ipso canistro, ppterca, quod ex horreo plenius depromit, q̄ e chœnice. Simile illi, E dolio hauris.

In tua ipsius harena.

LXII

In tua ipsius harena. i. In tua ipsius arte. Sumptū a gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Neq; uero parū referebat horū, nota an in ignota dimicarent harena

In saltu uno, duos apros capere.

LXIII

In saltu uno, duos apros capere. Est eadem in re, duos pariter deprehēdere. Plautus in Casina, Iam ego uno in saltu duos apros capiam.

Ignis ad torrem.

LXIII

πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἔλθον. i. Ignis ad torrem ueniens, De negotio, quod raptim, facileq; conficitur, quasi cum ultro ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus, Si mile fuerit, Ignis ad Naphtham. Est autem Naphtha bituminis genus, ad quod flamma uel e longinquo transuolat.

Hippolytum imitabor.

LXV

Ἴππολύτῳ μιμήσομαι. i. Hippolitū imitabor. Diogenianus in prouerbiorū collectaneis ait dictitatū de ijs, qui statuisent pure, casteq; uiuere. Nota est fabula, uel apud Euripidē, uel apud Senecam, quemadmodū is iuuenis odio fœminei generis, Dianæ studijs sese totum addixerit, despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidē, τὸ σὺν δὲ κύνισμῳ πολλὴ γὰρ χαίρειν λέγω. i. Veneri tuæ, longum ualere renuncio.

Nihil agere.

LXVI

Suidas hūc uersiculū citat e Cratini fabula, cui titulus Horæ, καὶ ταῦτα πρῶτῳ φάσι ἀνὴρ οὐδὲν ποιεῖν. i. Atq; ista faciēs quidam ait, faciēs nihil, admonetq; subesse prouerbiū, quod quadret in eos

dret in eos, qui frustra laborent. Apud Latinos item nihil agunt, qui sumunt inanē operā, ut apud Teretiū. Cæterū hoc nihil agit. Celebraſt & illud, Satius est ocioſum eſſe, q̄ nihil agere.

Herculis Cothurnos aptari infanti.

LXVII

Herculis pſonā, aut cothurnos aptare puero, eſt minimis applicare maxima, quæ nequaquā uel congruant, uel deceant, ueluti ſiquis rem humilem oratione Tragica proſequatur. Quintilianus libro ſexto de peroratione, Nam in paruis quidem litibus, has Tragœdias mouere, tale eſt, quali ſi pſonā Herculis & Cothurnos aptares infanti. Plutarch⁹ cōmemorat Apophthegma quoddā Ageſilai, nō admodū ab hoc alienū. Cui cū Sophiſta quiſpiā hoc nomine laudaretur, quod res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit iſ uel cerdonem bonū ſibi uideri, qui paruo pedi, magnū induceret calceum, ſignificans orationē oportere cū re congruere, nō aliter q̄ ueſtis cōuenire debet corpori.

Grues lapidem deglutientes.

LXVIII

Αἱ γέραναι λίθους καταπεπωκῆναι. i. Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Ariſtophane citat, oſtendens dici ſolitū de ijs, qui ſumma prudentia gerunt negociū, Idēq; inde in uulgi ſermonem ueniſſe, quod gruibus hic mos ſit, ut quoniā admodū ſublimis uolant, magnoq; ferātur impetu, neq; poſſunt deorſum aſpicere, lapillos geſtent, quos ſiquādo fatigari cœperint inter uolandum, ex alto deijciant, quo uidelicet e cadentiū ſtrepitu percipiant, utrum ſupra terrā, an ſupra mare uolent. Quod ſi lapillus in mare deciderit, pergunt uiam. Sin in terrā, interquieſcunt. Hoc commentū uerū ſit, an friuolum, alijs expendendū relinquo. Certe Plinius libro decimo, capite uigeſimo tertio, narrat quiddā de gruibus, quod longe uero propius eſſe uideatur, nec minus arguat eius animantis diligentia. Quādo proficiſcunt, inquit, conſentiūt. Volant ad proſpiciendū alte, ducem quē ſequant, eligunt, in extremo agmine per uices qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem uoce cōtineant, excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinētes. Qui laſſatis ſomno decidens, indiſigentia ſono coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux crecto prouidet collo, ac prædicit. Haſtenus Plinius. Porro locus, quem Suidas citat, eſt in Auiſibus Ariſtophanis, ἐκ μέρ γε λιθύης ἤκου ὡς τριſ μνρίαι γέραναι, δεμελίους καταπεπωκῆναι λίθους. i. Venere gruū ter dena ferme millia, Libycis ab oris, quæ ſaxa deuorarūt Hercle ingentia.

Fortuna æſtuaria.

LXIX

τύχη εὐριπος. i. Fortuna euripus, ſiue uolubilis, quod uiciſſim nūc huic fauere ſoleat, nunc illi. De qua Bœotius, Exæſtuantis more fertur Euripi. De mari alio diximus loco.

Fores aperire.

LXX

Ανοίγει πλὴν θύρας. i. Fores aperire. Prouerbio dicebatur, qui rei cuiuſpiā ingreſſum, initiūq; patefaceret. Plinius auſculus, Obliquitatem eius intellexiſſe, hoc eſt, rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur. Indicauit hoc adagium Plutarchus in Sympoſiacon, Decade ſecunda, ελαθεε γῆ ὡς ὄριμε, τὸν κόσμον ἀντιφῶν παροιμιακῆε θύραε ἐπὶ ſταντῶ ανοίξαε. i. Imprudens Firme, mundum pro ianua prouerbiali, in teipſum aperuiſti. Fenestraſ aperire in eandem ſententiam eſt apud Terentium.

Tua res agitur, cum proximus ardet paries.

LXXI

Et hodiernis tēporibus indocto uulgo paſſim in ore eſt, tum nobis eſſe cauendū, cū uicini domus ardet. Admonet prouerbiū, ut ex alterius malo ſumamus exēplū, alienoq; periculo diſcamus noſtris rebus conſulere. Sumptū eſt ex Horatianis epiſtolis. Ecquid Ad te poſt paulo uentura pericula ſentis? Nā tua res agit, paries cū pximus ardet. Et Vergilius, Iā pximus ardet Vcalegon, Fontibus apros, floribus auſtrum.

LXXII

Dubiū nō eſt, quin ad prouerbiorū claſſem ptineat, quod eſt apud Maronē in carmine Bucolico, Eheu quid uolui miſero mihi, floribus auſtrū Perditus & liquidis immiſi fontibus apros, Vbi quis optat nocitura. Nā uetus floribus inimiciſſimus, præcipue auſter, ob uiolentiam.

E Patrocli domo.

LXXIII

ἐκ πατροκλέουε εἰχετη. i. E Patrocli domo uenit. Locus eſt prouerbialis in ſordidū. Eſt apud Ariſtophane in Pluto. Hoc adagiū alio nobis dictū eſt loco, ſed alia facie.

Octæus genius.

LXXIII

ὀτταῖοε δαιμόωμ. i. Octæus genius. Diogenianus ait hunc ferocitatē & arrogantia nō ſinere in ultam. Proinde ſimilis erit huius uſus prouerbij, qualis eſt illius, aderit Temelæus genius.

Vel hoſti miſerandus.

LXXV

X 2 Suidas

Suidas huiusmodi uerba ex autore quopiā citat, ὡς τε ἤτις παροίμιαν, καὶ ἐχθρὸν ἐλεῖσαι δε-
ασόμενον πῶς τότε πρὶπέτασθαι τὸ ἀνθρώπου. i. Ut iuxta prouerbium etiam miseraturus fuerit ho-
stis, si praesentem uidisset, hominis casum, Est autem hyperbole, Nam hostis non facile cōmou-
uetur misericordia.

Aequales calculi,

LXXVI

ἴσου ἕξφοι. i. Aequales calculi, siquādo parum abest ut cōdemnet aliquis, & tamen absolui-
tur, aut cū nutat animus, ambigitq; utram in partem se defleat, rationibus hinc atq; hinc ue-
lut ex aequo adhortātib; ac deterrentibus. Quemadmodū est apud Terentium, cum in du-
bio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sum-
ptam a prisca cōsuetudine iudiciorū, qua reus aequalibus iudicū sentētis absoluebatur, at non
citra periculum. Cur autē potius absoluēdū, q̄ damnandū reum ueteres existimarint, cum pa-
res essent sentētia, multas causas reddit Aristoteles in problemate quodam. Multis enim no-
minibus uisum est cōuenire, ut reliquis paribus, reo magis q̄ actori faueatur, Vel quod accu-
sator accedit paratus, ac praemeditatus, Reus ad multa nō prauiſa cōpellitur respondere. Vel
quod consentaneū sit reum, ut qui maiore periculo dicat, ob metū quaedam praetermississe po-
tius q̄ actorem. Vel quod in ancipiti negotio potius ad eā partē oporteat uergere, ubi si for-
te sit erratū, peccet leuius. At minus est malū absoluere nocentē, q̄ innocentē damnare, pra-
sertim in capitalibus causis, ubi si cōtingat errare iudicē, nō est quo sartiat in posterū erratum
suum, extincto iam homine. Cōtra, si elabať nocens, poterit alio iudicio poenas dare. Vel qđ
accusatio propior est suspicioni maleuolentia, q̄ defensio, quare cū in ceteris nihil appareat
discriminis, de actore potius male iudicamus, q̄ de reo. Haec & alia quaedam huiusmodi tra-
dit Aristoteles. Igitur ut tutissimo liberatur a causa, qui calculis omnibus absoluitur, ita peri-
culo proximus fuisse uideť, qui paribus calculis, iam quasi fauore quodā elabatur.

Lusciniā deest cantio.

LXXVII

Lusciniā deest cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas, mulieri defunt uerba, poe-
ta uersus, oratori color, sophistā cauillum. Nulla enim auiū aequae canora, atq; lusciniā, etiā foet-
mina, sicuti testatur Plinius libro decimo, capite uigesimonono. Sed haud fuerit alienū ipsius
uerba subscribere. Luscinijs, inquit, diebus ac noctibus cōtinuis quindecim, garrulus sine in-
termisso cantus, densante se frondiū germine, nō in nouissimū digna miratu aue. Primū tanta
uox, tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus, deinde in una, perfecta musicae scientia,
modulatus editur sonus, Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo,
nunc distinguitur cōciso, copulatur incerto, promittit, reuocatur, infuscatur ex inopinato, in-
terdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extensus, ubi uisum est, uibrās,
summus, medius, imus, Breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis tibiariū
tormentis, ars hominū excogitauit. Plautus in Bacchidibus, Ego quoq; pol metuo ne Luscini-
niolae defuerit cantio. Ego ex bono in bonū traductus sum.

LXXVIII

Εγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετένεγκα. i. Ego quidem e bono in bonū transij. Suidas indicat
dici solitum de his, qui bonū institutū, bono cōmutant. Innuit autē natū a quodam, qui ex bo-
no Citharædo factus sit poeta Tragicus. Est enim poetica musicae cōfinis arti, unde & musi-
cam artem poeticen uocauit Terentius.

Anguillam captare.

LXXIX

ἔρχεσθαι θηράσθαι. i. Anguillas uenari dicunt, qui priuati cōpendij causa, cient tumultus. Inde
ducta similitudine, quod cū aqua stat immota, nihil capiūt, qui captāt anguillas, cū uero surſū,
ac deorsum miscēt, ac pturbant aquā, ita demū capiūt. Quadrabit in eos, qbus trāquillo Recip-
statu, nihil est emolumēti. Proinde seditiōes gaudēt exoriri, quo ciuitatis publicū malū, in suū
priuatū uertāt cōmodū. Prouerbiū extat apud Aristophanē in Equitibus, οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς ἐγγυ-
λας θηρώμενοι πέποιδα, οὐ γὰρ μὲν ἢ λίμνη κατὰ σῆ, λαμβάνουσι οὐδὲν, εἰ μὴ δ' ἄνω τε καὶ κάτω
βορομ κυκῶσιν, Αἰροῦσι, καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢ μὴ τὸ πόλιμ τὰράτῃς. i. Nāq; accidit tibi, quod anguillas
aucupant. Vbi quieta stat palus, nil piscium reportant. Cōtra lutum si mouerint sursum atq;
item deorsum. Capiunt, ita ipse capis, ubi rem publicam iniquitas.

Ego faciam omnia more Nicostrati.

LXXX

Εγὼ ποιήσω ἡμῶν νικόστρατον, id est, Ego cuncta more fecero Nicostrati, pro eo, quod est egre-
gie. Nam hunc Nicostratum aiunt comœdiarum actorem fuisse talem, qualis apud Roma-
nos praedicatur fuisse Roscius. Itaq; propter artis famam in uulgi sermonem abiit. Suidas p-
uerbij titulo

uerbii titulo recenſet.

Duplex cappa.

LXXXI

Διπλοῦ κάππα. i. Duplex cappa, uelut ænigma, quo malū aliquod ſignificabāt. Siquidē gē-
minō cappa, ſcribunt κακά. Simili figura Plautus furē, trium literarū hominē appellauit.

Tria cappa peſſima.

LXXXII

τρία κάππα κάκιστα. i. Tria cappa peſſima. Iactatū & hoc olim ænigmatis uice, quo trium gen-
tium mores notati ſunt, Cappadocū, Cretenſium & Cilicum.

Temulentus dormiens nō eſt excitandus.

LXXXIII

Prouerbii ſpeciem habet, quod admonet Theognis ſopitum ebrīū, nō oportere excitari ſo-
mno. Simillimū eſt autē illi, κακόμ εἶ κέμδμορ μὴ κινῆμ. i. Malum bene conditū ne moueas. Nō
eſt refricandū odium, cui iam tēpus induxit obliuionē. Nō eſt renouandū animi uulnus, cui
iā obduci cicatrix cœpit. Theognidis carmen ſic habet, μηδ' εὐδοντ' ἐπέγαρε σιμωνίδη, οὐτίνα ἡμῶμ,
Θωρυχθέντ' ὄνω μάλακος ὑπὶ Θ' ἔχεα. i. Ne cuiq; e nobis ſomnū depelle Simonida Oppreſſum
uino quem ſopor altus habet.

Vtroq; nutans ſententia.

LXXXIII

Δίχωλοι γνῶμαι. i. Vtroq; claudicans ſententia, aut animus huc, atq; illuc uerſatilis, Sic enim
arbitror legendum, δίχωλος per o magnū, ut ſit, Vtroq; claudicantes. Nam in uulgatis libris p
o micron ſcriptū repperi. Cōueniet igit in hominē, lubricæ fidei & incertarū partiū. Reſert a
Zenodoto.

Dictum, ac factum.

LXXXV

ῤεχθῆμ ἢ περαχθῆμ. i. Dictum, ac factum. Prouerbialis figura, qua nihil in negotio procurando
prætermiſſum ſignificamus. Terentius, Dictum ac factum reddidi. Donatus in Andria indi-
cat eſſe prouerbii celeritatis, Dictum ac factum, inuenerit aliquā cauſam. Rurſum in ſeipſum
excutiante, Dictū, ac factū, huc abiit Clitipho, Sane q̄ familiaris eſt Græcis poetis, οὐτε ἔπος,
οὐτ' ἔργον. i. Neq; dictum neq; factum, pro eo, quod eſt nulla ratiōe. Homerus Iliados libro pri-
mo. εὐδλομ δ' οὐδέ τι πω ἔιπας ἐπ' ὄ, οὐδ' ἐτέλεισας. i. Nec dictum, factumq; probum ex te p̄dijt
unq;. Euripides in Hecuba, σὺ δ' ἄμῃμ μηδὲ ἐμποδῶμ γίνη, λέγουσα μηδὲ δ' ῥῶσα. i. Tu uero neq; d
obſiſtas mihi Verboe, factoue.

De grege illo eſt.

LXXXVI

De grege illo eſt, eiſdem factionis, aut contubernii. Terentius in Adelphis, At hic Her-
cule de grege illo eſt. Idem in Eunucho, Vt me in ueſtrum gregem recipiatis. M. Tullius ad
Atticum, At uellem te in tuum ueterem gregem retuliſſes. Alluſit autem ad id, quod alibi di-
ximus, ἀτιμαγελεῖμ.

Dentata charta.

LXXXVII

Dentata dicunt mordacia. M. Tullius ad fratrem libro ſecundo, Calamo & atramento tem-
perato, Dentata etiam charta res agetur. Et Seneca dentatos ſales eſſe non uult.

Daulia cornix.

LXXXVIII

Δαυλία κορώνη, Dauliam cornicē, Luſciniam uocant poetæ. Siue quod Tereus in Daulide
Phocidis cū ea uiixerit, ſiue quod illic philomena mutata ſit in auē, Nō uideo, qd ſibi uelit ada-
giū, niſi forte dictū eſt in garrulos, aut canoros. Magis aut ſuſpicor Zenodotū, ſiue Zenobi-
us is, ſiue quiſquis alius fuit, hoc prouerbii fuiſſe commentū, quo locū faceret narrandæ fabu-
læ, quod idem in nōnullis alijs ab illo factum conijcio.

Cum muſis.

LXXXIX

μετὰ μουσῶμ. i. Cū muſis, hoc eſt, Muſis bene fortunātibus, de doctis, aut ijs, quæ doctē dicū-
tur, Aut quæadmodū oſtēdit Suidas, cū illiteratus inter eruditos uiuit, ut p̄ ironiā efferat.

Amicos Tragædos æmulatur.

XC

τοὺς ἑταίρους τραγωδουὺς ἀγωνιῆτη. i. Amicos Tragædos æmulatur. Suidas e Didymo citat, ad-
dens dici ſolitū de his, qui ſeſe accōmodarent, & morum ſeueritatem ſumerent, ad æmulatio-
nem aliorum. Sumptum ab hiſtrionibus Tragædiarum, qui cum ſint leuiſſimi nebulones, ta-
men ubi deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce, geſtuq; maieltatē quādā imitant.

Aefopicus Graculus.

XCI

Λιόπαιος κολοιδε. i. Aefopicus Graculus, Dicit, qui aliena ſibi uſurpat, aliorūq; bonis ſeſe uen-
ditat. Uſurpat Lucianus in Pſeudologiſta. Horatius, Moueat cornicula riſum furtiuus nudata
coloribus. Extat Apologus inter alios, qui Aefopi nomine circumferunt.

Aries cornibus laſciuens.

XCI

X 3 κριός ἀσελγος.

κρίος ἀσελγοκέρως. Diogenianus ostendit conuenire in magnos, ac lasciuos. Pruriūt cornua arietibus bene pastis, quod idē accidit bubus. Vergilius, Iā cornu petat, & pedibus, qui spargat harenam, uitulam lasciuientē indicans.

Ductus per phratores canis.

XCIII

Αγόμενος διὰ φρατῶρων ὁ κύων. i. Ductus per phratores canis. Vbi quis inciderit in eos, quibus poenas det. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, uniuscuiusque tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic praefectus φρατρίαρχος. In Comitibus igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur a populo.

Calabri hospitis Xenia,

XCIII

Prouerbum subesse uidetur in his Horatii uersibus, quos scripsit in epistolis, Nō quo more Pyris uelci Calaber iubet hospes. Tu me fecisti locupletem, uescere sodes. Iam satis est, at tu quantū uis tolle, benigne. Non inuisa ferēs pueris munuscula paruis. Tam teneor dono, quā si dimittar onustus. Ut lubet, hāc hodie porcis comedenda relinques. Itaque Calabri hospitis munera recte dixeris, rusticana, leuiaque, quaeque magis onerent accipientem, quam iuuent, aut quae donant cōtempta. Siquidē Calabri, quod Pyris abundant, cōsueuerūt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, bellariorū uice domū auferre iubent. Quod si recuses, eadē porcis obijciunt. Atqui istud haud est dare munus, sed abijcere. Is dat, qui demū simul & precium muneris expendit, quod largitur, & eius meritū, quē eo donat.

In hostio formosus.

XCIV

Ἐμ δύρα καλός. i. In hostio formosus. De ijs, qui adaman, uulgoque gratiosi habent. Sumptibus a ueterum consuetudine, qui formosorum, aut amasiorum nomina, arboribus, folijs, ac parietibus inscribebant, ὁ δ' ἔνα καλός. Ad id alludens Aristophanes in Vespis, καὶ νῆ δ' ἄμ' ἴδ' ἢ γέπου γεγραμμένον ἔμ πυριλάμπουε ἐμ δύρα δῆμον καλόν, ἰώμ παρεγχαφε πλοκίσου κημός καλός. Idē, ἐμ ἀκαρνεύσι. Ἐμ τῖσι τείχεσι ἔγραφοι ἀθηναῖοι καλοί. Interpres Distichon hoc citat ex Callimacho, ἀλλ' ἴν' δ' ἰ φίλλοισι κεκομμμένα τάσσα φέροιτε γραμματῆα, κυδ' ἴπ' πηρ' ὡς ἔρεουσι καλήμ. Id imitatus Maro, Te peris, inquit, incidere amores Arboribus. Crescent illae, crescetis amores.

Caput scabere, & consimilia.

XCVI

Caput scabere, ungues arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutado, cuius poeniteat, secum agitantis. Vnde trahuntur in usum prouerbialē. Horatius libro primo Satyra decima. Sed ille, Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum. Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra. Perfectum traheretur, & in uersu faciendo. Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet ungues. Sæpe stilum uertens, iterum quae digna legi sint. Scripturus. Id imitatus Persius, Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues. Idem alibi. Crudū Charesstratus unguem arrodens, ait hoc. In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiam. In altero describit adolescentem, de mutanda antea cetera uitae ratione cogitantem.

Caricus hircus.

XCVII

καρικὸς ἔραγος. i. Caricus hircus. Diogenianus indicat dictitatum de uilibus & contemptis. Carum populus, quod passim in bellis mercenariam locarent operam, ceu uili uita, in cōtempus prouerbum abierunt, unde & Plato καρικὸν ἀνθρώπιον. i. Caricum homuncionum dixit, pro uili nihilique.

Bullata nugæ.

XCVIII

Ventosa atque inania bullata dicuntur. Sumpta metaphora, παρα τῶν πομφολύγων, de quibus alias dictum est in prouerbio, Homo bulla. Persius, Bullatis, ut mihi nugis Pagina turgescat. Bullatas nugas appellans inanem perstreptentium uocum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiae. Horatius nugas canoras uocauit in arte poetica. Quam uersus inopes rerum, nugaeque canorae.

Bolus ereptus e faucibus.

XCIX

Bolus e faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quae iam propemodum tenebatur, praeter expectationem subito praeripitur. Terentius in seipsum excrutiente, Crucior bolulum tantum mihi esse ereptum subito e faucibus. Bolum autē dixit, quod Graeci uocant βλωμόν. Metaphora per se liquet.

Bene sit.

C

καλῶς ἔσω. i. Bene sit. Ominis uox, cū quis rem quam piā nouam & arduam auspicaret, ut in testamentis, praefabant, τὸντο καλῶς ἔσαι. i. Hoc bene erit. Sed siquid acciderit humanitus. Itē in contionibus

in contionibus, Quod faustum felixq; sit. Id futurum est falsius, si per ironiam proferatur de re ridicula, nulliusq; momenti, perinde quasi maxima. Quemadmodū Perlius de diuite auro cadum resignaturo. Hoc bene sit. Frequens est apud autores bene uertat, & male uertat. Vergilius in Bucolicis, Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hedos. Et dii bene uertāt, quod agas. Seruius Grammaticus existimat hanc figuram mutuo sumptam ab Hectore & Aia ce. Quorum utriq; suum munus in perniciem cessit.

CHILIADIS TERTIE CENTVRIA SEPTIMA.

Scarabeus Aquilam quærit.



KΑνδραῖο ἀετῖν μαίεται. i. Scarabeus aquilam quærit. Cum imbecillior, atq; impotentior, mali quippiam molitur, struitq; insidias inimico longe potentiori. Est & altera lectio, atq; ea meo quidē iudicio uerior, ὁ κἀνδραῖο ἀετῖν μαίενετη, id est, Scarabeus aquilæ obstetricatur. Sēsus ferme idem est, siue legas μαίεται, siue μαίενετη. Competit enim in humilē & imbecillum, qui uiribus lōge præpollenti, maliciosus insidijs, & clancularijs dolis perniciem machinatur. Aristophanes in *Lystrata*, ὑπερχολῶ γὰρ, ἀετῖν τίκτηντα κἀνδραῖός σε μαίεύσσομαι. i. Supra modum em̄ irascor. Aquilā parientem scarabeus te uestigabo. Super hac re fertur Apologus quidam apud Græcos non inelegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, cum ait in Icaromenippo fabulatū fuisse Aesopum, quemadmodū aliquando scarabei & cameli cœlum conscenderint. Porro de Scarabeo & Aquila Apologus, ad hunc habet modum. Est iam olim aquilarum generi, cum uniuersa Scarabeorum gente, uetus atq; antiqua simultas, ac bellum prorsus internicinum, planeq; quod Græci solent dicere, ἀσπονδῖο πόλεμο, Nam odio dissidēt plusq; Vatiniano, adeo ut ne Iupiter quidem ipse, ὄου κρᾶτῖο ἔξι μέγισοι, & qui totum nutu tremefactat Olympum, rem inter eos componere, ac dissidium finire potuerit. Si modo uera narrant Apologi. Deniq; nihilo magis inter eos conuenit, q̄ hodie quoq; conuenit inter deos istos aulicos, & humilem obscuramq; plebem. Sed crit fortassis, qui Aesopicarum fabularū rudis & ἀνίκο ἀμύρεtur, quid tandem negocij sit cum aquila scarabeo, Quæ cognatio, quæ uicinitas, quæ affinitas usq; adeo dissimilibus intercedat. Nam inter hos potissimū dissidia solent oriri, præsertim inter principes. Ad hæc, quæ nam tam atrocis odij causæ. Postremo unde tantū animorū scarabeo, ut cum aquilarum populo bellum suscipere non dubitarit. Rursum, qua cōtumelia tātopere fuerit offensus aquilæ θυμὸς ἐγρήνωρ, ut hostem tam humilē non cōtempserit, ac suo uel odio iudicarit indignū. Videlicet argumentū ingens, longa est iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, q̄ ut humana facundia queat explicari. Quod si musæ, quæ grauata non sunt olim Homero dictare, βαῖτραχομνομαχίαν, mihi quoq; relicto tantisper Helicone, dignent̄ ad esse, rerum summā, pro uirili conabor exponere. Quid enim tam arduū esse possit, quod illis auspiciis non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior, priusq; ad ipsū negocij caput ueniam, ducis utriusq; mores, formā, indolem, ingeniū, q̄ potero paucissimis pstringam. Primū igitur illud succurrit, admirari, quid Romanis uiris alioqui sapiētibus uenerit in mentē, qui cum huius alitis symbolo, sese præter cæteras nationes iactent, ac dijs pximos ducant, Cuncq; huius auspicijs tot uictorias reportarint, tot egerint triumphos, tantū abest, ut benemeritæ gratiā referant, ut nō tolerāda etiam afficiant cōtumelia. Nam auem unam omniū maxime masculā, & inuicti roboris, emasculant, euirantq; ac p̄p̄modum Tiresiam reddūt, ipsi nō admodū mares. Siquidem apud Græcos, plane mas est ἀετὸς, idq; ni fallor, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominūq; deumq; regnū in aues uagas pmisit expertus fidelē Iupiter in Ganimedē Flauo. Tum ei, qui cæteris dijs procul abissentibus, solus irato Ioui, trifulca tela porrigat, nihil etiam prouerbio deterritus, πόνρω δῖός τε καὶ κεραινοῦς. Neq; uero sine graui ratione factum arbitror, ut inter tam multas auium nationes, tamq; numerosas tribus, aquila potissimū sit uisa idonea, cui non solū auium φρεῖται, uerum etiam senatus populusq; poeticus, suffragijs omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auis iudiciū attinet, in hanc partem plæræq; propendebant, ut pauoni rerum summā cōmitterent. Nam huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuiq; plane regio, regnū deberi uidebatur. Ac prorsum in hanc sententiā itum fuisset, nisi quædam longo reꝝ usu callidæ, cuiusmodi sunt cornices, coruiq; perpendissent, futurū, ut si pauonē rebus præfecissent, eueniret quod cōplu-

res iam annos in monarchis nostris uidimus, nimirum ut solo nomine strepituq; regē ageret, aquila nihilo secius, uel sine populi suffragiis, regnum gereret. Caterum poetas uiros sapientissimos illud arbitror perspexisse, non alia magis imagine regū mores ac uitā, effingi potuisse, Loquor de plariscq; nostrorū temporū principib⁹. Sed paucis si uidetur, hinc atq; hinc cōtentionē admoueamus. Iam primū siquid ominis est in uocabulo, ut certe est, apte pfecto Græcis ἀετός dicitur, παρὰ τὸ αἰώσω, quod est propemodū rapior impetu, & cōcitus feror. Quædam aues natura placidæ sunt, ac mites, tum quæ feræ sunt, tamen arte cultuq; cicurant, ac mā suescunt. Sola aquila, nec est habilis ad ullam disciplinā, nec ullo studio potest māsuescere. Tā tum impetu naturæ præceps fertur, & quicquid ualde libuit, idē postulat sibi licere. Libet ne spectare pullum animo uere aquilino? Graphice depinxit Horatius, Qualē ministrū fulminis alitem Olim iuuentas & patrius uigor Nido, laborū propulit inscium, Verniq; iā nimbis remotis Ventī, pauentē, mox in ouilia Demisit hostē uiuidus impetus Nunc in reluctantes dracones Egit amor dapis atq; pugnæ. Philosophorū est moderari affectibus, ac rationis ductum in omnibus sequi. At nihil est uiolentius aure tyrāni, cui illud semp in p̄mptu, Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratiōe uoluntas. Deinde cū sex, opinor, aquilarū genera cōmemorētur, tamen illud inter omnes cōuenit, quod rostro sunt uehementer adunco, nec minus adūcis unguibus, ut uel ex ipso corporis habitu possis intelligere, carniuorā esse auē, quietis ac pacis inimicā, pugnis, rapinis, ac prædatiōibus natā. Et quali parū sit carniuoras esse, Sūt & quæ ossifragæ dicātur, & sint. Sed hic protinus tacite mihi dicis optime lector, quid hæc imago ad regē, cuius propria laus est clementia, cūq; plurimū possit, nulli tamē uelle nocere, ac solū aculeo carere, seseq; totū in populi sui cōmoditates impendere, adeo ut Niloxenus ille sapiēs rogatus, quid esset utilissimū, responderit rex, Id esse propriū ueri principis indicans, ut quantū in ipso sit, nemini noceat, prosit omnibus, sitq; magis optimus q̄ maximus. Quantū nō alia ratione potest esse maximus, nisi ut sit q̄ optimus, hoc est, beneficentissimus in omnes. Equidē exemplar laudo non inscite depictū a philosophis, & haud scio an cuiusmodi principes administrant rempublicā in urbe Platonica. Verū in annalibus uix unū aut alterū reperiās, quem ausis cū hac imagine cōponere. Porro si

Age si quis mihi iā physionomos nō omīno malus, uultū ipsum & os aquilæ diligentius cōtēplet, oculos auidos atq; improbos, rictum minacē, genas truculentas, frontē toruam, deniq; illud quod Cyrum Perfarū regē tantopere delectabat in principe γρυπόμε, nōne plane regiū quoddā simulacrū agnosceret: magnificum ac maiestatis plenū? Accedit huc & color ipse funestus teter & inauspicatus, fusco squalore nigricās. Vnde etiā quod fuscū est ac subnigrū, aquilū uocamus. Tum uox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille, querulusq; clangor, quē nullū animantiū genus nō expauescit. Iam hoc symbolū p̄tinus agnoscit, qui modo periculū fecerit, aut uiderit certe, q̄ sint formidādæ principum minæ, uel ioco prolata. Et quantopere contremiscant omnia, quoties huiusmodi uox intonuit aquilina, εἰ δέκε μὴ δώωσῃ, ἐγὼ δέκεμ ἀντὶς ἐλωμαι ἢ περὶ, ἢ αἰάντος ἰὼμ γέρας, ἢ ὀδυσσῆος. Αἴω ἐλωμ ὀδέκεμ κεχολώσεται ὄνκεμ ἰκωμαι, Aut illa nō minus βασιλική, μὴ νύτοι οὐ χραίσμωσῃ, ὄσοι θεοὶ εἰσὶ ἐν ὀλύμπω, Αἰσομ ἰόνδ, ὅτε κέντοι ἀάπτες χρεαα, ἐφείσω. Ad hunc inquā aquilæ stridorem ilico pauit omne uulgus, contrahit sese senatus, obseruit nobilitas, obsecundāt iudices, filēt Theologi, assentant iurecōsulti, cedunt leges, cedūt instituta, nihil ualet, nec fas, nec pietas, nec

tas, nec humanitas. Cūq; tam multæ sint aues nō ineloquentes, tam multæ canoræ, tamq; uariæ sint uoces ac modulatus, qui uel saxa possint flectere, plus tamen omnibus ualet inluauis ille & minime musicus unius aquilæ stridor. Quāq; est unū aquilarum genus, quod impense placuit Aristoteli, fortassis ob id, quod talem optarit pullum suū Alexandrū, haud multo minus prædabundū ac uorax, at paulo tamen tum modestius, tum taciturnius, & omnino plusculum habēs humanitatis, quippe quod pullos etiam suos educet. Nam cæteræ faciūt quod impij solent parentes, qui fœtus suos exponunt, cum tigrides etiam catulos tollant suos. Atq; eam ob causam γνήσιον appellant, quasi germanū ac uere ingenuū dicas. Vidit hoc gen^o Homerus, & oculis captus. Nam μελάνωτον appellat, ac κροδοντιών. i. nigro tergo, ac uenatricē, uidelicet epithetis aptissime quadrantibus in principum uulgas. At nostrū aliquot, quanto per Iouem γνησιώτεροι, ac prope dixerim plusq; aquilini, qui cum dijs proximi sint, ob sceptrū ac maiorum imagines, tamen aliquoties plebeis etiam homunculis blandiri quoq; possunt, ac prope dixerim, parasitum agere, modo prædæ spes nō sit aspernandæ. Iam & uiuacem esse aquilam, ab autoribus proditum est. Ea tamen cum ad extremā peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit, nisi sanguinem, cuius suctu uitam omnibus inuisam prorogat, nimirum rostro super ore adeo increſcente, ut carnes depalci nō possit. Atq; hinc ortum est adagiū illud notissimū, αἰετοῦ γῆρας; in senes ætate uinosiores, cum alioqui omne ferre genus hoc auium, quibus adunci sunt ungues, aut nō bibant omnino, aut certe perq; raro, Siquidē Aristoteli credimus. Et tamen hæc si quando bibunt, aquam bibunt. Sola aquila sanguinem sitit. Ergo rostro intorto natura certe nō semper nouerca, reliquis animantibus utcūq; consuluisse uidetur, & inexplibili uoracitati modū aliquem imposuisse. Quemadmodū & hac ratione prospexit, quod nō sinat aquilam oua parere, plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atq; adeo si Musei uersiculo credimus, quem testem adducit Aristoteles, Excludit binos, edit terna, educat unū. Atq; per hos ipsos dies, quibus incubat, Incubat autem ferme tricenos, naturæ prudentia cibū illis negauit, inuersis interim & unguibus, ne uidelicet omnī ferarum fœtus raperetur. Itaq; per id tempus pennæ albescunt inedia. Atq; hinc odium in fœtus proprios. Verum hoc in nostris aquilis optare magis licet q̄ cernere, q̄bus omnino nullus est cōpilandæ plebis, neq; finis, neq; modus. Nam & ætate crescit exigendi sitis, & nūq; incumbūt grauius, q̄ cum pullus exclusus est. Tum uero populus alio atq; alio feritur munere. Super hæc omnia, plurimos hostes opposuit uni. De quibus mox dicturi sumus. Atq; hanc naturæ sollicitudinē mirari desinet, cui psuasum sit esse uerum, quod scripsit Plinius, prodigiosum quidē illud, & haud scio, an uel Democrito autore credendum, infatiabilis auiditatis argumentū, etiam si ceu cōpertū & confessum narrat Plutarchus, autor cum primis grauis, Nempe aquilarū pēnas quoq; si cæterarū auium plumis admisceantur, eas deuorare, ac paulatim extenuatas cōficere. Tanta uis natiuæ rapacitatis. Equidē arbitror idem euenturū, si tyrannorū ossa cū plebeiorū ossibus cōmisceantur, ne sanguinē quidē magis misceri posse, q̄ Aegithi & Flori. Iam mihi num illud satis quadret in quoldā principes, uide. Aquilarū unicum par, magno ad populandū tractu indiget, nec alterum in p̄p̄inquo prædonem esse patiuntur, itaq; spatia determinant. Porro nostris aquilis, quæ nō angusta ditio: Quā immēsum usq; propagandi regni studium? Quāta cum finitimis aquilis, aut miluijs de regni, hoc est, de prædandi terminis digladiatio? Verū illud fortasse nō perinde cōgruit, quod auis hæc tantopere rapax, nō tamē prædatur in proximo, uidelicet ne uices iniuriarum, in suū aliquando caput retorqueatur, Sed e longinquo magis prædas in nidum cōuehit. Cum interim tyranni nec ab intimis temperent, nec a maxime cognatis ac domesticis rapaces abstineant ungues, imo hoc quisq; magis sit obnoxius periculo, quo principi ceu Ioui ac fulmini propior. Atq; insitam hanc & a parentibus ingenitā rapiendi famē, non nihil auget & educatio. Quandoquidē aquilam ferūt pullos uix dum satis uolucres, ad prædandum e nidis extrudere, quo statim & a teneris, ut aiunt, unguiculis consuescant, rapto, suisq; ipsorū unguibus uiuere. At in plerisq; principibus, deū immortalē, q̄ multi accedūt ad rapacitatē stimuli, præter corruptissimā educationē, tantū assentatorū examē, tot officiales per diti, tot corrupti cōsultores, tot stultissimi familiares, tot nequissimi cōgerrones, qui publicis incōmodis uel gratis delectantur. Adde his fastū, uoluptates, luxū, delicias, q̄bus nullæ rapinæ satis esse possint. Adde stulticiā & imperitiā, qua nihil intractabilius, si cū felicitate copuletur. His itaq; rebus, cum uel benignissima corrumpi queāt ingenia, qd censes futurū, si hac ad audā & improbā naturā, uelut oleū ad caminū accesserint. Sed parum βασίλικως erat instructa

aquila

aquila, si tantū ad uncō rostro, si tantū ad uncis unguibus ad prædandū esset armata, nisi additi fuissent oculi. plusq̄ lyncei, & nec ad clarissimū solem cōniuentes, quo quidem experimēto foetus suos, an legitimi sint, explorare dicuntur. Itaq; prædam quæ e longinquo speculantur, quam destinant inuadere. Quāq; auium regi bini dūtaxat sunt oculi, rostrum unicū, ungues pauci, uenter item unicus. At nostris aquilis, papæ, q̄ multæ sunt Coryceorum aures, quot exploratorum oculi, quot officialium ungues, quot præfectorum rostra, quot iudicum & aduocatorum uentres, fame prorsus inexplebili, ut neq; satis esse quicq̄, nec tutum ab his esse possit, ne ea quidem, quæ in intimis penetralibus, aut abditissimis etiam scrinijs sunt abstrusa. Verum tamen esset eadem fortassis aliquanto minus noxia, nisi ad arma dotesq; corporis astus accederet ingenij, hoc est, nisi nocēs per se ferrum, ueneno tingretur. Ungues suos quoties ingreditur, contrahit, ne uidelicet aciem deterat, minusq; ualeant in prædādo, id quod habet cum leonibus cōmune. Neq; quemuis impetit, sed eum dūtaxat quo se credat uiribus esse superiorem. Neq; se repente præcipitem dat in terram, more caterarum, cum prædam appetit, sed sensim demittit, ne impetu illisa offendatur. Ne leporem quidem (Nam hunc maxime petit) aggreditur, nisi uiderit in plana descendisse. Neq; quouis grassatur tēpore, ne quis opprimat fatigatam. Sed a prandio ad meridianum ad prædādū prouolat, reliquis horis ociosa sedet, donec hominū cōuētū fora cōpleantur. Tum quod occiderit, non inibi statim deuorat, ne quis subitus hostium incursus, incautā deprehendat in præda. Sed exploratis prius ac subinde resectis uiribus, prædam in nidum, uelut in castra deuehit. Nam quibus artibus cœruū præstantiorē capiat, mox dicitur. Illud in primis memorandū ingenij documentū, testudinē raptam, ex alto, speculata locum idoneū, in saxum aliquod demittit, ut ad eum modum rupta testa, carne uelci possit. Quāq; in Aeschilo parum aquilinis fuit oculis, cum in huius albicatem caluariam, saxum esse rata, demissa testudine, miserum occideret. Ut uel ob hanc unā causam, optimo iure poetis omnibus cōueniat inuisam esse. Atq; id quidem nunc assidue ueluti suo iure facit. Cæterū primitus testudinem dolis ad id pellexit, dum psuadet illi futurū, uti sua opera, uolandi artem p̄disceret. Atq; hac spe sublatam in altum, deiecit in saxum. Ut illius calamitatem tyrānico more uerteret in suas delicias. Atqui si quis secum perpēderit, q̄ uarijs artibus, quot technis, quot machinis, quot præstigijs, improbi principes instructi sint ad expilandam plebem, questuosis legibus, multis, fucatis titulis, simulatis bellis, delationibus, affinitatibus, indignam p̄modum fatebitur aquilam, cui regni nomē tribuatur. Superest, ut cū quibus potissimū hostibus huic generoso prædon, ires sit, paucis exponamus. Nam uerum est illud, quod puerbjs dicit, Aquilam nō captare muscas, nec aspicere Thriptas. Negligit, siqua præda uideatur regijs unguibus indigna, nisi si quæ sint cognatæ Vespasiano, cui uisus est lucri bonus odor ex re qualibet. Sunt em̄ & degeneres aquilæ, quæ piscatu uiuunt, & quas non pudeat cadauer alienū tollere. Sed quæ generosiores sunt, ueluti tyranni, quædam piratis ac latronibus cōcedunt, a quibus (ut nobilis ille dixit pirata) nihil differunt, nisi quod ipsi maiore classe, maioreq; manu, magnam orbis partem suis diuexāt latrocinijs, minutulas illas prædas accipitibus ac nisis relinquentes, cum quadrupedibus belligerant, nec id sane sine periculo, nec rursus citra uictoriæ spem, sicuti strenuo duce dignū est. Atq; in his leporem potissimū, ut dixi, uenat aquila, unde & leporariæ cognomē additū uni generi, perinde quasi ducē Britannicum, aut Germanicum appelles. Neq; contemnit imbellem hostem, sed esculentum, ut etiam si parum gloriæ ueniat ex uictoria, non parum tamen auferatur emolumentum. At fit aliquoties, ut cum maxime leporem captat, tum maxime capiatur, ic̄ta penato saculo, dicatq; p̄ uerbum, quod illi ferimus acceptum. τοῖς ἰσίοις πέρτοις ὑναποθνῆσκω. Audet & cum ceruo cōstingere. Inferior tamē futura, nisi uulpinam adderet pellem. Nam astu supplet, quod uiribus est diminutū. Cōmissurus cū hoste, prius in puluere uolutat sese. Deinde cornibus insidēs ceruinis, puluerem pennis collectum, in oculos spargit, alis ora uerberans, donec exoculatū in rupes det præcipitem. Sed est eidem acrior, multoq; magis anceps cum dracone pugna, etiā in aere. Draco maleficis artibus oua consecratur aquilæ. Illa uicissim hostem ubicūq; uisum rapit. Nam quod illi cum uulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur, quisquis cogno- rit, q̄ olim regaliter illam acceperit. Inierat cum uicina necessitudinē, cumq; incubāti partus deesset, p̄xime catulos in nidum sustulit. Reuersa uulpes cum spectaret indignam suorum laniationē, quod unū poterat, testata deos est, atq; inter hos præcipue Iouem *Ὀλιγορ* amicitia uiolatæ uindicem. Et audisse uidetur ista uota deus aliquis. Pauculis post diebus euenit, ut aquila prunam

la p̄tunam carnibus e sacrificio raptis hærentem, in nidum deuexerit. Imprudens igit̄ absente aquila, igni paulatim uentis excitato, nidus conflagrare cœpit. Pulli territi, præcipites se dedere, nimirū adhuc inuolucres. Vulpes delapso excipit, & in cauū delatos deuorat. Ac post id quidem temporis, nihil omnino cōuenit, inter aquilā & uulpē, quanq̄ id quidem nō mediocri uulpinæ gentis malo. Quo tamen haud scio an dignæ uideri debeant, quæ quondam leporebus *συμμαχίαν* aduersus aquilam petentibus, auxilium negarint, ut refertur in annalibus quadrupedū, ex quibus Homerus *βατραχομνομαχίαν* est mutuatus. Iam uero acre dissidium est, & cum uulture, uelut homotechno, & edacitatis emulo, tametsi hoc quidē nomine, ut crudelior, ita & generosior aquila, quod non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauitā, alienis insidit cadaueribus. Nam sicut iure habet exosam, quæ miris artibus aquilæ oua frangere studet. Pugnat & cum ardeolis, quod hæc auis unguibus freta, non uereatur eā aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, ut in conflictu emoriatur illa. Neq̄ uero iam mirū, quod illi parū cōuenit cū oloribus, aue nimirū poetica, illud mirū, ab ijs sæpenumero uinci tã pugna cœ beluam. Nec admodū gratū esse consueuit poeticū genus male sibi conscijs monarchis, ut poteliberū, & loquax, quodq̄ cū Philoxeno in lapidicinas reduci malit, q̄ silere. Nam siquid dolet, id chartis illinunt atris, & regū mysteria ad ipsos etiā posteros euulgant. Nec cum gruibus satis conuenit, opinor, ob id, quod illis impendio placeat Democratia, uehemēter inuisa monarchis. A quibus tamen ingenio superantur. Etenim cū grues e Cilicia demigrantes mōtem Taurū aquilis plenū parant transmittere, ingentibus lapidibus, quo uocem cohibeant in os sumptis, noctu tacite trāsuoiant, atq̄ ita deceptis aqlis tuto trañciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo (nam id est aui nomē) similtas intercedit, non ob aliud, ut autumat magnus ille deambulator, nisi quod huic quoq̄ regis ac *βασιλοφύρον* nomen tribuitur. Idq̄ potissimū apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorem, extremo p̄sequitur odio. Quāq̄ non is hostis est, cuius uires metuat aquila. Nam Trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamē & ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit sese, ut quamuis a potentiore facile capi non possit. Quin olim cū certamen uolandi cum aquila suscepisset, uicit astu magis quam uiribus. Deniq̄ cum Cybindo bellum gerit internicinum, adeo ut sæpenumero cohærentes prendantur. Est autē Cybindus nocturnus accipiter. Nec tyrānis est ullū hominū genus magis inuisum, quam horū qui a uulgi sententia longe lateq̄ dissentientes, nimiū acute cernūt per tenebras. Sed an non egregie stultus sim, si omnes eius hostes percensere pergam, quæ cum nullo non gerat bellum? Atq̄ in reliquis animantiū ordinibus, alijs cum alijs partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos uulpes, attamen coruū habet amicū, cuius auxilijs aduersus Aelalon auem, catulos suos diuexantē adiuuatur. Eidē bene conuenit & cū serpentibus, cum æque cuniculis gaudeant. Crocodilus hostē habet Ichneumonē, sed est cum Trochilo familiaritas, adeo ut illi liceat uel in ipsas beluæ fauces impune penetrare. Vni aquilæ, cū nullo prorsus animatē, nec amicitia, nec affinitas, nec sodalitas, nec consuetudo, nec fœdus, nec induciæ, hostis est omnibus, & neminē non habet hostem. Siquidē non potest non omnium esse hostis qui omnium malo uiuit ac saginatur. Proinde sibi conscia, non nidulatur in plano. Sed in præruptis & excelsis rupibus, aliquoties & arborib⁹, sed præaltis uidelicet, tyrannicū illud secū uolens oderint, dum metuant. Proinde cum Ciconiæ sacra sint Aegyptijs, adeo ut occidisse sit capitale. Apud Romanos sacri Anseres. Miluijs apud Britannos nemo noceat. Suibus parcant Iudæi. Nec Delphines uenabatur antiqui, neq̄ lædere fas erat. Sed siquid in uenatu peccassent, pauculis modo plagis puerorū more castigabantur. At in aquilas ubiq̄ gentium eadem est lex, quæ in lupos & tyrannos, ut præmiū sit, qui cōmunē omnium hostē occiderit. Ergo nec amat ullum, nec amatur ab ullo animante aquila, non magis profecto q̄ mali principes, q̄ magno reipublicæ malo sibi gerunt imperiū. Fortasse priuatorū sunt affectus istiusmodi. Magni satrapæ, usq̄ adeo sunt ab his alieni, ut nec liberos ament, nisi emolumentī causā, sæpenumero suspectos habeant & inuisos. Leonem animal tam immane retulisse gratiā, homini de se benemerito, & uitam dedisse, a quo pedis sanitatē acceperat, prope creditum est ab omnibus. Draconē seruasse nutriciū suū, & ad agnitam uocem accurrisse, credunt pmulti. Quin & aspidem, ad mensam cuiusdā quotidie uentitare solitā, ubi sensit ab uno catulorū suorū hospitis filiū interemptū, eum occidisse, uiolatiq̄ hospitij pœnā & de suo partu sumpsisse, neq̄ præ pudore deinde in eas ades reuersam, retulit Philarchus, neq̄ defunt, qui credant, scribendū existimauit Demetrius Physicus, recensendū Plinius. Item Pantheram ob catulos eductos e fouca, hominē

fouea, hominē officiose produxisse, donec egressus solitudines in uiam publicā redisset. Aristophani grāmatico puellam Stephanopolidē adamanti, riuālis erat elephantus. Eamq; rem, ut omnibus notissimā, & omniū sermone celebratā retulit Plutarchus. Apud eundem Draco qui spīā perditē amat puellā Aetolidem. Nam delphinū erga homines amor, erga Arionē seruatū, erga Hesiodū in litus deuectum, & uirginē Lebiā cū amatore seruatā, erga puerum uerū & reuectū officiū, propemodū in confesso est. At uirginē ab aquila adamatā, nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddā huius, & in homines odiū, uel hinc colligas licebit, quod Prometheo, deorū omniū *Ὀλιγαθροποσίτω* addita sit in caucaso carnifex. Et tamē in tā multis uitijs est, quod laudare possis. Minime bibaces sunt, minimeq; salaces, quæ maxime sunt rapaces. Nam quod Ganymedē rapuit aquila, Ioui rapuit, non sibi. At uideas nō uollos nostros *ἀετούς*, qui sibi rapiant, nec unū Ganymedē, sibi uirgines, sibi matronas abducant, ut hac parte propemodū intolerabiliores sint, q̄ rapinis, quibus maxime sunt intolerandi. Ergo cū innumerabiles sint auīū species, atq; inter has, aliæ plumarū opibus ac picturis admirandæ, sicuti pauones. Aliæ candore niueo insignes, ut olores. Aliæ contra decenti nigrore lucentes, ut corui. Aliæ corporū proceritate præminentes, ueluti struthiones. Aliæ fabulosis etiam miraculis celebres, ut phœnix. Aliæ foecunditate cōmendatæ, uelut columbæ. Aliæ gratæ lautorū mensis, ut perdices, ac phasiani. Aliæ loquacitate iucundæ, ut psitaci. Aliæ cantu mirabiles, ut lusciniæ. Aliæ fortitudine animi præstantes, ut galli gallinacei. Aliæ delicijs hominū natæ, ut passeruli. Tamen ex uniuersis, una aquila uiris tā sapientibus idonea uisa est, quæ regis imaginē representet, nec formosa, nec canora, nec esculenta, sed carninora, rapax, prædatrix, populatrix, bellatrix, solitaria, inuisa omnibus, omniū pestis, quæ cū plurimum nocere possit, plus tamē uelit, q̄ possit. Nec alio iudicio leoni mādātū est regnū inter quadrupedes, quo nō alia belua, nec imanior, nec putidior. Canes cū ad multa sūt ului, tum ad hoc præcipue, quod pro rebus hominū excubias agunt. Boues agricolantur. Equi & elephanti belligerant, Muli & asini gestandis oneribus sunt utiles. Paralitur simia. Draco uel hoc utilis nomine, quod usum marathi monstrat ad oculorū aciem acuendā. Leo nihil nisi tyrannus, hostis ac deuorator omniū, nec nisi uiribus ac metu tutus, planeq; regiū aīal, quæ admodū & aquila. Quod uidentur perspexisse, qui nobiles illos clypeos leonibus q̄ maxime hiantibus & explicatis ad prædam unguibus insigniunt. At plus apparet uidisse Pyrrhum, qui sese aquilam uocari gaudebat, q̄ Antiochum, qui accipitris cognomine delectabatur. Sed minus iam mirū leonē in quadrupedum genere regnare, cum dñs etiam poeticis, Iupiter administrando regno potissimū uisus sit idoneus, impius exacto patre, incestus sororis coniugio, tot stupris, tot adulterijs, tot raptibus adornatus, & post hæc *κυανέοις ὄφρῦσι, καὶ φολλέωντι κεραιωτῶ* territans uniuersa. Nā apum politiam in qua uni regi non licet gestare aculeum, etiam si laudatur a multis, nemo tamen imitatur, non hercle magis q̄ Platonis. Sed ad aquilam redco, cui ob dotes, quas cōmemoraui, tam *βασιλικάς*, ob tam egregia, in omne animantium genus merita, senatus populuscq; poetarum, magno consensu decreuit. Primū, ut rex omniū, atq; etiam *θεῶν*. i. diuus appellaretur. Deinde satis honestum inter sydera locum dederunt, ac stellulis aliquot insignierūt. Postremo munus inter cœlites honorificū mandarunt, ut solus arma ministret irato Ioui, quibus orbem cōmouet uniuersum. Quoq; id impune possit, illud quoq; tribuerunt, ut una animantiū nec metuat fulmen, nec lædatur a fulmine, sed h̄sdem oculis fulmen emicans obtueatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissimi Romani, ut in legionū suarū uexillis, primas teneret aquila, essetq; uexillorū ipsorū ceu uexillifera, posthabitis etiā lupis, Romanæ gentis nutricijs, posthabitis Minotauris, & apris, non extremæ rapacitatis beluis, posthabitis deniq; & equis. Nam his quatuor animātibus insignita uexilla, quondā aquilam sequebantur. Paulo post, nec comites eos est passa, sed illis in castris relictis, ipsa sola pdibat in prælium. Hanc inquam unam dignam censuerunt, quæ totius orbis monarchæ, sceptrā, signa, clypeos, domos, uestes, uasa, ministeria decoret, cum tamen uulturū, ni fallor, augurio cōditum sit Romanū imperium, non aquilarū. Addidit hoc augurum collegium, ut si cuius edibus infederit aquila, aut si pileum in caput alicuius immittat, imperiū portendat. Habes edibus alterum, nunc ad Scarabeum ueniam. Est animal, ac uix etiā aīal, quippe cui sensus aliquot desint, ex insectorū infima gente, quod infami sane uocabulo, Græci *καυθαροί*, Latini Scarabeum appellant, aspectu tetrum, odore tetrius, sonitu teterrimū, alis crustacea uagina obtectis. Quin magis totus ipse Scarabeus nihil est, nisi crusta. Nascitur in excrementis, hoc est animantiū stercori.

animantiū stercorebus, in iisdem uiuit, uersatur, oblectatur, deliciatur. Præcipuū huic studiū, pilas quæ maxime potest ingentes componere, ceu pastillos, non ex odoribus, sed stercore, potissimum caprino, nam id illi, prorsus amaricinū olet. Eas miro conamine uoluit auersis pedibus posterioribus, quos habent longiores, superne iniectis, capite in terram prono. Quod si quando contingat, ut aduersus collem aliquem onus protrudant, elapsis subinde pilis, ac deorsum recurrentibus, putes te Sisyphum uoluentē saxum uidere. Nec defatigantur, nec cōquiescunt. Tantis operis ardor, donec in antrū suū deuexerint. In his pilis, ut ipsi nati sunt, ita foetus etiā suos educant, & teneros adhuc aduersus hyemis rigorem nidulantur ac fouent. Equidē scio nulli non esse notum Scarabeum, ut qui passim sit obuius, nisi sicubi nulla omnino sunt stercorea. Sed non est eadem omnium species. Etenim sunt quibus nigro quodā uirore luceat crusta. Plurimæ tetro nigrore horrent. Sunt nonnulli grandiores, prælongis ac bisulcis armati cornibus, cacumine forcipicibus dentato, ea cum uisum est, ad morsum contrahunt, stringuntque. Sūt itē rutuli, & iisdem prægrandes, qui terram aridam fodiunt, atque illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo formidabilique strepitu prouolent, ut imprudentē non mediocriter terrent. Sunt & alia formarū discrimina. Verum illud cōmune est omnibus. Est stercore ortus, e stercore uictus, in stercore uita delictumque. Iam opinor futurum, ut aliquis Romanis ducibus impē se fauens, aquilæ uicem deploret, cui cum tam humili, tamque plebeio hoste res inciderit, aui tamen regali, quem uincere gloriosum non sit, a quo uinci turpissimū, & cui abunde multū laudis cōtingat, quod cum aquila decertarit, etiam si uictus discesserit. Apud poetas pudet Aiace Vlyssis aduersari tam imbellis, & aquila cogitur cum Scarabeo conflictari. Rursum alius magis etiam demirabitur, unde huic insecto uilissimo, tantum animorū, tantū audaciæ, ut non sit ueritum cum aue multo pugnacissima bellum suscipere. Tum unde opes, uires, facultates, auxilia, ut tot iam annos bellum ducere potuerit. Verum si quis hunc explicet Silenū, & contēptū hoc animalculū propius ac ueluti domi cōtempletur, tam multas in eo dotes haud uulgares animaduertet, ut omnibus diligenter pensatis, propemodum Scarabeum se malit esse quæ aquilam. Ne uero mihi reclamet & obturbet quisquam, prius, atque rē cognouerit. Primū in hoc aquilæ præstat etiam Scarabeus, quod senectam quotannis exuit, ac subinde repubescit. ~~Latet in~~

Deinde in tantulo corpore, quantum animi robur, quæ heroica mentis uis, quātus ad inuadendum impetus, ut nihil iam sit ad Scarabeum Homericam musca. Nam hinc, ni fallor, quibusdā nomen etiam inditū, ut tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere cōgrediuntur, tantum abest ut id faciant aquilæ. Iam uero nec ingenium uulgare, nisi quis sine causa, uel natum olim, uel ubique celebratum existimet, Græcum illud prouerbiū καὶ θάρου σφώτερος, quo nimirum singularis quædam & incōparabilis tribui uideat sapientia. Neque mea refert, si quis cauilletur eam parum bene habitare, in domicilio deformi. Quæque quod ad corporis quoque formā attinet, absit modo uulgaris & iudicium occupans imaginatio, non est quod contemni possit Scarabeus. Etenim si uere proditum est a philosophis eam figurā, quā uocant sphericam, non modo pulcherrimā esse, uerum etiam modis omnibus optimā, nec aliā magis demiurgo illi placuisse, qua cœlum hoc, rem omnium multo pulcherrimā fabricaretur, cur non & formosus uideatur Scarabeus, qui ad huius speciem longe propius accedit quæ aquila. Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo, qui minus in suo placeat Scarabeus. Nisi omnes omnium formas nostra metimur, ut quicquid ad hominis formā non accesserit, id continuo deforme iudicetur. Nam colorē Scarabei nemo puto calumniabitur, ut qui gemmas etiam nonnullas cōmendet. Porro quod animantiū excrementis, ad suam cōmoditatem abutitur, ingenij laus est, non crimen. Quasi uero non idem faciant medici, qui cum multorum animantiū, tum hominis etiam excrementa, non illinunt solum, uerum in potione ministrant in morbis. Nec pudet Alcumistas, uiros plane diuinos, ad quintā illā essentiā eliciendā uti fitimo. Nec agricolas (quo quidē hominum genere nullū fuit olim honoratius) stercore arua saginare. Sūt & populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, fimus per gypso est. Eodē cōtulo & ad solē exsiccato, ad ignis alimentū utuntur lignorum uice. Cyprij boues suos humano stercore sagināt, nec saginant tantū, sed etiā medent. Sed illi, inquis, res tamen putida bene olet. Stultū uero sit, nulum hominis in Scarabeo desiderare. Siquidē id homini peculiare, odore sui fimi offendit. Nec

fendi. Nec idem accidit, in ullo caterorū animantiū. Felicior itaq; nobis Scarabeus, nō immū-
dior. Quāq; homies quoq; nō tam res offendit q̄ opinio, nam priscis illis mortalibus, res ipsa
nō pinde atq; nobis uisa est abominanda, quā auspicatissimo uocabulo letamen appellarunt.
Nec dubitarunt Saturno deo, Sterculei cognomē addere, nimirū honoris causa. Siquidem
Macrobio credim⁹. Nā pdidit Plini⁹ stercuto Fauni filio, hinc nō nomē solū, uerū etiā imor-
talitatē contigisse, in Italia. Porro in Græcia res eadē duob⁹ regib⁹ sūmā pepit gloriā. Aggæo
q̄ excogitarit, Herculi q̄ diuulgarit. Deniq; nūq; abolebit regij senis memoria, quē Homerus
manib⁹ suis lætificatē agros, nec alia re, q̄ qua delectat scarabe⁹, posteritati cōsecrauit. Impato-
rē Romanū nihil offendeat lotij putor, cū emolumēto cōiunctus, cur Scarabeū a tantis cō-
moditatibus tam leue deterreat incōmodū, ut iam demus incōmodū esse. Deniq; cum uidea-
mus Scarabeum in stercore purum esse, semp; crusta nitida, contra aquilā etiā in aere pute-
re, queso uter altero mundior. Equidē hinc etiam nomē inditum arbitror, ut *κάνθαρος*, ueluti
καθαρός sit appellatus, nisi si quis malit a centauris dictum cantharum. Nam ne putes Scarabeū
ob naturam sordidam a laudicij abhorrere, idem rosis impensissime delectatur, easq; unice
appetit, Siquidem Plinio credim⁹. Quod si quis forte dotes has leues ac uulgares existimet,
illud certe nemo non fatebitur magnificum, & ingenti crista dignum, quod antiquitus inter
sacras imagines, & in uatū mysterijs cū primis habitus est Scarabeus, egregij bellatoris aptis-
simū symbolum. Siquidē ut refert Plutarchus in cōmētario de Iside & Olyride. In Hierogly-
phicis Aegyptiorum picturis, regis simulacrum erat oculus, addito sceptro, quo uidelicet uig-
ilantia, cum recta iustaq; rerum administratione cōiuncta, significabat. Nam illis, opinor, tē-
poribus adhuc eiusmodi reges erant, multum aquilæ dissimiles. At Thebis, ait idē imagines
quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerēt, Ex iudices representabāt, quos oportet ab omni
muncrū corruptela q̄ maxime seiunctos esse. Atq; inter has unā oculis quoq; carentē, quæ iu-
dicij præsidē adumbrabat, quod hunc oporteat omni prorsus affectu uacare, tantūq; rē ipam
spectare, psonā nō respicere. Aderat, nō Corchorus inter olera, qd' puerbio dicunt, sed inter
sacras imagines Scarabeus, sigillo insculptus. Et quid tandē per hoc nouū symbolū nobis in-
nuēbant sapientissimi Theologi? Rem uidelicet haud quāq; uulgare, Nempe belli ducē egre-
gium & inuictum. Nam hoc quoq; Plutarchus indicat, ne quis sic a me confictum existimet,
quemadmodū allegorias aliquoties cōmimisici solēt indocti Theologi. At dixerit imperitior
aliquis, Quid Scarabeo, cum duce belli? Per multa fane cōgruunt, Principio uides ut totus ar-
mis luceat Scarabeus, nullaq; pars corporis sit, nō diligēter crustis ac laminis cōmunita, ut nō
melius armatus uideatur Mauors Homericus, cum illū maxime sua instruit panoplia. Adde
nunc militare assultum, cum horrendo ac panico bombo, cantuq; uere militari. Quid em̄ in-
suauius classicorum sonitu? Quid *αυσσόνου* tympanorū strepitu? Nam tubarū uocē, qua nūc
reges tantopere delectantur, olim Busiritæ nō ferebant, quod asino rudenti uideatur adsimi-
lis. At ei genti, inter abomināda habebatur asinus. Adde laboris in uoluēdis oncribus pacien-
tiam, inuictum animi robur, ac uitæ cōtemptum. Ad hæc negant in Scarabeorū gente fœmi-
nā inueniri, sed omnes esse mares. Quæso, quid magis cōgruere potest in fortē imperatorē?
Quin & illud ad rem apte quadrat, ut idem indicat Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, de
quibus dictum est, fœtus suos edunt, fouent, alunt, educant, nec alius est locus nascendi q̄ ci-
bi. Verū hoc mysterij mihi nō facile sit interpretari. Rectius exponēt imperatorij milites; q̄
norunt quid sit *ἐν ἀσπίδι ξενίζεσθαι*, qui norunt *χαμδυνίας*, q̄ in obsidione nudi duras hyemes, du-
riorem famē sapenūmero ptulerunt, qui uitam agrā, nō iā herbarū radicibus, sed fœdo uictu
pduxerunt, qui menses aliquot in nauibus exegerunt. Siquis huius uitæ sordes ppendat, mū-
dus erit Scarabeus, si quis miseriam, est quod Scarabeo inuideant. At hæc est laudatissimorū
imperatorū fors & cōditio, ne quis forte cōtemnat. Sed illud obiter demirari libet, quid acci-
derit nostris pyrgopolynicis, ut in suis insignibus, in quibus totā nobilitatē sitam esse putant.
Pardos malint, aut Leones, aut canes, aut dracones, aut lupos, aut aliud animal, quod uel ca-
sus obiccit, uel ipsi sibi adoptarunt, cum propriū illorum symbolū sit Scarabeus, atq; id quidē
cum accōmodatissimū, tum uero ab ipsa antiquitate, quæ nobilitatis unica parens est, cōpro-
batum dicatumq;. Deniq; non usq; quaq; cōtemnendū existimabit Scarabeum, qui quis seccū
reputarit, magos ac medicos, maximis hominū malis ab hoc animante remedia petere. Siqui-
dem cornua Lucanorū (sic enim appellant hoc genus) nō modo gestātur in crumena, uerum
etiam de collo suspendunt, nōnuncq; & auro inclusa, aduersus omnes infantū morbos. Quid
quod in

quod in efficacissimis uixq; credendis remedijs, ni Plinius autor esset, parē cū aquilā uim ob-
tinebit Scarabeus. Siquidē ὁ δ' αἰὼς ἐκείνῳ Scarabeus, Smaragdo gēma insculptus (Nec enim
e quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbiū, nec quous gemmā se dignat Scarabeus)
sed Smaragdo gemmarū omniū nitidissima expressus, ut dixi, si de collo suspendatur, at non
nisi Cynocephali capillis, aut certe plumis hirundinis, aduersus omnia ueneficia praesentane-
um adfert remedium, nec omnino minus efficax, q̄ Moly quod Vlyssi quondā dedit Mercu-
rius. Nec solum aduersus hęc ualet, uerum etiā nō uulgariter confert, si quis quocunq; modo
regem adire parēt, ut huiusmodi anulus in primis gestandus sit ijs, qui cōstituerunt a rege, sa-
cerdotium aliquod nō ieiunū, aut archidiaconatū, aut episcopatum (sic enim uocant) petere.
Idem capitis grauedinē auertit, nō mediocre per iouem malū, praesertim potioribus. In his igitur
tam mirandis remedijs, sapientes illi magi, nullum faciunt discrimen, inter aquilam & sca-
rabeum. Proinde quis ipsum Scarabeum despiciat, cuius & imago lapillis insculpta, tantā ha-
bet uim. Admonet me gemmarū mentio, ut illud etiam adijciam, siquid aquila sibi placet co-
gnomine gēma aetite, nec hac cedere Scarabeū. Nam huic quoq; nomē debet cantharias to-
tam animantis speciē mire referens, ut non effigie expressam, sed uiuū ac uerum Scarabeum
intra gemmā cōditū dicas. Postremo siquid hoc ad rem pertinet, nō paucioribus adagijs no-
bilitatus est ille fimo prognatus Scarabeus, q̄ rex auis aquila. Nam siquis aquilae factioni stu-
dens, neget hęc parte cum ea conferendū esse Scarabeū, quod olim apud Thebanos crassos
homies inter numina habebat, nō admodū refragabor, modo meminerit hoc honoris, aquilae
cum Crocodilis, & Cercopithecis, deniq; & cū Cepis ac uentris crepitu esse cōmune, quā-
doquidē apud Aegyptios hęc omnia portenta, diuinos honores inuenerunt. Et si quo calcu-
lo dignū est, in hac collatione numinis inane uocabulū, non defuerunt, qui Scarabeo quoq;
tribuerint diuinitatē. Vtrūq; ducem utcūq; depinximus. Superest iam, ut tā atrocis belli cau-
sas repetamus. Olim in Aetna mōte leporē quēpiam insectabatur aquila, iamq; cōtractis un-
guibus praedae sic iminebat, ut afflatu propemodū exanimatū anial, & alioqui timidū, ad pxi-
mū Scarabei cauū, uelut ad asylum cōfugerit. Quandoquidē in rebus desperatis, extremosq;
discrimine, praesidium undelibet, & petitur & speratur. Erat autē is Scarabeus, quemadmodū
inquit Homerus, ἦν τε μέγας τε, Nā in eo monte Scarabeorū natio, felicissima sobolis esse phi-
betur, adeo, ut hinc ὁ δ' αἰὼς ἐκείνῳ κἀνδαρῶ, prouerbio sit nobilitatus, uidelicet ob insignē corpo-
ris magnitudinē. Ad huius igitur antrum cōfugiens lepus, supplex ad eius genua se puoluit,
obsecrans atq; obtestans, ut ipsius penates, sibi uirae praesidio sint aduersus hostem imitissimū.
Iam primū hoc ipso sibi nō nihil placebat Scarabeus, quod extitisset, qui sibi suam uitā debe-
re uellet, quicq; rem tantā a se praestari posse crederet. Deniq; cui suū antrum quod omnes ho-
mines obturatis naribus execrātes praeterire solent, idoneū uideret, ad quod salutis causa ue-
lut ad sacram arā, aut principis statuā cōfugeret. Cōfestim igitur puolat obuiam aquilae Scarabeus,
& huiusmodi dictis furentē lenire conat. Quo maior est tua potestas, hoc magis cōue-
nit te parcere innoxijs. Noli lares meos innocētis animātis interitu funestos reddere. Sic tibi
tuus nidus semp ab huiusmodi calamitate sit immunis. Generosi regijq; animi est, dare ueniam
& indignis. Prosit nihil cōmerito, domicilij reuerētia, quod cuiq; tutum & inuiolatū esse uult
æquitas, sinūt leges, approbat cōsuetudo, psit deprecātis, si nō autoritas, certe studiū. Quod
si genus nostrū, & scarabeia despicias arma, at sperato deos memores fandi atq; nefandi. Si ni-
hil te mouet penetraliū uiolatorū uices, in tuū caput aliquando reditura, certe Iouē maximū
reuerere, quem in uno facto ter offendes. Meus est hic hospes, offendes ξένιον, meus est sup-
plex, & ipse p illo tibi, uiolabis κετῆσιον. Deniq; pro amico deprecor amicus, offendes φίλιον.
Scis q̄ certas iras cōcipere soleat irritatus Iupiter, q̄ acriter uindictae lacessitus, qui seuiētī mi-
nistras arma. Nec oia pmittit suis, nec oia cōdonat affectib⁹. Sed plura paratē dicere Scarabe-
um, aquila uexatū alis, cōtēptim in terrā praecipitat. Leporē frustra supplicē, sub oculis Scarabe-
i crudelissime iugulat, laniatq; laniatū in immite nidū deportat, neq; uel tantillū ualuerunt
apud eā nec pces, nec minae Scarabei, quē tñ haud aspernata fuisset, si quātū audacia uiribusq;
polleret, tātūde polleret prudētia, aut si in mētē uenisset, olim leonē in extremo uitae discrimie,
a mure seruatū fuisse, & omniū quadrupedū tyrāno, quod d ij uix dare poterāt, id a tam infir-
mo cōtēptosq; animalculo p occasionē datū esse, si cogitasset formicā beneficio puocatā, co-
lumbae uitā dedisse, admorlo aucupis calcaneo. Adeo nullus est tā humilis, tā abiectae sortis,
qui nō possit per occasionē, & prodesse amicus, & nocere inimicus, uel potētissimo. Verū id

Y 2 temporis

tēporis nihil horū succurrebat aquilæ, tantū præsentī præda potitur fruiturq; . Ea contumelia descendit altius, in pectus magnanimi Scarabei, q̄ quisq; credidisset, stimulabat excelsum ac Titanicū animū, hinc pudor, quod in causa tā æqua, parū sua ualisset autoritas, hic misericordia, quod innoxīū animal & imbellē, tā imaniter esset laniatū. Hinc dolor, quod ab aquila tā ferociter, atq; id tam impune cōtemptus esset, haud quāq; , ut sibi uidebatur cōtemnēdus. Si quidē nulli sua leuis est autoritas. Iam succurrebat & illud, fore, ut uniuersum Scarabeorū genus in contemptum ueniret, si semel id factum aquilæ cessisset impune. Ac tum quidē temporis, quoniā ulciscendī facultas non erat, omnino regiū quiddam exhibuit Scarabeus. Nempe hoc ipsum, quod de Agamemnone cæterisq; regibus dixit Calchas, *Ἐίπερ γάρ πε χόλον γε ἔ' αὐτῆ/ μαρ καταπέψῃ ἀλλά γε καὶ μετόπιόθεν ἔχει κόρυ, ὄφρα τελίωσῃ ἐν σὴθεσσι τοῖσι*. Omnes igitur artes omnes dolos, in pectus aduocat. Nec uulgarem molitur pœnam, internitionem, ac plane *παυο- λειδίον* in animo uoluit. At cum ipsa quidē aquila hoste tam bellaci, Martem experiri, nō satis tutum esse ducebat, non solum ob id, quod copijs esset inferior, uerum etiā quod Mars stupidus deus, ac uercors, nec minus cæcus q̄ ipse Plutus, aut Cupido, plærūq; faueat, causæ deteriori. Quod si maxime par uiribus fuisset, si feliciter pugnarent ij, quorū melior esset causa, tamen esse uidebat, in quo grauius excrucietur aquilam, & odiū suū pleniore uindicta satietet, si posteritate sublata, uiuam etiam & sentientē aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius discruciat̄ parentes, q̄ in liberis. Adeo ut q̄ sui corporis sæuissimos negligunt cruciat̄ atus, filiorum tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro uitæ contemptu, pullis suis succurrere, uiderat exempla huius animi in animantibus pmultis. Existimabat ab his cōmunibus affectibus, nō esse alienā aquilā. Deniq; suo generi tutius esse iudicabat, si inimicum tam pertinacē ab ipsa (quod aiunt) stirpe, perdidisset. Audierat, opinor, celebratum illud prouerbiū, *νήπιος ὄς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλέπει*. Titillabat & blanda quædam spes, si facinus successisset, futurum, ut profligata aquila, ipse regno potiretur. Atq; ut dolor non solum fortes facit & intrepidus, uerum etiam sagaces, diligēter explorat, quo loco spem suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato, uulcanū adit, qui cū illi nōnulla familiaritas est, ob coloris similitudinē. Exorat, ut arma sibi cudat, quæ neq; sint onerosa uolanti, & tamen aduersus mediocrē uim tueantur. Armat a summo uertice ad imū usq; calcaneum uulcanus Scarabeum, his armis quibus adhuc utitur, nā antea muscarū more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelsō præruptoq; scopulo, multa sarmentorū ac stipularū uī congestus & cōmunitus. Huc mihi protinus egegius Scarabeus aduolarit, ne an adreperit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tum cum pennis aquilæ feriretur, adhærētem clanculū ab insciente aquila in nidum deportatū esse. Et quo nec homines, quibus nō est aliud animal insidiosius, nec ad nocendū ingeniosius, peruenire potuissent, eo penetrauit Scarabeus. Inter stipulas in insidijs abdit sese, ac tempus idoneū nactus, aquilæ oua protrudit e nido, aliud post aliud, donec nullum reliquū faceret. Ea delapsa, cōminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in saxa elisi, prius orbatī uita sunt, q̄ uitæ sensum accepissent, nec hac tam atroci pœna contentus fuit, Scarabei dolor. Est gēma cum primis nobilis, quam ab aquilæ nomine Græci uocant Aetiten, non dissimilis est ouo, sexu quoq; distinguitur, nam in fœmina foetū inclusum inuenias, pulli propemodū specie. Mira uis, ad eliciēdum partum. Quamobrē hodieq; parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaq; generis par, aquila solet in nido suo ponere, alioqui nuncq; positura oua, aut certe non exclusura pullos. Tantū etiā thesaurum deicit e nido Scarabeus, quo pariendī facultatē & in posterū eripiat, lapides acutis excepti saxi minutatim dissiliere. Ne hæc quidem adhuc satis uisa sunt iræ Scarabei. Leuē calamitatem putat, nisi dolore quoq; ac lamentis hostis frueretur, itaq; rursus abdit se penitus in stipulis. Redit aquila, nouam sui generis cladem cōspicitur, uidet sua uiscera frustulatim discepta, uidet nobilis gemmæ non æstimabilem iacturā, queritur, clangit, fremit, stridet, eiulat, obtestatur deos, ac suis illis oculis, quos iam dolor etiam acuebat, hostem tam potentem circum spectat. Atq; oīa potius in mentē ueniūt reputāti, q̄ Scarabeus ille cōtēptus. Dira minas, dira precatur, ei quisquis tantæ calamitatis fuisset autor. Quantā interea uoluptatem animo p̄sensisse credis Scarabeum, dum hæc audit? Rursus in fortunatas insulas illi deuolandum fuit, neq; enim aliunde importatur *αετῆς*. Alterum par inueniēdū, Nidus in locum multo semotiorem editioremq; transfertur. Rursus oua ponit, & huc nihilo secius ignotus hostis penetrat, populatur omnia, totam superiorem renouat Tragediam. Rursus hinc
in tutiore

in tutiorem arcem demigrat, alia deponit oua, alios adhibet Aetitas. Rursum adest Scarabeus. Nec modus nec finis fugiendi atq; insequendi, donec declassata tot cladibus ales, constituit sacram mouere ancoram, ac suis diffusa uiribus ad deorum praesidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suae Tragœdiam, hostem tam potetem eumq; quod esset grauissimum, ignotum, ut tanta passae, facultas etiam ulciscendi eriperetur. Addit hanc suam perniciem, ad ipsum quoq; Iouem pertinere, periturum imperij munus, quod ille donasset, mutandum armigerum, si quemadmodum instituit hostis pergeret, esse non nihil assuetis ac notis uti ministerijs, etiam si id in suscepto Ganymede feliciter successisset. Mouit Iouem satellitis sui periculum, praesertim cum recens rapti Ganymedis officium haereret animo. Iubet, ut si uideatur, in suo ipsius sinu deponat oua. Aut illic, aut nusquam omnino in tuto futura. Paret ales, ac in summi Iouis sinu, extremam gentis suae spem deponit, multum obtestata, per felicissima illa oua, quae quondam illi Leda pepererat, ut sua oua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? Vereor ne cui res supra ueri fidem esse uideatur. Ad ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat Scarabeus, haud scio, an numinis alicuius fauore adiutus. Pastillum in hunc usum e stercore paratum in sinum illius demittit. Iupiter, ut est sordium insolens, quippe in purissima mundi parte habitans, & a terreno contagio longissimo semotus interuallo, dum offensus teterrimo odore, finum e sinu studet excutere, oua aquilae deicit imprudens, quae uidelicet ex alto delapsa, perierunt, & priusquam terram contingerent. Atq; ita tadem cognitus est, ille tot cladum artifex, & hoc ipsum uoluptatis cumulum addidit Scarabeo, luuit agnosci. Contra aquilae (nam rem gestam ex ipso didicit Ioue) non mediocre doloris pondus adiecit, tam contemptus suae calamitatis autor. Quandoquidem est & hoc nonnullum mali solatium, si quis a magno superetur hoste. Hinc uelut de integro dirum inter eos coortum bellum, aquila pro uiribus ubicumq; conspectam Scarabeorum gentem uexat, rapit, proterit, perdit. Vicissim Scarabeus, in aquilae perniciem neruos intendit uniuersos. Itaque praedandi, insidiandi, iugulandi, nec mora, nec requies, nec ullus omnino finis futurus uidebatur, nisi utraq; gente pariter, sublata funditus, ut Cadmeam uictoriam diceret, adeo gladiatorijs animis, uterq; in alterum affectabat uiam. Nec uinci poterat aquila, neq; cedere nouit Scarabeus. Tandem Iupiter in tantis rerum periculis succurrendum putat, conatur priuatim inter eos rem componere. Quo magis conatur, hoc magis horum incrudescit odiu, gliscunt irae, feruescunt pugnae. Et erat ille quod haud dubie, propensior in aquilae partem, sed e diuerso mouebat exemplum longe perniciosissimum, si cui licuisset, impune *ικετήσιον, φιλιομ, aut ξένιον* contemneri. Proinde facit, quod in extremo rerum discrimine solet, Deos in concilium aduocat, pauca praelocutus, rem, ut est gesta, proponit. Preconio Mercurij sit dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententiae. Variatum est studijs, Dijs contemptiores fere fauebant Scarabeo, ex maximis etiam Iuno uehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis aquilae rebus infensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itum est, quod arguta uoce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in aes incidit, uti bellum aeternum Scarabeus & aquila suo gerat arbitrato. Quod cuiq; acciderit incommodi ob id in ius uocare non liceat, bello imputetur. Quod quisq; rapuerit id iure belli possessurum, tantum non placere, Dijs internitionem ullius gentis. Proinde triginta dies, per quos incubat aquila, temperetur a manibus, seruentur induciae. Nec fas sit Scarabeis, per id tempus in publicum prodire, ne uidelicet ad inaediam, ac fouendi laborem, belli quoq; tedium accederet aquilae. Addidit illud ex suo studio Iupiter, idq; reclamantibus nonnullis. Acquum est, inquit, ex tam immensis terrae spacijs, uel exiguum angulum, uelut asylum superesse meo satelliti, quo tutus sit a Scarabeorum incurfu. Neq; uero nouum exemplum induco. Sunt loca, quae lupum nesciunt, sunt in quae non immigrant uenena, sunt in quibus non uiuant talpae. Metabor & ipse in Thracia iugerum aliquot spacium apud Olynthum, in quod si quocumq; modo prudens, imprudens, uolens, nolens, pedem intulerit Scarabeus, capitalis esto, nec fas sit exire semel ingresso, uerum inibi torqueat sese, donec emoriatur. Loco nomen tribuitor Cantharolethrus, ut uel ipso monitus uocabulo sciat Scarabeus actum fore de se, si contra nostrum senatusconsultum, non uereat in eum locum irumpere. Rhodo exulat aquila, ne cui uideatur inhumanum Olyntho excludi Scarabeum. Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum. Adfremabat omnis deorum consensus. Valet in hodiernum usque diem senatusconsultum, semper ualebit. Scarabeis & aquilis durat exitiale bellum, per eos dies, pro quos incubat aquila, nusquam apparent Scarabeorum filij. Locum eum quem designauit Iupiter, summo studio uirat, quod si quis importet, protinus exanimat. Eiusq; rei, si quis forte requirit, testimo-

quiret, testimoniū phibet Plinius libri undecimi, capite uigesimō octauo. Atq; hoc quoq; grauior autor Plutarchus in cōmentario de animi tranquillitate. Sed iam dudū fat scio, sic tecum cogitas optime lector. Quid isti uenit in mentē, ut tantū nugarum de nihilo nobis effutiat, ac non quidē elephantum e musca, quod aiunt, sed e Scarabeo gigātem reddat. Quasi uero parum negocij sit, tot adagiorum Chiliadas euoluere, nisi fabulis insuper tam uerbosis nos cnecet. Dicam equidem, ut est sua cuiq; sententia. Sūt quibus in explicandis adagijs inops uideor ac ieiunus. Existimant enim id demū esse magnificū, si quis uolumen in immensum extēdat. Istis nimirum libuit ostendere, me in cæteris data opera breuiorem esse, alioqui non defuturum fuisse, quo rem locupletarem, si ostendandæ copiæ, q̄ iuuando lectori studere maluissē. Sed ut ad prouerbiorum negociū redcamus, meminit huius fabellæ Comicus Aristophanes, *ἢ ἐπὶ νη, his qdē uersib⁹, Ἐμ πῖσιμ αἰσώπυ λόγους ἔχουρέθην, μόνιθ πείθενωμ εἰς θεοὺς ἀειγμέυθ. Ἀπισομ εἰ πας μῦθον ὄ πάτερ πάτερ, ὅπως κάκοσμομ ζῶορ ἥλθεμ εἰς θεοὺς, ἠλθεμ κατ' ἔχθεαυ αἰετ' πάλαι ποτε ὠ ἐκκυλίῃ δωρ, κἀντὶ τῆ μωροῦ μουθ. i.* In fabulis id est repertum Aesopicis, Adhisse diuos unicum e uolucris. Haud credibilē ais fabulā pater pater Adhisse diuos animal obscœnum, atq; olens. Peruenit olim inquam ob similitatē asperam, Quæ illi fuit cum aquila, oua uoluēs illius, Et expetēs pœnas ab hoste mutuas. Admonet aut Apologus, nō esse cuiq; cōtemnendū hostem, q̄ uis infima fortuna. Sunt enim homunculi quidam, infimæ quidē sortis, sed tamen malitiosi, non minus atrī, q̄ Scarabei, neq; minus putidī, neq; minus abiecti, qui tamen pertinaci quadam ingenij malitiā, cum nulli omnino mortalium prodesse possint, magnis etiam sapenumero uiris facestant negocium. Territant nigrore, obstrepunt stridore, ob turbant foetore, circūuolitant, hærent, insidiantur, ut non paulo latius sit, cum magnis aliquando uiris similitatē suscipere, quā hos laceffere Scarabeos, quos pudcat etiam uicisse. Quosq; nec excutere possis, neq; conflictari cum illis queas, nisi discedas contaminator.

Timidus Plutus.

Δελορ ὁ πλῆρς, i. Timidus Plutus. Huiusmodi em & Aristophanes inducit Plutū, atq; hunc imitatus Lucianus in Timone omnia formidantem, nulliq; fidentem. Neq; uero dissimilem animi habitum opes adferunt diuitibus, cum contra paupertas secura in utramq; dormiat aurem. Aristophanes uulgo iactatam indicat opulentia timiditatem, cum ait *Ἀλλὰ λέγεται πάντες ὡς Διλότατομ ἐσθὶ ὁ πλῆρςθ. i.* Quin id omnes dicunt, Timidissimum quiddam esse, diuitias. Interpres admonet Comicum allusisse ad illud Euripidis, *Δελορ θὶ ὁ πλοῦτθ, μοι φιλόψυχομ κακομ, i.* Res cupida uitæ, sunt opes, pauidum ac malum. Id ideo dictum est, quod diuitibus multi tendunt insidias, nempe latrones, hæredipetæ, principes, sycophantæ, nonnunquā & uxor & liberi. Quam ob causam addidit Euripides, *φιλόψυχομ κακομ*, uel quod ob diuitias magis illis libeat uiuere, q̄ ijs, qui tenui sunt fortuna, uel quod ob eas sapenumero de uita solliciti sunt. Id eleganter explicans Iuuenalis, *Paucula, inquit, si portes argenti uascula puri Nocte iter ingressus, gladium contumq; timebis. Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram Cantabit uacuis coram latrone uiator. In summa in omni negotio formidolosior est diues, q̄ pauper. Cautius munit ædes furum metu. Metuit tempestates, propter frumenta, quæ habet in agris, propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, nequid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos, nequid noceant, Timidus conuitiatur, metu multæ. Omnia circumspectius & facit & dicit, metu calumniæ, quæ potissimū diuitib⁹ strui solet, q̄pe quibus est quod auferri possit. Si bellum immineat, diues in primis discretiatur. Deniq; nec superstitione uacat, nequod numen parum amicum, damnū immitat.*

Panicus casus.

*παικῶμ, Veteres uocabant, subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere, lymphaticis simillimas usq; adeo impotentes, ut non ratione modo, uerum & mente carcant. Sicuti nō rarerent usu uenit, cum in exercitu nulla comparente idonea causa, uiri pariter atq; equi perturbantur. Cuius rei meminit & Euripides in Rhefo, Ἀλλ' ἢ κρονίου παωὸς ἔρομερᾶ μάσιγι φοβῆ. Verba sunt Hectoris, ad Custodes nunciantes, nouum tumultum in castris oriri, Atq; is motum Panicum esse respondet. Pindarus in Nemeis scribit non oportere fortibus uiris uitio uertere, si fugiant in huiusmodi tumultu, *Ἐμ γὰρ δαμμονίοισι φοβοῖς φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶμ, id est In diuinis terroribus fugiunt & filij deorū, Δαμμονίους φοβος, appellans τοὺς παικῶμ. Narratur idē deus.**

idem deus, cōcham illam tortilem ac turbinatā, quæ Græce κόχλη .i. testudo dicit, primus re-
perisse, eaq; psonans olim Titanas, cōtra quos bellabat, in fugā egisse. Hac de re copiosius dis-
serit citatis etiā Græcorū testimonijs, Angelus Politianus in Miscellancorū annotatiōe uigesi-
ma octaua. Hoc adagiū subinde refert a Cicerone in epistolis ad Atticū. Ego, inquit, bellū fœ-
dissimū futurū puto, nisi qui (ut tu scis) panicus casus extiterit. Rursum alibi. De Ventidio pa-
nicon puto. Item alibi, Rumorē adferunt magnū, Rhomæ dum ad Antoniū frumentū omne
portari, πανικὸν certe. Idem ad Tyronē, Etsi Atticus noster, qui me quondā moueri, πανικοῦ in-
tellexit, idem semp putat, nec uidet, quibus præsidijs philosophiæ septus sum. Et Hercle, quod
timidus est ipse, θορυβοῦσι. i. tumultū ciet, & panicis mouet. Huc allusisse puto & Apuleiū in
Asino suo, cū Plychæ ad mortē spontaneā pperanti, Panem obuiū facit.

Nihil minus expedit, q̄ agrum optime colere.

III

Apud priscos ad agionis instar fuisse Plinius testatur libri decimioctauī capite sexto. Tem-
erariū, inquit, uideatur unam uocem antiquorū posuisse, & fortassis incredibile penitus existi-
ment, nihil minus expedire, q̄ agrum optime colere. L. Tatiū Rufus infima nataliū humili-
tate, consulatū militari industria meritis, antiquæ aliis parsimonix, circiter mille ciclos libera-
litate diui Augusti, usq; ad detractionē hæredis exhaulit, agros in Piceno coemendo, colen-
doq; in gloria. Internitionem ergo, famemq; censemus? Immo Hercle indico modum, rerū
omnium utilissimū, Bene colere necessariū est, optime damnosum. Hactenus Plinius. Huc
& Terentius allusit, cum ait in Phormione, Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. Item illud Horatianum, In uitium cul-
pæ ducit fuga, si caret arte. Deniq; prouerbium Hebræorum admonēs nequis nimium sit iustus.

Citius, q̄ asparagi coquuntur.

V

Velocius, q̄ asparagi coquunt. De re uehementer pperata. Sunt quædam figuræ puerbiales,
quæ Octauio Augusto peculiariter arriserūt, inter quas hæc quoq; refert a Tranquillo, cū scri-
bit eum ad exprimendū festinatæ rei uelocitatem solere dicere, Velocius, q̄ asparagi coquan-
tur. Idq; identidem in literis usurpat, confine illi, quod alibi dicitur, ἀφύια ἐς πύρ, id est, Aphya
ad ignem.

Amicitia personam.

VI

τὸ προσώπου ἀφελῆν τῇ φίλῃ. i. Amicitia personā detrahere dicimur, cū aperte quæ sentimus
animo, tum facimus, tū loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id præ no-
bis ferimus. Vultus enim ab animo discrepās psona uerius est, q̄ uultus. Et elegāter a Seneca
dictum est in Cæsarem, ut personā malit, q̄ faciē. i. ut uideri malit, q̄ esse.

Vtere currū, de asinis nihil laborans.

VII

Ἀρνεῖμα τ' σὴς ἀμάξῃς τ' δ' ὄνων οὐδέμ' μέλει. i. Vtere plaustris tuis, asinosq; ne curaueris. Verius
est Trochaicus trimeter. Hoc prouerbio monebant, uti suarū quisq; rerum curam ageret. ijsq;
frueret, alienarū negligens, atq; incurius. Hinc ducta metaphora, quod quibus plaustrum est
domi, nihil necesse habent deportandis oneribus asinos aliunde cōducere.

Libya fera.

VIII

Λιβυκὸν θηρίον. i. Libya belua. Refertur a Diogeniano. Dicebatur olim in hominē uasrum,
callidum, uersipellem, uarijs moribus, ancipitiq; ingenio. Quod genus portentū Cicero Ca-
tilinam fuisse testatur. Inde natum quod in Lybia uariæ ferarum species sæpenumero misce-
antur, atq; ita noua quædam monstra spectaculo produci soleant Rhomam, a prouinciæ præ-
sidibus deportata.

Semper affert Libya mali quippiam.

IX

Eodem fonte fluxit & illud, αἰὲ φέρει τὴν Λιβύην κακόν. i. Semper affert Libya mali quippiā, quod
inde Rhomam, ut dixi, monstra deportarentur. Hinc & in mores, ingeniumq; gentis detor-
queri potest, siquidem, ut est regio uenenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Peculia-
riter cōueniet in fœdifragos, ac pactorum nouatores.

Semper Africa noui aliquid apportat.

X

Huic simillimū est illud Plinianū, quod in historia mūdi refert, Libyam semper aliquid noui
adferre. Quod quidē ideo dicebatur, quod in siticulosa regione ad unum aliquē riuū, pluri-
mæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, inibiq; uaria mixtura uiolentiæ Vene-
ris, uarias monstrorum formas, subindeq; nouas nasci. Porro Plinius sumpsit ab Aristotele,
apud quem refertur libro de generatione animalium secūdo, capite quinto, Quadrabit in ho-

Y 4

mines

mines lubrica fidē, semperq; nouandarum rerum auídos.

Afra auis.

XI

Λιβυκὸν ὄρνεον. i. Libyca auis. Refertur a Suida, de prægrandibus, quod ex ea regione deportetur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta usurpauit. Nō afra auis descendat in uē trem meum. Iucundior, q̄ lecta de pinguisssimis Oliua ramis arborum. Nam gallinas prægrā des olim mittebat Aphrica, quas easdem Numidicas aues appellant. Acron uidetur de Struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Mea quidem sententia non inepte iacietur, & in hominē peregrino cultu notabilem, & Plautus alicubi Pœnum auem uocat ob manicas alarum instar utrinq; pensiles.

Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.

XII

Hodieq; uulgo celebratum durat, ubi quis est exactor durior, atq; instantior. Quid? Num & pellem uis? Quasi conueniat lana contentū esse. Id adagij Tiberius Caesar, autore Suetonio, aut reperit, aut certe usurpauit. Nam is admonitus ab amicis, ut puincialibus augeret uectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse, tondere pecus, nō deglubere. Est aut deglubere detrahere pellem. Tractū a rusticis, q̄ deglubere uocāt siliquā, aut folliculū excutere, & granū sua nudare tunica, unde & Catullus in obscœnū sensum detorsit, ut dicat uirū a muliere deglubi. Et Apuleana Fotis ait se uiuos homines solere deglubere. Tondent igit, qui ita spoliant, ut sortē relinquāt, unde res possit crescere. Deglubūt, qui nihil reliqui faciūt. Nam lana detonsa renascitur. Cute detracta nihil est, quod deinde possis auferre. Alexander Macedonū rex, cogno mento magnus, sententiā eandem diuersa extulit metaphora, Cū enim quidā admonerēt, lōge plus uectigaliū a ciuitatibus auferri posse. Respōdit ad hunc modum, καὶ κηρωσὸν μισῶ τὸν ἕκ ρίζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχωνα. i. Et olitorem odī, qui radicitus herbas excidat. Deniq; hoc ipsum ἀπὸ ρίζῶν καὶ ἀπὸ ῥίζῶν, & item apud Latinos Radicitus, stirpium tenuis, a stirpe, ab ima stirpe, atq; id genus aliæ metaphoræ, prouerbij naturā respiciunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet.

XIII

Faceta quidem, sed tamen pestilens illa uox Vespasiani, qui cum ex lotio uectigal faceret, homo turpiter auīdus, superq; ea re a filio admoneretur, quod e re tam putida, lucrum faceret, paulo post collectam pecuniam, filij naribus admouit, rogauitq; ecquid illa puteret? Vnde Iuuenalis, Lucri bonus est odor, ex re qualibet. Iam & Ennianus ille uersiculus, non in ser monem modo, uerumetiam in animos & uitam hominum penitus abiit. Vnde habeas, curat nemo, sed oportet habere.

Lucrum pudori præstat.

XIII

κέρδος ἀρχὴν καὶ ἄμενον. i. Lucrum pudori præstat. Plautus in Pseudolo, Nimio illud, quod pudet, facilius fertur, q̄ illud, quod piget. Eundem sensum aliter extulit in Trinumo, Pol pudere, q̄ pigere, præstat totidem literis. Sententia bono uiro indigna, eoq; illic a lenone dicit, hic a sene, Sed cōmode ad persuadendū sententiā etiā parū probam arripuit. Alioqui longe fatuus rei iacturam, q̄ famæ dispendiū accipere. Huc allusit Terentius in Phormione. Non te pudet uanitatis? Non, dum obrem. Quin & hodie uulgato prouerbio, subent ualere pudorē, ubi de pecuniaria re agitur. Plutarchus in cōmentario de audiendis poetis refert e poeta, nescio quo, senarios hos, τῶ μὲν δίκαιον πλὴν δόκησιν ἄρνησο, τὰ δ' ἔργα τῶ πᾶν δρῶντες, ἐνθα κέρδιαντες, id est, Opinione spernito iusti, ac uirum quiduis agentē sequere, cū spes est lucri. Refert & hunc ex Sophocle, τὸ κέρδος ἡδὺν, καὶ ἀπὸ ψεύδῶν ἔκ. i. Dulce est lucrum, pfectum & a mendacijs.

Bæta tum hyeme, tum æstate bona.

XV

βαίτη κἀνθήρα, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν, id est, Bæta tum in æstate, tum hyeme, bona. Suidas, qui huius adagij meminit, adscribit Bætam uestis pellicæ genus, quod ad utrūq; tempus uideatur appositum. Nam Hyeme depellit uentos, æstate solem. Iulius Pollux libro de rerum uocabulis septimo, inter uestes Coricaceas meminit & Bætæ, quā ait tunicam fuisse prælongam, quæ totum contegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa usui futura, ueluti de literis, quæ iuuenes iuxta, ac senes ornant. Aut philosophia, quæ in rebus p̄speris arcet ab insolentia, in ad uerlis præstat, ne frangamur animo.

Anicularum deliramenta.

XVI

γραῶν ὕθλος. i. Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire uetula cum iam sexus uitio uitium ætatis accedens nugacitatis morbum cōduplicat.

Ante pedes,

XVII
Ante pedes

Antepedes esse dicitur quod obuium, quodq; uel praesens adest, uel imminet. Terentius. istuc est sapere, Non quod ante pedes modo est uidere, sed etiam illa quae futura sunt prospice re. Lucianus in Pseudologista, καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐμ ποσίμ ἀγνοῶμ. i. Et quod haec cōmunia, quodq; haec passim obuia ignores. Philostratus in Phoenice, βαδίζεις δὲ ποῖ, μετέωρος τε καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐμ ποσίμ. i. Quo uadis autem? Sublimi uultu, cunctaq; despiciens, quae sunt ad pedes. Et παρὰ ποδῖ, dicitur, quod iam instet, imminetq; ἐμ ποδῶμ esse dicit, quod obstat, ἐκ ποδῶμ contra, προκυλίνδεις τῶμ ποδῶμ, est aliquoties apud platonē, id est ante pedes prouolui, quod uelut expositum est.

Albo rete aliena captant bona.

XVIII

Prouerbij speciem habet, quod ait Plautus in Persa. Ne isti faxim usq; appareāt, qui hic albo reti aliena oppugnāt bona. Rete uocat calumnias quadruplatorū, & parasitorū, Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, sygraphasq; quibus lis intendit, peragiturq;. Nec omnino displicet, ut ad albū pratoris, quo leges & litium formulæ pponcbantur, respexerit. Nam leges etiā Solon Aranearum textis similes esse dixit.

Ad suum quēq; quæstum, æquū est esse callidum.

XIX

Apud Plautū est puerbialis sententia. Ad suū quēq; quæstum, æquū est esse callidum. Quae si transferatur paulo longius, plusculum habucrit gratia.

Vel acum inuenisses.

XX

Apud eundē puerbialis hyperbole, de re diligēter uestigata. Acū credo inuenisses, si acum quæreres. Nā acus inuentu difficillima, quod ob exiguitatē facile fallat oculos quarentis.

Subuentanea parit.

XXI

τὴν ἐνέμια τίκτε. i. Subuentanea parit. De uanis, ac friuolis inuentis. Translatū ab auibus, quae Veneris imaginatione cōcipiunt oua, sed inania, hoc est, unde nō gignatur foetus. Aristophanes in Auibus, τίκτε πρώτιστον ὑπὸν ἐμιομ νύξ ἢ μελάνοπτερος ὄμ. i. parit primū subuentaneū nox nigripennis ouum. Hos conceptus potissimū accidere in his auibus, quae sint neq; uolaces, neq; aduncis unguibus, cuiusmodi sunt Perdix gallina, demonstrat Aristoteles libro de generatione animalium tertio, causam esse, quod excremento magis abundant. Volaces & aduncas, nec salaces esse, nec fecundas, quod in his excrementi seminalis pars, in pennas & in ungues abeat. Cōcipiunt huiusmodi foetus aliquoties audita maris uoce, sicuti fit in perdicibus, aliquoties ex attritu pulueris, aliquoties foeminis ob inopiā maris inter se salientibus. Auctor & Plinius, Ea q; oua Graeci ὑπὸν ἐμια. i. Subuentanea, siue ζεφύρια uocant, a uento fauonio. Vnde quae uana sunt ἀνεμίδια dicunt. Plato in Theateto, γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει. Et Homerus, κακὸν δ' ἀνεμίδια βάζει.

Phryndas alter.

XXII

φρυώνδας ἄλλος. i. Phryndas alter. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomate. Inter nobiles facinorosos Phryndas cū esset hospes Athenis in negocijs Peloponnesiacis uersabat, homo uersutus, maleficus, impostor, summus malarū rerū artifex, ut hominis uocabulū in rei trāsierit appellationē. Etenim quoties insigniter malū & sceleratū accipi uolebāt, Phryndā appellabāt. Sic Aristophanes in Amphiareo, citante Suida, ὦ μισαρεὶ φρυώνδα καὶ πονηρὸν σὺ. i. Scelerate tu ac Phryndas, & impurissime.

Sus per rosas.

XXIII

τε δια ρόδων. i. Sus per rosas. Quāq; in alijs exemplaribus scriptū inuenio, τὴν δια ροιδων. Mihi neutra scriptura satis pbat, sed legendū arbitror, δια ροιδων, ἀπὸ ροιδας, ut sit nomē diminutiū. Rhœæ uero Graecis dicunt malapunica. Eudemus puerbiū citat ex Cratetis fabula, cui titulus γείτωνες, indicans dici solere, de agrestibus, & intractabilibus. Quemadmodū sus per mala commode duci non potest.

Asinus auis.

XXIII

ονος ὄρνις. i. Asinus auis. Est apud Aristophanē in Auibus. Sumptū ab omine quodā. Quidā enim cōsultus de eo qui aduersa laborabat ualetudine, forte fortuna cōspexit asinū surgentē a lapsu, simulq; aliū quendā audiuit dicentē, βλέπε πῶς ὄνος ὦμ ἀνίσκη. i. Vide quo pacto asinus cū sit, surrexit. Id ominis arripiens, ille ptinus respōdit fore, ut ualetudinarius ille reualesceret. Itaq; iocatur Aristophanes, quasi & asinus auis esset, & augurij nō nihil haberet. Dicit nō in tempestiue, cū ex indicio quopiam ridiculo quippiā colligimus.

Sisyphi artes

Sisyphartes:

XXV

Σισύφου μηχαναί. i. Sisyphi artes, dicebant, uafra, uersutaq; cōsilia. Aristophanes, ἐν ἀκαρνέυσίμῳ, εἶτ' ἰχάνοιγε μηχανὰς τὰς σισύφου. i. Deinde callidos deprome Sisyphi dolos, Porro ut Sisyph⁹ in astutiā puerbiū abiret, Homericus ille uersus, in causa fuit, Σίσυφ' ὃς κέρδις ἐπιχθονίωμ γένετ' ἀνδρῶμ. i. Sisyphus in terris, quo nō astutior alter. Ab hoc genus duxit Vlysses, quem Homerus ubiq; uafrum & callidū facit,

Homo Thales.

XXVI

Ἀνθρωπος θαλῆς. i. Homo Thales. Ironia puerbialis in stultū, q; sapiēs haberi studeat. Aristophanes in Auibus, Ἀνθρωπ' θαλῆς μείωμ. i. Homo Thales Meton. Idem in Nebulis, τί δ' ἦτ' ἐκείνομ τῶμ θαλῆμ θαυμάζομεμ. i. Qua gratia illū pinde suspicimus Thalē. Fuit enim Thales unus e septem Græciæ sapiētibus. Est & apud Plautum, Salue Thales, cū stultum significet.

Sardanapalus.

XXVII

Σαρδανάπαλος. i. Sardanapalus. Huius cognomen, ob insignē hominis molliciem abijt in puerbium. Aristophanes in Auibus, τίς ὁ σαρδανάπαλ' οὐτοσί. i. Quis hic Sardanapalus? Fuit autē Sardanapalus Anacindaraxis filius, rex Nini Persicæ regionis, qui eodē die Tarsum pariter & Anchialam, duas Lyciæ ciuitates obtinuit, cæterū delitijs usq; adeo effœminatus, ut inter eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desiderare sit solitus. Apollodor⁹ ut citat Aristophanis interpres, tradit eius sepulchro epitaphiū huiusmodi literis assyrijs insculptū fuisse, εἶθε, πίνε, ὄχινε, ὡς τὰ ἄλλα οὐδ' ἐνός ἐσμ' ἄξια. i. Ede, bibe, utere uenere, nā cætera sunt nihili.

Quid tandem nō efficiant manus?

XXVIII

Aristophanes in Auibus, τί δ' ἦτα πόδες ἄρ οὐκ ἄμ' ἐργασίασ, id est, Quid est, quod haud effecerint demū pedes? Interpres ostendit allusum esse ad huiusmodi puerbiū, τί δ' ἦτα χῆρας οὐκ ἄμ' ἐργασίασ. i. Quid deniq; est, quod manibus effici haud queat? Admonet nihil esse rerum omniū, quod arte, quod industria nō efficiat. Cæterū quod scripsit Aristophanes, apte torseris in milites ignauos, qbus omne præsidium & spes salutis nō in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa testæ.

XXIX

Testa testæ collidi dicitur, cum duo cōflictantur utriusq; malo. Aristophanes in Pace, καὶ πῖθ' ὡληγείε ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκισεμ πῖθω. i. Ac recalcitrans per iram testa testam uulnerat. Talis est fere cōflictatio regum, inter se belligerantiū, qualis ollæ cum olla collisio, Nonnunq; perit uterq;. Certe neuter absq; grauissimis damnis discedit, Nisi quod illud mihi uidetur iniquis sime cōparatū fati, quod cum par sit incōmoda belli in eorum recidere capita, qui belli sunt autores, & quorū refert uicisse, maxima pars malorū in hos ingruat, quibus inuitis, & abominatibus bellum suscipitur, & ad quos etiam si prosperrimo Marte pugnatum fuerit, nec terentius quidem sit rediturus.

Animus est in corijs

XXX

Aristophanes, ἐμ εἰρήνῃ, ημάρτομεμ ταυτ' ἀλλὰ συγγνώμη ἔχε, ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶμ ἦν τότ' ἐμ τῆς σκῆττει. i. In his quidem sum lapsus, at ueniam dabis Nam mens profecto nostra tum in corijs erat. Simillimū est illi Terentiano Animus est in patinis. Interpres admonet huius puerbiū, ἐπὶ σκῆτῃ βλέπετ' ἢ σκῆτῃ βλέπετ', de ijs, qui iam ad bellum spectant, quemadmodū alio demonstratum est loco. Licebit uti, Cum ob sollicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in præsentia, parum attentus.

Quibus nec ara, neq; fides.

XXXI

Aristophanes, ἀκαρνέυσίμῳ. Οἴσιμ οὐτε βωμὸς, οὐτε πίσις, οὐδ' ὄρεμ' μύει. i. Quis nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera. De uehementer perfidis. Dicitum est, In Spartanos, quorum perfidiam taxauit etiā Euripides, ἀπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλὸν τήρια. i. Sparta incolæ, dolosa cōsultamina. Nunc in Aulicos non omnino pessime quadrat.

Ἀγούσι κῆ φέρουσιμ.

XXXII

Tritissima quidē, sed tamen puerbialis apud Græcos autores figura est, Ἀγούσιμ κῆ φέρουσιμ, p eo, quod est hostili more populant, aut uexant. Id si traducait ad animū, nō paulo fiet festiuus. Quēadmodū Aristophanes in Nebulis, τῆ γὰρ τόκωμ γρησῶντε δυσκολωιάτωμ. Ἀγομαί, φέρουμαι τὰ γρημάτ' ἐνεχυράζομαι. i. Diris ab usuris & usurarijs Rapior miser, ferorq; difficillimis, Possessiōes pignori opponēs meas. Lucianus dixit, ἄγα καὶ φέρει, p eo, quod est, suo arbitratu quo uult, trahit.

Salem lingere.

XXXIII

Ἄλα λείχεμ. i. Salem lingere, Dicunt, qui perq; tenuiter uicitant. Sic em̄ Perlius. Vare regu statū digito terebrare salinum Cōtentus, perages, si cum Ioue uiuere pergis. Diognes cum a Cratero

Cratero præ diuite quodã inuitaretur, ut ad se ueniret, usurus hospittio suo, suaq; liberalitate, Respondit se malle salem Athenis lingere, q̄ apud illum opiparis mensis frui.

Pedere tus.

XXXIII

βδέρμ λιβανωτῶν. i. Pedere tus. Prouerbij speciem habet. Accommodabit in hos, quorū & uitia placent, aut ipsis, aut alijs impendio amātibus. Facit enim hoc, φιλαυτία, ut unicuiq; sua placeat, arrideantq; etiam si sint putidissima. Facit item hoc amor immoderatus, ut Polypus etiã Agnæ delectet Balbinū, uelut scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto, οὐ λιβανωτῶν γὰρ βδέρω. i. Nō enim tus pedo. Quadrabit & in assentatores, turpissima p̄ honestissimis laudātes.

Pro caco exoculatus est.

XXXV

Omneis huiusmodi facetiarū formulæ ptinet ad adagiorū naturā, cū uidemur corrigere qđ dictū est, sed altero uerbo, quod uel idē polleat, uel magis etiã lædat, ueluti si quis dicat, nō furatus est, sed inuolauit. Nō furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto, μῶν οὐ κέκλοφας ἀλλ' ἤρπακα. i. An nō furatus es, sed rapuisti. Idē eadē in fabula, ἀντί γὰρ τυφλοῦ θζωμμάτω. Ludit enim seruus ambigua uoce, θζωμμάτω, quæ declarat & oculis donatū Plutū, & exoculatū.

Prius lupus ouem ducat uxorem.

XXXVI

Aristophanes, ἐμ ἐκνήκ. πρῶν κερ λυκῶ δῖν ὑμμεναί. i. Ante lupus sibi iunget ouem. De ijs, inter quos insanabile dissidiū. Ad rem relatū erit lepidius, quod genus si dicas, non cohærere pecunia studio, cū studio literario, adq; eā sententiã accōmodet prouerbiū.

Sphondyla fugiens pessime pedit.

XXXVII

Idem eodē ferme loco, ὡς ἢ σφονδύλη φεύγουσα πονηροτάτην βδέρ. i. Ut Sphondyla fugiens pessime pedit. In eos quadrabit, q̄ discedūt nō citra infamiã. Sphondyla insecti genus, odoris terribimī.

Nunq̄ efficies ut recte ingrediantur cancri.

XXXVIII

Aristophanes in Pace, οὐ ποτε ποιήσῃ, τῶν καρκίνων ὀρθὰ βιάσθαι, οὐδ' ἐπὶ τῶν πρᾶχθέντι ποιήσῃ ὑσδομ οὐδὲμ. i. Ambulet ut cancer recta, haud effeceris unq̄ Nec quicq; efficies, ubi res erit ante peracta. Hoc uelut oraculum poeta Facetus p̄nūciauit. Quod a natura sit insitū, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinū oblique ingredi. In quorū altero carmine tangit adagiū quod superius dictum est, actum ne agas.

κορυβαντιᾶμ.

XXXIX

κορυβαντιᾶμ, pro insanire dixit Aristophanes in Vespis, ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτερόν ἢ κορυβαντιᾶς. i. Aut uere insanis, aut corybantiaris. Sumptū est a Corybantibus cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore, cymbala pulsant, alios item in similem agentes rabiem. Quod idem alias uocat κακοδάμωνᾶμ, quasi malo duci genio.

Calculo mordere.

XL

τίφω δάκνημ. i. Calculo mordere. Dicunt, qui suffragio lædunt, aut ulciscunt hominē. Aristophanes, ἐμ ἀκαρνέυσ, βλέπουσιν οὐδὲμ ἄλλο πλὴν τίφω δάκνημ. i. Spectant id unū, ut mordeāt suffragio. Siquidē hac uia potissimū plæbeij uindicabāt, siqd essent offensi, refragabantur in contione, cū calculis ferrent suffragia, proinde mordebant, nō dente, qđ tutū nō erat, sed calculo.

Charybdis Barathrum.

XLI

Hyperbolæ prouerbiales sunt & hæ. Cum hominē maiorem in modum edacem, bibacem, rapacem, Helluonem, Charybdim, aut Barathrum uocamus. Aristophanes in Equitibus, καὶ πάλωνημ ἢ φάραγγα, ἢ χάρυβδιμ ἢ παργίη. i. Et Telonem & Barathrum, & Charybdim rapacitatis. Huc adscribendum opinor, quod Diogenes, autore Laertio, uentrem, τῶ βίου χάρυβδιμ, id est, facultatum Charybdim uocauit.

Lingua seorsum inciditur.

XLII

Aristophanes in Pace, ἢ γλώτῃα χωρὶς τέμνετῃ. i. Lingua ipsa seorsum incidit. Interpres admonet prouerbialiter dictum. Sumptū autem ex Homero, ἀλλ' ἄγε τέμνετε μεμ γλώτῃας. i. Eia age iam linguas incidite, eiusq; sententiæ Callistratum citat autorē. Rursum in Pluto, ἢ γλώτῃα τῶν κήρυκι τούτων τέμνετῃ. i. Præconibus horū lingua præcidi solet. Callistratus, ut citat interpres, tradit olim in sacrificijs linguam exectam præconibus dari solitam. Nam alioqui sunt, qui dicāt, ex uictimis Mercurio deberi linguam. Est autem in Aristophanis uerbis, ἀμολοβλία, nō infacta, quod lingua utrolibet referri potest, uel ad boues, uel præcones. Interpres admonet aliusum esse ad prouerbiale dictū, ἢ γλώτῃα τῶν κήρυκι. i. lingua præconi. Quo recte uidebimur usitū, cum præmij nō nihil deberi significabimus, qui in cōficiendo negotio pro sua uirili in partem adiumento fuit, aut εὐαγγέλιον dandū læta p̄nūciant. Sic em̄ uocat Homerus mercedulam, quæ dari

quæ dari consuevit, latum adferentibus nuncium.

Nō capit somnū, nisi hoc, aut illud fecerit.

XLIII

Sunt duæ figuræ prouerbiales, quibus intemperantē, atq; impotentē rei cuiuspiā cupiditatem significamus. Altera est apud Aristophanem in Vespis, huiusmodi, ἢ μ' ἢ πι τῷ πρώτῳ καὶ διζήτη ἔυλου, γπνομ δ' ὄρεα φλι μυκτρες οὐδέ πασσάλημ. i. Ligno nisi fors primus ille affecerit, Somni uidet nil nocte. nō uel paspalam. Paspalam autē Græci uocant minutissimū aliquē farinæ puluisculum. Ad eundem modū Iuuenalis, Quibusdā somnū rixa facit. Altera est apud Maronē in Bucolicis, Quod si nō aliqua nocuisses, mortuus esses.

Ventre pleno melior cōsultatio.

XLIII

Plutarchus Sympoticon libro septimo citat hoc carmē, γαστρὸς ἀποπλύτης βουλή ἢ μή τις αμείνωρ. i. Cōsultatio tū melior, cū expleueris aluū. Cū fames interpellat, nō uacat deliberare, propterea, quod cōsultatio morā desiderat, & animi trāquillitatē, at fames bilem acuit.

Tenuis spes.

XLV

Spem infirmā, incertamq; poetæ tenuem uocant, eamq; figurā ceu prouerbialē annotarunt interpretes, nominatim Suidas, Aristophanes in Vespis, λεπῆτις ἐλπὶς ἐστὶ ἐφ' ἧς ὀχοῦμεθα. i. Spes ista tenuis quæpiā est qua nitimur. Frigidam spem dixit Euripides in Iphigenia Aulidensi, ψυχρὰ μὲν ἐλπὶς. i. Spes frigida quidem.

Anno senior fio.

XLVI

Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiā uulgo dicimus. Aristophanes in Ranis, μή νῦν ποιήσεις, ὡς ἐγὼ δειώμην, ὅταν τι τοῦτω τῶν σοφισμάτων ἴδω, πλείον ἢ νῦν αὐτῷ προσεῦπερ' ἀπέρχομαι. i. Faxis caueto, quippe quoties cōspicor, Istiusmodi negociorū quippiā, Discedo, crede, senior anno protinus. Tædio uero, molestiaq; conciliari senium indicat etiam Homerus, Αἴψα γὰρ ἐμ' ἀκατόνη βροτὶ καταγνάσκουσι. i. Illico mortales inter mala multa senescunt.

Taurinum tueri.

XLVII

βλέπω ταυροδῶν. i. Tueri Taurine, pro eo, quod est torue. Aristophanes in Ranis, ἔβλεψεν οὐρ ταυροδῶν ἐγκύβας κάτω. i. Itaq; ore prono cōtuetur Tauricū. Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morē, Taurinis oculis obtueri. Et Vergili^o bouē toruā uocat, Optima toruæ forma bouis.

Expediit habere plura cognomina.

XLVIII

Aristophanes in Pluto, ὡς ἀγαθὸν ἐστὶ ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. i. Ut expedit, si plura habeas cognomina. Cōuenit in eos, qui multa simul profitenē, quo quæstum faciant uberiorē. Aut qui diuersarū sunt partiū. Quæadmodū uespertilio in Apologis aliquādo mus est, aliquādo auis. Dictum est autē in Mercuriū cuius uaria ferunt cognomina. Vocat enim, σοφοῦτος, uel quod bene uertat negocia, uel quod subdolos sit, ac uersipellis, ἐμπολαῖος, quod auctionibus, ac mercimonijs prælit, ἱγεμόνι, quod uia dux, ut apud homerum Priamo, δόλιος, quod impostura, præstigiariūq; repertor, κερδῶος, quod lucris augeat negociatores, ἐναγώνι, quod in certaminibus preconis uice fungat, διάκονι, quod Deorū minister. Ferunt itē & Bacchi per multa cognomina. Prouerbiū nō inscite torquebit & in istos, qui nuscq; nō habēt titulos, ac nominationes, ut uocat, & ceu laqueos instructos ad irretienda sacerdotia. Aut qui plurimas artes profitenē, ut aliqua ratione sibi parent fortunā, uelut ij faciunt, qui in principū aulis ijdem & facticū agunt & ministrum & œconimū & lenonem & γελωτοποιόν.

Λιμοδωριῆς.

XLIX

Λιμοδωριῆς. In prouerbiorū collectaneis, quæ Plutarchi nomine ferunt, huiusmodi reperio fabulam. Cū aliquādo Peloponnesus, in qua Dores, annonæ laboraret in opia, quidam urgente fame, collectis sarcinis, inde demigrarūt, ij cum incertis ledibus huc atq; illuc uagarent, recepti sunt in ciuitatē a Tripolitīs. Tripolis autē ea, in Rhodo est. Nomen igitur inditū illis, ut dicerent λιμοδωριῆς. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti aliquo demigrant, uelut Anglorum uulgus fere hospites omnes λιμοδωριῆς appellat.

Tribus bolis.

L

Plautus in Curculione, Si uis tribus bolis, uelim chlamydem. Tribus bolis, dixit pro compendio, quasi tribus uerbis. Nam bolum Terentius accipere uidetur, pro eo, quod Græci uocant βλωμόν. Quod autē cōtinuo deuorat, tribus bolis edi dicitur.

Velut umbra sequi.

LI

ὡσπερ σκιά ἐπιστῆ. i. Velut umbra sequi dicitur, qui nuscq; deest. Nam umbra corpus affectat, uelut nolit.

uelit nolit. Plautus in Cassina, Decretū est mihi quasi umbra quoquo ibis, tute persequi. Vnde asseclas indiuiduos, umbras uocamus, ut indicatum est alibi.

Ne nūmus quidem plumbeus.

Nummū plumbeū hyperbola pnerbiali, p minimo pecuniæ ponūt. Plantus in Cassina, Cui homini hodie peculi nūmus nō est plūbeus. Cōfine illi, quod est apud eundē in captiui duo. Neq; ridiculos iam Terunci faciunt. Quācūq; hoc alio dictum est loco.

Satietas ferocitatem parit.

Nicolaus Stobæus in Collectaneis suis hanc sententiam puerbij titulo citat, τικτεi κόρος μεμ υδριμ απαιδευσία δε μετ' εχουσίασ ανοιαμ. i. Parit satietas ferocitatē, imperitia cū potestate cōiūcta insaniam. Tollit animos opulentia, quod si ad inscitia accedat potestas, iam res ad insaniam usq; procedit. Concinit cū illo, Fœnum habet in cornu.

Quid cæco cum speculo?

τί τυφλῶ κη κατόπτρω; i. Quid cæco cū speculo? Finitimū illi. Nihil cū fidibus, graculo. Citat a Stobæo uersiculus hic ex Epicharmo, τις γαρ κατόπτρω και τυφλῶ κοινωνία; i. Luminibus orbo, cū speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiterato, Quo regnū iuueni stulto? Quo diuitias ei qui nesciat uti.

Miseram messem metere.

Malam metere messem, est pro male factis luere pœnas. Nō admodū abhorret ab eo, quod alibi retulimus, ut sementē feceris, ita & metes. Stobæus hoc carmen citat ex Euripidis Ione, και νῦν εφέλκετ' ὦ κακοί τιμας βρῶρι, κη κτᾶδε πλουτημ πάντθεμ θηρώμονοι, σύμμικτ' ἄ μη δίκαια κη δ'ι και ὁμοῦ. Επατ' ἀμαῶδε τῶνδε δύσκηου, δερθ. i. Ac nunc honores o scelesti accersitis, Et opes paratis aucupantes undiq; Promiscue per fas, nefalq;. postea Messem metitis ob ista tristem & asperam.

Venimus ad summam lineam.

Euripides in Antigone, ἐπ' ἀνεραμ ἴκομεν γραμμῆ κακῶν. i. deuenimus summā ad malorū lineam. Itē Horatius, Venimus ad summū. De linea stadiorū & lusus, dictū est alibi, nō uno loco.

Saburratus.

Plautus in Cistellaria noue quidem, sed admodū eleganter dixit Saburratus pro onustus cibo. Sumpta metaphora a nauibus, quas onerāt harenis, aut argilla, ne iactent, uacillentq; in fluctibus. Quod equidē inter adagia nō retulissem, nisi etiā uulgo passim diceret. Plauti uerba sunt hæc, Idem mihi, magnæ quod est parti uitium mulierum quæ nūc quæstum facimus. Quæ ubi Saburratæ sumus, largiloquæ extemplo sumus. Venustius fiet, si longius detorqueatur, ueluti si quis aures Saburratas dicat, alicuius multiloquio.

Numero dicis.

Plautus in Cassina, Numero dicis, dixit pro eo, quod est facile & cōpendio. Festus exponit pro cito, ac celeriter, citans, tum alios multos authores, tum hunc Plauti locū, idem in Amphitrione, Numero mihi in mentem uenit. Vsurpat apud eundem & alijs aliquot locis.

Palpari in tenebris.

Ἐπλαφῆμ ἐν τῷ σκοτῶ. Manu tentare in tenebris dicunt, qui rem obscuris uestigāt cōiecturis. Aristophanes in Pace, πρὸ τῶ μεμ οῦν, ἐπλαφῶμεμ ἐν σκοτῶ τὰ πράγματα, Νῦν δ' ἀπαντὰ πρὸς λύχουμ βουλευόμεμ. i. Ante hac negocia, Velut in tenebris manibus attentauimus, Nūc ad lucernam cuncta pensitabimus. Quod quidē & hodie dici de cōiecturis incertis.

Muscas depellere.

Muscas depellere, etiam hodie uulgato ioco dicitur, qui ocioso, atq; inutili fungitur officio. Aristophanes in Vespis, ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχωμ κη τὰς μύιας ἀπαμύνειμ. i. Immo cauet præ manu habens studiose, muscasq; repellit.

Tenuiter diducis.

λεπτὰ ξάινει. i. Tenuiter diducis. Suidas scripsit dici solitū de ijs, qui pauperū more tenuiter uicitant. Translatū apparet a mulieribus lanam carminatibus. Nisi malumus legere ξέαι. Nā in uulgatis codicibus ξέναι habet. Quæ uox quid sibi uelit, mihi sane nō liquet. Porro siue ξάιναι legas, siue ξέαι, utroq; modo significabit illa tenuiū hominū in minutis rebus diligentia, quam Græci uocant μικρολογίαμ, adeo ut etiā cum inū secare prouerbio dicant. Quin & apud Latinos, pauperes tenues appellant, & Terentius, sic tenuiter dixit, de iuene amante citra pecuniarū adminicula. Iterdū ad exactam curā referunt, ac subtilitatē. Ut Horatius in sermonibus, Vt pote res tenues tenui sermone peractas. Aristophanes item in Nebulis, λεπτῶν φροντίδα dixit, & λεπτοτάτους λίγους, & λεπτολογεμ. i. Tenuem curā, & tenuissimas ratiōes, & tenuiā

Z loqui, nimi

loqui, nimirū anxias, ac nimirū subtiles philosophorū ridēs argutias, cuiusmodi acumen Seneca prodidit fuisse Chryssippo, quod pungeret modo, nō penetraret.

Simia fucata.

LXII

πίθηκος ἀνάπλωεσι ψιμυδίου. i. Simia plena fuci. De deformi anu, fucata tamē, & meretricijs culta lenocinijs. Nam ψιμυδίου, Græcis appellat color ille, quo quondā meretrices, nunc honestæ etiam (si Dijs placet) matronæ faciem oblinūt, quo senectam, ac formæ uitia dissimulent. Aristophanes, ἐν ταῖς ἐκκλησιαζούσις. Πότερον πίθηκος ἀνάπλωεσι ψιμυδίου; ἢ γυνὴ ἀνεσηκνῖα παρὰ τῶν νεκρῶν; i. Vtrū ne uarijs picta fucis simia? An anus ab imis huc reuerfa manibus? Potest & ad rē accommodari, ueluti si quis turpē causam, oratiōis phaleris adornet, ut honesta uideat.

σοφοροδότηδες, & similia.

LXIII

Plutarchus in Symposiacis ostēdit olim cognomina quædam prouerbiali ioco facta fuisse in eos, qui serius ac cunctatius ad cōuiuū accederent. Dictos enim, tum κωλουσιδείπνους, tū σοφοροδότηδες, tum ἑχεδείπνους. Quorū nominū rationē, si cōiectare licet, hāc esse puto, quod qui cunctarent adire, ij, quod alijs essent in mora, impedimēto esse uidebant, quo minus illis cœnare liceret, deinde, quod lentitudine sua efficerēt, ut conuiuū ad noctem usq; proferret. Tertium cognomen κατ' ἀντίφρασιν attributum apparet. Negat autem apud Plutarchū quispiam Pittacum ab Alcæo Zophorodorpide appellatū, quod serius iniret conuiuū, sed quod sordidis ac plæbeijs computationibus gauderet. Antiquitus autem in elegās, ac parum urbanū habebatur, si quis ad conuiuū rogatus, tardius aduenisset, Vnde Polycharmus in Apologia, qua uitæ suæ rationē reddit Atheniensibus, illud in laudem suā interposuit ἀνδρες ἀθηναῖοι τῆλλα καὶ πρὸς τοῦτους οὐδέποτε, κληθεῖς ἐπὶ δειπνον ὕστατος ἀλικόμην. i. Ad hæc in super Athenienses, nunq̄ ad cœnā accersitus post tempus accessi. Huius opinionis Battus quidam Scurra non illepide causam aperuit apud Cæsarem. Consuevit enim is, qui tardius uenirent ad conuiuū, ἐπιθυμοδείπνους appellare, quasi dicas conuiuiorū appetentes, propterea, quod cum essent occupati negocijs, ob cœnarū tamen cupiditatē nō excusarent ijs, a quibus rogarent. Huiusmodi ferme Plutarchus. At Terentius in seipsum excutiente indicat inciuile fuisse statim & ante tempus adesse conuiuā, cū Chremes ait illos iam dudum præsto esse domi suæ, seq; ipse in mora conuiuus esse, nimirum indicans contra fieri solere.

Cui ista arriident, meis ne gaudeat.

LXIII

Aristophanes in Nebulis, ος τις οὐμ τούτοισι γελαῖ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαίρω. i. Proinde risum, cui ista mouent, is meis ne gaudeat. Prouerbij speciem habet, quo licebit uti, cum ingens interesse discrimen significabimus, inter nostras & aliorū rationes. Contrariū huic illud Maronis. Qui Bauū nō odit, amet tua carmina Meui, de ijs, quæ eiusdē sunt farinae. Et ex æquo cōtemnenda.

βωμολοχὸς βωμολοχέει.

LXV

βωμολοχοί. Prouerbiali cōuitio dicebantur scelersti & improbi. Quod nominis olim inditum uidetur ijs, qui obuersantes circum aras, uictimis tendere consueverunt insidias, aut qui ob id rem diuinam facerent, quo ex aliorū accusatione cōpendij nō nihil auferrent. Nam huiusmodi mortalium uota Iupiter audit apud Lucianū in Icaro menippo. Dicunt item βωμολοχοὶ, cū res diuina peragūt, non faciunt uota Dijs, sed nugas inanes deblatterant. Qui mos hodie magnatibus præcipue placet, & illud admodū ciuile putant, si inter sacrificandū assidue cuiuspiam ad aurem obganniant. Aristophanes in Nebulis, καὶ βωμολοχὸς, Idem in eadem fabula, εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχέουσι, ἢ κάμψαι τινα κάμπην. i. Siquis eorū bomolochum egerit, & flexū alique flexerit. Quāq; in hoc ipso κάμπην τινα κάμπην subest prouerbij color.

Priusq; gallus iterum cecinerit.

LXVI

πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκεῖν ὠμὸν ἐφθέγγει. i. Priusq; gallus iterū cecinerit, id est admodū mane & antelucano. A prisca consuetudine sumptū, qua noctis deliquiū & accessum diei, gallicantu mentiebantur, gnomonibus horarijs nondū repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, præuocians diē. Qua de re Plinius libro decimo, capite uigesimo primo. Et hi nostri uigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit. Norunt sydera, & ternas distinguūt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum. Quartaq; castrensi uigilia ad curas, laboremq; reuocant. Nec solis ortum incautis patiunt obrepere, Diemq; uenientē nunciant cantu, ipsum uero cantum plausu laterū. Hactenus Plinius. Cur autē id accidat gallis, Democritus apud M. Tulliū cōcoctionē in causa esse putat, quod id tēporis cibus a peccato depulsus in omne corpus digerit. Poetæ ad fabulam referūt, cuius meminit Lucianus in Gallo. Mihi

Io. Mihi magis arridet Ambrosij Leonis Nolani ratio, quæ uirum equidē nō dubitem in peruestigandis naturæ mysticis, uel cū quouis ueterū philosophorū conferre. Hic in quæstionibus suis, gallorū cantū a peculiari quadam salacitate proficisci putat. Esse enim hoc animal præcæteris gallinis deditū, ac uelut uxoriū, mireq; sollicitū de sobole q̄ maxime ppaganda, adeo, ut unus gallus cō pluribus gallinis præficiat, tātāq; turbam unicus maritus impleat, tū pro foeminis, ac pullis acerrime depugnet. Porro cantū gallorum ab imaginatiōe uencris proficisci, uel illud satis arguit, quod priuicq; ineundis gallinis maturi sint, fileant. Ex reliquis item auibus plæreq; in coitu, coitusue desyderio uocē edunt, ut anates, passeres, hirūdines, perdices. Vox autem maris in auīū genere, tantā uim habet ad incitādā Venerē, ut quædam hac audita tantum, cōcipiant oua. Quo in numero sunt perdices. Gallus itaq; dilabēte, iam per uiscera cibo, somnoq; discedēte, quo tēpore corpora sua sponte cōcitant ad Venerē, statim gallinarū meminit, quoq; copiosior sit foetura, cantus illecebra puocat. Quod autē subinde canit, in causa est, quia gallis somnus est interfectus, minimeq; perpetuus, maxime cum uigent ætate, ut intelligas & hoc a salacitate proficisci. Sed ut ad interpretationē adagij recurramus, ueteres initiū diei, a prima mediæ noctis inclinatiōe ordiebant, proximū tempus galliciniū uocabāt, quod id temporis lucē multo ante præsentientes incipiant canere. Tertium conticinium, cū & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt. Quartū diluculum cum incipit dignosci dies. Quintum mane, cum clarus iam dies exorto sole. Itaq; secundus gallorum cantus multo solis exortum anteuenit. Hinc Iuuenalis, Quod tamen ad galli cantum facit ille secūdi Proximus ante diem caupo sciet. Consimiliter Aristophanes in Concionatricibus, οὐδ' εἰ μὰ δ' ἴα τὸτ' ἦλθεῖς ὅτε τ' δεύτερον, Αλεξυῶν ἐφ' ἄγγερον. i. Minime gentiū. Ne siquidem illo te appulisses tempore. Cum gallus iterum caneret.

Ne allij quidem caput.

LXVII

Prouerbialis hyperbole, οὐδ' εἰ σκορόδου κεφαλὴν δέδωκεν. i. Ne allij quidem caput dedit. Aristophanes in Vespis, οὐδ' εἰς οὐδ' εἰ σκορόδου κεφαλὴν τῆς ἐφηρῆσι δίδωσι. i. Nemo uel allij caput addit coctis. Cōueniet in sordidum & impediō parcum.

Ruminare negocium.

LXVIII

Ἀναμάσσει τ' πρᾶγμα. i. Ruminare seu remandere negociū, dicit, qui suo cū animo uersat, etiā atq; etiā expendēs. Sumpta metaphora ab animantibus, qui cibum in os reuocatū denuo mandunt, atq; ita demū in alterū uentrē traiciunt. Nam id nō accidit, nisi ijs, quibus duo sunt uentres. Aristophanes in Vespis, μολίς τ' πρᾶγμα ἔγνωσα ἀναμασώμενοι. i. Vix causa cognita est, ubi ruminauerāt. Id etiā appellāt ἀναπεμπάζεω. Vsurpat hoc adagiū & Lucianus quodā in loco.

Mordere labrum.

LXIX

ἔδιον τὰ χεῖλη. i. Comedere labra, uel hodiernis temporibus uulgo dicit, qui stomachatur animoq; ringitur, sumptū ab indignantiū gestu. Aristophanes in Vespis, ὑπ' ὀργῆς τ' χελύνην ἔδιον. i. Comedēs labra præ iracundia. Sic & Homerus Odyssæas. φ. οἶδ' ἄρα πάντες ὀδ' ἄξ' ἐν χεῖλεσι φύντες. i. Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes.

Lesbiari.

LXX

Λεσβιάζω. Antiquitus polluere dicebāt. Aristophanes in Vespis, μέλλουσα μὴ λισβίω τῶς ξυμπότας. i. Quæ cōbibones iam suos cōtaminet. Aiunt turpitudinē, quæ per os peragit, fellationis opinor, aut irumationis, primū a Lesbijis autoribus fuisse pfectam, & apud illos primum omniū foeminā tale quiddā passam esse. Interpres huius rei testem citat Theopompū in Vlyse, ἴνα μὴ τ' παλαιῶν τοῦτ' ἢ θρυλλοῦ μολοῖν δ' ἡμετέρων σομάτιωμ εἴπω σόφισμα ὁ φασιν παῖδας λισβίωμ εἴρω. i. Vt ne uetus illud, ac uulgo iactatum inuentum ore nostro proloquar, quod aiunt Lesbios reperisse. Citat & Stratidem ex Troilo, μήπ' τ' ὦ παῖζ ἡνὸς ἐστ' αὐτ' μόλις ἀλλὰ παραδούε τῆς λισβίως χαίραμ' ἔα. i. Nequando fili Iouis hucusq; peruenias, uerum hoc Lesbijis relinquant, ac ualere sinas. Innuīt idem Aristophanes, ἐμ' ἐκκλησιαζούσας, Δοκῆς δ' ἐμοι ἢ λάσθα ἢ τῶν λισβίως, id est, Mihi at uidere labda iuxta Lesbios. Alludit autē ad cōmunē literā, quæ prima est & Lesbijis & obscæno uerbo λαιχάζω. Id ni fallor tale quiddā est Græcis, quale fellare Latinis.

Pyrrichen oculis præ se ferens.

LXXI

πυρρίχημ βλέπω. i. Tumultū ac bellum uultu præ se ferre, inde dictū, quod Pyrriche, saltationis genus est, quod ab armatis peragebat. Aristophanes in Auibus, ἀγγελῶ ἐλθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο πυρρίχημ βλέπω. i. Nuncius accurrit ad nos, Pyrrichen oculis tuens. Vnde & pedi Pyrrichio nomē, quod impetum habet militis ruētis in præliū, & uel a Pyrrho Achillis filio, uel ab

Z 2 ignea ui

igneae uí nomen habet.

Non est oleum in Lecytho.

LXXII

Ελαιον εὐκ ἔνεστιν ἐν Λεκυθῷ. i. Haudquaer̄ inest oleum Lecytho, scilicet cū significamus nō esse precibus locum apud inexorabilem. Refertur apud Aristophanem in Auibus. Est autē allusio ad uocem. Nam ελαιον oleum significat, ελεῖν̄ misericordiam, & haud scio, an altera ab altera sit deriuata.

Magis gaudet eo, qui senectam exuit.

LXXIII

γέγηθε μάλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύε. i. Gaudet magis, quā qui senectam exuit. De uehementer hilari, ac gestienti gaudio. Aristophanes in Pace, ἡδόμεαι γὰρ ἢ γέγηθα, ἢ πέπορδα καὶ γελῶ μάλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύε, ἐκφυγῶν πλὴν ἀσπίδα. i. Gaudeo liquidem, atq; lator, atq; pedo & rideo. Qui Clypeū suffugerim, magis ac senectam qui exuit. Ductū est a serpentibus & cicadis, qui statis temporibus exuunt senectutē, ac ueluti renascuntur.

Hic bonorū uirorū est morbus.

LXXIII

Αὕτη γὰρ χησῶν ὄστιν ἀνδρῶν ἢ νόσος. i. At iste sane morbus est probi uiri. Suidas propemodum, ut prouerbiale citat. Extat autē apud Aristophanē in Vespis, Vti licebit, cum id probro daf, quod magis laudi duci oportebat. Finitimū illi, ex Euripidis Aulidensi Iphigenia, καλὸν γὰρ μοι ἦνενδ' ὀλιγωνειδίσιας. i. Mihi opprobrafti probrū honestum scilicet. Aut εἰρωνικῶς, in tristitia quædam & seuera uitia, quæ cum atrociora sint, tamen minus obnoxia sunt infamiae, quod his magis ac probati laborent. Quis enim nō execratur furem? At longe foediū est adulteriū, quod tamen proceres sibi propemodū laudi tribuūt. Inuidere, obtracere, studere, congregendis opibus longe sceleratius est, quā puellam habere, qui cū cubites, ob nocturnos, ut Diuus ait Hieronymus, metus. At hoc qui facit sacerdos, uappa uocatur, ac sterquiliniū, & integri, sanctiq; habentur, qui ambitione tument, auaricia cōtabelscunt, inuidentiæ uirus afflant omnibus, quod uidelicet hi bonorū uirorum morbi sunt.

Ne guttam quidem,

LXXV

Manet etiā hodie uulgo tritissimū, Ne gutta quidē, ὑπερολικῶς, pro minimo, Aristophanes, ἡ ἀκαρυσίση. σὺ δ' ἄλλὰ μοι σαλαγμὸν εἰρήνης ἕνα. i. At tu mihi da pacis unā guttulam.

βατταρισίση.

LXXVI

βατταρισίση, dicebant uulgo, qui balbutirent, quibusq; hæsitans esset & impedita lingua, quod Græci βραλλίση appellat. M. Tulli⁹ ad Atticū libro sexto. τὸ ξυωγόρου τὸ ἐμῆς ὀαπελεύδης ἔδ' οἱ μοι τὰ ἐμὰ βατταρισίση. Inde translātū ad eos, qui nugæ deblatterāt. Vnde βατταρισίση nugacitatem uocant, uocē a Batto quopiā Thebæo mutuati, cui uox fuerit exilis, linguaq; parū articulatā. Dicunt & βαττολογία multiloquentiā, a Batto quopiā poeta, cui mos erat in poematis eadem subinde inculcare. Vtriusq; meminuit Suidas. Verum hæc nihil ad sensum Ciceronis, Mihi magis apparet dictū fuisse βατταρισίση, p dolo malo agere, quod apud Cyreneos uulpes dicatur βάσαρ, ut Latini quoq; dicunt uulpinari. Battarus enim dux fuit deducendæ in Cyrenen Colonia.

Homerici uersus aliquot prouerbiales.

LXXVII

Tantū honoris antiquitas habebat Homero, quemadmodū testatur Macrobius, ut singulā pene uersus illius prouerbij uice celebrarent. Quorum nos nonnullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in autorum literis usurpatos deprehendissemus. Nunc itaq; mihi uideor factururus operaprecium, si ex omni Homericæ poësis corpore, quosdā seligam uersiculos, qui prouerbij speciem ita præ se ferant, ut dubitandū nō sit, quin hi certe ex illorū numero fuerint, quos antiquitas adagionū instar usurpauerit. Quāquā autē nullum fere carmen est huius poëtae, quod nō possit ad aliquā puerbii rationē dctorqueri, tamen nos e plurimis pauca quædam decerpere maluimus, partim nequis nos in re tanq; ascita, nimium digentes dicere posset, partim, quod nescio, quo modo magis arrident in hoc genere, quæ sibi quisq; uelut adoptarit. Itaq; sat habuimus in paucis aliquot, quemadmodū accommodari debeant, uiam ostendisse. Atq; in his ipsis, quāquā eum carminis usum indicauimus, qui tum nobis scribitibus uenisset in mentē, tamē nihil uetuerit, quo minus idem carmen ad uarios usus asciscatur. Neq; uero idem permiserim in reliquis poetis, nisi si quis idem in Marone licere putet, quæ Latinū Homers; optimo iure dixeris, sed facit hoc Homeri diuinitas quædam, ut deceat, quicquid ex illo quocūq; pacto mutuū sumpseris, etiamsi, quod in Cætonibus solet, ad longe diuerſam sententiā uerba dctorleris. Quāquā autē sciremus his nō ad futurā gratiā, nisi quis usurparet Græcæ tamē ne nō intelligerent a nonnullis, uertimus hæc quoq;. Sed iam referre incipimus.

Nō probantis

Non probantis.

LXXVIII

Αλλ' οὐκ ἀτρεΐδῃ ἀγαμέμνονι ἦνδ' ἀνε θυμῶ. i. At nō Atridæ sic est Agamemnoni uisum. Vsurpat a Luciano ceu puerbiallyter in Lapithis, Recte utemur, ubi rem quidē fatebimur honestā factu, uerū diuersa placere ἴς, quorū libido plus ualet, ἢ æquitatis ratio. Siue cū quis tyrannico more, sequit̄, nō quod dicet æquitas, sed quod animo collubitū sit. Siue cū unus aliquis a cæteris omnibus dissentit. Sumptū est autē ex Iliados Homericæ libro primo, ubi non semel iterat̄, ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμισαμ ἄχαιοι, Αἰδ' ἄδ' ὅθ' ἰερῆα, ἢ ἄγλαα δέχθαι ἄποινα. Αλλ' οὐκ ἄρ' εἰ δὴ ἀγαμέμνονι ἦνδ' ἀνε θυμῶ, Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατορῶ δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. i. At reliquæ Danaum placet hæc sententiā turbæ Sacrificio ut habeat honos, ac splēdida dona Accipiāt, at idē hoc Agamemnoni nō ita uisum est. Quin male dimittit, ac dicta fera insuper addit.

Refutantis laudē immodicā.

LXXIX

οὐτ' ἔγω θεός εἰμι τί μ' ἀθανάτισμ εἴσκεισ; i. Nullū ego sum numē, qd me immortalibus æquas. Plutarchus in cōmentario, cui titulus, Quo pacto qs intelligat se p̄fecisse, monet ut hoc Homericū carmē semp habeamus in p̄mptu tā ἢ Pharmacū aduersus uenenū adulationis, aut ubi quis nos magnificētius, ἢ p̄ merito laudat. Vsurpat a Luciano in Icaro menippo:

Cauentis clancularias insidias.

LXXX

μή τις σοι φεύγοντι μεταφρένω ἐμ δόρυ πήξῃ. i. Nequis te a tergo fugientē cuspide figat. Cū significabimus circūspectius agendū, nequis noceat imprudenti. Diogenes usurpauit mutata uocula in adolescentē formosum, qui incustodite dormiebat, μή τις σοι εὐδορ τι μεταφρένω ἐμ δόρυ πήξῃ. Sunt autē apud Homerū Iliados. ο. uerba Diomedis Vlyssēm fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados. x. οὐ μὲν μοι φεύγοντι μείταφρένω ἐμ δόρυ πήξῃς, Αλλ' ἰδὺς μεμαῶτι διασῆ δεσφρ ἔλασσομ. i. Nunquā mi a tergo fugienti infixeris hastam, Sed prompto potius aduersa in pectora torque. Hoc licebit usurpare cū quis nō detrectat apertū certamen.

Iubentis aperte loqui.

LXXXI

Si quem admonebimus, ut proferat doloris, aut odij causas, neq̄ calet in animo, non illep̄i de dixerimus illud ex primo Iliados libro, θεῖα δ' ἀ μὴ κεύθε νόω, ἵνα εἶδομεμ ἄμφω. i. Eloquitor, ne cælato, quo norimus ambo.

Pollicentis se p̄missa re præstiturū.

LXXXII

Significantes p̄missorū fidem nō irritā futuram, sed re præstituros nos, quod uerbis simus polliciti, usurpare poterimus uersus hos ex eodē libro, οὐ γ' ἐμὸν παλινάχρεμ οὐδ' ἀπατηλόμ. οὐδ' ἀτελεύτημ, ὅτι κίμ κεφαλῆ κατανεύσω. i. Nec reuocāda, nec irrita, uana ue dico futura Quæ cū ἔ annucro & p̄misero uertice moto. Dicunt̄ aut̄ a p̄sona Iouis ad Tethidem.

In absurde locutum.

LXXXIII

Vbi quis uidebit̄ absurdum quippiā dixisse, siue cū uerbū aliquod uidebit̄ per imprudenti am elapsum, quod satius erat reticuisse, locus erit illi, quod pluribus locis apud Homerū repetitur, & nominatim Odyssæa libro primo, ποῖόν σε ἔπος φύγῃ ἕρκ' ὀδόντων; i. Dentis claustra tui quæ uox elapsa reliquit. Laudat̄ hic uersus ab Aulo Gellio nocturnam Atticarū libro sexto, capite secūdo, qui pulchre admoneat parce loquendū esse, quod natura linguā uallo detium cūxerit, & sepro labiorū, cum aures patulas dederit.

In spem frustratam.

LXXXIII

Si quādo significabimus aliquem sua spe frustratum, ac rem euenisse secus, atq̄ ille expectabat, nō infestiuiter applicabimus illud ex Iliados libro secūdo, νήπιος οὐδ' ἔ τὰ ἦδη, ἄ ῥα ζεύς μή δ' ἐσ' ἔργα. i. Inspiciens. Nam Iupiter his diuersa parabat.

Inanis conatus.

LXXXV

Vbi sentiemus, frustra sumi operā, neq̄ quicq̄ p̄moueri diutinis laboribus, nō ineptē qua drauerit illud ex eodem libro, Ἀπρηκτόμ πόλεμον πολέμιζαμ ἠδ' ἔ μάχεσ; . i. Pugnam, infrugiferā, & inutile ducere bellum.

Adiurantis se facturū aliquid.

LXXVI

Cum adiurabimus nos facturos quippiā, si modo uita nō destituat, licet accōmodare uersū culum ex eodem libro, μή ἢ ἔτ' ἔπατ' ὀδυσσῆϊ κάρη ὤμοισι ἐπέειν. i. Post hac ne caput hoc humeris insistat Vlyssis. Item Iliados quinto, αὐτίκ' ἔπατ' ἀπ' ἔμοιο κάρη τάμοι ἀλλότριος φάε; . i. Mox caput hocce aliquis mihi barbarus ense recidat. Nam hoc modo uulgu; nostris etiam tēporibus detat. Et nota sunt illa apud Latinos, emoriar, dispeream.

Quæ sero cōtingunt, sed magnifica.

Z 3 Quoties

Quoties intelligi uolemus famā, aut præmiū aliquod serius quidē cōtingere, uerū hoc præstantius, ac durabilius, quo diutius dilatū, ut tarditatē stabilitate, perpetuitateq; cōpenset, nō alienū fuerit Homericū illud ex Iliados secūdo libro usurpare, ὄψιμον ὄψιτέλεσον, ὅου κλέος οὐκ ἀπολαῖτη. Quē uersum Cicero ita uertit. Tarda & sera nimis, sed fama & laude perenni. Verba sunt Chalcantis animū addentis Græcis, uti perdurent, quāq; enim uictoria belli decimo demū anno cōtigerit, eius famam tamen immortalem fore.

Cōsulendum & cōsilijs parendum.

LXXXVIII

Cum admonebimus quempiam, ut uicissim & rectum cōsiliū alijs det, & ab alijs accipiat, aut ut & secum rem diligenter perpendat, & alienā sententiā auribus attentis audiat, nō inuestigatū erit illud ex eodem libro, Ἀλλὰ ἀναξ, αὐτῶς δ' εὖ μηδέο, πείθεο τ' ἄλλω. i. Ipse age rex bene cōsulito & pareto uicissim. Nō interpellandus famelicus.

LXXXIX

Quoties innuemus nō esse cōfabulandi ocium, nisi prius placauerimus latrantē & iratū, ut ait Horatius, uentrem, Aut ubi significabimus aliquē, simulatq; sit affectus, quod expetebat, iam ad alia cōuerti, nō inepte pferemus, uersiculum hunc apud Homerū solennē. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσις καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρου ἔνρ. i. At postq; his potus exempta cupido, cibiq;. Id Vergilius ita redit, postq; exempta fames & amor cōpressus edendi.

Ingens rerum multitudo.

XC

Cum admirandā hominū, aut rerū, seu malorū multitudinē indicare uolemus, congruet illud ex eodē libro, ὄσα φύλλα καὶ ἀνδρα γίνετη ὄρη, ἠὺ γε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ. i. Quot frōdes, & quot sunt uerno tēpore flores. Utq; globatarū muscarū examina multa.

Quæ diuinitus contingūt.

XCI

Qui dicet quippiā non cuius cōtingere, quisquis optat, sed diuinitus dari, uelut ingenium, formā, uires, usurpare poterit Homericū illud ex Iliados libro tertio, Ἐκὼν δ' οὐκ ἄντις ἔλοιρ, id est, Nō quisquis uolet ille ferat. Dicunt ab Alexandri persona ad Hectorē, qui illi comā, formam, & imbellem citharā opprobrarat, οὐκ ἄρ' ἰ χραίσμη κίθαρίς, τὰ τε δῶρ ἀφροδίτης, ἢ τε κόμην τότε ἔιδος ὅτ' ἐμ κοινήσι μιγείη. i. Nil tibi profuerint, cātusq; & dona Diones, Vel coma, uel species, in puluere cōgrediēti. Ad id ita respōdet Paris. μή μοι, δῶρ ἔρατὰ πρόσφερε χυσοῆς ἀφροδίτης, οὗτοι ἀπόβλητ' ὄσι δειῶν ἐρικυδέα δῶρα, ὄσα κερ αὐτοὶ δῶσι με, ἐκὼν δ' οὐκ ἄντις ἔλοιρ. i. Ne mi opprobraris Cithereæ optabile donū. Haudquaq; aspemanda Deū pulcherrima dona, Quæ ipsi dant, neq; mox si quis uelit, auferat illa.

In senem libidinosum.

XCII

In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob atatem, uerum oratione ualent, ueluti si quis taxare uelit ueruccē (ut ait Plautus) uetulū, turpiloquū quidē, cætrū ad Veneris usum languidū, apposite dixerit illud ex eodē libro. γήραι δ' ἢ πολέμοιο πεπανυμνοί, ἀλλ' ἀγορηταὶ ἐδλοί, id est, iam ob seniū bello emeriti, sed dicere tantū Egregij. Qualem in quarto facit Fidei filiū, χεῖρα μάχη, ἀγορῆ δ' ἔ' ἀμείνω. i. Inferiorem pugna, sed dicendo priorem.

Fatis imputandū.

XCIII

Cum hominē quempiā culpa liberabimus, eamq; uel in fatū, uel in fortunā reiiciemus usurpare licebit, quod inibi dicit Priamus ad Helenā, οὐτι μοι αἰτή ἐστὶ θεοῖν μοι αἴτιοι εἰσιμ. i. Nil tibi ego imputo, uerum ipsis magis imputo diuis.

Diu dissimulatum aperientis.

XCIII

In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquūt, nō inconcinne detorquebitur illud, quod eodem loco dictum est de Vlysse, ἀλλ' ὅτε δ' ἢ ῥόπατε μεγάλην ἐκ σήιδι. i. Ast ubi iam promit prægrandem e pectore uocem.

Pertinax cōtentio.

XCIV

Quoties ostēdemus obstinatā ac muliebrē æqualiū inter ipsos cōtentionē, cū neuter altero uult inferior uideri, cōueniet illud, quod Iliados libro tertio, Iuno dicit ad Iouē καὶ γὰρ ἐγὼ θεὸς εἰμι, γένος δ' εἰ μοι ἐνδερ, ὄδερ σοι. i. Ipsa etiā dea sum, genus inde mihi, unde tibi ortus.

Cum uterq; cōcedit alteri.

XCVI

Rursum cum omīssa cōtentione, uterq; alteri cōcedit, locus erit rei, quod eodem statim loco cōsequitur, ἀλλ' ἢ ἰρι μέρταυδ' ὑποείσομεν ἀλλήλοισιμ, σοὶ μέρ ἐγὼ, σὺ δ' εἰ μοι. i. Quin magis alteri in his rebus cedamus uterq;. Tu mihi, contra ego dcinde tibi.

Adamantis tenere.

XCVII

In eum, qui tenere diligit quempiam, uel adamat magis, ita ut nō patiatur, uel leuissimis in-

commodis

commodis a quoq̄ affici, non in scite torseris illud ex eodem libro, ὡς ὅτι μήτηρ καὶ δὸς ἔργα μὴ
 αμ, ὅδ' ἢ δ' εἰ λείπει ὑπὸ φ. i. Non secus atq; genitrix Muscam arcet puero somno officiosa cubanti.

Contemnentis dicitur.

XCVIII

Siquando significabimus nos scōmate, seu contumelia leuiter cōmoueri, nec altius in ani-
 mum demittere, cōgruet illud ex Iliados libro quarto, οὐκ ἐν καίρῳ ὄξυ πάγην βέλθ' ἀλλὰ πάροι-
 δεμ, εἰρήσατο ζωήητε παυαίο λαθ', ἢ δ' ὑπ' ἐν ὄρθερ, ζωμά τε κημίτην, πῶ χαλκῆς κάμου ἄνδρες. i. At mis-
 sum nō transijt ad uitalia telum, Sed summa in cute balteus arcuit, impositoq; Lamineæ
 squamæ, quas huic faber addidit ære.

Malorum obliuio.

XCIX

Qua deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriā ma-
 lorum, non intempestiuiter usurpabit illud ex eodem libro, τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώλια δῆερ. i.
 Hæc omnia reddant irrita diui.

Ex minimis in itijs maxima.

C

Ad indicandum maximas simultates nōnunq̄ ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atq;
 ex minutissima scintillula grauissimum incendiū, mire congruet illud ex eodem libro De Eri-
 de, id est cōtentiōe, ἢ τ' ὀλίγη μὲν πῶτα κορύσσει ἀντὰς ἔπειτα, οὐραυῶ ἐκίρηξε κάρη κη ἐπὶ χθονὶ βαί-
 τα. i. Quæ primum exigua surgit, uerum ilico cœlum Attingit capite, in terris uestigia po-
 nens. Hunc locū Vergilius Aeneidos quarto, detorsit ad famam Parua metu primo, mox
 sese attollit in auras, Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

CHILIADIS TERTIE CENTVRIA OCTAVA.

Diucifarum partium.



Vi uolet innuere Metium quempiam, & cum utraq; parte colludentem, aut
 aduocatum præuaricatorem, aut proditorem ducem, non ineleganter usurpa-
 uerit illud ex Iliados libro quinto, τυτίδην δ' οὐκ ἄν γνοίης πείροισι μέγην, ἢ μέγα
 ἔρωσιν ὀμλέοι, ἢ μετ' ἀχαιοῖς. i. Porro Tytidem minime dignoscere possis Tro-
 ianos ne inter uerfetur, an inter Achiuos.

Alieno ferox præsidio.

II

Si quæras innuere, quod ferox sit quispiam, & improba moliat, id eum non facere dome-
 sticis uiribus fretum, uerum alicuius potentioris fultum præsidio, qui clanculum illi suppedi-
 tat & animū & opem, illud accōmodes licebit eodem ex libro, οὐχ' ὄγ' ἀντίθε θεοῦ τὰ δὲ μαίνετ
 ἀλλὰ θε ἄρχι, ἐσηκ' ἀθανάτων νεφέλη εἰλυμνύθ' ὤμους. i. Ista quidem hic nequaq; audet sine numi
 ne, uerum Adstat diuū aliquis, humeros caligine tectus.

Fortuna prorsus aduersa.

III

Cum res bonis instituta consilij, tamen male cedit, illud apposite dixeris ex eodem libro,
 θεὸς νύ τις ὄβι κοίτης. i. Infensus deus est aliquis. Item in. z. ἀλλ' ὅτε δ' ἢ κἀκίθ' ἀπὸ χθονὸς παῖσι θεοῖσιν
 i. Ille ubi iam inuisus diuis etiam omnibus esset.

Arripe negocij curam.

III

Admonentes aliquem ut diligēter negociū capessat, & gnauiter rem aggrediat, utemur
 hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hortatur aurigam suam, ἀλλ' ἄγε νῦν μάσιγα κη ἠνία
 σιγαλόεντα δ' ἔξαι. i. Quin age nunc scuticamq; manu, depictaq; lora, Corripe.

Reñcientis autorem formidinis.

V

Territanti, metumq; inanem in iñcienti, uersum hunc occinere licebit, quo Sthelenum ibi-
 dem alloquitur Diomedes, μή ἔ φοβου δ' ἀγρόδνε. i. Ne trepidandi autor mihi sis.

Omni conatu inuadere.

VI

Siquē significabimus totis uiribus tendere in quempiā oppugnandū, conueniet illud ex
 eodē libro, ἀινείας δ' ἐπόρουσε σὺν ἀσπίδι δαρὶ τε μακροῖ. i. Obui⁹ Aeneas, clypeoq; insurgit & hasta.

Summa ui defendere.

VII

Rursum siquis alterum summa ui tuebitur, quadrabit quod proxime eo consequitur loco,
 πρῶδε δὲ οἱ δόρυ τ' ἔχε καὶ ἀσπίδα πάντοσε ἴσω. i. Vndiq; textit eum lancea, clypeoq; rotundo.

Aequa concertatio.

VIII

Cum significabimus duos ex æquo paratos ad disceptandū, rixam ue, licebit accōmodare
 carnē illud ex eodē libro, τὼ μὲν δ' ἢ χίρας τε κη ἔρχεα δ' ἐσοέντα, ἀντίον ἀλλήλων ἐχέτω μεμαῶτε μά-
 χεσθ'. i. Illi inter sese, iam iā pugnare parantes Obtendunt, pariterq; manus, præacutaq; pila.

Z 4 Incitare

Incitare currentem.

Qui significabit instigari quempiam ad id, ad quod suapte sponte pp̄det, usurpabit illud apud Homerum per̄ se frequens, μάσιξεμ δ' ἴππους, τῷ δ' οὐκ ἄκοντε πέϊέδιω. i. Cedit æquos scutica aut illi uel sponte uolabant. Sumptum ab aurigis.

Ad utrumuis paratus.

Homīnem ad utramq; fortunam instructum, ludicris pariter, ac serijs accommodatum, aut qui norit cum bonis pariter, ac malis conuiuere, notabimus hoc carmine, quod est in Iliados. η. οἷδ' ἐπι δεξιᾷ, οἷδ' ἐπ' ἀριστερᾷ νωμῆσαι βοῶν. i. Noui equidem clypeum dextra, leuacq; mouere.

Nullus delectus.

Aristoteles libro Politicorum secundo refert hunc uersiculum ceu uulgo celebrem, εν δ' ἴη ζαμῆ ἡ μὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐδολός. i. Par honor, ignauoq; uiro, & uirtute ualenti. Quo licebit uti, si quando significabimus nihil esse discriminis inter eruditum & impostorem, inter benemerētem & male merētem, inter probum & improbum. Verba sunt Achillis stomachantis, quod sui ratio nō esset habita ab Agamemnone, cū esset omniū multo fortissimus. Hoc loco lapsus est interpres Leonardus Aretinus, uir ille quidem tum doctus, tum eloquens, sed homo tamen. Sic enim uertit carmen Homericum. Honori incumbit tam ignauus, q̄ bonus.

Muneribus res agitur.

Qui dicet non esse locum recte factis & æquis rationibus, sed largitione & assentione rē omnem peragi, poterit illud accommodare ex Iliados. ι. Δώροισιν τ' ἀγκυοῖσιν, ἐπεσώτε μελιχίοισι. i. Et donis permagnificis, & lenibus dictis. Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

Frustratus conatus.

Qui spe frustratus sua, non assequitur id quod ambiabat, in hunc non incongrue torquebitur illud ex Iliados. θ. βαλέεμ δ' εἶπε θυμός, καὶ τῷ μὲν ἔ' ἀφάμαρ. i. Animus cupijt configere telo Verum illum, fallente manu non attigit.

Alieno auxilio potentes.

Qui alienis præsidijs freti facinus aliquod egregiū, aut qui alieni prætextu nominis aliquid faciunt, in eos apposite torquebitur ex eodem libro, quod ibi dictū est de Teucro fratre Aiacis Salaminij. Nam is sub fraterno latitans clypeo, sagittas aliquot mittit in Troianos, στῆδ' ἀρ ὑπ' αἰών. οὐ σάκει τελαμωνιάδ' αο. i. Constitit Aiacis clypeo septemplīce tectus.

Cauendum a potentiore.

Qui se negabit rem habere uelle, cum homine longe potentiori, quiq; magnopere possit lædere, recte accommodauerit illud eodem e libro, οὐ γ' ἐγὼ γ' ἐδέλομαι δι' ἡ κρονίωι μάχεσθ'. i. Cū Ioue ego sane nolim certamen inire.

Subitum remedium periculi.

Cum indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actūq; fuisse ni subita salus, ceu deo quopiam immissa protinus affulsisset, illud ex eodem libro conueniet, εἰ μὴ ἄρ' ὄξυ νόσος πα τῆς ἀνδρῶν τε θεῶν τε. i. Ni ilico sensisset, genitor diuum hominumq;.

Perplexus, animiq; consternati.

In eum, qui periculoso negotio consternatur animo, nec rationem inuenit, qua explicet sese, quadrabit illud ex eodem libro, νέσρα δ' ἐκ χερῶν φύγῃ ἡνία σιγαλόεντα. i. Fugere e manibus mirandæ Nestori habenæ.

Litem incipere.

In eum, qui iam prouocatus aggreditur cōuitijs agere, cōgruet illud ex Iliados. κ. εἴλεπ' δ' ἄλκιμον ἐγχεῖ ἄκαχμύου ὄξει χαλκῷ. i. Hastam corripuit robustam cuspide acuta. Cui diuersum illud, Hastam abiecit, quod alibi retulimus ex Cicerone.

In formidolosum.

In hominem uehementer pauidum, animoq; consternatum, quadrabunt hi uersus ex eodem libro, οὐδ' ἐ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλύκτιμαι, κραδίη δ' ἐ μοι. ἔξω σκθέων ἐκθρόσκει, τρομέα δ' ὑποφαίδι μα γυῖα. i. Nec mihi mens constat, sed mota uacillat, & extra Pectus cor salit, & trepidat quoq; corporis artus. Dicuntur autem hæc ab Agamemnone, populo metuente.

Blandius alloqui.

In eum, qui blandius & honorificentius compellat aliquem, gentilitijs etiā prænominibus additis, Quinte, Puta, aut Publi, uidelicet, quo gratiam aliquā ineat apud illum, recte torquebitur illud,

bit illud, quod eodē in libro dictū ab Agamemnone, iubente Menelaū blandiri copijs Graecorum, παῖξο δ' ἐμ' ἐκ γυνεῆς ὄνομάζω μ' ἄνδρα ἑκάστον, i. Compellans patris, ac gētis cognomine quēq;
Inexorabilis.

Inexoratu difficilē ac præfractum, suoq; relinquendum ingenio, siue in eum, cuius operam nihil moramur, apposite torquebitur, quod Iliados. i. Diomedes dixit in Achillem, qui legatos & Agamēnonis dona reiecerat, ἀλλ' ἦρι κείνορ μὲν ἔασσο μιν, ἠκερ ἴκοισι, ἠκε μὲν κ. i. Quin magis ipsius hunc animo, ingenioq; sinamus, Siue uenire uelit, siue hic remanere.

Ausculata & perpende.

Quoties significabimus nos aliquid dicturos, quod ad rem pertineat, quodq; ratum ac certum futurū sit, cōueniet illud ex eodem libro, quāq; & alias apud eum poetam sapius obuiū. Ἄλλο δ' ἐστὶ ἐρέω, οὐ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλω σῆσι. i. Immo aliud quiddam (tu mente recondito) dicam.

Non statim decernendum.

Qui significabit interponendam moram, priusq; decernatur, & rem in posterū diem reijciendam, accōmodabit illud ex eodem libro, quod legatis ad reconciliandam gratiam missis ab Agamemnone respondit Achilles, αἶψά τοι φαινομὲν ἔσται, φρασόμεθα. i. Aurora ubi crastina fuerit Consultabimus. Hinc apparet sumptū celebre Graecis prouerbum, ἐμνηστὶ βουλή. i. In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus.

Cum innues aliquem non esse ad negocium accersendum, præter animi sententiā, aut nō esse collocandum officium in eum, qui nec agnoscat, nec accipiat libenter, accōmodum fuerit quod eodem in libro de Phoenice dixit Achilles, ἢν ἐέλκω, ἀνάγκη δ' οὐτὶ μὴ ἄξω. i. Si uolet, inuitum hunc haud quāq; abduxero quoq;.

Omnibus anteuertenda uitæ cura.

Qui dicet omnia post habenda, quo uitæ consulamus, accōmodabit illud ex eodem libro, οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντίεσις, οὐδ' ὅσα φασί, ἰλιον ἐκτῆσ' εὐναιόμουρον πηλίεθρον, τὸ πρὶν ἐπ' εἰρῶν. i. Nullū equidē precīū cum uita confero, nec cū Iliacis opibus, pridē quas tēpore pacis, Vrbs opulenta tenebat, uti fama est. Μοχθὸς causa redditur, quod una uita, neq; reuocari, neq; sarciri possit, simulatq; semel dentes reliquerit, ἀνδρῶν δ' ἢ ψυχῆ, πάλιν ἐλθέμ οὐτὶ ληΐσῃ. οὐδ' ἔλετῃ.

Euenit malo male.

Cum scelerato cuipiā euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, locus erit illi ex eodem libro, θεοὶ δ' ἐτέλεον ἐπαράς. i. Explerunt inimica precamina diui. Verba sunt Phoenicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quæ pater olim fuerat imprecatus.

Nec dignus, qui me intueatur.

Qui contemnet omnino quempiam, ut ignauum, multoq; sese inferiorem, non indegenter illud ex eodem libro detorsit, quod in Agamemnone, ni fallor, dixit Achilles, οὐδ' ἄρ' ἐμοὶ γε τελευτῆν κῆρὸς πρὸς ἑωμ, εἰς ὅπα ἰδέσθ. i. Haud ille quidem ausit Quāuis perfrecta sit fronte, mihi ora tueri. Quod idem etiam hodie uulgo dicunt. Est autem indicium animi conscij, nō aude re recta faciem intueri eius, quæ læseris. Hinc est, quod Menelaus in Iphigenia Aulidensi, iubet imprimis, ut Agamemnon obtueat sese, uidelicet inde facti collecturus primū argumētū.

Cauendum ab eo, qui semel imposuit.

Qui se negabit habere uelle cōmercium cū eo, a quo semel sit deceptus, usurpabit illud ex eodem libro, οὐδ' ἐστὶ οἱ βέλαις ἀμφράσομαι, οὐδ' ἐμὸν ἔργον, ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε ὁ ἥλιππος, οὐδ' ἄρ' ἐπ' αὐτῆς. Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν ἄλλος δ' ἐστὶ, ἀλλὰ ἔκλυθ' ἐρέτω. i. Hoc ego cū nihil aggrediar (neq; enim expedir) unq; Quippe ubi frustratus semel est, ac fraude scellit, Non iterum mihi uerba dabit stulto, semel illi hoc Sit fecisse satis, Quin posthac ille quiescat, Ac ualeat.

Amicorum est admonere mutuum.

Sententia prouerbialis uidetur, quam legimus Iliados. λ. Ἀγαθὴ δ' ἢ παραίφασίς ἐστὶν ἐταίρου. i. Bonus est affatus amici admonitoris. Hanc licebit usurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum siquid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum instar.

Quod eodem in libro dictum est in laudem medici, idem torqueri poterit, ad quemcunq; uirtute præstantem. Carmen est huiusmodi, ἰατρὸς δ' ἄνθρωπος πολλῶν ἀνθρώπων ὄλωρ. i. Vir medicus multis alijs æquandus honore est.

Contemnentis inimicum.

XXXI
Qui negabit

Qui negabit se cōmoueri conuitijs alicuius hominis contempti, non infcite deflexerit id, quod eodem libro dicit Diomedes, οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γωνὴ βάλοι, ἢ πᾶσις ἄφρων κωφὸν γὰρ βέλῃ ἀνδρὸς ἀνάκλιδ' οὐ τι δ' αὖτο. i. Haud curo magis, ac si foemina siue quis infans Me iaculo peteret siquidem uiri inertis, & ipsa Irrita tela uolant.

In uoti compotem.

XXXII

Vbi quis affectus est, quod affectabat, captabatq; ueluti si quis sacerdotij spe munus prin- cipi mitteret, eoq; sacerdotio, fauore principis potiret, quadrabit illud ex eodē libro, καὶ βόλιον οὐδ' ἄρα μὴ ἄλιον βέλῃ ἐκφυγε χερσὸς. i. Attigit, eiq; manu non irrita missa sagitta est.

Lupus in fabula.

XXXIII

Cū forte fortuna, in medio sermone interuenit is cuius mētio fiebat, cōueniet illud ex Iliados. κ. οὐπω πᾶν εἶρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἦλυθον αὐτοῖ. i. Iamq; aderant ipsi, nondum sermone peracto.

Corrigentis, quod dictum est ab alio.

XXXIII

Vbi notabimus aliquem tanq; haud ex animi sentētia locutum, aut ubi quid dictū erit pa- rum honestum, intorquebimus uersiculum hunc ex Iliados. m. quem Plutarchus ad eū usum adduxit alicubi, οἶδα ἢ ἄλλοι ἀμείνονα τοῦδ' εὐνοῖσαι. i. Sermonem hoc alium potiore addu- cere nosti.

Aliter cum alijs agendum.

XXXV

Qui significabit cum alijs blandius agendum, cum alijs asperius, ut cuiusq; fuerit ingenij, aut fortuna, dignitasq; allegabit illud ex eodē libro, ἄλλοι μὲν χίρις, ἄλλοι εὐρεοῖς ἐπειεῖσι νέετορ. i. Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum, Increpuere.

Vt nunc sunt homines.

XXXVI

Si notabis temporū tuorū mores, ut semp in peius degenerantes a uirtute maiorū. Velut si dicas hunc, aut illum principem laudandum, ut hac tempestate sunt principes, applicabis il- lud ex eodē libro, οἶοι νῦν βροτοὶ εἶσι. i. Quod quidē Hemistichiū duob⁹ est locis apud Home- rum, hic de Hectore, saxum ingens humo facile tollente, alibi de Tydeo saxum itē tollente.

Non suscipiendum negocium temere.

XXXVII

In prapotentem, & cum quo nō sit suscipienda similtas aut lis, nisi magno aliquo praesidio fulciaris, quadrabit illud ex eodem libro, οὐκ ἂν ἕως μὴ ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας, νόσση δ' αὖ. i. Huic certaturus non iuerit obuius ullus Absq; deis. Dictum est autem de Hectore duabus lance- is, & ingenti saxo tendenti in praelium.

Vehementer cupientis.

XXXVIII

Cum animus ipse nos uehementer instigat ad faciendum quippiam, cōueniet illud ex Iliados. n. καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ, θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι, μάλλον ἐφορματῆ πολεμίζεμ, ἢ δὲ μάχεσθαι μαμώωσι δ' ἐνερθε, πόδες ἢ χεῖρες ὑπὸ δ' αὖ. i. Sponte mihi gliscens animus in pectore gestit Vsq; magis, bella/ re manu, & configere coram Festinant infraq; pedes, ac dextra superne.

Elucet egregia uirtus.

XXXIX

Egregia uirtus etiam si quando dissimuletur, tamē semp eminent inter alios, atq; ex ipso oris habitu perspicitur, & in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatē testatur facies homi- nis itidem, ut mores. In hanc sententiā quadrabit Homericum illud, ex eodem libro, ἀργύρωτ' ἢ διοίηδ' . i. Insignia numina diuum.

Mutua defensatio.

XL

Mutua compluriū inter ipsos concordiam, mutuamq; defensionem notabimus nō in- facete uersibus his ex eodem libro, φράξωτες δ' ὄρου δουρὶ, σάκῃ σάκει προδελύμνω, αὐτὸ δ' ἄρ' ἀπίε ξεσθε, κόρυς κόρυω, ἀνέρα δ' ἀνῆρ. i. Hastas densabant hastis, umbone frequenti Umbonem, clype- um clypeus fulcibat inhærens, Inq; uicem galeæ galeas texere, uirum uir. Iuuenalis item de cinedis, Sed illos Defendit numerus iunctæq; umbone phalanges.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguae.

XLI

Sententia prouerbialis est ibidem, huiusmodi, συμφροτῆ δ' ἀρετῆ πέλα ἀνδρῶν ἢ μάλα λυγρῶν . i. Coniuncti pollent etiam uehementer inertes. Hac conueniet uti si quando significabimus non esse contemnendā amicitiam, aut similtatem multorum, etiam si fuerint alioquin imbe- cilles, & quorum singulos quiuis facile contemnat. Nam quemadmodū, ut ait Ouidius, Quæ non prosunt singula, multa iuuant, ita quæ non lædunt singula, multa nocent.

Extra periculum ferox.

XLII

In timidum & ita demum ferocem, si procul absit a periculo, uelut in obtrectatorē clancu- larium, qui

Iarium, qui coram non aufit congregari, quadrauerit illud ex eodem loco, *Ἄνδρῶν δυσμύλων ἐκὰς ἰσάμων* *Θ* *πολεμίζου. i.* Pugnarum gnarus uerum eminus & procul hoste.

Quisquis is fuerit.

XLIII

Quemuis citra ullam exceptionem hominem indicabimus hoc uersiculo, qui est Iliados. *Ν.* *ὅς δυνῆς τ' εἶν, ἢ ἔδοι δημίτης* *Θ* *ἀκτιῶ. i.* Qui modo mortalis sit edens cerealia dona.

Iuuenta uiribus pollet.

XLIII

Ad uires plurimum momenti adfert aetas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem loco de Aenea, *καὶ δ' ἔχα ἥκεις ἀνδρῶν, ὅτε κράτος ὄβι μέγιστον. i.* Flos quoque adest aui, cuius tunc maxima uis est.

Ancipitis consilij.

XLV

Ad significandum hominem perplexum & ancipitis sententiae, suspensumque animo, congruet illud ex Iliados. *Ε.* *μεσσηγὺς γαίης τε, ἢ οὐρανοῦ ἀστρόεντος. i.* In medio terrae simul & stellatis olympi. Dictum est apud poetam de equis celeri uolantibus cursu.

Prædiues.

XLVI

Prædiuitem significabimus his uersibus eiusdem in. *Ζ.* *πολλὰ δ' ἔν' ἀφνειοῦ πατρὸς καμέλια κέη χαλκός τε, πολὺν κμητός τε σίδης* *Θ* *. i.* Diuitis in patris sunt multa recodita tectis. Aesque aurumque, fabrefacti quoque copia ferri. Ad idem faciet etiam illud ex Iliados. *Κ.* *πολύχρυσος ἢ πολὺ χαλκός* *Θ* *. i.* Multi auri multique aris.

Aegre quidem, sed facimus tamen.

XLVII

Cum aegre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus, adacti necessitate, conueniet illud ex eodem libro, *καὶ μάλα τερρόμενοί περ ἀναγκαίην γ' ἐπέγα. i.* Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Quod alibi diminutum, exaequatur alibi.

XLVIII

In eum in quo desideratur uirtutis aliquid, sed cuius iacturam, alia quapiam dote compenset, Veluti si quem intelligi uelimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio, aut qui sit indoctus quidem, sed bene nummatus, competet illud eodem in loco, *ὅς δ' ἴρι ἐίδ' ἔω κακός, ἀλλὰ ποδῶκος. i.* Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Mutua defensio tutissima.

XLIX

Qui significabit minus eos laedi posse, qui concordese mutuo defendunt, contra omnium iniuriam obnoxios illos, qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados. *Π.* *παυρότεροι ἢ πολὺ φθίνουσι, μέμνηται γ' αἰεὶ, Ἀλλήλοισι ἀπ' ὀμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπῶν. i.* Multo turba minor perijt, quod in agmine semper. Mutua opem sibi ferre, malumque arcere studebant.

Qui cum contemptu uitae inuadunt.

L

In eos qui gladiatorio (sicut ait Terentius) animo quempiam impetunt, ut aut perdat, aut pereat, conueniet illud ex Iliados. *Μ.* *ἀγροτέρουσι σέεσι βουκότες, id est, Σίμιλες ἀγροτέροις ἀπρίσι.*

Alijs prospiciens, non sibi.

LI

Si libebit in quempiam iocari, qui cum arte diuinandi professus, alijs sua mala praedixerit, ipse suum malum non potuerit prauidere, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Boeotia, *ἀλλ' οὐκ οἴωνοισι μέρυσσας κῆρα μέλαιναν. i.* At non augurij fatum sibi depulit atrum. Quod imitatus Maro. At non augurij ualuit depellere pestem. Dictum est de Eunomo Mylorum duce perito quidem auguriorum, at nihilominus ab Achille occiso.

Dedecus publicum.

LII

Rem modis omnibus infamem, ac perniciosam, non ineleganter indicaueris his uersibus, quibus Hector Paridem obiurgat libro Iliados tertio, *πᾶσι τε σὺ μέγα πῆμα πολλῆι τε πατρί τε θήμω. Δυσμνήστη μὲν χάσμα κατὰ φέλιον δ' ἐσοὶ ἀνθρώπῳ. i.* Noxa ingens urbium tuae, populorum, patriaeque Hosti gaudia, sed probrumque, dolorque tibi ipsi.

Ne depugnes in alieno negotio.

LIII

Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienae, quae nihil ad nos pertineat, sed permissuros ut ipsi inter sese suo decertent periculo, quorum agitur negocium, uersiculo fuerit locus ex eodem libro, *οἶον ἀμφ' ἑλένη, ἢ κτήμασι πᾶσι μάχεσθ'. i.* Proque Helena, proque omni re decernere solos. Dictum est de Menelao & Paride singulari certamine congressuris.

Prudentia coniuncta cum uiribus.

LIIII

In eum, qui norit idem & alijs imperare quid sit agendum, & ipse persequi cum opus, quod alijs imperat, apte quadrabit illud ex eodem libro, *Ἀμφοτέρου βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατερός τ' ἀχμῆς. i.* Et iuxta ductor bonus, & certamine pollens. Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at militem.

at militem præstare non norunt.

Pauciloquus, sed eruditus.

LVI

In eum qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur, conueniet illud ex eodem libro, quod illic dicitur de Menelao, breuiloquo Laconum more, uerum suauiloquo & arguto, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολὺ μὲν δῶ. i. Non is multa quidem uerum argutissima, quippe Pauciloquus.

Duobus malis resistere difficillimum.

LVI

Εἰδ' ἢ ὁμοῦ πόλεμὸς τε δαμᾶ, ἢ λοιμὸς ἀχαιούε, i. Iam pariter subigit, bellumq; & morbus Achiuos. Siquando dicemus eundem hominem duobus aut plurimis præmi malis. Est apud Homerum Iliados libro primo.

A fronte simul & occipitio oculatus.

LVII

Cum indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut singularem prudentiam quæ constat non præsentium modo sciētia, sed & memoria præteritorum, & futurorum prospicientia, recte uersum hūc ex eodem usurpabimus libro, ὡς ἦδ' ἢ τὰ τ' εἶναι τὰ τ' εἰσόμενα, ἢ ὅτ' εἶναι τὰ. i. Qui scit præterita ac præsentia, postq; futura. Vergilius uertit ad hūc modum. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.

Nocuit & nocebit.

LVIII

Siquando demonstrata præteritorum malorum causa, cōminabimur, futurum ut accedant maiora, nisi quis resipiscat, non intempestiuiter usurpabimus, uersum hunc Homericū ex eodem libro, τοῦ κεν' ἄρ' ἄλγ' εἰδ' ὡκε ἑκητόλῳ, ἢ δ' ἔτι δῶσει. i. Phœbus ob hæc mala multa dedit, atq; insuper addet. Veluti si medicus ostenso morbi periculo, moneat ægrotum reualescentē, ut tēperet ab immodica uenere, alioqui rediturum cum fœnore malum.

Ingens discrimen.

LIX

Quotiens ingens discrimen inuemus inter homines, aut res plurimum inter se diuersas, aut immensum interuallum inter seiunctos, eleganter accōmodabimus illud ex eodem libro ἐπει μάλ' ἀ πολλὰ μέγα εἶ, οὐρεᾶ τε σκυδόντα δάλασσα τε ἠχίεσσα. i. Sunt in medio sita plurima, montesq; Umbrosi, fretaq; horrifono clamosa fragore.

Adhortantis ad gloriam.

LX

Cum adhortabimur ad immortalē gloriam egregijs parandam factis, non inconcinniter adhibebimus illud carmen, quo. M. Tullius aliquot usus est locis, ἀλκιμὸς ἔσθ' ἵνα τις σε ἢ δ' ἰγόνωμ εὐεῖπκ. i. Strenuus esto, quo te posteritas quoq; laudet. Extat autem apud Homerū cū alias, tum Odysseæ libro primo, Sic enim Pallas in specie Mentoris adhortatur Telemachū ad uirtutem; aliorū illustriū heroum exemplo, καὶ σὺ θιγῶ, μάλα γάρ σ' ὀρώω καλὸν τε μέγαμ τε, ἀλκιμῶ ἔσθ' ἵνα τις σε ἢ δ' ἰγόνωμ εὐεῖπκ. i. Tuq; age quando te uideo magnūq; bonumq; Strenuus esto, uti tete & postera prædicet ætas.

Qui paratus ad resistendum.

LXI

Qui significare uolet, se nequaq; detrectare certamen, sed abūde suppetere, quo partes tueatur suas, usurpabit illud ex Iliados. Ν. ἔθ' μοι δ' οὐρατὰ ὄσι ἢ ἀσπίδες ὀμφαλοῦσαι ἢ κόρυδες ἢ δῶρηκες λαμπρὸν γαυώωντες. i. Et mihi sunt hastæ teretes, Clypeiq; rotundi, Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

In discrimine apparet qui uir.

LXII

De re periculosa difficiliq; & eiusmodi quæ uirum cordatum ac strennuū requirat, conueniet illud, quod in eodem libro dicitur a Diomede Cretensiū duce, ἐνδ' ὅτε δ' αἰλὸς ἀνήρ ὅς τ' ἀλκιμῶ θ' ἰζαφάνθη. i. Illic qui uir iners, qui strēnuus ipsa docet res. E carmine quod proxime sequitur, sumptum est Hemistichium, quod alias inter prouerbia retulimus, κακοῦ τρέπετη χρῶς. i. Vertitur ignaui color. Quoniam autem tum temporis, mihi locus non occurrebat, hic indicandum putauī. Carmen integrum sic habet, τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπετη χρῶς ἀλλυδὶς ἀλλη, οὐδ' εἰ οἱ ἀξέμας ἦδ' αἰ ἐρηκτέτ' ὦ φρεσὶ θυμὸς, ἀλλὰ μείον κλάζα καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἴζα, ἐμ δ' εἰ τ' εἰ κρῶ δ' ἴη μεγάλα σένοισι παλάσση, κήρας οἴο μὲν ἴω, πάταγος δ' ἐτ' ἐγίγνετ' ὀδόντων, τῶ δ' ἀγαθοῦ, οὐτ' ἄρ' ἐπέπετη χρῶς, οὐδ' ἐτ' ἰλίω ταρβῆ. i. Vertitur ignaui color, euariatq; subinde Nec mens certa manet, uersum hūc, illucq; uacillat Ac migrans e corde pedes in utrosq; residit Palpitat & ualide cor ei præcordia subter Fata putanti animo, occipiunt quoq; stridere dentes Contra forti, nec uariat color, ac neq; ualde Horrescit.

Non cedendum malis.

LXIII
Siquando

Siquando admonebis, nō oportere cedere uel aduersarijs, uel insultibus aduersæ fortunæ, aut nō esse certandum cū fugitiuis, non inscite detorseris illud ex eodem libro, οὐκ ἔμ' ἐν αὐχρῆ ῥπιοδε πέσοι βέλθ' οὐδ' ἐνὶ νώτω, Ἀλλὰ κερὴν ἢ σέβων ἢ νηδύθ' ἀντιάσσει. i. Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, sed ipsum Aut uentrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.

Ipse sibi perniciem accersiuit.

LXIII

**In eum, qui sibi pertinaciter accersit malum, congruet illud ex eodem libro, τὸν δ' ἄγε μοι-
ρα κακὴν θανάτοιο τέλεθ' δε. i. Istum mortis in exitium mala parca trahebat.**

Ultra uires nihil aggrediendum.

LXV

Qui dicet non esse suscipiendum negocium, ad quod peragendum nō suppetant uires, nō incōcinniter illud accōmodauerit ex eodē libro, πὰρ δ' ὡαμμυ δ' οὐκ ἐστὶ ἐπιτύμονοι πολέμιζον. i. Vires ultra nemo queat bellare, licet sit Quātūuis aio, pmptr^o. Verba sūt Paridis ad Hectorē.

Ocyor accipitre.

LXVI

**Admirandam celeritatem hyperbola prouerbiali licebit indicare, quæ est in eodem libro, θάσωνες ἰρήκων. i. Pernices magis accipitre. Venustius fiet, si ad famam, aut ingenium, aut nunci-
cium, aut eiusmodi quippiam detorqueatur.**

Ancipitis animi.

LXVII

Animum ancipitem, & incerti consilij, licet indicare uersiculo, qui est Iliados. ζ. ὡς ὁ γέρωμ, ὡρμαινε δ' αἰζόμενθ' ἤϊθι θυμὸν διχθάδια. i. Sic senior uersans animo disquirat, utroq; Nutas. Id Maro sic est imitatus. Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc. Rursum Iliados. π. διχθά δ' ἐμοὶ κραδίη μέμομε φρεσὶν ὀρμαινόντι. i. Huc animus mihi uersanti inclinabat & illuc.

Correctio dicti.

LXVIII

Dictum obscœnius & bonis uiris reticendum, aut absurdum dictu, notabimus hoc uersiculo ex eodē libro, μῦθον, ὃν οὐκ ἐμ' ἀνήργε διὰ σόμα πάμπαν ἄγοιτο. ὅς τις ἐπίσαιτο ἤσι φρεσὶν ἄρτια βάλειν. i. Sermonem, quē nemo uir unq; pmat ab ore, Qui modo cognorit cordata & sana pfari.

In clamoros.

LXIX

Ingentē inter litigandū aut disputandū uociferationē, indicabimus eo uersiculo, quē ibidē de Marte scripsit Homerus, ὅσοντ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχορ ἢ δεκάχιλοι, Ἀνέρες ἐν πλέμω, ἔριδα ξωάγοντες ἄρηθ'. i. Tantū uociferās, quātū nouies, decies uel Mille uiri, clamare solēt q; prælia miscēt.

Pro mea uirili.

LXX

Cum pollicebimur nos operā nostram præstituros, pro nostra uirili, conueniet illud ex eodem libro Veneris ad Iunonem, εἰ δ' ὡαμαι τελέσαι καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσαι. i. Si præstare queam, & fieri res ipsa potest. Vsurpat ueluti prouerbij uice Plutarchus in libello de dignoscendo adulate ab amico, εἰ γὰρ εἴρηκε τοῖς πρὸς ἡμῶν, φίλου μὲν ἐκένω εἶναι, πλὴν ἐπαγγελίᾳ, εἰ δ' ὡαμαι τελέσαι γὰρ καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσαι. κόλακθ' δε ταύτην, αὐδ' ὅτι φρονέεις. i. Nam recte dictū est illud a maioribus nostris, Amicū sic promittere, Si præstare queā, & fieri res ipsa potest. Ad uulatore uero ad hunc modum, Dicitō quicquid habes in pectore.

Pro dignitate cuiusq;.

LXXI

Cum unicuiq; partes tribuuntur pro decoro personæ, proq; dignitate. Veluti si negocium arduum cōmittatur prudenti & exercitato, leuiusculum iuueni cuiquam & imperito, quadrabit illud ex Iliados. ξ. ἔσθλα μὲν ἔσθλος ἔδωκε, χεῖρα δὲ χεῖρονι δόσκει. i. Egregia egregius subit arma, ac deteriori Deteriora dedit.

Omnia ex sententia cedunt.

LXXII

In magnopere fortunatos, quibus & recte & secus instituta feliciter cedunt, congruet illud ex Iliados. ρ. τῶν μὲν ἰ' πάντων βέλτε ἄπρητη, ὅς τις ἀφείη, ἢ κακός, ἢ ἀγαθός, ζεὺς δ' ἔμπεης πάντ' ἰδύει. i. Spicula cuncta horū ferunt, seu torserit illa Ignauus, seu uir fortis, quia Iupiter ipse Dirigit.

Improbitas muscæ.

LXXIII

In improbum, & subinde redeūtem, etiam si turpiter repellatur, quadrabit illud ex eodem libro, καὶ οἱ μύηκε θάρσθ' ἐνὶ στήθεσιν ἐνήκεν, ἢ τε καὶ εἰργαμένη μάλα πρὸς θεοὺς ἀνδρομυλίοιο. ἰχναῖα θ' ἀκέει. i. Atq; illi muscæ uim intro præcordia misit. Quæ quamuis de pelle uiri sit saepe repulsa Assultat morsura tamen.

Deo, fortunæq; cōmitto.

LXXIII

Qui fortunā experiri statuerit, euentū negocij fortunæ cōmittens, in hunc cōueniet illud ex eodē libro, ἠσώ ἢ ἢ ἐγὼ τὰ δὲ κερ δι' ἰ' πάντα μελήσει. i. Torsero & ipse, loui fuerint hæc oia curæ.

Consilium in melius cōmutandum.

LXXV

Aa

Siquādo iu.

Si quando iubebimus mutare consilium, utpote foedum ac stultū, aut reprehendemus q̄r-
plam ut inconsulte factum, usui fuerit illud ex eodem libro, τις τίνυ δεῶν νηκερδέα βελλῶ. Εμ σὶ
θεοσι μὲν ἔθηκε καὶ δέλετο φρενας ἐδλάω, i. Quis tibi consilium submisit inutile tandem Diuorum,
sanamq; exemit pectore mentem?

Modis omnibus incitat.

LXXVI

Vbi quis modis omnibus animū alterius sollicitat, nunc precibus, nunc blanditijs, nunc iur-
gijis, nunc minis, usurpare licebit illud ex eodem libro de Patrocli, sicut opinor, equis dictum,
πολλὰ μὲν μάστιγι δοῆ' ἐπεμάειο δ᾽ αἶνον. πολλά δ' ἢ μελιχίσι προσύδα, πολλὰ δ' ἀρειῆ. i. Multū ille, scuti-
caq; cita celerare iubebat Multum idem blande affatus, multumq; minatus.

Eidem inhiantes testamento.

LXXVII

Duriusculum quidem, sed tamen non inscitum, si quod est in eodem libro dictum de Græ-
cis ac Troianis, de Patrocli cadauere, dimicantibus, torqueatur ad heredipetas eundē senē,
uelut idem cadauer certatim captantes, ὡς οἱ γ' ἐνθα καὶ ἐνθα νέκωσ' ὀλίγη εἴν' ἕωρα. Εἴλκεον ἄμφω τε-
ροί. i. Sic illi exiguo discrimine utriq; cadauer Hinc atq; inde trahunt.

Præmatura mors.

LXXVIII

In hunc, qui præmatura morte discesserit, superstitibus parētibus, accōmodabitur illud ex
eodem libro de Patroclo dictum, ni fallor, οὐδ' οἱ τρεῖσι θεῶσι φίλοις ἀπέδωκε, μινυθαδά. Θ' δ' οἱ
αἰῶν. i. Neq; nutricandi grata parentibus ille Reddidit officia, sed ei breue contigit æuum.

Victoria non incruenta,

LXXIX

Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorū rapacitas, ut fere litigantium utraq; par-
tes plectantur, adeo ut non raro pœniteat etiam eum, qui uicit litem. In hos igitur conueniet
illud ex eodē libro, οὐδ' οἱ γ' ἀναμωτί γ' ἐμάχοντο. i. Nec hi sine sanguine pugna Miscabant.

Filius degenerans.

LXXX

In filium, qui paterno degenerat instituto, siue qui non diu fruitur a patre relictis, sed excu-
titur a maiorum facultatibus, apposite torquebitur illud ex eodem libro, ἀλλ' οὐχ' υἱὸς εἴν' ἐστὶ
πατρὸς, ἐγίρα. i. At non consenuit patrijs in filius armis.

Euentus præter expectationem.

LXXXI

Quoties res multo secus eucnit, q̄r uel fuerat instituta, uel probabilius coniecturis euentu-
ra uidebatur, congruet illud ex eodem libro, ἀλλ' αἰεὶ τε δῖος κρείσσων νόσ' ἀγχιόχοιο. Verum præ-
pollet magni Iouis usq; uoluntas. Rursum Iliados. γ. ἀλλ' αἰεὶ τε δῖος κρείσσων νόσ' κέπησ' ἀνδρῶν. i.
Sed magis atq; hominum pollet Iouis usq; uoluntas.

Reprehensio cogitationis.

LXXXII

Cum ipsi reprehendimus animi nostri consilium, aut cogitationē parum honestam, aut pa-
rum utilem, locus fuerit ex eodē libro, ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλθ' διελέξατο θυμός; i. Sed mihi cur
animus, secum hæc in pectore uersat? Idem alijs item locis repetitur.

Præbere uiros.

LXXXIII

Ad fortiter agendū, ferendū ue adhortabimur hoc carmine ex Iliados. κ. quāq; idē alias sub
inde repetit, ἄνδρες ἔσε' φίλοι, μνήσαδε ἢ δουρίθ' ἀλκήσ; i. Eia estote uiri, ualidaq; expromitte ai-
res.

Re opitulandum, non uerbis.

LXXXIII

Cum re opus est, nihil profunt uerba, ueluti si quis ageat pecuniarjjs suppetijs, quorsum at-
tineat huic aures explere dictis? Rursum in cōsultationibus, in iudicijs, rationibus agendum
est, non uerba. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados. π. Εμ ἄ' ἄχορσ' ἰτέλθ' πολέμω, ἐπέωμ δ' ἐνὶ βῶ-
σῃ. i. Verba in cōsilio, ualet in certamine robur.

Corrupta iudicia.

LXXXV

In eos, qui corrupte iudicāt, aut suffragiū ferūt, nō ad Reip. cōmodū, sed ad priuatū cōmō-
dum respiciētes, siue, qui per tyrannidē leges opprimūt. Cōpetet illud ex eodē libro, ἢ βῆν' εἴ
ἀγορῆ σκολιάσ; κρίνωσι δέμισας. Εκ δ' ἐδίκ' ἠλάσσωσι θεῶν ὄπιμ' οὐκ ἀλέγοντες. i. Qui per uim in popu-
li cœtu cōmunia iura Deprauant, ac iusticiam depellere tentant Nil ueriti uocem diuum.

Alia dantur, alia negantur.

LXXXVI

Quoties e duabus naturæ dotibus altera cōtingit, altera negata est, ueluti sicui formæ decus
adsit, desit ingenij laus. Siue cū e duobus postulatis alterū dūtaxat impetratur, quadrauerit il-
lud ex eodem libro, τῶ δ' ἔπερομ μὲν ἔδωκε πατῆρ, ἔπερομ δ' ἀνένδ' σμ. i. Annuuit hoc illi diuum pater
abnuuit illud. Hunc uersiculum usurpat Plinius in epistola quadam. Dictus est aut de Achille,
qui in uotis, quæ facit pro Patroclo suis armis inituro prælium, duo quædam rogarat, alterum
ut cum

ut cum laude pugnaret, alterum ut peracta pugna referret arma incolumis & ipse. Quorum alterum annuit Iupiter, nempe ut fortissime pugnaret. Caterum Achillis arma perierunt, ipse Patroclus occisus est.

Apta prouincia.

LXXXVII

In eum, qui prouinciam suscipit, suis aptam uiribus, abstinens a negotio, cui sit impar, ueluti si quis episcopatum accipiat, summum pontificium recuset, conueniet illud ex eodem libro, εἴλετο δ' Ἀχιλλεὺς ἄρματα, τὰ οἱ Παλάμην φησὶ ἄρματα, ἔρχεται δ' οὐχ ἔλετο οἷον ἀμύμονος Αἰακίδαο. i. Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas. Quilibet, aut hastam solam non sumit Achillis. De Patroclo dictum, qui cum Achillis armis esset indutus, ab hasta tamē abstinebat, quod ea grauior esset, quæ ut quislibet Græcorum regere posset, præter unum Achillem. Quod idem in Odyssæa de arcu Ulyssis finxit Homerus.

Pudor & metus.

LXXXVIII

Cum abstinetur a re quapiam, quod ea tum inhonesta factu uideatur, tum uero minime turba, locum habebit illud ex Iliados. ο. ἰχθεὺς γὰρ ἀδ' ὠς, καὶ δ' ἐπ' οἷ. i. Nam pudor atque metus uetuit. De conglobata acie dictum, quæ ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus. Pudorem autē ingens addere calcar ad fortiter agendum, indicat in eodem libro, cum ait, Ἀἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλείονες σόοι καὶ πέφραυτή. i. Plures sunt salui atque cadunt ijs, quis pudor adsit.

Qui obticescit.

LXXXIX

In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est, quod respondet, quadrabit illud ex Iliados. ρ. Δὴ δ' ἐμὴ ἀμφασίη ἐπέωμ λάβε. i. Illum corripuit stupor, atque infantia linguæ.

Mors omnibus cōmunis.

XC

Qui dicet omnibus ex æquo moriendum, nec ullis uiribus arceri fati necessitatem, citabit illud. οὐ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλήος φύγε κῆρα. i. Nec uis Herculeæ fatum euitauit acerbum.

Alius alijs in rebus præstantior.

XC I

Qui dicet alium alia dote præcellere, accommodabit quod in eodem libro dictum est de Polydamante & Hectore, ἀλλ' ὁ μὲν ἄρ' μῦθοισι, ὁ δ' ἔγχετο πολλὸν ζήνικα. id est, Hic dictis, hasta longe præstantior, ille.

In periculoso negotio, non est dormitandum.

XCII

Quod subinde repetit apud Homerum, ὀλίγη δ' ἀνάπνυσις πολέμοιο. i. Exigua est interspiratio belli, poterit trahi uel ad litem forensem, uel ad simile negotium odiosum, & laboris plenū.

Mens leua.

XCIII

Frequenter hominum mens leua est, & pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiant. Ad hanc sententiam facit illud ex eodem libro, ἔκτορι μὲν γὰρ ἐπὶ λύκῳ κακὰ μνησιόωντι, Πηλεὶ δ' ἄμωπι δ' ἄρ' οὐτίς, ὅς ἐδὴ λὺν φράζετο βυλλῶν. i. Consilium Hectoreum laudabat in utile quisque, Nemo Polydamantis, at hic dabat utile solus.

Verbis pugnas, non re.

XCIII

Facile est cōiutis altercari, uerum re uincere difficile. Ad eam sententiā quadrabit illud ex Iliados. x. Dictum ab Aenea congressuro cum Achille, ἐπεὶ σάφα ὀίδα καὶ ἀντρε, ἢ μὲν κερταμίας, καὶ δ' ἄστυλα μνησισαδῶς. i. Siquidē noui probe & ipse Et petere probris inimicæque dicere dicta. Paulopost repetit copiosius eandē sententiā, ἐστὶ γὰρ ἀμφοτέρωσι ὀνειδέα μνησισαδῶς, πολλὰ μάλ', οὐδ' ἄρ' κῆρ' ἐκατόζυγ' ἄχθεται ἄροις, σὺ δ' ἐπὶ δὲ γλώσσ' ὄζει θεοῦ, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι, πάντοιοι, ἐπέωμ δὲ πολὺς νόμος ἐνθά καὶ ἐνθά, ὁπποῖον δ' εἰπὼν ἔπειτα, τοῖον δ' ὑπακούσας. i. Ambobus siquidē præbra dicere plurima promptum est, Quorum onus haud portet centum ratis obsita remis. Est hominum quia lingua uolubilis, omnigenæque Insunt sermones, uariæque, & pascua dictis, Hinc atque hinc, multæque uices, sed qualia uerba Dices, talia reddentur tibi dicta uicissim.

Nequid moucare uerborum strepitu.

XCIV

Qui monebit aliquem, ne sæuis uerbis, ac minis deterreatur, quo minus experiatur, accommodabit illud ex eodem libro, ab Apolline dictum Aeneæ, ἀλλ' ἰδὺς φέρε χαλκῶν, ἀτρεῖα μὴ δέσειε πᾶμπαν. Ἀδύγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποστρεπέτω καὶ ἀρεῇ. i. Quin rigido ferro, magis obuius ito, nec unquam Te sæuis dictis deterreat ille, minisque.

Cibo opus duraturis in labore.

XCVI

Inituri bellum, ne omnino ieiuni sint, ne uiribus destituantur. Id trahi poterit ad studium literarum, ad exercitium pietatis, adque alia complura. Ad id congruent uersus Homericus, ex Iliados

Αα 2 ados

adōs. τ. οὐ γὰρ ἀνήρ πρὸ πάμπαν ἤμαρ ἐς ἡέλιον καταδ' αὐτὰ Ἀκμυθεο σπρίο δ' ὠνήσθη ἄντα μάχιος, εἴπερ
 γὰρ θυμῷ γε μονοιναά πολέμιζον, ἀλλὰ τε λάβρη γῆνα βαρῶν τε ἠδὲ κίχων, δίψα τε ἔλιμος, βλάβει τε
 δ' ἔπε γράωατ' ἰόντι, οὐ δ' ἐλ' ἀνήρ οἴνοιο κορυσάμην, καὶ ἔδωδ' ἄρης, ἀνδράσι δ' ὀσμυνέεσσι πωνήμερθεο ποι
 λεμίζον, θαρσαλέον νυ οἴησθε ἐνὶ φρεσίν, οὐδ' ἔτι γῆνα, πρην κάμνει, πρην πάντας ἐρωήσασα πολέμοιο. i. Nam
 quis ad occasum ualebit solis ab ortu Impastus iugī durans cōfligere pugna? Pectore em̄
 quāuis sit prompto ad belligerandum Sensim membra grauant tamen ac sitis atra, famesq̄
 Corripiunt, genuaq̄ labant tendentis in hostem Rurlus erit quicūq̄ satur, uinoq̄, ciboq̄
 Is demū poterit confligere perdius hosti. Huic animus uiget usq̄ ferox, neq̄ membra la
 borant Huic prius, ac uictor bello submouerit omnes.

Omnibus armis praelidijq̄ destitutus.

XCVII

Hominem inermē, & omnibus destitutū praelidij indicabimus hoc uersu, qui est Iliados
 φ. γύμνηθε ἄτερ κόρυδος τε καὶ ἀσπίδος οὐδ' ἔχευε ἔγχυθ. i. Et Clypeo simul & galea nudat⁹, & hasta.

Frustra habet qui non utitur.

XCVIII

Siquē increpare uoles quod ingenio, diuinitis, literis, non utatur, cū habeat, conueniet illud
 ex Iliados. φ. τίνυ τῶξου ἔχεις ἀνεμώλιον αὐτῶς. i. Cur frustra tibi iam gestatur inutilis arcus.

In fugitiuum.

XCIX

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiā instigatur, praecipue parū honestā,
 uel magis si quis turpiter fugiat, in hunc quadrabit si dixeris, τούτῃ ἢ κωάμνια ἄγα. i. Hunc Cy
 namyia rapit. Sic enim in eodem libro Iuno de Marte e praelio fugiente, καὶ δ' αὖθι κωάμνια
 ἄγα βροτολογὸν ἄγα. i. Pestiferū Martem rursūm exagitat Cynamyia. i. Mulca canina.

Cum Dij non pugnandum.

C

Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum superis, cum magnis principib⁹, quos
 Hebraeorum etiam litera uocant Deos, usurpabit illud ex eodem libro, θεοὶ δ' ἔτε φέρτεροι ἀνδρῶν
 .i. Verum homines dijs inferiores.

CHILIADIS TERTIE CENTVRIA NONA.

Autor omnium & fons.

I



Vm indicare uolemus primū omniū autorem, unde ceu capite profiscantur
 omnia, maxima pariter & minima. Veluti si quis dicat superbiam omniū malo
 rum parentem, fidem omniū uirtutum fontem, Homerū omnis poeseos patrē,
 non inconcinniter accommodabitur illud ex eodem libro de Oceano dictum, ἐξ
 οὗ πῶς πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα δάλασσα, καὶ πάσα κρῖνω καὶ φρεῖατα μακρὰ νάσσου. i.
 Ex quo uno freta cuncta fluunt, & humina cuncta Et cūcti manāt fontesq̄, lacusq̄ p̄ fundi.

Prorsus ignotus.

II

In hominem quem nobis mirum in modum ignotum uideri uolumus, per iocum torque
 bitur illud apud Homerum frequens, τίς ποθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τι πόλις ἠδὲ τοκήες. i. Dic quis &
 unde uenis, tibi ubi patria atq̄ parentes? Cognatum est illi, Albus an ater sis, nescio.

Quoad uixero.

III

Quod in uita perpetuum nobis futurum intelligi uolemus, indicare licetbit Homericō car
 mine, quod est in Iliados. x. ὄφρ' ἄρ' ἐγώ γε, ζωοῖσιν μετέω καὶ μοι τίλα γράωατα δρώρα. i. Donec
 uiuos inter agam, genibus dum fulciar hisce. Hoc imitatus Maro. Dum memor ipse mei,
 dum spiritus hos reget artus.

Gloriosum & apud posteros.

III

Cum facinus significabimus, cuius famam & posteritas celebratura uideatur, quadrabit il
 lud ex eodem libro, ἀλλὰ μέγα φέξας ἔη καὶ ἔσσομ' ὅσοισι πυθιάδῃ. i. Immo facinus insigne peregit. Ipsa
 etiam quod posteritas exaudiat.

Vindicta tarda, sed grauis.

V

Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, semelq̄ de
 pendit superiora flagitia, congruet illud ex eodem libro, νῦν δ' ἀδρόα πάντ' ἀποῖσαι. i. Nunc cum
 cta luct semel adglomerata.

Anceps euentus rei.

VI

Cum anceps rei discrimen significamus, & incertum utro uergat uictoria, congruet illud
 quod est cum alias, tum Iliados. κ. καὶ τότε δ' ἢ χυύσεια παῖθ' ἐτίταμνε τάλασθα. i. Tum pater au
 ratas libra

ratas librabat utrinque balances.

Magna de re disceptatur.

VII
Cū ingens certamen indicabimus, nec leuia aut ludicra peti præmia, quadrabit illud ex eodem libro, *Ἐπειὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείλιω Ἀρνύδιω.* i. Nec enim illis uictima, siue Bucula captabatur. Dictum est ab Achille & Hectore pro uita decertantibus. Vsurpatur a Luciano in Eunucho, cum ridet philosophos turpiter apud iudices de salario contententes. Carmen integrum sic habet, *Ἐπειὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείλιω Ἀρνύδιω, ἄτε ποασίμ' ἀέθλια γήγηθη ἀνδρῶν, Ἀλλὰ πρὶ ψυχῆς δέου' ἔκτορ' ἵπποδάμοιο.* i. Nec enim illis uictima, siue Bucula captabat, quippe hæc præmia cursus, Verum de uita currebant Hectoris.

Omissis nugis, rem experiamur.

VIII
Qui conuictus omissis iubebit ipsa re periculum fieri, uter uincat, aut uincatur, non intempestiue accommodauerit illud ex eodem libro, *βέλτερον αὐτ' ἐρίδι ξυωλαυνέμεν ὅπῃ τάχιστα, εἶδομον ὅπ ποτέρω κερ δ' ἄλυπι' εὐχ' ὀρέξκ.* i. Sed præstat pugnam committere cominus, ut mox Pareat, utri Iupiter esse uelit laudemque, decusque.

Metus infamiae.

IX
Cū dicemus nos hominum de nobis opinionem, rumoribusque commoueri, quo minus mutem consiliū, conueniet illud ex eodem libro, quod frequenter usurpat. M. Tullius in epistolis ad Atticū *Ἀιδέομαι ἔως ἢ ἔωδάς ἐλκεσιπέπλος.* i. Troianos ac Troianas, uereorque pudetque. Verba sunt Hectoris pudore nolētis in urbē recipere sese, ne quis opprobret illi, imputaretque Troianorum interitū.

Aliam ætatem, alia decent,

X
Qui iam aliam ætatem significabit, nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando decuit, usurpabit illud ex eodem libro, quanquam & alias iteratum, *Ἀλλ' ὅτε δ' ἠελίου τε κἀκὴ πολίῳ τε γήσομ.* i. Verum ubi iam, canumque caput, incanaque menta.

Quod alijs uitio uertas, ipse ne feceris.

XI
Quod damnaturus sis in alijs, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados. *τ. καὶ δ' ἄλλω μεσάρῳ ὅσις τριαυτά γε ῥέζοι.* i. Immo adeo si quisque alius patrare pararet Tale aliquid, damneretis uitioque daretis.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.

XII
Si quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias, ueluti si quem incuses, quod inter bibones compotauerit, ilque se neget fuisse, uerum alium quepiam, non illepide detorseris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus, *πάντ' αὐτῷ μέγεθος τε καὶ ὄμματ' ἀκαλ' εἰκῦια, καὶ φωνῆ, καὶ τοῖα χροὶ πρὶ εἶματα ἔσο.* i. Cuncta ipsi similis, uocemque oculosque decoros Corporis atque modum, & talem gestabat amictum.

Audiens non audit.

XIII
Sunt quidam, qui siquid parum placet, id scire dissimulant, ueluti cum negant sibi redditas literas, quibus commonefiant officij sui, quod tamen malint effugere, quam præstare, in hos quadrabit illud ex Iliados, *τ. ὧς οὐκ αἰνοῦσι εἰκῶς.* i. Dissimulas audisse. De Antilocho dictum, qui Menelaum reuocantem a cursu, cum audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celerius etiam currebat, *Ἀντίλοχ' ὄρετι ἢ πολὺ μάλλον ἔλαυε, κένθω ἐπιπαύεσχωμ, ὧς οὐκ αἰνοῦσι εἰκῶς.* i. Quinetiam cursum Antilochus magis accelerabat Instigans stimulis, audireque dissimulabat.

Ex habitu bonum uirum præ se fert.

XIII
Qui dicet ex ipsa oris figura uideri probum hominem. Citabit illud ex Odyssææ primo, *οὐ μὲν γὰρ ἔκ κακῶ εἰς ὧπα ἔωκει.* i. Ex specie minime improbus ipsa Esse uidebatur.

Absit clamor in colloquio aut lusu.

XV
Qui iubebit in conuiuio, colloquio ue temperari a uociferatione, accommodabit illud ex eodem libro, *Νῦν μὲν δ' αἰνύμενοι τερπώμεθα, μηδὲ βοητὺς ἔσω.* id est, Nunc hilares coenemus & omnis clamor abesto.

Grata nouitas,

XVI
Si quando dices nuperrima quæque, uulgo maxime placere, non intempestium fuerit illud ex eodem libro, *τίλῳ γὰρ αἰοιδίῳ μάλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, ἠτις ἀκρότεσι νεωτάτη ἀμολιπέλητ.* i. Cantio enim hæc hominum longe est celeberrima uulgo Et gratissima, quæ nuperrima uenit in aures. Pleraque commendat nouitas, potissimum apud imperitos. Contra in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam, unde Flaccus in epistolis, Indignor quicquam reprehedi, non quia crasse Compositum, illepide ue putetur, sed quia nuper. At cæteris ferme in rebus fauor

Aa 3 nouitatis

nouitatis, superiorum obliterat gratiam. Vnde Dauid episcopus Traiectensis, patre prognatus Philippo Burgundionū duce, huius qui nuper defunctus est proauo materno, uir doctus & cordatus, suadentibus quibusdam, ut propter ætatem ingrauescentem pateretur adiungi sibi designatum episcopum, ait sese diui Antonij exemplo cōmoneri, quo minus id facere uellet. Nam hunc negligi cœpisse simul atq; successisset Rhochus recentior diuus.

Mulier pudica ne sola sit ulquam.

XVII

Cum admonebimus non conuenire, ut pudica mulier sola, citraq; testes cum uiris colloquatur, usui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope, οὐκ οἴμαι, ἅμα τῆ γε καὶ ἀμειψόλοισιν ἔσσονται. i. Haud sola, ast illam, famulæ binæ comitatae.

Fatale uitæ tempus exactum.

XVIII

In decrepitos, quorum ætas iam exacta uidebitur. Quadrabit ex eodem libro, κήπιοι, οἳ καὶ βούς ὑπὸ τοῦ ἡλίου κείονται. i. Dementes, ut qui sacros tibi maxime Phœbe Absumpserunt boues. Nam per solis boues, annos fatales, ut opinor, innuit poeta.

Non luctu, sed remedio opus in malis.

XIX

In malis non lamentis, sed auxilijs utendum. Ad id conueniet illud ex Iliados. ω. quanquā alijs item iteratum locis, οὐ γὰρ ἕς πρῆξις πέλειται κρυφροῖο γόοιο. id est, Quippe nihil miseri flentis lamenta ue profunt.

Adhuc aliquis Deus respicit nos.

XX

Cum in rebus uehementer afflictis, negabimus nos profus abiecisse animū, uerū esse spei nonnihil conueniet illud, quod in eodem libro dicitur a Priamo, ἀλλ' ἔτι ἕς καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερῆκε δὲ χεῖρα. i. Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

Mors optima rapit, deterrima relinquit.

XXI

Optima mors eripit e medio, relinquit deterrima. Proinde uidemus quosdam profus inuitiles Thitoniam ætatem uiuere, paucissimos egregio præditos ingenio, ad senectæ limē peruenire. In hanc sententiam quadrat illud ex eodem libro, τοὺς μὲν ἀπώλεσ' ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λείπεται, τῖνας αἰτ' ὀρχησαί τε χοροὶ τυπύκησιν ἄριστοι, Ἀρῶν ἢ ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆρες. i. Sustulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta Mendaces, saltatores, primiq; choreis Ducendis, agnis, atq; hædis diripiendis Strennui.

Domī manendum.

XXII

Inutile diutius abesse domo, relictis possessiōibus. In eā sententiā quadrabit illud ex Odyssea. γ. καὶ σὺ τίλθε, μὴ δῆδ' ἀλόμων ἀπ' τῆ ἀλάλμο, κτήματά τε προλιπῶν, ἄνδρας δ' ἐν σῶσι δάμοισι. i. Tu quoq; amice domo diuturnus abesse caueto Rebus, itemq; uiris intra tua tecta relictis. Itē Hesiodus, οἶκοι βέλτερον εἶναι ἐπεὶ βλαβερὸν τ' θύρησι. i. Esse domi præstat, quia dānosum foris esse.

A sacris abstinendæ manus.

XXIII

Vulgo quoq; creditum est, fatum instare ei, qui sacris rebus, ac Deo dicatis manus iniecerit, aut qui pios homines, aut certe fungentes sacris ministerijs oppugnarit, ueluti pontificem Romanum, episcopos, abbates, etiam si parum fuerint pijs moribus. Id propemodum, iam olim dictum est ab Homero Iliados. β. οππὸτ' ἀνὴρ ἐδέλετο πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι, οὐ τὸ θεὸς τιμᾶ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίθη. i. Cum diuo certare uiro simulatq; cupit quis, Cuiq; deus bene uult, malum huic breui imminet ingens.

Turpis iactantia.

XXIII

Nō est generosi animi iactare sese de ijs, quæ fortiter, aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodē in libro, οὐ μὲν καλὸν ὑπέβριον εὐχετάαδ' εἶ. i. Haud sane pulchrū sese iactare superbe.

Prior occupat.

XXV

Vbi quis lucrum celeritate præripuit cuiquam, conueniet illud ex Iliados. x. μή τις κῦδ' ἄροισι βαλῶν, ὃ δὲ δεύτερ' ἔλθοι. i. Ne quis præriperet iaculans, laudēq; decusq; Atq; ita senior ipse ueniret, iamq; secundus. Dictum de Achille, qui reliquis Achiuīs innuit, ne quis iaculum mitteret in Hectorem, quo sibi gloriam totam seruaret.

Sacra celerius absoluenda.

XXVI

In rebus diuinis attentum esse conuenit magis, q̄ diuturnū, ne uilescant assiduitate. Cōtra quorundam morem sacerdotum, qui nimīū immorantur sacro, precibusq; quas uocant horarias. Ad id torqueri poterit illud ex Odyssea. γ. οὐδ' εἴοικε, δῆδ' ἀθεῶν ἐν δαίτη θασέμον, ἠδ' ἀνείδη. i. Neq; par est In diuorum epulo sedisse diutius, immo Surgere mature decet.

Ne Dīj quidem a morte liberant.

XXVII
Nemo tam

Nemo tam charus superis, ut illorum favore mortem euitarit. Huic sententiæ suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium, *Αλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίον οὐδὲ θεοίτιες, καὶ χίλων ἀνδρὶ δ' ὠκυπέτη ἀλακτέμεν, ὅππότεκεν δ' ἤ, μοῖρ' ὅλοη κατέλυσεν τῶν κλυτὰ τεύχε' ἀνάτοιο.* i. At uero mortē cōmuniter omnibus æquam Ad dilecto homine, neq; Dī depellere possunt, Quem funesta dies fati iam iam urget acerbi.

Deus undecunq; iuuat, si modo propitius.

XXVIII

Deus ubiq; præsens adest, si faueat, neq; refert, ubi gentium agas illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit ex eodem libro, *Ρεῖα θεός κ' ἐδέλωμ κ' ἢ τηλοῦθεν ἄνδρα σαῶσαι.* i. Si libeat seruare procul quoq; numina possint.

De lauticijs.

XXIX

De cibis prælautis quadrabit illud ex Odyssææ. *οἷα τε οἷα ἔδουσι διοξέφει βασιλῆι.* i. Quælia purpurei comedunt opsonia reges. Venustius fiet, si trahet ad orationem supra modum elegantem, quasi dignam Deorum auribus.

Concordia.

XXX

In absolutam concordiam, omniūq; rerum consensum, conueniet illud ex eodem libro, *οὐδέ ποτ' ἐμ' ἀγορῆ δ' ἰχ' ἐσάρομεν, οὔτε ἐνὶ βουλῆ, ἀλλ' ἓνα θυμὸν ἔχοντε νόω Ἐπίφρονοι βουλή.* i. Haud unquā neq; concio nos, neq; curia dictis. Audiuit pugnare, animo sed semper eodem, Et sentire eadem, atq; eadem discernere uidit. Verba sunt Nestoris de se, deq; Vlyssæ.

Fatum immutabile.

XXXI

Diuina decreta non cōmutantur, humanæ leges pro tempore uariantur, quemadmodum & mores & uoluntates. Ad id cōgruet illud ex eodem libro, *οὐ γὰρ ταῖς αἰετῶν ἔπιπτη νόος αἰετῶν.* i. Non etenim diuum mens uertitur astricularum.

Sine ope diuina nihil ualemus.

XXXII

Manca est omnis mortalium industria, omniūq; conatus, nisi fauor aspires diuinus. Ad id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro, *πάντες δὲ θεῶν χάριτος ἄνθρωποι.* i. Mortalis diuum auxilium desyderat omnis.

Industriam adiuuat Deus.

XXXIII

In aggrediundo negotio, quædam humana ratione prouident, quædam fortunæ cōmoditas, ipsaq; res suppeditat. Id est apud Homerum, cum alias aliquoties tum hoc, quem modo citauimus libro, *τηλέμαχ' ἄλλα μὲν ἀντὶς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νοήσεις, ἄλλα δὲ κ' ἡ δαίμων ὑποδίσσει.* i. Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum Partim diuum aliquis tibi suggeret.

Faustus exitus.

XXXIII

Cum significabimus rem, quam instituimus bene cessuram, ceu Deo quopiam auspice, quadrabit illud ex Odyssææ. *β. θάρσα, ματ' ἐπειοῦνι ἄνδρ' θεοῦ ἤδεγε βουλή.* i. Fide, hoc consilium non est sine numine nutrix.

Aetate prudentiores reddimur.

XXXV

Siquando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis incitiam arrilerunt, sed usu rerum auctam prudentiam, cōgruet illud ex eodem libro, *ἐγὼ δ' εἶμι νήπιος ἦα, νῦν δ' ὅτε δ' ἡ μέγας εἰμι, Ἐἴδωμ μύθον ἀκούωμ, πωθάνομαι, καὶ δ' ἦμοι ἄξειτη ἐνδ' ὄρε θυμὸς.* i. Eram adhuc puer, ast ubi iam sum Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum. Ipseq; grandescit mi animus. Dicitur ad procos a Telemacho.

Ociosus esto.

XXXVI

Siquem iubebimus animo ocioso esse, tatū curare cuticulam, negotium alijs curæ futurum, accomodabimus illud ex eodem libro, *μήτερι ἄλλο, ἐμ σήδεσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπρ τε, ἀλλὰ μάλ' ἐοθέμεν κ' ἢ πινέμεν ὡς δ' πάροσσιν.* i. Tute caueto Aut dicti, aut facti cruciet tua pectora cura Quin tranquillus, edasq; bibasq; ita ut ante solebas.

Haud perficiet.

XXXVII

Qui dicet negociū, quod aliquis instituit, haudquaquæ perfectum iri, uerbis Homericis id dicat licebit, *τελέει δ' ὁδὸν οὐπτε ταύτην.* i. Verum hancce uiam haud perfecit unquā.

Cedendum multitudini.

XXXVIII

Qui suadebit nō esse pugnandū uni cū multis, & ubiq; multitudini morigerandū, adducet illud ex eodem libro, *ἀλλά κεμ ἀντὶς ἀεικέα πότμου ἐπίσσοι, εἰ πλεόνεσι μάχοιτο.* i. Accerset mox ipse sibi crudelia fata, Si multis pugnare uelit. lidem proci paulo superius, *ἀργαλίον δὲ, ἀνδράσι Ἐπλεόνεσι μαχίσασι περὶ δ' αὐτῶν.* i. Cū pluribus ardua res est Depugnare uiris inter cōiuias solos.

Vanæ coniecturæ.

XXXIX

Aa 4 In eos,

In eos, qui de euentu negocij solent augurari, competet illud ex eodem libro, *ορνιθες δ' ετε πολλοι' νπ' αγγαες ηελιοιο, φοιτωε ουδ' ετε παντες εναισιμοι. i.* Ast per multa auium uersatur in athe re turba. Quarum nō quæuis portendere idonea fatum.

Certum prospicio.

XL

Qui se negabit temere, male secus ue de exitu rei cuiuspiam sentire, sed certis adductū argumentis, & pluribus experimentis obseruasse, accōmodabit illud ex eodē libro, *ου γω' απειρητες, μαντεύσομαι, αλλα εϋ ειδως, i.* Nam neq; in expertus iam diuinauero, uerū Egregie callens.

Deus ulciscetur.

XLI

Cum significabimus nobis in praesentia deesse facultatē depellendī, uerum optare, ut superi puniant aliquando, usui fuerit illud ex eodem libro, *εγω' δε θεους επιβωσομαι αιεμ' εοντας, Αικε ζευς δ' ωκησ παλιντιτα εργα γενεω, i.* Ast equidem immortalis implorauero diuos. Si fors Iupiter ipse uices aliquando reponat.

In tempore cauenda poena mali.

XLII

Quoties admonebis, ut multo ante occurratur malo, priusq; oppresserit nos, aut cessandū a peccando priusq; ingruat diuina uindicta, usui fuerit, illud ex eodem libro, *αλλα πλυ' πρημ, φραζωμεσθ' ωσκειν καταπανσομεμ, id est, Verum nos multo ante modum, sinemq; uelimus Pone- re, Verba uatis minantis procis Vlyssis reditum.*

Domesticum malum.

XLIII

Ad significandum priuatum, ac domesticum malum, quod ad alios nihil attineat, Cōueni- et illud ex eodem libro, *αλλ' εμομ' αυτου χρειος, δ' μεν κακομ' εμπεσμε οικω, id est, Porro malū no- stras quod in ades incidit, unum, Ad me pertinet.*

Senum prudentia.

XLIII

In senem plurimarū rerū usu peritū, quiq; multa meminerit superioribus acta saeculis, qua- drauerit illud ex eodē libro, *παλαια τε πρλλα τε ειδως, i.* Qui antiquaq; multaq; norat.

Premenda occasio.

XLV

Qui significabit modis omnibus instandum esse, nec omittendam e manibus semel obla- tam occasionem, accōmodabit illud ex Odyssæ. Δ. *τμηε δ' ασεμφεως εχεμεμ μαλλον δε πιεζην, id est, Vos premitte, & uinclis magis arcte, stringite captum. Quod quidem detorquere lice- bit ad id cum dicemus, impetus animi, hoc magis ac magis esse coercendos rationis mode- ramine, quo magis efferuescunt, & ad malum sollicitant.*

Omnibus neruis.

XLVI

Cum innuemus in negotio quopiam omneis expromendas uires, omneis neruos inten- dendos, conueniet illud ex eodem loco, *και τωτ' επεθ' υμημ μελετω καρτος τε βηητε, id est, Dein uobis curæ sunt, uiresq; uigorq;.*

Cum principe non pugnandum.

XLVII

Qui significabit arduum, principem a priuato superari, aut difficillimum uincere naturam, usurpabit illud ex eodem libro, *αργαλειω γαρ τ' οσι θεος βροτω ανδρι δαμηνηναι, id est, Ardua res homini mortali uincere numen.*

Ingens discrimen.

XLVIII

Ingens interuallum, ueluti si quis sentiat plurimū interesse inter pecuniæ studiū & sapiētīā, hoc uersu licebit significare, *ποσομ' ανδρ' θ' οσομ' πανημερηη γλαφυρη νηε, ηνυστη, η λιγυε ουρας επι/ πνεησμε οπιοδημ. i.* Tantū aberat, quātū cursu ratis acta diurno Cōficiat spatij, quā prouehat au- ra secunda.

Aperte, simpliciterq; loqui.

XLIX

Simpliciter & aperte dicturos nos, citraq; ambages significabim⁹ hoc carmine, quod est in eodem libro, *ουκ αν' εγωγε, αλλα παρξεξ' εποιμι παρακλιδ' ου ουδ' απατησω, id est, Nō fucis te dis- simulans decepero fictis.*

Rerum omnium uicissitudo.

L

Variae fortunæ uices, & nunc lata contingunt unicuiq; nunc tristitia, Ad eam sentētīā appli- cabitur illud ex eodem libro, *αταρ θεος' αλλοτ' επ' αλλω, ζευς αγαθωμ τε κακομ τε διδοι. i.* Nunc huic nunc Iupiter illi Nunc lata immittit, nunc tristitia.

Festiuus sermo.

LI

Vbi quis in conuiuio sermonem inducit, admodū hilarem ac festiuum, qui discutiat omnē tristitiam, Conueniet illud ex eodem libro, quod Homerus finxit de Helena Pharmacū im- mittēte in conuiuiarum cyathos, quod omnium antea cōtorum induceret obliuionem. *αυτιη' αρ εις οϊνωμ*

ὄρ̄ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινε, *νηκένδεις τ' ἄχολοί τε κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων.* .i. In uinum immisit mox pharmacum, unde biberunt Luctusq; bilisq; malisq; obliuia cuncti.

Qui nocere potest, & idem prodest.

LII

In medicos imperitos, qui nō raro uenenū pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodē libro, quod usurpauit in Pseudomāte Lucianus, estq; pluribus apud Homerū locis φάρμακα πλλά μὲν ἔδλα μεμιγμένα, πλλά δὲ λυγρά. i. Pharmaca mista, salubria multa, at noxia multa.

Idem quadrabit in hominē & bonis & malis instructū artibus, qui uel iuuare possit si uelit uel laedere.

Assueuerantius dicere.

LIII

Audacius quippiā & assueuerantius dicturi, quod nobis ita uideatur, adducemus illum eodem ex libro uersum, quo Telemachus utitur Menelai domū laudaturus, χεύσμαι, ἢ ἔτυμον ἔρέω, κέλετ' ἴεμε θυμῶν. Mentiar aut uerum dicā, mens attamen ipsa Imperat ut dicam.

Arripienda quæ offeruntur.

LIIII

Solennis est, multisq; locis iteratus uersiculus hic, οἱ δ' ἐπ' ὀνειῶν ἑτοῖμα προκείμενα χῆρας ἰατρῶν. i. Quisq; sibi appositis, siquid foret utile, promptas Ad mouere manū. Quæm torquere licet in tutores, qui rem nacti pupillorū manus in hñciunt, interq; se partiti sibi uindicant. Aut in simile hominū genus inuadentiū, & inuolantium aliena.

Principum fauor necessarius.

LV

Vbi quis inuitis principibus, conatur extricare sese e malo quopiam, aut lite a qua nō possit explicari, nisi adiutus illorum fauore, conueniet illud ex eodem libro, dictum in Aiācem Oileum. φῆς ἀέκκτι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, id est, lactabat sese spatiois ex æquoris altis Emersurum undis, inuito numine diuum.

Negocium non aptum.

LVI

Qui recusat munus, aut prouinciā sibi parum accōmodā, aut qui negabit accersere uel se se quempiā, ad id muneris, ad quod gerendum idoneus nō uideatur. Usurpabit illud ex eodem libro, ἱππους δ' εἰς ἰθάκην οὐκ ἄξομαι. i. Cæterum equos Ithacam nō duxero. Verba sūt Telemachi recusantis equos, quos Menelaus offererat dono, quod Ithacensis insula nō esset opportuna alendis equis, quippe petricola, minimeq; pascuis apta.

Obtestatio ueterū meritorum.

LVII

Cum obtestabimur per memoriā ueterū officiorū, cōueniet illud ex eodem libro, quāq; & alias apud hunc poetā frequens, ἢ βοῶς ἢ οἶος ἢ πίονα μηρῖ ἔκκα, τῶν νῶν μνήσασθαι. i. Si aut bouis aut ouis incendi tibi pinguia membra Horum nunc memor esto. Sunt autē uerba precantis numen, ut memor sacrificiorū & nidoris, quo sæpenumero pactum est, nūc uicissim opituleſ.

Conuiuia, nō conuiuia.

LVIII

In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, uerum spectator duntaxat eorum quæ apponuntur. Nā hoc pacto quidā lordide magnifici cōuiuas suos tractant, quadrabit quod in eodē dictum est de Penelope. κῆτ' ἄρ' ἄσιτος, ἀπασος, ἰδκίτος, ἠδὲ πρῆτος. i. Incœnatus & impastus potusq; ciboq; Accubuit.

Ingratitudo uulgi.

LXIX

Qui significabit sibi molestam ingratiudinē, quod intelligat superiorū officiorum nullam haberi rationem, non incōcinniter usurpauerit illud ex Odyssæa. e. quod idem est & alijs locis, μήτις ἔτι πρόφρων ἄγανος, ἢ ἠπιος ἔσω, σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν ἄισμα εἰδῶς, ἀλλ' αἰεὶ χαλεπὸς τ' εἶναι, εἰ αἰσὺλα ἔρῃσι. i. Posthac ne placidus sit quisq; β, ne ue benignus Nec mitis, iustisq; tenax rex sceptriger unquā, Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Munerum corruptela.

LX

In eum, qui rem auro, donisq; aggreditur, non infestiuiter torseris illud ex eodem libro dictum de Mercurio sumēte caduceum, εἴλετο δὲ ῥάδσον τῆ τ' ἀνδρῶν ὀμματα δέλγαι, ἠμ' ἐδέλγ' ἔθες δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντος ἐγείρει. i. Corripuit uirgam, qua mulcet lumina somno, Quorūcunq; uelit, soluit quoq; lumina somno. Quadrabit enim pulchre in munera, quod de uirga Mercuria dictum est, quibus uelut expergesciunt iudices, antea ceu dormitantes, & rursus infesti placentur, ut in causā uelut obdormiscant, cōnuentq;.

Vndecunq; lucrum captant.

LXI

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant undecūq; si quis incidit in calces, quem possint expilare, congruet illud, quod in eodem est libro, αἰεὶ γ' ἔσσι περι νύσσου ἀλώμονοι ἰχθυάσσοι. γναμπτοῖς ἀγκίστροισι, ἔτρε δὲ γαστέρα λιμῶν. i. Semper enim quaqua patet insula, piscibus hamo Insidiabantur, uentrem famis enecat atra.

Principes

Principes inter se noti.

LXII

Qui dicet mutuum principum, aut eruditorum inter ipsos esse noticiam, etiam si diuerfas, lo-
geq; diffitas habitent regiones, usurpare poterit illud ex eodem libro, οὐ γὰρ τ' ἀγνωστὸς γε θεοῖ
ἀλλήλοισι πέλονται, Ἀθάναρτι, οὐδ' εἴ τις ἀπόπλοδι δώματα ναίει. i. Nō ignoti inter se sunt diui morte ca-
rentes. Quāq; semoti diuersa in sede morētur. Torqueri poterit & in Satrapas istos, qui tam
etsi belligerari uident, magnosq; rerum tumultu conflictari, tamen ipsi clanculum inter se col-
ludunt, hoc tantum agentes, ut suam uterq; plābem exhauriat, & imminuta reipublicæ auto-
ritate, suam constabulant tyrannidem.

Periculum ne temere subeas.

LXIII

Nemo longam nauigationē suscipit, animi causa, sed adactus graui quapiā necessitate. Aut
nemo diuturnū, grauemq; laborem capessit temere. Ad id congruet illud ex eodem libro, τῆς
δ' ἄμ ἐκώμ τρωῶν δ' εὐ δ' ἀδάρμοιο ἀλμυρὸν ὕδωρ. i. Quis tantū falsi laticis percurreret ultro.

Fatum incuitabile.

LXIII

Quod fati decretum est, id nemini licet euitare. Ad eam sententiam faciet illud ex eodem
libro, Ἀλλὰ μάλ' οὐ πῶς ὄσι δ' ἰὸς νόον ἀγχιόχοιο, οὔτε παρ' ἐξελθῆν ἄλλοιου θεοῦ, οὐδ' ἀλιῶσαι. i. At mentē
Iouis haud ullis rationibus unq; Diuorum quēq; uitare aut fallere fas est.

Fatis adactus.

LXV

In eum, qui non sponte, sed casu, uel utiq; fati impellentibus, in aliquod uitæ genus incidit,
congruet illud ex eodem libro, τὸν δ' ἄρα δ' εὐρ' ἀμεμὸς τε φέρωμ κῆ κῆμα πέλασσι. i. Ast hūc huc uē
tusq; ferens, atq; appulit unda.

Male coniugatis.

LXVI

In eum, qui coniugio uinctus est cum ea, quam non amet uicissim ex animo, quāuis ob uo-
luptatem uxoriam ametur, non inscite torquebit illud, Ἀλλ' ἦτοι νύκτας μὲν ἴανεσκεμ μὲν ἀνάγη,
ἐμ πῶσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλωμ ἐδελοῦσθ, ἡμῶτα δ' ἐμ πέτρῃσι κῆ ἠϊόνεσι καδίζωμ, Δάκρυσι σοναχῆ
κῆ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθωμ. i. Sed nolens licet ac ui, cum illa nocte cubabat Nolens cum cupien-
te sub antris conditus attris Verum perdius in scopulis ac littore sedit, Excruaians animū
lachrymis, curis, gemituq;.

Si deus uoluerit.

LXVII

Dere futura, cuius exitus pendeat a dei fauore, nunc etiam uulgo dicunt ominus causa, si de-
us uoluerit, atq; ita nos loqui Iacobus apostolus docet. Id Homericō uersu licebit explicare, si
quando iocabimur apud eruditos, λίγε θεοῦ ἔδελωσι τὰ οὐρανὸν ἐύρω ἐχέσθμ, D' ἦς ita si uisum
fuerit, quos gestat olympus.

Suadeo, quod ipse facturus essem.

LXVIII

Cum alteri damus consilium, quo nō grauemur ipsi uti in simili causa. Cōueniet illud Caly-
psus ex eodē libro, Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω κῆ φράσσομαι, ὅσ' ἄμ ἐμοίπερ, Ἀυτῆ μῆδοίμω, ὅτε με χεῶ τὰ
σομ εἰκοι. i. Scentio, suadeboq; tibi, quibus haud grauer uti Ipsa, mihi similis siquādo occurreret
uis.

Malorum assuetudo.

LXIX

Qui malis assueuit, ac permulta tulit, commodius fert & aliud, si quod inciderit infortuniū,
Ad id conueniet illud eodem ex libro sub persona Vlyssis, ἠδὲ γὰρ μάλα πρᾶξομαι κῆ πρᾶξομαι
μόγησα, κῆ μάλα κῆ πολέμω μετὰ κῆ τόδε τῶσι γενέσθω. i. Iam tuli & ante mali multum, multumq; la-
borum Fluctibus & bellis, age & hoc accesserit illis.

Fortuna reddit insolentes.

LXX

In eum, qui posteaq; fortuna secūdiōr affulsit, animos item effert, & paulo cōfidentius gerit
sefe, quadrabit illud ex eodem libro, Γηθόσωος δ' οὐρῶ πέτασ' ἰσία δ' ἴος ὀδύωνε. i. Latatus uētis
pandebat uela secundis.

Moderator negocij

LXXI

Carmen, quod ibidē pxime cōsequit, cōueniet in eū, qui prudentia & autoritate sua nego-
ciū aliquod moderat, ἀντὰρ ὁ πῆδ' ἀλίω ἰθῶωρ τεχνήντωε. i. Ille ratem clauo scite docteq; rege-
bat.

Tacite stomachari.

LXXII

In eum, qui secum indignatur, quadrabit illud ex eodem libro, οὐδ' ἐχῶσατ κηροῖσι μάλομ. i. Il-
li cor magis, atq; magis succenditur ira. De Neptuno dictum, indigne ferente, quod Vlysses
emerfurus e tempestate uideretur

Qui conturbat omnia.

LXXIII

In eum, qui maximas undiq; ciet turbas, apte torquebitur illud ex eodem libro, πάσας δ'
ἄσθ' ἰωωμ ἄλλας, παντοίωμ ἀνέμωμ. i. Omnis omnigenū ille procellas Ventorum ciet.
Non abijcit

Nō abijcit animum.

LXXIII

De eo, qui ne in afflictissimis quidem rebus spem, aut cōsiliū abijcit, quemadmodū apud Maronem, Latinus rerumq; reliquit habenas, sed de recipiendo se utcūq; cogitat, apposite dicitur, quod inibi dictum est de Vlysse, ἀλλ' οὐδ' ὧς χεδίης ἐπελήθην τερσόμενος περ. i. Ac neq; licet afflictus obliuia cōepit Nauigij.

Malis mala succedunt.

LXXV

In eum, qui uarijs exercetur incōmoditatibus fortunæ, nunc morbo, nūc rapinis, nunc alijs atq; alijs malis, cōueniet illud ex eodem libro, ἄλλοτε μὲν τε νόσος βορέη προσέβλεσκε φέρον, ἄλλοτε δ' αὐτ' εὖρ' ἔζεφύρω εἴξασκε δ' ἰώκειμ. i. Tradebat notus hunc boreæ quandoq; uehendū. Nūc rursus zephyro iactandum tradidit curus.

Hospitis habenda cura.

LXXVI

Qui dicet hospitiū habendam esse rationē. Vsurpabit illud ex eodem libro, ἄλλοτε μὲν τ' ὄσι κ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. Ἄνδρῶν ὅς τις ἴκηται ἁλώμεν' ὠπρ' ἐγὼ νῦμ. i. Nam diuis reucrendus & immortalibus ille est. Quicūq; appulerit multis erroribus actus. Nunc uti ego.

Diuitiæ nō semper optimis cōtingunt.

LXXVII

Qui dicet opes nō semper cōtingere cordatissimis, sed pro fortunæ arbitrio, nunc huic, nūc illi cōtingere, citabit illud ex Odyssæa. z. ζεὺς αὐτῶν νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι, ἐδολίος ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐδέλυσεν ἐκάστω. i. Iupiter emittit opes mortalibus ipse. Sic uisum ut fuerit cui cūq; bono ue, malo ue. Dicunt a Nausicaa, ad Vlyssē mendicantē, nec illum ob inopiā habet despectui, quæ fortunæ sit imputanda, nō homini, si is modo fuerit alioqui cordatus.

Munus exiguum, sed opportunū.

LXXVIII

Cum munus indicabimus, precio quidē perpulillum, sed tamen accipienti pro tēpore gratissimū, ueluti si quis panem porrigat de uita periclitanti, citabimus illud ex eodem libro. Δόσις δ' ὀλίγη τε τίλη τε. i. Exiguum munus, gratū tamen.

Suo quisq; studio gaudet.

LXXIX

Qui dicet alijs studijs alios teneri, & unumquēq; suo uictitare quæstu, proferet illud ex eodem libro, οὐ γὰρ φαίηκεσι μέλαι' ἰὸς ἠδὲ φασέτην, ἀλλ' ἴσοι κ' ἔρετμα νεῶν, κ' ἠέρε' εἴσαι. i. Nam Phæacibus haud cordi iacula, atq; pharetra, Sed remi, tabulisq; ratis compactilis æquis. Affine illi, Tractant fabrilia fabri.

Demittere sese ad aliorum mediocritatē.

LXXX

Vbi quis moderatur data opera uires suas, ad aliorum mediocritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantū ipse docere possit, sed quantū illi capere, conueniet illud ex eodem libro, de Nausicaa sic habenis moderate cursū mularū, ut pedissequæ, & Vlysses, pedibus consequi possent. ἠδὲ μάλ' ἠνιόχευεν ὅπως ἄμ' ἐποίαρ περὶοί, ἀμφίπλοϊτ' ὀδυσσεύς τε, νόσος δ' ἐπέβαλλεν ἰμάθλην, id est, Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlysses. Tum comitum quoq; turba, modo, rationeq; certa Instigat scutica.

Mihi curæ erit hoc negocium.

LXXXI

Cum admonebimus quempiam, ut omne negocium in nos reijciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex Odyssæa. h. ἀλλ' ἴδι σιγή, τοῖοι μ' ἐγὼ δ' ὀδὸν ἠγεμονεύσω. i. Quin tacitus procede, uia huius ego fuero dux.

Animus præsens.

LXXXII

Animi præsentia, utilis ubiq; propterea, quod timiditas, uel a cōscientia, uel ab animi paruitate uideatur proficisci. Huic sententiæ suffragatur Homericum illud ex eodem libro, θαρσαλέῃ γὰρ ἀνὴρ ἐμ' πᾶσι μ' ἀμείνωμ' ἐργοῖσι τελέθει, εἰ καὶ ποδερ' ἄλλοδερ' ἔλθοι. i. Omnibus in rebus potior uir fortis & audax. Sit licet hospes & e longinquis uenerit oris. Ad hunc modum Pallas hortatur Vlyssē, nequid trepidet ingressurus Alcinoi domum.

Locupletum reditus.

LXXXIII

In locupletes, quibus alius ex alio succedit reditus, accommodabitur illud ex eodem libro, de pomarijs Alcinoi dictum, οὐδὲ θερεὺς ἐπετῆσθ', ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ, ζεφυρὴν πνεύουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πείσσει, ὄγκυη ἐπ' ὄγκυη γηράσκει, μήλοισι δ' ἐπὶ μήλω, αὐτὰρ ἐπὶ σάφυλῃ σαφυλῆ σῦκοιο δ' ἐπὶ σῦκω. i. Nec singulos æstas renouatur in annos. Sed flans perpetuo zephyrus spiramine foetus. Hos producit, & hos demittit ab arbore mites. Et pyra adulta pyris succedunt, malaq; malis. A fico ficus, atq; uua fenescit ab uua.

Ineuitabile fatum.

LXXXIII

Quod homini

Quod homini fati decretum est, id eueniet. In hanc sententiã Homerus eodem libro, *ἐνθα δ' ἐπαΐα, πείσθη, ὅσα οἱ αἴσα κακὰ κλωθεῖς τε βαρεῖαι, γενομύω νήσαντο λίνω, ὅτε μιν τέκε μήτηρ*, id est, Post illic accidet illi. Quod fatum parcaꝝ graues in stamine nerunt Nascenti, Tum cum matris promergeret aluo. Quãcũ hunc locum de fati oportebit ioco duntaxat adhibere, Veluti si quis filium longius aliquo studio causa emandans, negaret sibi curæ futurum, quid illic agat, sed id Deo se, fortunæq; committere.

Aliud cura.

LXXXV

Cum negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exempto scrupulo, accommodabit illud ex eodem libro, *ἄλκινδ' ἄλλοσι τι μελέτω φρεσίμ. i.* Alcinoe cures aliud. Item Terentius, Atqui iam repperi, aliud cura.

Molestus interpellator uenter.

LXXXVI

Venter improbus interpellator, nõ finit unquã quẽpiã obliuisci sui, id ad egestatẽ torqueri poterit, quæ mortales ad omnia, tum facienda, tum ferenda solet cõpellere. Sic autẽ Vlysses in eodem libro, *οὐ γάρ τι συγερῆ ἐπι γασέρι κύντρον ἄλλο, ἐπλετο ἢ τ' ἐκέλευσεν ἔο μνήσασθ' ἀνάγκη, καὶ μάλα τειρόμενον κῆ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα. i.* Nõ est improbius res altera uentre molesto Quippe uel inuitũ meminisse sui iubet, & si Valde animo crucieris, & angat pectora mœror.

Vulgus suspicax.

LXXXVII

Suspiciosum uulgus, & pleræq; malam in partẽ interpretat. Homerus in eodẽ libro, *Δύσζυλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φύλλ' ἀνθρώπων. i.* Quippe homines pleriq; sumus male suspiciosi.

Nemo cogendus officij causa

LXXXVIII

Nullus hospes retinendus aduersum animi sententiam, & inuitus. Nemo cogendus, ut cuiuscũ utatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro, *εἰδ' ἐθέλωμ τε μύθοις, ἀέκοντα δ' οὐ τις ἐρύξει. i.* Si maneat sponte, inuitum nemo retinebit. Dicitur ad Vlyssẽ ab Alcinoo Phæacum tyranno.

Malum bono pensatum.

LXXXIX

Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur, uerum eadem eam aliquo uitio pensat, aut cum quis beneficiũ suum aliquo uitiat maleficio, quadrabit illud ex Odyssæa. o. de Demodoco musico dictum, *τὸν πέρ μοῦς ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθὸν τε κακὸν τε, οφθαλμῶν γ' ἄμφοτε, δίδου δ' ἠδ' ἔαυ' αἰοῖ δ' ἡμ. i.* Hunc alios ultra dilexit musa, deditq;, Atq; boni, atq; mali quiddã. Nam lumina ademit. At dedit emulcere suauis pectora cantu.

Omni certaminis genere.

XC

Cum innuemus omni certaminis genere congressum esse, ueluti si quis dicat, in omni disciplina disputatum acriter, conueniet illud ex eodẽ libro, *πύξ τε παλαιμοσῶν τε κῆ ἄλμασιν ἠδ' ἐπὶ δάσιν. i.* Et pugnis, pedibusq; & saltibus, atq; palæstra. Item ubi quis ostendit se nullum detrectare certamen, sed ad quoduis ingenij experimentũ paratum esse, cõueniet illud ex eodẽ libro, *Δεῦρ' ἄγε περὶ κῆ τῶ ἐπιμ' ἐχολώσατε λίμν, ἢ πύξ κ' ἐπ' ἀλλῆ, ἢ κῆ ποσσὶ οὐτ' ἐμεγαίρω. i.* Huc age, quandoquidem, grauiter mihi cõcita mens est, Qui uolet, experiatur, pugnis siue palæstra, Siue pedum cursũ malit, nihil ipse recuso.

Longe uicit.

XCI

Qui sentiet aliquem ita præcellere, ut periculum nõ sit, nequis illi præripiat palmam, conueniet illud ex eodem libro, *σὺ δ' ἐ δάσσει, τὸν δ' ἐ γ' ἄεθλομ. οὐ τις φαιήκωμ ἤν' δ' εἴξειτ' οὐδ' ὑπὸ ἤσσει. i.* At tu fide animo, quando hoc certamine nullus Phæacum, te nec æquabit, nec superabit.

Antiquis debetur ueneratio.

XCII

Cum summis & inuictis, uel cũ antiquis nõ est certandum, qui uelut extra aleam hominũ positi uidentur, sed his ultro cedendũ, ueluti si quis neget sese, cum. M. Tullio de eloquentia, uelle cõflicari, cum mediocribus nõ recusare, usurpabit, quod eodem in loco dicitur ab Vlyssẽ, *Ἀνδράσι δ' ἐ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθέλωμ, οὐθ' ἠρακλήϊ οὐτ' εὐρύτῳ οἰχαλίῃ. i.* Cum maioribus haud subeam certamina, uel cũ Herculeã uirtute, uel Eurito Oechaliensi.

Flagitiorum turpis exitus.

XCIII

Cum res perperã instituta, male cedit, cõueniet illud ex eodem libro, *οὐκ ἀρετῆ κακὰ ἔργα. id est, Haud bene succedũt facta improba. Dictũ est de Martis adulterio dephenlo.*

Fidus amicus.

XCIII

Fidus amicus nõ est posthabendus germano. Homerus in eodem libro, *ἢ τις πονὴν ἔταρος. ἄνῃς κηχαρισμύνα εἰδ' ὧς. Ἐθλὸς, ἐπεὶ οὐ μὲν τι κασιγνήτιο χερεῖωμ. i.* Siquis forsã amic⁹ sit, gratisq; bonusq;

bonusq; Quandoquidem is non inferior uel fratre putandus;

Patria sua cuiq; iucundissima.

XCV

Vnicuiq; sua patria iucundissima, quæcūq; contigit. Homerus *Odyssæa*. θ. Ως οὐδὲμ γλῆκισον ἢς πατρίδος οὐδὲ τοκίωμ γίγνετη. Vt nihil est patria pprijs ue parētibus ulli Dulcius.

Fuga tutior.

XCVI

Qui dicet tutius esse fuga uincere libidinem, q̄ cōtra pugnando, poterit accōmodare, quod de Charybde dictum est *Odyssæa*. μ. οὐδέ τις ἔστ' ἀλκή, φυγέειμ κάρτισον ἀπ' αὐτῆς. .i. Nulla melia, procul fugere optimum ab illa.

Alia cōmittenda, alia cælanda.

XCVII

Non temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferta sunt, uerum alia communicare conuenit cum amicis, aut uxoribus, alia cælare. Ad hanc sententiam quadrat illud ex eodem libro, ἀλλὰ τὸ μὲμ φᾶσθ', δὲ γ' αὐ κεκρυμμένον εἶναι. .i. Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

Fœmina nihil pestilentius.

XCVIII

Nihil fœmina pestilentius, hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus, Ως οὐκ ἀνότρονον ἢ κῶττερον ἄλλο γυναικός. .i. Vsq; adeo nihil improbius, muliereq; peius. Frequenter apud antiquos poetas male audit, mulierum genus. Quæ quidem & hodiernis temporibus strenue dant operam, ne poetæ plane uaniloqui fuisse uideantur.

Effœta senecta.

XCIX

Quod in *Odyssæa*. λ. dictum est, de mortuis, id ad hominē ob longæuitatem, iam defectū uiribus, accōmodare licebit, aut in eum, qui consterneretur animo, οὐκ ἔτι σάρκας τε ἔ' ὄσα ἴνεσ ἔχουσι. id est, Nam iam non neruis carnes, atq; ossa cohærent.

Aegre, sed tamen contigit.

In eos, qui ægre quidem, sed tamen assequuntur, quod optant, quadrabit illud ex eodem libro, ἀλλ' ἔτι μὲμ γε καὶ ὡς κακάτῃ πάχοντες ἴκοιθε, id est, Peruenietis adhuc, quanq; mala plurima passi. Dicuntur ad Vlysem a Tiresia.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA DECIMA

Cum amico nō certandum æmulatione.

I



Vm amico & benemerito nō est suscipiendum certamen, ne quid obscuret amicitia propter æmulationem, huiusmodi comitem contentionū. Id innuit Homerus in eodem libro, cum Vlysses excipit Laodamantem, quod hospes esset, τίς ἂμ Φιλέοντι μάχοισ', .i. Quis nāq; benigno cum hospite pugnet? Locū etiā habuerit, ubi dicemus hospitis esse munus cedere ἡς, apud quos diuersat, etiamsi possit uincere. Nam inibi statim subnectitur huiusmodi sententia, ἀφρω γ' κέν γε ἢ οὐτὶδ' ἀνδρὲς πέλει ἀνήρ, ὅς τις ξενόδοκῶ ἔριδα προσέζηγ' ἀέθλω, id est, Vir siquidem uecors est ille, nec unius assis, Quisquis ad uentū certaminis euocat illum Quē penes hospitio frui, tectoq; iuuat.

Reiſcientis culpam.

II

Aduersus eum, qui mali sui causam alio reiſcit, ita ut uulgo factitant, apposite torquebitur illud ex eodem libro dictum ab Elpenoris umbra, qui temulentus perierat apud Circen, ἄσε με δαίμων ἄισα κακῆ ἔ' ἀδίστατος ὄινος, id est, Mi mala fata Deum nocuerunt, uisq; Lyæi, Sic alibi Agamemnon dissidij causam in Aten retorquet.

Voluptas fœda.

III

In uoluptatem inhonestam, aut scortum ad perniciem iuuenū om̄ibus instructum artibus, quadrabit illud ex *Odyssæa*. κ. dictum de Circe, ἢ μὲμ ἅπαντας ἢ σὺς ἢ ἔ λύκους ποίσησθ' ἢ λέοντας, Siquidem omneis Fecerit illa sues ue lupos ue truces ue leones.

Aspera uita, sed salubris.

IIII

In uitæ rationem, duriusculam quidem, sed tamen ad rectam morum institutionem idoneam, conueniet illud ex *Odyssæa*. ι. dictū de Itacha, ἔαχ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, id est, Aspera, sed iuuenum nutritrix bona.

Consilij simul & factio ualens.

V

In hominē cōsilio pariter ac uiribus excellentem, conueniet illud ex *Odyssæa*. z. οἶος ἔκ' ἔσθ' ἢς ἐμ βουλεύμεμ ἢ δὲ μάχεσθ', id est, Is cuiusmodi erat seu pugna, consilio ue.

B b Non possum

Non possum nō dicere.

VI
Vbi quis negat se reticere posse, quod habet in animo, festiuiter accōmodabit illud ex eodē libro, *εὐξάμωρος τι ἔπος ἔρεω, οἶνος γὰρ ἀνώγει ἦλιος. i. i.* Idem equidem quiddam iactantius, urget enim me Vinum amens. Eodem in loco quantū possit uinum eleganter ostendit Vlysses. Ita enim consequitur, *ος τ' ἐφέηκε πολὺφρονά πρὸς μάλ' αἰεῖσαι καὶ θ' ἀπαλὸν γελάσαι, καὶ ὄρχήσασθαι ἀνήκεμ, καὶ τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἀρέκην ἀμείνομ. i.* Quod quantumcūq; grauem atq; pudentem In- citat ad cantum, ac tenerū ridere, chorosq; Ducere compellit, nōnūquā quod tacuisse Prae- stiterit referato effutit pectore dictum.

Perplexus,

VII
Qui se dicet in maximis uersari periculis, nec ullum affulgere subsidium, usurpabit illud ex eodē libro, *οὐδέ τις ἄλλη, φαίνετο γαῖάωμ, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ δάλασσα. i.* Nec ulla apparuit ultra Tel- lus, sed nobis cœlum undiq; & undiq; pontus.

Abhorrentis, ac detestantis.

VIII
Cum dicemus nos uehementer a uitio quopiam abhorre, illud ex libro eodem usurpare licebit, *εχθρὸς γάρ μοι κῆνος ἰμοῦ αἰδ' αὖ πύλῃσι. i.* Is mihi iuxta, inuisus, ut atri limina Ditis. Idem carmen extat in Iliade sub persona Achillis. Hic ab Vlyse dicitur.

Sui dissimilis.

IX
In sui dissimilem, quadrabit illud ex Odyssæa. κ. quod de Pallade dixit Vlysses: *σὲ γὰρ ἀντιπῶ πάντα εἴσομαι. i.* Nunc alio, nunc rursus alio sis obuia uultu. Idem mire quadrabit in sapientiā, quæ uarijs inuolucris obtegatur apud prisicos, & alia atq; alia specie proponit, præsertim in di- uinis literis, quæ tota ferme constat allegorijis.

Nihil ad rem.

X
In eum, qui dixerit absurde quippiam, & alienum a re proposita, quadrabit illud ex eodem libro, quanq̄ idem alijs aliquod repetitur locis, *κήπιος εἰς ὃ ξῆρ' ἢ τκλόδεμ εἰλικλουθαε. i.* Hospes stultus es, aut longinquis aduena ab oris Nuper ades.

Quod adest, boni consule.

XI
Qui admonebit oportere boni consulere, quicquid a fortuna cōceditur, usurpabit illud ex Odyssæa. z. *εἴθε δαυμόνιε ξείνων ἢ τέρπειο τοῖσδε, οἷα πάρεςι, δεδὸς δὲ δ' μὲν δῶσαι, τὸ δ' ἔασαι, οὔτις μὲν ὦ θυμῷ ἐθέλει, δῶαται γὰρ ἅπαντα. i.* Hospes sume cibū, & quorū data copia, lætū his palce animū, nā fors dabit hæc, rursus illa negabit. Ut cūq; est animo lubitū, ualeat omnia q̄ppe. His uerbis Eumæus subulcus Vlysem inuitat, ut cibos uiles & rusticanos q̄lescūq; essent, boni cōsuleret.

Officium ne collocaris in inuitum.

XII
Instar iniuriæ fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiā Homerus Ody- ssæa. ο. *ισομ δ' ἢ κακὸν ἐσθ' ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθ', ξείνων ἐποτρῶων, ἢ δὲ ἐσθ' ἰμοῖνον κατερύκει, [χρὴ ξῆνον παρέοντα φίλῃμ, ἐθέλοντα δὲ πέμπεμ, id est, iuxta peccat uterq; uel is cui extruditur hospes, In- uitus, uel qui remoratur abire uolentem. Hospes donec adesse uolet tractare benigne. Cō- uenit, emittendus ubi discedere quæret.*

Bona spes ostensa.

XIII
Cum bona quæpiam spes affulget alicuude perficiendi, quod proposuimus, cōueniet illud ex eodem libro, *ὡς ἀρά οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις. i.* Sic fato felix a dextris aduolat ales.

Arrogantia non ferenda.

XIII
In eos, qui intoleranda sunt arrogantia, nō incite torquebit illud ex eodē libro, a Telema- cho dictū in procos, *τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἤκει. i.* Horū uisq; animusq; ferox, cōtin- git olympū,

Domus optima.

XV
Infelicissimum incertis uagari sedibus, quemadmodum faciūt semper, ἀνέσιοι, peregre q; ui- uentes. Huic ad stipulatur eodem in libro, *πλαγκτισσώκης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. i.* Nil molestius, atq; incerta sede uagari.

Non omnibus contingit.

XVI
Non cuius sit potestas cum regibus colloquendi, aut nō omnibus contingit diuinariū lite- rarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum, nō inueniste deflectet illud ex Odyssæa. π. *ὅς γάρ πω πάντῃσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. i.* Haud cuius manifesta uidentur numina diuum.

Autoritas diuinitus.

XVII
Diuinitus contingit, ut idem homo nunc magnificat, nunc despiciatur. Ad id facit illud ex eodē libro, *ἠγὲ δ' ἰομ δὲ θεοῖσι πρὶ οὐρανὸν ἐβρῶν ἔχουσι, ἢ μὲν κνυθῆναι θυγῆμ βροτῆμ, ἠδὲ κακῶσαι, id est, Est proclue*

Est proclive Deis, amplius quos claudit olympus Reddere uel despectū hominē aut adiungere honorē. Tollenda mali occasio. **XVIII**

Qui suadebit, ut mali submoueatur occasio, non absurde citabit illud ex eodem libro, αὐτῶν γὰρ ἐφέλεκετ' ἀνδρῶν σίδηρος, id est, Quippe uiros ferrum illicit ipsum. Ita diuitiæ proliciunt ad luxum, consuetudo puellarum ad amorem.

Vbi cognitum est, quod erat occultum.

XIX

Vbi res quæ magno studio calabatur, fuerit aliquo pacto deprehēsa, quadrabit illud ex eodem libro. ἠτίς σφίμ τόδ' ἔαπε θεῶν, ἢ εἰσίδ' οὐ αὐτῶν. i. Siue illis Deus hoc aliquis deprodidit index, Siue ipsi uidere. Abstinentia uis a regibus. **XX**

Qui dicet haud temere manū immittendā in reges, potētes, aut uiros Deo dicatos, adducet illud ex eodē libro, Δεινὸν δὲ γένος βασιλῆϊον ὄζει κτένευ. i. Res dira ac plena pericli est Regale occidisse genus. Domesticum dissidium. **XXI**

Ad detestandam seditionē domesticam, & mutuam contubernaliū inter ipsos discordiam, insidiasq; conueniet illud ex eodē libro, οὐχ' ἐστὶ κακὰ ζῆτῆσιν ἀλλήλοισιν. i. Impia res, moliri inter sese mala. Qui eget, in turba uerfetur. **XXII**

Etiā hodiernis temporibus uulgo iactatur fabula de cæco mendico, qui iubebat ministro ut eo se duccret, ubi maxima esset hominū procella, addens sententiā populari ioco celebrē, ibi quaestum esse, ubi sit hominū frequentia. Homerus item Odysseæ. πῶχ' ὦ βέλτιόν ἐστι νῆϊ πτόλιμ, ἢ ἐ κατ' ἀγροῦς, Δαῖτα πῶχ' ἐνεμ. i. Mendico præstat populosa per oppida cœnam Mendicare suam, q̄ rure.

Officium humilius:

XXIII

Cum quis recusat munus tanquā humilius, parumq; sese dignum, applicabit illud ex Odysseæ. οὐ γὰρ ἐπὶ σαθμοῖσι μύθευ' ἐτι τκλίκος εἰμι. i. Nam ut maneam in stabulis iam non mea postulat atas. Verba sunt Vlyssis ad Subulcum.

Vitandæ potentum offensæ.

XXIII

Qui dicet formidandas diuitū & principum offensas, propterea, quod quantumlibet leuiter offensi, grauiter indignantur, & ut ait Plautus, Plumbeas iras gerunt, accommodabit illud ex eodem libro, χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτωρ εἰσὶν ὁμοκλαί. i. Sunt formidandæ regū, offensæq; minæq;.

Princeps indiligens:

XXV

Indiligens pædagogus corrūpit pucrū, malus præceptor uitiat discipulum, rex improbus populū item corrumpit. Ad hanc sententiā facit illud ex eodem libro, αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθίρετ' ὁ νομῆς. i. At corrūpit oueis pastor malus. Dicunt ab Eumæo subulco ad caprarium.

Affueuit malis.

XXVI

In eum, qui ferendis contumelijs affueuerit, congruet illud ex eodem libro. οὐ γὰρ τί πλοκήτ' ὦμ' ἀδ' ἀήμων οὐδὲ βολάωμ. i. Iam minime plagas tolerare rudis, neq; iactus.

De alieno liberalis.

XXVII

De alieno facile largimur, de nostris nō item. Hanc sententiā ptulit Antinous in eodem libro, ἐπεὶ οὐτίς ἐπίχρεσις, οὐδ' ἐλεπτῦς, ἀλλ' ὄξϊωμ χαρίσσασθ'. i. Nā res largiri alienas Haud res ulla uetat, neq; enim piget. Pauper, sed ingeniosus. **XXVIII**

In hominē tenui cultu, sed egregio tamē corpore, quadrabit illud ex Odysseæ. οἶμ' ἐκ ρῶ κέωμ ὁ γέρωμ ἐπιγιοωίδ' ἀφ' αἰνεί. i. Quos pfert senior pannis e uilibus armos. Dictū est de Vlysse certaturo cum Iro, Lucianus in Hercule gallico torquet ad senem, ingenio, facundiaq; præcellentem. Iactantiæ comes inuidia. **XXIX**

Qui monebit, ne quis insolentius iactet, uel fortunæ munera, uel naturæ dotes, ne quando Nemesis exaudiat, auferatq; nō intempestiuiter usurpabit illud ex eodem libro, ἀλλ' ὄγε σιγῆ δ' ὄρα θεῶμ ἔχοι ὅτ' ἰ δ' ὀϊεμ. i. Possideat tacitus, siqua adsunt munera diuum.

Verbotenus amicus.

XXX

In eum, qui simulat oratione beneuolentiam, cæterum longe diuersa parans in animo, quadrabit illud ex eodem libro, θέλγε δὲ θυμὸν μεγαλίστοις ἐπέεσι, νόος δ' εἰ οἱ ἄλλα μενοίνα. i. Animum præmollibus illi Lenibat dictis, At mens diuersa parabat.

Nihil recusandum, quod donatur.

XXXI

Si quando dices nullum esse recusandum munus, quodcunq; offertur, aut arripiendam esse quoties obtigerit, alicuius occasio cōmoditatis, conueniet illud ex eodem libro, οὐ γὰρ καλὸν μὴ κίνασθ' ὁσὶμ ὄζειμ. i. Donum reijcere haudquaq; decet.

Bb 2 Adminicula

Adminicula uitæ.

XXXII

Omnia, quæ ad uitæ pertinent commoditatē, non ineleganter indicare licebit hoc carmine ex Odyssæa. τ. οἱ σὺν τ' εἰ ζωοῦσι καὶ ἀφρατοὶ καλέοντῃ. i. Equibus & uiuūt recte, ditesq; uocant.

Qui per se sufficit.

XXXIII

Qui negabit sibi opus esse opera aliena, se satis idoneū ad rem peragēdā, cōueniet illud ex Iliados. τ. εἰσὶ μοι ὀφθαλμοὶ τε καὶ οὐαῖτα καὶ πόδες ἄμφω· καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμῶν οὐδὲρ ἄεκις, id est, Sunt oculi mihi, sunt aures, geminiq; pedes sunt, Insita pectoribus mens est, neq; stulta, nec excors,

Nouit mala & bona.

XXXIII

In eū, qui per ætatē, usumq; rerū iam delectū habere potest, fugiendorū atq; expetēdorū, in eū cōgruet illud ex Odyssæa. τ. Δὴ γὰρ νοέω καὶ οἶδ' ἄεκασα· ἐδλάτε καὶ τὰ χέρσα. i. Jam dudū sigdem, nouiq; & sentio cuncta. Quæ bona quæq; mala. Hac figura uel hodie nihil uulgaris.

Necq; enim ignari sumus.

XXXV

Vbi quis ad tolerantia præsentium incōmodorū, animat sese præteritorū malorū recordatiōe, nō infestiuiter usurpabit illud ex eode libro, τέρλαδι κραδίη καὶ κώτερον ἄλλο πότ' ἔτλησ. i. Obdurares anime, & quondam grauiora tulisti, Id æmulans Vergilius, O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem. Durate & uosmet rebus seruate secundis. Cōsimiliter Horatius in Odis, O fortes, maioraq; passi Mecum sæpe uiri.

Danda uenia lapsō.

XXXVI

Qui dicet aliquando dandam ueniā, siquid erratū sit per incuriā, neq; em̄ hominis esse ut semper exactā præstet diligentia, usurpabit illud ex Odyssæa. τ. ἀλλ' οὐ γὰρ πῶς ὄσσην αὐπνεὺς ἐμμεναίεμ, ἀνθρώπους. i. Haudquaquā fieri potis est, ut peruigil usq; mortalīs duret.

Nō quiduis cōtinget, quod optaris.

XXXVII

Qui negabit omnia cōtingere homini quæ sperarit, animoq; cōceperit, accōmodabit illud ex eodē libro, ἦτοι μὲν ὄναροι ἀμύχανοι, ἀκριτόμυθοι, γήνοντ', οὐδέ εἶτε πάντα τελέειτ' ἀνθρώποισι. i. Fruuola scilicet existunt & inania quædā Somnia, nec quodcūq; uides, sic euenit omne, Atq; hoc in loco subiungit pulcherrimū illud de duabus somniorū portis figmentū, quod in sexto Vergilius retulit.

Gaudiū dolori iunctum.

XXXVIII

Cum pariter accidit, quod & gaudeamus & doleamus, quod genus, sicui parentes opulenti uita decefferint, partim excruciat morte suorum, partim gaudet hæreditatis obuētū, atq; accessione libertatis, conueniet illud ex eodem libro, πῶ δ' ἄμα χάριμα καὶ ἄλγος ἔλε φρένα. i. Læticia huic mœrorq; simul præcordia cœpit.

Mala senium accelerant.

XXXIX

Qui dicet senectam nō esse metiendā annis, propterea, quod ἦ, qui se multis laboribus, curisq; discrutiant, ante diem cōsenescunt, usurpabit illud ex eodem libro, Αἴψα γὰρ ἐμκακότητι βροτοὶ κατὰ γράσκειν. i. Quippe repente homines, curisq;, malisq;, senescunt.

Vita mortalium breuis.

XL

Qui monebit dandam operā, ut apud posteros honestæ uitæ memoriā relinquamus, quæ perpetuo uiuat, nam hanc uitā angustis circūscriptā esse terminis, accommodabit illud ex eodem libro, ἀθροῦσι δὲ μιν ἠθάδοι τελευτοῦσι. i. Ast hominis breuibus spatijs cōstringit̄ aui.

Verisimiliter mentiens.

XLI

In eū, qui falsum perinde quasi uerū sit, narret, quadrabit illud ex eodē libro, ἴσκει φεύδεια πρὸς λέγων ἀτύμοισι ὁμοῖον. i. Plurima narrabat figmēta simillima ueris. Dictū de Vlysse, notatur & apud Platonē, quod Homerus Vlyssē induxerit mendacē, Achille mōtra ueracem.

Sibi malum repperit.

XLII

In eum, qui suo læditur inuento, quadrabit illud ex Odyssæa. φ. οἱ τ' αὐτῶ πρώτῳ κακὸν εὐρετο οἶνοβαρείωμ. i. Qui sibi pernicipem uel primū repperit ipse Vino uictus. Dictū de eo, qui primus inuenit usum uini, peremptus a centauris.

Qui continet arcanū.

XLIII

In eū, qui cælat arcanū sibi cōmissum, neq; cuiq; effutit, quadrabit illud nō semel positum in Odyssæa. φ. τῆ δ' ἀπέρως ἔωλεσ' μῦθος. i. Huic pēnis dicta uocabāt, Hoc est, haud lōgius auolabant.

Rem nouam aggredior.

XLIII

Siquādo significabis te rē arduā, ac nouā moliturū, & alijs adhuc intentatā, accōmodabis illud ex Odyssæa. χ. νῦν αὐτε σκοπῆ ἀλλοτρῶν οὕτω τις βάλεμ' ἀνῆρ, εἰσομαι αἴκε τύχοιμι. i. Nunc aliquid tentabo scopū, si attingere possim, Quē nōdū quisq; tetigit. Verba sunt Vlyssis, iā parat̄, tis occidere.

tis occidere procos.

Benefactorū memoria.

XLV

Vbi quid boni cōtingit alicui ppter ueterū benefactorū memoriā, quadrabit illud ex eodem libro, *ὡς κακοεργίης εὐεργεσίῃ μέγ' αμείνωμ. i.* Officio fungi multo, ac delinquere praestat.

Mortuis nō cōuitandum.

XLVI

Victo nō insultandum, nec in mortuū ultra cōgerenda cōuitia, quācūq; iure sit occisus. Huic suffragatur Homerus in eodem libro. *οὐχ ὅσῃ κλαυθίονισι μ' ἐπ' ἀνδράσιμ' εὐχετάσασθ'. i.* Haud fas est super occisus iactare teipsum. Vlysses ita, de procis extinctis.

Focus luculentus in aedibus.

XLVII

Primū domus ornamentū est, ut luceat focus, proinde, qui in domū immigrāt nouam, aut in diuerforiū ingrediunt, ante omnia, iubent ignē incendi. Quod ex Homero sumptū uideēt apud quē Vlysses, *πῦρ νῦν μοι πρότισον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω. i.* Nūc ante omnia mi luceat in aedibus ignis. Idem illud eiuſdē, *Ἄθρομλίνου δὲ πυρὸς γεραρῶτερος ὀίκος ἰδέσθ'. i.* Scilicet accēso domus est ornatior igni. Quo quidē uersiculo uidet impendio delectatus Plutarchus, adeo subinde usurpat, & in uarios detorquet usus. In cōmentario de uirtute & uitio, refert ad opes, potētīā, gloriā, quae tum fiunt iucundiora, si adsit animus a molestia liber. Rurſum in libello quē amatorīū inscripsit, detorquet ad amātis animū longe splendidiorē, si calor amoris eū inflāmarit.

Qui iure perierunt.

XLVIII

In eos, qui suo merito preunt, cōueniet illud ex eodem libro, *τοῦσδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε δειῶν, κῆ χέτλια ἔργα. i.* Hos fatum & malefacta neci, exitioq; dederūt. Dictum de procis.

Inexorabilis.

XLIX

In durum & inexorabilem cōpetet illud ex Odyſſeae. *τ. σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη σιρρωτέρη ὄβι λίθοιο, id est, At tibi perpetuo cor saxo durius omni est. Ita Telemachus ad matrem.*

Recipe animū.

L

Vbi quis re subitaria cōsternatus, postea recipit sese, Cōueniet illud ex Odyſſeae. *ο. αὐτὰρ ἐπεὶ ἄμ' πνυρὴ ἦ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθῃ. i.* Ut respirauit, red iſtq; in pectora sensus.

Senum prudentia.

LI

De senibus quidē, attamē ob rerum peritiā nō in idoneis ad negociū aliquod conficiendū, apte dicitur illud ex eodē libro, *καὶ πολλοὶ πρὸς οἴους ἀναγκαῖοι πολεμισαί. i.* Aetas cana quidem, sed non in idonea bello.

Imperator bonus, & idem robustus miles.

LII

Refert Plutarchus in cōmentario de fortuna Alexandri, si modo is liber illius est, cū in cōniuiō propositū esset, qui nam inter uersus Homericos maxime probāndus uideretur, alijs alios praferentibus, Alexander huic carmini palmam tribuit, *ἀμφοτέρω, βασιλεύσῃ ἀγαθός, κρατερός τ' ἀρχικτῆς. i.* Dux bonus, ac miles praepollens uiribus idem. Nam hoc, & Agamemnonis laudem expressit, & Alexandri uirtutem est uaticinatus. Quācūq; mea quidē sentētia, nō magnū habet momentū in principe corporis robur, plurimū autē consiliū & prudentia. Proinde grauiter Timotheus, cum Rhetores Charetem quendā efferrent laudibus, iuuenē corporis uiribus insignem, censerentq; eiuſmodi belli ducem Atheniensibus esse quarendū, haud quācūq;, inquit, Nam istiusmodi quidem optarim, qui culcitrās & stragulas sit exercitui deportaturus, at ducem uelim, qui a fronte pariter atq; a tergo sit oculatus, & quē a perpendēdo qd utile factū sit, nulla impediāt animi perturbatio.

Vnde excoquat sauum.

LIII

Plautus in Captiui duo, prouerbiali dixit hyperbole, Vnde excoquat sauum senex, opes significans copiosissimas. Tamen si locus hic nō uidetur uacare mendo. Ratio Trochaici carminis admonet optimā legēdum, nō optimā. Plautinus uersus hic est, ita uti in uulgatis circūferē codicibus, *Quid diuitiā, sunt ne optimā? Vnde excoquat sauum senex. Sauum autem, uel ut alij sebum, est pingue pecudum durius, quod Graeci σείας appellant.*

Iactare iugum.

LIIII

Iactare iugum, est incōmode ferre seruitutis necessitatem. Translatū a bubus, nodū assuetis iugo. Iuuenalis, *Nec iactare iugum uita didicere magistra. Simile illi, Contra stimulum cal citrarc. Cōgeminaēt enim infortuniū, quod feras impatiētius, Minuitur animi aequitate. Quē admodum ait Plautus, in re mala, animo si bono utare, adiuuat.*

Vt in Velabro olearij.

LV

Vt in Velabro olearij. Prouerbialis similitudo de ijs, qui conspirarunt, remq; gerunt ex cōposito. Plautus in Captiui duo, una res, Omnes compacto rem agunt, quasi in uelabro olea-

rij. Velabrum autē, autore Varrone, locus erat Romæ, quo olearij distrahebant oleum. Mos est autem huic hominū generi, ut inter se de precio cōspirent, quo pluris uendant.

Imi subfellij.

LVI

Idem in eadem fabula, Imi subfellij uiros appellat parasitos, qui ita in conuiuū admittuntur, ut imo sedeant loco. Nihil, inquit, morantur iam Lacones, imi subfellij uiros. Item Horatius, Et imi derisor lecti, scurram significans. Quadrabit etiam in tenues cōuiuas, quos diuites isti nō nunquā recipiunt, sed infimo loco. Lepidius erit, si transferatur longius, hoc est, ad eos, qui inter aulicos proceres, extremo sunt loco, aut inter eruditos postremi sunt, quos & infra classem & extremā classis, & infimæ notæ licebit appellare. Quorū posteri hoc a mercibus sumptum uidetur, quibus addita nota testatur precij modum, prius illud a censu ueterum. Nam qui primæ classis erant, centum & uiginti milia æris possidebant, atq; hi soli classici uocabantur, reliqui omnes, nam classes erant complures, infra classem dicebantur. Autor Gellius libro septimo, capite decimotertio.

Manticulari.

LVII

Festus Pompeius ostendit poetas hoc uerbo manticulari usos pro fucum facere, ac subdole agere, Citatq; Pacuuium ita loquentem, Ad manticulādū astu aggreditur. Tractum autem a manticulis, quas fures attrahere solent, nimirū quo furentur. Equidem magis arbitror hinc sumptā metaphorā, quod qui in cōuiuio dissimulant, mantilibus tegunt faciem, uelut extergentes. Vnde in sermonibus Horatius, Mappa compescere risum. Plautus item in Captiui duo, pro pallio, latebraq; posuit, qua dolus tegi posset. Nec mendacijs subdolis, mihi usq; mantellum est meis, Nec Sycophantijs, nec fucis ullum mātellum obuiū est. Equidem haud scio num ad hanc pertineat formā, quod legitur apud Origenem homilia in Ezechielē quinta. Qui dicit proximo suo, ignoscit nobis peccata nostra deus. Siquidē & in talibus sacramentis ludimus uicissim nobis pollicentes. Mappam mittet deus, id est, teget nostra flagitia, missa mappa. Verū quoniā Græci codicis nō adest copia, super hac re præstiterit Academicū agere. Docti quibus adest, locū hunc excutient a nobis admoniti.

Auro habet suppaetum solum.

LVIII

Prouerbiali figura dixit Plautus in Bacchidibus, Auro habet Soccis suppaetum solum, de prædiuite, cui tanta suppetat auri uis, ut pedibus calcet. Solum enim pro infima crepidarum parte posuit, aut certe pro pauimento.

Ad aras.

LIX

ἐπιβωμὸν. i. Ad aras. Refertur in Collectaneis, quæ Plutarchi titulo feruntur, nec explicatur. Equidem opinor perinde ualere, quasi dicas, ipso in negotio, iuxta prouerbiū quod nobis alio dictū est loco, quo uetamur ad aras cōsultare.

Samiorum laura.

LX

Σαμίωρ λαύρα. i. Samiorū laura. Dictitabatur in turpibus addictos uoluptatibus. Laura apud Samios angiportū quoddam erat, in quo cupediæ, popinariæq; lauticiæ uenditabatur. Extat adagium in cōmentarijs, quæ Plutarcho inscribuntur.

Tænarium malum.

LXI

ταινάριον κακόν. i. Tænariū malum. Siquid crudelius sæuitum esset in famulos, Tænarium malum uocabant, propterea quod olim Lacedæmonij captiuos, qui in Tænariū confugerant, reductos capitis affecerunt supplicio. Est autem hoc loco Tænarus regio quædam Laconicæ, cuius incolæ Tænaritzæ uocentur.

Lesbius Prylis.

LXII

ὁ λέσβιος πρύλις. i. Lesbius Prylis. Plutarchus in adagionū collectaneis, si modo nō fallit titulus, tradit hoc prouerbiū per similitudinē sumptū. Prylin enim fuisse Mercurij filiū, ac diuinā di peritū. Quāq; πρύλις Græce, militem peditem significat.

Agas asellum.

LXIII

Agas asellum. Hoc adagij quoniā mutilum refertur, non satis liquet, quid sibi uelit. Refertur autem a Cicerone libro de oratore secundo, ad hunc quidē modum. In hoc genus conijciuntur prouerbia, ut illud Scipionis, cum asellus omneis prouincias stipendia merentē se pagraisse gloriaretur, agas asellum & cætera. Hactenus Tullius. Neq; uero libet referre, quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpretis alioqui non omnino malus. Tamen uisum est ipsum adagiū in mediū pponere, quo doctis saltē uestigandi ministrare occasione. Fortasse legendum agaso asellum. Nam ueteres elidebant uocales more Græcorum etiam in scriptura. Atq; ita

Atq; ita sensus erit, unūquēq; facere quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit Iurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum Agafonis uocabulū, in cōtemptus ab ijs prouerbū, id quod apud Græcos festiuus est, ob sermonis *ἰδίωμα*. Nam Dores asinū uocant, non *ὄνον*, ut cæteri, sed *κίλλον*, & Agafonem, non *ὄνκλάτην*, sed *κίλλικτήρα*, ueluti testatur Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis septimo.

Samium comatum.

LXIII

τὸν ἐν σάμῳ κομήτιον. i. Samium comatum, dicebant eum, qui ante ignauus habitus, præclarior expectatione sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, quicquid ab aduersarijs haberetur ludibrio, quod comat⁹ esset, cōmissus cum illis, uicit. Vnde in prouerbium ab ijs quoties, quis certamen suscipit, cum ijs quos præter opinionē experitur se se uiribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla. Cauendum a puero male cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Seruum haud ueho.

LXV

Δούλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὸν περὶ ἑῶν. i. Seruū ego haud ueho, Nisi qui prius, p carnis certauerit, certamine in nauali. Id est, non admitto seruum, nisi multis magnisq; spectatum experimētis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Ranis, a nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionem, *περὶ ἑῶν*, & *περὶ ἑῶν νεκρῶν*. i. Pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt pro uita, carnē enim corpus appellāt. Porro serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro uita duntaxat dimicant. Qui legunt *νεκρῶν* hanc adferunt fabulam. In prælio nauali, quod actum est apud Arginusas superiores extiterunt Athenienses, uctueruntq; ne cadauera cætorum tollerētur, & hac quoq; de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, quapropter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi collectaneis.

Tertium caput,

LXVI

τρίτη κεφαλὴ καὶ τρίτω ἔγκεφάλῳ. In onerum baiulos dictum, qui non humeris modo, uerum & capite gestant onera. Extat in iisdem quæ modo citauī collectaneis.

Vt Corinthia uideris.

LXVII

Ἀ κορινθία ἔοικας χοῖρο πωλίσμῳ. i. Corinthia uideris corpore quæstum factura. In muliere intēpestiuus libidinante. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est autē, *χοῖρο πωλῶ*, nouo quidem uerbo, quod nobis indicat quæstum facere corpore, *χοῖς* em̄ naturam muliebrem significat. Extat & hoc in iisdem collectaneis.

Cyrnia iactura.

LXVIII

Κυρνια ἄτη. i. Cynium malum. De magnis dispendijs & expilationibus dicebatur. Cynius insula quæpiam est, e regione Apulia, cuius incolæ longæui perhibent esse, propter mel, quo plærūq; uescuntur. Nam eius illic summa copia, quemadmodū autor est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter prædonum ac pyratarum circa illam frequentiam. Atq; hinc uulgo prouerbium increbuit.

Rapina cotytis.

LXIX

Ἀρπαγὰ κοτυτίοις. i. Rapina Cotytis. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabatur, eaq; diripiēda proponantur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec exponitur. Quamq; facile liquet dici solitum de bonis temere profusis, direptisq;.

Quæ ex antiqua.

LXX

τὰ ἐκ παλαιᾶς. i. Quæ ex antiqua. Perinde ualet, quasi dicas summā molestiam, extremūq; malum. Tyrum enim quæ cognominata est uetus, dictione composita, *παλαιτύρος*, Alexandræ expugnatam & ex insula comportatis aggeribus, redditam continentē, crudeliter admistravit, plurimisque affecit incōmodis, unde prouerbium, *τὰ ἐκ παλαιᾶς*, Quo significabāt tantum malorū, quantū antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Triceps Mercurius.

LXXI

τρίκεφαλῶν Ἑρμῆς. i. Triceps Mercurius. Dictum uidetur in ambiguos, ancipitesq; aut in uehementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, uel quod plurimam uim habeat oratio, uel quod idem Deus index uia, proinde, in singulis capitibus inscriptio nem habebat, quo duceret hæc uia, quo rursus illa. Huiusmodi Mercurij simulachrum prius posuit Proclides, autore Philochoro.

Bb 4 Danace

Danace.

LXXII

Δανάκη. i. Danace, sic appellabatur nūmulus ille, qui Charonti perfoluitur naulum pro transmissioe Stygiæ paludis, cuius meminit Lucianus in Charonte. Apuleius item in fabula Psyche. Refertur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur usus. Mihi uidetur recte usurpandum si quis iubeat senem parare *δανάκω*, innuens prope abesse, ut emigret e uita. Aut si quem usq; adeo nihil reliquisse dicat, ut ne Danace quidem superfuerit.

Vt Bagas constitisti.

LXXIII

βάγας ἔσηκας. i. Vt Bagas stabas. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagas erat quispiã ad similes attonito, stupidoq; & insulso. Cōmemoratur in Plutarchi collectaneis. Haud scio num legendum sit, Bagoas pro Bagas, is Eunuchus fuit. Et est hoc genus timidum & imbelles.

Cancrum ingredi doces.

LXXIII

καρκίνου ὄρδα βαδίζου διδάσκεις. i. Cancrum recte ingredi doces. De eo, qui docet indocile. Refertur in eisdem collectaneis. Finitimum uel idem potius cum illo, quod paulo superius retulimus ex Aristophane.

Mare exhauris.

LXXV

θάλασσαν ἀντλήεις. i. Mare exhauris. De eo, qui conatur, quod effici non possit. Nam montes perfodiuntur, at mare non possit exhauriri.

Capram cœlestem orientem conspexerunt.

LXXVI

Ἄγλα πλὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐδέασαν. i. Capram cœlestem ex oriente aspexerunt. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter, eq; animi sententia succederent, propterea, quod antiquitus opinione uulgi comprobatū est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in syderū relatum numerū, conspexissent, quicquid uotis conciperent, eius compotes futuros. Qua de re latius dictum est in adagio, *ἀμαλθείας κέρας*. Hoc autem extat in Plutarchi collectaneis.

Capra ad festum.

LXXVII

Ἄξ εις πλὴν ἔορθε. i. Capra ad festum. Dici solitum, ubi quis in tempore ad negociū aliquod accederet. Aut ubi quis cōmode in suam perniciem offert sese. Nā in festis maxime Bacchi, capram immolabant. Refertur in iisdem cōmentariolis.

Mox sciemus melius uate.

LXXVIII

τάχ' εἰσομέδα μάντεω ὑπέπερον. i. Mox melius ipso uate rem cognorimus. Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tentarent. Nihil enim experimento certius. In iisdem extat Plutarchi collectaneis.

Tinctura Cyzicena.

LXXIX

βάμμα κυζικῶν. i. Tinctura Cyzicena. Dedecus non eluēdum appellabatur apud Atticos. Dicebaturq; in eos, qui metu quippiam indecore facerent. Nam Cyziceni duobus nomibus notati sunt, timiditatis, & molliciei. Recensetur in iisdem collectaneis.

Scruabis bouem.

LXXX

βοσκολήσεις. i. Bubulcus eris. Hoc uelut ænigmate significabant exilium. Siquidẽ qui p̄ Ostracismum eijciebantur, in Argiuam exulatum ibant. At illic bos erat æneus, insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Embarus sum.

LXXXI

ἐμβαρός εἰμι. i. Embarus sum. Dictum est olim de insano, deliroq;. Referunt autem adagionem ad huiusmodi fabulam. Olim Pyraeus insula fuit, id quod ipsum etiam uocabulū adhuc indicat, *περῶν* enim transmittere est, in ea, cum Munychus principatum obtineret, templū instituit Dianæ, cui cognomen additum Munychiæ. Dein cum ursus Dianæ facer quidã ibi repertus, & ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit. Itum est ad oraculum, quæsitūq; malo remedium. Respondit Deus, ita demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini, Vnus autem repertus est Embarus, usq; adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege ut sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaq; puellam solēni ritu ornata sacrificauit. Fit & huius mentio in Plutarchi collectaneis.

Colophonium suffragium.

LXXXII

κολοφωνία ψηφῶν. i. Colophonium suffragium. Vsurpat in epistola quapiã Platonis ad Dionysium. Adagiū est uerbis magis, q̄ re diuersum ab illo, quod in secūda retulimus Chiliade, *πλὴν κολοφῶνα ἐπέδικεμ*. i. Colophonē addidit. Adagionis originē explicant in hūc modum. Cum olim Colophonij domesticis seditionibus tumultuarent inter sese, euenit ut aliquot ex illis mutatis

mutatis sedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit, ut cum bellum gererent Smyrnæi ac sæpenumero uicti discessissent, tandem adhibitis Colophonijs, quos in ciuitatem receperant, extiterit superiores. Vnde institutum est, ut quemadmodum Smyrnæi non uicerant in bello, nisi Colophoniorum accessione, ita nec in suffragijs uincerent, nisi illorū calculū adiungerent. Proinde cū Colophonij duodecim ciuitatibus imperarent, quarū una Smyrna in publicis consilijs, siquādo Smyrneniū æquales fuissent calculi, pars ea uincebat, cui subscripsissent Colophonij illi, quorum opera uicerant in prælio. Itaq; prouerbiū quadrabit, cum significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimū in re quapiam ualere.

Mihi ista curæ futura sunt &c.

LXXXIII

Εμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λυκαῖς κόραις. i. Curæ ista mihi erunt, ac puellis candidis. Senarius ex oraculo ductus in popularem sermonē. Cum barbari quidam copijs ingruerent in Delphos Delphi consuluerunt oraculum, quid opus esset facto. Responsum est, hoc quod modo retuli carmine. Paulopost uisus Apollo cum duabus puellis Pallade, ac Diana, Nā & his sana sunt apud Delphos. Conuenit uti, siquando significabimus nihil esse periculi, negociū ijs curæ futurum ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Festum multas habens,

LXXXIII

Ἔστι πολλὰς ἔχουσα. i. Festum multas habēs, subaudiendum, molestias, aut occupatiōes. Dicitur in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquo profecturi. Venustius erit, si deflectatur, ad quosdam, qui nihil agunt quāuis exiguū, nisi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita ut sæpenumero, tum se, tum reliquos omneis defatigarint apparando, priusquā quicquid incipiant. Natum ab ijs, qui festa solent adire. Nam ijs mos, multam suppellectilem una se cum conuehere, uasa, uestes, sacra, panes, atq; id genus alia multa, ne quid deesset ad solēnitatem pertinens. Extat in iisdem collectaneis.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

LXXXV

μάταια τὰλλα παρὰ κρότωνα τάσεια. i. Sunt reliqua præ Crotone friuola oppida, Theocriti interpres meminit huius prouerbij. Licebit accommodare ad rem aut hominē usq; adeo præcellentem, ut reliqui cum hoc collati nihil esse uideantur. Natum fortassis est, a pugilum Crotoniatarū excellētia, quorū erat Milo, de quo dictū est alias, nēpe in puerbio Crotone salubri.

Canis panes somnians.

LXXXVI

Sunt quibus prouerbiali figura dictum uideatur illud apud Theocritum in Piscatoribus. καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις πᾶσα κύων ἄρτους μαίνετη ἰχθύα κηρωμί. i. Siquidē oīs Panes in somnis canis ariolatur at ipse Pilces. Sensus est, unicuique ea per somnum occurrere, quæ impense desiderat, quibusq; magnopere deditus est. Aristoteles non solum homini, uerum etiam cæteris animantibus somnia tribuit, etiamsi id in canibus est euidentissimum, quippe quos audimus sæpenumero dormientes uenationem somniare, quæ res haud difficile deprehenditur ex ratione latratus, quem edunt sopiti. Proinde mihi rectius quadraturum uidetur, si πᾶρτος legat ἄρτους, aut ἄρτας, id est agros, aut uenationes. Verum hoc tantum eruditus penitendum proponimus, super hoc pronunciaturs, ubi codicem emendatiorem erunt nacti. Nobis adhuc non contigit. Ex somnjs autem, qui ariolentur euentura, ne nostris quidem temporibus defunt, quam p̄ non probat Aristoteles.

Canis.

LXXXVII

Ἄδεις ἔχωμ. i. Canis, reperio pro eo, quod est nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est aut Atticæ linguæ figura, sicuti παίζεις ἔχωμ. i. ludis, siue iocaris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantū ut aures deliniant uoluptate mox peritura.

Aethiops non albescit.

LXXXVIII

Ἀιδίω δὲ οὐ λυκαίνετη. i. Aethiops non candescit. De ijs dici solitum, qui nunquā mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim natiuum, id haud facile mutatur. Fertur Aesopicus Apologus de quodam qui empto Aethiopi, cum eum colorem arbitraretur, non natiuum esse, sed dominū superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciem diuexauit, ita ut morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quā antea fuerat, meliore.

Annas Clibanum.

LXXXIX

Ἄννας κριβανουμ. i. Annas Clibanū, subaudi reppit. Haud me fugit hoc alio loco relatū a nobis. Verū quā toties alia nobis occurrit specie in puerbiorū collectaneis, libuit admonere, trifariā esse scripturā. Alibi lego & quodē plarissq; locis, ἄνθρωπῶ. κριβανουμ. i. Homo Clibanū. Quā egedē lectionē

lectionē arbitror esse deprauatam. Nec obscurum, unde deprauandi occasio, ijs, qui Græcas literas norunt. Alibi inuenio, *Ανυθ*, ut uir fuisse uideatur. In quibusdam offendo scriptū, *Ανωαε* ut mulieris, aut certe barbaricū sit uocabulū. Clibanū aut accipio, nō hunc uulgatū, quid enim hoc admirandum, aut nouum? sed testaceum illum, qui incluso pane, ponitur in clibanis uulgaribus. In quibus panis, aut etiam pisces, aut carnes paulatim lento uapore decoquantur.

Archilochum teris.

XC

Αρχίλοχου πατρίς. i. Archilochum teris, seu calcas, de maledico dicebatur, *πατρίμ* autem dixit, uel quod assiduus esset in euoluendis huius poetæ carminibus, uel quod huius uestigijs ingrederetur. Equidem suspicor, hoc idem esse cum illo, quod alibi posuimus. *Αρχίλοχος πατρίς*. i. Archilochi patria, deprauata uoce, *πατρίς* in *πατρίς*.

Culicem colant.

XCI

Plaræq; sunt in Euangelicis literis a uulgo sumpta. Nec id indignū Christo, quin potius uel maxime cōgruebat, ut quemadmodū assumpto corpore, uelut unus quilibet e nobis esse uoluit, ita sermonibus q̄ maxime familiaribus uterē, quo nostrā humilitatē modis omnibus ad suam prouheret sublimitatē. Verū ex ijs nō mihi uisum fuit plura referre, partim quod quidam poeticis nimī addicti studijs, parum uenustū existimant, quicquid sacras literas redoluerit, partim quod ea uiderē cuiq; latis exposita esse. Maxime uero, quod uerebar, ne q̄s homo pius existimaret me diuinis literis iniuriam facere, si eas huic operi subinde miscuissem, in quo nō modo gentilia plaræq; uerum etiā quædam non admodū munda. Quæ nos & inuīti, & q̄ potuimus tectissime retulimus, nec ea quidē omnia. Cæterū ex Euangelicis adagijs illud nō possum prætermittere, quod in supstitiosos quosdā, & præpostere meticulosos dictū est præceptorī nostro Iesu, qui uel ignorantes, uel dissimulātes, q̄bus in rebus sita sit uera Christiana pietas, in nugis sibi nūc placet, nunc trepidant, in maximis securi, pleni Iudaicarū supstitutionū, uera charitate uacui. In hos Christus ueræ pietatis doctor, huiusmodi torquet pro uerbium, *τὸν κώνωπα διυλίζουσι πλὴν κάμηλον καὶ ἀπίνοντες*. i. Culicē liquant, Camelū glutientes. Ab hoc nō abhorret, quod alibi retulimus, *ἀνοδία πάντα γαστραλίζεμ*. i. Statuam colare gutture.

Non inest illi dentale.

XCII

Γύκς οὐκ ἐνεσιμ ἀνθρώπῳ. i. Gyes non inest illi. Dicit cōsueuit de quopiam, ad rem aliquam parum utili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύκς, eam nōnulli putant esse, quam Latini dentale uocant. Ea quoniam præcipua uidetur, si absit, nihil confici potest aratro. In hunc sensum usurpauit Hesiodus, *πρίνου δὲ γύκς*. Cæterum Homer⁹ pro iugere posuit, agrum *πεντηκοντόγυρον* appellans. i. centum iugrum.

Gigantum arrogantia.

XCIII

Γιγάντων ἀπόνοια. i. Gigantum amētia, dicebat, ubi quis uiribus suis fretus, temere, nulloq; cōsilio res nō tentandas moliretur. Tractum a notissima gigantū fabula. Prouerbiū admonet, inauspicato cedere, quæcūq; citra cōsiliū, aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum, per uim instituunt. Horatius in odis. Vis consilij expers, mole ruit sua, Vim tēperatā dī quoq; p̄uehunt In maius. Homer⁹ itē Iliados. x. elegantissima sentētia demōstrat in omni negotio, nimio plus habere momenti rationem, consiliūq; q̄ corporis uires, *μήτι τοι δρυτόμῳ μέγ' αμείνωρ ἢ ἐ βίβω, μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Νῆα δοῖμ' ἴθωαι ἔεχθομέ' ἢ ἄνέμοισι, μήτι δ' ἠνίοχῳ πρὶ γίγνετ' ἠνίοχοιο*. i. Consilio sane multo, q̄ robore præstat Hirsutā quicunq; parat succidere syluam. Consilio rursus nauclerus in æquore nigro Dirigit undiuagam nauim raptantibus austris Consilio, auriga aurigam, uincitq; præitq;.

Glaucus comesa herba habitat in mari.

XCIII

Γλαῦκῳ φάγῳ πῶσα οἰκῆ ἔνθα δαλάτῃ. i. Glaucus comesa herba habitat in mari. Dictū apparet per iocū de ijs, qui cū perierint, tamē uulgo creduntur uiuere, qualis opinio cōplureis annos nostratiū animos occupat ad infaniam usq; de principe CHAROLO Burgundionū dūce, qui cum interisset in bello, tamē non deerant, qui non dubitarent magno periculo rerū suarum asseuerare, illum adhuc in uiuis esse. De Glaucō Græci fabulā adferūt huiusmodi. Glaucus quispiam fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longe omniū primus. Is quo magis esset miraculo, cōmentus est imposturā huiusmodi. Enatabat e portu spectantibus Anthedonij, donec iam extra prospectū esset. Ibi reuersus in terram secessit in locū aliquē semotum, atq; in eo dies cōplureis cōmorabat. Deinde cū uiderē, redibat natans in portū, spectantibus ijs, qui stabant in littore. Mirantibus aut amicis ac sciscitantibus, ubi nā gentiū tamdiu cōmoratus esset,

tus esset, ad simulabat in marinis fluctibus interim uersatū esse sese. Auxit miraculū altero cō-
mento. Hybernīs mēsis, cū ceteri piscatores nihil pisciū capere possent, ille ciues rogabat,
quosnā pisces adduci uellent. Quosq; iussissent, aduehebat, uidelicet iam ante paratos in hūc
usum, atq; alibi cōclusos. Euenit tandē ut hic impostor a belua quadam marina deuoraretur;
Isq; fuit eius comœdiæ finis. Porro cum non rediret ex more, populari fama iactatū est Glau-
cum gustata herba factum immortalē, & in mari uitam agere. Interpretes Apollonij poetæ cō-
similia tradit de Glauco, piscatorem fuisse, qui cum aliquando multitudine piscium, quos cœ-
perat, defatigatus esset, onus in media abiicit uia. Ibi uero res accidit mira dictu, unus e pisci-
bus, iam moriens, gustata herba reuixit. Id Glaucus obseruans, eadem herba comēsa, immor-
talis est redditus. Tandem tædio uitæ semet abiicit in mare. Hoc cōmentum animo pene re-
clamante adscripsi. Nam ut simpliciter, quod sentio, dicam, mihi subolet Græcum scriptorem
quisquis is fuit, in hoc finxisse prouerbiū, quo fabulā hanc liceret cōmemorare. Malui tamen,
hoc opere ludere, q̄ quibusdam parum eruditis ansam calumniandi præbere, quod insciens
præterierim, id quod in excusis etiam Græcorum cōmentarijs habeatur.

Per ignem incedis.

Ἐμ πυρὶ βέβηκας, i. Per ignē incedis. Id est, uersaris in periculoso negotio. Horatius in Odis,
Et incedis per ignes suppositos cineri doloso. Tradunt etiam in cū quadrare, cui celeriter ab-
soluendū est negociū. Cōfine, quod ille dixit apud Senecā declamator. Per spinas ingredior.

Fortis in alium fortiolem incidit.

Ἐθλοῦς ἐὼν ἄλλῃ κρείττονι ἀντίτευχῃ, i. Forti alius potior cōtingit ac melior. Dicit solitū, ubi quis
nimium fretus suis uiribus aliquando nanciscitur, a quo uincatur, sumptum putant ab Hyllo
Herculis filio, & Euchemo Aegeato. Suidas huiusmodi uerba recenset, tacito autoris nomi-
ne, ἔσι μὲν γὰρ ὅτε ἢ ταυτόματρῳ ἀντίπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν θεοῶν ἀνδρῶν. ἔσι δὲ ὅτε πάλιν καὶ πάλιν
παροιμία, ἔθλοῦς ἐὼν ἄλλῃ κρείττονι ἀντίτευχῃ, i. Fit nōnunq; ut ipsa p se res bonorū uirorū cona-
tibus obistat. Fit rursus interdū, Forti ut contingat fortior ac melior.

Gloria futuri.

τὸ δὲ τοι κλέος ἰσομύθοιο, i. Gloria futuri. Refertur in iisdē Plutarchi collectaneis. Admonet
famā, laudemq; recte factorum contingere, potissimum apud posteros. Alioqui quemadmo-
dum recte dixit Ouidius, Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

Insania non omnibus eadem.

Μαῖα γ' οὐ πάντῃ ὁμοία, i. Haud est eadem uesania cunctis. Hemistichium Heroicū, sicut & il-
lud superius. Extat in iisdem collectaneis. Sensus est, nullum esse mortalē, qui nō aliqua in re
desipiat. Quamq; alius alio morbo laboret, hic auaritiæ, ille libidinis, hic ambitionis, ille inui-
diæ. Quod copiose demonstrat Stoicus Damaspus apud Horatium in sermonibus.

Hydrus in dolio.

Ἐν δολίῳ ἢ ἐν πιδίῳ, i. Hydrus in dolio. Prouerbiū hoc, ut ingenue fatear, nondū apud ullū ue-
terū autorū reperi, neq; Græcū, neq; Latinū, & haud scio an de uulgo sumptū sit, neq; enim li-
bet credere uirū eloquentē, & in literis nō postremi nominis ex sese cōmentū esse. Nā refert
ab Antonio Sabellico in epistola quadā familiari. Addit & fabulā prouerbij parentē, huius-
modi. Rusticus quidā cū sensisset minui uinū in dolio cōditū, admiratus quid esset rei, circū-
spicere cœpit, num qua rima extillaret liquor, ubi nihil eiusmodi cōperisset, perguit uicinos in
suspicionē apud sese uocare, ne sese absente uas relinerēt, uinūq; potitarēt. Obsignat itaq; dili-
genter doliū ad opus exiturus. At reuersus signis illæsis, uinum nihilominus imminui uidet,
Tum uero fortunā agricolarū deplorare, quibus nō in uite solū, uerumetiā in dolijs calami-
tas præsto esset. Ad extremū exhausto dolio hydrus in imo reptus est, uini potor. Ea res in
uulgi iocū abiit. Admonet Plinius libro decimo, capite septuagesimosecūdo, serpētes quāq;
exiguo indigeāt potu, tamē uinū cū est occasio, præcipue appetunt. Adagiū ipm haud quāq;
inelegās, nec aspernādū. Quod si quē nihil mouet, recēs autor, licebit usurpare, cū qs occulta
calamitate premis, causa atq; autore nō extante. Aut cū diuturni mali tandē autor dephēdit.

E Massylia uenisti.

Ἐκ μασσαλίας ἦκας, i. E Massylia uenisti. Suidas ait dici solitū de ijs, q̄ cultu parū uiris decoro
uterent. Quod Massylienses luxu pditi, muliebri ferme in modū ornarent, comis ungueto
delibutis, capillisq; religatis. Huic affine qd̄ refert Athenæ⁹ in Dipnosophista libro. xij. ὡλεῖν
σείας εἰς μασσαλία, Cuius nos alibi mentionē fecimus, & qd̄ sup hoc sentiremus explicuimus.

Dulce bellum inexpertis.

I



T elegans cum primis, & multorum literis celebratum adagium est, γλυκὴς ἀπειρῶ πολέμῳ. i. Dulce bellum inexperto. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, nō intelligas, nisi facto periculo. Dulcis inexpertis cultura potētis amici. Expertus metuit. Bella res & splendida uidetur, inter aulicos obambulare proceres, in regijs uersari negocijs, at senes, quibus usu penitus cognita res est ab ea felicitate, libēter abstinent. Suaue uidetur, amare puellas, sed ijs qui nondum senserunt, quantum amori insit amari. Ad eūdem item modum accōmodari poterit, ad quoduis negocium multo cum periculo, multisq; cōiunctum malis, quod nemo uelit capessere, nisi iuuenis, & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in Rhetoricis hanc adfert causam, cur iuuenta sit audacior, contra senectā timidior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorū, timiditatem & contationem. ἡλικία δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρει, ἡ δὲ γῆρας τὴν φόβον. quod contanter aggredi conueniat, immo quod opus non alia, nisi uel



uērbis, q̄ de pace, belloq; malunt audire. Argiuos uides

Argiuos uides, id est, stupidis & attonitis oculis, sumptū opinor ab Oreste, fur
rijs agitato. Aristophanes in Pluto *μανικὸν βλέπων* dixit eodē sensu. Refert a Suida puerbii
nomine. Argiui fures.

Argiui fures. De palam improbis. Nā argiui furacitatis infamia laborabāt an-
tiq̄tus. Extat & hoc apud Suidā. Latini uulgo ficto sicuti uidet̄ p̄ iocū uocabulo Lauerniones
appellāt, homines furaces, quod fures sub tutelæ Lauernæ Deæ essent, in cuius luco obscuro,
atq; abdito, soliti sunt furto sublata, prædamq; defodere. Autor Festus.

Mars rex. Mars rex. Suidas interpretat̄ cōgruere in principē, q̄ ui, nō legibus Rempub-
tractat. Sunt qui dicāt hoc natū a Persis, iqb; impabat Timotheus, q̄ quoniā Atheniensiū rē
publicā, diutina rerū omniū p̄speritate tuebat̄, Mars rex appellat̄ est, idq; cessit in puerbiū.

Attagen. Attagen. Suidas indicat hoc cognominis, puerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos,
quod hæc auis plumas habeat, uarijs colorū notis distinctas. Aristophanes in Auibus, *εἰδὲ τυγ-
χάνει τις ὑμῶν δραπέτης ὄστι μὲν*, *Ἀθαγάς οὐτρε παρ' ἡμῶν ποικίλος κεκλήσθη*. i. Sigs e uobis erit
fugitiuus, atq; uisus notis. Attagen is sane apud nos uariius appellabit̄. Ad eūdē modū *ταῶς*, i.
pauones appellant Græci nitidius cultos, & uersicolorib; amictos. Caterū Attagena plura di-
cemus in puerbio, Attagenis nouiluniū.

Tenedius homo. Tenedius homo. Plutarchus in adagionū collectaneis, ait dici solitum de
homine

homine tetrico, formidabiliq; aspectu. Originē, sicuti plerūq; alias uarie tradūt. Suidas ait regem quempiā Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atq; induxerit morem, ut a tergo iudicis, adstaret quispiā, securim tenens, uidelicet in hoc paratus, ut qui perperā quid in iudicio dixisset, opinor mendaciū, aut falsum testimoniū, eum protinus securi feriret. Hoc interpretamēti ferme cōuenit cū eo, quod ante cōmemorauimus in adagio, Tenedia securis. Alij tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptunī filius, pater Hemitheae & Tenae, nouercam liberis suis induxit. Euenit autem ut Tenes apud patrem insimularetur a nouerca, quod sese de stupro interpellasset, id cum ille uerum esse crederet, iuuenē in capsam inclusit, unaq; Hemitheam sororē, quod fraterni fati comes esse deyderaret, simul q; in mare praecipitauit. Id scrinium delatum est Leucophrenem, cui postea Tenedo commutatum uocabulū, uidelicet a Tene Cygni filio. Qui progressu temporis nactus imperiū eius loci, quod modo diximus exemplū, induxit, ut in tribunalibus assisteret, qui securim in caput accusantis uibratā sustineret. Quod si quis fuisset calumniā conuictus, eum protinus uiuum securi dissecaret. Id spectaculi quoniā formidabile uidebatur, in prouerbiū abiit, ut Tenedius homo diceretur, qui minaci, truciq; esset aspectu.

Tenedius patronus.

VII

Τενέδιος σωήγορος. i. Tenedius aduocatus. Eodem e fonte profectum est & hoc, dici solitū de eo, qui compendio causam expedit, litisq; nodum ocyus dissecat. Ductum a Tenedia securi, de qua modo dictum est. Suidas ait apud Tenedios duas secures suspensas ostendi. Aristoteles apud eundem, illud addit, praeter ea, quae recensuimus, in Asserina (is est locus quispiam in Tenedo) fluuiolum esse, in quo cancrorum testis, nauigiorum utantur uice. Eas ita dissecant, ut securis speciem praeseferant.

Εγκέωτις ἡμέρα.

VIII

Εγκέωτις ἡμέρα. Plutarchus in Collectaneis (Si modo uerax est titulus) tradit hoc dici solitum de his, qui cōuiuuiū agunt, aut exhibēt. Idq; hinc manasse, quod olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratū inirent, epulum exhiberēt populo. Quod siquādo plures fuissent magistratus, dies inter sese distribuebāt. Itaq; cū sibi occurrerēt, rogabāt, τίς ἡμέρα; i. quis dies? Ea uox in uulgi iocū cessit. Videtur autē uox εγκέωτις, data opera ridicule cōflata, ex his uerbis, ἐμ κείω τις.

Verfatis Artemon.

IX

Ο πριφόρμης ἀρτέμων. i. Verfatis Artemon. Extat in iisdem Collectaneis. Aiunt dici solitum de his quorū gratia uehemēter decertat. Nam Artemonē adolescentē fuisse quempiā, certatim adamatū a mulieribus ob insignem formā. Alij malunt Artemonē machinariū fuisse fabrum, in arte praecellentē, temporibus ferme Periclis. Qui cū claudus esset, passim suas machinas circumferebat. Athenæus in duodecimo Dipsosophistae libro, citat hoc prouerbiū ex Clearcho, testatur dictū fuisse, quod is postea coeperit uoluptariam, ac mollem agere uitam, cum antea pauper fuisset. Ex Anacreonte citat haec de eodem, τὸν μὲν ἔχωμ πρὶ πλοῦσι βόας νεόπλυτον εἴλημα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτεμόνησι δ' ἐδελοπόρνοισιν ὁμιλέωμ, κίεθ' ἄλλομ εὐρίσχωμ βίον, πρὸς πρῶμ μὲν ἐμ δ' οὐρὶ τιθεῖς αὐχένα, πρὸς δ' ἐμ ἔσοχω, πρὸς δὲ κόμην πώγονά τ' ἐκτετιλμῶ. i. Tenuem quidem habens circū latera bouis recentē amictū malae hastae, cū panū cauponibus & prostibulis consuetudinē agens, insyncerā inueniens uitam, saepe ut superet, in hasta ponens ceruicem, saepe rursus in rota, saepe uero, coma barbaq; reuulsus. Quibus ex uerbis apparet dictū in hominē sui dissimilem, ac moribus inaequalibus praeditum.

Placiadae.

X

Πλακιάδαι ἢ Σέλαιον. i. Placiadae etiam stelaeum. Plutarchus in iisdem cōmentarijs ostēdit dici cōsueisse de dephenis adulteris, & cōtumeliose, sicuti merent, tractatis. Vicus est quidā Articae regionis, cuius incolae Placiadae uocant. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio dephenus, ignominiosas poenas daret, impactis in pudendā corporis partem raphanis, qui apud illos mirae magnitudinis esse dicunt. Quod si raphani forte nō fuissent ad manū, stelaeo utebantur, id est, ligonis ligno. Nō me clam est hoc alio nobis dictū loco, sed mutilatum, eoq; diximus operae precium hic integre repetere.

Iusticiae oculus,

XI

Δίκης ὀφθαλμός. i. Iusticiae oculus, dicitur syncerus & incorruptus iudex, aut ipsum etiā iudiciū. Adagij meminit Suidas, sumptū apparet ex illa Chryssippi descriptione apud Aulum Gellium, in qua iusticiae oculos tribuit acris, rectos atq; immotos, quod eū, qui recte, sit iudicaturus, nō oporteat

oporteat huc aut illuc ab honesto oculos deflectere. Celebrat hic senarius prouerbialis, Ε5μ δίκης ὀφθαλμὸς ὅς τὰ πάνθ' ὀρᾷ. i. Est oculus æquitatis omnia intuens.

Iusticia iustior.

Δίκης δικαιότερος. i. Iusticia iustior. Prouerbialis hyperbole de uehemēter integris & incorruptis. Veteres enim iusticiam Deam faciebant, Cuius imaginē elegāter depinxit Chrysippus apud Aulum Gellium.

Ex eo prope tantum.

ὄσσην ἐκ Διονυσίωμ. i. Quātū ex Dionysijs, Suidas puerbij loco refert, sed pturbatius, ut affoler. Antiquitus cōsueuerūt annos a Dionysijs numerare, quēadmodū ex Olympiadib⁹. Iterabat aut Dionysiorum festum tertio quoq; anno. Vnde Vergilius, Trieterica uocat. Hinc igit adagiū in longiorē morā.

Mercator est.

Εμπορος ὅστις σκηπτόμοσος. i. Mercatorem se adsimulat. Dicendū in eum, qui ob timiditatem causas cōmentitias prætexit, ne cogatur subire discrimen. Suidas ex Aristophane citat, apud quem quispiam inducitur, loquens in hunc modum, ut dicat sese fingere mercatorē esse, quod tunc ad bellum ire iubetur, quod negociatores nō cogentur exire, quoniam expediebat illos relinqui, quo de cōmeatu prospiciant. Nō usq; quaq; discrepat hinc euāgelica parabola de ijs, qui inuitati ad nuptias, uarijs prætexitibus excusant.

Donum quodcunq; dat aliquis, proba.

Δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνα. i. Donum quodcunq; probato. Prouerbiū admonet boni consulendum esse munus, aut officium, consiliū ue, quod offertur ab amico. Vnde natū sit, indicat Strabo geographus libro sexto, Cum Achiui iussi essent oraculo Crotonē cōdere, missus est Myscelus quidam, qui ciuitatis futurū locum consideraret. Is cum iam Sybarim ædificatam cerneret, uidereturq; is locus magis idoneus, repetijt oraculum, consuluitq; Deum, num fas esset hanc pro illa condere, Numen ad hunc modum respondit, μύσκελλε βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο ματεύωμ, κλάσματα θηρεύεις, ὄρδῶν δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνα. Eos uersus interpres uertit in hunc modum. Terga breuis Myscelle tuo de pectore omite, Cætera perquirēs frustra en uenaris iniqua. At rectum quodcunq; datur tu laude probato. Extat idem in Collectaneis adagionū, sed multo deprauatissimū. Quancq; ex uocum ueluti ruinis huiusmodi lectio colligi poterit, μύσκελε βραχύνωτε παρὲν θεῶν ἄλλὰ ματεύωμ, οὐδ' ἄλλα θηρεύεις δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνα. i. Diuersa inquirēs a numine Myscele Gibber, Captas friuola, quod datur, æqui consule donum. Quāq; in his quoq; uersibus mendum subesse uidetur in dictione Myscelle, cuius media producit. Emendabitur si adiungas, καὶ ut & μύσκελε sit epithetū, notans crurum exilitatē, quemadmodum βραχύνωτε, dorsi uitium. Diximus alias Crotonē saluberrimā fuisse, Sybarim pestilentē. Refert & alia Suidas de oraculis Myscelo redditis, sed quæ nō admodū faciunt ad enarrationē prouerbij.

Ithorus.

Ἰθορος. Suidas ait uocē prouerbialē fuisse, In eum qui uelut instigator, hortatorq; foret alijs. Translatū opinor a nautis, quos remigāteis, naucleri uox animat ad gnauiter laborandū. Plutarchus in Symplosiacis decade septima, problemate quinto scribit, ἰπποθορομ appellatam cātionē ad incitandas equas. Nam θορέμ Grecis est impetu insilire. Vnde & apud Homerū θούριος ἄρης appellatur ab asultu citato.

Ne allia comedas & fabas.

Ἦνα μὴ φάγη σκόροδα, μηδὲ κινάμους. i. Ne edas allia & fabas. Prouerbiali uidetur ænigmate dictum, pro eo quod est, ne bellis, ne ue in iudicijs adsis. Nam in bellum inferebantur allia, cōmeatus militaris. Atq; utinam ita fatis cōparatum esset, ut hoc pestilentissimū hominum genus, qui bellis delectant, præter allia nihil habeāt unquā quod edāt. In iudicijs fabas esitabāt, ue obdormiscerēt. Hæc qdē Suidas, Etiāsi magis puto referēdū, ad calculos fabarios quib⁹ antiquitus ferebant suffragia.

Mortuus per somnū, uacabis curis.

Θανῶν καὶ ὑπνοῦς φροντίδωμ ἔση δ' ἴχα. i. Curis uacabis mortuus per somnium. Versiculus uulgo iactatus apud Græcos, ex superstitionā insomniorū obseruatione. Existimabant enim eū, qui se mori somniasset, a curis, molestijsq; liberatū iri. Quod mors, finem doloribus imponere uideatur, planeq; imponit ijs, qui hinc in meliorē demigrant uitam. Fortassis ad eandē pertinet sententiā, quod alibi retulimus, νεκροῦς ὄρωμ, νέκρωσιν ἔξεις πραγμάτων.

Animus heptaboëus.

Θυμὸς ἑπταβόειος. i. Animus heptaboëus. De forti magnoq; & inuictō dictū. Epithetū sumptū a clypeo Aiācis, quē Homerus ἑπταβόειομ appellat, quod septē boum tergorib⁹ esset obductus

D d atq; ob id

atq; ob id impenetrabilis. Et Ouidius, Dominus clypei septemplex Ajax.

Semper Illo mala.

XX

Αἰτὶ Ἰλίου κκκζ. i. Semper Illo mala. De uehementer calamitosis & afflictis. Troianorum excidium poetis multa Tragoediarum argumenta ministravit, atq; hinc puerbium. Refertur ab Eustathio in quartum Iliados librum.

Libera Corcyra, caca ubi libet.

XXI

Ελευθέρα κόρυρα χεῖ' ὅπου δέλει. i. Corcyra libera, proin caces ubi uelis. Cū significamus libertatem quiduis agendi. Citat ab Eustathio in Dionysium, Sed magis quadrabit, ubi significamus impunitatem esse maleficis.

Decernetur equa Thessalica.

XXII

Ἐπικρινεῖτη ἵππος θεσσαλική. i. Decernetur equa Thessalica. De summo premio dicebat, propterea quod antiquus prima laus fuerit equarū Thessaliae. Id, quod satis indicat oraculū Aegyptensibus redditum. Citat Eustathius in secundū Iliados librum. Suidas refert haud dum scio ex quonam autore, ἵππεες μὲν ἐν θαλάσσι καὶ θράκη, τοξοὶ δὲ καὶ τὰ κρυφώτερα ἦν ὅπλα μὲν Ἰνδία καὶ κρήτη καὶ καρία. i. Eqtes in Thessalia Thraciaq; sagitarij atq; armatura leuior in India, Creta & Caria. Finitimū est illi qd alio dictū est loco, Pellenea tunica, Lepidius erit per ironiam.

Canis uiuens e magdalia.

XXIII

κύνων ζῶν ἀπ' μαγδαλίας. i. Canis uiuens e magdalia. Eustathius in Iliados librum quartū, ostēdit dici solitum in parasitos, & alieno uictitantes cibo. Magdaliā dicit, quasi dicas furem, & manuū purgamentū,

Ficus post piscem.

XXIII

Σῦκομ μετ' ἰχθῶν, ὄσπριον μετὰ κρέα. i. A pisce ficum, a carnibus legumina. Athenæus in Dipnosophista meminit huius. Quadrabit ubi dicemus alijs alia cōgruere. Quēadmodū & uulgo iubent ab esu carnium apponi caseum, ab esu piscium nuces.

Ficus auibus gratæ.

XXV

Σῦκα θέλει ὄρνιθες, φυτεύει οὐκ ἐθέλεισιν. i. Fici gratæ auibus sunt, quæ plantare recusant. Carmen Heroicum citatur ab Athenæo. Quadrare uidetur in uoluptarios, ac fugitantes honesti laboris, cum tamen appetant emolumentum.

Ingredi Iunonium.

XXVI

Βασίλειον ἡρατοῦ ἐμπειρογυμνίου. i. Incedere complicatū Iunonis sacrum. Extat & hoc apud Athenæum. Dicitum apparet in fastuosum, ac lentum quorundam incesum, quem notat & Horatius in sermonibus, Vt si Iunonis sacra ferret.

Volentem bouem ducito.

XXVII

τὸν δέλοντα βοῦν ἔλαυνε. i. Volentē bouem agito. Vtere illoꝝ opera, qui ex animo faciūt. Stulticia est, uenatum ducere inuitas canes, ut ait Plautus. Refert ab interprete Theocriti.

Habet.

XXVIII

Habet, puerbially dicitur, cū obtigit alicui, qd expetiuit, aut quo dignus. Habet qd amet, similes habet labra lactucas. Sumptū autumat ab aucupantibꝰ, piscantibus, aut uenantibus, Quibus reuersis sic aiunt, ἔχεις τι; i. Habes ne aliqd? Citat ex Aristophanis Nebulis.

Hercules hospitatur.

XXIX

Ἡρακλῆς ξενίζεται. i. Hercules hospitat. Dicitur, ubi quis diutius in cōuiuio cōmorari uidetur, propterea quod qui recepissent Herculem hospitiō, cōuiuioq; ijs multū tēporis erat opperendū, donec ille satur esset. Nā famelicum cōmouere parum erat tutū. Nec facile saturabat, edax, adeo, ut legatur solidos etiā boues uno deuorasse cōuiuio.

Etiā in Deorum cœtu.

XXX

καὶ δεῶν ἀγορά. i. Etiā in Deorum cœtu, seu concione. Quidam interpretant de maiore in modum probis, & æquis, quidam de uehementer maledicis. Addunt locum quempiā esse in Eleusine, uicinum Anacloro uocatum, δεῶν ἀγορά, in quem nō ingrediebant, nisi bene ominātes, unde de quopiam prætermodū maledico dicebant, οὗτος καὶ δεῶν ἀγορᾶ δυσφημίσει. i. Hic uel in Deorum contione, male ominata loquetur.

Calliphanes.

XXXI

καλλιφάνης. Calliphanes ridicula quædā huius hominis ambitio, puerbially loco fecit locū. Aiunt enim huic fuisse poetæ morem, ut diuersorum carminū & orationum initia conscriberet, ad tres, aut quatuor uersus, earū pronunciarer, ostentaretq; quo commentū ignorantibus, multiscius & eruditus uideret. Meminit huius Athenæus Dipnosophistæ libro primo, atq; cognomen

cognomen fuisse Parabrycontis. Neq; uero defunt his nostris tēporibus id genus *impostores* literarij, quibus hoc modo studium est, ex summis aliquot diuersæ professionis autoribus locos aliquot insignes, nec eos admodū uulgatos ediscere. Quibus instructi, nō uerent̄ in cōciliabulis quemuis quantūlibet eruditū adoriri. Atq; illud assequunt̄ prompte decantandis illis locis suis, ut imperitis plane Solones esse uideant̄. Cū quibus tamen Solonibus, si tertium aut quartū congregiare, Deum immortalem, nihil infantius, nihil indoctius, uidelicet thesauris illis, semel effulis. Vix hæc scribens a risu tempero, cum recordor Calliphanis cuiusdā, quē olim cognoui, cū in familia clarissimi patris Henrici Bergensis episcopi Cameracini uersarer. Sed nomini parceretur, ppter conuictū domesticū. Is permulta uolumina cōcinnabat, exornabatq; sed chartis inanibus, nisi quod in fronte uidere erat magnificos quosdā titulos, uelut carminū, orationū, epistolarū. Singulis præscriptū erat hominis tergemīnū nomen, ut qui titulos forte legissent, crederent eruditū, & in litteris multa, magnaq; molientem.

Cauda blandiri.

XXXII

κέρκω σαίμεμ. i. Cauda blandiri. dicunt̄, qui spe cōmodi cuiuspiā adulant̄. Aristophanes in Equitibus, ὅς κέρκω σαίνωμ, ὅποτ' ἄμ δ' ἴπνῆς ἐπιτρεῶμ, Ἐξέδ' ἐτ' σου τ' οὐδ' ἄμ ὅπου σί που ἄλλοσε χάσκησ. i. Qui cauda adludens cū cœnā obseruat, amica, Te spectante alio tua edulia deuorat ille.

Crater litium

XXXIII

κρατήρ κακῶμ. i. Cratera malorum. De re per molesta, siue de homine litium autore. Aristophanes in Acarnensibus, κρατήρ κακῶμ, πρὶ πῆρ δ' ἰκῶμ. i. Crater malorum, Sector litium, calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Lampon iurat per anserem.

XXXIII

λάμπωμ ὄμνωσι πῶν χῶν. i. Lampon iurat per anserem, ita loquebant̄, ubi quis decipere tētare iurciurando. Lampon sacrificus quispiā fuit, ac uates & oraculorū autor, is solitus est per anserem iurare, tanq; per auem auguralem. Vel quod olim ita instituerat Radamanthus, ne per Deorū aliquē iuraretur, sed per canē, anserē, id quod Socrati familiare apud Platonē. Tradūt hoc Lamponē autore factū, ut Athenienses coloniam miserint in Sybarim.

Palpo percutere.

XXXV

Palpo percutere dicitur qui blanditur, ac spem inanem uerbis inijcit. Plautus in mercatore, liberum caput tibi faciam, paucos menses, Palpo percutis. Egon ausim usq; quicq; facinus falsum proloqui. Idem alibi, Mihi obtrudere nō potes palpū. Translatū ab equilonibus, qui plausu manus blandiuntur equis. Vergilius tertio Georgicon libro, Tum magis atq; magis blandis gaudere magistri Laudibus, & plausu sonitum ceruicis amare. Horatius in Satyris, Cui male si palpere recalcitrat undiq; tutus.

Eximere e manu manubrium.

XXXVI

Figura prouerbiali dixit Plautus, Eximere e manu manubriū, pro eo quod est, iam parant̄ facere quippiam, extorquere peragendi facultatem, Locus est in Euclione. Capio fustem, obtrunco gallum, furē manifestariū, Credo ego ædē pol illi mercedem gallo pollicitos coquos, Si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium. Translatū ab eo, cui iam uibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur e manibus.

Alybanti hospitis munera.

XXXVII

τὰ δῶρα πῶν ἐξ ἀλύβαντος ξένου, ἢ τὰ πῶν ἀλυβαντίου ἐταίρου ξένου. i. Munera Alybantis hospitis, aut Alybanti amici xenia. Eustathius interpres Homeri, putat recte puerbio dici posse, quoties fit, ut aliquis falso iacet se magna largitū esse, seu uerbis duritaxat, nō re præstet beneficium. Nam apud Homerū ultimo Odysseæ libro Vlysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquēs adsimulat se Alybantiū esse Aphidantis opulentissimi uiri filiū, & quondam Vlyssē exceptū hospitio, muneribus amplissimis donatum a se dimisisse, εἰμι γὰρ, inquit, ἐξ ἀλύβαντος, ὅστις κλυτὰ δῶματα ναίω, τίος ἀφείδαντος πολυπημονίδαο ἀνακτος, Αὐτὰρ ἐμοί γ' ὄνομα ὄξην ἐπήριτος. i. Sum ex Alybante oriundus, ubi mihi splendida tecta Regis Aphidantis proles Polypemonidai Est mihi nomen Eperitus. Ac paulo superius, πῶν μεμ' ἐγὼ πρὸς δῶματ' ἄγωμ ἐν ξένου, ἐνδὲ κέως φίλωμ πῶν ἢ οἴκομ εόντων, καὶ οἱ δῶρα πόρον ξενίαι οἶα ἐώκα, χρυσῶν μὲν οἱ δῶκ' εὐεργέος ἐπὶ τάλαντα, δῶκα δ' ἐοῖ κρητήρα πανάργυρον ἀνδεμόεντα, δῶκεν δ' ἀπλοῖδας χλαίνας, τόσους δὲ τάπητας τόσα δὲ φάρεα καλὰ τόσους δὲ ἐπὶ πῶσι χιτῶνας, χωρὶς δ' αὐτὲ γυμναῖκας ἀμύμονας, ἐργ' εἰδύνας, πένταρας, εἰδαλίμας ἅς ἠθέλεμ αὐτὸς ἐλέσθαι. i. Hunc equidē tecto induxi, accepitq; benigne, Solliciteq; fouens, ex ijs quæ plurima nostris Aedibus exuperat, atq; hospita munera deinde Adieci, ta-

Dd 2 lidare

li dare quæ decuisset amico. Auri celati tribui septena talenta. Donauit paterā ex solido depectam argento. Bis senas textu donauit simplice chlænas, Pallia ad hæc totidem adieci, totidē cytapetas. Insuper ancillas nitidas atq; arte, manuq; Quatuor egregias, sibi quas delegerat ipse.

Fungus.

XXXVIII

Plautus in Bacchidibus, Fungum dixit pro stupido, impenseq; credulo, Vel quia fungus p se insipida quæpiā res est, uel quod mollis ac fragilis, uel quod subito prorūpat. Plautina uerba sunt hæc, Adcon me fuisse fungum, ut qui illi crederē. Idem in eadē fabula, Quicumq; ubi, sunt qui fuere, quicq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, Bardi, blenni, solus ego omnibus anteo stulticia.

Eurycles.

XXXIX

Εὐρύκλεις, Eurycles uulgate cognomine dicebatur, qui de se, suisq; incommodis aliquid diuinaret. Nam hoc nomine uates fuit quispiā ἑρασπίμυθος cognominatus. Hinc ni fallor quod ex astris uera prædiceret, παρατὸ ἑτάριον. Meminit & Suidas, quæ apud hunc ἑρασπίμυθος scriptum est. Refertur in Collectaneis adagionū Plutarcho inscriptis,

Siquis iuxta ciuitatem clypeus:

XL

Εἴ τις πρὸ πόλιος ἄργις, i. Siquis circum urbem clypeus. Hoc scommatis iaciebant in eos, q; sparsum, ac dissolute ciuitatē obirent palantes. Refert in Plutarchi collectaneis, nec explicatur.

Rupta ancora.

XLI

κράδιος ῥαγίσκος, i. Rupta crada. Dicebatur de ijs, qui repente tanq; magnū quiddam faciuri prodissent, deinde falla omnium expectatione turpiter & indecore sese gessissent in negotio. Translatū a Tragoëdiarū histrionibus, qui si quando numen inducendum est, de repente machinis quibusdā sublatis, in summa scæna apparere cōsueuerūt, uelut in aere pendentes, hamo quoq; a tergo in cingulum affixo suspensi. Nam ijs nōnunq; eueniebat, ut forte fortuna rupta ancora, qua sustinebant, deciderent, nō sine magno spectatorū risu, suoq; tum malo, tum dedecore. Porro Crada hoc loco, nō ficulnum ramū indicat, quemadmodū alias, sed unum illud æs, quo uincti tenentur actores.

Suam quisq; homo rem meminit.

XLII

Plautus in Mercatore, Suam quisq; homo rem meminit. Sentētia puerbialis, notās cōmunē hominū morē, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisq; & uigilat et attētus est. Vnde recte monet apud Gellium Ennius. Hoc tibi sit argumentū semper in promptu situm. Neqd expectes amicos facere, quod p te queas. In eandēq; sententiā extat bellissimus Aesopi Apologus de Callita auicula, quæ negauit ullum esse periculum, donec res alienis manibus esset commissa.

In utrumuis dormire oculum.

XLIII

Plautus in Pseudolo, De isthacre in oculū utrūuis cōquiescito. Sensum habet eundē cum eo, quod superius retulimus, in utrūuis dormire aurē. Captatus est autē a Comico iocus ex nouatiōe uerborū. Proin cōsequit ilico, Oculū utrū, an ne in aurem? Et respōdet nouator. At hoc peruulgatū est nimis. Nataf interim cōmune hominū studiū in huiusmodi dictis subinde nouandis.

Corinthijs nō indignatur Ilium.

XLIII

κορινθίοισι δ' οὐ μέμπετ ἄλλιον, i. Inculat haudquaq; Ilium Corinthios. Hoc carmine clam exprobramus ignauitā alicui, qui ita se gesserit, ut hostes nihil habeant, quod illi magnopere indigentur. Est autem carmē Simonidis, quod uelut in contumeliam suam scriptum iniquo animo tulisse Corinthios scripsit Aristoteles libro Rhetoricorum primo, quod in bello Troiano non admodum egregiam operam nauasse uiderentur.

Maras.

XLV

μάρας, i. Maras. Hoc nomine ferunt fuisse quempiā apud Berceam Syriæ ciuitatē, ditissimū quidem illum, uerum nihilominus humanū & officiosum in omnibus, tum ciues, tum hospites. Vnde uulgo receptū, ut id uocabuli tribueret uiris, qui ad multorū utilitatē nati uiderentur. De hoc logiufcula narratur fabula in Græcorū collectaneis, sed mihi sat uisum est attigisse, ne male collocare operā. Nam nescio quo pacto puerbiū adulterinū & supposititiū esse uidet.

A Nannaco.

XLVI

Ἀπὸ καννάκου, i. A Nannaco. Cū significamus rē ab extrema usq; antiquitate repetitā. Nannacus rex ante Deucalionē fuisse narrat, qui diluuiū futurū prauiderit. De quo mentionē fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictiōe ἰκόνιοι, referēs alterū ab eodē ortū puerbiū ἑπὶ καννάκου κλαύσειν, i. Sub cannaco flere. Latini cōsimili figura dicunt, ab Aboriginū sæculo repetita, & perinde quasi cū Euandri matre loquaris. Nō discrepat ab hoc illud, πρὸς βύπερος καὶ δρου, ἢ

ἄρου, κῆ ἀρχαιότερα ἐστὶ διφθέραι λέγαι, i. Antiquior Codro, & antiquiora diphthera loqueris.

Asinus ad tibiam.

XLVII

οἶνος πρὸς αὐλὸν, i. Asinus ad tibiam. Dicendū, ubi quis ea, quæ scite dicunt, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat, Sunt enim animantia quædam, quibus nonnullus musices sensus inesse uidetur, ut equis, auibus, serpētibus. Asinū nihil mouet cantus. Germanū est illi, ὄνος πρὸς αὐλόν, i. Asinus ad lyram.

Orestis pallium texere.

XLVIII

Ὀρέστη χλαῖναν ὑφαίνειν, i. Orestis palliū texere, dicebat, qui munus pararet abufuro. Nā Orestes p̄ infantiā uestes dilacerabat. Est Hemistichiū Heroici carminis e poeta quopiam.

Pandelestias sententias.

XLIX

πανδελείους γνώμας, i. Pandelestia sententiā, appellat in deterioribus Cratinus, ut citant, morosam ac molestam. A pandelete quopiā Sycophanta, ex eorū genere, qui quo quæstum faciunt, dicas impingunt grandes, ut ait Phormio Terētianus, & simili studio ferūt suffragia.

Sibylla uiuacior.

Sibyllæ uiuacitas puerbio locū fecit. Propertius Elegiarū libro secūdo. At me nō ætas mutabit tota Sibyllæ. Sibyllæ ætatem pro quātūuis longa posuit. Hæc Vergilius sexto Aeneidos libro, longæuā sacerdotē uocat. Et Seruius eū enarrans locū, adscribit Apollinē amore Sibyllæ captū, ei postcēdi quod uellet arbitriū dedisse, illam haustis harenis, tātū poposcisse uitæ. Id Apollo fieri posse respōdit, si Erythræam insulam relinqueret, nūq̄ eam reuisura. Venit itaq̄ Cumas, ubi corporis uiribus defecta, in sola uoce uitam retinuit. Quod ubi cognouissent illi us ciues, incertū inuidia, an cōmiseratiōe, epistolam ad eā miserūt, creta, antiquo more signatam. At illa uisa terra patria, in mortem resoluta est.

Est flamma cibum petere.

LI

Terentius in Eunucho dixit in parasitū, eiusmodi esse, ut uel e flāma cibum peteret, hoc est, quiduis cibi causa passurū, facturūq̄. Explicat puerbiū Catullus in Epigrāmatis, Bononiēsis Rufa Rufulum fallit, Vxor Meneni sæpe quā in sepulchretis Vidistis ipso carpere e rogo cœnam, Cū deuolutū ex igne, psequēs panem A semiraso tunderetur ustore.

Reddidit Harpocratem.

LII

Catullus in Epigrāmatis puerbiali specie dixit, Reddidit Harpocratē, pro eo quod est, imposuit silentiū. Carmen est huiusmodi, Gellius audierat patruū obiurgare solere Siquis de litias diceret, aut faceret, Hoc ne ipsi accideret, patruī perdespuit ipsam Vxorem, & patrum reddidit Harpocratē, Quod uoluit fecit, nam quāuis irrumet ipsum Nunc patruū, uerbum nō faciet patruus. Harpocrates Deus ita apud ueteres fingebatur, ut digito admoto ori, silentiū indiceret. Qualis & apud Romanos dea Angerona.

Qui probus Atheniensis.

LIII

Plato libro de Republica primo refert prouerbiū, cuius nos tamē ob Græcanici codicis inopiam, sententiā duntaxat reddere possumus. Id est huiusmodi. Ex Atheniensibus, qui p̄bus est, is egregie probus est. Sentit autem Plato in male instituta, maleq̄ morata Repu. qui boni sint, eos natura & insignite bonos esse, Quippe, qui neq̄ fingere putandi sunt probitatem, n̄ mirum inter improbos, quibus morum similitudine poterant etiam cōmendari, neq̄ corrupti queant deprauatis aliorū moribus, & uitiorū contagio.

Digna cedro.

LIII

Digna cedro dicunt quæ promerent immortalitē, & eiusmodi iudicant, ut posteritati cōsecrent. Horatius in arte poetica. Speramus carmina fingi posse linenda cedro. Persius item. Et cedro digna locutus. Sumptū est ab arboris natura, cuius succo quæ sunt illita, nō sentiunt Cariem. Nam hac arte Numæ libros cum essent Carthacei, durasse ad annos quingentōs trīgintaquinq̄, terræ infossos narrat Plinius libro. 13. capite. 13. Idem libro decimosexto, Cedrum inter æternas materias cōmemorat. Eodē p̄tinet illud, Nec scombros metuentia carmina, nec tus. Item Martialis, Ne nigram cito raptus in culinā, Cordillas madida tegas papyro.

Telemachi olla.

LV

Τηλεμάχου χύτρα, i. Telemachi olla. Meminit huius adagionis Athenæus libro nono, tradens Telemachū Acarnensem fuisse quēpiā, q̄ plarūq̄ uicitariis fabis. Vnde cōiicere licet in fordidos dici cōsueisse.

Cucumerem rodens.

LVI

Athenæus Dīpnolophista libro tertio recēset huiusmodi puerbiū, Σικυὸν τρώγασσι γίνουσι πλῆ χλαῖναν ὑφαίνει, i. Cucumerē rodēs uxor texe palliū, id est, age tuū negociū, neq̄ cures aliena.

Dd 3 Quæ dolēt

Quæ dolent ea molestum est cōtingere.

Amphis in Ampelugo apud Stobæū, ἐμ οἷς ἄμ ἀτυχήσι ἀνδρωπὸς τόποις, ἤκιστα τοῦτοίς πλῆσι
σάλλωμ ἡδέτη. i. In quibus homo est, nō admodū felix locus, Minime suaue est admouere ad hos
manū. Vnusquisq; inuitus audit sua incōmoda, maxime ea quæ sint cū aliqua infamia cōiun-
cta. Veluti turpitudinē generis, uitiū formæ, proinde ciuilitatis est, nemini suū refricare uul-
nus, nec hulus tangere.

Aurum igni probatū.

ο χρυσὸς ἔσθ' πυρὶ δοκιμαθεῖς. i. Aurū igni pbatū, dicit is, cuius fides rebus aduersis explorata,
spectataq; est. Vti hac similitudine. M. Tullius in epistolis familiaribus. Petrus apostolus in
epistola quadā. Pindarus item in hymnis, ο χρυσὸς ἐφόμον αὐτὰς ἐδέξेम ἀπάσας. i. Aurum co-
ctum omnē nitorē ostēdit. Theognis, Εὐρήσιος δέ με παῖσιμ ἐπ' ἐργασίμ, ὡσσοῦ ἀπεφθομ, χρυσὸμ, ἐν-
θερὸμ ἰδ' ἐμ τριβόμονομ βασιάνω. Idē alibi, εἰς βάσαμομ δ' ἐλθὼμ παρατριβόμονός τε μολὶθδω χρυσὸς ἀπεφ-
θ' ἐὼμ, καλὸς ἀπασ ἄμ ἔση. Vsurpat hāc collationē & diuus Petrus apostolus epistola prima,
πολυτίμιώπερομ χρυσίου τῶ ἀπολλυμένου δια πυρός δε δοκιμαζομένου. i. Multo preciosius auro, quod
perdit, siue auro pestifero, quod tamen per ignē pbatur. Est autē illud auro nō citra miraculū
peculiare, ut igni nō solū nō fiat deterius, sed magis ac magis enitescat. Itidem is, qui uere bo-
nus est, obiectis malorū pcellis, illustrat animi uirtutē, nō amittit. Plinius libro tricesimoter-
tio scribit ob eam præcipue causam aurū omnibus metallis prælatū, quod uni rerū nihil igni de-
pereat, tuto etiā in incēdijis durante materia. Quinimo, quo sæpius arserit hoc magis pficiat
ad bonitatē. Idq; argumētū esse probi auri, si similiter rubeat, ut ignis, atq; ipsum obrysum ap-
pellant.

Lunam detrahere.

πλὴν σιλίνω καταπαῖ. i. Lunā detrahit. Cōsueuit dici de eo, cui res uehemēter aduersæ uide-
rent. Interpres Apollonij in librū quartū natū autumat ab Aglaonice Hegemonis filia, quæ
cū ob astrologiæ peritiā, lunæ defectus præsciret, iactabat sese lunā e cœlo deducturam in ter-
ras. Eā uocē tā arrogantē audiuit Nemesis, moxq; poenas sumpsit. Atq; hinc puerbii origo.

Leonis uestigia quaris.

τοῦ λέοντος ἵχνη ζητῆς. i. Leonis uestigia quaris. Dicteriū in eum, qui uerbis ferox esset, re timi-
dus. Ductum ab Apologo quopiā Aelopico, quo narrat uenatorē quendā, pastorē obuuium
rogasse, nuncubi leonē uidisset, ut eum sibi cōmonstraret. Atq; eum respōdisse. Equidem tibi
leonis uestigia mox ostēdeto. Nec enim pcul absunt. Tum ille satis est, inquit, nec enim ul-
tra quicq; requiro. Cōuenit cum eo, quod alio positū est loco, ἄρκτυ παρούσης τὰ ἵχνια ζητῆς. i.
Cum ursus adsit, uestigia quaris.

Non una uehit nauis.

οὐ μία ναῦς ἄρα. i. Nō una uehit nauis. Prouerbii personam ante se gerit. Quo cōueniet uti,
quotiens maiore hominū multitudinē significamus, q̄ ut eos una nauis possit capere. Veluti
siquis dicat, τοὺς ἀπαιδέυτους οὐ μία ναῦς ἄρα. i. Indoctos nō una nauis uehit. Est autē apud The-
ognidem, τοὺς δ' οὐχ εὐρήσιος διζήμον, οὐδ' ἐπὶ πάντας, ἀνδρώπομ, οὐς ναῦς μὴ μία πάντας ἄρα. i.
Hos nō inuenies homines scrutatus & inter Omnes, quos sane nō uehit una ratis.

Horna messis.

Plautus in Mustelaria, hornam messem puerbiali figura dixit, p maximo emolumēto, qua
si dicas, tantū lucri, quantū eo anno sit puenturū in agris. Comici uerba sunt hæc, iam pridem
me castor frigida nō laui magis lubenter. Nec cū me melius mea scapha reses ædificatū. Hæc
dicunt a persona puellæ, Tum lana, optans, ut ex eius forma, q̄ plurimū cōmodi capiat, Euen-
tus, inquit, omnibus uelut horna messis fuit. Id puella quippe simplex, quid sibi uellet, nō satis
intelligens. Quid, inquit, ea messis attinet ad meā lauationē. Huic figuræ cōfine est illud eiul-
dem in Curculione. Vindemia hæc, huic anui nō satis est soli, significat adeo bibacem, ut uni-
uersum uinū, quod eo sit prouenturū anno parum sit illius siti.

Sisyphi commentum.

σισίφειος μκχανη. i. Sisyphium inuentū. De cōsilio clanculario, uersutoq; magis q̄ honesto. Si
millimū illi, ὁδύσσειος μκχανη. Aristophanes, ἐμ ἀκαρνεύσι, εἴτ' ἐξάνοιγε μκχανάς τὰς σισίφου. i. Dein ex-
plicato dolos & artes Sisyphi. Ajax apud Ouidiū, obijciens Vlyssi, quod Sisyphi referret in-
genium, a quo genus duxerat, furtisq; & fraude simillimus illi.

Pergracari.

Si apud Græcos prouerbia sunt, χαλκιδίζωμ, λεσβιάμ, κρητίζωμ, & id genus alia cōplura, quid est
quo minus

quo minus habeat adagiū apud Latinos, quod in mustellaria dixit Plautus, pergræcari, p̄ eo quod est, genialem agere uitam. Nam quid sit pergræcari, ipsa Plauti uerba fati indicat. Dies inquit, noctesq; bibite, pergræcamini, Amicas emite, liberate, pascite parasitos, obsonate pollucibiler. Hactenus ille, Græcorum gēs male audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronē non solum quasi uoluptatibus addicta, & effœminata delitijs, uerum etiam quasi lubrica fide. Siue quod olim Romanis adhuc rudibus & antiquā illam obtinentibus seueritatē. Græcorum elegātia luxus esse uidebatur, siue quod studiorum æmulatio, ac mutuū odium in causa fuit, ut eiusmodi probra de Græcis conscriberent, siue quod uere Græcorum nōnulli tales apud Italos fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis, id quod non inficiatur & Lucianus in libro de mercede seruientibus, ut ex illis gentem omnem existimauerint.

Conos artoxya.

LXV

κόνϑ ἀρτοξύη. i. Conus artoxya. De similibus, & inter sese respondētibus. Quidā eruditi putant conon pistoriū esse instrumentū, nō dissimile Artoxyæ, quod panarium scalpitrū uideat significare. Caterum ex his quæ mox sequuntur apud Suidam, apparet Conos munuscula quæpiam fuisse, quæ pueris dono darētur apta ætati, cuiusmodi sunt armillæ. Proinde uide, ne cōpetat in eos, qui uili leuiq; munusculo cōpensant operam alicuius.

Neligula quidem dignus,

LXVI

κονδύλης οὐκ ἄξιϑ. i. Neligula quidem dignus, dicebatur homo nequam, & nullius precij. Quod prouerbij durat etiam hodiernis diebus apud Latinos uulgo iactatum.

Iuxta nauem.

LXVII

κατὰ ναῦν. i. Iuxta nauem dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæq; quadrant ac congruunt, propterea quod instrumenta nauium suo quæq; loco reponi soleant. Equidem addubito num in his uerbis sit prouerbium, quæ adscribuntur, κατὰ ναῦν ἀρμυνα. i. Iuxta nauem carbasa, neq; em̄ omni nauigio quæuis uela congruunt.

Iuxta cubitum profecit.

LXVIII

κατὰ πῆχυν ἐπεδίδου. i. Iuxta cubitū pfecit. De eo dicebat, q̄ p̄motus esset ad meliora, siue cum quis ordine legitimo p̄greditur, siue cū magnis pficit accessionibus. Cubitus em̄ & modum significat, ut intelligas nihil transfiliendum, & modū grandiusculū, ut accipias incrementum amplius. Nam minuta latis digitis aut palmorum porrectu metiri consueuimus.

De tuo capite aguntur comitia.

LXIX

Prouerbiali figura dixit Plautus in Aulularia. Ibo intro, ubi de capite meo sūt comitia. Deliberabat em̄, ducturus ne esset puellā nec ne, quā amabat. Sumptū est a comitijs Romanorū, in quibus populi suffragijs noui magistratus creabantur. Itaq; cum statuit de re quapiam, a qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicentur.

Vsq; ad rauim.

LXX

Quemadmodū Græci dicunt, ἄχρι κόρου. i. Vsq; ad satietatem, ita Plautus, & quidem lepidius dixit usq; ad rauim, pro eo quod est, improbe, sæpius, clamose, adeo ut uox etiā toties uociferanti rauescat. Est in Aulularia, ad hunc modum. Huccine detrusisti me ad senem parcissimū. Vbi siquid poscamus ad rauim poscamus prius Quam quicq; detur.

Cereri sacrificant.

LXXI

Item quemadmodū Græci dicunt, ἐς ἱεὶ δῖουσιμ. i. Lari sacrificant, ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, siquādo in conuiuio uinū deesset, p̄pterea quod in huius sacris nefas esset inferre uinum, sicut apud Græcos in quarundā dearum sacrificijs, ut ostendimus in prouerbio, κηφάλια ἐύλα. Locus est in Aulularia, his ferme uerbis, Cererini Strobile has facturi nuptias: Qui? Quia temeti nihil allatum intelligo.

Inutilior Blace.

LXXII

βλακὸς ἀχρηστότερον. id est, Blace inutilior, aut nequior, in hominem nihili, nulliusq; bonæ frugis dicebatur. Sumptum a pisce usq; adeo uili, ut a canibus quoq; fastidiatur. Est autem piscis, non dissimilis Siluro.

Αλιτήριϑ.

LXXIII

Αλιτήριϑ, Vulgo dicebat, qui p̄ uim raperet aliena. Natū ex euentu huiusmodi, tēporibus Aetolici belli, tanta frumētaria rei penuria incidit Atheniēsis, ut pauperes coacti fame captiuorū farinā direperent, inde uox traduci cœpit ad hoīem quocūq; modo sceleratū. Plutarchus in cōmētario de curiositate, diuersam huius nois originē reddit. Nēpe cū Athenis fame

Dd 4 uehemētē

vehementer laboraretur, & hi qui frumentū non efferrent in publicum, sed domi clanculum molerent, ac noctu, curiosi quidam obambulantes, obseruato molarum strepitu, eos prodiderunt, atq; hi Aliter ij dicti sunt, quemadmodum & Sycophantæ.

Piscis nequam est, nisi recens.

LXXIII

Piscis nequā est, nisi recens. Manet in hunc usq; diem uulgo celebre. Dicit autē peculiariter in hospitē, aut uulgarē amicū, qui primo quidē aduētū nō ingratus est. Cæterū ante triduum exactum putet. Plautus, Quali piscis, itidem est amator lenæ, nequā est, nisi recens.

Nil homini amico est oportuno amicus.

LXXV

Gratissimū est officium, quod præstatur in tempore. Cōtra, intempestiuū officium, plarūq; molestum esse solet. Plautus, Nil homini amico est oportuno amicus. E diuerso nihil differt ab inimicitia intempestiua bencuolentia.

Asinum in rupes protrudere.

LXXVI

Prouerbiū olet, quod scribit Horatius in epistolis, Qui male parentem in rupes protrusit asellum. Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentium monitis obtemperare. Hi sunt etiam ultro, quo tendunt impellendū ut uel malo docti tandem agnoscant stulticiam suam. Natum est a rustico quopiam, qui cum asinum suum per alpes niuibus obiectas duceret, isq; freno non obediret, iratus in rupes protrusit, & merito, Quis enim inuitum seruare labore?

Vidre mihi labda.

LXXVII

Δοκῆς δέ μοι κρηλ λάβδα ηλ τούς λεσβίους. i. Mihi uidere & labda iuxta Lesbios, fellatricem in dicat, uelut ænigmata primæ literæ, quæ cōmunis Lesbij, & uitio quod ei tribuitur gēti, quæ admodum indicauius alibi.

Postica fanna.

LXXVIII

Perius posticam sannam, prouerbialiter appellat clanculariam irrisionem, A gestu ridentium aliquem a tergo, Posticæ occurrite Sannæ. Idem, O Iane a tergo, quem nulla ciconia pinxit. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas, Nec linguæ tantum, sicut canis Apula quātum. Nam huiusmodi gestibus ab occipitis derident quidam.

Coruus serpentem.

LXXIX

Κόραξ τῦ ὄφι. i. Coruus serpentē, ubi quis suo ipsius inuento perit, sumptū ex Apologo quodam Aesclopi. Coruus esuriens serpentē in aprico dormientem cōspicatus rapuit. A quo mortuus perijt, cognatum ei, quod alias retulimus, κορώνη τῦ σκορπίου. i. Coxnix Scorpionum.

Cænei hasta.

LXXX

τὸ καίνεως δόρυ. i. Cænei hasta. Cæneus e puella cōuersus est in uirū, annuēte Neptuno. Cui illud etiam donatū est, ne faucibus ullis uulneribus fieri, ferro ue occumbere posset, quæ admodum refert Ouidius duodecimo transformationū libro. Ferunt hunc certasse cum Apolline, præterea morem huic fuisse, ut qui ad sese uenirent, iuberet per suam hastam iurare, unde prouerbiū arreptum, ut indicat enarrator Apollonij in Argonauticon primum librum.

Pepones.

LXXXI

πέπωνες. i. Pepones, prouerbiali cōuitio dicuntur homines molles & effœminati, parumq; uiri. Homerus Iliados. β. Ω πέπωνες καὶ ἐλέγχῃ ἀχαΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. i. O pepones, mala pbra, Achiuæ non enim Achiui. Eustathius in septimū huius operis librum, ostēdit similitudinem sumptam ab eo fructu, qui simulatq; maturuit, dulcis quidem est, uerum flaccidus & inutilis. Quæ eadem uox aliquoties non conuitiantis est, sed blandius & amicus appellātis, uelut Iliados. z. Ω πέπων ὃ μέλαια. i. O Pepon, o Menelae.

ῥυποκόνδυλος.

LXXXII

Græci prouerbiali cōuitio sordidos & impēdio parcos, ῥυποκόνδυλος appellant, ducto cognomine ab ijs, quibus sordes in unguibus insidēt, nec tantillum sumptus facere uolūt, ut tonsoridant nummulū, qui repurget ungues. Nam ῥύπος proprie sordes eas significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur. Quidā adagiū sic efferunt, ἀχθομα εἶν' ἐν τῷ πῶ. i. Molestæ sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatā parsimoniam, hoc est uitii luxui contrarium, sordes appellant, hominem ei uitio obnoxium, sordidum.

Iuuenari.

LXXXIII

Iuuenari dixit Horatius, tum noue, tum prouerbialiter, in arte poetica. Græci itē, νεάζειν, νεαυίαζειν, νεαυεύειν, consimili modo usurpāt, pro eo, quod iuuenū more iactātius, incōsideratius, incōsulcius

sultius, agere, aut siquid aliud ei aetati peculiare uideretur. Quod quo longius traducaſ, hoc fue-
rit uenustius, ut siquis orationem floridam, phaleratāq; dicat νεωίρημ. Eiusdē est formæ γωαι-
κίρημ, pro gestu, cultuq; representare mulierem.

Laudant ut pueri pauonem.

LXXXIII

Prouerbij faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant dūtaxat, ni-
hil autem largiuntur poetæ. Didicit laudator auarus Tantū admirari, tantū laudare disertos,
Ut pueri Iunonis auē. Idē alibi, Probitas laudatur & alget. Notior est metaphora, q̄ ut opor-
teat explicare. Ouidius alicubi de pao. Laudatas ostēdit auis iunonia pennas Si tacit⁹ spe-
ctes, illa recondit opes:

Λδικηπατίας.

LXXXV

Λδικηπατίας, i. Olim appellabatur formidolosus. Clearchus in Vitis, ut citat Zenodor⁹, ait
quorundā epati uitiū quoddā accidere, quod eos timidos reddat, atq; hinc puerbio iactatū
cognominis scomma. Videſ autē cōposita υοκ, ἀπὲρ τῶν λδικοῦ καὶ ἡπας, quod palleant plerūq; qui
bus epar est uitiatū, id quod apparet in amantibus, pallor autem formidolosis conuenit.

Emori risu.

LXXXVI

Prouerbiales hyperbolæ sunt & illæ, Emori risu, diffluere risu, pro uehementer ridere. Ho-
merus Iliados. σ. Ατὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ χεῖρας ἀναχόμενοι γέλω ἐκθαυομ. i. Deinde pcorū splendi-
da turba Præ risu emoriēs nimio, sustollit ad alta Astra manus. Vsurpauit & Terctius in Eu-
nucho.

Hipparchi murus.

LXXXVII

Ἰππάρχου τεχίον. i. Hipparchi murus, dicebat res quæpiam, quæ magnis constaret impēsis.
Hinc natum, quod Hipparchus Pisistrati filius Academiā muro sepsit. Atq; huius rei nomie,
magnam pecuniæ uim, ab Atheniensibus exegit. Autor Suidas.

Hodie nullus, cras maximus.

LXXXVIII

ο νῦν μὲν οὐδὲις ἀύριον ὑπὲρ μέγας. i. Qui nullus hodie, cras erit uel maximus. De eo, cui repen-
te præterq; spem ingens aliquis honos accesserit. Et uulgo, qui ex infima conditiōe ad digni-
tatem euehuntur, e nihilo dicuntur emeruisse.

Samiorum mala metuis.

LXXXIX

τὰ σαμίων ὑποπέψε. i. Samiorum metuis mala. Dicitatum de ijs, qui metuerent proditio-
nem. Narrant Athenienses olim in Samios, quoscūq; cœpissent, inclementius sæuisse, atq; ali-
os interemisse, alios confixisse lama, id est supplicij genus. Samij uicissim siquos cœpissent
Atheniensium, hos ad eundem modum excruciant.

Pygmæorum Acrothinia Colosso adaptare.

XC

Ἀκροθίνια πῦν πυγμαίων κολοσσῶν ἐφαρμόζωμ. i. Acrothinia Pygmæorū Colosso accōmodare, di-
cebant, qui inanē ac stultā sumerēt operā, aut q̄ præter decorum minima maximis adaptarēt,
Veluti siquis rem friuolā & minutā amplissimis, copiosissimisque laudibus plequeretur. Philo-
stratus in Niceta, ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια πυγμαῖα κολοσσῶν ἐφαρμόζωμ. i. Nō intelligebat autē sese, Py-
gmæa Acrothinia Colosso accōmodare. Quanq̄ Suidas hunc locū citans πυγμαίων dicit, nō
πυγμαῖα. Meminit adagij Eustathius in Odyssæ. φ. Colossi dicunt uastæ pdigiōsæq; magni-
tudinis statuæ. Pygmæorum, qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantē non excedunt.

Dij tibi dent tuam mentem.

XCI

Dij tibi dent tuam mentem. In insanum congruit, & sua dignum mente. Quid enim pre-
cemur infelicius scelestis hominibus? Martialis, Dij mentem tibi dent tuam Philœni. Hora-
tius item, Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter. Quatenus id facit. Con tra Demea
Terentianus. Mentem meliorem uobis dari.

Cura esse, quod audis.

XCII

Ad prouerbij speciem accedit Horatianum illud, Cura esse quod audis. Conuenit in diui-
tes, qui ita demū felices fuerint, si id studeant esse, q̄nōd audiunt ab adulatoribus. Carmē Ho-
ratij sic habet, Tu recte uiuis, si curas esse quod audis, Iactamus iam pridem omnis te Roma
beatum. Sed uereor, ne cui de te plusq; tibi credas.

Cautus enim metuit &c.

XCIII

Qui nō ex animo, sed mali metu continēt a maleficio, i eos quadrabūt hæ prouerbiales eius-
dem metaphora. Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq; Suspectos laqueos, adop-
tum Miluius hamum. Similis est illa de fuste. Vertere modum formidine fustis.

Si coruus possit tacitus pasci.

XCIII
Si breuis

Si breuis Apologus, autore Fabio parœmiæ genus est, cur non illud etiã prouerbijꝯ an-
numeremus, quod scripsit Horatius. Sed tacitus pasci si posset coruus haberet Plus dapis, &
rixæ multo minus, inuidiæq;. Quidam existimant mutuo sumptum ex Apologo, quem in li-
bro de Deo Socratis refert Apuleius, de coruo prædam naçto, quã uulpes ita interceptit, dum
arte persuadet illi, ut canere incipiat. Quadrat in eos, qui siquid bonæ rei naçti sunt, continuo
iaculant, ostentantq;, atq; ad eum modum efficiunt, ut alij tum obsistant, quo minus eiusmodi
plura cõmoda nanciscantur, tum quæ naçti sint interuertant.

Clauam extorquere Herculi.

XCV

Qui sibi uendicare conatur, quod alius iam potentior occupauit, non in facete dicitur cla-
uam uelle Herculi extorquere. Idq; iam pridem apud eruditos prouerbij uice celebraç. Na-
tum est autem ab apophthegmate Maronis, Cui cum Zoili quidam uitio darent, quod non
paucos Homeri uersus pro suis usurpasset, respondit, hoc ipsum magnificum esse facinus, uel
Ioui fulmen eripere, uel clauam extorquere de manu Herculis.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

XCVI

Mimus est prouerbialis, incertum cuius, Senecæ titulo celebratur, sed falso. Bis interimitur,
qui suis armis perit. Magis dolent incõmoda, quibus ipsi dedimus occasionem. Natum appa-
ret ex Aelopico Apologo. Hunc Gabrias quidam uersibus iambicis complexus est ad hunc
modum, βλέπων δὲ σὴν αἰετὸν ἔωθεν πάλα, ἀλλ' ἄνω δὲ λοιπὸν ἦσο πλὰ δ' ἀκρύων βλέπων δ' οἴσθ' ἄν
εἴσω ἐπὶ σὸν μύθον, βασιλεῖ, πῆρ' ἔρω με τὸν περὸν δ' ἀλύει. Quondam iccta pectus aquila uulnus in-
spicit, Multumq; lachrymans præ dolore constitit Pennatum ut autem spiculum cernit,
papæ, Ait, ala me aligeram graui exitio dedit. Adagium græcum, quod ex hoc item Apo-
logo sumptum est, alio diximus loco.

Mulierem ornat silentium.

XCVII

Sophocles in Aiace flagellifero, γυναιξὶ κόσμιον σὴν φέρε. i. Decus addit usq; foeminis silen-
tium. Sententia prouerbialis, Mulier animal natura loquax, nulla re magis cohonestatur, q̄ si
lentio, maxime apud uiros, cum de rebus serijs agitur. Sumptum est ex Homero, apud quẽ
est non semel illud, μῦθ' ἂν ἀνδρῶν μελίσει. i. Viris fuerit oratio curæ. Nec diuus Paulus itis fa-
cit mulieribus, ut uel in ecclesia loquantur, sed domi uiros suos interrogent.

Imitabor Nepam.

XCVI

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit. Id erit, puerbialius, si torqueat in eum, qui in detri-
us usq; degenerat, ἐπι τὰ κωνοραβούλα. Nam Nepa, quẽ admodum autor est Festus Pompei⁹,
Afrorum sidus, appellatur cancer, uel (ut quidam putant) scorpium, qui & ipse retrogradus est.
Plautus in Cassina, Retrouorsum cecidam ad parietem, Imitabor Nepam.

Quod alius condiuit coquus, aliter condiam.

XCIX

Vbi quis rem omnem nouat, ac perturbat. Conueniet Plautinum illud ex eadem fabula,
non dubium quin prouerbiali dictum forma. Ibo intro, ut id quod alius condiuit coquus, ego
nunc uicissim, Vt alio pacto condiam, quicquid prandij est, ut paratum ne fiet. Sietq; ei para-
tum, quod paratum non erat.

Odi puerulos præcoci sapientia.

C

Apuleius in Apologia secũda, uersiculũ hunc, nescio ex quo poeta citat, ceu uulgo celebrẽ,
Odi puerulos præcoci sapientia. Vulgo inualuit opinio, ut credant puerulos maturius sapiẽ-
tes, aut non fore uitales, aut dementes futuros, simulatq; ad ætatem maturam peruenerint.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SECVND A.

Δούρα ἴππου

I

οὔρα ἴππου. i. Dureus equus, de clandestinis insidijꝯ dicebatur, aut ubi repen-
te complures apparerent, qui latebant antea. Sumptum ab equo Homericõ, in
quo Græcorum proceres, abditi, repente prosilientes Troiam cœperunt. Hunc
Homerus Durateũ appellat, ut Odysseæ. θ. Αἴσα γὰρ ἦμ' ἀπολέσθ' ἐπὶ πόλις ἄμ-
φικαλύψῃ Δυράτ' ἐμοῦ μέγα μῖππον, ὃ δ' εἴατ' ὅσ' ἄντις ἄριστοι, Ἀργείων, ἔωσαν φόνον καὶ κῆρα
φέροντες. i. Fatũ em erat piturã urbẽ, simul ingrederet Durateus præcellus equus, q̄ clauerat
omnes Primores Danaum, luctũq;, necẽq; feretes Troianis. Nec inscitũ fuerit, siquis ludũ ali
cuius eruditi Durateum equũ appellet, quod ex eo breui tempore summi uiri prodirent.

Cum adsit uia semitam quærīs.

II
οδῶν

ὄδου παρούσης πλὴν ἄρα ἤμ ζητήεις. i. Cū præsto sit uia, tu requiris semitā. Citā ab Eustathio in *Odyssæa*. n. Est autē Ἀγὰρ semita, quæ diuersa sit a uia plaustrorū, quam regiam uocant. Cōueniet adagiū in tergiuersatores, qui quo præfens negociū suffugiant, diuerticula captant.

E Culmo spicam conijcere.

III

Eustathius *Odyssæa*. ξ. enarrans hunc uersum, quē nos alio citauimus loco, ἀλλ' ἔμπης καλὰ μὲν γ' ἐξ οἴομαι εἰσορῶντα γιγνώσκῃ, ostendit Vlyssē ad puerbiū alluisse, quod plene sic cetera, ἐκ καλάμης δ' ἦλθ' ὄβριον περὶ σπυρίων σάχους. i. Ex Culmo perspicitur spica demessa.

βυσοδομεύειν.

III

βυσοδομεύειν. Frequenter est apud Homerum, non citra prouerbij speciem, pro eo quod est alto pectore moliri quippiam, & clanculum in animo struere insidias. Translatū a fundamentis ædificiorum, quæ profunde iaciuntur *Odyssæa*. π. εὐδὴ ἀγορεύοντες κακὰ ἢ φρεσὶ βυσοδομόδομον. i. Dicebant bene, sed mente alta praua struebant.

Accersitum malum.

V

ἐπιπασσὸν κακόν. i. Accersitū malū, dicit, cui⁹ ipse tibi causam præbueris. *Homerus Odyssæa*. ε. ἢ τάχα ἴσος ἄϊρος ἐπιπασσὸν κακόν ἔξει. i. Næ mox pdit⁹ Irus habebit, qd sibi quærit Vltro malū.

Eurymnus.

VI

Εὐρῦμνον. i. Eurymnus, dicitus est olim puerbio, qui per calumniā conare⁹ fidos amicos inter sese cōmittere. Nam hic cum moliretur serere/dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans, post deprehensus, utriq; grauissimas pœnas dedit. Hoc autem fere solet accidere ijs, qui malis artibus student dirimere eos, quos insolubili uinculo natura copulauit, ut uxorem & maritum, parentem & filium, fratres. Fit enim ut hi redeant in gratiā, & præteritæ simultatis pœnas utriq; repetant ab autore.

A furijs oriundus.

VII

Ἐρινύων ἀπ' ἑξῆς. i. A furijs profectus, olim dicebatur, tetra, foedæq; specie, quicq; μαυῖκόν βλέπει quemadmodum ait Aristophanes. Item quod noxium & exitiale sit, id a furijs ortum aiunt, quemadmodū Ajax in *Tragœdia*, ἄρα οὐκ ἔρινύες τοῦτ' ἐχάλασε ξίφος. i. An nō Mucronē hunc furia cudit tartari.

Similes uidentur captiuis ex Pylo.

VIII

Εοῖκασιν τοῖς ἐκ πύλου λακωνικοῖς. i. Captiuis mihi, similes uidentur e Pylo Laconicis Est apud Aristophanem, ni memoria fallor. Dicitur solitum de ijs, qui uultu sunt miserādo, nempe pallidi, squalidi, macilenti. Pylus ciuitas quæpiam Laconicæ, quam obsessam Cleon expugnauit. Qui uero supfuerant a cade, secum abduxit Athenas, extenuatos, cōfectos, pallidos, deformi specie, sicuti consentaneum est accidisse, tum ob diutinam obsidionem, præsertim in insula deserta, quæ rerum necessariarum copiam maligne suppeditabat, tum quod post expugnatam urbem complureis dies in uinculis habiti fuissent.

γύργαθον φυσῆα.

IX

γύργαθον φυσῆα. i. Gyrgathū spiras, in insanum, frustra q; uociferantē iaciebat, Gyrgathus lectus est, in quo paralytici, menteq; capti, quicq; uocantur daemoniaci, uincti iactant sese.

Decora teipsum.

X

ἔξαρτε σάντην. i. Honesta teipsum, iocus puerbialis in eū, q se magnificentius gereret. Nā γοραῖσιν, uenerari est, & honorē habere.

Byçeni libertas.

XI

βυζιῶου παρρησία. i. Byçeni libertas, ubi quis audacius, liberiusq; loquitur. A Byçeno quodam Neptuni filio, cui mos fuerit mira in dicendo libertate uti.

ἀρξασόγελως.

XII

ἀρξασόγελως. Prouerbiali noueq; cōposito uerbo dicebat nugator, q; rebus ineptis oblecta ref. Nā ἀρξασόγελως pinde sonat, qsi dicas temere ridentē, qd uirij uel stulticiæ signū est, uel demēticiæ.

Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futura.

XIII

ἄντικα καὶ φυτὰ δ' ἦλα ἃ μέλαι κάρπιμα ἔσονται. i. Statim apparet, quæ plantæ frugiferæ sint futura. Vel in pueris elucet indoles futurae probitatis.

Perijt sus.

XIII

Ἀπόλλωλεν ἢ ἔς ἐν τάλαντον καὶ γάμον. i. Perijt mihi sus, & talentū & nuptiæ. Dicitur suetum, ubi q; frustratus pdidisset operā & impesam. Natū a quodā, q cū apparasset ad nuptias oia, nō est casus assecutus.

Ἀμφιδαλιῆς ἔρω.

XV

Ἀμφιδαλιῆς ἔρω. i. Vtrinq; florēs amor olim dicebat, quoties uterq; parit esset incolumis, ac mutuo rnderet amore. Nā dimiditati dicimur, quoties amic⁹ distrahit, uelut altera ps nostri.

Ex Amphite

Ex Amphitheto bibisti.

XVI

Ἀμφιθέτω ἐπίπινες. i. Ex Amphitheto bibisti. Dicebatur in eum, qui meracius, ac largius potaret. Amphithetum enim erat poculi genus, ita factum, ut quavis ex parte positum staret, nullumq; certum haberet fundum.

Pronomi Barba.

XVII

προνόμου πώγων. i. Pronomi Barba, de praelonga dicebatur. Aristophanes in Concionatrici- bus, ἀργυρῆιος γοῶν τὸν προνόμου πώγων ἔχων λέλκε. i. Hucusq; latuit ergo Pronomi Argyrrium gestare barbam. Pronomus tibicen quispiam fuit proluxa barba, gestamine nō admodum apposito professioni. Quandoquidem tibicinum molliciem etiam prouerbia notant. Argyrrius exercitus dux quispiam fuit effœminatus & cinædus, nihil habens uiri præter barbam. Tazatur eodem in loco, Epicratis oratoris cuiusdam barba, cui ob idipsum uulgari ioco cognomen inditum σακεσφόρω, teste Senario, quem Aristophanis interpres citat ex Platone comico ἀναξ ὑπὸ πύκας ἐπικράτης σακεσφόρε. i. Rex Barbæ Epicrates scutifer. Barbam ob similitudinem scutum uocat, ut & alibi Ἀπασα καὶ μίση σάνκρον πρὸς τὰ ἄρ γνάθωμ ἔχουσα. Aristophanes in eundem, ἡ ἀγὼν ἐπικράτης οὐκ ὀλίγω καλλίονα. i. Mihi barba multo pulchrior atq; Epicratis. Cōuenit igitur in quosdam, qui alioquin mollissimi, uultus uestiumq; sæueritate, uitæ continentiam præferunt. Est frequens iocus apud Lucianum in barbam philosophorum, itidem apud Horatium. Ius sit sapientem crescere barbam. Martialis item in huiusmodi quendam iocatur.

Omnibus uestigijs inquirere.

XVIII

πᾶσιν ἵχνεσι ζητῆρ. i. Omnibus inquirere uestigijs, dicitur, qui summa cura, summaq; diligentia rem peruestigat, metaphora sumpta est a uenatoribus.

Apros immittere fontibus.

XIX

Qui sibi accersit optat ue perniciem allatura, in hunc quadrat Vergilianum illud. Et liquidis immisi fontibus apros. Neq; enim id sine prouerbij specie dictum apparet.

E canis podice.

XX

Ἐκ κυῶς προκτοῦ. i. E canis culo, dictum uidetur a Luciano pro eo, quod est ex rebus anxij atq; angustis, quod ea pars arctior sit huic animanti, quam obrem & excernunt difficiliter. Nā asinum suum finit his uerbis, Ἐπὶ ἀνδρα θεοῖς σωτηρίην ἔδουον ἢ ἀναδήματα ἔδουκα, μὰ δία οὐκ ἔκ κυῶς προκτοῦ, τοῦτ' εἶπ' ἀπὸ λόγου, ἀλλ' ἔκ' ὄνου περιεργίας διὰ μακροῦ πάνυ, καὶ οὐτὼ δὲ μόλις οἴκαδ' ἀνασωθεῖς. i. Hic dijs seruatoribus rem diuinam feci, donaq; suspendi, nimirum non e canis podice, quæ admodum uulgo dici consueuit, quin magis ex asini curiositate, post multum deniq; temporis idq; etiam uix, domum incolumis reuersus. Vulgo iactatur & in Zenonem teste Laertio quod in canis postico de Rep. cōscripsisset, uel quod nimis anxie, uel quod inepte, uerum de hoc prouerbio meminimus alibi.

E cantu dignoscitur auis.

XXI

Refertur & hoc a quibusdam, etiam si mihi nondum apud idoneos autores repertū. E can tu dignoscitur auis, alioquin non indignum, quod in prouerbiorum ordinem allegatur, sensus congruit cum illo, Qualis uir, talis oratio. Iactatur uulgo simillimum huic. E plumis auem dignosci, id est e cultu, spectari uitam & ingenium hominis.

Canis sæuiens in lapidem.

XXII

κύων ἐκ τὸν λίθον ἀγωνακτοῦσα. i. Canis indignans in lapidem, cōpetit in eos, qui mali sui causam imputant, non ipsi autori, sed alteri cuipiam. Veluti si quis iracundiæ uitium iuuentæ, non stulticiæ attribueret, unde tamen proficiscitur. Plato libro de Rep. quinto, damnans eos, qui cælorum cadauera despoliant, ait hos perinde facere, ut solent canes sæuiens in lapidem, eo qui iccit omisso. Pacuius apud Nonium in armorum iudicio. Nam canis cum est percussus lapide, non tam petit illum, qui se iccit, q̄ eum ipsum lapidem, quo ictus est, petit.

Profundum sulcum.

XXIII

βαθεῖαν αἴλακα. i. Profundum sulcum. Refertur & hoc in adagionum collectaneis, addunt dictum de ijs, qui cogitationibus profundis ac penitioribus rem expenderent. Sumptum est autem ex Aeschyli Tragœdia, cui titulus, ἐπιπὶ θήβας. In qua uersus hi dicuntur de Amphiaræo, βαθεῖαν αἴλακα διὰ φρενῶν καρπούμου. Ἐπὶ τὰ κείνα βλασάνει βυλεύματα. i. Sulco e profundo pectoris fructum metens, Rectæ unde cogitationes germinant. Citat aliquot locis in moralibus a Plutarcho. Mihi uidetur recte quadraturum & in eos, qui se metiuntur non ex alio/ tum opinione, sed recte, secus ue factorum conscientia.

Herniosus usq;

Herniosus usq; ad gulam. XXIII
Ἡρνώσις μέχρι τοῦ μισθίου. i. Herniosus usq; ad gulam. Quadrat in uehementer herniosum. Car-
men est apud Aristophanem in Equitibus, Ἡρνώσις γενέσθαι σε μέχρι τοῦ μισθίου. i. Sis Herniosus
oportet, ipsam usq; ad gulam.

Benignior pellace uulpe. XXV
Ἡ πλεονίλαος αἰμύλης ἀλώπεκος. i. Pellace quanto est blandior uulpecula. De eo, qui com-
modi sui causa, simulat beneuolentiam.

Non ut prior lædam, sed ut iniuriam retaliem. XXVI
Senarium hunc quidā ex Olynthia Menandri citant, quidā ex Therfita Chæremonis, ὡς
οὐχ ὑπάρχω, ἀλλὰ ἡμωροῦμεν. i. Ut qui prior nolim malo laceffere, Sed iam datū malo reta-
licum malum. Conuenit cum illo Terentiano. Sic existimet, responsum, non dictum esse.

Non nauigamus ad Hippolaitas. XXVII
οὐχ ἱππολείτας πηϊσῶς πλώμεσ, Equidem ad hunc modum reperio scriptum in uulgatis exē-
plaribus, uerum ex his uerbis non uideo quæ sententia possit exscalpi. Dicam igitur quid mi-
hi uero proximū uideatur, non quod alios uelim protinus sequi nostram diuinationē, sed ut
eruditis coniectandi ueri qualem cūq; suppeditem occasione, si legas, οὐχ ἱππολείτας πηϊσῶς
πλώμεσ, i. Non nauigamus ad eximios Hippolaitas, ut sit admonentis parcius utendum esse
rebus præsentibus, neq; enim nauigari ad eum locum, unde rerum eiusmodi copia exuberat
ut quod temere prodegeris, facile possis sarcire. Nam in Græcorum cōmentarijs hoc tantum
adscriptum inuenio, ἐπὶ τῷ βραχέα κελτικωλίω. i. De ijs, qui pauca possident. Hippola uero ue-
tustissima ciuitas fuit Laconicæ, non procul a mari, quam olim consentaneū ob portus cōmo-
ditatem, mercimonijs floruisse. Meminit huius Pausanias in Laconicis, his quidem uerbis ἢ
ἐπὶ θαλάσῃ ναὸς ὄσιν ἀφροδίτης καὶ ἀγάλμα ὄρθον λίθου, ἔντεῦθεν ἀποχόντι ἑξάκοντα σαδίσις, θυρίδες ἄκρα
ταυάρα, ἢ πώλεως ἐρεπία ἱππόλας ὄσιν, ἐν δὲ ἀντὶς ἀδύωσ ἰσθμὸν ἱππολείτιδ. i. Et ad mare tēplum
est Veneris, & statua recta lapidea. Hinc recedenti stadia triginta, ostia summa Tanari, et ci-
uitatis Hippolæ ruinae sunt. Et in his minerue phanū Hippolaitidis. Meminit huius urbis &
Stephanus.

Epiphyllides. XXVIII
Referē & hic Senarius Aristophanicus inter puerbia, ἐπιφύλλιδες ταῦτ ὄσι καὶ σωμύματα. i.
Epiphyllides sunt hæc & ampullæ meræ. Eum autē cōuenire in blandiloquos, & phaleris uer-
borum instructos magis, q̄ egregijs factis. Epiphyllides enim Græcis dicūtur minutiores bo-
tri, maioribus adhærentes. Callistratus omnes minutulos racemulos Epiphyllidas appellari,
scribit quod sub pampinis lateant. Nam hinc nomen, quod folijs adhæreant. Est autem id lu-
xuriantis arboris argumentum.

Ἀπ' ἀκροφυσίωμ. XXIX
Ἀπ' ἀκροφυσίωμ, Prouerbialiter dicebāt, pro eo quod est, recens ab officina profectum, perin-
de quali modo productum a follibus, arariacq; fornace. Nam ab his sumpta metaphora. Ari-
stophanes, ῥήματα τε κομῆα ἢ παύγια ἐπιδικνωσι πάντα ἀπ' ἀκροφυσίωμ ἢ ἀπ' κινναβόνματων. Por-
ro cinnabema uocat exēplar & simulacrū, ad cuius imitationē pictores ac statuarū signum
effingunt, ac repræsentant. Vnde quod nuper natum est, id ἀπ' ἧν κινναβόνματων uenire dicūt;
Super te hæc omnia Leparge.

Ἀνά σοι τάδε πάντα λέπαργε. XXX
Hemistichium Heroicum. Dicitur in eum, cui ne post labo-
rem quidem exhaustum datur respirare. Transumptū a bubus, quibus perfunctis iam agri-
colandi labore, labor is etiam reliquus est, ut aratrū, reliquaq; instrumēta domum referant; Ea
solent imponi, qui sit e duobus robustior. Taurum autem λέπαργον appellat ob cādorē cutis.

Laqueus auxiliari uidetur. XXXI
Ἀμύει ὡς ἔοικεν ἢ πάγκ. i. Laqueus ita ut uidetur & bono fuit. Dicitari consueuit, quoties in-
cōmodum alicui uerteretur in bonum. Veluti si quis Turca, bello captus seruiret apud Chri-
stianos, isq; hac occasione nostræ religionis sacris initiaretur. Huc pertinet, quod philosoph⁹
ille dicebat se tum prospere nauigasse, posteaq; naufragium fecerat.

Ἀμυσι πίνεμ. XXXII
Ἀμυσι πίνεμ dicuntur, qui haustum, auideq; bibunt, nec inter bibendum spiritum recipiūt,
sed potum in aluum non secus, atq; in dolium infundunt. Sonat autem ἄμυσι, quasi dicas citra
suctum. Traduci poterit ad eos, qui sermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt. Aut qui
imodica lectiōne obruūt ingeniū, cū magis expediat, subinde cogitationē admiscere lectiōi.

Ecce Amphidromiam

Amphidromiam agis.

XXXIII

Amφιδρομιάμ ἄγεις. i. Amphidromiam agis. Adagium ad uarios usus poterit accommodari uel ad eos, q̄ pueros ostentant, ac circūferunt, aut munuscula captant, ambiūtq̄. Sumptū a pri- sca consuetudine, qua mulieres, quae in partu adfuisse, & in obstetricando iuuisse, quinta post die manus abluerē solent, ac puerum cursu laribus circūferre. Eoq̄ die munuscula missi- tabantur a cognatis, sepiaē plarūq̄ & polypi. Decimo a partu die nomē indebatur infanti. De munusculis huiusmodi meminit & Terentius in prima Phormionis scena.

Canens uitae palmum.

XXXIII

Αδωμ πλὴν σσιδαμλὴν τῷ βίῳ πρὸς ἀνιδρομ. i. Canēs uitae palmū ad Anethum. De parco dictū, q̄ re tenui, leuiculaq̄ transigit uitā, atq̄ interim existimat se laute uiuere. Morem hūc quibusdā esse uidemus, ut cum nihil apponant in mēsa, quod edī possit, ne ieiunū omnino cōiuiūi ap- pareat, uarias narrāt fabulas. Aut cantillant, ut his modis ciborū obliuionē inducant cōiuiuis.

Qui non litigat, coelebs est.

XXXV

Diuus Hieronymus tanq̄ prouerbio iactatum citat. Qui nō litigat, coelebs est. Indicat ada- gium, rixosum esse omne coniugium, nec esse tranquillam uitam, nisi in coelibatu. Iuuenalis, Semper habet lites, alternaq̄ iurgia lectus, In quo nupta iacet, minimū dormitur in illo. Asti- pulantur huic sententiae uersus aliquot prouerbiales, χερμὼν κατ' οἴκῳς ὄξιν ἀνδράσιν γυν. i. Mu- lier in adibus atra tempestas uiro. Item, πῆλθ' ἄγωνα κῶς πάντα πυρπολεῖ δόμοι. i. Incendit omnē foeminae zelus domum. Item, οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲν εὐδὲν καλῆς. i. Muliere nil est peius, atq̄ eti- am bona. Sed Hesiodus, ut modestius, ita uerius opinor, οὐ μὲν γάρ ἢ γυναικὸς ἀνὴρ λήζειτ' ἀμα- ρτον τῆς ἀγαθῆς, εὐδὲν δ' ἀνὴρ κακῆς οὐ εἴργιον ἄλλο. i. Sors potior muliere proba, non obtigit unq̄ Villa uiro, contraq̄ mala nil tetrius usq̄ est.

Praestat uni malo obnoxium esse, q̄ duobus.

XXXVI

Aristophanes in cōcionatricibus senariū hūc prouerbialē refert, ἐνὶ εἰ ἑωχθαῖ κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν. i. Vni atq̄ geminis praestat inuolui malis. Quoties utrūq̄ malū euitari nō potest, dāda tamē opera, quo declinemus alterū, & in id, quod minus habeat incōmoditatis incurramus.

Vtrumq̄.

XXXVII

Enarrator Apollonij citat hūc ex Callimacho uersiculū, ἀμφόπερον κέντρον δὲ βῶων ἢ μέτρον ἀρού ρης. i. Vtrūq̄ est, stimulusq̄ boum, mēsurāq̄ terra. Dici potest de re quapiā ad diuersum usum accōmodabili. Quēadmodū superius ostensum est de gladio Delphico. Sentit autē Callima- chus de uirga, quam ἄκωναν Graeci uocant, Latini, ni fallor, decempedam. Eam aiunt a Thessa- lis inuentam, pedum longitudine decem. Hac eadem pastores, pedi uice cōsueuerunt uti.

Chius.

XXXVIII

χιθ' ἀππαῖ. i. Chius cacans. Aristophanis interpres in Pacem, indicat prouerbio iactatū in eos, qui contaminarent, conspurcarentq̄ ciuitatem. Nam hac occasione consueuerunt, ca- lumniam struere Chijs. Vnde non perperam accōmodabitur & in illos, qui captata occasiōe calumniantur aliquem. Quemadmodum lupus Aesopicus agnum accusat, quod sibi bibenti turbarit aquam, Aristophanes in ea, quam modo citauī fabula, ἢ πόλις ἢ χίωμ διατὸν σὺν πρῶκτῳ ὀφλίσσῃ. i. Ciuitas Chiorum ob tuum culum debebit.

Furari litoris harenas.

XXXIX

Litoris harenas furari dicit, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Quidū us in amoribus, Ille potest uacuo furari littore harenas, Vxorem stulti quisquis amare potest. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus ex Aristotele, ἐν δύραις πλὴν ὑδρείων. i. In foribus aqua- lem. Aptius per negationem usurpabitur prouerbium, Vt quis litoris harenas furetur.

Colubrum in sinu fouere.

XL

ὄφις ἐν τῷ κόλπῳ δάλπευ. i. Serpentem in sinu fouere dicitur, qui complectitur amore stu- dioq̄ prosequitur hominē ingratum, & aliquando per occasionem nociturum. Sumptum est ab Apologo quodam, qui Aesopi nomine fertur. Eum Gabrias quidā iambis expressit in hūc modum, εἰδὼς πῆ τις γεωργὸς ἐν κόλποις ὄφις ἔρα κρύβῃ, ἐπεὶ δὲ δέριμνος ἦδεν, ἐπληξε τὸν δάλπευτα κἄκτανεν τάχθ', οὕτω κακοὶ ποιοῦσι τοὺς εὐεργέτας. i. Sinu fouebat quidā agricola uiperā Gelu- rigentem, at hęc calorem ut senserat, Ferit fouentē, moxq̄ perimit uulnere. Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum. Est & alter Apologus, de gallina fouente serpentis oua, quam admonet hirundo, ne in suam perniciem foueat.

Praeter Sibyllam leget nemo.

XLI
Diuus

· Diuus Hieronymus irridens Iouiniani stilum, ut perturbatum & obscurum scribit Plautinarum literarum illud in eum quadrare. Has præter Sibyllam leget nemo. Est autem hic loc⁹ in Pseudolo Plautina, ubi quidam literas ab amica scriptas irridens notulis male concinnatis cuiusmodi ferme scriptura mulierum. Quarunt hæ literæ sibi liberos. Alia aliam scandit. Has quidem pol credo, nisi Sybilla legerit, interpretari alium posse neminem. An obsecro Hercle habentq; gallinæ manus. Nam has quidem gallina scripsit.

Nihil profuerit bulbus.

XLII

Athenæus Dipnosophistæ libro secundo, senarium hunc prouerbij nomine refert, οὐδὲμ δ' ὀνήσει βολεθὸς ἄμ μη νεῦρ' ἔχῃς. i. Neruis carentem iuuerit, Bulbus nihil. Martialis itē, Nil aliud bulbis, quam satur esse potes. Bulbus autem ad irritandam uenerem ualet. Licebit ad uerecundiorem usum trahere. Nil prodesse studium ni uis adsit ingenij.

Quæ dantur.

XLIII

M. Tullius libro epistolarum ad Atticum sexto, ἀπογνοῦς ἢ ἀλόως ἀπέεικ, ἐπειπῶν, αἰχρόνρι δ' ἴσσομ τε μλύψι, Meq; obiurgauit uetere prouerbio, τὰ μὲν διδόμενα. Vtitur eodem & alio quodam loco. Non admodum liquet, quid sibi uelit, nisi quod conijcere licet, uersum esse poetæ cuiuspiam, est enim Hemistichium iambicum, quod admonet, quod a fortuna datur, id boni consulendum esse, & ferendum æquo animo, quod mutari non queat.

Sydera addere cœlo.

XLIII

Addere cœlo Sydera, pro eo, quod est, adiungere, quibus ipsis summa est copia, puerbialis schemate dictum, uel illud sat signi fuerit, quod Ouidius secundo elegiarum amatoriarū libro, duobus prouerbij intertexuit. Quid folia arborib⁹, pleno quid sydera cœlo, In freta collectas alta quid addis aquas?

Pamphili uindicatio.

XLV

παμφίλῃ νοσφισμῶς. i. Pamphili sublatio. Pamphilus hic ueteris comedie conuictus notatus est, quod ararium expilasset.

Pegaso uelocior.

XLVI

πηγάσος ταχύπερσ. i. Pegaso uelocior. Hyperbole puerbialis de præuocibus. Nota fabula, de equo alato.

Crepitu probabis.

XLVII

πλατάγη δοκιμάσας. i. Plataga probabis. De ijs, qui ridicule explorant alterius in sese animum sumptum a uulgaris ioco puellarum, quæ imposto pollicis, medioq; digito papaueris folio, palam illidunt, quod si crepuerit, amoris argumentū est, sin minus non amantis indicium.

Multa docet fames.

XLVIII

πολλῶν ὀλιμῶς γίνετῃ διδάσκαλ. i. Fames magistra est artium compluriū. Ouidius, Ingenium mala sæpe mouent. Persius, Ingeniq; largitor uenter negatas artifex sequi uoces.

Multorum Iouis festorum glandes comedit.

XLIX

πολλῶν πανηγύρεωμ διῶς βαλάνωμ ἔφαγεμ. i. Multorum Iouis festorum glandes comedit. De senelongoq; plurimarum rerum usu docto, perinde ualet quasi dicas, multas uixit Olympia. Quercus autem Ioui sacra.

Prodico doctior.

L

προδίκος σφώτερ. i. Prodico doctior. Aiunt hunc Prodicum in dijudicandis litibus, & arbitrijs inter dissentientes amicos, acerrimi fuisse iudicij. Aristophanes in Centauro, citante Suida, ἐγὼ γὰρ ἔτις ἠδ' ἴκκηκε, δέλω δ' ἴκκω δοῦναι πρόδικον. i. Ego nāq; si quis præter æquum fecerit, Prodicum uolo negocium cognoscere. Subest autem allusio ad uocabulum hominis. Prodicus enim ueluti præiudicatorem sonat, qui ante de lite pronunciet, q̄ ad iudices delata sit. Fuit huius nominis & sophista quidam, cuius meminit Plato locis aliquot.

Mendico ne parentes quidem amici.

LI

πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτρες. i. Mendico ne parentes quidem amici sunt. Diuitiæ conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit.

Malus ianitor.

LII

πυλωρὸς κακός. i. Ianitor malus, id est, indiligens præfectus, aut custos. Natum a dicto Thycionis cuiusdā, qui cum uideret Philippi copias, isthmicas angustias occupasse, sic ait, κακὸς πυλωρὸς ὑμᾶς ὧ κορίνθιοι ἢ πελοποννησ. i. Malos ianitores uos o Corinthij Peloponnesus habet. Siquidem angustias locorum, Græci pylas, i. portas appellant.

Ec 2 Audi Cheli

Audi Chelidonem.

πύθια χελιδόνου. i. Audi Chelidonem, id est in tempore curato tua negocia. Quidā a Theologo quodam ortum autumant, cui nomen Chelidoni. Nam aiunt huic fuisse morem, obseruatis prodigijs colligere rerum exitus. Atq; huius opinionis autor citatur Mnaseas Patrēsis, εὐφροσύνη πύθια. Nōnulli malunt ad auem hirundinem referri, quod stridula sit auis ac lugubris, siue quod Veris prānunciet aduentum.

Ominabitur aliquis te conspecto.

Σε δ' οἰωνίσαι τ' ἄμ' ἕς ἰδῶμ. i. Qui te cōspexerit, augurium poterit capere. Dicit consuevit in deiformes, foedoq; aspectu. Veteres ex primo hominis occurſu sumebant omen. Occurrere formoso felix omen habebatur. Occurrere deformi nigroq; contra. Romanus quidam imperator, Hadrianus opinor, ut erat omnium superstitionū obseruātissimus, ex mauri cuiusdā scurræ occurſu, mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosius, totum uicisti, totū fecisti, nunc Deus esto. Nam imperatores defuncti, solennibus quibusdā cerimonijs referantur in numerum deorum. Iuuenalis, Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Non admodum misces.

οὐ μάλα κικαῖ. i. Non admodū misces, id est, non multum potes, neq; prodesse, neq; nocere Pericles dictus est totam miscuisse Græciā eloquētia sua, quod arbitrato suo uersaret omnia.

Asini cauda.

οἶνον οὐδὲ τὰ κλίμα οὐ ποιεῖ. i. Asini cauda nō facit cribrum, ubi quis ad hoc, aut illud dicitur inutilis. Cribrum e pilis equinis fieri consuevit, non e uillis asininæ caudæ.

Ipso Cratere.

Ἀπὸ τοῦ κρατῆρος γίνηται κακά. i. Ipso Cratere contingant mala. Dicitari solitum de ijs, in quos recidit, quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem uocat, unde de κρατῆρος κακῶν. i. Crater malorum. De quo dictum est alias.

Gutta uini.

Στελαγμός οἶνος μυσθίου χροῦσιν ὑδατῶν οὐ μίγνυται. i. Gutta uini, non miscetur aqua sapius insula. Cum paululo boni nimia mali uis admiscetur. Diluitur enim & euanescit si paucillum uini, plurima corrumpas aqua.

Bos porrecto ultra Taygeton capite.

ταύρου ὑπὲρ κύβητος τὸ τὰ ὑγερματῶν τῶν εὐρώτων ἐπιεῖ. i. Taurus porrecto ultra Taygetū capite bibit ex Eurota, de re uehemēter absurda, simillimū illi, Quid si cœlū ruat? Natū ex apophthegmate Lacedæmonij cuiusdā, is ab hospite quopiam interrogatus, quæ pœna foret adulteris apud Lacedæmonios, negauit ullos esse adulteros apud Lacedæmonios. At instās ille, qd si quis existeret, inquit: quam pœnam daret? Is, inquit, Taurum maximū dependeret, qui producto ultra Taygetum montem capite, biberet ex Eurota, cunq; hospes aridēs, & unde taurus tam ingens? Lacedæmonius uicissim, at unde apud Lacedæmonios adulter?

Ad Cribrum dicta.

τὰ πρὸ κοσκίνου. i. Ad Cribrum dicta. Quæ uera, compertaq; uideri uellent, ad hūc appellabānt modum. Finitimum illi, τὰ ἐκ τῆς ποδῶν, sumptum a diuinationis genere, quod suspensio, circūactioq; cribro peragebatur, quemadmodum alias indicauimus ex Luciano.

Iouis uellus.

Διὸς κώδιον. i. Iouis uellus. De re sordida quidem, sed tamen in usum aliquem seruata. Nam olim uictimæ pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendam, uel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Mala ultro adsunt.

Fertur & huiusmodi sententiā in prouerbiorū collectaneis, διζημιλίοισι τὰ γὰρ ἀ μάλισ παραγίθηται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημιλίοισι. i. Bona uix accidunt ijs, qui quærunt, mala, uel non quærētibus obtingunt. Idem & uulgo dicunt idiotæ, neq; tamen non uere. Et tamen passim uitijs nostris accerimus, bellum, lites, morbos, quasi sua sponte parum adsit malorum.

A uicinis exemplum habent.

ἐκ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὸ παράδειγμα. i. A uicinis sumunt exemplum. Qui faciunt quippiā alio rum exemplo prouocati. Vicinus enim uicino morbum suum affricat, & malorum commercio reddimur deteriores.

My fortitus es,

LXIII
ελαχῆς

· **Ελαχες** ῥ μ .i. **M**litera tibi forte obtigit. **A**enigma in stultos. Nam græce **μωροι** hâc initialē habent. Cum aliquādo **Dionysio**. **M**. in fortibus obuēisset, quidam per iocum ait, **μωρολογησι διονυσιε**. **A**t ille detorquens alio, **μονομαχίσω μὲν οὖν** inquit.

In Pythiâ templo cacare.

LXV

Εμ πυθίου χέσω. i. In Pythiâ templo cacare, dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret, quod **Pisistratus** tyrānus, extructo templo inscripserat, ne quis inibi uentrem exoneraret, & aduenam quendam deprehensum e medio sustulit.

In terra pauperem.

LXVI

Εμ γῆ πένεως μάλλον ἢ πλερωῶτα πλεῖμ. i. Egere præstat in solo, quæ diuitem sulcare fluctus. Satius est paululum habere tuto, quæ multum cū periculo. Nec placebant cuidam opes de funibus pendentes, multo minus, quas eripere, uentis in manu est.

Inter pueros senex.

LXVII

Εμ παισὶ μὲν γέρωμ, εὖ τῆς ἡ γέρωσι παῖς. i. Inter senes puer, idem at in pueris senex. Conueniet in hominem grandiusculum, maiorem quæ ut puer uideri possit, minorem quæ ut uir, dictum est autem ab æmulis in **Hermogenem** rhetorem.

In sola Sparta senescere expedit.

LXVIII

Εμ σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ ἰκρόσκαμ. i. Vna in sparta expedit senescere. Dictū est, quod apud spartanos summus honos senibus habebat olim. Torqueri poterit ad quoslibet, penes quos uirtus in precio sit.

Nemaïor Thylaco accessio.

LXIX

Lucianus in Encomio **Demosthenis**, **σοὶ δ' ἴσως εὐλάβεια δ' εὖ παροιμίας σκῶμμα ἐπιτῆ ασυμμετρία ἐπαγαγιάδης, μή σοι μᾶλλον προσκείοιτ τὸν πῖσαγμα τῶ δ' θυλάκω**. i. At tu fortasse uereris ne in te torqueatur illud prouerbiale dicitur, de proportione nempe, ne tibi **Thylaco** maior sit accessio sarcinula. Neque me clam est in uulgatis exemplaribus scriptū esse, **τὸν πῖσαγμα**, non **τὸν πῖσαγμα**, Verum nisi scripturā mutaris, nulla sententia potest elici. Est autē **ἐπίσαγμα**, a **σάπη**, uelut oneris adfertura. **Trāflatum** est autē a mulionibus, qui præter legitimū onus, uascula quædam superimponunt. Ergo cum digressio longior est quæ ipsa res, uti licebit hoc prouerbio.

Acarnici equi.

LXX

Ακαρνικοί ἵπποι. i. Acarnici equi, dicebantur equi maximi. Finitimū illi, cuius meminit etiā **Aristoteles**, **ἵππῳ θησαλικῇ**. i. Equa **Thessalica**. Cōueniet uti de re quapiā eximia, aut insigni præmio.

Contribulis factus serua ordinem.

LXXI

Γεννητὸς γεροντὸς τίρε πλὴν τᾶμ. i. Tribulis factus serua ordinē, id est postea quæ ascitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodū & ceteri faciunt. **Natum a tribubus Atheniensium**. **Populus Atheniensis** distributus erat in tribus duodecim, ad mensuram numerum, rursum unaquæque tribus in triginta genera, quemadmodū uocāt, ad dierum numerum, unde **γεννητοὶ** uocabantur, non coniuncti sanguinis propinquitate, sed in eandem tribus partem asciti.

Glaucus alter.

LXXII

Γλαῦκῳ ἄλλῳ ἵππόρωτες. i. **Glaucus alter** ab equis deuoratus. **Quadrabit** in hominē alendis equis exhaurientē facultates suas. **A fabula natū**, **Qualis fertur & de Actione**.

Gorgonem Perseus aggreditur.

LXXIII

Γόργονα πρῶτον ἐχειρώσατ. i. **Gorgonem Perseus** adortus est. **Vbi quis egregium facinus incipat**. **Notissima fabula est**.

Vincula Tyrrena:

LXXIII

Δεσμοὶ τυρῆνοι. i. **Vincula Tyrrena** dicebantur odiosa negocia, quibus distringebatur aliquis. **Traductum a uinculis**, quibus **Tyrreni** captiuos uinciebant grauibus & molestis.

Diu delibera.

LXXV

Διὸν βουλευέμ. i. **Diu delibera**. **Non statim aggrediundū negociū**. **Carmen integrum fertur huiusmodi**, **Διὸν βελεύέμ, ἢ ἔχῃ καὶ πολλὸν ἀμείνωμ**. i. **Cōsultato diu**, multo ut præcellere possis. **Lente consultandum**, at ubi statueris mature, quod opus facto faciundum est. **Qui secus faciunt**, is non raro solet euenire **Platonicū illud**, ut festinātes in principio, serius pueniāt ad finē.

Epimenideum corium.

LXXVI

Ἐπιμενιδεῖον δέσμα. i. **Epimenidea pellis**. **De re reposita**, miraculique loco seruata. **Non excidit hoc adagiū alibi nobis positum esse**, sed quoniam postea quæ excusum iam esset, e castigatioribus libris animaduertimus uulgatam scripturam deprauatam esse, uisum est admonere lectorem. **Indicat autem Eudemus tractatum ab Epimenide Cretensi**, qui legitur perpetuo

Ec 3

sonno dor

somno dormisse quadraginta septem annos, neq; paucos postea superuixisse. Vnde consensu-
taneum est huius reliquias, ut miraculi monumentum seruatam fuisse.

Volaticum iusiurandum.

LXXVII

ταχυβήμενες ὄρκοι. Ad eum modum appellabant iusiurandum irritū, quod euanesceret, auo-
laretq; simul atq; pronunciatum esset, cuiusmodi sunt amantium. Quanc; Aristarchus apud
Eudemum, κατ' ἀντίφρασιν accipit, quasi tardum oporteat esse iusiurandum, neq; temere profe-
rendum, neq; enim statim euanescere, siquid iuraris.

Superatus es a gallo quopiam.

LXXVIII

ἡτῆθης ἡνὸς ἀλεκτρύνου. i. Superatus es a gallo quopiam. Locus prouerbialis in seruos, q do-
minos a tergo sequuntur supplices, uidelicet & abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in
pugna. Refertur ab Eudemo.

βατακάρας.

LXXIX

βατακάρας, De pinguibus dictū & impotētibz. Eudemus meminit addens esse legēdum,
ἡλυσολῶ. Ex æquo partire.

LXXX

ἐξ' ἴσος δ' ἴδ' ὅ παῖσι. i. Ex æquo da omnibus. Translatū ab ἴς, qui conuiuium, aut hæreditatem
partiuntur. Quadrabit in iudicem, aut principem, quem oportet æquabile ius reddere.

Ἐπαύλια δῶρα.

LXXXI

Ἐπαύλια δῶρα. i. Dicebantur magnifica munera. Sic em̄ appellabant apud Græcos, quæ po-
stero post nuptias die, sponsæ pater adducebat sponso, pompæ cuiusdam specie. Præcedebat
enim puer, candida toga, faciem gestans ardentem. Post hunc canistrifer, post hunc longa fe-
ries adportantium aurum, pelues, reliquamq; supellectilem, interdum & dotem ipsam.

In pedes retrocedit.

LXXXII

ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ. i. In pedem retrocedit, de eo, qui metu dat locum potentiori, & reuocat
se in tutum, ab Athletis sumptum uidetur.

In armis accissat.

LXXXIII

ἐπὶ πῆρς ὅπλοις ἀκκίζη. i. In armis accissat. In eum, qui sibi placet, seseq; quasi contemplat in
armis suis. Conueniet in quemuis sibi stulte placentem. De Acconæ muliere, quæ ad speculū
inepte sibi blandiebatur, dictum est alibi.

In Lipsydrio pugnas.

LXXXIII

Ἐπὶ λαιψυδρίου μάχη. i. In Lipsydrio pugnas. Lipsydrium locus erat haud procula Parnethe,
quem mœnibus cinxerant tyranni, qui profugerant ex urbe, prius condiderant Almæoni-
dæ, sed in hos obsessos, uictosq; a Pisistrati copijs, obliqua cantio cani cœpta est huiusmodi,
αἱ αἱ λαιψυδρίου προδοσέταρον οἴουε ἀνδραε ἀπώλεσας, μάχισθ' ἀγ αδοῦε γε καὶ εὐπάτριδας ὅποτε ἔδ' εἶξαρ
οἴωμ πατέρωμ ἔσχαμ. i. Heu heu Lipsydrium, sociorum proditor, quales uiros perdidisti, ad pugna-
dum idoneos & claros, cum ostenderent a qualibus essent orti maioribus. Prouerbiū di-
ctum in strennuos & bellicosos uiros.

Desertum obtueri.

LXXXV

ἐρημου ἐμβλέπεμ. i. Desertum intueri dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis. Meta-
phoram mutuati sunt ab ἴς, qui pelagus immensum, aut solitudinem taciti intuētur. Citatur
Aristophanes ex Polyido.

Esto promus.

LXXXVI

Ἐσω ταμίας, τάλλα δ' εἰ βούλα κύνωμ. i. Sis condus, in reliquis, canis esto si libet. Aiunt dictum in
eum, cui felicitas immerenti contigisset, peculiariter in Eunuchos.

Ephemeris uita.

LXXXVII

ἐφημέρου ζωῆ. i. Ephemeris uita. De ἴς, qui statim emoriunt, aut pereunt, ab animantibus, quæ
sic appellantur, quod ultra diem non uiuant. Aristoteles libro de natura animalū quinto, pro-
dit ad hunc modum de Ephemeris, Hispanus, inquit, fluuius apud Cimmeriū Bosphorū sub-
solstitio fert, ueluti folliculos acinis maiores, quibus quadrupes uolucres erumpunt, quod
genus animalis in postmeridianū tēpus usq; uiuit, & uolat, mox declinante sole, macrescit, &
languet, mox occidēte emorit, uita nō ultra unū diē pacta, unde ἐφήμερον appellatum.

Canis mendico auxilians.

LXXXVIII

κύων τῷ πτωχῷ βοηδῶμ. i. Canis mēdico auxiliās. Vbi quis nobis aduersat & diuersis studet
partibus, is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infesti sunt mendicis, uelut ὁμοτέχνους, nisi si
quando frusto panis corrumpuntur.

Iupiter aquilam delegit.

LXXXIX

ζῶεσ ἀετῶμ εἴλετ. i. Iupiter aquilā delegit. Vbi qs asciscit sibi præclaros, suisq; reb⁹ accomodos.
poeta

poetae fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quod hæc auis omnium altissime subuolet, nec ictu fulminis lædatur. Aut minus animi, aut plus potentia. **XC**

Ἡ φρονῆμ ἔλασσον ἢ δ' ἰσχυρὸν δ' αἰ μᾶλλον. i. Oportet aut minus animum esse, aut plus posse. Cōuenit in feroces, quorū arrogantia nō suppetant uires. Aut qui nō timent irritare, quem uincere nō possint. Felicitas a Deo. **XCII**

θεοῦ δὲ δ' ὤρεον ἔστιν εὐτυχῆμ βροτῶν. i. Felicitas datur Deum homini munere. Vt res nostræ bene cedant, id in nobis situm nō est, sed a superū arbitrio pendet. **XCIII**

Histricis seta.

οριξ ὑστρίχου. i. Pilus hystricis dici poterit, dicteriū acriter in quempiā tortū. Ab animāte sumptum, cui mos irritato, pinnas aculeatas, quibus illi tergum inhorret, teli ritu eiaculari. **XCIII**

Alter Ianus.

Ἴανος ἄλλος. i. Ianus alter. Quadrabit uel in prouidū, ac circumspēctū, uel in ancipitē & perfidum. Perius, O lanc a tergo cui nulla ciconia pinlit. Sumptū a lano bifrōte, cuius notior est fabula, q̄ ut sit hoc loco percensenda. **XCIII**

Veste circumfers ignem.

εἰματίω δ' πῦρ περιπέλλαις. i. Veste circumfers ignem, ubi quid ridicule fit. Aut ubi quis suum ipsius malum fouet, ueluti scortū, aut adulatorē, aut fictum amicū. **XCIII**

Erinnys ex Tragœdia.

Ἐριννύς ἐκ τραγωδίας. i. Erinnys ex Tragœdia. De fœdis aniculis. Sumptum ex Aristophanis Pluto, quo loco dictū est de Penia, ἴσως Ἐριννύς ἔστιν ἐκ τραγωδίας. i. At forsan est Erinnys ex Tragœdia. Strabo Geographiæ libro quarto, tradit insulas esse decem in oceano Gaditano, nomine Cassiteridas, quarū una prorsus inculta sit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis utentes ad talos usq̄ demissis, pectorib⁹ cingulo obuinctis, baculos manu gestantes. in sūma, p̄similes furijs Tragicis. Quib⁹ ex uerbis apparet hoc habitu furias in Tragœdijs induci solere. **XCVI**

Aequalitas haud parit bellum.

ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ. i. Aequalitas bellum haud parit. Aequalitate cōtincē cōcordia. Inæqualitas discordiarū est mater **XCVI**

Piscis primū a capite fetet.

ἰχθύς ἐκ τ' κεφαλῆς ὀρεμ' ἀρχεται. i. Piscis a capite primū incipit putere. Dictum in malos principes, quorū cōtagione reliquū uulgus inficit. Apparet ab idiotarum uulgo sumptum. **XCVII**

Etiā Batylum deuorares.

καὶ βαίτυλον ἄμ καταπίνοις. i. Etiā Batylum deglutires. In uoracem & omnia cōcoquentē. Nam Batylus dicitur saxum illud fœcis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus. **XCVIII**

Malum uas non frangitur.

κακόμ' ἄγχι οὐ κλάει. i. Malum uas nō frangitur. Qui deterior, is nō nunq̄ uiuacior, & in periculis tutior. Simili metaphora dicunt & hodie uulgo malam herbā nō perire. **XCIX**

Etiā quercus Bacchatur.

καὶ δρυὸς μαινὰς ἐγένετο. i. Etiā quercus Mænas facta est. De ijs, qui uix deliniuntur ab Orphici fabula, quercus sua cithara demulcete, Mænades em sunt mulieres afflatæ Baccho. **C**

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIATERTIA.

Vita molita.



ἀλεσμένη βίος. i. Vita molita, siue uictus, ut ita loquamur farinatus. Sui das indicat adagiū uarie accipi. Quosdā usurpare de uita priscorū, qui glandibus uescebant, fortassis ob id, quod illis sæculis, ignotus adhuc esset carniū & pisciū esus, solaq̄ glandiū farina uictitarent mortales. Alios de his, quibus citra laborē uita lauta cōtingeret, p̄pterea quod aliq̄ diu post frumēta reperta, farinæ faciendæ ratio nesciretur. Est autem farina paratior, sicuti libeat uesci. Alioqui proscindendum aruū, serendū triticū, metendum, excutiendum, molendum, pinsendum. Nōnullos de ijs, qui in magna rerum, quas desyderarent affluentia, uitam agerent, ut affine sit illi, quod alio positū est loco, οὐ γὰρ ἀκανθαί. i. Non enim spinæ. **II**

κακόμ' δ' κακόμ' ἢ μ τι μὴ καιροῦ τύχη. i. Bonū malū sit, tēpore datū haud suo. Nihil gratū, quod intempestiūm.

Ee 4 Caricū

Caricum sepulchrum.

III

καρικὸς τάφος. i. Caricū monimentū. De re magnifica, sumptuosaq;. Sumptū a Mausoli sepulchro, quod est apud Caras. Plinius libro trigésimo sexto, capite quinto, ostendit opus hoc inter septem orbis miracula cōmemoratū, idq; potissimū ob artificū famā, Patebat ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes, Breuius a frontibus toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollebatur in altitudinē, uiginti quinq; cubitis. Cingebat̄ columnis quadraginta sex. Ab oriēte cœlaucrat Scopas, a septētrione Bryax, a meridie Timotheus, ab occasu Leocares. Opere nondū absoluto perijt Artemisia.

Malum munus.

III

κακόμ γε δῶρον ἴσον ἔστι ζημία. i. Munus malum est perinde uti dispēdiū. Nocet, nō iuuat, qui largit̄ noxia, ueluti si quis adulescenti ministret pecuniā. Aut stulto imperium, aut indocto sacerdotium.

Inani spe flagrat.

V

κεναῖσιν ἐλπίσαι δερμαίνετη. i. Inanibus spebus incēdit̄. In eū, qui frustra sibi magna polliceat̄.

Voluitur dolium.

VI

κεκλυῖσθ' ὁ πίδαξ. i. Reuolutū est dolium. In eum, qui cōmouetur alieno exemplo, siue instinctu, ad stulte quid faciendū. Nam dolium facili impulsu quo uelis, uoluitur. At sapiens Tetragono similis, semper fixus est & immotus.

Ceram auribus obdis.

VII

κέρω τοῖς ὠσίν' ἐπαλείφει. i. Cera auribus oblinis. Qui recusant audire uel æqua, uel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac fociorū aures obturat apud Homerū, aduersus Sirenarū cantilenas.

Corui luscinijs honoratiores.

VIII

κόρακες ἀκρόνωμ' αἰδέσθαι μῶτεροι. i. Corui luscinijs honoratiores. Cum indocti doctis præferuntur, improbi probis, blaterones eloquentibus.

Cōmune naufragium.

IX

κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύδιον. i. Cōmune naufragiū omnibus solatium. Multo facilius fertur malum, quod nobis est cum omnibus, aut cum multis cōmune.

Cyparissi fructus.

X

κοπαρίηου καρπός. i. Cyparissi fructus, de uerbis dictu magnificis, cæterū inutilib'. Prouerbiū fluxit a natura arboris, quā Plinius libro decimo sexto scribit, natu morosam esse, fructu super uacuā, baccis toruam, folijs amaram, odore uiolentam, ac ne umbra quidē gratiosa. Hactenus Plinius. Atq; huiusmodi cū sit tamen proceritate, unde & conifera uocatur a poetis, ac perpetuo uirore, neq; nō nascendi difficultate, nouū aliquem fructū polliceri uideat̄. Theophrastus autem libro de causis plantarum primo, scribit semen cupressi, adeo esse minutū, ut uix oculis percipi possit, Neq; enim huius esse fructum totum id, quod pilæ speciem gerit, sed quod cono innascitur, perq; tenue & exile laricis semini proximū, quod pilula sua dehiscente dilabit̄, nec legi, nisi ab experto potest.

Matiolæchus.

XI

ματιολοίχος. Vulgato cōuitio dicebatur liguritor, & in minimis etiā rebus exquisitus. Equidem opinor hoc esse prouerbiū, quod Georgius Merula citat in illud Martialis, Mattea sola iuuant. Ait autē esse cibi genus. Equidē in cōmentarijs Græcorū inuenio, μάτιον uocari, quod est minimū, aut genus mensuræ. Proinde quadrat in eos, qui per fraudem minimis e rebus se cõtantur compēdiū, ἀπὸ τῆς ματίου ἢ λοχεῦσαι, nisi mauis a λείχῃ.

Post Marathonem pugna.

XII

μετὰ πλὴν μαραθῶνα μάχη. i. Post Marathonem pugna. Vbi quis post calamitatē in aliam nouā rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis. Refert Herodotus libro sexto. Simile huic, μετὰ πόλεμον ταραχή, post bellum tumultus.

Ne uities musicam.

XIII

μὴ κακουργᾶ πλὴν μουσικῶν. i. Ne uities musicā, id est, ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris. Ita locutū ferūt Emerepen in Phrynidis cantoris organo duas ex noue incidentē fides.

Astutior coccyce.

XIII

μηχανικώτερος κόκκυκος. i. Coccyce astutior, dicebat̄, qui astu sibi cōsuleret. Sumptū ab auis ingenio, oua subijcientis in nidos alienos, de qua abunde Plinius & Aristoteles.

Hesperidum mala.

XV

μῆλα ἑσπερίδων δ' ὠρησάου. i. Mala Hesperidū largiri, qui magna, splendidaq; largirent̄. Nota est fabula

fabula. Huc alluisse uidet Maro noster in Buccolico carmine, Aurea mala decē mihi cras altera mittam.

Solæ lacenæ uiros pariunt.

XVI

Μόνοι λάκαινοι ἄνδρας τίκτουσι. i. Solæ lacenæ uiros pariunt. Apud Lacedæmonios fortissimū uiri nascebant, & apud eosdem matres seuerè natos educabant.

Myrteam coronam ambis.

XVII

μυρτινοῦμ. i. Myrteam cupere, dicebat, qui tyrannidē, aut magistratū ambiret. Nā olīm princeps myrteis corollis coronabant, Siquidē Suidæ credimus.

Præuertit anchora iactum Deus.

XVIII

Ἀλλ' ἀντέπεσε πλὴν ἐπ' ἄγκυραμ θεός. i. Sed anteuertit anchora iactum Deus, Cū res præter spem euenit. Traductum a nautis, quibus accidit sæpenumero, ut cum parant sese, ut ancoram iaciunt, in portum appulsuri, repellant a uentis & in mediam tempestatē reuocentur.

Pro Delo Calauriam.

XIX

Ἀντι δὴλου πλὴν καλαυριάμ. i. Pro Delo Calauriā. Est in fabulis, Neptunū cū Latona permutationē fecisse, ut illa Calauriā insulā Neptuno cōcederet, possideret Delum, proq; data Tænarō reciperet Pythonē. Ea res, in puerbiū abiit, quoties manus manū lauat, & officiū officio pēsat.

Antiquior Codro.

XX

πρεσβύτερος κόδρου. De prisca, & ob antiquatē admirandis, Codrus antiquissimus Atticæ rex, cuius alibi nobis facta mētio.

Hirundo totos schenos anteibit.

XXI

πρόστυις χελιδῶν ὅλους χοίνομ παρῆτη. i. Hirundo quæpiā totos schenos præteribit. Vbi quis immenso uincit interuallo. Nā χοῖνος Græcis mensuræ genus, quæ sicuti quidā existimāt, quin quaginta cōplectitur stadia. Quāq; suspicor hoc loco Chelidonē pro uiro accipiendū, cuius alibi facta est mentio. Qui haud scio, an cursu, celeritateq; præcelluerit.

Nihili cocio est.

XXII

Plautus in Asinaria. Vetus est, nihili cocio est, dictum uidet in eos, qui pollicentur in futurum, nec exhibent rem præsentem. Laberius apud Gellium cocionē peruulgato uerbo dixit, quem ueteres ariolatorē dixerunt. Dicunt autē hæc a lena, quæ prædicabat sibi oculatas esse manus, atq; id demū credere, quod uideret. Quod autē aliī legunt coactionem, id neq; carminis ratio patit, nisi uocalem elidas. Ex Festo Pompeio propemodū licet conijcere conctionem esse legendū. Ait enim conctiones appellatos a cunctatione, quod in emendis, uendendisq; mercibus, tarde perueniant ad iusti precij finem. Proinde apud antiquos primā syllabā per u literam, nō per o scribi solitam. Arbitror huic ad stipulari, quod scribit Anneus Seneca libro epistolarū undecimo, differens nō esse cessandū a benemerendo, quod aliquādo incidimus in hominē ingratum. Et post malam, inquit, segetē ferendū est. Sæpe quicq; perierat, assidua infelicis soli sterilitate, unius anni restituit ubertas. Est tanti, ut gratū inuenias, experiri & ingratos. Nemo tam certā habet manū, ut nō sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquādo hareant. Post naufragia, maria tētant. Fœneratorē nō fugat a foro coactor. Cito inerti ocio uita torpebit, si relinquendū est, quicquid offendit. Hactenus Seneca. Quo loco mihi coactor legendū sit, nec ne, studiosis expendendū relinquo. Festus autē in dictione Arulator, consentit cū Gellio, cōfirmans eundē esse contionē cum Arulatore. Arulatorē autē dici a uoce Græca, αἴρε. i. tolle, quod merces eas sequat, ex quibus siquid ceciderit lucri, possit tollere.

Non nauigas noctu.

XXIII

ὄν νυκτι πλοῆς. i. Nō noctu nauigas. De eo, cui nihil est certi quod sequat, ppter ea quod nocturnis tēporibus certius nauigāt nautæ, ppter stellarū notas, de quibus alias dictū est. Chrysippus, ut citant, negationē detraxit, νυκτι πλοῆς, manēte, sicut ego quidē arbitror eadem sententia. Nam quid alioqui fuerat memorandū, si Chrysippus citra negationē extulisset, quasi uero nō idem iuris sit in quauis oratione? Quāq; autē nautæ noctu stellarū indicia sequuntur, longe tamen certior est interdiu nauigatio.

Mores hominū regioni respondent.

XXIII

βίοι ἀνθρώπων ἐφυτῶν ἀπέματα σωεξομιούντη ταῖς χώραις. i. Mores hominū, ut plantæ, ad regionis habitum respondent. Refertur & hoc in Græcorū prouerbiorum Collectaneis, Alioq; nō eram adscripturus. Equidē arbitror natū ab Apophthegmate, cuius meminit Plutarchus.

Cum cane simul & lorum.

XXV

πῶς ὅθ' κωὶ ἢ τῶν ἱμάντων. i. Vna cum cane, lorum quoq;. Clausula est Heroici carminis. Eudemus indicat dici, quoties, simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui.

Te ipsum

Teipsum inspice.

XXVI

μη τούμου ἀλλὰ ἢ τὸ σὺν φύλος σκόπει. Age nō meū uerū, & tuum inspicio genus. Teucer in Tragedia quapiā in Agamemnonē sibi generis uitiū probro uertentē, quod nothus esset, regit huiusmodi conuitiū, quod & ipse genus duxisset a Clisthene effoeminato. Stultū est in alterū dicere, quod in te possit retorqueri. Adagiū referē a Plutarcho.

Ne mihi uacuā abstergas.

XXVII

Theocritus in Syraculis, μη φυῆ μελιτώδες ὅς ἁμῶν καρπερός εἶν, πλὴν ἑνός, οὐκ ἀλέγω, μή μοι κενεᾶν ἀπομάξῃς, i. Ne quisq̄ existat Proserpina, quē dominū, uno excepto, agnoscamus, ego id nō curo, caueto, Abstergas ne mi uacuā. Subesse puerbiū uidet̄ in eo qd̄ ait, μή μοι κενεᾶν ἀπομάξῃς. Subaudiendū aut̄ γναθῶν, χῆρα, aut simile quiddā. Apparet esse cōminantis, aut timētis alapā. aut colaphū. Nā locus nōdū fatis liquet eruditis, itaq; relinquimus excutiendū diligentius.

Cum sis nanus cede.

XXVIII

νάνος ὡς ὑπᾶκε, i. Nanus cū sis, cede, De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modū humani corporis, & prodigiosa breuitatis. Iuuenalis, Nanū Atlanta uocam⁹: Citat̄ Theophrastus, qui fenserit nanos dici, quibus pudendū membrū sit iusto maius. Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homūculos, ac quemadmodū ait Horatius, moduli bipedalīs, qui potentes sumptu conantur æquare.

Nocte lucidus interdū inutilis.

XXIX

ἐν νυκτὶ λαμπρός, ἐν φάει δ' ἀνωφελής, i. In nocte lucidus, luce uero inutilis, de praposteris, q̄ sapiunt, ubi nihil est opus, cū opus est, ibi dormiūt. Cæterū ipse magis arbitror cōpetere in eū, q̄ inter indoctos uideat̄ aliquid esse in literis, inter eruditos, nihil sapiat. Aut inuertendū est puerbiū, ἐν φάει λαμπρός ἐν νυκτὶ ἀνωφελής. Sumptū a gēma quadā, cuius alibi fecimus mentionē.

Et tanti horto fructus colligis.

XXX

ταντάλου κῆρυ ἔσυγῃς, i. Ex tantali horto fructū colligis, id est, ea cōsectaris, quæ nuscq̄ sunt, aut quibus frui nō licet. Quod quidē apposite dicit̄ in mūdānis addictos uoluptatibus. Nā ἢ dū his ueluti temulenti fruunt̄ egregie felices sibi uident̄. Verū simul atq; resipuerūt iā uelut experrecti, Intelligūt omnia illa nihil fuisse, nisi mentis nō admodū sanæ somnium.

Telenico pauperior.

XXXI

τελενίκου πενίτιρος, i. Telenico pauperior. Nam is usq; adeo notæ paupertatis fuit, ut Seriphij uerbum inde sinxerint, dicantq; τελενικῶσαι pro euacuare.

Telenicia echo.

XXXII

τελενίκος ἠχώ, i. Telenicia echo, recte dicitur oratio fatui, sic enim uocant crepitū uascularū inaniam. Sumpto epitheto ab eodem, de quo modo diximus Telenice.

Terebintho stultior.

XXXIII

τερεβίνθου ἀνοήτερος, i. Terebintho dementior, in stupidū, sibiq; placentem, quod arbor ea late porrigat ramos.

Moenia Semyramidis.

XXXIII

τείχη σεμυράμιδος, i. Muri Semyramidis. De muris inexpugnabilibus dicebat̄, egregieq; munitis. Iuuenalis, ubi dicit̄, Altam coctilibus muris cinxisse Semyramis urbem.

Manum admouere.

XXXV

τὴν χῆρα ἐπιβάλλῃς, i. Manum apponere, dicebant̄, qui sese insinuarent in rei cuiuspiam egregiæ cōmunionē. Translatū a sacris, in quibus nōnunq; fieri solet, ut alijs rem diuinā facientibus, alius aliquis adueniēs, admota uictimæ manu, fiat & ipse particeps sacrificij.

Patris est filius.

XXXVI

τοῦ πατρός ἔστι τὸ παιδίον, i. Patris est filius. Ita loquunt̄, ubi quis mores imitat̄ patrios. Et in genere, cuius filiū uocamus quēlibet, quē moribus exp̄sserit, quod liberi fere parētes referre soleant.

Paruo emptas carnes.

XXXVII

τὸ εὐωνομ κρέας οἱ κῶες ἐδίονον, i. Paruo emptas carnes, canes edunt. Quidā putria emunt opsonia, ne plusculū insumāt nūmorū. Ea cū nullus attingit, canibus aliquoties edēda seruant̄.

Qui domi compluitur.

XXXVIII

τὸν οἶκον βρεχόμενον οὐδὲ θεὸς οἰκτεῖρα, i. Qui domi compluitur, huius ne Deum quidē miseret, uulgo Græcis iactatū, sensus est eum modis omnibus suo malo uideri dignū, qui sit usq; adeo ignauus, ut nec domi suæ possit a pluuia tutus esse.

Tragicus Theocrines.

XXXIX

τραγικός Θεοκρίνης, i. Tragicus Theocrines. Usurpauit hoc adagium Demosthenes aduersus Aeschinē

Aeschinē. Theocrines, Primū Tragœdiarū actor fuit, deinde calumniator, & Sycophanta. Vnde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte Aeschinē Tragicum Theocrinē uocat. Ex tat eiusdē aduersus hunc Theocrinē oratio, quāq; nōnulli Dinarcho tribuūt. Vfus est hoc pro uerbio diuus Hieronymus, nī fallor, in epistola ad Furiā, de uiduitate, Vbicūq; uiderēt Christianū, statim illud de triuio τραγικός θεοκρίνης. Hoc cōuicij iaciebant in Christianū, quod sancti moniā simulator magnificis uerbis aliorū uitam criminaretur.

Tragicum malum.

τραγικὸν πάθος. i. Tragicū malū dicit ingens, cuiusmodi fingunt in Tragœdijs. Nā ab ijs ab sinet Comœdia.

XL

Cæcus auribus.

XLI

τυφλὸς τὰ τ' ὄτα, τὸν πε νοῦν, τὰ τ' ὄμματα εἶ. i. Et mente, & auribus cæcus es, oculis quoq;. Quadrat in hominē plane stupidum

Cæcum insomnium.

XLII

τυφλὸν ὄνειρον. i. Cæcū insomniū, de re friuola, uanaq;. Quadā em̄ insomniā portēdūt aliqd, quadā inania sunt.

Asinos non curo.

XLIII

τῶν δ' ὄνων οὐ μοι μέλει. i. Cæterū Asinos nil moror. Cōgruit in eū, qui domesticis cōtētus opibus, nō querit aliena. Nā cui plaustrū est domi, huic nō est opus asinis cōductitijs, carmen integri alibi citauimus.

Plurium calculus uincit.

XLIIII

τῶν πλόνων ἡφρος νικᾷ. i. Pluriū calculus uincit. Quoties in cōcilio cedit multitudinī. Plinius in epistolis querit, numerari sentētiās nō expēdi. Et Liuius, Pars, inquit, maior, meliore uicit.

Υπεφνησιμύην.

XLV

Υπεφνησιμύην. Dicit iam propinqua partui. Sumpta metaphora a ficis post immisos plenas maturescētibus. Hoc quid sit, explicauimus in puerbio ἀνερίναςος.

Subdititius es.

XLVI

Υποβολιμαῖος εἶ. i. Supposititius es. Subdititij siue submissitij uocant partus adsimulati, inde trāffert in hominē fictū, & p dolū ab alio quopiā allegatū, subornatūq;. Finitimū illi, κίεθ κλος.

Subiugus homo.

XLVII

Υποζυγίωδης ἄνθρωπος. i. Subiugus homo. Qui nō arbitrato suo, sed alieno iussu facit quippiā. Traductū a iumentis iugalibus.

Pistillo nudior.

XLVIII

Υπέρου γυμνότερος. i. Pistillo nudior. De uehemēter tenui. Cognatū illi, πατῆλου γυμνότερο. i. paxillo nudior.

Pistillo caluior.

XLIX

Υπέρου φαλακρότερος. i. Pistillo caluior. Prouerbialis item hyperbole, de magnopere glabris. Nam ima pistilli pars, calui cranium referre uidetur.

Aurum suberatum.

L

Υπόχαλκον χρυσίον. i. Suberatū aurum, dicit homo nequaq; syncerus, sed aliud præ se ferēs, aliud intus occulens, sumptū a nomismatis adulteratis.

Nihil de uitello.

LI

Νεοτήου οὐδ' ἐμ μοι δίδως. i. Nihil mihi de uitello dedisti. Quadrat in eos, qui impertiāt deteriora, meliora sibi seruantes. M. Tullius in libro de diuinatione secūdo narrat huiusmodi fabulā, unde cōsentaneū est, hoc mutuatū esse prouerbiū. Quidā somniarat se uidere ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatū, id somniū cū ad coniectore retulisset, respōsum est, thesaurum indicari, proinde foderet eo loco, quo se somniarat ouum uidere. Vbi fodisset reperit aurū argento circumtectū, Misitq; paululū ex argento coniectori, dissimulans inuētum aurum, Coniectore accipiens, nihil ne, inquit, de uitello?

Queruli in amicitia.

LII

Οἱ ὀλομεμφέες εἰς ὀλίην οὐκ εὐφύεες. i. Qui queruli sunt in amicos, nō sunt ad amicitia idonei. Conniuere ad amicorū uitia, hæres & iungit, lunctos & seruat amicos.

Cleomenes superat cubile.

LIII

Ο κλεομένης εἰς κοίτης ὑπερέχει. i. Cleomenes cubile superat. De eo, qui magis abūdaret rebus superuacaneis, q̄ necessarijs. Dictum apparet a quopiā, corpore q̄ pro lectuli modo maiore. Sicut & Iuuenalis, Lectus erat Codro, procula minor.

Diues.

LIIII

Ο μὲν λόγος θαυμαστός, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος. i. Magnifica quidē oratio, Cæterū nō habet fides loquenti. Quoties aliquis ingenti a pollicetur, quæ nō uideatur præstiturus.

Vterq; ambo.

LV

Ο μὲν ἑκάτερος ἀμφοτέρως, ὁ δὲ ἀμφοτέρως οὐδέτερος. i. Vterq; ambo, ambo neuter. Instar ænigmati est,

tis est, cuius meminit Plutarchus in moralibus, & extat in Græcis Epigramatis. E duobus fratribus, quorū alteri nomen erat ἐκάτερος, alteri ἀμφοτέρως, ille bonæ frugis erat, hic nequam. Hoc cum Philippus uidisset, hoc in eos iocatus esse fertur. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequiciam, alterius probitas cōpensat.

Os inest orationi.

LVI

ὄσοι ὦ ἐνδοξὸν ἔσθ' ἰσχυρῶς, i. Os inest oratiōi. Dictū hoc Themistocli tribuit. Quintilianus item rerū inuentionē appellat orationis ossa. Sumpta similitudine ab animantiū corporibus, quæ ossibus sustinent, colligant neruis, uestiunt carnibus & pelle, coherent anima, mouent actū.

Fluuius nō semper fert secures.

LVII

οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρε, i. Nō semper secures fert fluuius, id est, nō p̄tinus tibi speres idē, qd̄ alijs feliciter cessit. Natū ab Apologo Aesopico, Cuidā cadenti sylvā, securis e manib⁹ excidit. Mercuri⁹ inuocatus reddidit argenteā. Neganti suā esse, reddidit aureā. Hanc quoq; suā esse neganti, ferreā tandē restituit, et illas insup donauit. Alius quidā eūdē euentū sperās, data opera, passus est elabi sibi securim. Ea cum perisset, nec Mercurius imploratus adfuisse, ex postulanti, prior ille respondit ad hunc modū, οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρε. Quāq; hic Apologus uarie narrat in alijs cōmentarijs. Nempe adfuisse Mercuriū, & prolata aurea securi rogasse, num ea esset quæ perisset, atq; eo p̄tinus affirmante suam esse, Mercuriū offensum hominis impudentia, nec ferream restituisse.

Non est Dithyrambus, si bibat aquam:

LVIII

οὐκ ἔστι διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ, i. Haud Dithyrābus est, aquā, si potitet. Nō adest hilaritas, cū deest uinū, languet poetarū ingeniū, ni uino concalescat. Vnde teste Flacco, Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Et Ennius ipse pater nūq; nisi potus ad arma p̄silijt dicēda. Quin ut refert in Symposijs Plutarchus, Aeschylus Tragœdias suas potando scripsit. Excitat em̄ uini calor inueniendi uim, quæ torpet nōnunq; in ieiunijs, mouet phantasias, addit impetus, subministrat fiducia. Addit Gorgiam nō recte suā Tragœdiā Marti tribuisse, cum Baccho sit magis adscribenda. Dithyrambi canebant in honorē Bacchi, qui & ipse διθύραμβος dictus est, quod bis natus uelut e duabus ianuis prodierit.

Post acerba prudentior.

LIX

παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, i. Post mala prudentior. Finitimū illi, δεχθῆναι δ' ἔτε νῆπιος ἔργω.

Pausone medicior.

LX

παύσαντος πῶχότερος, i. Pausone medicior. Pauson pictor, quispiam fuit, insigni tenuitate, quæ admodum apud Iuuenalem Codrus.

Vltra hyperbolum.

LXI

τὸ πῆρ τὸν ὑπερβολόν, i. Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat, mirum in modū appetens litium. Vnde cōuenit in eos, qui simili laborant morbo.

Sus in uolutabro cœni.

LXII

τελονσαμύνη εἰς κύλισμα βορβόρου, i. Sus lota redijt ad uolutabrū luti, cum quis iterat iam expiata flagitia, sicut indicauimus alibi. Extat in epistolis diui Petri.

Ob textoris erratum.

LXIII

τράνου πταίσματες, ὑπὸ τῆς εἰσφθῆς, i. Ob textoris erratū, hyperes uapulauit, cū quod hic peccauit, alius dependit.

Mendax Atraphaxis.

LXIII

ἔσθ' ὦν πλεία ἀτράφαξις, i. Referta mēdacijs Atraphaxis, De tumidis ac uentosis. Atraphaxis oleris genus, qd̄ celeriter in altū surgit. Latinis atriplex dicitur affinis ni fallor Betarum generi, quæ & ipsæ subito grandescunt alioqui fatuæ, Id quod indicat & Theophrastus in historia plautarū, libro primo capite quinto. Eadem herba ab eodē libro septimo, capite primo, recensetur inter eas quæ celeriter proueniunt. Nempe die a fatu octauo. Est caule grandiore, Sed mollī carnosaq;. Suidas admonet dictum in Cleonem, quæ falso calumniaret equites in cōcilio, Cui cum fides haberi uideret dictum est, ψευδατράφαξις πλείων εἶναι τῆς βουλῆς, i. conciliū plenū esse mendaci Atraphaxi, quo dicto simul notata est, & Cleonis in calūniādo uanitas, & populi facilitas in credēdo. Est enim illud propriū calūniæ, e leuissimo malo, subito maximā excitare Tragœdiam. In hanc ferme sententiā Suidas.

Inflige plagam ab aratro.

LXV

παῖε τῆς ἐπ' ἀρότρου, i. inflige plagam aratri, Siue impinge uomerē, cū iubebimus strennue pugnare. Natum aiunt ab huiusmodi fabula. Glaucus quidā Carystius cum terram aratro p̄scindenti forte

denti forte fortuna uomis excidisset ab aratro, sublatū aptauit manui, uice mallei. Quod ubi cōspexisset pater, iuuenē produxit in Olympia, ad pugilū certamē, uerū ubi iam artis imperitus, plagis afflictus pene deficeret, pater acclamauit, παῖε τὸ ἐπ' ἀρόρου admonens, ut uomerem impingeret, quem inter arandum sustulerat. Hac uoce redijt animus iuueni, uicitq̃.

Summis ingredi pedibus.

LXVI

Qui clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conanē aliquid, summis pedibus ingredi dicunt. Græci iucūdius efferunt aduerbio cōposito, ἀροποδοῖτι. Idem ualent illa, Suspenso gradu, & suspensis pedibus. Tractū a gestu, eorum, qui sic ingrediuntur, ut strepitū, pedum nemo sentiat, aut qui uiaē diffili, cautim & leuiter figunt uestigia.

Cœlum digito attingere.

LXVII

Prouerbiali nimirū hyperbole, digito cœlum attingere, dicuntur, qui longe supra mortalium cōditionē, ac Dijs proximi esse uident. M. Tullius ad Atticū libro secūdo, Nostri autē princeps digito se cœlum putant attingere, si nulli barbati in piscinis sint, qui ad manū accedāt. Cognatum illi, quod alias ex eodē retulimus, in cœlo esse. Ad consimilē modū Horatius, Quod si me lyricis uatibus inseris, Sublimi feriam sidera uertice. Corinthiari.

LXVIII

κορινθιάζειος. Veteres uulgato ioco dicebant, eos, qui scortationibus, ac lustris indulgerēt, qui uel enociniū exercerēt, qui quæstus hodie nusq̃ uberior, q̃ apud Venetos. Sumptū est a metricibus Corinthienibus, de quibus suo loco dictū est. Meminit huius Stephanus de urbibus Aristophanis allegans Cocalum.

Si tanti uitrum, quanti margaritum?

LXIX

Diuus Hieronymus in epistola quadā ad Demetriadem uirginē. Solent miseri parētes & nō plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos nō inueniunt, uirginitati tradere, si tanti, ut dicitur, uitrū, quanti margaritū? Vtitur eodē cōplurculis alibi locis. Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabat. Inter gēmas prima laus olim fuit unionibus, uitrum uilissimū, & tamē gēmas nō nihil imitat, Si tanto studio curas, ut uiuat corp⁹, q̃ est dāda opa, quo uiuat animus? Si nihil nō facis, quo placeas homini principi, quāto magis enitendū, ut placeas principi deo? Si tantis sudoribus parant opes peritura, uel usu, uel furto, cur nō magis incūbim⁹, ut cœlestes opes accumulēmus? In his & huiusmodi locus erit puerbio.

Hæret in uado.

LXX

Diuus Ambrosius in cōmentarijs, quos edidit in euangelij Luca, nō inelegans usurpauit adagium, significans Christi genealogiā, quæ diuerse ferat ab euangelistis explicari nō posse. In abruptū, inquit, disputationis uenimus, Hæremus in uado, Metaphora nimirū a nauigio ducta, quod uado illisum, frustra circumagit, neq̃ cursum institutum tenere potest, id, quod enit ijs, qui incidūt in syrtes, aut in salebras. Ad hūc em̄ modū effert prouerbij. M. Tullius lib. de finibus bonorū q̃nto, Venit ad extremū, hæret in salebra. Rursum alias, eodē in opere, Hic si definire, si diuidere potuisset, Si loquēdi uim, Si deniq̃ consuetudinē teneret, nunq̃ in tantas salebras incidisset. Sunt autē Salebræ fluminū aut uiarū obstacula a saltu dictæ.

In culmo arare.

LXXI

ἐπι καλάμῳ ἀροῦν. i. In stipula arare, dicunt, qui labore nūquā intermisso uim mentis exhauriunt, aut qui nūq̃ desunt ab amicis petere, quod dent. Sumpta metaphora a nimium auidis agricolis, qui segetē nō patiunt unq̃ interquiescere, sed assidua cultura, succum omnē soli exhauriunt, statim a messe, nouā ingredientes sementē. Suidas citat ex Lysia.

Taciturnior Pythagoreis.

LXXII

σιωπηλώτερος ἔσομαι τῶν πυθαγόρα τελεδέντων. i. Taciturnior ero, q̃ n̄ qui Pythagoræ sūt initiati. De uehementer taciturnis usurpari solet. Sumptū a Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicebatur auditoribus, quam ἐχεμυθία uocant, a cohibendo sermone. Suidas prouerbij titulo refert.

Attagenæ nouiluniū.

LXXIII

Ἀττάγης νομηνία. i. Attagenæ nouiluniū. Refert a Suida, nec explicat, nisi quod e diuersis locis haud difficile cōiectura colligi pōt, dictū fuisse, in turbā abiectorū & seruiliū hominū. Sig dē Attagen auis est, palustris, uersicolorib⁹ plumarū maculis distincta, unde seruū hominē stigmaticū, & cui tergū ob plagarū uibices, uarijs pūctis esset picturatū Attegenā uocabāt. Porro ad nouā lunā, sic enim Græci uocant initiū mensis, cū Calendas nō habeant, & serui distrahebant apud Athenienses, & militū delectus agebatur.

Ingens interuallum.

LXXIII

Ff

M. Tullius epistolarū ad Atticū, senarios hos ceu puerbiales usurpat, πολλὰ δὲ ἐπιμειψαίω φ
 νότος κυλίνας κύματα εὐρείας ἀλός, i. Multas at undas, uoluit in medio notus, Vasti maris, signifi-
 cās illū pcul abesse. Licet huc quoq; torquere, ut significes ré adhuc pcul abesse a periculo.

Viuus, uidensq;.

LXXV

Quod in Eunucho dixit Terētius, Viuus, uidēsq; pereō. Id. M. Tullius indicat puerbiali fi-
 gura dictū esse. Sic em scribit in oratiōe, p. P. Sextio, Ille Cyprius miser, q; semp socius, semper
 amicus fuit, de quo nūq; ulla suspitio durior ad senatū, aut impatores nostros allata est, uiuus,
 ut aiūt, & uidēs est, cū uictu suo, ac uestitu publicatus, Vsurpat aliquot locis & diu⁹ Hierony-
 mus. Quin illud quoq; cū uictu suo ac uestitu prouerbiū sapit.

Præstat habere acerbos.

LXXVI

M. Tullius in dialogo de amicitia. Scitū est enim illud prouerbiū Catonis, Multo meli⁹ de
 q;busdā acerbos inimicos mereri, q; eos amicos, qui dulces uideant. Equidē ut præclaram esse
 sententiā fateor, ita puerbiū esse negauerim. Primū quod nullam omnino puerbii specie præ-
 se ferat, deinde quod puerbia uulgi sunt, nō huius aut illius. Vnde legendū arbitror, Scitum
 est enim illud Catonis, aut illud uerbū Catonis. Tamē adscribēdū putauimus, ne q; indiligē-
 tia prætermissum existimaret.

Columnas rumpere.

LXXVII

Aelianus pdidit in Samo quōdā fuisse animalia uasta magnitudine, Neades uocant, quo-
 rū uoce terra rūperet. Vnde puerbiū natū in clamorosos & improbe loquaces, ut postes & co-
 lumnas dicant rumpere. Vtus est eo Vergilius in Filistum rabulam & obtrectatorē. Item lu-
 uenalis. Frontonis Platani cōuulsaq; marmora clamant.

Leporis uita

LXXVIII

Λαγῶνος βίον ζῆμι. Leporis uitā uiuere dicunt, q; sp anxij, trepidiq; uiuūt. Quod id animal om-
 niū prædæ expositū, ne somnū quidē capit, nisi oculis apertis. Demosthenes in Aeschinē. λα-
 γῶ βίον ἔχει δειδῶς καὶ τρέμων καὶ αἰεὶ πλῆγῆσσι προσδοκῶν. i. Leporis uitā uiuebas, timēs ac tre-
 mēs, ac semp expectans, ut uapulares. Vtus est & Plutarchus in libello, περὶ φιλοπλουτίας, quē
 pridē latinū reddidimus.

Victi nō audent hiscere.

LXXIX

Νικώμενοι ἀνδρες τῆ ἀγρυξία δειδνται. i. Qui uincunt silentio uincti sunt. Plutarchus in libello,
 cui titulus, Quo pacto quis utilitatē capere possit ex inimicis, citat ex Pindaro. Cōuenit cum
 illo, quod alibi retulimus. Quid, nisi dolor uictis? Est autē uerbū perq; elegans ἀγρυξία, ubi q; nō
 audet hiscere, a uerbo ἀγρύξω, de quo nō semel dictum est.

Thersitæ facies.

LXXX

Θερσίταρον βλέμμα. i. Thersitica facies. De pdigiose deformi dici solitū, quod Homerus scri-
 pserit hunc omniū, qui ad Troiam uenissent foedissimū fuisse. Ac totū hominē a capite, quod
 aiūt, usq; ad pedes ita graphice depingit, & corporis uitia, & animi morbos, ut dicas, pessimū
 ingeniū in domicilio, se digno habitasse. Locus apud Homerū est Iliados libro secūdo, noti-
 or, q; ut hic referat adducere, Adagij mentionē fecit Suida.

Picifer.

LXXXI

κίττοφόρος. i. Picifer. Vulgare cōuitiū uidet, in hominē infimū & despiciatissimā fortis. Siqui
 dem Demosthenes in oratiōe p Ctesiphonte dicit Aechinē hoc nomine ab aniculis compel-
 latū, quēadmodū & λικνοφόρον, quod picas & uannos capite baiularet. Nā his in mysterijs Bac-
 chanalibus utebant, quod ea auis sacra sit Baccho. Et uannus in omibus mysterijs adhibeba-
 tur. Vnde Maro. Et mystica uannus lacchi.

In numerato.

LXXXII

In numerato habere. Si ad animi rē trāsferat, puerbii rationē habuerit, uelut Octauius Au-
 gustus pnūciauit de Vintio oratore, quod ingeniū in numerato haberet, propterea, quod in
 causis agēdis ingenio esset præsentissimo, & quicqd alijs præstaret diutina cogitatio, id illi pri-
 ma statim animi intētio daret. Sumptū est ab ijs, q; res suas ad certissimū calculū redegerunt,
 hoc est, ad pecuniā numeratā.

Quantū habet.

LXXXIII

Quantū habet quisq; tanti fit. Quod scripsit Iuuenalis, Nil satis est, inquit, quia tanti quantū
 habeas, sis, non recenluissem inter puerbia, ne quis clamitaret, me sentētias collegisse, nō ada-
 gia, nisi diuus Augustinus in lib. de disciplina Christiana nominatim puerbii titulo citasset.
 Vnde & illud prouerbiū, inquit, Quantū habebis, tantus eris.

Imis ceris eradere.

LXXXIII

Imis ceris eradere, p eo, quod est delere penitus, sic ut nullum oīno memoriæ pristina uesti-
 giū extet. Sumptū ab ijs, q; in ceratis scriptitant tabulis, His mos est ita nōnūq; uersum stilum
 p limum aquor ceræ ducere, ut qualiacūq; tamē prioris scripturæ remaneāt uestigia. Aliquo-
 ties funditus

ties funditus delent. Diuus Hieronymus ad Chryfogonū. Ita nostræ es necessitudinis penit' oblitus, ut illam epistolā, quā in corde Christianorū scriptā Apostolus refert, nō parua litura, sed imis, ut aiūt, ceris, eraseris. Cōueniet in pfundā obliuionē, uel amicorū, uel pristinae fortunæ, uel siqd est simile.

Macilenta manu pinguem pedem,

LXXXV

Hesiodus in opere, quod inscripsit, Opa & dies, uelut ænigmate quodā explicuit paup'tatē, λεπτή δὲ παχὺν πόδα χερὶ πιέζοις. i. Gracili autē manu pinguem pedem premas, Manus em gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Carmē sic habet, μίση κακοῦ χειμῶνος ἀμνηχανίη κατὰ μάστιγην σὺν πενήτη, λεπτή δὲ παχὺν πόδα χερὶ πιέζοις. i. Ne te deprendāt inopem mala tēpora brumæ Atq; pedem premere incipiat manus arida pinguem. Venustius erit, si longius trāsterať ad uiaticū parandū senectuti, aut similia.

Nō semper erit æstas,

LXXXVI

Ad eū ferme sensum p'tinet & illud ex codē libro, οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσθ' ἡ ποιῆσθε καλιὰς. i. Aestas nō semp fuerit, cōponite nidos. Non semp uirebit ætas, para, quo se recipiat senectus. Aut nō semp erit p'spera fortuna, munias animū philosophiæ decretis, quo fortunā aduersam possit cōtēnere.

Cum exossis suū rodit pedem.

LXXXVII

Cōsimili figura significauit egestatē in codē opere. ὁ ἀνόστος ὄμ πόδα τένδ' ἰ. Cū exossis si ū rodit pedē. Exossem uocat Polypū, quod ossibus careat. Is creditus est nonnullis sua brachia rodere, cū deest cibus. Est enim edacissimus, q̄q̄ Plinius existimat id illi accidere a cōchis, uerum, præcisa renalci credit, quemadmodū caudas lacertis.

Centum plaustrī trabes.

LXXXVIII

Tam simile est puerbīo, q̄ est ouū ouo, quod scripsit Hesiodus in opere cui titulus, ἔργα ἐπιμέραι ἑκατόμ δ' ἐπε δούραθ' ἀμάξῃς. i. Centū autē lignis plaustrū cōpingit unū. Eo tēpestiuiter uremur, cū significabimus id, quod a nobis petit, magno cōstare. Facile em alienis utimur, nō expēdentes, quāti illi cōstiterint. Carmē Hesiodi sic habet, ρηϊδ' ἴομ γ' ἔπος ἐπιῆμ, βοὲ δ' ἐς καὶ ἄμαξην ρηϊδ' ἴομ δ' ἀπανήσαδ', πᾶρα δ' ἔργα βόεσσι φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνὸς πῆξαδ' ἄμαξην νήπιος, οὐδὲ τὸ γ' οἶδ' ἑκατόμ δ' ἐπε δούραθ' ἀμάξῃς. i. Nā dictu est p'liue, dato plaustrūq; bouesq; At p'liue negare, sed en tauris labor instat Cogitat ast, animo diues, compingere plaustrum Stultus, & haud nouit, centum id cōpactile lignis.

Araneas enjcere.

LXXXIX

Habet illud quoq; puerbīi specie, quod est apud eundē in eodē opere. ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσῃαι ἀράχνια. i. Vasis enjcias, quas nectit aranea telas. Sic enim significāt inanitatē & inopiā etiā hodie. Ad eundē modū Catullus, Nam tui Catulli, plenus sacculus est aranearū. Quo dicto nūc nihil est uulgo uulgatius.

Muris circumcurrētibus.

XC

τῶν τοίχων περιτρεχόντων. i. Parietibus circumcurrētibus. Plutarchus in Symposiacis Decade septima, problemate quinto, indicat muliebri fuisse prouerbium, quo secretū significabant, muris uidelicet testes & arbitros arcantibus. At bonorū uirorum huiusmodi uoluptates etiam, ac lusus ait oportet esse, ut nihil egeat uallo parietū. Licebit uti, cū significabimus aliquid alii monstri, & ob id captari secretū.

κερασόλος.

XCI

In eodē opere, pblemate secūdo docet homines præfractos, & asperis moribus, & intractabiles κερασόλους uocari solitos, quā uocē haud satis cōmode uerteris latine. Sumptā autē metaphorā ab agricolis, apud quos semina quæ prius q̄ in terrā decidant, incidāt in cornua boum, κερασόλα dicant, παρὰ τὸ εἰς κέρατα βάλλεσθ'. Hæc aiūt, puenire cæteris multo duriora, unde & ὑπεράμυνα uocant Qui scripsit etymologicon indicat hanc uocē semel duntaxat usurpatā a Platone, sumptāq; a leguminibus, quæ nec igni, nec aqua mollescant, cuiusmodi quædā uidemus admixta leguminibus minuta, nigraq; Porro cur id accidat, ut semina quæ in cornua bouū impegerint, aut nō pueniāt, aut pueniāt sicciora, durioraq; Plutarchus hanc adfert causam, quod ea, quæ a manu calida statim excepta terra fouent, magis adiuant calore, qui seminibus est amicus. At quæ in cornua incidāt, plecta magis uident, q̄ seminata, & mora frigus colligūt.

Respublica uirum docet.

XCII

πόλις ἀνδρα δ' ἰδάσκει. i. Respublica uirū docet. Significat neminē ad rē gerēdā idoneū esse posse, nisi qui sit usu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide. Quātūlibet diu uersatus in agro, nō fies idoneus administrandæ reipublicæ, nisi uixeris in foro in curia.

Faber cum sis.

XCIII

Plutarchus in præceptis ciuilibus. Senariū hūc, haud dubie puerbīalē, ex Euripide citat, τὸ ἐπιτῶν γ' ὄμ, οὐκ ἔπραττες ξυλουργικὰ. i. Cū sis faber, opera haud facis fabrilia. Cōgruet in eū, q̄ ten

Ff 2

tat ad quæ

rat, ad quæ nō est idoneus, uel ob imperitiã, uel ob naturã alienã, ueluti siq̃ infans & ad p̃suadendũ incptus, suscipiat legationẽ, aut indiligens disp̃let rē domesticã, aut senex, siue inualidus militiam capebat, si uenetur sacerdos, Rhetoricẽ Scotista. Iam dudũ & illud Horatianũ celsit in prouerbiũ, quod hinc imitatũ uideĩ, Tractant fabrilia fabri.

Aquam igni miscere.

XCIII

Inter puerbia, quibus ἀδύνατον significamus referẽdũ & illud, πῦρ ὕδατι μιγνύναι. i. Ignẽ aquæ miscere. Plutarchus in libello, cui titulũ fecit, περὶ πρώτου Ἰουλιου, adducit hui⁹ puerbii testimoniu. studens, pbare, aquæ ppriũ esse frigiditatem, potius q̃ aeris. Pugnat aut̃ utraq̃ qualitate ignis cũ aqua, quippe calidus & siccus, cũ humida & frigida. Narrat eodẽ in loco, morẽ fuisse apud Persas, ut supplex in fluuiũ descēderet, ignẽ gestans, minitans nĩ consequerẽ quæ petebat, se ignẽ missurũ in aquã. Atq̃ ad eũ modũ impetrabat quidẽ, quæ rogabat, sed multabat, quod minatus esset se facturũ id, quod esset cõtra rerũ naturã. Nã aqua hostis est ignis, eumq̃ semp̃ extinguit. Id supplicandi genus apud barbaros maximũ habebat, & in quo nō esset fas reculare, qđ petebat.

Velut e specula.

XCIV

ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς. i. Velut e specula. Similitudo puerbialis, cũ quis rem uelut oculis subiectã, totam undiq̃ cõtemplat. Siquidẽ ex alto cõmodissime spectant̃ omnia, p̃pterea quod nihil obstat, quod impediatur p̃spectũ. Vtitur Plutarchus in libello, cui titulus, De Rhomanorũ fortuna.

Velut in crathere.

XCVI

ὡς ἐν κρατῆρι φιλοτισίῳ. i. Velut in crathere philotesio. Prouerbialis & hæc collatio, qua si gnificabimus res antea turbulentas cõponi, sedariq̃, & prius inter sese inimicos in gratiã redigi. Dicitur autẽ, crater philotesius, quẽ in cõuiujs porrigunt alius aliĩ, ceu amicitiaẽ symbolũ, ac pignus. Veluti qui filiam alicui desponderet, futuro genero praelibans, φιλοτισίῳ κρατῆρα, porrigebat. Scythæ quoq̃ amicitias, quarũ sunt pertinacissimi, crathere cõciliabant, ut testat in Toxaride Lucianus

Sero uenisti.

XCVII

ὁψῆλθε. i. Sero uenisti. Competit in eos, qui post rempus rem aliquam aggrediunt̃, ueluti, si iam ætatis uitio frigidus, uxore paret ducere, aut grandior literas addiscere. Natũ ex oraculo, quod Pythia uates edidit cuidã cõsultenti, num deberet ad rempublicã tractandã accedere. ὁψέμῃ ἤλθε ἀρχὴν ἑθιμαγωγίᾳ ἀνδράμευ, καὶ παύσασα στρατηγίου κόπης θύραμ. i. Sero uenisti me de principatu, & reipublicæ administratione cõsulens, & alieno tẽpore militia pulsas ianuas. Meminit Plutarchus in cõmentario, cui titulus, εἰ πρὸς ὑτέρῳ πολιτευέομαι.

Prius antidotum, q̃ uenenũ.

XCVIII

Diuus Hieronymus aduersus Rufinũ respondens, quomodo corũ præfationes librorum, quos nescias, accuses, quæ quodã uaticinio futuræ calumniaẽ respõderũt, implentes puerbiũ, Prius antidotũ, q̃ uenenũ, subaudi, adhibes. Conueniet uti, quoties aliquis se purgat anteq̃ accuseĩ. Antidotus em̃ aduersus uenena datur. Hanc nemo sumit, nisi gustato ueneno. Quãtũ sunt, qui se præmuniant antidotis, ne noccat, si fors contingat sumere toxicum, quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.

Statua Taciturnior.

XCIX

His etiã temporibus in puerbio est, Statua taciturnior. In hominẽ uehemẽter infantem, ac tacitũ. Vius est hac hyperbole Horatius in epistola ad Iulinũ Florũ, Statua taciturnius exit, plerũq̃, & risu populũ quatit. Itidem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctũ, Mercurij statuæ similem facit, truncosq̃ simillimus Hermæ.

Hoc noueram priusq̃.

C

Plutarchus in libello, cui titulus, Philosophũ maxime debere disputare cũ principibus, irridens eos, qui duplicẽ facerẽt philosophiaẽ rationem, alteram in affectibus sitam, quæ a Mercurio Hegemone. i. ductore, pficisceret, alteram in efferẽdo positã, quã Diactorus Mercurius. i. nuncius largireĩ, ἐλώμῃ ἔστω, inquit, καὶ ὑποπιπέτω τῷ τουτοῖ μὲν ἡδὲν πρὶν θεόγνιμ γεγονέναι. i. Friuolum & obsoletũ est, cõiungaturq̃ cũ illo, Hoc nouerã anteq̃ Theognis natus est. Vsurpat idẽ in eandẽ sententiam in libello, cui titulus, περὶ τοῦ μὴ γῆμῃ ἐμμετρεῖν ὑμῶν τῆς πύθιας, citans e Comico quopiam. Aulus Gellius libro primo Noctiũ Atticarũ, capite tertio, citat ex Lucilio. Cõtra patriã, inquit Cicero, arma p̃ amico sumenda non sunt. Hoc p̃fecto nemo ignorauit, & priusq̃ Theognis, ut Lucilius ait, nascerẽt. Nō est dubitandũ, quin hic senarij sit puerbialis, quo refrigidam

frigidā & ineptā significabāt. Apparet sumptū a Theognide Tragœdiarū scriptore, quē frigidissimū fuisse testat Suidas, & ni fallor memoria, Plato. Nā fuit huius nominis alter quoq̃, cuius extant sententiæ.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA QVARTA.

Phocensium desperatio.

I

ἠκέωρ ἀπόνοια, siue φωκικὴ ἀπόνοια. i. Phocensium desperatio, de stultis & infanis cōsilijs dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho Cheronē si conijcere licet dici solitum, ubi desperatis rebus ad extrema consilia ueniretur. Natum est autem ex euentu huiusmodi, Atrox odium, & irreconciliabilis similtas, atq̃ ut Plutarchi dicā uerbis, ἄσπονδοι πόλεμοι erat inter Thesfalos & Phocenses, quod hi primores illorum, in suis urbibus, ad unum omnes eodem die trucidassent, illi uicissim illorum obsides ducentos quinquaginta in crucem sustulissent. Deinde Thesfali contractis omnibus copijs, per Locrenses irruerunt, edicto promulgato, ne cuiq̃ prouectioris aetatis parceretur, pueri cum mulieribus in seruitutem abducerent. Daiphantus itaq̃, qui fuit uuus e tribus, quibus Phocensium res erat cōmissa, suavit ut uiri quidem Thesfalos obuiam irent, cum illis conflicturi, cæterum mulieres una cum liberis, ex uniuersa Phocide congregatas, in uno quopiam loco seponerent, congesta ingenti lignorum materia, & adhibitis custodibus mandarent, ut simulac intellexissent, sese uictos in prælio, continuo pueros & uxores, iniecto igni, exurerent. Id reliquis comprobantibus, exurgēs quidam negauit æquum fieri, ni cōsiliū hoc, uxorū quoq̃ suffragijs comprobatum fuisset. Quod si non placeret, non esse cogendas. Itaq̃ mulieres, ubi rem cognouissent, ipæ inter se habito consilio Daiphantum collaudarunt, qui rectissime consuluisse Phocensium rebus. Eadem autem uideri & uxoribus & liberis illorum. His ita peractis, congressi cum Thesfalos Phocenses, superiores extiterunt. Ac decretum quidem illud Græci Phocensium desperatorem appellarunt, quod etiam si feliciter cessisset, tamen temerarium, parumq̃ cordatum uideretur. Huiusmodi ferme Plutarchus. Haud me fugit huius adagionis alio quoq̃ loco nobis factam mentionem. Cæterum quoniam forte mihi succurrit quiddam hac de re compertius iam excusis superioribus, mei candoris esse uisum est, hoc quoq̃ lectorem impertire.

Suspensa manu.

II

Plinius in epistolarum libro sexto, *Suspensa manu*, dixit pro eo, quod est leuiter, parumq̃ accurate. Tu uero, inquit, non debes suspensa manu cōmendare mihi, quos tuendos putas.

Extremum occupet scabies.

III

Olim pueri cursu certantes, clamare solebant, *Occupet extremum scabies*, adhortātes hac uoce singulos ad cursum, ac male precātes ei, qui fuerit omnium postremus. Id deductum est in adagium, quo utebantur, qui significarent sese, quocunq̃ modo uelle uincere, neq̃ cōmissuros, ut inter postremos sint. Ita qui per fas nefasq̃ rem augent, ne nō sint inter optimates, qui malis artibus emergunt ad magistratus, qui rationibus quibuslibet, ampla uenantur sacerdotia, possunt alio uocanti respondere, *Extremum occupet scabies*. Quanc̃ nihil uetat, quo minus in bonam partem detorqueamus, ut si qui summis uiribus adnititur, ne ab æqualibus, eruditioe, aut recte factis, aut officijs ab amico superetur, dicat, *Occupet extremum scabies*. Hoc igitur prouerbiū pueris acceptum ferimus, quemadmodū & illud, πῶν ἢ σαυτὸν ἔλα. Et Euāgelicum hoc, *Cecinimus uobis, & nō saluastis*. Uisus est Horatius in arte poetica, *Occupet extremum scabies*, mihi turpe relinqui est. Originem Acron indicat.

Ἡμυρόκοιτοι.

III

Vulgari ioco fures dicti uidentur Ἡμυρόκοιτοι, quod interdium dormiant, noctu uigilent. Sic em̃ Heliodus in operibus ac diebus, μήποτε ὁ Ἡμυρόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χιμήμαθ' ἔληται. i. Ne solitus dormire die tua tollere possit. Apte torquebitur in tollionem & furacem.

In omnia potentes.

V

In eos, qui plurimum possunt uel nocere, uel prodesse, quadrabit illud Hesiodi, ἐν τοῖς κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν τε κακῶν τε. id est, Est em̃ in his pariter sita summa boniq̃ maliq̃. Quod quidem a poeta de Dijs dictum est. Accommodare licebit, uel in hominē cuius sūma sit auiditas, uel in rem, quæ plurimū habeat momēti, ueluti in principē, aut uehemēter gratiosū, siue

Ff 3 in pecunia

in pecuniam per locum, uel in literas & uirtutes scrio.

Ne uni naui facultates.

Quin illud etiã ad puerbiorũ classẽ, si lógi⁹ desleat, referẽdũ uideĩ, qđ est in eodẽ ope
μηδ' ἐπι νηυσὶν ἄπορωτα βίον κοίλῃσι τίθει. i. Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mandes. Ne
 quid aggrediaris, in quo sint uniuersa periclitanda. Non omnis statim alea iacienda est.

Vrit absq; torre.

Versum hunc ceu prouerbialẽ subinde Plutarchus usurpat, εὐχ' ἄτερ δαλοῖο κῆ ὠμῶ γήραϊ δῶ-
 κερ. i. Exurit sine torre, grauiq; dat illa senectæ. Nempe uxor improba, quæ moribus suis seniũ
 uiro prematurũ cõciliat, idẽ lepide transfereĩ ad auariciã, ad ambitionẽ, ad inuidiã, amorẽ ob
 scõnũ, similiaq; animi uitia, quibus obnoxij torquent & contabescunt.

Adhuc cœlum uoluitur.

Quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondũ omne tempus quod melioris for
 tunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Cõueniet illud Theocriticum ex Charitibus
οὐτῶ μιλῶας ἄνωρ ἕκαμ' ὄψεσθε, οὐδ' ἐνίαυτοῦς. i. Nondũ lassatũ est, uoluẽdis mēlibus anni Cœlum.

Multæ rotæ uoluentur.

Prouerbialiter extulit, & ad eandẽ p̄inct sentētiã, quod p̄xime cõsequit̄, πολλοὶ κινήσου-
 σιν ἐτι ξοχὸν ἄρματ' ἵπποι. i. Per multis uoluetur adhuc rota mota caballis. i. Multũ adhuc tẽ
 poris restat, multæq; rerũ incident mutationes. Quod quidẽ adagiũ & hodie nostrati uulgo
 in ore est.

Ne nomen quidem.

Prouerbiali figura dictũ est & illud in eadem Egloga, βοῶς δ' ἐτι μὴδ' ὄνομα ἔικ. i. Vtcrius nec
 nomẽ erit belli atq; tumultus. Itidem Paulus ad Ephesios, Fornicatio autẽ & ois imũdicia, aut
 auaricia, nec nominetur in uobis. Quid enim? Ita ne scelus est nominare auariciã, aut libidi
 nẽ? Non opinor, sed Apostolus ut grauius uitia detestareĩ, usus est hypbole prouerbiali.

Ceruus canes trahit.

Inter adagia quibus ἀδῶα κτ. seu p̄æposterum quippiã significamus adnumerandum &
 illud quod est apud Theocritum in Thyrside, τοὺς κῶαας ὀ ἔλαφος ἔλκει. i. Canes ceruus trahit.
 P̄æposterum enim est, ut ceruus uenetur canes. Carmen Theocriti sic habet, δάφνης ἐπεὶ δνῆ-
 σκα, τῶς κῶαας ὠλεφ' ἔλκοι. i. Postq; Daphnis obit, ceruus trahat ipse molossos.

Bubo canit Lulcinia.

Item illud, quod proxime consequitur, κῆξ ὄρειν πῖ σικῶπει, ἀκρόσι γαρήσαντο. i. Buboq; mon
 tanus philomenis occinat ipsis, cum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere
 doctissimũ.

Ne uidit quidem oleum.

Egloga cui titulus νομῆς, scatet prouerbialibus sentētijs, ac figuris. quarum de numero pri
 mum est illud, κῆλ τῶκα τῶν ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη. i. Et quando ille oculis, oleum cõ
 spexerat unq; Conueniet in eos, qui sunt artis alicuius prorsus rudes & imperiti. Veluti siqs
 profiteatur rem medicam, qui nunq; didicerit quicq; illius artis, uenuste notabitur hoc uerbu
κῆλ τῶκα τῶν ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη. Vngebantur enim athletæ, quo membris euade
 rent durioribus.

Et me mater &c.

Item illud, quod in eadẽ sequitur, κῆμ' ἔφαθ' ἅ μάτηρ πλυδ' ἐν κέ. ἢ μὲν ἀμείνω. i. Me quoq; pol
 lucem mea mater uincere dixit. Cum quis antepositur, aut æquatur, ijs, cũ quibus nullo mo
 do conferendus est. Matres enim amore cæcutiunt in filios, & formosissimos putãt, qui sunt
 deformes, fortissimos, qui sunt ignauissimi. Porro pollux pugil optimus fuisse creditur.

Suade lupis ut insaniant.

Rursus in eadem, πέσαι τοι μίλων καὶ τῶς λύκως ἀντίκα λυσῶμ. i. Hoc quoq; Milo lupos mox
 persuadeto rabire. Vbi quis animũ inducit, ad rem stultissimã, quam non aggredretur, nisi in
 sanus. Nam lupi insaniant, uel sua sponte, ueluti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem, cũ
 plus fatis seuiat suo pte ingenio.

Rore pascitur.

In hominem p̄ætenui corpore, quadrabit illud ex eodem Idyllio, quod dictum est in uitu
 lam macram, μη πρῶκας σιτίξει ὡσσορ ὀ τίτηξ. i. Rore ne uiuit more cicadæ. Vnustius erit, si trã
 feratur ad ingenium, siue stilum ieiunum & aridum. Aut per ironiam, in hominem uehemẽ
 ter obeso corpore.

Tuam ipsius terram calcas.

XVII
 Cũ iubebi

Cum iubeamus cuiquam, ut in suo loco se cōtineat, neq; se recipiat in nostra, quadrabit illud, τῶν σαυτοῦ πατέωρ ἔχε τὰς δούρας. i. Quin propria calcans terrā, querceta teneto. Conueniet ubi parum fidemus alicui, nec uolumus in domesticam recipere consuetudinem.

Nibil simile.

Ad iniquam comparationē significandum ualebit illud ex eodem, ἀλλ' οὐ σὺμβλατ' ἔστι κωϊόσσα Ἰσοῦδ' ἀνεμώνη πρὸς ῥόδα. i. Immo res est stulta Cynosbaton aut Anemonam Composuisse rosis. Cynosbatus Græcis sonat canis rubum, est fruticis genus, sed rosæ genus producit, sed cōtemptum, minimeq; grati odoris. Anemonam Dioscorides papaueris speciē facere uidetur.

Pica certat cum Lucinia.

Item illud eiusdem, οὐ δεμίτην λάκωρ ποτ' ἀπόδ' ἀ κί' αὐτὰς ἐρίσ' ἐμ. i. Haud fas est, picas contendere cum Philomena. Pica molestæ garrulitatis est, Luscinia summe musica.

Non omnis fert omnia tellus.

Vt Vergilianum illud, Non omnis fert omnia tellus, prouerbiū erit, si traducañ ad diuersas ingenij dotes, aut non quiduis a quouis esse petendum. Ita prouerbiij rationem habebit illud Theocriticū, ex Cyclope, ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεθ', τὰ δ' ἡ γίνετη ἐν χαμῶνι. i. Illa quidem pducit hyems, illa educat æstas. Cum significabimus aliud agendum iuueni, aliud seni, alijs atq; alijs temporibus, diuersis moribus utendum.

Dum uirent genua.

Nec illud caret prouerbiij specie, quod est apud eundem in Thyonicho, ποιεῖν ἔδ' οἷς γόνυ χλωρῶν. i. Facere quippiam oportet, quibus genu uiride. Studendum bonis literis, dum adhuc uiget ingenij. Ducenda est uxor, sed iuueni. Consimilē admodū Horatius, Dumq; uirent genua, & decet obducta soluatur fronte senectus. Quāq; hæc ipsa figura, genu uiret, prouerbia- lis est, quoties iuuentutem significamus.

Neq; pessimus, neq; primus.

Mediocritatem hoc pacto significare licebit, οὐτε κακῖςθ' οὐτε πρῶτθ'. i. Neq; pessimus, neq; primus. Lepidius fiet, si ad ingenij laudē trāsserañ. Nā apud Theocritū de militia dictū est.

Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem.

In curiosos, & quid quisq; domi faciat peruestigantes conueniet illud ex Syracusanis, πάντα γυνῶνες ἴσασι ἢ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' ἠέλω. i. Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud Iunonē, quo pacto duxit Iupiter olim.

Vbi paueris impera.

In eadem Egloga, πρῶτό μοιθ' ἐπίτασσ. i. Præcipito postq; fatiaueris esca. Ad eundem respondent mulieres cuiquam obiurganti, quod loquaciores essent, & silentium imperanti. Cōueniet, ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritum.

Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.

Quod scriptū est in ludicro Senecæ, puerbiij speciē habet. Intellexit, inq; neminē parē sibi Romæ fuisse, illicq; nō habere se idē gratiæ, Gallum in suo sterquilinio plurimū posse. Allusit ad Claudiū impatorē Lugduni natū. Hodieq; de cane uulgo dicūt, cū in suo sterquilinio plurimū audere. In alieno timidiores sumus oēs, in suo quisq; regno ferocior est, & animosior.

Isthmum perfodere.

Isthmū pfodere dicebant, q magno quidē conatu, sed irritō molirent aliqd. Ductū ab Isthmo Corinthiaco, q in longū porrectus efficiebat, ut naues longo & ancipiti ambitu circūagerent. Vnde complures illum adorti sunt qua erat angustissimus pfodere, nempe Demetrius rex, dictator Cæsar. C. principes, Domitius Nero, infausto ut oim patuit exitu, incepto. Autor Plinius libro quarto, capite quarto. Philostratus in uita Apollonij, negat Neronē destitisse uitam opis difficultate, sed quod timeret ne admissum mare, periturā Aeginā portederet, aut res nouas in imperio Romano coorituras, nam id prædixerant Aegyptij uates.

Lingere salem.

Olim tenuis fortunæ hoibus sal pulmētarij uice fuit, uti nūc qbusdā est acetū. Quæ res & in puerbiū abiit, tæetsi nō satis liquet cuiusmodi id fuerit. Sed præstiterit ipsius Plinij uerba sup hac re subscribere, ex libro trigesimo primo. Varro inq; ueteres etiā pulmētarij uice usos autor est. Esitasse em salē cū pane & caseo, ut puerbio apparet. Persius in satyra qnta. Iura, sed Iupiter audiet, heu heu Vare regustatū digito terebrare salinū. Cōrentus pages, si uiuere cū Ioue tendis. Hoc est, uitā ages pauprimā.

Sellissare.

Σελλίσσ' ἴσ' ἄρ' puerbiali ioco dicebāt, gloriosi, saltuq; pturgidi. Suidas admonet sūptū a morib' Sellii cuiuspiam

Selli cuiuspiā, qui cū re esset per̄tenui, tamē affectabat haberi diues. Torqueri poterit & in eos, qui se doctrinā iactitant ac uenditant opinione, cum a literis sint alieni.

Cecidis & Buphonorum.

XXIX

τὰ κηκέδ' & κηβ' βυφονίωμ. i. Cecidis & Buphonorū de re magnopere prisca, & ob uetustatē iam pridē obsoleta defuetaq;. Aristophanes in Nebulis, ἀρχαῖα δὲ ἢ δὴ πελώδι, καὶ τετρίωμ ἀνάμμεσα, ἢ κηκέδ' & ἢ βυφονίωμ. i. Prisca hæc sane atq; obsita canis, nec non oppleta cicadis, ac Cecide cū Buphonijs. Siquidē Cecides peruetustus quispiā Dithyramborū poeta fuit, cuius scripta ita situm olebant, unde in iocum uulgarem abierunt. Quemadmodū iure ridentur hodie, qui immodica & intempestiua affectatiōe uetustatis, e duodecim tabulis, ex Ennio Lucilioq; perunt sermonem. Perinde quasi cum Euandri matre loquantur, nec ullum uerbum elegās esse putant, nisi quod sit ab usu uulgi, & a nostro sæculo procul remotum. Item Buphonia festum quoddam erat apud Athenienses, ob uetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum a cæde boum. Huiusmodi ludos adhuc durare uidem⁹ apud Italos, præcipue Romanos, prisca uidelicet etiānum insanix uestigia, quos illi Taureos uocāt. Adagio licebit per iocum uti, cum significabimus aliquid ceu nimis priscum negligi, ueluti si notare uelis pontifices, episcopos & sacerdotes, quod Euangelica præcepta, de paupertate, de tolerandis iniurijs, de contemptu uitæ, aut priscorum pontificum decreta, de symoniacis, de deligēdis absq; corruptela episcopis, de submouendis scelerosis, iam pro antiquatis habeant, dicas licebit, ταῦτα κηκέδ' & κηβ' βυφονίωμ. i. Hæc Cecidis sunt & Buphonorum.

Serenitati nubem inducit.

XXX

Non tam ouum ouo simile, q̄ illud prouerbij faciem præ se fert, quod refertur a Plutarcho in cōmentario de dignoscendo adulate ab amico, εὐδία γὰρ ἐπάγει νέφ' .i. Serenitati nubē inducit, De eo, qui inter pocula ludosq; uirulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, superciliaq; contrahat. Ad eundem modum Horatius, de anu deformi, quæ se puellarum choris admiscebat, Et stellis nebulam spergere candidis.

μονόγραμμαμοι.

XXXI

Olim homines macie prætenues, uesculi, ac decolores, prouerbiali ioco, μονόγραμμαμοι uocabantur. Lucilius, Vix uiuo homini ac monogrammo. Rursum idem alibi, Quæ pietas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat, a pictura, quæ priusq; coloribus corporat, umbra fingitur. Non perperam quidem Marcellus; uenustius tamen erit adagium, si ad ueterum picturam respiciamus, quæ primitus omniū consensu, ab umbra hominis lineis circumducta cœpit initium, quod uocant deliniare. Deinde singulis coloribus pingi cœptum est, easq; picturas, μονοχρωμάτις appellabant. Mox ars distinxit sese, & inuenit lumē atq; umbras, ut quædam eminere, quædam abdi'premiq; uiderentur, differentia colorū. Deinde adiectus est splendor, quem alium a lumine uolunt esse, mediū tamen inter lumen & umbrā, proinde eundem Tonon uocant. Nam cōmissuram ac transitum colorum ἀρμολύω appellat. Huiusmodi ferme Plinius libro tricesimo quinto. Conueniet igitur in hominem deformē, nullo aut eodem uultus colore, cuiusmodi priscorum erant imagines. M. Tullius libro de natura deorū secundo. Non enim uenis, & neruis, & ossibus continēt, nec escis, nec potionibus uescūtur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, ut aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorū. Quæ uerens Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes cōmentus est. Illi autem pulcherrima forma præditi, purissimæq; in regione cœli collocati, ita feruntur, moderanturq; cursus, ut ad omnia conseruāda & tuenda consensisse uideant, Monogrammos appellat Cicero informes, nullæq; specie.

Aliorum medicus.

XXXII

Manet hoc dictū his quoq; sæculis celebratissimū, quod refert a Plutarcho in cōmentario de dignoscendo assentatore ab amico, e poeta quopiā, ἀλλώμ' ἰατρὸς, αὐτὸς ἔλκεισ' βρύωμ. Alijs medes, ipse ulceribus scatēs. Utī eo & in cōmentario, quē scripsit aduersum Coloten. Cōueniet in hos, qui alijs sapiunt, non sibi, alijs oculati sunt & cauti, nō sibi. Alios cōsolari norunt, ipsi sua mala non ferunt æquo animo. In eundem usus est Christus apud Lucam, Iudæis em admirantibus eius dicta factaq;, ac dicentibus, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἰωσήφ; .i. An non hic est filius Ioseph? Respondit ad hunc modum, πάντως ἔρετε μοι πῶς παραβολῶν ἰατρὸς, διδάσκαλον σατανῶν, ὅτι ἠκούσα μὲν γενόμενα ἐν τῇ καθ' ἡμαρτὴν ποιήσασθαι καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. i. Omnino dicetis mihi parabolam hanc, medice, cura teipsum. Quæcūq; audiuimus facta in Capernaū, facito & hic in patria tua.

Lapsana

Lapsana uiuere.

XXXIII
Lapsana uiuere lepide dixeris eos, qui perparce nimumq; tenuiter uiuunt. Cōsentaneum est enim iocum illum militarem in popularē fabulā ab iisse, quo Cæsariani milites alternis uersibus exprobrabant, quod apud Dirachium lapsana uixissent. Est aut lapsana, olus syluestre/trium foliorū, ex Brassicarū, ni fallor, genere. Verū si quis forte requiret, Plinij uerba sunt hac libro decimonono, capite octauo. Necnon olus quoq; syluestre est trium foliorum, Diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratū. Alternis quippe uersibus exprobrauere lapsana se uixisse apud Dirachium, præmiorū parsimoniā cauillantes, est autem id cima syluestris. Hactenus Plinius. Idem libro uigesimo, Cimam inutile esse dicit, & concoctu difficile.

Haud contra ostium.

XXXIII
οὐ κατὰ θύρας, i. Haud contra ianuam, pro eo, quod est, non pprie ad rē, & apte ad id de quo agitur, prouerbiali certe figura, dictum est ab Aristotele, libro Physicorum quarto, οὐτοι μὲν οὐ κατὰ θύρας πρὸς τὸ πρόθυρον ἀπαυτῶσιν. Isti quidem igitur haud contra ostium occurrunt quæstioni. Argyropylus οὐ κατὰ θύρας uertit, non recte, neq; nō recte tamē id quidem. Perinde ualet, quasi dicas, ad scopum. Illud expēde lector, num hoc adagium illi sit affine, τις ἄν θύρας ἀμάσσει, i. Quis aberrauerit a ianua?

Climacides.

XXXV
κλιμακίδες, i. Scalulæ, per iocum uocari poterūt, qui se diuitibus ad quiduis obsequij submitunt, etiam si sordidissimū sit. Sic autem uulgato cōuitio sunt appellatæ mulierculæ quædam Cypriæ, adulatrices apud Syros, quod regum uxoribus submitterent sese, ut per eas ceu per scalas currū cōscenderent. Meminit Plutarchus in libello de discernēdo adulatore ab amico.

Valeat amicus cum inimico.

XXXVI
ἔρξέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, i. Valeat amicus cū inimico. Quadrat in eos, qui toti ad se spectant nec amici magis q̄ inimici rationē habent, cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropos. Plutarchus in cōmentario, quem modo citauimus, εἰ μηδ' ἀμὴ μηδ' ἀμῶς ἐπαυνοῦ μιν ὁ ἔρξέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, i. Si nequa q̄ placet illud, Valeat amicus cum inimico.

Manica.

XXXVII
μανικὰ, Phrygio prouerbio, dicebant ingētia egregiaq; facta ducta uoce, a Mane quodam prisco apud ipsos rege, quē ferunt uirū fuisse præpotentem, & admirabili uirtute præditum. Autor Plutarchus in libello de Osyride.

Ruta cæsa.

XXXVIII
Ne in rutis quidem & cæsis, haud dubie, prouerbiali specie dictū est a Cicerone libro de oratore secundo, pro eo quod est, nulla in parte, sed dices te cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæsis, solum tibi paternū recepisse. Quo quidem loco illud obiter admonendū, in uulgatis Tullij codicibus perperā p̄ recepisse, legi reliquisse, id quod satis liquere potest ex Nonio Marcello, qui in dictiōe recepticius, hunc ipsum Ciceronis adducit locum. Est enim hoc loco recipere idem, quod excipere. Porro quid sibi uelint ruta cæsa, nam uerba sūt peculiariorū iureconsultis, abunde patet ex Pandectarū libro decimonono, Lege decima octaua. Si ruta, inquit Ulpianus, cæsa excipiantur in uenditiōe, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt, ut harena, & similia, cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. Gallus autem Aquilius, cuius Mela refert opinionem, recte ait frustra in lege uenditionis de rutis & cæsis contineri, quia si non specialiter uenierint, ad exhibendū de his agi potest. Neq; magis de materia cæsa, aut de cementis, aut de arena cauendum est uenditori, q̄ de cæteris, quæ sunt preciosiora. Meminit & in Topicis de rutis & cæsis. M. Cicero. Nam ne præterirem aliquid, quod ad argumētū in omni ratione reperiendū pertineret, plura fortasse, q̄ abs te desiderata erāt, sum complexus feciq; quod sæpe liberales uenditores solent, ut cum ædes, fundum ue uendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte, & suo loco positum esse uideatur.

Actna Athon.

XXXIX
Actnam & Athonem mōtes in molestiæ tedijq; prouerbiū ab iisse, testatur Lucilius apud Aulum Gellium libro decimosexto, etiā si locus is deprauatus habetur. Lucilij uersus, quos adducit, sunt hi. Verum hic ludus ibi, Susq; omnia deq; fuere. Susq; & deq; fuere inq; omnia ludus iocusq;. Illud opus durum, ut setinum accessimus finem, ἐπιδ'λοιπὸν, ut aiunt, Montes Actnæ omnes atq; alperi Athones. De Actna Sicilia monte dictum est, quod gigantem suam mloe premat, iuxta poetarum fabulas, Siue quod crebris incendijs grauis ac perniciosus est
Gg accolis. Vnde

accolis. Vnde & M. Tullius in Catone maiore, dixit onus Aetna grauius. De Atho uero, quod ob ingentem celsitudinē, umbra sit molestus, quam in Lemnū usque, trecentis distanti stadiis mittit, alibi diximus. Pomponius Mella tradidit huius cacumen altius, quā unde cadunt hymnes, eius rei coniecturam ex eo colligi, quod de aris, quas in uertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquit, aggere manet. Oblat & nauigantibus, quod toto lōge dorso procedat in pelagus, qua cōtinenti adheret. Vnde & a Xerse perfoffus.

Immunem uenire.

XL

Immunē Latini uocant, quē ἀσύμβολοι Græci, nempe eū, qui nihil cōfert ad conuiuīū. Horatius in Odis, Nō ego te meis immunē meditor tingere poculis. Plena diues ut in domo Nardi paruus onyx eliciet cadum. Sed plusculū habebit gratiæ, si transferat ad res animi, puta doctrinam, uersus, aut simile quippiā. Aulus Gellius libro sexto, capite octauo, indicat uocē hanc in puerbiū abijisse. Ne omnino (ut dicit) imunes & asymboli ueniremus conuectabamus ad cœnulam, nō cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.

Soterichi lecti.

XLI

Apparet Soterichi lectos in uulgare iocū abijisse de re uili priscaque, & minime ambitiosa, & rudis artificij. Sic enim Seneca Cethegi uersus irridens. Qui huiusmodi uersus amat, inquit, liceat sibi & eisdē admirari & Soterichi lectos. Ac Gellius, nam ab hoc ista referunt. Dignus sane Seneca uideatur lectione ac studio adolescentiū, qui honorē & colorē ueteris orationis Soteri lectis cōpararit, quāsi minimæ scilicet gratiæ, & relictis iam, cōtēptisque. Coniicere licet Soterichū fabrū fuisse quempiā, cuius opera prisca illa & rudem simplicitatē præ se tulerint. Nā Romæ postea argentea triclinia diuitibus in usu fuisse, testat Plinius, libro tricesimotertio, capite undecimo. Huiusmodi inter pictores fuisse Fuluiū, Rutubam, & Placidianū, in sermōibus indicat Horatius. Vel cum pauliaca torpes insane tabella. Qui peccas min⁹ atque ego, cū Fului Rutubæque, Aut placideiani cōtento poplite, miror Prælia rubrica picta, aut carbone.

Peribis, si non feceris.

XLII

Vbi quis in eum redactus est locū, ut nec aggredi rē possit citra magnū incōmodū, neque tuto omittere, conueniet illud ex oraculo profectū, deinde populari (ut solet) sermone iactatū, peribo, si non fecero, si faxo, uapulabo. Refertur ab Aulo Gellio, libro noctium tertio, capite tertio, e Plautina comœdia, cui nomen Fretum. Versus Plautini sunt hī, Nunc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis dicit, Peribo, si nō fecero, Si faxo, uapulabo. Porro quæ nā sit historia redditi oraculi, Gellius ipse testatur, sibi nō liquere, & in hoc, hos Plauti uersiculos enotasse, ut historiam quæreret.

Ex se fingit uelut araneus.

XLIII

Prouerbialis uidetur & illa collatio, Aranei ex sese texentis telam, & hominis ex seipso cōminiscentis mendacia. Sic enim Plutarchus in libello, cui titulus de Olyride οἷα ποικιλταὶ καὶ λογογράφοι καὶ ἀπὸ τοῦ οἰ ἀρχαῖοι γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπαρχὰς ἀντιθέτου ὑφαίνουσι καὶ ἀποδύουσι. id est, Qualia poetæ & oratores, uelut aranei gignentis ex seipsis a nullis suggesta exordia, texunt, producant. Plinius tradit maiores araneas in terra cauernarum exigua uestibula præpandere, minimas non texere, tertium genus erudita operatiōe esse conspicuum. Orditur, inquit, telas, tantique operis materiæ, uterus eius sufficit, siue ita corrupta alui natura, stato tempore ut Democrito placet, siue est intus quædam lanigera fertilitas, tam moderato ungui, tam tereti filo, & tam æquali, deducit stamina, ipso se pōdere usus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens, maculasque paribus semper interuallis, sed subinde crescentibus ex angusto dilatans, indissolubili nodo implicat. Nec abhorrent ab his, quæ Aristoteles refert libro de natura animalium nono, addens araneos, mox ut editi sunt fila mittere, non ex interioribus uelut excrementa, quæadmodū sentit Democritus, sed de summa corporis parte, ueluti corticem, aut in morem histricis de cute spinas iaculantis. Non texunt autem, neque ueniant, nisi fœminæ. Mas fruendi comes est, non laborandi.

Boue uenari leporem, & similia.

XLIIII

τῶ βοὶ τὸν λαγὼ κωκγετῆμ. i. Boue lepore uenari, dicuntur qui rem absurdam, stultā, ac præposteram aggrediuntur, ueluti si quis in curia Romana, citra pecuniam ambiat episcopi dignitatem. Plutarchus in cōmentario de animi tranquillitate, οὐδὲ γὰρ ὁ πρῶτος τῶ ἀρόγω βοιλόμει οἷον ἢ τῶ βοὶ τὸν λαγὼ κωκγετῆμ, δυσυχία ἔστι, οὐδὲ τῶ γρίφοι καὶ σαγλάαις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἰς δαίμων ἑνωπιούτη μοχθηρός, ἀλλὰ ἀεὶ τῆρι καὶ μοχθηρία τῆς ἀδυσίας ἐπιχειροῦσι. i. Neque enim

enim qui aratro uelit iaculari, ac boue uenari leporē, infortunatus est. Neque ei quaequeis aut re-
tibus, ceruos nō cœperit, ullus malus aduersat̄ genius, sed stulticia & pueritas, aggrediuntur
quæ fieri nō possunt. Non quiduis est accōmodū ad oia, ueluti siqs homi studijs & ocio nato,
bellū aut rempublicā administrandā mandet, τῶ βοὶ τῆμ λαγῶ κωηγετῆ. Aut siqs stupido & in-
sulso iudicia cōmittat. Citat in eodē libello uersus, ni fallor, Pindari, ἐν ἄρμασιν ἵππῳ, ἐν δ' ἄρῳ
ἔω βοῦς, παρὰ ναῶν δ' ἰδύνει πάχιστα δελφίς, κάπρω ἢ θελευόντι φόνον, κῶνα δ' ἱλάθυμον θ' ἔδουρῆμ. i. In cur-
ribus, equus, in aratro uero bos, nauē aut̄ prauertit̄ ἔφ̄ ocyssime Delphinus. At capro paranti
mortem, canis est fortis inueniendus, nam hæc quoq̄ prouerbij speciem habent.

Ab uno diagrammate.

XLV

Plutarchus in libello de discrimine inter adulatorē & amicū, ἃ δὲ κόλαξ ἄφ' ἐνός διαγράμματος
αἰεὶ τὸ ἦδύ, ἢ τὸ πρὸς χάριμ εἰσθῶς ὑποκρέκψῃ, οὔτε ἔργῳ οἴδεμ' ἀντιτίψῃ, οὔτε ἔημα λυπῶ, ἀλλὰ μόνον παρῆ-
πετη βολομύθῳ, σωάδωμ αἰεὶ ἢ συμφθεγγόμενῳ. i. Adulator aut̄ ab uno diagrāmate semp id quod
iucundū est, quodq̄ blandiat̄ solitus succinere, neq̄ facto resistere nouit, neq̄ uerbo cōtrista-
re, sed tantū obsecrat̄ uolenti, semp illi cōcinēs & cōsonās. Palā est, prouerbij specie dictū esse
ἄφ' ἐνός διαγράμματος. Est aut̄ diagrāma pictura descriptioq̄ philosophorū, qua rem exponūt
oculis, ut perinde ualeat, quasi dicas, de eadem formula.

Non filius Achillis.

XLVI

Inter carmina nobiliū poetarū, quæ a doctis uice prouerbiorū usurpantur, hæc quoq̄ referri
posse uident̄, οὐ πάϊς ἀχιλλέως, ἀλλ' ἀχιλλεύς αὐτὸς εἶ. i. Haud satus Achille, uerū Achilles ipse
es. Et tragœdia quapiā aut comœdia sumptū uideat̄. Est em̄ uersus trimeter iambicus. Usurpa-
tur a Plutarcho in cōmētario quē inscripsit, qua ratione sit adulator ab amico dignoscendus.
Ait em̄ adulatorē modis oibus sic amicū imitari, ut illud in eū dici possit, οὐ πάϊς ἀχιλλέως, &c.
Iridē Terentianus Parmeno in Gnathonē Thraconis orationi subseruientē. Hem alterū hūc
ex hoc natū dicas.

Vlysses pannos exuit.

XLVII

In eodē quē modo dixi cōmētario Plutarchus hūc Homericū uersum usurpat, nō sine spe-
cie prouerbiali, αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ἑσκέωμ πολυμήτης ὀδύσευς. i. Vilibus at pānis mox est exutus Vlyf-
ses. Accōmodare licebit̄ ijs, q̄ genere uitæ subito cōmutato, e paupibus diuites, e squalidis ni-
tidi, e tristibus hilares, existūt. Nā Vlysses apud Phæaces simulatq̄ pānis suis exutus, magni-
ficis uestibus ornatus esset, repente uisus est alius. Plutarchus torquet in adulatorē, q̄ Polypi
more oim studijs sese accōmodat, adeo ut q̄ paulo ante apud amicū philosophiæ deditū, pli-
xam barbā ac palliū gestarit, assidue uersans in libris, nihilq̄ crepans, nisi numeros, rectangu-
los & triangulos Platonis, si forte fortuna in amicū inciderit, uoluptatibus addictū, continuo
mutata figura uelut a Circe transformatus, Sardanapalus fiat.

Subito alius.

XLVIII

Simili mō torquet & illud Homericū in hoiem repēte mutat̄, quiq̄ subito alius fact̄ esse
uideat̄, ἄλλοιῳ μοι ἔστιν ἐφάνης, νέου κ' ἐπαροίθεμ. i. Hospes nūc alius mihi, ἔφ̄ dudum esse uideris.

In durum & implacabilem.

XLIX

In hominē impendio rigidū & implacabilē recte torquebit̄ illud Homericū, σοὶ δ' ἐτίσ' ἐμ σὴ
θεοῖ ἀκίλητῳ νόῳ ὄβρι. i. At tibi nō unq̄ placanda in pectore mens est. Plutarchus in cōmen-
tario de dignoscendo ab amico adulatorē, ait hunc uersū obijci solitū Antonio ab assentatori-
bus, quod Cleopatraz efflictim amanti, non responderet in amore.

Asinus balneatoris.

L

Ἵππερ ὄνῳ βαλανέωσ. i. Vt asinus balneatoris. Dictū est in eos, q̄ ex suis laboribus nihil ipsi
fructus caperent. Plutarchus in libello, πρὶ φθι φιλοπληθίας, οὐδὲμ εἰ πάχωμ, ὥσπερ ὄνῳ βαλανέωσ
ξύλα ἢ φρύγωνα κατακομίζωμ, αἰεὶ καπνοῦ ἢ τέφρας ἀναπιπλάμου, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχωμ, μὴ δὲ ἀλέ-
ας, μηδὲ καθαρίοτκῆ. i. Nihil inde capiēs cōmodi, uelut asinus balneatoris, q̄ ligna & farmenta
defert, semp fumo ac faullis opletus, nunq̄ aut̄ particeps balnei, neq̄ teporis, neq̄ mundi-
cici. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitijs, non fruitur tamen.

Lychnobij.

LI

Apparet λυχνόβιος prouerbiali ioco dictos, q̄ lucernariā uitā ducerent, ut torqueri possit, uel
in nocturnū potorē, uel hoiem supra modū studiosū, q̄ quēadmodū dictū de Demosthene,
pl̄ absumat olei, ἔφ̄ uini, uel in sordidū & parcū, quasi de lucernario oleo uictitantē. Seneca li.
epistolarū uicesimo secūdo, epistola. 123. dictū ostēdit in lucifugā quendā, cuius tota uita erat
prapostera, adeo ut quicquid hoim uulgus interdiu solet facere, id ille faceret noctu, sub noctē

Gg 2 expigifcebat̄

expugnificabat, diluculo ibat cubitū. In quē ita iocatus Varus lepidissimus fabulator, ut eū diceret admodū frugaliter uiuere, quippe qui nihil insumeret nisi noctē. Et quibusdā illū sordidū & auarū dicētibus, uos, inquit, illū & Lychnobium dicetis. Est autē in ioco uox ambigua, ut intelligas eū usque adeo nō sordidū, ut lucernas etiā absumeret, uel adeo parcū, ut lucernis uisitaret. Ceterū allusum est ad uitā hois præposterā, cuiusmodi describit in eadē epistola, & Butā quēdam Atylium.

Quasi Sutrium eant.

LII

Sutrium puetustū Hetruriæ oppidū. Id olim defecerat a Romanis, cū quibus inierant societas. Camillus ad id delectus a senatu, ut eos cogeret ad fidē. Is ne in apparādo cōmeatu multū tēporis tereret, utque Sutrini ipsa celeritate opprimerent, edixit, uti singuli milites, trium dierū cōmeatū, secū exportarēt. Id deinde uersum est in puerbiū, quod usurpari consuevit, quoties aliq̄ suo sumptu nauat operā alijs. Sic enim interpretat Festus Pompeius in fragmentis quibusdā, quæ Romæ inueniunt. Plautus in Cassina, Tum quoque facito, ut ueniāt, quasi eant Sutrīū. Iubet Alceſſimus, ut suos ad se mittat, sed suo pte cibo instructos. Notū est carmē Catulli, quo Fabullū ad cœnā uocat, sed ita ut ipse secū adferat, quicquid ad lautam cœnam pertinet.

Αὐτολήκκυθοι.

LIII

Αὐτολήκκυθοι Vulgato uerbo dicebant, quod nō ex animo, sed uentris causa colerēt amicos, inde cōficta uoce, quod spē ad Lecythū cōmearet, & inuocati præsto essent in cōuiujs. Eosdē ἑραπειζέας quoque uocatos fuisse testat, & ab Eupolide, τοὺς περὶ τὰ γλυκὴν μετ' ἄριστον εἶλες, i. Circū sarraginem & post prandīū amicos dictos fuisse. Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto quis dignoscere possit adulatorē ab amico, ἀλλὰ μὴ κατὰ πῶς οἱ πολλοὶ τοὺς αὐτολήκκυθους τοὺς λεγόμενους ἢ ἑραπειζέας ἢ μετὰ τὴν ἑσθίαν χρεῖας ὑδάτος, ἀκονομύνας, ὡς τις εἶπε, κόλακας νομίζομεν. i. Sed ne quē admodū uulgius hoim facit Autolecythos istos quod uocant, ac mēsales, quicquid tū demū audiūt, postea aqua manu infundit, sicuti dixit quidam, existimemus adultores. Usus est eo uerbo Demosthenes in oratiōe aduersus Cononē. Interpretes uarie exponunt, uel de his, quod ad quiduis perpetiendum parati sunt, uel de pauperibus, qui præter lenticulam nihil possident, uel de ijs qui faciles sunt ad depromendā pecuniam, quod quidam soleant in lenticulis pecuniam recōdere, atque alijs item modis, quorum nihil conuenit cum sententia Plutarchi. Cōgruit cum eo quod alibi dictum est, feruet olla, uiuit amicitia.

Melitæus catulus.

LIII

μελιτᾶϊον κωϊδιον. i. Melitæus catellus, dicebat is, cuius opera nulli sericæ rei conducebat, sed duntaxat animi causa alebatur, cuiusmodi nō mediocris est multitudo in diuitū familijs. Aliorum canum uariis est usus. Sunt quibus ædium custodia delegata est, ut noctibus aduersus fures excubias agant, hī uocantur οἰκτροί. Sunt quorum opera in uenatibus utimur, qui θηροθυτικοί dicuntur. Sunt quorum nullus est usus, nisi ut cum ociosis ac delicatis matronis lulsitēt qui nostris quoque temporibus, mirum quod sint in delicijs. Atque hī μελιτᾶϊοι uocantur, nimirū ab insula Melita, inter Corcyram & Illyricum sita. Autor Plinius libro quarto apud Lucianum in Lapithis γελωτοποιός, Alcides Cynicum, μελιτᾶϊον κωϊδιον uocat.

Illico hyems erit.

LV

Aristoteles in pblematis sectiōe. xii. refert hūc uersū, nullo citato autore, sed ueluti uulgo ita statū, εἰ δ' ὁ νότος βορέαμ προκαλέσῃ, αὐτὴ κα χαιμῶν. i. Illico hyems fit, ubi Boreā accersuerit auster. Causam hāc adfert, quod notus suapte natura nubē & hymbre affatim colligat. Proinde si hoc tēpore Boreas accesserit, cōgelascunt huius rigore, atque ita ptinus hyems. Adijcit in eodē pblemate carmen alterum consimili fere sentētia, εἰ βορέας πηλοῦ καταλήψῃ, αὐτὴ κα χαιμῶν. i. Molle lutum Boreas si prenderit, illico hyems fit. Id tamen si uulgo simpliciter dictum apparet, tamen nos eo deflectere poterimus, ut dicamus ingēs periculum imminere, si malum malo successerit, ueluti si qui immodice discruciat sese studiū laboribus, amare etiam incipiat, aut si qui prius principi parum gratus fuit, in plæbis etiam odium ueniat, aut si regi uehemēter leni, placidoque, succedat admodum rigidus, aut contra. Nam huiusmodi subitæ mutatiōes, maximos rerum motus solent excitare.

Eundem calceum omni pedī inducere.!

LVI

Galenus Therapeutices libro nono, ἐκείνοι μὲν οὐτε ζητοῦσιν, οὐτε ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ ἡλίτῃ παροίμῃ εἰνὶ καλασώδι πάντας ὑποδέσσει. i. Isti quidem igitur neque inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbiū, eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, cum diuersa mala, diuersam

mala, diuersam curationem desyderent. Non dissimile illi, quod alio dictum est loco, Scissimulare cupressum.

Cochleæ uita.

κοχλίου βίον. i. Cochleæ uita. De ijs, qui parce paruorum uiuunt, aut contracti a negocijs, luce forensi semoti. Notum est animal, unde sumpta est metaphora. Plutarchus in libello, περί φθιλοπλυστίας, σὶ ἡ ῥοσιῦτα πράγματα σωέχαις, καὶ ταραχῆς ἢ σφοδρῆς σεαυτῶν, κοχλίου βίου ζῶν διὰ πλὴν μικρολογίαν. i. Tu uero tantum molestiarum sustines turbans ac torquens teipsum, cū ob parsimoniam Cochleæ uitam uiuas.

Bello parata.

ἐκ πολεμίας. i. Ex hostium regione. Vbi quis immodice infumeret, solemus enim celerius ac temere profundere, siquid hostibus sit ereptum. Quod quidem adagium & hodie passim audimus uulgo dicitari, in Lurcones & Helluones. Plutarchus in libello cui titulum fecit, ὑγυῖα παραγγέλματα, ἐμπίπλασθι παρ' ἑτέροις ἢ πολυτελῶν, ἢ ἀπολαύσῃ, καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφ' ὧν ἐπίσπιζόμενοι. i. Impleri apud alios, cibis sumptuosus, fruique uelut ex hostili regione raptis, ampliter se se cibo onerantes. Vsurpat idem Symposiacæ decadis septimæ, problemate sexto.

Panis lapidosus.

Illud siquis prouerbiū esse negabit, cum hoc equidem non admodum digladiabor. Certe dignum est, ut assidua usurpatione in adagiorum contubernium cooptetur, quod refertur a Seneca libro de beneficijs secundo, Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium, ab homine duro aspere datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse. Ita quidam contatione, toruitate uultus, asperitate orationis, ostentatione molesta, corrumpunt beneficium, ut nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

E Patroclis domo uenit.

ἐκ πατροκλέους. i. E Patroclis domo. In sordidos, sumptum a moribus Patroclis cuiusdā Atheniensis, prædiuitis quidem, uerum impendio parci sordidique, quem uetus comœdia talem ferme depingit, qualem Plautus Euclionem, teste Aristophanis interprete, cuius uerba Suidas quoque refert, qui & prouerbiū esse uult. Est autem in Aristophanis Pluto. Is cum esset squalidus incultus & sordibus oblitus, rogatur unde uenisset, πόθεν οὖν φράσον ἀνχμῶν ἐαδίσεις, id est Unde igitur adeo sordidus squalensque uenias dicitur? Atque ille respondit, ἐκ πατροκλέους ἐρχομαι ὅς οὐκ ἐλούσατο ἄλ' ὅπου πρὸς ἐγένετο. i. E Patroclis domo, Qui haud lauit unquam posteaquam natus est.

Tam in procliuī quā humber.

Non absque prouerbij specie dictum est illud a Plauto in fabula, cui titulus est, Captiui duo. Tam hoc tibi in procliuī quā humber est, quando pluit. Nam procliuē proprie dicitur, quod ex alto deorsum propendet. Arduum est autem onera submoliri in altum, deorsum uel suapte sponte deuoluuntur.

Et post malam segetem, ferendum est.

Equidem non pugno esse prouerbiū, etiam si prouerbij simillimū est, illud Epiphonema Senecæ, libro epistolarum undecimo, Et post malam segetem ferendum est. Quo licebit uti, quoties res parum ex animi sententia cecidit, & significabimus non esse desistendum a conata. Quāquam Seneca loquitur de ijs, qui refugiunt in ullum hominē beneficium collocare, quod semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est, quod eodem subnectitur loco post naufragium maria tentantur.

Spes seruat afflictos.

Plutarchus in libello de ratione uictus, indicat uulgatum fuisse prouerbiū de spe, nec tamē explicat, quidnam id fuerit, τοὺς πλείονας δὲ μαλακίας καὶ ἀκρασίας σωήτορον ἔχουσα παροιμία ἐλπίς ἀναπέθει καὶ προσάγει βαδίζαν ἀνασάντας ἰταμῶς ἐπὶ πλὴν σωήδαιαν. i. Pluresque uero spes in temperantiæ mollicieque patrocinans adducit huc, ut relictis stratis, ad consuetam redeant uitam. Fortassis significat id, quod extat in sententijs e comœdijs (ut apparet) collectis, ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ, σώζει τὰς ἐλπίσιν. i. Spes seruat hominem, rebus in duris bona. Notum est illud Naso nis, Spes bona dat uires, animum quoque spes bona firmat. Viuere spe uidi, quod moriturus erat. Deinde Pindaricum illud apud eruditos pene cessit in prouerbiū, ἐλπίς γρηγορόφου. i. Spes alatrix senectæ. Sic enim Plutarchus in libello de tranquillitate animi, καὶ πλὴν μνήμων ἡδύονα καὶ βεβαοτέραν φθι πινδαρικήν γρηγορόφου ἐλπίδα. i. Et memoriam iucundiores, ac firmiores, Pindarica spe, senectæ altrice. Refert autem hūc Pindari locum Plato libro de Rep. primo, ὅτι δὲ

ἔμ δ' ἰκαίως καὶ ὁσίως Σὺν βίῳμ δ' ἰαγάγοι, γλυκιά οἴκαρδίαμ ἀγάλλοισα, ἢ γηροξοφῶσσωαορῆ ἔλπις, ἃ μὰ λισα θναῖ πολὺςροφομ γνώμαμ κυβερνᾷ. i. Propterea quod q̄ iuste picq̄ uitam peregerit, huic dulcis cor exhilarans, senectutis altrix, familiaris est spes, quæ maxime uerfatilem mortalium mentem gubernat.

Tria saluberrima.

LXIII

In eodem opere, quandoquidem nullo autore refert, uidetur & hoc prouerbio fuisse iactatum. Sed præstat ipsius uerba transcribere, ὅθεν ἀρίσα λείκεται τροφῆς ἀκορίω, καὶ πόνωμ ἀκνήλω, ὅσωέματῶ οὐσίης σωτήρησῖμ, ὑγενότατα εἶναι. i. Vnde optime dictum est, uelci citra fatu ritatem, non pigere laboris, naturæ semen conseruare esse saluberrima.

Admoto capite.

LXV

Plutarchus in libello cui titulus, πῶς ἄμ ἕς διακρίναι τὴν κόλακα τῶ θίλου, uersum hūc q̄ apud Homerum frequenter obuius est, ceu prouerbialem usurpat, ἀγχι γῶμ κεφαλῶ, ἵνα μὴ πόνδοί ἂσ οἱ ἄλλοι. i. Admoto capite, reliq̄ ne audire ualerēt. Admonct eo loco, siq̄ obiurgandus est amicus, ut id fiat primum in tēpore, deinde comiter & amice magis q̄ aspere, postremo clamulium semotis arbitris, ὅθεν ἀρίσα μὲν ἔχα, ὅ, ἀγχι γῶμ κεφαλῶ. i. Vnde optimum est illud, Admoto propius capite & c̄.

Cur cessatum est.

LXVI

Eodem in commentario usurpat & hunc Homeri uersum, τυδ εἶδη, τί παθόντε λελάεμεθα δούριδῶ ἀληῆς. i. Dic quidnam acciderit nobis, ut Martia uirtus Tytide, exciderit animis? Lētebit uti, quoties cōmunem culpam apud amicum agnoscemus, & in re quapiam male cessatum esse significabimus.

Abijciendum procul.

LXVII

Cum uitium aliquod, aut rem alioquī noxiām admonebimus procul abijciendam esse, cōuenict uersus ille, ni fallor, Homericus, εἰς ὄρῶ, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. i. In montem tumidas ue frementis in æquoris undas. Sic & Horatius in Odis. Vel nos in capitolium, quo clamor uocat, & turba fauentium, Vel nos in mare proximum Gemmas & lapides, aurum & inutile, Summi materiā mali Mittamus, scelerum si bene pœnitet. Contra Theognis non opes, sed ipsam paupertatem iubet, εἰς μεγακίτια πόνωμ εἰπῆσθαι. i. In immensum mare proijcere. Itidem hominem uehementer pestilentem in extremas insulas deportandum dicimus.

Testudinem equus insequitur.

LXXVIII

Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Stoicos, πολλῶ ἢ τοῦτ ἡετλώτερομ ὄσι, καὶ μάλλον ἀπὴρτικῶμ πῶν ἔννοιῶμ, ὅ μκδὲμ ὑπὲρ μκδενῶς περικαταλαμβάνεοθα, μκδ εἰ χελώνημ, ὅ τῶ λόγου φασί, μετόπιθε διώκοι ἀδράσου ταχὺς ἵππῶ. id est, Multo uero illud indignius, & a cogitationibus seiunctius, nihil a quoq̄ comprehendī, nec si testudinem, id quod prouerbio dicitur, a tergo insequatur, Adraſti celer equus. Cōueniet uti, cum rem præpostere & absurde geri significamus. Finitimum est illi, quod alias a nobis dictum est, Testudinem Pegaso comparas, & citius testudo leporem præuererit.

Stultior Melitide.

LXIX

μωρότερο μελιτίδου. id est, Stultior Melitide. Melitides unus est e felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Hic iam euersa Troia, uenisse legitur, auxilium latu rus Priamo, ut meminit Eustathius decimum Odysseæ librum enarrans. Lucianus in amoribus, μελιτίδην ἢ κόροισομ οἶε με πρὸς θεῶμ. i. Melitiden aut Corœbum me putas per deos? De hu ius sodali Corœbo meminimus alibi.

Non pluit & c̄.

LXX

Plutarchus in causis naturalibus, refert hunc uersiculum prouerbio iactatum, apud priscos μηκέτι νυκτὸς ἕει, ἢ κεμ τέκη ἀγροτέρα σὺς. i. Iam non nocte pluit, qua sus fœtū edit agrestis. Quærit autem, cur domesticæ sues sæpius idq̄ incerto tempore pariant, contra feræ semel duntaxat, atq̄ iisdem ferme diebus, Hi sunt initio æstatis, quæ pars anni minimum est obnoxia pluuiæ, præfertim apud Græcos. Non alium equidem uideo prouerbij usum, nisi si quis significare uelit exacto uere, aut autumno, serenitatem fore. Quod si libebit longius etiam detorque re, per iocum licebit uti, cum significabimus, ubi hoc aut illud euenerit, quod breuī sit euentum, finem malorum nobis fore.

Electro lucidior.

LXXI

κλίεξου

ἠλέκτρον διαφωγέστερον. i. Electro pellucetior. De re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quod electrum miro quodam more pelluceat. Vnde Virgilius, liquidum appellat. Liquido ue potest electro. Lucianus in amoribus, ἠλέκτρον φασιμ ἢ ἐν σιδωνίας ὑέλου διαφωγέστερον. i. Electro, ut aiunt, aut Sidonio uitro pellucetior. Sidonium autem uitrum uocat, quod ea ciuitas artificio uitri fuerit olim nobilis.

Tam perit, q̄ extrema faba.

LXXII

Festus Pompeius, ostendit prouerbio dici solere, Tam perit q̄ extrema faba. Propterea, quod extremæ fabæ plerumq; aut proterantur, aut decerpantur a prætereuntibus. Quadraginta igitur in hominem, seu rem omnibus omnium iniurijs expositam, Velut siquis dicat Theologia tā perire, q̄ extremā fabā, quod passim ab indoctissimis Sophistis tractādo corrūpat.

Tyria maria.

LXXIII

Tyria maria, puerbio dicebat, de re magnopere tumultuosa, periculiq; plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quod Pœni tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatq; Afranium, qui scripserit de quopiam, quod Tyria maria conciret, hoc est ingentes turbas. Tyrum prius insulam Alexander magnus continentem fecit.

Altera manu fert aquam & c.

LXXIII

τῆ μὲν ὕδαρ φορεῖ, τῆ δὲ ἐτέρῃ δὲ πῦρ. i. Altera manu fert aquam, altera ignem. In eum torqueas licebit, qui cum coram sit blandus, occulte noceat. Aut in bilinguem, & nunc laudantem, nunc uituperantem, aut in diuersa sentientem. Finitimum illi Plautino, Altera manu fert lapidē, pānem ostentat altera. Refertur adagium a Plutarcho, in cōmentario de primo frigore, τῆ μὲν ὕδαρ ἐφορεῖ, δὲ ὀλοφρονέουσα χερὶ, τῆ δὲ ἐτέρῃ δὲ πῦρ. i. Altera quidem aquam gestabat dolosa manu, altera uero ignem. Loquitur autem de muliere diuersis & contrarijs instructa.

Vapula papyria.

LXXV

Vapula papyria. Sisinius capito scribit prouerbio dici solitum, siquando uolebant significare se negligere minas aliquorum, hoc tantum reperimus in fragmentis Festi Pompeij. Suspicor esse natum a Papyrio prætextato, a quo mater cōminādo plagas, frustra conata est, exsculpere, quid actum esset in senatu. Proinde papyri legendum non papyria, nisi maus subaudire lege, ut sit cōminantis pœnam legis papyriæ, Aut ni magis placeat, ut intelligas de Papyria, uxore Pauli Aemylj, quæ repudiata est a marito, cum repudij causam nemo scire potuerit. Quid enim facias? diuinandum est, ubi non succurrunt autores.

Quasi Millus cani.

LXXVI

Sapit & hoc prouerbiū, quod apud eundem ad populum dixit Scipio Aemilianus. Nobis, inquit, reiq; publicæ, præsidio eritis, quasi Millus cani. Nam Millus est collare canum uenaticorum, coriaceum, confixum clauis ferreis, eminentibus aduersus impetum luporum. Ad hunc igitur modum certum, firmūq; præsidium significabimus.

Non liberat podagra calceus.

LXXVII

Plutarchus in cōmentario περὶ ἐν δυνμίας, refert huiusmodi sententiam, ceu uulgo iactatā, alioqui ipsa quoq; figura prouerbiū præ se ferentem, οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάξει καλτικίον, οὔτε δακτύλιον πολυτελεῖς παρωνυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. i. Nec podagra liberat calceolus, nec preciosus anulus unguium uitio, quam παρωνυχίαν uocant, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modum, si diuitiæ, reliquaq; fortunæ munera, non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis.

Vno digitulo.

LXXVIII

Vno digitulo, summam negocij facilitatem significabant. Hieronymus in Dialogo Luciferiani & Orthodoxi, Hanc igitur hastam, quā totis uiribus misisti, de qua nobis minitaris, uno (ut aiunt) digitulo repellam. Huc pertinet & illud, quod alibi dictum est, Mínimo prouocare, cum significamus, nos uel nullo negotio posse uincere.

Muli Mariani.

LXXIX

Muli Mariani, Castrensi prouerbio dicti sunt uaricosi milites, qui ex. C. Marij ducis instituto, in furca tabella interposita, sua onera portare consueuerunt, ut testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in uita. C. Marij, originē adagij bifariam refert, cum Marius imperator milites cursu, uarijsq; ac longis itineribus, gestandisq; oneribus, exerceret, atq; illi iam assueti, non grauati ea ferrent, Castrensi ioco Muli Mariani dicti sunt, nimirum ob laborum tole-

Gg 4 rantiā

rantiam, quod Homerus ἠμιόνους τ' ἀλλ' ἄγεργους identidem appellat. Sunt qui tradant cum Scipio quo tempore Numantiam obsidebat, non solum arma & equos, uerum etiam mulos dare pararet, Marius dixisse se pulcherrimum equum & mulum a se nutritum habere, qui robore ac uiribus longe ceteris praestaret, militem significans ad quiduis laboris exercitatum, id cum sapius ab imperatore referretur, in adagium abiit, ut si quando militem significarent tollerantem, Mulum Marianum appellarent. Seneca in ludicro libello, quem scripsit in Claudium Caesarem, Mulos perpetuarios nominat. Festius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negocijs uehementer districtum.

Osculana pugna.

LXXX

Festus Pompeius indicat osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties uicti uincerent. Idque inde natum, quod Valerius Leuinius imperator, prius a Pyrrho uictus paulo post eundem regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagij fecerit mentionem. Quamquam hic quoque locus mutilus ac truncus est apud Festum.

Osce loqui.

LXXXI

Osce loqui uetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter parum pudice loquerentur. Ab Oscorum moribus allusione sumpta, quod apud eos spurcarum libidinum impunitus usus fuerit, unde & obscena dicta quidam putant, quae cum factu dictu ue turpia sint, etiam si refragatur Festus Pompeius. Citat autem Ticinium quendam, qui scripserit ad hunc modum, Osce & Volse fabulantur, quia latine nesciunt.

Sero molunt Deorum molae.

LXXXII

Plutarchus in comentario cui titulus, πρὸς τὸν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ βραδείως τιμωροῦ μύλων, ὡς οὐχ ὄρω, τίς ἄσισ μορ' ἐνδοξί, τοῖς δὲ δὴ τούτοις ἀλλ' ἐμ λεγομύλοις, μύλοις τὸν θεῶν. Itaque non uideo, quid non utilitatis insit, istis Deorum molis, quae sero dicuntur molere. Ceterum ex his, quae praecedunt, eodem in loco colligere licet, dici solitum de his, qui licet serius, tamen aliquando poenas dant malefactorum, uindicti Deo.

In transcurso.

LXXXIII

Plutarchus in comentario de liberis educandis, ὡδὸν τὰ πάντα μὲν ἐκ παιδείας μαθήματα, ὡς οὐρα γὰρ ματ' ἐνεκεν. i. Sed haec quidem ex transcurso discere, ueluti degustandi causa. Metaphora plane prouerbium sapit.

Tribus uerbis.

LXXXIII

Tribus uerbis pro paucissimis dicere, prouerbiale est. Diuus Hieronymus in Dialogo Luciferiani, & Orthodoxi, Tribus (ut aiunt) uerbis, rem istam grandem dissoluisti. Itē seruus Terentianus negat quosdam tria inter se commuturos uerba. Consimili figura, sexcetera dicimus pro multis. Proinde sexcentas mihi dicas scribito.

Ne punctum quidem.

LXXXV

Diuus Hieronymus in epistolis. Et apostolicae uoluntatis sequentes uestigia, ne punctum quidem (ut dicitur) aut unguem transuersum ab illius sententis recedamus. Apud Mathematicos punctum minimū quiddam est in dimensione corporis, adeo, ut diuidi non possit, quod imaginatione porrectum in longum, lineam efficit, rursum in latum porrecta linea superficiem efficit. Ad eundem modum Terentius in Andria. Tum temporis ad hoc mihi punctum est.

Incita equum iuxta Nyssam.

LXXXVI

κέντα ἴμ πῶλον περιπλὴν νόσση. i. Stimula equum iuxta lineam, dicebatur, ubi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutum. Sumptum ab equestri cursu, qui inter praescriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erat. Ad quod haud dubie Fabius allusit, in undecimo institutionum oratoriarum libro, referens Cassium seuerum lineam poscere solitum, aduersus eos, qui in aliena transirent subsellia, ueluti qui praescriptum limitem egrederentur. Finitimum illi, ἐκτὸς τὸν ἐλαιῶν. i. Extra oleas. Itē illi, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμύλια, πηδᾶν. Usurpauit prouerbij titulo Gregorius Nazansienus in oratione de natali christi.

Praestat inuidiosum esse &c.

LXXXVII

Nihil tam uulgari sermone iactatum, quam haec sententia, Praestat inuidiosum esse, quam miserabile. Nam inuidia fere comes est felicitatis, miseratio calamitatis. Est autem apud Herodotum in Thalia, οὐδὲ μαθῶν ὅσω φθονέας κρέσσον ἔστι, ἢ οὐκ ἔμεραδς. i. Tu uero doctus, quanto satius sit, inuidiosum esse quam miserandum.

Enassa escam petere.

LXXXVIII

Admodum certe prouerbiali figura dictum est a Plauto, citate Festo Pōpeio, Nūquam hercle ex ista Nassa hodie escam petam. Et Cicero ad Atticum li. xv. Ex hac Nassa exire constitui, non ad fugam, sed spem mortis meliorem. Est autem Nassa, piscatorij uasis genus, quo posteaquam intrarit piscis, exire non potest.

non potest, unde prouerbialia fuerint & illa, In Nassam incidere, & e Nassa elapsus:

Nec mulieri, nec gremio credendum.

LXXXIX

Idem Festus indicat huiusmodi prouerbum uulgo dictitatum fuisse, Nec mulieri, nec foeminae credi oportere, quod illa incerti, ac leuis sit animi, & plarūq; fiat, ut in gremio posita, cū in obliuionem uenerint, exurgentibus procidant.

Vna cum templis & aris.

XC

Plutarchus locis aliquot in Symposiacis significat antiquitus fuisse morem, ut quoties unius cuiusdam deo res diuina fieret, omnibus simul uota fierent, uidelicet ne Calydonij suis Tragodia, renouaretur. Inuocantes autem deos, addebant haec uerba, ceu solennia, ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, id est, Vna cum phanis & aris. Non admonet quidem ille palam, esse prouerbum, tamen ita uidetur usurpare, ut conijcere possis, prouerbio dici solitum, cum nihil omnino praetermissum uolebant significare, Quemadmodum & hodie uulgo dicunt, Vna cum uestibus, & calciamentis. Et demigrarunt, una cū sarcinis & impedimentis.

Mercurius superuenit.

XCI

ο ἕρμῆς ἐπιφασελίλυθερι, id est, Mercurius superuenit. Ita loqui consueuerunt, si quando silentium oriretur in conciliabulo multorum, significantes non esse fas loqui Mercurio praesente, qui sermone sit autor. Ominosum & hodie putatur, si quando in coetu, aut conuiuio, subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adagium a Plutarcho in commentario, περιφθαλιόλεσχίαις. Affine est illi, quod alibi dictum est, Lupus in fabula.

Dulce pomum, cum abest custos.

XCII

γλυκὴ ὀπώρα φύλακος ἐκλειπότος, i. Custos ubi deest, dulce pomum est, scilicet. Senarius est prouerbialis, quo licebit uti, cum significabimus, impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora a pueris & adolescentibus, qui sibi non temperant, quominus furctur poma, si senserint abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quem inscripsit, ἐρωτικόν, in philosophos, qui sub praetextu philosophiae, libidini suae seruiunt, πρόφασιν οὐ φιλία καὶ ἀρετή, κού γιγνέται καὶ ψυχολογία καὶ τὰς ὁφρῆς αἰσῆς, καὶ φίλοσφῆρ φησι, καὶ σωφρονεῖν ἔξω δια τὸν νόμον, εἶτα νύκτωρ ἐκαστὸν ἰσχυρίσασθαι, γλυκὴ ὀπώρα φύλακος ἐκλειπότος, id est, Igitur occasio, amicitia, ac uirtus est sordidatur autem puluere, frigidaq; lauat, attollit supercilia, ac philosophari se predicat, & foris sobrius est ob legem, deinde noctu clanculum pomum suaue est, tunc ubi custos abest

Sanior es pilce.

XCIII

Prouerbialiter haud dubie dixit Iuuenalis, Sanior es pilce. Nam ad eum moum, hodieq; uulgo loquuntur, Tam sanus es q; pilcis. Id inde sumptum est, quod creditum est, pisces non sentire morbos. Quāq; huic sententiae refragatur Aristoteles libro de natura animalium octauo, atq; hunc secutus Plinius libro nono, Siquidem aegrotare pisces hoc argumento colligunt piscatores, quod aliquoties inter eiusdem generis praepingues, ac uegetos, aliquot capiunt extenuatos, ac languentibus similes, coloreq; immutato. Quāq; uniuerso piscium generi, non incidit pestis, quemadmodum frequenter accidit hominibus, ac caeteris animantibus, non cicuribus modo, uerum etiam feris.

E Creta raptus.

XCIII

Plutarchus in commentario, de puerorum educatione, καὶ τοὺς μὲν θήβησι καὶ τοὺς ἡλιδί φησι τῶν ἐρωτῶν ἐκ τῶν ἐκ κρήτης καλούμενον ἀρπαγῶν, τοὺς δὲ ἀθήνησι καὶ τοὺς ἐν λακεδαίμονι ζηλωτέον, id est, Et Thebanorum quidem, ac Helensium amores oportet fugere, eumq; qui uocatur e Creta raptus, Atheniensium uero & Lacedaemoniorum imitari. Apparet furtiuum amorem his uerbis olim significatum fuisse, quod aliquoties illinc uirgines a negociatoribus aduherent.

Euparyphus ex Comœdia

XCV

Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposiacis, ὡς εὐπάρυφος ἐκ κωμωδίας, hominem significans magnifice uestitum, ac magnam seruorum turbam post se trahentem. Nam huiusmodi finguntur in Comœdijs milites gloriosi, quorum insigne est chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de Milite, τὸν εὐπάρυφον λέγω τὸν ἐν τῇ χλαμύδι, id est, Euparyphum illum dico, illum chlamydatum. Vnde diuites omnes splendide cultos εὐπαρύφους appellant Graeci, quod ipsum prouerbiale quiddam habet. Nam Paryphis uestimenti genus est, cuius meminit Iulius Pollux libro septimo, Id utrinq; purpuram habebat assutam, quod uirga purpurea intertextae uesti, Ionum lingua Paryphi uocantur. Idem admonet εὐπάρυφον nouam Comœdiae uerbum esse.

Gg 5 Tranquillo

Tranquillo quilibet gubernator est.

XCVI

Seneca in epistola quadam ad Lucilium. Alioqui gubernatoris artem adeo nō impedit tē-
pestas, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Agit autem illic fortu-
nam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, uerum etiam uirtutem
in his maxime proferre sese, quæ rebus secundis, ac pacatis latebat. Nō magnū est administra-
re rem publicam, cum omnia pace constant.

Neq; Lydorum Carycas.

XCVII

μητε λυδῶν κάρυκας, μήτε μασίγων ψόφους, i. Neq; Lydorum condimenta, neq; flagrorum cre-
pitus. Suida refert, nec exponit. Coniungere licet dici solitum, quoties mediocrē uitæ rationē,
aut conditionem significarent, quæ pariter & a summis delicijs, & ab extremis malis abesset.

Tanq̄ de Narthecio.

XCVIII

Prouerbij simillimum est & illud Ciceronis in secundo de Finibus bonorum libro, tanquā
de Narthecio, pro eo, quod est, ex parato & ad manū. Nam Nathecium, opinor, uocat, pyxi-
dem, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta. Verba Ciceronis sic habent, iam do-
loris medicamenta illa Epicurea, tanq̄ de Narthecio promāt, Si grauis, breuis, si longus leuis.

Quod non opus est, asse charum est.

XCIX

Catoniana uelut oracula uidentur apud ueteres in prouerbium abiisse, non secus atq; illa
Apollinis, Nosce te ipsum, & nequid nimis. Quorum de numero commodissime dictum est,
quod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca. Quod non opus est, asse charum est.
Vult autem Cato diligentem patrem familias uendacem esse, nō emacem, & emere nō quod
opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse charum est, hoc est, quan-
tumuis paruo emptum, tamen charum est, si nec opus est eo. Vocat necesse, quo carere non
possis, uelut arator aratro, opus, quod usui futurum sit, si quis habeat, sed eiusmodi tamē, ut ca-
rere possis. Porro quod opus non est, id est prorsus superuacaneum & inutile. Potest ad com-
plures accommodari sentētias, ut si quis dicat artē quampiam minimo negotio posse disci, quæ
tamen nihil sit frugis allatura, responderi posset, Quod opus nō est, asse charum est.

Nunc tuum ferrum in igni est.

C

Eius ferrum in igni esse dicebant, cuius negocium iam ageretur. Præmollitur enim ferrum
igni ad cudendum. Ita Seneca in ludico libello, quem scripsit de morte Claudij imperatoris.
Hercules enim qui uideret ferrum suum in igni esse, modo huc, modo illuc cursabat, & aie-
bat, Noli mihi inuidere, mea res agitur, deinde siquid uolueris inuicem faciam, manus manū
lauat. Allusit eo, quod Hercules quoq; ex homine factus esset deus, id, quod ambiebat Clau-
dius.

Vale charum lumen

χαῖρε φίλον φῶς, i. Vale charum lumen. Dicit solitum, ubi rei cuiuspiam uehementer gratæ sit
iactura. Diuus Ambrosius in homilijs, quos conscripsit in euangelium Lucae, refert ad huius-
modi fabulam, Theotimo cuiuspiam cum graui morbo oculorum laboraret, medici intermi-
nati fuerant, ne cum uxore rem haberet, si faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verum is li-
bidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Itaq; cum iam me-
dio ueneris calore ferueret, & in mentem uenisset medicorum interdictum, χαῖρε, inquit, φί-
λον φῶς, id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens sese uoluptatē eam per breuem ocu-
lorum dispendio emisse. Similis est apud Martialem fabula, de Phryge quodam lusco bibo-
ne, cui cum interdictum esset a medicis, ne biberet uinum, alioqui, nihil uisurum, protinus ad
motis poculis, oculo ualebis inquit, exitum requiris? Vinum Phryx, oculus, bibit uenenum.
Sciebam huius Adagionis alibi factam mihi mētionem, sed prudens repectij, ne lectorē Am-
brosiano commento fraudarem.

Grata breuitas.

χάρις βραύσιμ ὀπιδῆ. i. Adiuncta est paruis gratia rebus. Hemistichium est carminis Heroi-
ci, specie nimirum prouerbiali. Nam idem hodieq; sic uulgatum est, ut nihil tritius. Quædam
mole placent, ac magnitudine. Sunt, quæ ob id ipsum grata sunt, quod minuta, ueluti gemæ
quædam, ac sculpturæ. Idem usu uenit in epistolis, ac libris, qui non raro ipsa breuitate reddū-
tur commendatiores, præsertim apud fastidiosos & occupatos. Sunt in delicijs & pumilioes,
non ob aliud, q̄ insignem corporis paruitatem.

Caput artis decere quod facias.

Quintilianus libro institutionū oratoriarum undecimo uidetur ueluti uulgo celebratū ad/
ducere.

ducere, Caput est artis decere quod facias. Ipsius uerba subscribam. Vnum etiam his adijciendum est, Cū præcipue in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio & inenarrabilis, & ut uere dictū est, caput esse artis decere quod facias, ita nec sine arte esse, nec totū arte tradi potest. Hactenus Fabius. Id usurpare licebit, non solū ubi quid fiet parū decore, ueluti si cantillet, aut lusitet senex, si præeat & obiurget iuuenis, uerum etiā cū negabimus quibuslibet quiduis esse decorū. Quod sæpe numero uideamus euenire, ut quod ab hoc dictū aut factum placet uniuerſis, si idem tentet alius, etiam si doctior, peritiorq; nemo tamen ferat. Id cū quotidie uideamus accidere, tamē cur accidat ratio reddi nō potest.

Domus recta.

Anneus Seneca libro epistolarū familiarū decimo sexto. Videbimus qđ parū recisum sit, qđ parū structū, qđ nō huius recētis polituræ, Cū circūspexeris omnia, nullas uidebis angustias inanes, Desit sane uarietas marmorum, & conscissura aquarū a cuniculis interfluentiū, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, nō cōtēta decore simplici miscet, qđ dici solet dom⁹ recta est. Hactenus Seneca. Quod si locus nō uacat, mēdo, significat uulgo domū rectā uocari, nō quidem opulentā & ambitiosam, sed cui nihil desit iustæ supellectilis. Ad eundem modū. M. Tullius Græcorū linguā ambitiosæ meretrici confert, quæ multo luxu superfluat, Latinorum honestæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deest, quod ad honestam ptineat mundiciem.

Non est beatus, esse qui se nesciat.

Idem in eodem opere uersiculū hunc e poeta quopiam allegat Comico, Nō est beatus, esse qui se nesciat, haud dubie quā populari sermone iactatū, cū autoris nomē nō adscripsit, Sensus est, haud esse satis, ut adsit felicitas, ni felicitatē tuā intellexeris. Huc alludens Vergilius, O fortunatos nimīū bona si sua norint Agricolos. Eodē pertinet, quod Martialis inter felicitatis calculos hunc quoq; cōmemorat. Quod sis, esse uelis. Quid em̄ felicius libertate. Atq; uideas nō paucos, qui sortem deplorent suam, quod in principū aulis locum nō inueniant, miseros se putant, quod seruire nō liceat. Verū ut beatus nō est, qui se nō putat beatū, ita bis miser est, qui cū animi malis sit infelix, tamen sibi uidetur felix. Etenim ut qui sanus est, & sibi uidetur ægrotus, non fruatur suo bono, ita qui morbo tenet, nō intelligens suū malum, longissime abest a sanitate, quippe qui usq; adeo sanus nō sit, ut sit etiā insanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur.

M. Tullius in Lelio, senariū hunc ex Ennio citat prouerbij specie. Amicus certus, in re incerta cernitur. Quo significatū est amici fidem in rebus aduersis explorari. Nam quod cū periculo cōiūctum sit id, dubiū appellant, pro quo Ennius posuit incertum, affectans, ἐναντίωσιμ & περισσολομασίαν, quibus schematis impendit delectatus est, atq; adeo nō ipse solū, sed & omnis illa ætas usq; ad, M. Tullium.

Auarus nisi cū mori, nil recte facit.

Omneis ferme publicanas sententias uideo prouerbiorū uice fuisse celebratas, nec iniuria sane. Nihil enim illis fingi potest, nec argutius, nec iucundius. Quos ipsi nuper emendatos non grauati sumus, breuissimis scholijs explicare. Quamobrē nō est animus eos omnes in hunc ordinem asciscere, præter unum aut alterum, qui mihi præter cæteros arrident, quorum hic unus est. Auarus nisi cum moritur, nil recte facit. Etenim qui sese pecuniæ studio addixit, nulli cōmodus est dū uiuit. Sola mors uoluptatē & emolumentū adfert hæredi.

Bona nemini hora est.

Arrisit & hic, Bona nemini hora est, quin alicui sit mala, ita fortuna tēperauit res mortalium, ut quod huic lætū est, alij pariat dolorem, quod alij lucro est, alij damnū adferat. Nemo dicit nisi malo alterius. Nemo uincit in bello, nisi exitio alterius, Nisi mauius pro alicui legere, alii cubi.

Spontanea molestia

Celebrať inter Græcos, cū primis bellus & elegans trimeter, ἀνθαίρετος λυτὴ κσιμὴ τέκνωρ ἀπορᾶ. i. Ultroncus dolor est parare liberos. Dici nō potest, quantū & q̄ molestum negocium sit, educare filios, præsertim, cum adeo pauci sint, qui parentū officio respōdeant. Verū hanc molestiam, nō est, cui possint imputare, cū liceat cœlibem uiuere. Longius trahi potest, ad eos, qui sibi sponte periculum ac molestiam accersunt. Atq; adeo similis propemodū cōditio est, tollētium liberos & scribentiū libros, Tuendū, emendandū, quod scripseris, & tamē nō est quē inculemus, Cum nobis liberum sit dormire.

Sapiens sua bona secum fert.

Θ. σφραγ.

ο σοφός ἐν αὐτῷ περιφέρει πλὴν οὐσίαν. i. Sapiens opes sibi secum habet semper suas. A Biantis, nī fallor, Apohthegmate natū, qui rogatus, cur nihil exportaret rerū suarū ex incendio patriæ. Ego uero, inquit, omīa mea bona mecū porto, Significās ea quæ uere nostra sunt, intra nos esse, uelut eruditionē ac uirtutem, Vt rursum quæ uere mala sunt nostra, non licet effugere, quā tumlibet commutetur locus.

Auris Bataua.

Quemadmodū Græci dicunt, βοιωτιον οὐρε, id est, Bœoticā aurem pro pingui, crassaq; itidē Martialis Epigrammatū libro sexto. Batauiā aurem dixit agrestem, inelegantē, tetricamq;. Tu ne es, tu ne ait ille Martialis, Guīus nequitias, iocosq; nouit, Aurem qui modo nō habet Batauam. Sic enī legit Domitius Calderinus, quāq; nōnulli mutarūt, pro Batauā feueram. Erāt Bataui Germaniæ populi, Cathorum pars, qui domestica seditiōe pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus, simulq; insulam inter uada sitam occupauere, quam mare Oceanū a fronte, Rhenns amnis tergum, ac latera circumluit. Gens tum bello ualida, ut quæ Germanicis bellis esset exercitatissima, tum opibus pollens, quod Romana militiā nō exhauriret, quādoquidē erat his cum imperio societas, ut uiros tantū, armaq; ministrarent, quādoquidē didit Cornelius Tacitus libro uigelimo. Cōuenit inter plerūq; doctos, nec id refragantib⁹ cōiecturis, eā insulam, cuius meminit Tacitus esse, quā nunc Hollandiā uocant, Terram mihi semper & celebrandā & uenerandam, ut cui uitæ huius initium debeam. Atq; utinam illi nos tam possimus honestamento uicissim esse, q̄ illa nobis nō est pœnitenda. Nam quod Martialis eam gentem rusticitatis insinulat, quod eandem Lucanus trucē uocat, aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudī uertendū arbitror utrūq;. Siquidem, quæ gens, nō aliquādo fuit rudior. Aut quando Romana gens laudatior, q̄ cū præter agri culturā, & militiam, nihil artiū nosset. Quod si quæ quondā in Batauos dicta sunt, cōtēdat aliq; ad huius tēporis rationem p̄tinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, q̄ si dicat a Martialis iocis abhorrere, quos etiā ipse nequitias appellat. Vtināq; Christianis uel omnibus aures essent Batauæ, quo pestilentes eius poætæ facētias, aut nō admitterēt, aut certe non caperent. Quod siq; id rusticitatē uocare uelit, nos cōuitiū haud illibeter agnoscimus, uidelicet cū integris Lacedæmonijs, cum priscis illis Sabinis, cū laudatissimis Catonibus cōmune. Lucanus aut, opinor, ita truces appellat Batauos, ut Vergilius Acrem Romanū. Alioqui si mores domesticos spectes, nō alia gens est ad humanitatē, ad benignitatē, p̄p̄sior, cuiq; minus adsit, uel feritatis, uel truculentia. Ingeniū simplex & ab insidijs, omnib; fūco alienā, nullis grauib; obnoxiiū uitijs, tantum ad uoluptatē præcipue cōuiuiorū aliquāto deditius. Cuius rei causam esse puto, mirā rerū omniū exuberantiā, qbus uoluptatis studiū irritari solet, idq; p̄tim ob cōmoditatē importationū, qd non solū occupat duo nobilissimorū fluminū ostia, Mosæ, Rheniq;, uerū etiā quod aliquāta sui pte Oceano alluitur, partim ob natiuā regionis ubertatē, ut quæ passim nauigabilib⁹, ac piscosis interluat fluuijs, pascuis uberrimis abūdet. Ad hæc auitū infinitā copiā, paludes, saltusq; supeditāt. Proinde negant aliā inueniri regionē, quæ simili spatio, tantū oppidorū cōtincat, mediocri quidē magnitudine, sed incredibili politic. In domestica supellestilis nitore, palmam uni cōcedūt Hollandiæ, negociatores, qbus pleraq; pars orbis est peragrata. Mediocriter eruditorū, nusq; gētū frequētior numerus. Ad exq̄sita cruditionē, præsertim antiquā, quo nō p̄inde multi pueniāt, aut uitæ luxus in causa est, aut quod apud illos plus honoris habet egregiæ morū integritati, q̄ egregiæ doctrinæ. Nā ingeniū nō esse negatū illis plurimis constat argumentis, quāq; mihi sane, q̄ mediocre cōtingit, ne dicam exiguū, ut & cætera pleraq;.

FINIS.

FINIS CHILIADVM ERASMI ROTERO ADMI
EX ACCVRATISSIMA OFFICINA
FROBENNIANA BASILBÆ



*Conuention des sandes officio conuentionibus conformi ac expurgatis
anno de 1612 G. J. P. de G. de G. de G.
de G. de G. de G. de G. de G.*

IOANNES PROBENIVS BONARVM
LITERARVM AMATORIBVS
S.D.

Habetis candidissimi, bonarū literarū candidati, Erasmi Roterodami Prouerbiorū Chilia, das, ex omni ueterū autorū genere, summis uigilijs, summoq; ingenio, collectas, opus erudi, tū, copiosum, ac plurimū habēs antiquitatis, utilissimū, uel ad parandā eloquentiā, uel ad pri- scos illos scriptores intelligēdos, ac nup; ab ipso autore recognitū, emaculatū, expolitū, tātaq; locupletatū accessiōe, ut plus q̄ quarta pars accreuerit. Id quoniā iudicauimus, magnā utilita- tē allaturū, om̄ibus, qbus uera, bonaq; litera cordi sunt, nullū omnino fugimus, neq; sumptū, neq; laborē, ut e nostra typographica officina, q̄ emēdatissimū exiret in lucem, edituri, ppedi- em & alia p̄ multa, nō minus placitura, q̄ hęc. Deceuius enim omnē operā, imo opes om̄es ac uitā in hoc impēdere, ut studiosorū industriā, nostra adiuuemus industria, atq; id genus ue- re pulcherrimis monumētis Germaniā nostram illustremus. Vestrū est uicissim optimi iuue- nes, nostris fauere conatibus. Atq; ita sane fauebitis, si quo studio nos hęc prodidimus, eo stu- dio uos amplectamini, quo mihi diu facultas suppetat, huiusmodi lucubrationes subinde no- uas in mediū p̄ferre. Autoris immēlis sudoribus, meo iudicio, nulla meritis par gratia repēdi potest. Et tamē ille sibi cumulate relatā putabit, si senserit, suos labores uobis & iucūdos & fru- giferos fuisse. Nec me tanti sumptus, aut sudoris p̄nitebit, si modo quod sequor, assequi lice- at. Emitte, euoluite, fruimini, ac feliciter ualete. Apud inclytam Basiliam, ex ædibus nostris.
An. M. D. XV.

τινεοτε φρονιμοι ως οι οφθαλμοι

Prudens simplicitas amorq; rectus



אמת ופתיחות ופתיחות ופתיחות

ἀνέρωτοι ως αὐτὸς ἰσχυρὰ

a Erasmus Roteromagus Neque me sententiam mus	m mus Ilidoro bro de ne. n. f. aud altera pars	z mis aggredi duc uenetur net aqua <i>νερόν ἐπ</i>	L tibi ex <i>Συκίνη</i> res amicorum Tinctura	Y animantium quod in in tutiorem idem deus
b sio, ubi idem co Empedoclem disciplinæ sunt, alios	n Effertur ada. in uulgatis Ne quicquam pedibus	A genes, & Aristophanes Iterum quod imminens	M hoc carmen le celebrandum <i>Νυμφίου</i> ad tempus	Z uelit nolit Io. Mihi Non probantis commodis
c bus ambigētibus rabilibus sese tharedum pugnante	o culationibus piam, aut ter multa forum officinis	B Ne magna <i>ποιεῖ δ</i> rietatem dum pars	N enim euenisset Hæc enim perdidit illos sequi oportet.	Aa Siquando ut cum laude ratas Nemo tam
d <i>πίση</i> pis me e summa stra conatuos	p Cuius illud re me tardas adagia	C alluisse <i>βαρβάχοις</i> Homero esse iucundior	O uines oportet qua sententia apud latinos dissentiant	Bb bonusque Est procliue tis occidere Atque ita
e <i>πύρ ἐπι</i> tum tibi libenter, octauo.	q Comea fibra Apud Rho. ageret Iupiter Quos uersus	D si uulgo gneam Margarites dijs habent	P tentim ab est famam cat, proinde & ambrosiam	Cc diæ symbolum uim habet quod uis cōmunis
f quotidie uitulum Senis mutare buerint ratione Ferre iugum	r Præbuerit offerebant metaphora mus pumpe	E in eandem ptcr im. pinā exercent præcipua	Q runt. Vsur. mus & Abderitis pestate	Dd oportet huc cognomen fuisse <i>δρου καὶ</i> quo minus
g possit, sed rerum usu Cui similis Vxoris	s rem tridua felicissimam uestra arma de numero	F Prius duo adagium in urbe gans se	R uinam sapientiam mane por. sos tumultos <i>ζάρονος</i>	Ee <i>τωλός</i> diuus Hieronymus <i>ελαχίς</i> poetæ fingunt
h id quod & rem <i>σὺν ὁσάντωρ</i> mihi sua uisio	t foreque, ut autores set iniuriam <i>δὲ μὲν ἐκφέραρ</i>	G gunt respici to negotio Neque minus id, quod	S ces geometriæ <i>Νέους</i> <i>τοῖς κακοῖς</i> Eustathius	Ff denti forte ties funditus frigidam &
i Vbiq; tantum prius scruiis ser. id temporis	u tam de operis intuenti ceribus, potissimum	H admodum quendam ret utrumque lentia libe.	T animo si <i>Ἐξ οὐρανὸν</i> ricies in Plutarchus	Gg Lapsana uiuere enim qui mala diuersam <i>ἠλέκτρον</i> non potest
k ipse erat luti ro ad certi ctum est	x <i>τῶν δὲ</i> Superiori disciplina & ingenium	I <i>ῥάδιον</i> <i>αὐτὸς ἑαυτοῦ</i> Naturam re perinde	V gnificare <i>φοινίκων</i> Erugo mera scindere glaciem	
l de. Idem omnium. sit. Videtur runt. Ego	y Agamemnonem nescit hominem Placide bos est difficilius	R interim Mihi ac negotio uerbis	X cisse quosdam dret in eos uerbii titulo in cōcionibus	

INVENTARIO

Item	Descripción	Cantidad	Valor	Total
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

